

IVLII PACII

A BERIGA I. C.

ANALYSIS CODICIS.



AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM,

D. FRANCISCVM BONNÆVM, Ducem Lesdiguerium, Parem, Mareschallum Franciæ, sacri Palatij Comitem, Delphinatus Proregem, &c.





LVGDVNI,

Sumptibus Viduæ Antonij de Harsy,

Ad insigne Scuti Coloniensis.

M. DCXVI.

Cum Priuilegio Christianissimi Galliarum Regis, ad decennium.

Petri Francisci Passerini Consiliarij

à Latere Serenifs. Ducis P. & P.



ILLVSTRISSIMO DOM. D. FRANCISCO BONNÆO,

DVCI LESDIGVERIO, PARI, MARESCHALLO FRANCIÆ, SACRI PALATII COMITI, DELPHINATVS PROREGI, &c.

S.



VM duo ſint, vt ſapientes viri literis prodiderunt, reipublicæ adminiſtrandæ tempora, nimirum pacis & belli: neceſſe eſt, vt horum rectè regendorum duæ ſint principes artes, aliarum omniũ reginæ; quæ differant quidem inter ſe, propterea quòd ad diuerſa munera ſpectant; cõſentiant tamen, & amicè cõiurent, quatenus eumdem vltimum finem ſibi propoſitum habẽt, nempe reipublicæ ſalutem, & felicitatem. Hæ ſunt dubio procul ars militaris & iuriſprudentia, quæ adeò ſunt inter ſe connexæ, vt ſibi inuicem opem neceſſariam ferant. Sicut enim iura manu militari proteguntur, executioni mandantur, & ab omni contemptu vindicantur: ita viciſſim militia leges accipit, quibus & milites in officio contineat, & omnino bellum gerat: quandoquidem etiam inter hoſtes communia quædam iura ſunt conſtituta: vt, bello capta fieri capientium: &, legatos eſſe inuiolabiles; & alia complura. Præterea magnam inter hæc duo ſtudia ſimilitudinem cernere licet: quoniam vtcumque ab aliis certa ratione, ab aliis temerè tractatur. Hinc veteres Græci & Romani duos bellis Deos præfecerunt, Martem & Mineruam: quorum ille furore & impetu mouetur, hæc autem conſilio & prudentia vires moderatur. Quin etiam pacis artibus hanc præeſſe voluerunt, vt ſub vnius tutela pacis & bellorum regimen conſtituentes, ſummam vtriuſque artium generis coniunctionem indicarent. Pari diſtinctione alij confusè ac perturbatè iura tractant, vt pragmaticorum, & veterum Doctorum plerique: alij recta methodo ex ſuis principiis concluſiones deducunt, & concinnè omnia collocant. Hi ſunt veri & germani Iuriſconſulti: à quibus illi non minùs diſtant, quàm ſophiſtæ à philoſophis, hæretici à theologis, circumforanei à medicis, latrones à militibus. Quapropter viri principes, ſummíque duces, inter quos tua excellens virtus altiſſimo loco Te collo-

cauit, vt à latronibus & pyratis, ita etiam à rabulis illis forensibus abhorrere, Themidis verò sacerdotes amore prosequi, suóque patrocinio protegere solent: & meritò ab his debito honore coluntur; in illis beneuolentiam, gratitudinem, obsequium plerumque desiderant. Ego igitur inter Themidis cultores facultate minimus, animi propensione & diuturno labore (quippe qui vltra quadraginta annos iura in Vniuersitatibus publicè docui) nemini secundus, Dignitatem ac Præstantiam Tuam, cuius quasi Dei tutelaris præsidio commendatus esse percupio, deuotissimo animo veneror, & pro mearum virium tenuitate celebrare nō desino. Vtinam in tuarum laudum præconio pares voluntati vires adhibere possem, vt eas potiùs facundia illustrarem, quàm tenui & impolito stylo detererem.

Te celebrant alij quanto decet ore, tuásque
Ingenio laudes vberiore canunt.
Vtq; illi fuso taurorum sanguine centum,
Sic ego Te minimo turis honore colo.

Qualis enim & quantus tam in pace tuenda, quàm in bellis profligandis; nec minùs in regno conseruando, quàm in hostibus debellandis; & æquè in vi repellenda, atque in fraudibus declinandis semper extiteris, Latinæ & Gallicæ historiæ fidem indubiam faciunt. Quamquàm ita sunt conspicua, notáque omnibus, vt vel tacentibus historicis suo splēdore se prodant, & omnes mortales in Tui admirationem trahant. Tu namque à primis annis inter arma & bella educatus, tanta prudētia, tantáque felicitate vsus es, vt fortissimos exercitus disieceris, hostium multitudinem exiguo militum numero prostraueris; quibuscumque difficultatibus frustrà Tibi obstantibus, semper victor à prælio discesseris; denique Fortunam, quæ in bello dominari dicitur, tuæ virtuti subieceris. In victoriarum tuarum cursu Gratianopoli, quæ Delphinatus metropolis est, summo hyemis rigore capta, vniuersam istam Prouinciam Christianissimo Regi recuperasti, moxq; ab inuasione summi illius Ducis OLIVARII, decē ferè millibus hostium partim cæsis, partim in fugam coniectis, feliciter conseruasti. Quid de bello ciuili dicam, quo tam multi à debito obsequio desciscentes, cōtra inuictum Regem HENRICVM quartum, ceu gigantes contra Iouem pugnabant; vt eum de solio deiicerent? nónne in præclara victoria gloriosissimus ille Rex, Te tantæ laudis participem liberaliter est professus? Tu illius turbulentæ tempestatis tempore te ipsum excitasti: instructissimo exercitu Cottias Alpes ingressus, hostiles copias deleuisti, Caturcum vi occupasti, Brigueratium muniuisti, &, donec bellum cū pace mutatum fuit, in tua potestate retinuisti. Sed & Barrium castrum, tot impensis & vigiliis erectum & custoditum, vt oppugnari incassum videretur, fortissimo Duci vna Aurora sine nostro sanguine ademisti. Nuperò quoque Sabaudico bello, quo ipse HENRICVS Magnus in Sabaudiam penetrauit, Deus immortalis! quàm multa egregia præstitisti! Tu Camerinum cepisti, ac Regi ingressum in hostilem prouinciam aperuisti. Tu Montmelianum, Cōfluentem, Carboneriam expugnasti. Tu Brigantiū, Sancti Iacobi oppidum

oppidum,& Centrones in Regis poteſtatem redegiſti. Tempus me deficiet,ſi omniá ſingillatim perſequi velim. O virum ad bella,nec minùs ad pacem natum! Nam Proregis titulo ſic Delphinalis prouinciæ habenas moderaris,vt eam ab omni periculo & terrore bellico immunem ſemper præſtiteris, Gratianopolim,matricem vrbem, amplificaſti,inſtruxiſti,illuſtraſti,&(penè dixerim)ex lateritia marmoream effeciſti.Poſt funeſtum illum,& numquàm ſatis deploratū Magni HENRICI caſum, pro totius regni,cui malus genius ruinā minabatur,incolumitate vigilaſti; tuáque auctoritate & prudentia ita præcauiſti,vt,quæcumque reipublicæ tranquillitatē turbare poterant,funditùs euerteris.O ſeculi noſtri decus ſingulare!Fidem, ſapientiam,magnanimitatem, ceteráſque tuas diuinas virtutes quis non admiratur? quis non ad cœlum extollit? Tu tuis clementem,hoſtibus acrem te exhibes. illi Te amant, hi metuunt. illos tueris & vindicas, hos auertis & propellis. Nulla humana vis Te ſuperare,nullum periculum tibi metum incutere, nulla fraus in diſcrimen adducere, nulli labores defatigare poſſunt. Et vincere,& victoria vti, & victis parcere ſcis. O Mineruæ alumnus! ô belli & pacis ornamentum! ô Galliæ columen! ô fortium & literatorum virorum Mæcenas!

——————— En erit vmquàm,
Ille dies,mihi cùm liceat tua dicere facta,
Et meritas totum laudes deferre per orbem?
Intereà de iure tuis hæc edita iuſsis
Scripta (precor) placido,ſi fas eſt,accipe vultu,
Ignaramq; viæ mecum nunc dirige pubem.
Tu Cynoſura mihi atque Helice:Tu magnus Apollo
Semper eris: Tibi dona feram,votiſque vocabo.

Interim pro tua ſingulari humanitate æquo animo patere, vt Tuum illuſtriſſimum nomen ſit huic operi præfixum; vt ſub tui clypei præſidio ſit à Zoilorum liuore tutum; & hac qualicumque ratione quia meliori non poſſum,meam ergaTe obſeruantiam,ac potiùs pietatem,etiam apud poſteros teſtatam faciam. Vt igitur clementer huius operis & auctoris patrocinium ſuſcipias, Téque non ſolùm in caſtris militantium, ſed etiam Muſas colentium patronum & Mæcenatem re ipſa oſtendas, ſupplex etiā atque etiam rogo. Vale feliciter, & ſalue. DEVS Optimus Maximus Te quàm diutiſſimè beatum,& bonis omnibus affluentem,Regi Chriſtianiſſimo, ac toti Chriſtianæ reipublicæ conſeruet. Monſpelij, Kal. Quintilis,anno reparatæ ſalutis CIↃ IↃC XV.

Illuſtriſſimæ Tuæ Dignitati

Addictiſſimus cliens,

IVL. PACIVS.



DE ILLVSTRISSSIMO DOMINO, D. FRANCISCO BONNÆO, DVCI LESDIGVERIO, PARI, MARESCHALO FRANCIÆ, SACRI PALATII COMITI, Delphinatus Proregi, &c.

I.

Miles, Præfectus, Vicerex, Dux, Párque Tribunus
Marte, arte, admonitis, meritis, formidine pœnæ
Eduxi, duxi, rexi, erexi, moderaui
Aduersos, Francos, patriam, monumenta, superbos.

II.

Soldat, Chef, Viceroy, Duc & Pair, Mareschal
Par Mars, par arts, par loix, par vertu, par supplice
Tu bats, sauues, regis, surhausses, mets à val
L'haineux, l'ami, nos champs, ton estoc, la malice.

III.

Mars BONNÆO *animum, Pallas concessit & artem,*
Arte, animóque dedit Gallica fata fugæ.
Hinc Rex præfecit patriæ, fecitque Tribunum,
Inscripsit Ducibus, iussit & esse parem.

IN EIVS INSIGNIA.

Cærula cœlestes, & amant quæ candida Galli,
Rubráque belligero digna leone domus.

Samuël Benedictus D. M.

PRIVILEGE DV ROY.

LOVYS par la grace de Dieu, Roy de France & de Nauarre. A nos amez & feaux Conseilliers, les gens tenants nos Coors de Parlemens de Paris, Tholose, Roüen, Boordeaux, Dijon, Aix, Grenoble & Bretaigne, Baillifs, Preuosts & Seneschaux desdicts lieux : Lyon, Poitiers, Orleans, Bourges, Champagne, & à tous nos Officiers, Iusticiers & subiects qu'il appartiendra, Salut. Nostre bien amé Iolius Pacius, nostre Cooseiller, & premier Professeur en Droict en l'Vniuersité de Montpelier, Nous a fait remoostrer qu'il auoit trauaillé depuis vn long temps à faire & composer quelques liures tant eo Droict qu'en Philosophie, desquels il auroit fait imprimer plusieurs volumes pour essayer de seruir & proffiter au public, intitulez. *Corpus iuris recognitum nouis paragraphorum distinctionibus, & Argumentis, notisque perpetuis illustratum. Cõmentarius in L. fratres à fratre. D. de conditione indebiti. Institutiones Iuris recognitæ paragraphorum distinctionibus, argumentis nouis, graduum descriptionibus, notis perpetuis: ac tabula Sinobsica illustrata. Iuris Ciuilis initia & progressus, recogniti, & argumentis, ac notis aucti. Tituli tractatusque Iuris Ciuilis recogniti, & argumentis, ac notis illustrati. Enantiophanon seu Legum Conciliatarum centuriæ septem ad nouam Imp. Frederici constitutionem de studiosorum priuilegiis cõmentarius. Cõmentarius ad Papinianum de fructibus inter virum & mulierem soluto matrimonio diuidendis. Iuris quo vtimur epitome. De rebus creditis cõmentarius ad librum quartum Codicis. Sinopsis Iuris ciuilis. Institutionum Iuris Ciuilis Analysis. Institutionum Iuris Ciuilis epitome. Isagogicorum in Digesta libri 50. In Codicem libri 12. In Decretales libri 5. Methodicorum in Codicem libri tres. De Contractibus tractatus sex. Cõmentarius in lege transigere. C. de transactionibus. Aristotelis Organon Græcè & Latinè Iulius Pacius recensuit, atque ex libris tum editis, tum manuscriptis emendauit, è Græca in Latinam linguam conuertit, tractatuum capitum, particularum distinctionibus argumentisque, necnon perpetuis notis illustrauit. In Aristotelis organum Cõmentarius. Aristotelis naturalis auscultationis libri octo, Iul. Pacio Interprete. Eiusdem in eosdem libros cõmentarius Aristotelis de Anima libri tres græcè & latinè. Iul. Pacio interprete. Eiusdem in eosdem libros Commentarius. Doctrinæ peripateticæ tomi tres: primus Logicus, secundus Physicus, tertius Politicus. Institutiones logicæ. Logicæ Rudimenta, &c.* Et d'autant que lesdicts liures ont esté approuuez & sont encores tous les ioors recerchez de ceux qui font profession desdites ſciences, tant à eause des matieres dont ils traicbent, que de la briefue & facile methode de l'exposant, dont ehacun peut tirer vne grande erudition : Il desiretoit volontiers, reuoir, corriger & augmenter lesdicts liures, & iceux auec tous ceux qu'il peut aooit faits depuis & pourra faire cy apres eo suitte des premiers, faire imprimer luy mesme le plus eorrectement qu'il luy sera possible, & par tel Imprimeoe que bon luy semblera : Ce qo'il craint ne pouuoir faire sans auoir sur ce nos Lettres de Permission. A ces eauses inclinant liberalement à la supplication dudit Pacius, pour la grande & singuliere recommandation de sa Doctrine, & pour luy donner plus de subiect de continuer la loüable intention qu'il a de seruir au public, à quoy il trauaille soigneusément & continuellement. NOVS luy auons de grace speciale, pleine puissance & autborité royalle, donné & octroyé, donnoos & octroyons par ses presentes, congé & permission de faire imprimer luy mesmes par tel Imprimeur & en tel volume, marge & caracteres que bon luy semblera, tous les liures susdits, ensemble ceux qu'il pourra faire cy apres en suitte & consequence d'iceux, & generalement toutes ses Oeuutes, tant en Droict qu'en Philosophie, imprimeés ou à imprimer, les mettre & exposee en vente, faire vendre ou distriboer, durant le temps & espace de dix ans, à commencer du iour & datte que chascun desdicts liutes sera acheué d'imprimer, ainsi qu'il aduisera. Pendant lequel temps, nous auons fait & faisons tres-expresses inhibitions & deffences à tous Imprimeurs de nostre Royaume, & autres personnes de quelque qualité & condition qu'elles soyeot, d'imprimer ou faire imprimer, vendre ny exposer en vente lesdits liures sans le vouloir & eonsentement dudit Pacius, à peine de confiscation d'iceux, despens, dommages, & interest, & d'amende arbitraire. Voulous en outre qu'en faisant par loy mettre au commencement ou à la fin desdits liures vn extraict sommaire desdites presentes, elles soyent tenuës pour notifices, signifiees, & venues à la cognoissance de toutes personnes. Si vous mandons, & à chacun de vous commettons eu droict soy si comme à luy appartiendra, que de nostre preseut priuilege & du cootenu eo iceluy vous faites & souffriez ledit Pacius, celuy ou ceux qoi auront charge de luy, iouir, & vser plainement & paisiblement, oonobstant oppositions & appellations quelconqoes, Car tel est nostre plaisir. Donné à Paris le quatorziesme iour de Feurier l'An de Grace Mil six cents douze : & de nostre regne le deuxiesme.

Par le Roy eu son Conseil,

CHALOPIN.

L'AN mil six cents seize & le second iour de Mars apres midy, regnanr Tres-Chrestien Prince Louys par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre. Par deuanr moy Noraire & tesmoius, Constitué en personne M^r. M^e. Iulius Pacius, Conseillier du Roy, & son premier Professeur en Droict en l'Vniuersiré de Montpelier, lequel de son gré suiuanr le Priuilege general à luy donné par sa Majesté de pouuoir faire imprimer rous ses liures à rel Imprimeur que bon luy semblera: Auec deffences à tous Imprimeurs d'en imprimer sans sa permission par ses lettres patenres donneés à Paris le quatorziesme de Feuriet mil six cents douze, signeés par le Roy en son conseil Chalopin

lopin, qu'il a exhibees à moy dict Notaire, auec le Seau y pendant, & apres par luy retirees. A permis & permet par ses presentes à Dame Anne Thomas, vefue de feu Sieur Antoine de Harsy, en son viuant Marchand Libraire de Lyon, absente, moy Notaire pour elle stipulant, d'Imprimer vendre & distribuer les liures faits par ledit Sieur Pacius cy apres designez, Asçauoir *Analysis Codicis, Oeconomia vtriusque Iuris, Tabulæ in Institutiones Imperiales, Commentarij in titulos Digestorum & Codicis, de Pactis, de Transactionibus, & de Errore calculi*, comme bon luy semblera : luy cedant & remettant tout son Droict auec tel pouuoir, qu'elle puisse deffendre à tous autres d'en vendre, pour les susdicts liures tant seulement, & pour lesquels il luy cede ledit Priuilege par luy obtenu de sa Maiesté, comme dit est. Signé, PACIVS, COVRET, BOVDON, ET MONTET.

E*Nucleatos hosce iuris Tractatus, à Clarissimo D. Iulio Pacio, Legum antecessore meritissimo, & quem in legitima Scientia ediscenda Doctorem quondam habui, ordinatos; Ego Iacobus Daueyne, Regis Consiliarius & Procurator, Typis mandari (iuxta suprascriptum diploma Regium) consentio.*

DAVEYNE.

Acheué d'imprimer le dernier iour du mois d'Auril 1616.



INDEX PRIMVS
TITVLORVM, QVI HOC OPERE EXPLANANTVR.

29 Si

33 De

Titulorum.

LIB.

Index primus

Index primus Titulorum.

INDEX



INDEX SECVNDVS
EORVMDEM TITVLORVM
ORDINE ALPHABETICO.

Primus numerus librum, secundus titulum, tertius paginam, litera a b *columnas cuiusque paginæ indicant.*

¶¶ 2 Donatio

Legatis

Sine

INDEX TERTIVS
RERVM ET VERBORVM
MEMORABILIVM.

Numerus paginam, literæ a b primam & secundam paginæ columnam, literæ A B C D primam, secundam, tertiam, & vltimam columnæ partem indigitant.

A



Actio

Index tertius

B

C

Capitatio.

D

Dotalem

E

Heres

Ingenui

Index tertius

L

Index tertius

Liber

Pactum

Possessio

Q

R

de

T

pro

U

INDICVM FINIS.

IN ANALYSIM CODICIS A CLARISSIMO VIRO, IVLIO PACIO EDITAM.

Samuël Benedictus D. M.

HActenus exanimis Codex fuit iste, vel illi
Dat propriis animam quilibet arbitriis.
Alligat huic animam, sed Pacius arte resoluens,
Hincq; notis animas cogit abire nothas.

Auctor Lectori.

QVi breuiter Romana cupis cognoscere, moxque
Consultus gemino tradere iura foro,
Versa hæc scripta manu nocturna, versa diurna,
Vt promus condus sit liber iste tibi.

MONITVM.

CVm Iustinianus Imperator, seu viri prudentes, qui eius iussu Codicem conscripserunt, in constitutionibus sub quoque titulo digerendis ordinem temporum secuti sint, quoniam posteriores (vt ait Modestinus) sunt prioribus potiores: faciliùs tamen iura discantur, ac memoriæ tenaciùs hæreant, si methodus rebus subiectis conueniens adhibeatur: è re visum est, singulorum titulorum leges ad certa capita, & certas quæstiones referre, ac naturali ordine seruato explicare. Sed quò faciliùs quamque constitutionem, eiúsque enarrationem in hoc opere lector inueniat: hæc Analysis diuisa est in paragraphos, quorum numeri ad oram libri notantur: & cuique titulo numerus constitutionum eò contentarum, necnon earum, vbi occurrunt, paragraphi præfixi sunt, adiecta locorum indicatione, quibus in Analysi citantur, aut explanantur. Quia verò huius Analyseos paragraphi sæpe sunt prolixi, & multos articulos complectuntur, idcirco hi quoque facilioris inuentionis gratiâ notantur. Quod dico, exemplis clarius euadet. Initio primi tituli, qui est de summa Trinitate & fide Catholica, versu 2. & tribus sequentibus scriptum est, l.1.in princ. 4,j,iv.5,p,ij.14,j.15,v.18,viij.19.21,j,ij.22,6,7.25,iij,vij,viij. *quibus notis significatur, sententiam principij legis primæ referri in Analysi §.quarto, membro primo, & membro quarto: necnon §.quinto.in princip.& membro 2: item §.14, memb.1: & §.15, membro 5: & §.18, memb.8. item §.19.& §.21, memb.1.& membro 2: item §.22, memb.6.& 7: denique §.25, memb.4,7,8. Similis est aliarum notarum interpretatio. Etenim ne cogerer sæpiùs repetere legem, Analyseos paragraphum, & paragraphi membrum siue articulum, diuersis symbolis sum vsus. ac literæ quidem maiores, I, II, III, &c. constitutiones demonstrant. numeri verò arithmetici, quos Hebraïco & vulgari vocabulo sifras appellamus, paragraphos Analyseos indigitant: minores literæ, j, ij, iij, &c. membra siue articulos illorum paragraphorum indicant. Quocirca cùm articuli sub paragraphis contineantur, vbique subieceram paragrapho sicilicum, membro siue articulo punctum. vt in dicto exemplo sic scripseram aut scribi curaueram, punctis & virgulis interiectis, vt suprà retuli. sed Typographus, vt multa alia ad ortographiam & ad interpunctionem pertinentia mutauit, ita in his locis vbique pro sicilicis puncta excudit: quod quamquam parui momenti est, tamen factum nollem. Vale, & nostris laboribus fruere, aut saltem studiis faue.*

IVL. PACII A BERIGA
I. C. ANALYSIS LIBRI PRIMI CODICIS.

TIT. I. DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE, *catholica, & vt nemo de ea contendere audeat.*

Rub §.1.
*L.1.in princ.*4.j.iv.5.p.ij.14.j.15.v.18.viij.19.21.j.ij.22.vj.vij.25.iij.vij.viij.
§.j.12.j.14.ij.15.v.18.vj.24.ij.28.j.ij.29.iij.
*II.in prin.*4.j.28.j.ij.29.4.
§.j.4.j.ij.5.iv.6.j.ij.9.j.iij.vj.12.j.15.v.18.iij.iv.vj.viij.19.21.iij.22.j.24.j.
§.vlt.18.ij.iij.24.iij.28.ij.29.iv.
*III.in prin.*12.j.13.j.iv.vj.18.viij.
§.j.12.j.18.vij.24.j.29.v.30.j.
§.ij.τριῶ.18.ij.24.iij.29.j.30.ij.
§.iij.ἐπειδὴ.15.iv.18.ij.viij.22.j.viij.25.ij.29.v.30.ij.
§.pen.30.ij.
§.vlt.18.viij.
*IV.*12.j.15.v.18.j.21.j.22.j.31.32.33.34.35.36.
*V.in pr.*18.v.vj.21.j.iij.22.vj.
§.j.4.j.ij.iij.5.p.iv.9.j.iij.iv.v.j.viij.11.j.12.j.ij.iij.vj.14.j.ij.19.
§.vlt.9.iij.12.j.13.j.iv.29.ij.iij.30.ij.iij.iv.
*VI.in pr.*8.j.11.ij.12.j.13.j.iv.18.j.vj.28.iij.vj.30.ij.iij.
§.j.4.j.ij.iij.5.p.iv.v.6.ij.8.ij.9.ij.iij.iv.vj.viij.11.j.12.j.ij.iij.iv.vj.13.ij.14.j.ij.19.
§.ij.τούτων.6.iij.9.iij.12.j.13.j.29.ij.30.ij.
§.pen.12.j.13.v.29.ij.30.iij.
§.vlt.9.iij.12.j.13.j.29.ij.iij.30.iv.
*VII.in pr.*18.vj.22.iij.30.ij.iij.
§.j.4.ij.5.iij.v.9.iij.12.j.22.ij.28.iv.vj.
§.ij.5.ij.v.8.j.ij.iij.9.iij.iv.v.v.ij.12.j.ij.iij.iv.v.vj.13.ij.14.ij.19.21.iij.22.v.
§.iij.22.iv.v.ix.25.v.
§.iv.10.j.12.j.13.j.18.vj.22.j.x.24.iv.25.x.28.v.29.ij.30.ij.iij.
§.pen.29.ij.
§.vlt.18.viij.
*VIII.in pr.*18.vj.
§.j.5.v.9.iij.12.j.13.ij.iij.18.vj.28.iv.30.ij.
§.omnes.8.j.ij.iij.9.iij.iv.v.viij.10.j.ij.12.j.ij.iij.iv.v.vj.13.ij.14.ij.18.vi.19.22.ij.iij.v.
§.*suscipimus*.22.j.
§.pen.22.xj.25.iv.vj.
§.vlt.22.iij.
Papæ epistola inter claras, 22.iij.

1 EX definitione Iurisprudentiæ, quæ dici-
tur esse diuinarum & humanarum rerum
notitia, D. de iust. & iur. l. iustitia. 10. §. vlt.
& Inst. eod. §. 1. satis cõstat duas esse præ-
cipuas iuris partes: quarum prior est de
rebus diuinis, posterior de rebus humanis. Rectè igitur
Iustinianus iura de rebus diuinis, quæ Theodosius in
vltimũ locum reiecerat, initio sui Codicis proponit, à
Deo, & à Fide, qua Deus colitur, initio sumpto. Cùm
autem in Deo sit essentiæ vnitas, & personarum trini-
tas, inscriptionem huius primi tituli maluit accipere à
personis: quia licèt omnes Dei cultum profiteantur,
nemo tamen verum Deum cognoscit, qui Trinitatem
personarum in eo non adgnoscit.
2 ¶ Hic titulus diuiditur in tres partes. ¶ Prima pars
3 de summa Trinitate, quinque capitibus constat. ¶ Pri-
4 mum caput est de vnitate Dei: vbi dicitur, I. Vna Dei-
tas, l. 1. in princ. l. 5. §. 1. l. 6. §. 1. & vnus Deus, l. 2. in princ.
& vnum numen, d. l. 2. §. 1. vbi pro, *vno nomine*, puto le-

gendum *vno numine*. II. Vna & indiuisa substantia, siue
essentia, Græcè ὁμουσία, καὶ μία οὐσία, d. l. 2. §. 1. d. l. 5. §. 1. d.
l. 6. §. 1. l. pen. §. 1. III. Vna potestas, d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1. IV.
Par maiestas, d. l. 1. in princ. ¶ Secundum caput est de 5
Trinitate, ad quam referuntur hypostases, seu personæ
diuinæ, pater, & filius, & Spiritus sanctus, d. l. 1. in pr. d. l.
5. §. 1. d. l. 6. §. 1. Ei verò plura attribuuntur: dicitur enim
I. Summa, vt in rubr. II. Pia, d. l. 1. in princ. quia piè cre-
ditur. III. Sancta, d. l. pen. §. 1. & 2. IV. Incorrupta, d. l. 2. §.
1. Quod verbum duobus modis exponi potest: aut
enim vocatur incorrupta respectu piè credentium, qui
hac ratione distinguuntur ab infidelibus & hæreticis
summam Trinitatem, quantum in ipsis est, sua perfidia
corrumpentibus & iugulantibus; vnde in eod. §. dicitur,
negando non violat: aut appellatur incorrupta, id est,
æterna, incorruptibilis, immutabilis: quia nullam reci-
pit nouationem, nec recipit adiectionem quartæ perso-
næ: ideóque mansit Trinitas etiam post incarnatum
verbum, d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1. V. Consubstantialis, d. l. 6. §.
1. d. l. pen. §. 1. & 2. & l. vlt. §. 2. quia eadem est om-
nium diuinarum personarum substantia. ¶ Ter- 6
tium caput est de Deo patre, qui dicitur I. Summus re-
rum parens, d. l. 2. §. 1. II. Omnipotens, ibid. vel pater
omnipotens, dict. l. 6. §. 1. III. Deus pater, dict. leg. 6. §. 2.
¶ Quartum caput est de Deo filio, qui consideratur sex 7
modis. ¶ In prima consideratione, quà est Deus, dici- 8
tur I. Verus Deus, d. l. 6. in pr. seu verè & propriè Deus,
d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes. II. In diuinitate seu deita-
te perfectus, d. l. 6. §. 1. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes.
III. Deitate impassibilis, d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes.
¶ In secunda consideratione, quatenus refertur ad 9
patrem, dicitur I. Deus de Deo, d. l. 2. §. 1. d. l. 5. §. 1. II.
Verus Deus ex vero Deo, d. l. 6. §. 1. III. Filius Dei, d. l. 2.
§. 1. d. l. 5. §. vlt. d. l. 6. §. 1. 2. & vlt. d. l. pen. §. 1. Vnigenitus,
d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1. & §. vlt. d. l. pen. §. 1. & 2. d. l. vlt. §. 1. &
2. IV. Ante sæcula & sine tempore ex patre genitus, d. l.
5. §. 1. d. l. 6. §. 1. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes. V. Verbum
Dei, d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes. VI. Lumen de lumine.
d. l. 2. §. 1. VII. Coæternus patri, d. l. 5. §. 2. d. l. 6. §. 1.
VIII. Consubstantialis patri secundum deitatem, d. l.
5. §. 1. d. l. 6. §. 1. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes. ¶ In tertia 10
consideratione, quatenus refertur ad Trinitatem dicitur
I. Vnus ex Trinitate per propriam relationem, d. l. pen.
§. 4. d. l. vlt. §. omnes. II. Coadorandus, & conglorifican-
dus patri & Spiritui sancto, d. l. vlt. §. omnes. ¶ In quarta 11
consideratione, quatenus refertur ad creaturas, dicitur
I. Is ex quo omnia, & per quem omnia, d. l. 5. §. 1. d. l. 6.
§. 1. II. Dominus omnium, Græcè τῶν ὅλων, d. l. 6. in
princ. ¶ In quinta consideratione, quatenus incarna- 12
tus, & homo factus est, dicitur I. Iesus Christus, d. l. 2.
§. 1. l. 3. in princ. d. l. 5. §. 1. & 2. d. l. 6. in princ. cũ quatuor
paragraphis sequentibus, d. l. pen. §. 1. 2. 4. d. l. vlt. §. 1. &
§. omnes. vnde vocantur Christiani, d. l. 1. §. 1. d. l. 3. §. 1.
& vocatur fides Christiana, l. 4. II. Vnus Dominus, qui

vnione hypostatica simul est Deus & Homo; adeo vt eiusdem personæ sint miracula & passiones, d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 2. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. § omnes. III. Consubstantialis, siue coëssentialis patri secundum deitatem, nobis secundum humanitatem, dictis iurib. IV. Perfectus in deitate, & in humanitate, d. l. 6. § 2. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes. V. Passibilis carne, impassibilis deitate. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes. VI. Vltimis temporibus descendit de cœlis, & incarnatus ex Spiritu sancto, ac sancta gloriosa semper virgine Maria, homo factus est, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, sepultus, tertia die resurrexit, d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes.

13 ¶ In sexta consideratione, quatenus ad nos refertur, dicitur I. Deus noster, d. l. 3. in pr. d. l. 5. §. vlt. d. l. 6. §. 2. & §. vlt. d. l. pen. §. 4. & verus Deus noster, d. l. 6. in prin. II. Dominus noster, d. l. 6. §. 1. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. 1. & 2. & vnus Dominus noster, d. l. 5. §. vlt. III. Deus & dominus noster, d. l. vlt. §. 1. IV. Saluator, Græcè *σωτήρ*, d. l. 6. in prin. & saluator noster, d. l. 3. in princ. V. Dominus & saluator noster, d. l. 6. §. pen. VI. Eius benignitas conciliatur, si princeps ei placere studeat, & subditos ad eam rem instituat, d. l. 3. in princ.

14 ¶ Quintum caput est de Spiritu sancto, qui consideratur tribus modis. I. Quatenus est vna Trinitatis persona, d. l. 2. in princ. d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1. II. Quatenus ex eo incarnatus est Christus, d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes. III. Quatenus virtutem suam & efficaciam in nos effūdit: hoc enim est, quod dicitur in d. l. 2. §. 1. Nos Spiritum sanctum ex summo rerum parente & sperare & accipere. Quem locum Accursius perperam notauit quasi confirmantem errorem Græcorum de processione Spiritus sancti à solo patre. Etenim non solùm veteres patres, & antiqua concilia ita loquuntur, sed etiam ipse Christus Ioh. 15. vers. 26. Præterea hic contextus non loquitur de Spiritu sancto, quatenus est vna ex personis Trinitatis, nec respicit ad eius essentiam, sed ad eius virtutem & efficaciam in nobis, vt perspicuum est ex illis verbis, *& speramus & accipimus*. quapropter hic locus nec fauet Græcorũ sententiæ, nec eam euertit. Porrò cùm dicimus nos accipere Spiritum sanctum à patre, non excludimus filium: immo accipimus & à patre & à filio, & ab ipso Spiritu sancto: in his enim operibus, quæ extra Deum spectantur, communis & indiuisa est actio, quippe cùm ad totam Trinitatem indiuisè pertineat, vt in creatione mundi: credimus enim in Deum patrem omnipotentem, creatorem coeli & terræ: nec propterea negamus etiam filium & Spiritum sanctum esse creationis auctorem. Quamquàm fatendum est, solùm filium esse incarnatum, non etiam patrem aut Spiritum sanctum: quia incarnatio est personæ filij propria. Rectè igitur inquiunt Canonistæ in c. 1. extr. h. t. Spiritum sanctum, cùm procedat à Patre, procedere etiam à filio, quia filius est à patre inseparabilis.

15 ¶ Secunda tituli pars est de Fide catholica. Fidei vocabulum multis modis accipitur. I. Pro constantia & veritate dictorum & factorum, cùm id fit, quod dictum est, vt M. Tullius definit lib. 1. offic. sic accipitur D. de pact. l. 1. in prin. & Inst. proœ. §. cumque. & xxij. q. 4. c. innocens. 23. & ad Rom. 3. ver. 3. In hac significatione dicitur quis promittere fidem, xxiij. q. 1. c. noli. 3. id est, promittere se facturum quod dicit. In eadem significatione dicitur fidelis, qui præstat promissa, nec vnquam fallit: vt Deus dicitur fidelis, custodiens pactum & misericordiam, Deut. 7. ver. 9. II. Pro fiducia, qua quis alteri fidit, eique credit, inf. plus vale. quod agit. l. vlt. In hac significatione dicitur aliquis habere fidem alteri, D. de contr. empt. l. quod vẽdidi. 19. vel eius fidem sequi, Inst. de rer. diuis. §. venditæ. III. Pro assensu, quo ea recipimus, quæ verbo Dei continentur, extr. de baptis. c. 4. & xxiv. q. 1. c. hæc est fides. 23. in qua significatione ab Apostolo ad Hebr. cap. 11. ver. 1. definitur, Rerum, quæ sperantur, hypostasis, & earum, quæ non videntur, elenchus. Quia verò hæc est præcipua pars religionis, hinc oritur IV. Fidei significatio, vt per synecdochen accipiatur pars pro toto, fides scilicet pro religione, dist. 45. c. de Iudæis. 5. & 1. ad Timoth. c. 3. ver. 9. & 11. ad Timoth. c. 2. ver. 8. & c. 3. ver. 8. In hac significatione dicitur esse vna fides, ad Ephes. 4. ver. 5. id est, vna religio, vnus verus Dei cultus; &, quod non est ex fide, peccatum esse, ad Rom. 14. ver. vlt. & infr. de restit. spolia. c. litteras vers. porrò & de præscr. c. vlt. & xxviij. q. 1. in pr. V. Fides sumitur pro promissione, xxvij. q. 2. c. coniuges. 6. & c. coniux. 9. & 1. ad Timoth. 5. ver. 12. & apud Virg. 8. Æneid. illo loco, *Accipe dáque fidem*. VI. Pro probatione, vt in rubr. de probat. & infr. de edend. l. 5. & D. de probat. l. cùm de ætate. 13. Ex his significationib. in præsentia debent accipi tertia & quarta: hic enim agitur de Fide catholica, id est, de vera christiana religione, quá ecclesia catholica amplectitur, & probat, & de potissima eius parte, quæ est Fides. Vnde sicut dicitur fides catholica, ita etiam religio catholica, l. 2. §. 1. & simpliciter religio, l. 1. in pr. & alibi. Item quemadmodum dicitur fides orthodoxa, l. 3. §. 3. ita etiam religio orthodoxa, infr. tit. prox. l. priuilegia. 12. Item sicut dicitur religio christiana, ita etiam fides christiana, l. 4. Interdum fides & religio coniunguntur, d. l. 2. §. 1. & infr. tit. prox. l. iubemus. 14. in pr.
¶ Hæc secunda pars diuiditur in tria capita. 16
¶ Primi capitis, quod est de Fide de tria sunt segmenta. 17
¶ In primo segmento proponuntur varia fidei 18
attributa: dicitur enim I. Fides christiana, d. l. 4. vel Christianorum, d. l. 6. in pr. II. Fides orthodoxa, d. l. 3. §. 3. ex qua orthodoxi appellantur, l. 2. §. vlt. d. l. 3. §. 2. III. Fides Nicæna: quia in concilio Nicæno probata est, d. l. 2. §. 1. & 2. IV. Fides intemerata, d. l. 2. §. 1. V. Fides recta & irreprehensibilis, d. l. 5. in pr. VI. Catholica religio, d. l. 2. §. 2. Hinc dicitur catholica ecclesia, quæ & Dei ecclesia, & sancta, & apostolica vocatur, d. l. 5. in pr. d. l. 6. in pr. d. l. pen. in princ. & §. 4. & d. l. vlt. in princ. & §. 1. & 2. Hinc etiam Christiani Catholici appellantur, d. l. 1. §. 1. VII. Christianorum cultus, d. l. 3. §. 2. VIII. Ab omnibus amplectenda & probanda, d. l. 1. in princ. d. l. 2. §. 1. & quæ sola doceri debet, d. l. 3. §. 3. ideóque subditis proponitur a principe, d. l. 3. in princ. d. l. pe. §. vlt. & à magistratibus, d. l. 3. §. vlt.
¶ In secundo 19
segmento explicatur huius fidei substantia, id est, quid credere oporteat. Id autem credere oportet, quod de summa Trinitate dictum fuit in prima parte huius tituli, d. l. 1. in princ. d. l. 2. §. 1. d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1. d. l. pẽ. §. 2. d. l. vlt. §. omnes.
¶ In tertio segmento declaratur, à 20
quibus hæc fides Catholica secundum Deum tradita & probata sit.
¶ Tradita est. I. Ab Apostolis, d. l. 1. in 21
prin. d. l. 4. d. l. 5. in pr. Præsertim à Petro Romanis, d. l. 1. in princ. II. Ab Euangelistis, d. l. 1. in princ. III A patribus, d. l. pe §. 2. seu maiorib. d. l. 2. §. 1. qui post Apostolos in Ecclesia versati sunt, d. l. 5. in prin.
¶ Probatur I. 22
Quatuor conciliis, Nicæno, Ephesino, Chalcedonensi, Constantinopolitano, d. l. 2 §. 1. d. l. 3. §. 3 d l. 4. d l. pen. §. 4 d. l. vult. §. suscipimus. II. Omnibus sacerdotibus, d. l. pe. §. 1. d. l. vlt §. omnes. III. Papæ, & Ecclesiæ Romanæ, d. l. 5. in prin. d. l. pe. in pr. d. l. vlt § omnes & § vlt. & epist. inter claras. IV. Variis episcopis Constantinopoli existentibus, d. l. pen. §. 3. V. Archimandritis monasteriorum, d. l. pen. § 2. & 3. d. l. vlt. §. omnes. VI. Damaso Pontifici, d. l. 1. in princ. VII. Petro Alexandriæ Episcopo, d. l. 1. in prin. VIII. Cyrillo Alexandriæ Episcopo, d. l. 3. §. 3. IX. Epiphanio Episcopo Constantinopolitano, d. l pen. §. 3. X. Proclo in epistola ad Armenios, d. l. pen. §. 4. XI. Hypatio & Demetrio, l. vlt §. pen.

¶ Secundum

23 ¶Secundum caput de his, qui dictam christianam &
catholicam fidem amplectuntur, diuiditur in duo seg-
24 menta. ¶In priori segmento proponuntur generalia
quædã epitheta siue attributa: vocantur enim I. Chri-
stiani, d. l. 3. §. 1. II. Christiani catholici, d. l. 1. §. 1.
III. Orthodoxi, d. l 2. in fi. d. l. 3. §. 2. IV. Fideles sanctæ
25 catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, d. l. penul. § 4 ¶In
posteriori segmento nominantur aliquot fideles, quos
ordine literario referam. Hi igitur sunt, I. Athanasius,
infr. de hæretic. l. 7 in princ. II. Cyrillus, d. l. 3. § 3.
III. Damasus, d. l. 1. in princ. IV. Demetrius, d. l. vlt. §.
pen. V. Epiphanius, d. l pe. §. 3. VI. Hypatius, d. l. vlt.
§. pen. VII. Petrus Apostolus, d. l 1. in princ. VIII. Pe-
trus Alexandriæ episcopus, ibid. IX Procerius, infr. de
hæreticis. l quicunque. 8. §. idcirco. X. Proclus, d. l pen.
§ 4. XI. Theophilus, inf. de hæretic. d. l. 7. in princ.
26 ¶Tertio capit de his, qui fidem Catholicam non
amplectuntur, eorumque scriptis, agitur generaliter, &
27 specialiter. ¶ Generaliter duo traduntur; videlicet at-
28 tributa, & punitio. ¶Quod attinet ad attributa, vo-
cantur. I. Vesani a dementes, d. l. 1. § 1. d. l 2. in prin.
II Hæretici, d. l. 1 §. 1. d. l. 2. in pr. & §. vlt & passim.
III. Impij hæretici d. l. 6. in princ IV. Infideles, d. l. pen.
§. 1. d. l vlt. §. 1. V. Veritatis inimici, d. l pe. §. 4. VI. Ec-
clesiæ hostes, d l. 6 in princ. VII. Alieni ab Ecclesia, d l.
29 pen. §. 1. ¶Quod ad eos puniendos spectat, I. Accusari
possunt à quolibet orthodoxo sine ipsius accusantis
metu & damno, d 3. §. 2. vbi hoc quidem specialiter
dicitur de Nestorinis: sed puto esse producendum ad
omnes alios hæreticos. Et quod ait lex *sine metu*, debet
intelligi de metu calumniæ: quia etsi non potuerit ac-
cusator crimen probare, nõ tamen punietur tanquàm
calumniator, videlicet nisi sit euidens & manifesta ca-
lumnia, arg. l. is cuius. 14. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter.
adhib. l. auxilium. 7. §. 1. D. de minorib. Rursus quod
ait lex *sine damno*, significat, sine impensa: quia iudi-
cium peragetur sine impensa accusatoris Damnum
igitur accipitur hoc loco pro impensa, vt infr de ad-
minis. tut. sancimus. 25. & permultis alijs locis. II. Ex-
communicantur, d. l. 5. §. vlt. d. l. 6. §. 2. 3. 4 d. l pen. § 4 &
§. pen. III. Competenti animaduersione puniuntur, d. l.
5. in fi. nec pœne notantur infamia, puniuntur à Deo, &
arbitrio principis, d l 1. § 1. IV. Summouentur ab Ec-
clesia, nec possunt congregari: &, si congregentur, eij-
ciuntur ex vrbe, in qua congregati sunt: Ecclesiæ verò
catholicæ orthodoxis redduntur, d. l. 2. in princ. & §.
vlt. V. Eorum scripta damnantur, d l. 3. §. 1. & §. 3.
30 ¶ Specialiter damnantur I. Scripta Porphyrij contra
religionẽ christianam, d l 3. §. 1. II Nestorius, & eius
scripta, & sectatores, d. l. 3 § 2. & 3. d. l. 5 § vlt. d. l. 6. in
pr. & §. 2. d. l. pe in pr. & §. 4. d. l. vlt §. 1. inter quos est
Irenæus Tyri pseudoepiscopus, d. l. 3. § pen. III Euty-
ches, & Euthiani, d. l. 5 §. vlt. d. l. 6. in prin. & § pe. d l.
pẽ. in pr. & . & infr. de hæretic. l. 7. in princ. l. 8 §. vlt.
& de apost. vlt. IV. Apollinaris & Apollinaristæ,
d. l. 5 §. vlt. 6. §. vlt. & infr. de hæretic. d l. 7. in pr. &
31 de aposta dlt. ¶Tertia tituli parte cauetur, ne quis
de fide catholica publicè contendere audeat, l. 4. qua
32 deciduntur quinque quæstiones. ¶ Primò quæritur,
quinam prohibeantur disputare de fide? Respondetur,
omnes prorsus, siue sint apocrisiarij, qui negotia
monasterij curant, infr. de episc. & cleric. l. 29. siue
clerici, siue militares, siue alius cuiuscunque conditio-
nis, d. l. 4. vbi militarium appellatione non solùm signi-
ficantur, qui sub magistro militum, & armatã mi-
litiam exercent: sed etiam qui sub magistro officiorum
in aliqua schola militant: item fœderati, qui vocantur
optiones, infr. de loca. l. vlt.
33 ¶ Secundò quæritur, quo loco, & coram quibus
disputatio de fide sit prohibita? Respondetur, non om-
nem disputationem prohiberi, sed eam tantùm, quæ
publicè fit turbis coactis, & audientibus, d. l. 4. & in-
fra de episc. & cler. d. l. 29. ¶. Tertiò quæritur, quando 34
hæc prohibitio obtineat? Respondetur, obtinere in
omne futurum tempus post d. l. 4. latam, quia leges
futuris negotiis formam dare solent, infr. de legib. l. 7.
¶ Quartò quæritur, cur hæc disputatio prohibea- 35
tur? Rationes tres afferuntur in d. l. 4. I. Quia per eam
datur occasio tumultus, & perfidiæ. Tumultus est con-
tra principem: perfidia est contra Deum, quoniam op-
ponitur fidei, & accipitur pro infidelitate. II. Quia sic
disputãtes de religionis capitibus iussu principũ defi-
nitis, ac secũdũ apostolicas traditiones decisis à sanctis
cõcilijs, iniuriam his cõcilijs faciunt, quasi nõ rectè de-
finierint, & controuersias de religione sustulerint.
III. Quia sic disputantes, non solùm contra fidem ve-
niunt, sed etiam Iudæis, & paganis per huiusmodi cer-
tamina profanant veneranda religionis mysteria. Pa-
gani hoc loco non opponuntur militibus, vt infra de
inoffic. testam. l. vlt. & infr. de loca. l. vlt & pluribus
alijs locis, sed Christianis, vt & infr. tit. 10. & 11. Sunt
enim pagani, ijdem qui gentiles siue ethnici, C. Th. de
heretic. l. ne Donatistæ. 46. & de pagan. l qui profano.
21. siue Græci, infr. eod. l. pen & vlt. nimirum qui ne-
fatios sacrificiorum ritus, & funestæ superstitionis er-
rores exercent, Nou. Th. de Iudæis. ¶ Quintò quæri- 39
tur, quæ sit pœna disputantium de religione contra
dictam prohibitionem? Hîc, vt & in alijs iuris Romani
partibus, habetur ratio personarum; nam clericus de-
ponitur; militia præditus priuatur cingulo, id est, di-
gnitate: cæteri liberi homines ex vrbe pelluntur, id
est, relegantur, & pro rigore iudiciario etiam alijs
cõpetentibus pœnis subijciuntur: serui autem seueris-
simis animaduersionibus plectuntur. Sed specialiter
has pœnas liberorum hominum, vel seruorum, im-
perator in dicta lege 4. non declarat, indicans eas ar-
bitrio iudicis committi. D. de iur. delib. l. 1. & vlt. sunt
enim pœnæ extraordinariæ: quales hodie sunt omnes
pœnæ in Gallia.

Tit. II. De sacrosanctis Ecclesijs, & de rebus & priuilegijs earum.

Rub. 3. iij. 6. j. 7. ij.
I. 3. iij. 4. 6. ij. 7. ij. iv. vj. 14. j. 32.
II. 11.
III. 12. j.
IV. 7. iij. 41. iij.
V. 36. j. 38.
VI. 9. j. 41. ij.
VII. 7. vj. 37. j.
VIII. 7. iij. 42.
IX. 41. iij.
X. 37. ij.
XI. 7. iij. 37. iij.
XII. in pr. 7. iij. viij. 28.
§. j. 9. j.
§. vlt. 14. ij.
XIII. 4. 14. j. 32.
XIV. 17. in prin. 1. 7. iij. vj. vij. viij. 14. j. 15. j. 32.
§. j. 20. j.
§. œconomus. 20. ij.
§. his tabellionib. 20. iij.
§. pe. 20. iv.
§. vlt. 15. j.
XV. 4. 15. ij. 31.
XVI. 39.
prin. 4. 7. j. vj. 9. ij. 41. ij.
§. j. 7. ij. iij.
XVII. 21.
princ. 41. j.
§. j. 4.
§. ij. 15. j.
§. iij. / §. pe. / §. vlt. — *Non explicantur: quia tota constitutio, excepto vno pr. abrogatur à Iustiniano Nou. 7. in princ.*
XVIII. 8. 14. ij.
XIX. 4. 7. j. 14. j.
XX. 7. v. 14. iij.
XXI. 22.
XXII. 4. 7. vj. 36. ij.
XXIII. in pr. 4. 7. iij. 14. j. 32.
§. j. 32. 34.
§. vlt. 32.
XXIV. in pr. 41. ij.
§. j. 23. j.
§. ij. 8. 23. ij. 24.
§. pen. 23. iij.
§. vlt. 23. iv.

pro

INDICVM FINIS.

IN ANALYSIM CODICIS A CLARISSIMO VIRO, IVLIO PACIO EDITAM.

Samuël Benedictus D. M.

HActenus exanimis Codex fuit iste, vel illi
Dat propriis animam quilibet arbitriis.
Alligat huic animam, sed Pacius arte resoluens,
Hincq; notis animas cogit abire nothas.

Auctor Lectori.

QVi breuiter Romana cupis cognoscere, moxque
Consultus gemino tradere iura foro,
Versa hæc scripta manu nocturna, versa diurna,
Ut promus condus sit liber iste tibi.

MONITVM.

CVm Iustinianus Imperator, seu viri prudentes, qui eius iussu Codicem conscripserunt, in constitutionibus sub quoque titulo digerendis ordinem temporum secuti sint, quoniam posteriores (vt ait Modestinus) sunt prioribus potiores: faciliùs tamen iura discantur, ac memoriæ tenaciùs hæreant, si methodus rebus subiectis conueniens adhibeatur: è re visum est, singulorum titulorum leges ad certa capita, & certas quæstiones referre, ac naturali ordine seruato explicare. Sed quò faciliùs quamque constitutionem, eiúsque enarrationem in hoc opere lector inueniat: hæc Analysis diuisa est in paragraphos, quorum numeri ad oram libri notantur: & cuique titulo numerus constitutionum eò contentarum, necnon earum, vbi occurrunt, paragraphi præfixi sunt, adiecta locorum indicatione, quibus in Analysi citantur, aut explanantur. Quia verò huius Analyseos paragraphi sæpe sunt prolixi, & multos articulos complectuntur, idcirco hi quoque facilioris inuentionis gratiâ notantur. Quod dico, exemplis clarius euadet. Initio primi tituli, qui est de summa Trinitate & fide Catholica, versu 2. & tribus sequentibus scriptum est, l.1.in princ. 4,j,iv.5,p,ij.14,j.15,v.18,viij.19.21,j,ij.22,6,7.25,iij,vij,viij. *quibus notis significatur, sententiam principij legis primæ referri in Analysi §.quarto, membro primo, & membro quarto: necnon §.quinto.in princip.& membro 2:item §.14, memb. 1: & §.15, membro 5: & §.18, memb.8.item §.19.& §.21, memb. 1.& membro 2:item §.22, memb. 6.& 7: denique §.25, memb. 4, 7, 8. Similis est aliarum notarum interpretatio. Etenim ne cogerer sæpiùs repetere legem, Analyseos paragraphum, & paragraphi membrum siue articulum, diuersis symbolis sum vsus. ac literæ quidem maiores, I, II, III, &c. constitutiones demonstrant. numeri verò arithmetici, quos Hebraïco & vulgari vocabulo sifras appellamus, paragraphos Analyseos indigitant: minores literæ, j, ij, iij, &c. membra siue articulos illorum paragraphorum indicant. Quocirca cùm articuli sub paragraphis contineantur, vbique subieceram paragrapho sicilicum, membro siue articulo punctum. vt in dicto exemplo sic scripseram aut scribi curaueram, punctis & virgulis interiectis, vt suprà retuli. sed Typographus, vt multa alia ad ortographiam & ad interpunctionem pertinentia mutauit, ita in his locis vbique pro sicilicis puncta excudit: quod quamquam parui momenti est, tamen factum nollem. Vale, & nostris laboribus fruere, aut saltem studiis faue.*

IVL. PACII

IVL. PACII A BERIGA
I. C. ANALYSIS LIBRI
PRIMI CODICIS.

TIT. I. DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE catholica, & vt nemo de ea contendere audeat.

Rub 5.1.
L. I. in princ. 4.j.iv.5.p.ij.14 j.15.v.18.viij.19.21.j. ij.22.vj.vij.25.iij.vij. viij.
§ j.12.j.14.vj 15 v 18.vj. 14.ij.28 j.ij.19 iij.
I I. l. in prin. 4.j.28.j.ij.29 4.
§ j.4.j.ij 5.iv.6.j.ij 9.j.iij.vj. 12.j.15.v.18.iij.iv vj. viij.19.21.iij.22.j.24.j.
§. *vlt.* 18.ij.iij.24.iij 28.ij. 29.iv.
I I I. l. in prin. 12.j.13 j.iv.vj. 18.viij.
§. j.12.j.18.vij.24.j.29.v. 30.j.
§. ij. τρι.18 ij.24.iij.29.j.30.ij.
§. iij. ἀγαθὸν. 15.iv.18.ij.viij. 22.j.viij.25.ij.29.v.30.ij.
§. *pen.* 30.ij.
§ *vlt.* 18.viij.
I V. 12 j.15.v.18 j.21.j.22. j.31.32.33.34.35.36.
V. in pr. 18.v.vj.21.j.iij.22. iij.
§ j 4.j.ij.iij.5.p.iv.9.j.iij.iv. v j.viij.11.j.12 j.ij.iij.vj. 14 j.ij.19.
§. *vlt.* 9.vj.12.j.13 j.iv.29.ij. iij.30 ij.iij.iv.
V I. in pr. 8.j.11.ij.12.j.13 j. iv.18.j.vj 28.iij.1 j.30. ij.iij.

§.j.4.j ij.iij.5.p.iv.v.6.ij.8. ij.9.ij iij.iv.vij.viij.11.j. 12.j ij.iij.iv.vj.13 ij.14. j.ij 19.
§ ij. τάτων.6.iij.9.iij.12.j. .13.j.29.iij.30.ij.
§. *pen.* 12.j.13.v.29 ij.30.iij.
§. *vlt.* 9 iij.12.j.13.j.29.ij.iij. 30.iv.
V I I. in pr. 18.vj 22.iij.30. ij.iij.
§. j 4 ij.5.iij.v 9.iij.12 j.22. ij.28.iv.vij.
§. ij 5.ij.v.8.j ij.iij.9.iij.iv.v. v ij.12.j.ij.iij.iv.v.vj.13. ij.14.ij 19.21.iij.22.v.
§. iij 22.iv.v.ix.25.v.
§. iv.10.j.12.j.13.j.18.vj. 22.j.x.24.iv.25.x.28.v. 29 ij.30.ij.iij.
§. *pen.* 29.ij.
§ *vlt.* 18.viij.
V I I I. in pr 18.vj.
§. j.5.v.9.iij.12.j.13.ij iij. 28.vj.28 iv.30.ij.
§. *omnes.* 8 j.ij iij.9.iij.iv.v. viij.10.j ij.12.j.ij.iij.iv.v. vj.13 ij.14 ij.18.vi.19 22 ij.iij.v.
§. *suscipimus.* 22 j.
§. *pen.* 22.xj.25.iv.vj.
§. *vlt.* 22.iij.
Papæ epistola inter claras. 22.iij.

1 EX definitione Iurisprudentiæ, quæ dici-
tur esse diuinarum & humanarum rerum
notitia, D. de iust. & in l. iustitia. 10. §. vlt.
& Inst. eod. §. 1. satis cōstat duas esse præ-
cipuas iuris partes: quarum prior est de
rebus diuinis, posterior de rebus humanis. Rectè igitur
Iustinianus iura de rebus diuinis, quæ Theodosius in
vltimū locum reiecerat, initio sui Codicis proponit, à
Deo, & à Fide, qua Deus colitur, initiu sumpto. Cùm
autem in Deo sit essentiæ vnitas, & personarum trini-
tas, inscriptionem huius primi tituli maluit accipere à
personis: quia licèt omnes Dei cultum profiteantur,
nemo tamen verum Deum cognoscit, qui Trinitatem
personarum in eo non adgnoscit.
2 ¶ Hic titulus diuiditur in tres partes. ¶ Prima pars
3 de summa Trinitate, quinque capitibus constat. ¶ Pri-
4 mum caput est de vnitate Dei: vbi dicitur I. Vna Dei-
tas, l. 1. in princ. l. 5. §. 1. l. 6. §. 1. & vnus Deus, l. 2. in princ.
& vnum numen, d. l. 2. §. 1. vbi pro, *vno nomine*, puto le-
gendum *vno numine*. II. Vna & indiuisa substantia, siue
essentia, Græcè *ὁμοουσία, καὶ μία θεότης*, d. l. 2. §. 1. d. l. 5. §. 1. d.
l. 6. §. 1. l. pen. §. 1. III. Vna potestas, d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 2. IV.
Par maiestas, d. l. 1. in princ. ¶ Secundum caput est de 5
Trinitate, ad quam referuntur hypostases, seu personæ
diuinæ, pater, & filius, & Spiritus sanctus, d. l. 1. in pr. d. l.
5. §. 1. d. l. 6. §. 1. Ei verò plura attribuuntur: dicitur enim
I. Summa, vt in rubr. II. Pia, d. l. 1. in princ. quia piè cre-
ditur. III. Sancta, l. pen. §. 1. & 2. IV. Incorrupta, d. l. 2. §.
1. Quod verbum duobus modis exponi potest: aut
enim vocatur incorrupta respectu piè credentium, qui
hac ratione distinguuntur ab infidelibus & hæreticis
summam Trinitatem, quantum in ipsis est, sua perfidia
corrumpentibus & iugulantibus; vnde in eod. §. dicitur,
negando non violat: aut appellatur incorrupta, id est,
æterna, incorruptibilis, immutabilis: quia nullam reci-
pit nouationem, nec recipit adiectionem quartæ perso-
næ: ideóque mansit Trinitas etiam post incarnatum
verbum, d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1. V. Consubstantialis, d. l. 6. §.
1. d. l. pen. §. 1. & 2. & l. vlt. §. 1. quia eadem est om-
nium diuinarum personarum substantia. ¶ Ter- 6
tium caput est de Deo patre, qui dicitur I. Summus re-
rum parens, d. l. 2. §. 1. II. Omnipotens, ibid. vel pater
omnipotens, dict. l. 6. §. 1. III. Deus pater, dict. leg. 6. §. 2.
¶ Quartum caput est de Deo filio, qui consideratur sex 7
modis. ¶ In prima consideratione, quà est Deus, dici- 8
tur I. Verus Deus, d. l. 6. in pr. seu verè & propriè Deus,
d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes. II. In diuinitate seu deita-
te perfectus, d. l. 6. §. 1. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes.
III. Deitate impassibilis, d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes.
¶ In secunda consideratione, quatenus refertur ad 9
patrem, dicitur I. Deus de Deo, d. l. 2. §. 1. d. l. 5. §. 1. II.
Verus Deus ex vero Deo, d. l. 6. §. 1. III. Filius Dei, d. l. 2.
§. 1. d. l. 5. §. vlt. d. l. 6. §. 1. 2. & vlt. d. l. pen. §. 1. Vnigenitus,
d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1. & §. vlt. d. l. pen. §. 1. & 2. d. l. vlt. §. 1. &
2. IV. Ante sæcula & sine tempore ex patre genitus, d. l.
5. §. 1. d. l. 6. §. 1. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes. V. Verbum
Dei, d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes. VI. Lumen de lumine.
d. l. 2. §. 1. VII. Coæternus patri, d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1.
VIII. Consubstantialis patri secundum deitatem, d. l.
5. §. 1. d. l. 6. §. 1. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. omnes. ¶ In tertia 10
consideratione, quatenus refertur ad Trinitatem dicitur
I. Vnus ex Trinitate per propriam relationem, d. l. pen.
§. 4. d. l. vlt. §. omnes. II. Coadorandus, & conglorifican-
dus patri & Spiritui sancto, d. l. vlt. §. omnes. ¶ In quarta 11
consideratione, quatenus refertur ad creaturas, dicitur
I. Is ex quo omnia, & per quem omnia, d. l. 5. §. 1. d. l. 6.
§. 1. II. Dominus omnium, Græcè τῶν ὅλων, d. l. 6. in
princ. ¶ In quinta consideratione, quatenus incarna- 12
tus, & homo factus est, dicitur I. Iesos Christus, d. l. 2.
§. 1. d. l. 3. in princ. d. l. 5. §. 1. & 2. d. l. 6. in princ. cū quatuor
paragraphis sequentibus, d. l. pen. §. 1. 2. 4. d. l. vlt. §. 1. &
§. omnes, vnde vocantur Christiani, d. l. 1. §. 1. d. l. 3. §. 1.
& vocatur fides Christiana, l. 4. II. Vnus Dominus, qui

vnione hypostatica simul est Deus & Homo; adeo vt
eiusdem personæ sint miracula & passiones, d. l 5. §. 1.
d. l. 6. §. 2. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. § omnes. III. Consubstan-
tialis, siue coëssentialis patri secundum deitatem, no-
bis secundum humanitatem, dictis iurib. IV. Perfectus
in deitate, & in humanitate, d. l. 6. § 2. d. l. pen. §. 2. d. l.
vlt. §. omnes. V. Passibilis carne, impassibilis deitate.
d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. § omnes. VI. Vltimis temporibus
descendit de cœlis, & incarnatus ex Spiritu sancto, ac
sancta gloriosa semper virgine Maria, homo factus est,
passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, sepultus,
tertia die resurrexit, d. l. 5. §. 2. d. l. 6. §. 1. d. l. pen. §. 2. d. l.
vlt. §. omnes.

13 ¶ In sexta consideratione, quatenus ad nos refertur,
dicitur I. Deus noster, d. l. 3. in pr. d. l. 5. §. vlt. d. l. 6. §. 2.
& §. vlt. d. l. pen. §. 4. & verus Deus noster, d. l. 6. in prin.
II. Dominus noster, d. l. 6. §. 1. d. l. pen. §. 2. d. l. vlt. §. 1. &
2. & vnus Dominus noster, d. l. 5. §. vlt. III. Deus & do-
minus noster, d. l. vlt. §. 1. IV. Saluator, Græcè σωτὴρ, d.
l. 6. in prin. & saluator noster, d. l. 3. in princ. V. Domi-
nus & saluator noster, d. l. 6. §. pen. VI. Eius benignitas
conciliatur, si princeps ei placere studeat, & subditos
ad eam rem instituat, d. l. 3. in princ.

14 ¶ Quintum caput est de Spiritu sancto, qui consi-
deratur tribus modis. I. Quatenus est vna Trinitatis
persona, d. l. 1. in princ. d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1. II. Quatenus
ex eo incarnatus est Christus, d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1. d. l. pen.
§. 2. d. l. vlt. §. omnes. III. Quatenus virtutem suam &
efficaciam in nos effúdit: hoc enim est, quod dicitur in
d. l. 2. §. 1. Nos Spiritum sanctum ex summo rerum pa-
rente & sperare & accipere. Quem locum Accursius
perperam notauit quasi confirmantem errorem Græ-
corum de processione Spiritus sancti à solo patre. Ete-
nim non solùm veteres patres, & antiqua concilia
ita loquuntur, sed etiam ipse Christus Ioh. 15. vers. 26.
Præterea hic contextus non loquitur de Spiritu san-
cto, quatenus est vna ex personis Trinitatis, nec respi-
cit ad eius essentiam, sed ad eius virtutem & efficaciam
in nobis, vt perspicuum est ex illis verbis, *& speramus
& accipimus*. quaptopter hic locus nec fauet Græco-
rũ sententiæ, nec eam euertit. Porrò cùm dicimus nos
accipere Spiritum sanctum à patre, non excludimus
filium: immo accipimus & à patre & à filio, & ab ipso
Spiritu sancto: in his enim operibus, quæ extra Deum
spectantur, communis & indiuisa est actio, quippe cùm
ad totam Trinitatem indiuisé pertineat, vt in creatio-
ne mundi: credimus enim in Deum patrem omnipo-
tentem, creatorem cœli & terræ: nec propterea nega-
mus etiam filium & Spiritum sanctum esse creationis
auctorem. Quamquàm fatendum est, solùm filium esse
incarnatum, non etiam patrem aut Spiritum sanctum:
quia incarnatio est personæ filij propria. Rectè igitur
inquiunt Canonistæ in c. 1. extr. h. t. Spiritum sanctum,
cùm procedat à Patre, procedere etiam à filio, quia fi-
15 lius est à patre inseparabilis. ¶ Secunda tituli pars est
de Fide catholica. Fidei vocabulum multis modis ac-
cipitur. I. Pro constantia & veritate dictorum & fa-
ctorum, cùm id fit, quod dictum est, vt M. Tullius defi-
nit lib. 1. offic. sic accipitur D. de pact. l. 1. in prin. & Inst.
proœ. §. cumque. & xxij. q. 4. c. innocens. 23. & ad Rom.
3. ver. 3. In hac significatione dicitur quis promittere
fidem, xxiij. q. 1. c. noli. 3. id est, promittere se facturum
quod dicit. In eadem significatione dicitur fidelis, qui
præstat promissa, nec vnquam fallit: vt Deus dicitur fi-
delis, custodiens pactum & misericordiam, Deut. 7. ver.
9. II. Pro fiducia, qua quis alteri fidit, eique credit, inf.
plus vale. quod agit. l. vlt. In hac significatione dicitur
aliquis habere fidem alteri, D. de contr. empt. l. quod
vẽdidi. 19. vel eius fidem sequi, Inst. de rer. diuis. §. ven-
ditæ. III. Pro assensu, quo ea recipimus, quæ verbo
Dei continentur, extr. de baptis. c. 4. & xxiv. q. 1. c. hæc
est fides. 23. in qua significatione ab Apostolo ad Hebr.
cap. 11. ver. 1. definitur, Rerum, quæ sperantur, hyposta-
sis, & earum, quæ non videntur, elenchus. Quia verò
hæc est præcipua pars religionis, hinc oritur IV. Fidei
significatio, vt per synecdochen accipiatur pars pro to-
to, fides scilicet pro religione, dist. 45. c. de Iudæis. 5. &
1. ad Timoth. c. 3. ver. 9. & 11. ad Timoth. c. 2. ver. 8. & c.
3. ver. 8. In hac significatione dicitur esse vna fides, ad
Ephes. 4. ver. 5. id est, vna religio, vnus verus Dei cultus;
&, quod non est ex fide, peccatum esse, ad Rom. 14. ver.
vlt. & infr. de restit. spolia. c. litteras vers. porrò & de
præscr. c. vlt. & xxviij. q. 1. in pr. V. Fides sumitur pro
promissione, xxvij. q. 2. c. coniuges. 6. & c. coniux. 9. &
1. ad Timoth. 5. ver. 12. & apud Virg. 8. Æneid. illo loco,
Accipe dáque fidem. VI. Pro probatione, vt in rubr. de
probat. & infr. de edend. l. 5. & D. de probat. l. cùm de
ætate. 13. Ex his significationib. in præsentia debent ac-
cipi tertia & quarta: hîc enim agitur de Fide catholica,
id est, de vera christiana religione, quã ecclesia catho-
lica amplectitur, & probat, & de potissima eius parte,
quæ est Fides. Vnde sicut dicitur fides catholica, ita
etiam religio catholica, l. 1. §. 1. & simpliciter religio, l.
1. in pr. & alibi. Item quemadmodum dicitur fides or-
thodoxa, l. 3. §. 3. ita etiam religio orthodoxa, infr. tit.
prox. l. priuilegia. 12. Item sicut dicitur religio chri-
stiana, ita etiam fides christiana, l. 4. Interdum fides &
religio coniunguntur, d. l. 2. §. 1. & infr. tit. prox. l. iube-
mus. 14. in pr. ¶ Hæc secunda pars diuiditur in tria ca- 16
pita. ¶ Primi capitis, quod est de Fide de tria sunt seg- 17
menta. ¶ In primo segmento proponuntur varia fidei 18
attributa: dicitur enim I. Fides christiana, d. l. 4. vel
Christianorum, d. l. 6. in pr. II. Fides orthodoxa, d. l. 3. §.
3. ex qua orthodoxi appellantur, l. 2. §. vlt. d. l. 3. §. 2.
III. Fides Nicæna: quia in concilio Nicæno probata
est, d. l. 2. §. 1. & 2. IV. Fides intemerata, d. l. 2. §. 1. V. Fi-
des recta & irreprehensibilis, d. l. 5. in pr. VI. Catholi-
ca religio, d. l. 2. §. 1. Hinc dicitur catholica ecclesia,
quæ & Dei ecclesia, & sancta, & apostolica vocatur,
d. l. 5. in pr. d. l. 6. in pr. d. l. pen. in princ. & §. 4. & d. l. vlt. in
princ. & §. 1. & 2. Hinc etiam Christiani Catholici ap-
pellantur, d. l. 1. §. 1. VII. Christianorum cultus, d. l. 3. §.
2. VIII. Ab omnibus amplectenda & probanda, d. l. 1.
in princ. d. l. 2. §. 1. & quæ sola doceri debet, d. l. 3. §. 3.
ideóque subditis proponitur a principe, d. l. 3. in princ.
d. l. pe. §. vlt. & à magistratibus, d. l. 3. §. vlt. ¶ In secundo 19
segmento explicatur huius fidei substantia, id est, quid
credere oporteat. Id autem credere oportet, quod de
summa Trinitate dictum fuit in prima parte huius ti-
tuli, d. l. 1. in princ. d. l. 2. §. 1. d. l. 5. §. 1. d. l. 6. §. 1. d. l. pẽ. §. 2.
d. l. vlt. §. omnes. ¶ In tertio segmento declaratur, à 20
quibus hæc fides Catholica secundum Deum tradita
& probata sit. ¶ Tradita est. I. Ab Apostolis, d. l. 1. in 21
prin. d. l. 4. d. l. 5. in pr. Præsertim à Petro Romanis, d. l 1.
in princ. II. Ab Euangelistis, d. l. 1. in princ. III A pa-
tribus, d. l. pe §. 2. seu maiorib. d. l. 2. §. 1. qui post Aposto-
los in Ecclesia versati sunt, d. l. 5. in prin. ¶ Probitur I. 22
Quatuor conciliis, Nicæno, Ephesino, Chalcedonen-
si, Constantinopolitano, d. l. 2 §. 1. d. l. 3. §. 3 d l. 4. d l. pen.
§. 4 d. l. vult. §. suscipimus. II. Omnibus sacerdotibus, d.
l. pe. §. 1. d. l. vlt §. omnes. III. Papæ, & Ecclesiæ Roma-
næ, d. l. 5. in prin. d. l. pe. in pr. d. l. vlt §. omnes & § vlt. &
epist. inter claras. IV. Variis episcopis Constantino-
poli existentibus, d. l. pen. §. 3. V. Archimandritis mo-
nasteriorum, d. l. pen. § 2. & 3. d. l. vlt. §. omnes. VI. Da-
maso Pontifici, d. l. 1. in princ. VII. Petro Alexandriæ
Episcopo, d. l. 1. in prin. VIII. Cyrillo Alexandriæ Epi-
scopo, d. l. 3. §. 3. IX. Epiphanio Episcopo Constanti-
nopolitano, d. l pen. §. 3. X. Proclo in epistola ad Arme-
nios. d. l. pen. §. 4. XI. Hypatio & Demetrio, l. vlt §. pen.

¶ Secundum

23 ¶Secundum caput de his, qui dictam christianam &
catholicam fidem amplectuntur, diuiditur in duo seg-
24 menta. ¶In priori segmento proponuntur generalia
quædã epitheta siue attributa:vocantur enim I. Chri-
stiani, d. l. 3.§. 1. II. Christiani catholici, d.l. 1. §.1.
III.Orthodoxi,d.l 2.in fi.d.l.3.§.2. IV. Fideles sanctæ
25 catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, d. l. penul. § 4 ¶In
posteriori segmento nominantur aliquot fideles, quos
ordine literario referam.Hi igitur sunt, I. Athanasius,
infr. de hæretic. l. 7 in princ. II. Cyrillus, d. l. 3.§ 3.
III. Damasus,d.l. 1. in princ. IV. Demetrius,d.l.vlt.§.
pen. V. Epiphanius,d.l pe.§.3. VI. Hypatius, d. l.vlt.
§.pen. VII.Petrus Apostolus, d. l 1. in princ. VIII.Pe-
trus Alexandriæ episcopus,ibid. IX Procerius, infr.de
hæreticis.l quicumque.8.§.idcirco.X. Proclus,d.l pen.
§ 4. XI. Theophilus,inf.de hæretic.d.l.7.in princ.
26 ¶Tertio capit de his, qui fidem Catholicam non
amplectuntur,eorúmque scriptis,agitur generaliter,&
27 specialiter. ¶ Generaliter duo traduntur;videlicet at-
28 tributa, & puniti. ¶Quod attinet ad attributa, vo-
cantur. I.Vesani a dementes,d.l.1.§ 1. d. l 2. in prin.
II Hæretici,d. l. 1§.1. d.l. 2. in pr. & §. vlt & passim.
III.Impij hæretici l.l.6.in princ IV. Infideles,d. l.pen.
§.1.d.l vlt.§.1. V.Veritatis inimici,d.l pe.§.4. VI.Ec-
clesiæ hostes,d l.6 in princ. VII.Alieni ab Ecclesia,d l.
29 pen.§.1. ¶Quod ad eos puniendos spectat, I. Accusari
possunt à quolibet orthodoxo sine ipsius accusantis
metu & damno,d 3. §. 2. vbi hoc quidem specialiter
dicitur de Nestorinis: sed puto esse producendum ad
omnes alios hæreticos.Et quod ait lex *sine metu*, debet
intelligi de metu calumniæ:quia etsi non potuerit ac-
cusator crimen probare, nõ tamen punietur tanquàm
calumniator, videlicet nisi sit euidens & manifesta ca-
lumnia,arg.is cuius.14. §.vlt.D.ad leg. Iul.de adulter.
adhib.l.auxilium.37.§.1. D. de minorib. Rursus quod
ait lex *sine damno*, significat, sine impensa: quia iudi-
cium peragetur sine impensa accusatoris Damnum
igitur accipitur hoc loco pro impensa, vt infr de ad-
minis. tut. sancimus.25.& permultis aliis locis. II.Ex-
communicantur,d.l.5.§.vlt.d.l.6.§.2.3.4 d.l pen.§.4 &
§. pen.III.Competenti animaduersione puniuntur,d.l.
5. in fi.nempe notantur infamia, puniuntur à Deo, &
arbitrio principis,d l 1.§ 1. IV.Summouentur ab Ec-
clesia,nec possunt congregari: &,si congregentur, eii-
ciuntur ex vrbe, in qua congregati sunt:Ecclesiæ verò
catholicis orthodoxis redduntur, d l. 2. in princ. & §.
vlt. V. Eorum scripta damnantur, d l. 3.§. 1. & §.3.
30 ¶ Specialiter damnantur I. Scripta Porphyrij contra
religionẽ christianam,d l 3.§.1. II Nestorius, & eius
scripta,& sectatores,d.l.3 § 2.& 3.d.l.5 § vlt. d. l. 6. in
pr.& §.2.de in pr. & §.4.d.l. vlt §. 1. inter quos est
Irenæus Tyri pseudoepiscopus, d. l. 3.§ pen.III Euty-
ches,& Euthiani,d.l.5 §.vlt.d.l.6.in prin.& § pe d l.
pẽ.in pr.&c. & infr.de hæretic.l.7.in princ.l.8 §.vlt.
& de apost. vlt. IV. Apollinaris & Apollinaristæ,
d.l.5 §.vlt.6.§.vlt. & infr.de hæretic. d l.7. in pr. &
31 de apostat. ¶Tertia tituli parte cauetur, ne quis
de fide catholica publicè contendere audeat, l. 4. qua
32 deciduntur quinque quæstiones. ¶ Primò quæritur,
quinam prohibeantur disputare de fide: Respondetur,
omnes priuati, siue sint apocrisiarij, qui negotia
monasterij curant,infr.de episc. & cleric.l. 29. siue
clerici,siue militares,siue alius cuiuscunque conditio-
nis,d.l.4. vbi militarium appellatione non solùm signi-
ficantur, qui sub magistro militum, & armatã mi-
litiam exercent:sed etiam qui sub magistro officiorum
in aliqua schola militant:item fœderati, qui vocantur
optiones,infr.de loca.l.vlt.
33 ¶ Secundo quæritur, quo loco, & coram qnibus
disputatio de fide sit prohibita? Respondetur,non om-
Anod.

nem disputationem prohiberi, sed eam tantùm, quæ
publice fit turbis coactis, & audientibus,d.l.4.& in-
fra de episc.& cler. d.l.29. ¶.Tertiò quæritur,quando 34
hæc prohibitio obtineat? Respondetur, obtinere in
omne futurum tempus post d. l. 4. latam, quia leges
futuris negotiis formam dare solent,infr.de legib. l.7.
¶ Quartò quæritur, cur hæc disputatio prohibea- 35
tur?Rationes tres afferuntur in d.l.4. I. Quia per eam
datur occasio tumultus,& perfidiæ.Tumultus est con-
tra principem:perfidia est contra Deum,quoniam op-
ponitur fidei,& accipitur pro infidelitate. II. Quia sic
disputãtes de religionis capitibus iussu principũ defi-
nitis,ac secũdũ apostolicas traditiones decisis à sanctis
cõciliis,iniuriam his cõcilijs faciunt,quasi nõ rectè de-
finierint, & controuersias de religione sustulerint.
III.Quia sic disputantes,non solùm contra fidem ve-
niunt,sed etiam Iudæis,& paganis per huiusmodi cer-
tamina profanant veneranda religionis mysteria. Pa-
gani hoc loco non opponuntur militibus, vt infra de
inoffic. testam.l. vlt. & infr. de loca. l. vlt & pluribus
alijs locis,sed Christianis,vt & infr. tit.10.& 11. Sunt
enim pagani,ijdem qui gentiles siue ethnici, C.Th.de
heretic.l.ne Donatistæ.46. & de pagan.l qui profano.
21.siue Græci,infr. cod.l.pen & vlt. nimirum qui ne-
farios sacrificiorum ritus, & funestæ superstitionis er-
rores exercent,Nou. Th.de Iudæis. ¶ Quintò quæri- 39
tur,quæ sit pœna disputantium de religione contra
dictam prohibitionem?Hic,vt & in alijs iuris Romani
partibus,habetur ratio personarum; nam clericus de-
ponitur;militia præditus priuatur cingulo, id est, di-
gnitate: cæteri liberi homines ex vrbe pelluntur, id
est, relegantur, & pro rigore iudiciario etiam alijs
cõpetentibus pœnis subijciuntur: serui autem seuerif-
simis animaduersionibus plectuntur. Sed specialiter
has pœnas liberorum hominum, vel seruorum, im-
perator in dicta lege 4. non declarat, indicans eas ar-
bitrio iudicis committi. D.de iur.delib. l. 1.& vlt.sunt
enim pœnæ extraordinariæ:quales hodie sunt omnes
pœnæ in Gallia.

Tit. II. De sacrosanctis Ecclesijs, & de rebus & priuilegijs earum.

Rub.3.iij.6.j.7.ij.
I.3. ij. 4. 6. y. 7. y. iv. vj. 14.j.32.
II.11.
III.12.j.
IV.7.iy.41.iy.
V.36.j.38.
VI.9.j.41.ij.
VII.7.vj.37.j.
VIII.7.iy.42.
IX.41.iy.
X.37.ij.
XI.7.iy.37.iy.
XII.in pr.7.iy.viij.28.
§.j.9.j.
§.vlt.14.ij.
XIII.4.14.j.32.
XIV. 17.in prin.1.7.iij.vj. vy.viij.14.j.15.j.32.
§.j.20.j.
§.œconomus.20.y.
§.his tabellionib.20.iij.
§.pe.20.iv.
§.vlt. 15.j.
XV.4.15.ij.31.

XVI.39.
prin.4.7.j.vj.9.ij.41.ij.
§.j.7.y.sy.
XVII.21.
princ.41.j.
§.j.4.
§.y.15.j.
§. iy. } Non explicantur: quia tota constitutio, excepto eius pr.
§. pe. } abrogatur a Iustiniano
§.vlt. } Nou.7.in princ.
XVIII.8.14.ij.
XIX.4.7.j.14.j.
XX.7.v.14.ny.
XXI.22.
XXII.4.7.vj.36.ij.
XXIII. in pr. 4.7.iij.14. j.32.
§.j.32.34.
§.vlt.32.
XXIV.in pr.41.ij.
§.j.23.j.
§.y.8.23.ij.24.
§.pen.23.iy.
§.vlt.23.iv.

*XXV.in pr.*24. | §.*pr*.24.
§.*j*.24. | §.*vlt*.15.*j*.24.
§.*ij*.24. | *XXVI*.33.
§.*iij*.24. | *In pr*.7.*ij*.8.14.*j*.33.
§.*iv*.24. | §.*j*.7.*ij*.33.
§.*v*.24. | §.*vlt*.33.
§.*vj*.15.*j*.

1 TRactatui de summa Trinitate & Fide ca-
tholica cohæret tractatus de Ecclesia, in
qua religio vera exercetur, & sũma Tri-
nitas piè colitur: vnde Ecclesia dicitur
esse religionis & fidei mater perpetua,
2 l.iubemus nulli. 14. vers. ea enim. ¶ Huius tituli partes
3 sunt tres. ¶ Prima pars est de sacrosanctis Ecclesiis.
Verbum *Ecclesia* multis modis accipitur. I. Pro fide-
lium hominum à Deo electorum multitudine, quæ
nullis temporum aut locorum spatiis circumscribitur,
ideóque sub adspectum non cadit. atque hæc iure op-
timo vocatur Catholica, id est, vniuersalis, vt in fidei
Symbolo. II. Pro cœtu eorum, qui externa professio-
ne verum Deum adorant, & christianam religionem
colunt, etiamsi multi sint hypocritæ: huiusmodi verò
Ecclesiæ particulares multæ cernuntur. III. Pro cleri-
corum diuinis obsequiis mancipatorum collegio, vt
in hac rubr. & passim in legib. huius tituli. Hæc appel-
latur Catholicorum collectio, de consecrat. dist. 1. c.
Ecclesia. 6. In his duab. significationibus, secunda &
tertia, dici posse ecclesiam catholicam constat ex l. 1.
vel quia est membrum ecclesiæ catholicæ, vel potiùs
quia catholicam religionem colit: quemadmodum &
singuli homines appellantur catholici, qui eandem re-
ligionem amplectuntur. inf. tit. prox. l. 1. §. 1. & ita dici-
tur catholicorum collectio, d. c. Ecclesia. IV. Pro tem-
plo, vt inf. tit. prox. l. conuenticula. 15. l. 46. in princ. &
de consecrat. dist. 1. c. nemo. 7. c. Ecclesias 11. c. Eccle-
siæ. 16. c. Ecclesiis. 18. c. de fabrica. 22. cum sim. in hac
enim significatione vocatur etiam templum, vt inf. tit.
prox. l. quisquis. 27. l. si quemquam. 31. Et basilica, Nou.
131. c. 7. & dist. 1. c. omnes. c basilicas. 4. & c. si quis ba-
silicam, 8. Ex his quatuor significationibus, tertia hoc
loco accipienda est, vt Ecclesia significet cœtum seu
4 collegium clericorum. ¶ Hæc igitur Ecclesia est spe-
cies quædam vniuersitatis. Nam vniuersitatum aliæ
sunt ciuiles, vt publicanorum, nauiculariorum, &c. D.
quod cuiusq. vniuers. nom. l. 1. aliæ militares, vt legio,
vexillario, inf. de hered. decur. l. 2. aliȩ religiosæ, vt ec-
clesia. l. 1. & passim, h. tit. l. 1. & de cõsecr. d. 1. c. ecclesia.
monasterium, orphanotrophium, & alij pij conuentus,
de quib. ex professo agetur tit. seq. Hic autem obiter
attinguntur, quatenus nonnulla ecclesiis tributa, ad eos
producũtur: vt inf. l. generali. 13. l. siquis donauerit. 15.
l. decernimus. 16. in princ. l. priuilegia 17. §. 1. l. illud 19.
5 l. sancimus res. 22. l. vt inter. 23. in pr. ¶ Porrò generali-
ter de ecclesiis duo tradũtur, id est, eorũ appellationes
& iura. Appellationes autem partim respiciunt subie-
ctum, hoc est, ipsam ecclesiam: partim attributum, id
6 est, epitheta, quibus ecclesia exornatur. ¶ Quod ad
subiectum attinet, dicitur I. Ecclesia, vt in rubr. & toto
tit. passim. II. Concilium, l. 1. III. Collectio catholico-
7 rum, d. c. Ecclesia. ¶ Attributa verò hæc sunt. I dicitur
sancta, d. l. decernimus. 16. In princ. d l. illud. 19. II. San-
ctissima. d. l. 1 d. l. decernimus. §. 1. & l. vlt. in pr. & §. 1.
III. Sacrosancta, vt in rubr. & l. 4. l. sacrosancta. 8. l.
neminem. 11 l. priuilegia quæ. 12. in princ. l. iubemus
nulli. 14 in princ. d. l. decernimus. 16. §. 1. l. vt inter. 23.
in princ. IV. Catholica, d. l. 1. V. Pia, l. neque. 20. VI. Ve-
nerabilis, d. l. 1. l. 7. d. l. iubemus nulli. in princ. d. l. decer-
nimus. in prin. d. l sancimus res. 22. VII. Religiosa, d. l. iu-
bemus nulli, in princ. VIII. Orthodoxa. ibid. vel ortho-
doxæ religionis, d. l. priuilegia quæ, in princ. Hæ sunt
appellationes generales, omnibus veris ecclesiis com-
petentes. ¶ Specialiter autem quædam vocantur ma- 8
gnæ Ecclesiæ, quibus aliæ subiiciuntur, vt magna Ec-
clesia Constantinopolitana, l. magna. 18. l. Constanti-
nopolitana. 24. §. 2. l. pen. in princ. Hæc dicta sint de
ecclesiarũ appellationibus, & attributis. ¶ Quod verò 9
ad earum iura attinet, duo hic tradutur. I. Veteres ca-
nones ecclesiastici vbique seruari iubētur: ita vt, si qua
dubitatio ad eos pertinẽs, in Illyrici prouinciis occur-
rat, auctoritate magnæ ecclesiæ Cõstãtinop. definiatur,
l. 6. Pragmaticæ autẽ sanctiones cõtra dctos canones
impetratæ infirmantur, l. priuilegia quæ 12. §. 1. Quid
sit pragmatica sanctio, explicabitur inf. tit. 23. II. Sta-
tuta sub Basilisco Tyranno, qui imperium occupaue-
rat, abrogantur l. decernimus. 16. in princ. huiusque
de sacrosanctis ecclesiis. ¶ Secunda tituli pars de re- 10
b' ecclesiasticis, diuiditur in tria capit. ¶ Primo capite 11
de templis, seu sacris ædibus statuitur, ne cadauera in
his sepeliantur; l. 2. vbi malo legere *humandi*, vt est in
C. Th. & in quibusdam manuscripts, quàm *humanus*,
vt in aliis libris legitur. Huic constitutioni contradicit
ius pontificium. xiij q. 2. c. nullus. 18 ¶ Secundo capite 12
de cruce & reliquiis martyrum tria prohibentur. I. Ne
reliquiæ martyrum emantur, aut vendantur, l. 3. II. Ne
venerabilis crux, aut reliquiæ martyrum infetantur in
loca publicis vsibus destinata, sed tantùm infetantur in
religiosas ædes, idque non sine consensu & auctoritate
episcopi, infr. tit prox. l. decernimus. 6. III. Ne signum
Saluatoris, id est, crux in solo, aut silice, aut marmore
humi positis insculpatur, aut pingatur, infr. nem. licc.
sign. Saluat. l. vn. ¶ Tertium caput de reliquis Ecclesiæ 13
reb. tam mobilibus, quàm immobilibus, diuiditur in
tria segmenta. ¶ In primo segmento de rebus ipsis Eccle- 14
siæ acquirendis tria constituuntur. I. Acquiri possunt
ex quauis vltima voluntate, & quolibet actu inter vi-
uos, l. 1. l. generaliter. 13. l. iubemus nulli. 14. in princ.
l. illud. 19. l. vt inter. 23. in princ. & vlt. in princ. II. De-
bentur Ecclesiis constituta salaria, & reditus ex publi-
co, l. priuilegia quæ. 12. §. vlt l. magna. 18. II. Annona
militaris trãsferri ad loca religiosa non potest, ne qui-
dem ex sacra forma, aut iussu magistratuum vel archie-
piscopi, l. nec ex sacra. 20. ¶ In secundo segmento de 15
rebus ecclesiasticis administrandis duæ quæstiones de-
ciduntur. I. Quæritur per quos administretur? Res-
pondetur, res ecclesiæ administrari per œconomos,
l. iubemus nulli. 14. in princ. & §. vlt. qui & periculum
subeunt, l. chartularij. 25. §. 6. & rationem administra-
tionis singulis mensibus, aut saltẽ binis mensib. reddũt
apud arcarios, d. l. chartularij dicũtur. §. vlt. Arcarij dicũ-
tur, quib'. eorũ, quæ in arcã communẽ inferuntur, reci-
piendorum cura demandata est. Alij fuerũt arcarij præ-
fectorũ prætorio, de quib. in l. vlt. infr. de susceptor. Res
autem aliorum locorum religiosorum, vt ptochij, &
orphanotrophij, per alios administratores geruntur,
l. priuilegia magnæ. 17. §. 2. quorum multa & varia sunt
genera, vt xenodochus, & orphanotrophus, &c. inf. tit.
proxim. l. sancimus si quis moriens. 46. §. 3. quæ sub eo-
dem titulo explicabuntur. II. Quæritur, quomodò res
ecclesiasticæ sint administrandæ? Respondetur, obser-
uandos esse fines ab eo præscriptos, qui res donauit ec-
clesiæ, vel alij loco pio, l. si quis donauerit. 15. ¶ In ter- 16
tio segmento agitur de rebus ecclesiasticis non alie-
nandis, qua de re est specialis titulus libro 3. Decreta-
lium. Hic datur regula, res ecclesiasticas non posse alie-
nari. Pro cuius interpretatione consideranda sunt varia
iura, quorum auctores sunt (ne egrediamur è iure ciui-
li) Leo, Anastasius, & Iustinianus: ius enim Pontificiũ in
Analysi dicti tituli Decretalium de rebus ecclesiæ non
alienandis, enarrabitur. ¶ Primo igitur loco occurrit 17
constitutio Leonis, quæ est l. iubemus nulli. 14 cuius
sententiam

sententiam refert Iustinianus Nou. 7. in princ. Hæc
constitutio cootinet quinque productiones illius regu-
læ, qua diximus bona ecclesiastica nou posse alienari,
& duas limitationes; & sanctionem, qua hæc constitu-
18 tio confirmatur, & in eam peccantes puniuntur. ¶ Pro-
ductiones hæ sunt. I. Alienari nequeunt, non solùm
rès immobiles, vt fundi; sed etiam quæ eas sequuntur,
vt coloni, & mancipia rustica; necnon ea, quæ reb. im-
mobilibus comparantur, vt panes ciuiles, qui annua
largitione distribuebantur, non solum palatinis ex
Cōstantini constitutione. inf. de frumen. vrb. Cōstant.
l. 1. & de anno ciuil. l. 1. sed etiam ecclesiis, vt hic locus
ostendit. Et quod ait lex de panibus ciuilibus, non est
dubitandum, quin valeat in omnibus annuis reditibus,
quia omnium est eadē ratio. II. Res ecclesiasticæ prohi-
bentur alienari quocumque modo vel iure acquisitæ
fuerint ipsi ecclesiæ, siue ex testamento, siue ex do-
natione, siue alio quouis modo. III. Prohibetur om-
nis alienatio, vt venditio, permutatio, donatio, oppi-
gneratio. IV. Nullo prætextu alienatio sustinetur, ve-
luti si in eum, à quo ecclesia beneficiū aliquod accepit,
res transferantur remunerandi & beneficij reddendi
causâ. V. Alienatio nō confirmatur consensu episcopi,
19 œconomi, & omniū clericorum. ¶ Limitationes duæ
sunt. I. Constitutio Leonis coangustatur ad magnam
ecclesiam Constantinopolitanam, sed posteà ab Ana-
stasio producta est ad omnes ecclesias, Nou. 7. 1 c. Leo
concedit, vt vsusfructus rei ecclesiasticæ cedatur, &
constituatur alicui ad certum tempus, vel ad fructua-
rij vitam; hac tamen lege, vt eo vsufructu finito eccle-
siæ restituat, non solùm quod accepit, sed & insuper
tantundem: quod Iustinianus d. Nou. 7. confirmat. Ex-
20 posui regulam, productiones, & limitationes. ¶ San-
ctio verò continetur §. 1. & seqq. I. Namque is, qui rem
ecclesiasticam contra hanc Leonis constitutionem ac-
ceperit, ipsam rem cum fructibus medii tēporis resti-
tuere cogetur, ac pretio quoque aut muneribus eo no-
mine datis carebit, quoniam hæc omnia ecclesiæ vin-
dicari Imperator iubet, d. §. 1. II. Oeconomus, qui rem
alienauerit, vel alienationi consenserit, officio priua-
tur: & si quod damnum ecclesia inde passa fuerit, non
solùm ipse id resarcire tenetur, sed etiam in heredes
hanc obligationem transmittit. §. œconomus. III. Ta-
bellio, qui contractum scripserit, in exilium mittitur,
§. his tabellionibus. IV. Qui gesta confecerint, vel apud
se fieri passi fuerint, dignitate & bonis omnibus pri-
uantur. § pen. Hæc dicta sint de lege Leonis.
21 ¶ Secundo loco occurrit constitutio Anastasij, id
est, l. priuilegia magnæ. 17. quam Iustinianus abroga-
uit d. Nou. 7. in princ.
22 ¶ Sequuntur leges Iustiniani: inter quas primo loco
occurrit l. sancimus nemini 21. quæ prohibet, sacra va-
sa, vestes, & alia donaria vendi, aut pignori, vel hypo-
thecæ obligari, nisi id fiat captiuorum redimendorum
causa; &, si quid aduersus hanc prohibitionem factum
sit, vult, vt is, qui rem accepit, eam ab episcopo, vel
œconomo, vel æditiuo per actionem in rem (hæc est
noua in rem actio hac lege introducta, vt Publiciana
edicto prætoris,) vel condictionem ex lege, vel actio-
nem in factum (quæ duæ actiones sunt in personam)
restituere cogatur (nec refert, vtrùm ea res for-
mam mutauerit, an non:) inuicem autem ab episco-
po vel œconomo, vel æditiuo pretium, quod
pro ea re dedit, vel pecuniam, quam sub eius
rei pignore vel hypotheca credidit, non reci-
piat.
23 ¶ Sequitur l. Constantinopolitana 24 quæ prohi-
bet I. In fundis ecclesiasticis concedi ius colonarium.
§. 1. quod in fraudem constitutionis Leoninæ excogi-
tatum fuisse ipse Iustinianus testatur, d. Nou. 7. Ius co-
lonarium, Græcè παροικικὸν, simile est emphyteutico:
vulgò vocatur libellus, & contractus, quo de eo conue-
nit, appellatur libellarius, vt placet Cuiacio, quem vide
ad d. Nou. 7. & ad tit. 2. lib. 1. Feudor. II. Magistratum
Constantinopolitanum per se, vel per suppositam per-
sonam accipere rem immobilem à magna ecclesia, hîc
additur pœna, vt huiusmodi contractus, si fiat, irritus
sit; & nihilominùs rei æstimatio tam ab eo, qui rem ac-
cepit, quàm ab œconomo, qui contractui consensit, ec-
clesiæ persoluatur. Quòd si alio modo magistratus per-
suaserit, vel coëgerit rem ad se transferri, id est, sine
consensu œconomi, tam ipse, quàm is qui rem dedit, vi-
ginti libris auri multatur: & is quoque, qui aliquid ac-
cepit, vt contractum fieri curaret, in duplum id resti-
tuit. §. 2. III. Rem ecclesiæ immobilem locari vltra
viginti annos, §. pe. IV. Dari in emphyteusim, nisi
quatuor obseruentur. Quorum primum est, vt detur
homini locupleti, qui emphyteusi finita possit, non so-
lùm rem acceptam, sed & insuper alterum tantum Ec-
clesiæ restituere, vt dicta Leonis constitutione caue-
tur. Alterum est, ne emphyteusis protendatur ac duret
vltra vitam emphyteutæ, & duorum eius hæredum.
Tertium est, vt propter casus fortuitos, qui contingere
possunt, pensio ab emphyteuta præstanda non demi-
nuatur vltra sextam partem. Exempli gratia, si fundus
ecclesiasticus locari solebat sexaginta aureis, non po-
test emphyteutæ remitti vltra decem aureos; id est,
emphyteuta non potest minus debere singulis annis,
quàm quinquaginta aureos, canonis seu pensionis no-
mine. Quartum est, vt, si emphyteuta rem deteriorem
faciat, expellatur, & damnum sarciat ecclesiæ. Hæc
omnia continentur §. vlt. vbi additur sanctio contra
œconomos: qui, si negligēter versati fuerint, putà pau-
peri dederint in emphyteusim, de suo seruabunt eccle-
siam indemnē. ¶ Sequitur l. pe. in cuius initio Iustinia- 24
nus prohibet chartularios magnæ ecclesiæ Constan-
tinopolitanæ rem eius immobilem per cōductionem,
vel per emphyteusim, vel per alium quemuis modum
seu titulum accipere. Quare qood in l. præced. statutum
est de magistratu Constantinopolitano, hîc producitur
ad chartularios. Chartularij dicuntur à tractādis char-
tis, qui scribebant instrumenta & contractus ad eccle-
siam pertinentes. Hi præeunte libello subscripto à pa-
triarcha & ab œconomo, eliguntur, d. l. pe. §. 1. certo
numero definito in §. 3. eiusdem l. (vbi pro εἰς τὸ ἐνοί-
κιον, Cuiac. lib. 12. obser. cap. 28. putat legendum εἰς τὸ
Αἰγύπτου, vt sit perfecta enumeratio diœcesium Orien-
tis, infr. vt nemo ad suum patrocin. suscip. rustic. l. 1.) &
si vltra numerum illum chartularius fiat, eiicitur: atque
ipse ecclesiæ quindecim libras; qui verò eum creauit,
viginti persoluit, d. l. pe. §. 5. Item si chartularij fraudu-
lenter se gerant, aut inutiles sint, à patriarcha & œco-
nomis eiiciuntur, d. l. pe. §. 2. Pro emphyteuticis verò
instrumentis accipiunt quinquagesimas, pro aliis con-
tractibus centesimas, d. l. pe. §. 4. quemadmodum & pro
rationibus redditis ab œconomis, pro quibus si vltra
centesimas accipiant, statim officium, & factam digni-
tatem amittunt, d. l. pe. § pen. Reddunt autem rationes
œconomi singulis mensibus, vel minimùm altero quo-
que mense, apud arcarios, d. l. pe §. vlt. hactenus leges
Codicis. ¶ Postea Iustinianus multa adiecit & consti- 25
tuit, Nou. 7. Nou. 54 cap. 2. Nou. 111. 120. 131. quorum
expositionem reiicio in Analysim Nouellarum. ¶ Spe- 26
cialiter autem, ne de annuis relictis transigatur, neve
hæc vllo modo alienētur, cauetur tit. seq. l. si quis mo-
riens. 46. §. vlt. & l. vlt. ¶ Tertia tituli pars de priuile- 27
giis ecclesiarum, in tria capita diuiditur. ¶ Primo ca- 28
pite generaliter confirmantur priuilegia ecclesiis in-
dulta, l. priuilegia quæ. 12. in princ. quæ quidem per
temeritatem violans, aut per dissimulatioοem negli-

gens, quinque libris auri multatur, infr. tit. prox. l. si ve-
29 nerabilis, 13. ¶ Secundo capite enumerantur octo
priuilegia omnibus ecclesiis communia.
30 ¶ Primum priuilegium est, quia donatio in ecclesiam
collata vsque ad quingentos aureos valet sine insinua-
tione, licet aliæ donationes vltra trecentos aureos, ni-
si apud acta insinuatæ fuit, non consistant. Hoc pri-
uilegium non solùm producitur ad alia loca pia, sed
etiam ad ciuitates, infra de donat. l. illud. 19. v. 1. l. sanci-
cimus. 34. Est autem huius priuilegij auctor Iustinia-
nus, qui postea generaliter idem statuit de omnibus
donationibus, adeo vt non sit amplius priuilegium,
sed ius commune, infra eod. l. si quis pro redemptione,
31 36. §. vlt. ¶. Secundum priuilegium est: quia si quis
aliquid donauit personæ martyris, vel prophetæ, vel
angeli, tãquàm illi posteà oratorium, vel nosodochiũ,
vel xenodochium, vel alium piũ locum ædificaturus, &
donationem insinuauerit apud acta, cogitur locum il-
lum pium ædificare, & donationem implere, l. si quis
32 donauerit. 15. ¶. Tertium priuilegium est, vt cum Ec-
clesijs sit testamenti factio, ita vt non solùm legata &
fideicommissa, sed etiam hereditates capere possint, l.
1. l. generali, 13. l. iubemus nulli. 14. in princ. l. vt inter.
23. in princ. & l. vlt. & ad consequenda habent actio-
nem personalem ex testamento, rei vindicationem, &
actionem hypothecariam, vt omnes alij legatarij, & fi-
deicommissarij, d. l. vt inter. §. 1. Hoc autem priuile-
gium obtinere iubet imperator tam in futuris casibus,
quàm in his, de quibus tempore suæ constitutionis
editæ, lis pendebat, d. l. vt inter, §. vlt. Meritò autem re-
censetur inter priuilegia: quoniam vniuersitates non
possunt heredes institui, nisi speciali priuilegio ni-
tantur, infra de heredibus instit. l. collegium. 8. vnde
olim nec respublica, nec dii institui poterant, nisi in
casibus exceptis, teste Plinio, l. 5. epist. 7. & Vlpiano, tit.
qui heredes institui poss. §. nec mancipia. & §. Deos.
33 ¶ Quartũ priuilegium est, vt si heres institutus sit do-
minus noster Iesus-Christus, vel aliquis archangelus,
vel martyr, non facta ædis sacræ mentione, institutio
non sit inutilis tamquam incerta. Cùm enim Christus
est heres institutus, hereditas pertinet ad ecclesiam il-
lius loci, in quo testamentum factum est. Cùm autem
aliquis archangelus vel martyr heres scriptus est, di-
stinctio adhibetur: aut enim extat in ea ciuitate
ecclesia illius nomini dicata, aut non extat in ea ciui-
uitate, sed in eadem prouincia: aut nec in ciuitate, nec
in prouincia. Primo casu hereditas debetur ecclesiæ
illius ciuitatis, quæ nomen ab eo archangelo aut mar-
tyre accepit. Secundo casu pertinet ad ecclesiam illius
prouinciæ nomen illud sortitam. Postremo casu per-
tinet ad ecclesias ciuitatis, in qua testamentum condi-
tum fuit, l. vlt. in princ. & §. 1. Quòd si multæ sint eccle-
siæ, vel multa loca pia eius nominis, quod testator in
testamento expressit: putà si heredem scripserit di-
uum Petrum, & sint in ipsa testatoris ciuitate multa
pia loca diuo Petro dicata, similiter institutio non est
propter incertitudinẽ inutilis: sed locus ille pius acci-
piet hereditatem, in quo testator magis versari sole-
bat, & erga quem magis erat affectus: aut, si hoc non
apparet, hereditas ad vnum ex ijs locis maximè in-
opem & eleemosyna egentem defertur. d. l. vlt. §. vlt. in
cuius §. initio delenda est negatio, & pro μὴ θέῃ, le-
gendum θέῃ, id est, apposuerit: hanc enim lectionem
sententiæ conceptus requirit, & Balsamon in colle-
ctione Græca constitutionum ecclesiasticarum, cuius
duo exemplaria manuscripta apud me extant, in quo-
rum altero scriptum est, εἰ δὲ τόπον ἀνωνόμαστον, in alte-
ro, εἰ δὲ τόπον ἀπωνόμαστον. Quæ diximus de hereditate,
eadem obtinent in legatis & fideicommissis, d. l. vlt.
34 ¶ Quintũ Priuilegium est: quia cùm actiones regulari-
ter terminẽtur spatio triginta annorum, & certis casi-
bus solùm extendantur vsque ad quadraginta annos,
eo. tit. infr. de præscript. trig. vel quadrag. annor. actio
ecclesiæ vel alij loco religioso competens, cẽtum an-
nos durat, l. vt inter. 23 §. 1. quæ videtur pertinuisse tan-
tum ad ecclesias Orientales. Nam Iustinianus Nou. 9.
produxit hoc priuilegium ad Romanam Ecclesiam, &
reliquas occidẽtales. Posteà vero, cùm intelligeret, per
fraudẽ id fuisse a se extortum, quod & Suidas in Prisco
Emeseno testatur, hoc priuilegium generaliter omni-
bus ecclesijs, & alijs locis pijs ademit, constituens vt
actiones his locis competentes finiantur quadraginta
annorum spatio, Nou. 111. & Nou. 131. cap. 6. quæ duæ
Nouellæ, cùm sint generales, non minùs abrogant
Nouellam 9. quàm quod hac de re constitutum fuit in
dicta l. vt inter. §. 1. Quocirca errauit Irnerius in auth.
quas actiones. h. t. attexens ex d. Nou. 9. hæc verba, *Sola
Romana ecclesia gaudente cẽtum annorum spatio, vel priui-
legio*: errauit (inquam) duplicẽ errorem. Primum, quia
non intellexit eã Nou 9. nihil concedere specialiter ec-
clesiæ Romanæ; sed quod antea datum fuerat ecclesijs
oriẽtalibus, tribuere tam Romanæ, quàm omnibus alijs
ecclesiis occidentalibus. Deinde quia nõ animaduertit
eam Nouellam esse abrogatam. Dixi Irnerium errare,
inspecto iure ciuili. Nam iure Pontificio eius sentẽtia
confirmatur, quo iure præscriptio ecclesiæ Romanæ
non opponitur, nisi centum annorum: alijs verò ec-
clesijs obstat exceptio quadraginta annorũ XVI. 9. 4.
c. placuit. § iterum. & c. iubemus. § de præscript. & extr.
de præscript. c. illud. 8. c. ad audientiam 13 & c seq. & l.
6. eod. tit. c. 2. ¶. Sextum Priuilegium est immunitas: nõ 35
tamen omnium, sed quorundam munerũ ecclesiæ va-
cationem habent, quod paulò diligẽtiùs est explican-
dũ. ¶ Est igitur ecclesia immunis, I. A muneribus sor- 36
didis, & ab extraordinarijs, siue superindictis, l. 5. II. A
lucratiuorũ descriptionibus, l. sancimus 22. id est, si cu-
rialis hereditatem ecclesiæ acceperit, vel ex donatione,
aliàve lucratiua causa ei successerit, quartam bonorum
partem non debet curiæ, licet alij successores non cu-
riales eam debeant, ex tit 34. & 35. infr. l. 10. ¶ Verùm 37
ecclesiæ debent canonicam illationem, quam aduenti-
tia necessitas postulat. I. Igitur ecclesiæ conferre de-
bent ad instructiones itinerũ, vel pontium; quia hæc
non sunt munera sordida, l. 7. II. Naues ecclesiarum, si
capiant vltra duo millia modiorum, non excusantur à
transuectione specierum, id est, a frumento Constanti-
nopolim ex Asia transuehendo, quam felicem embo-
lam Imperatores appellant, l. iubemus. 10. quæ repeti-
tur infra, de nauib. non excus. l. vlt Iustinianus Græcè,
εὐτυχῆ ἐμβολὴν, & σιτοπομπείαν, vocat edict. vlt. cap. 4.
& cap. vltim. III. Ecclesiæ non excusantur expeditio-
nis tempore ab angarijs, & perangarijs, & plaustris, l.
neminem. 11. quæ est pars l. 2. infr. de quib. muner. vel
præstat. nemi. lic. se excus. hæc autem spectant ad
transuectionem armorum & specierum. Vide Cuia-
cium ad rub. inf. de cursu publ. ¶. Septimum priuile- 38
gium est, quod in l. 5. indicatur his verbis, *Nulla tran-
slationum sollicitudo signetur*, subaudi, ecclesiæ, id est, non
reddatur ecclesia sollicita, seu non lædatur, nec vexe-
tur per aliquam munerum translationem: solebant
enim principes interdum translationem facere, ita vt
mutatio fieret aut loci, aut muneris: putà iubebant, vt
munus aliquod ab aliqua ciuitate ad alteram transfer-
retur, vel vt is, qui mun⁹ aliquod præstare solebat, loco
illius aliud in posterum præstaret. De his translationi-
bus vide l. 1. de collat. donator. & C. Theod. eundẽ titu-
lum. ¶ Octauum priuilegium est προεδρία. Hic serua- 39
tur prærogatiua seu priuilegium episcopale, metropo-
litanũ, & patriarchicum, nimirum vt singuli episcopi,
metropolitæ, & patriarchæ suo ordine sedeant tam in
concilio

concilio quàm extra concilium, l. decernimus. 16. vbi rectè hæc tria nomina diſtinguuntur. quoniam epiſcopis altiores ſunt metropolitani, metropolitanis patriarchæ, vt tit. ſequenti explicabitur.

40 ¶ Tertiò capite ſpecialiter agitur de duabus Eccleſiis, Conſtantinopolitana, & Theſſalonicenſi.
41 ¶ De Conſtantinopolitana. I. Generaliter ſtatuitur, vt fruatur priuilegiis ſibi conceſſis, l. priuilegia magnæ. 17. in prin. II. Vt ſit omnium aliarum eccleſiarum caput, l. Conſtantinopolitana. 24. in prin & eius patriarcha ante alios reſideat, l. decernimus. 16. verſ. ſacroſanctam. (quoniam vrbs Conſtantinopolitana Romæ veteris prærogatiua lætatur, id eſt, priuilegiis fruitur. l. 6.) excepto Papa ſenioris Romæ, cui ſoli epiſcopus Conſtantinopolitanus poſtponitur, ſupr. tit. prox. l. pen in prin. & l. vlt in princ. Nou. 131. c 2. III. Vt decanis ſeu lecticariis, ſeu copiatis (tot enim nominib. appellantur) qui ad huius eccleſiæ obſequia ſunt deputati, præſertim ad curanda funera, vt conſtat ex Nou. 43. & 59. concedatur immunitas, l 4. & nominatim eis datur immunitas ab argentariorum & nummulariorum muneribus, dummodò ſint intra numerum, & reipſa inſeruiant Eccleſiæ, nō ſupernumerarij ſint, nec honorarij, & titulo tenus decani, l. 9. & infr. de collegiat. l. 1. vnde apparet, etiam argentarij vel nummularij munus interdum inuitis iniungi ſolitum.

42 ¶ Theſſalonicenſi eccleſiæ ſpecialiter hoc tribuitur, vt à capitatione præſtanda ſit immunis, cenſum tamen agrorum præſtet, l. ſacroſancta. 8. Capitatio namque, non ratione fundorum, vt multi putant, ſed tantùm pro capitibus præſtabatur: vnde etiam dicitur tributum capitis. D. de cenſib. l. 3. in princ. & animalis functio. infr. de agricol. & cenſit. l. pen. §. vlt. (vbi legendum *animales*, non *annales*) & C. Th. de colla. dona. poſſeſſ. l. vlt. Ideo autem videtur capitatio interdum eſſe tributum prædij, ex l. ſi minor. 9. infr. de action. emp. & l. vlt. C, Th. ſine cenſu vel reliq. quia præſtatur ratione capitum fundo addictorum, vt colonorum, & ruſticorum mancipiorum.

XXIX. 77. v.
XXX. 13. j.
XXXI. 5. ij. iij. 10. ij. vj. 11. ij. 55. ij. iij.
XXXII. 59 j. ij. 102. iv.
XXXIII. 5 ij.
Princ. 22. 102.
§. j. 102. iij.
§. *præterea cùm in prouincijs*. 99. j. 102. iv.
§. *in hac autem*. 7. iij. 22. 102. iv.
§. *hoc nihilo*. 37. 102. j. iv.
§. *executorib*. 102. v.
§. *præterea nullus*. 99. iij.
§. *pen*. 22. 91. 92. 97.
§. *vlt*. 102. v.
XXXIV. 23. 106. 107 iij.
XXXV. 68. 91. 93.
XXXVI. 12.
XXXVII. *in pr*. 43. ij. iv. 72. j.
§. j. 20. iij. 43. j.
§. *vlt*. 102. p.
XXXVIII. 72. ij. 88. ij.
XXXIX. *in pr*. 88. j.
§. j. 53. v.
XL. *in pr*. 69. iij. 79. vj.
§. 1. 73. iij.
XLI. 22. 53. ij.
XLII. *in pr*. 9. j. 10. j ij. 11. j.
§. j. 9. ij. 10. v.
§. ij. 64. 102. j.
§. iij. 6. iij. iv. 7. j.
§. iv. 52. ij.
§. v. 7. j. 13. iv. 52. ij.
§. vj. 59. iij. 64. 105. j.
§. vij. 59. iij.
§. viij. 59. v.
§. ix. 6. j. 11. ij. 22. 47. j ij. 63. 63. j.
§. *pen*. 6. j. 13. iij. 52. j.
§. *vlt. tantùm ſanctionem continet, nec eget expoſitione, ideoq́, non eſt relatus in Analyſim*.
XLIII. 6. ij. 13. ij.
XLIV. 13. v.
Princ. 67. ij. iij. 79. j.
§. j. 67. j. 79. vij.
§. ij. 13. vj.
§. *pen*. 6. ij. 7. vj.
§. *vlt*. 67. j. 66 ij.
XLV. 5. ij. 20. ij. iij. 118.
XLVI. 13. vij.
Princ. 61.
§ j. 59. iij. 62. 112.
§. ij. 62.
§. iij. 59. iij. 61. 65. ij.
§. *vlt*. 59. iij. 68. 105. iv.
XLVII. *in pr*. 68. 69. ij. iij. 73. j. ij.
§. j. 6. iv. 13. vj 73. iv.
§. *pen*. 13. vj.
§ *vlt. Nihil noui ſtatuit, ſed tantùm ait ſacrum ordinem non mutari per hanc conſtitutionem, ideoq́ in Analyſi omittitur*.
XLVIII. 9. ij. 10. iij. a. iv. 55. j. iij.
XLIX. *in pr*. 111. 113.
§ j. 115. j.
§ *& ſi quidem*. 112. 114.
§. *vbi*. 39. iij. 115. iij
§. *licentia*. 114. 115. ij.
§. *ſin autem ampliores*. 115. iij.
§. *ſin autem nullus*. 115. ij iij.
§. *pen*. 115. ij.
§. *vlt*. 59. iij. iv. 114. ij.
L. 7. iij. 106. 107. iij.
LI. 102. iij.
LII. *in pr*. 7. iij. 93. iij.
§. j 94. ij.
§. *vlt*. 93. iv.
LIII. 43. iij. 55. j.
Princ. 5. ij. 10. viij. 43. iv. 55. iij. 63. j. 69. iij. 98.
§. j. 20. ij. iij. 55. p. 56. iij. 88. iij.
§ *pen*. 68. 103. iv.
§. *vlt*. 68. 80. 103. iij. 118.
LIV. 41. iij. 68. 99. v.
LV. *in pr*. 43. 72. iij 99. j.
§. j. 56. j 88. j.
LVI. *in pr*. 68. 80. 103. ij. iij. 118.
§. j. 44. 68. 72 iij. 97. j.
§. *pen*. 55. p. 56. j 88 j.
§. *vlt*. 13. viij.
LVII. 59. iij. 69. ij. iij. 105. iv.

Tit. III. De epiſcopis, & clericis, & orphanotrophis, & xenodochis, & brephotrophis & ptochotrophis, & aſcetriis, & monachis, & de priuilegiis eorum, & quaſi caſtrenſi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptiis clericorum vetitis ſeu permiſſis.

Rub. 5. j. 17. j. 18. iij.
I. 97.
II. 17 j. 51. ij. 54. j 98. 118.
III. 17. j. 34. ij. 97. 104.
IV. 20. iij. 43. iv. 55. j.
V. 99. v.
VI. 22. 97.
VII. 5. j. ij. 101.
VIII. 20. iij. 23. 69. 101.
IX. 4. iij.
X. 5. ij. 17. ij. 19. j. 99. ij.
XI. 42. 46. j.
XII. 43. iij. 55. j.
XIII. 95.
XIV. 5. ij. 10. vij. 56. ij.
XV. 53. j.
XVI. 5. ij. 21. ij. 43. ij. 98.
XVII. 22. 53. ij.
§. j. 36. 55. iv.
XVIII. 5. ij. iij. 7. ij. 22. 56. 43. iij. 46. iv. 47. j 53 ij.
XIX. 20. iij. 53. iij. 118.
XX. 105. j. ij. 106.
XXI. 98. j.
XXII. *in pr*. 5. iij. 99. iv.
§. j. 22.
§. vl. 53. iv.
XXIII. 14.
XXIV. 15. j.
XXV. *in pr*. 7. j. iij. 102. iij.
§. j. 5. iij. 7. j. ij. iv. 20. j. 102. iv.
§. *vlt*. 6. iij. 7. iv. 102. v.
XXVI. 7. ij. 19. j.
XXVII. 17. ij. 19. j.
XXVIII. *in pr*. 111.
§ j. 7. ij. iij. 13. vij. 112.
§. *cùm autem*. 5. iij. 7. ij. 112.
§. *quòd ſi teſtator*. 7. iij. 13. vij. 112.
§. *pen*. 7. iij. 13. vij. 112.
§. *vlt*. 114.

CVM dictum ſit de eccleſiis, quas diximus eſſe vniuerſitates quaſdam; conſequenter videndum de ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, necnon de aliis perſonis religioſis. Perſonas eccleſiaſticas appello epiſcopos, & clericos, qui eccleſiæ inſeruiunt; reliquæ perſonæ religioſæ ſunt, vt orphanotrophus, xenodochus, & aliæ ſimiles, de quib. deinceps agetur. 1
¶ Huius tituli ſunt octo partes. 2
¶ Prima pars de epiſcopis diuiditur in quatuor capita. 3
¶ Primum caput eſt de epiſcoporum appellationibus: vbi proponuntur. I. Nomina generalia, & omnibus epiſcopis communia. II. Nomina ſpecialia, & quorundā epiſcoporum propria. III. Epitheta. 4
¶ Generalia nomina ſunt. I. Epiſcopus, vt in rubr. & l. 7. & alibi paſſim. II. Sacerdos, ſed notandum eſt, hoc vocabulum eſſe homonymum, & habere multas ſignificationes. Quādoque enim accipitur pro epi- 5

scopo.d.l.7.l.si quis in hoc.10.l.quicumque.14.l. parabolani.18.l.omnes.33. vt sacerdotium pro episcopatu. l. si quemquam. 31. cum sim. interdum complectitur etiam presbyteros,l.sacris.45.l. sancimus. 53. in princ. Aliquando significat quemcumque clericum,l.quisque 16. Nonnumquam omnibus fidelibus accommodatur ratione vitæ spiritalis, quemadmodum & nomen regium,vt 1.Pe.2.ver.5.& Apoc.1.ver.6.& apud Tertull. in exhortatione ad castitatem,cap.7.& de monogamia cap.12. III.Antistes.d.l. parabolani.l.si qua per calumniam.22.in pr.l.cum clericis.25.§.1.l. nulli. 28. §. cum autem.l.si quemquam.31. IV. Pontifex, supr. de sum. trin.& fid.Cathol.l.1. V.Christianus, *κατ᾽ ἐξοχὴν*, infr. tit.prox. l.1. (vbi verbum *episcopi* ab aliquo imperito additum est contra manuscriptorum fidem) & l.Christianos. 11. & infr. de postlim. reuers.l. vlt. vers. & vt facilis.

6 ¶ Specialia nomina sunt, quæ sequuntur. I. Quidam vocantur chorepiscopi,l. omnem adhibentes. 42. §.9. Chorepiscopum Cuiacius hic in Parat.ex Zonara ostendit appellari etiam *ἔξαρχος*, & ex Sigeberto archidiaconum:aitque eum esse episcopum suburbij,vel ruris sub dispositione episcopi,vel metropolitani. Ergo chorepiscopus appellatione *τοῦ ἐξάρχου, καὶ τοῦ ἄρχοντος* significatur in d. l. omnem adhibentes. §. pen. Fit etiam mentio Exarchi monasteriorum Nou.133.cap.4. Sed iure Pōtificio chorepiscoporum vsus est sublatus, dist. 68. c.chorepiscopi. Archidiaconi verò probantur, & retinentur,de quorum officio vide dist.25. c. perlectis. §. archidiaconus. & tit.extr. de offic. archidiaco. II.Nonnulli vocantur metropolitani, non à mensura ciuitatis;vt vult Isidorus dist.1.c. cleros. sed quia præsunt matricibus ciuitatibus,quas Græci appellant *μητροπόλεις*,l.omnem semper.43.l. sanctissimarum. 44.§. pen. III. Aliqui dicuntur archiepiscopi, d. l. cùm clericis.§.vlt.d.l.omnem adhibentes.42. §. 3.IV. Alij nominantur patriarchæ,d.l.omnem adhibentes. 42. §.3.l. sacris. 47. §. 1. qui & primates nuncupantur, dist. 99. Itaque ordo episcoporum est quadripartitus. Quidam sunt simpliciter episcopi : supra hos sunt metropolitani:supra metropolitanos archiepiscopi:altiores archiepiscopis sunt patriarchæ.vide d.dist.21.cleros.& d.dist. 99. V. Romanus Pontifex appellatur Papa, supr. de summa trinit.& fide cathol.l.7.in prin.quæ appellatio, recepto loquendi vsu,eius propria facta videtur : nam ita passim vsurpatur in iure pontificio,cùm apud veteres omnibus sacerdotibus communis fuerit,vt probari cùm aliis auctoritatibus potest, tum his Nicetæ verbis lib.1. de imperio Isaaci Angeli, *Ἀλλὰ καὶ τοὺς προσφυγομένους τεμένεσιν ἀπεσφάττον, ποῦ ποτε ὁ παππᾶς; λέγοντες, τουτ᾽ ἐστὶν ὡς ἀνδρῶν ἱερῶν*,id est, *sed & confugientes ad templa iugulabant, vbi est Papa? dicentes: hoc est, sacerdotes,*
7 *quos interfecerant.* ¶ Epithera varia sunt. I. vocantur sanctissimi,d.l.cùm clericis.25.in pr.& §.1. d.l.omnem adhibētes,42.§.3.&5.II.Religiosissimi,d.l.cùm clericis. §.1.l.decernimus.26.l.nulli.28. §.1. & 2. III. Reuerendissimi,l.parabolani.18.d.l.cùm clericis.in pr.d.l. nulli. §.1.§.quòd si testator.& §.pen.l.omnes.33.§.in hac autem.l.cùm lege.50.l.generaliter.52.in prin. IV.Beatissimi,d.l.cùm clericis.§.1.& 2. V. *Θεοφιλέστατοι*,in Græcis constitutionibus passim.VI.*Εὐλαβέστατοι*,l.sanctissi-
8 marum.44.§. pen. ¶ Secundo capite de eligendis epi-
9 scopis dissoluūtur quatuor quæstiones.¶ Primò quæritur,cur eligantur episcopi? Huius electionis duplex ratio affertur. I. vt suis precibus dei beneuolentiam reipublicæ & populo concilient,d.l.42.in prin. & infr. tit.prox.l. vlt. in princ. II. Vt populum in Christiana religione erudiant,infr.eod.l.6.& d.l.vlt. in prin. Qua ratione episcopus dicitur esse omnium fidelium pa-
10 ter,d.l.42. §. 1. & l.sancimus.48. ¶ Secundò quæritur, quinam ad episcopatum sint promouendi. In eo, qui episcopus eligi debet,multæ conditiones requiruntur. I. Sit rectæ fidei, id est, orthodoxus,d. l. 42. in princ. II. Sit castus,humilis, integer vitæ,l.si quemquam. 31. irreprehensibilis, vitæ honestæ, ac virtutum testimonium habens.d.l.42. in prin. III. In aliis quoque rebus præter administrationem ecclesiasticā reperiatur vtilis & bonus, potà familiam suam bene gubernans. l. sancimus. 48. IV. Mulieri non cohabitet, sed loco vxoris adhæreat ecclesiæ, ibid. V. Non tantùm vxore, sed & liberis careat, & pro liberis habeat omnes fideles,ne in suam sobolem consumat bona ecclesiastica, quæ in pauperes sunt eroganda,d l.42.§.1 d l. 48. Nou. 6.c.1.Nou.123.c 1. Nou. 137. c.2. Sed aliud visum est Leoni No. 2. VI. Inuitus creetur episcopus, d. l. si quemquam, vbi Imperatores aiunt, *Tantum ab ambitu debet esse sepositus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi, profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus.* Quæ verba valde dura mihi videntur, nisi accipiantur (vt puto accipi debere) per comparationem cum eo,qui eadem lege damnatur, id est, qui precibus aut pretio sacerdotium ambiuit.nam re vera potiùs debet eligi inuitus, quam ambiens, & precibus supplicans,aut pretiu redimens episcopatum:quod & de politicis magistratibus Aristoteles sensisse videtur. Cæterùm omnino inuitum & reluctantem esse debere eum qui sit episcopus,mihi persuaderi non potest:quia cum Apostolus 1.ad Timoth.3.ver.1.dicat eum, qui episcopatum desiderat,bonum opus desiderare, consequens est,vt liceat & honestum sit,episcopatum appetere, & licitis mediis consequi. VII. Non fuerit aliquando sacerdotio priuatus.Nam semel exauctoratus non debet iterum eligi,&si is episcopatum petierit,ab vrbe,quam turbauit,& centum milibus passuum relegatur, & ne rescripto quidem principis restitui potest:eius quoque defensor indignationem principis incurrit, l. quicumque.14. VIII.Non sit curialis,vel officialis,l.53.in prin. IX. Nō sit minor triginta annis,vide infr.§ 40. memb.
3. Alia requisita vide Nou.6.cap 1. ¶ Tertiò quæritur, 11
quomodò episcopus eligi debeat? Hîc duo præcipiuntur. I. Vt cùm in aliqua ciuitate sacerdotalis, id est, episcopalis sedes vacat, decretum fiat ab iis,qui ciuitatem illam incolunt, super tribus personis idoneis, id est,dignis qui ordinētur episcopi, vt ex tribus qui maximè idoneus deprehendetur, ad episcopatum promoueatur,d.l.42.in prin. II. Vt absit omnis ambitus, atque adeo electio fiat sine precibus,& sine pretio, æstimetúrque eligendus quantum mereatur,non quantum dare sufficiat,id est,ex virtute æstimetur, nō ex diuitiis: alioquin & qui dedit,& qui accepit eo nomine pecuniam,tanquam criminis publici reus potest à quocumque accusari,& conuictus, ex sacerdotorum & clericorum consortio eiicitur;nec tantùm dignitate priuatur, sed etiam notatur perpetua infamia,d l. si quemquam. 31.d. l. 42. §. 9. Sed notanda est in d. l. si quemquam, vers.nec pretio,duplex lectio. Quidam enim codices habent, *nec pretio, sed precibus ordinetur antistes.* in aliis verò legitur, *nec pretio nec precibus ordinetur antistes.* Vtraque lectio sustineri potest, dummodò adhibeatur commoda interpretatio. Nam si dicatur episcopus ordinari precibus, intelligendæ sunt preces Deo oblatæ. Quòd si ita lex sit concepta,vt preces prohibeat,sic interpretari oportet,vt vetet eligendum episcopum precibus eam dignitatem ambire.Hæc posterior lectio,& interpretatio mihi magis arridet, vtpote quæ præcedentibus, & sequentib. verbis est magis consentanea.
¶Quartò quæritur,quot sint episcopi eligendi:Hîc sta- 12
tuitur,vt tot sint episcopi, quot sunt ciuitates : adeo vt quælibet ciuitas habeat suum episcopum: idem autem

episcopus

episcopus plurium ciuitatum curam nó gerat, exceptis Tomensi & Isauropolitano episcopis. Qui verò ciuitatem aliquam proprio episcopo vel per rescriptú principis priuare audet, confiscatione bonorum & infamia punitur, l. vnaquæque. 36.

13 ¶ Tertiò capite de officio episcopi dátur plura præcepta. I. Neminem à communione sacramentorum, vel ab ecclesia sine iusta causa separet, alioquin ipse à communione ad tempus arcetur. Separatió ab Ecclesia dicitur maior excómmunicatio, siue anathema: separatio verò à sacramentorum perceptione appellatur minor excommunicatio. vide Ilac. Decretal. de sententia excommunic. §. 3. II. Sine speciali iussu principis non confestat se in regiam vrbem relicta sua Ecclesia: alioquin, si metropolita sit, ab archiepiscopo Constantinopolitano, si inferior episcopus, à metropolitano excómmunicatur, l. 43. III. Curent, vt clerici nocturna, & matutina, & vespertina canant, alioquin eos è clero eiiciant. Hoc munus non tantùm episcopo iniungitur, & archonti, & exarcho, quos supr. docui esse chorepiscopos, §. 6. memb. 1. sed etiam duobus protopresbyteris, & Ecclesiæ defensori, l. 42. §. pen. IV. Oeconomum ecclesiæ eligat, qui in causis Ecclesiasticis cóueniatur, nec alium fideiussorem, quàm defensorem Ecclesiæ dare teneatur, l. omnes. 33. §. hoc nihilominùs. & ab eo rationes administrationis exigat, l. 42. §. & ipsos. 5. V. Curet, vt virorum, & feminarum monasteria separata sint: ita vt coniuncta separet: & si plures sint viri, feminæ in alium locum transferantur: si æquali sint numero, aut plures sint feminæ, ipsæ maneant, & viri transferantur: vtroque autem casu res monasterij pro tota portione inter manentes & migrantes diuiduntur, l. sanctissimarú. 44. Episcopi hæc negligentes, prætetquàm quòd à Deo puniútur, indignationem principis incurrunt, & circa episcopatum periclitantur, ead. l. §. 2. VI. Legitimam abbatis, l. 47. §. 1. vel abbatissæ electionem confirmet, ead. l. §. pen. VII. Curent, vt voluntas testatoris ad pias causas relinquentis impleatur: qua de re prolixè agitur l. 46. Huius relicti species est annuum legatum locis piis relictum, de quo in ead. l. §. vlt. & relictum ad redimendos captiuos vel alendos pauperes, de quo dicetur in septima parte huius tituli. iam hæc quoque cura ad episcopum pertinet, l. nulli. 28. §. 1. & seqq. vnà cum œconomo, l. si quis ad declinandum. 49. §. & si quidem. §. sin autem ampliores. Nou. 131. cap. 11. VIII. Curet, vt serui Iudæorum, vel paganorum, vel hæreticorum, catholicam fidem amplectentes, in libertatem eripiantur, dominis pro eorum pretio nihil accipientibus, nec tetrahantur in seruitutem, etiamsi posteà domini ad fidem catho-

14 licam conuerterentur, l. pen. §. vlt. ¶ Quarto capite specialiter Flauiani episcopi Constantinopolitani memoria commendatur, damnata Eutychetis eius aduersarij memoria, l. quoniam. 23. vbi legendum *Flauianus*, non *Fabianus*, vt constat ex Balsamonis collectione constitutionum ecclesiasticarum, & Photio Nonocan. tit. 9. cap. 9. Euagrio historiæ ecclesiasticæ lib. 1. cap. 8. & 9.

15 ¶ Secunda pars de clericis diuiditur in sex capita.

16 ¶ Primo capite traduntur appellationes clericorum, id est, nomina subiecta, & eorum adiuncta, siue epithe-

17 ta. ¶ Illa duo sunt. Nam vocantur I. Clerici, vt in hac rubr. & l. 2. 3. & alibi passim. Clerici autem dicuntur à Græco nomine κλῆρος, quod significat sortem, hereditatem, vel portionem, quasi sorte electi, exemplo Matthiæ Apostoli; vel quia sunt de sorte Domini, vel Dominum sortem, id est, portionem habent, distin. 21. c. cleros. & xij. q. 1. c. duo sunt genera. II. Ministri, l. si quis in hoc. 10. vel ministri veræ orthodoxæ fidei,

18 l. quisquis emensis. 27. ¶ Sed quia ambæ hæ appellationes sunt homonymæ: non ab re erit homonymiam distinguere, & explicare. Clericorum appellatio, I. accómodatur omnib. fidelib. vt 1. Pet. cap. vlt. vers. 13. II. In iure ciuili & Pontificio tribuitur episcopis, & reliquis diuino cultui seruientibus, qui à laicis segregantur. III. Non solùm excludit laicos, sed etiam episcopos, vt in h. rubr. & in toto tit. passim. IV. Excludit copiatas & parabolanos, qui tamen latiùs sumpto vocabulo vocantur clerici, vt in diuisione clericorum docebo. Fortasse addi potest V. significatio, excludens etiam acolytos, ex l. vt ecclesiarum. 10. C. Th. h. t. Sed de hac quoque significatione dicam commodiùs, vbi exponam species clericorum. ¶ Ministri appellatio 19 sumitur I. Latè, vt omnes clericos complectatur, l. si quis in hoc. 10. d. l. quisquis emensis. 27. II. Angustè, vt significet solos diaconos, dist. 21. d. c. cleros. §. Leuitæ.

¶ Clericorum epitheta sunt tria. I. Vocantur reuerendissimi, l. cùm clericis. 25. §. 1. II. Θεοφιλέστατοι. III. Εὐλαβέστατοι, l. sacris. 45. l. sancimus neminem. 53. §. 1. Ex his 20 appellationibus apparet, clericatum esse honorem: quod confirmatur l. 4. l. presbyteri. 8. l. cum qui. 19. Liubemus. 37. §. 1. ¶ Secundo capite definitur, quid sit 21 clericus. Duplicem clericorum definitionem ab officio sumptam reperio. Nam definiuntur, I. Qui in ecclesia Christi deseruiunt, d. c. cleros. II. Qui diuino cultui ministeria religionis impendunt, C. Tho. h. t. l. 2. Hæc posterior definitio mihi perfectior videtur: quia distinguimus clericos à laicis, quæ distinctio non potest commodiùs sumi, quam ex ministerio religionis. Ministerium latè nunc accipio, non angustè pro diaconatu. Cæteroqui etiam politici magistratus, si officio suo rectè funguntur, ecclesiæ Christi deseruiunt. Notandum est, has definitiones complecti omnes clericos, atque adeo etiam episcopos: nam episcopi quoque sunt clerici, l. quisquis censibus. 16. & d. c. cleros. quamuis κατ' ἐξοχὴν separentur à clericis, quia episcopus est caput clericorum, vt in h. rubr. & passim in toto tit. sicut & paulò antè notaui. ¶ Tertium caput continet 22 clericorum diuisionem in species, sic autem ab infimo ad summum enumerantur: ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acoluthus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus, d. c. cleros. Et episcopo quidem obsequium debet presbyter, præsbystero diaconus, diacono subdiaconus, subdiacono acoluthus, acolutho exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiatius. dist. 93. can. à subdiacono. Hæc omnia ferè clericorum genera contrario ordine, id est, à summo ad infimum proponuntur in l. 6. h. t. in qua deleatur verbum *& acolytos*, quod abest à libris scriptis, à l. 24. C. Th. cod. tit. vnde hæc l. 6. sumpta est, à Græca collectione constitutionum ecclesiasticarum, & ab Ecloga Basilicorum lib. 24. tit. 1. ex lib. 3. tit. 3. cap. 5. pag. 458. alioquin ordo clericorum interrumperetur: quoniam acoluthi siue acolyti (vtroque enim modo vocantur, vt paulò pòst docebo) exorcistis, & reliquis præferri debent. Porrò commemoratis clericis adde copiatas seu decanos, C. Th. de lustra. collat. l. 1. & parabolanos, l. placet. 17. & l. seq. licèt minùs propriè dicantur clerici, l. si qua per calumniam. 22. §. 1. quemadmodum & ecclesiæ defensores, nam hi quoque modò appellatione clericorum continentur, l. repetita. 41. & inf. de testam. l. consulta 23. modò à clericis seiunguntur, l. omnes. 33. §. in hac autem, l. 42. §. 9. Adde etiam περιοδευτὰς, id est, circuitores, d. l. 42. §. 9. qui & visitatores appellantur, hist. 8. c. non debere. ¶ Hæc varia clericorum genera certis 23 gradibus distingui constat, l. præsbyteri, 8. d. l. omnes, in prin. & §. pen. l. sacrosanctæ. 34. & dist. 21. d. c. cleros. Nam (vt suprà docui) alij sunt superiores, alij inferiores, qui superioribus obsequium debent. ¶ Hoc loco 24 notanda est pontificia clericorum diuisio maximè vsu comprobata, omnes enim clerici ad duo ordinum

genera

genera referuntur: alij dicuntur esse in maioribus or-
dinibus, alij in minoribus; qui in maioribus sunt, par-
tim sunt in sacerdotio constituti, nempe episcopi, &
presbyteri: partim in sacris, id est, diaconi, & subdia-
coni; in minoribus autem ordinibus sunt acoluthi,
25 exorcistæ, lectores, psalmistæ, ostiarij. ¶ Iam de singu-
lis breuiter dicamus. De episcopis dictum est in prima
26 huius tituli parte. ¶ Presbyter, id est senior, non tam
ab ætate dicitur, quam à consilij, siue sapientiæ matu-
ritate, & ab honore ac dignitate, quam accepit, d.c.cle-
ros.§.presbyter.& dist.84.can.quisquis, §.presbytero-
rum. Presbyteri autem olim iidem erant qui episcopi,
sed postea vitandi schismatis causa, cùm multi essent
in eadem ecclesia presbyteri, placuit ex his vnum cete-
ris præponi: ita vt præpositus, episcopi; reliqui presby-
terorum appellationem retinerent, d. can. cleros.
§.presbyter, vers.vnde & apud. & distin. 93. can. legi-
mus.in princ.& dist.95.c.olim. Quocirca episcopus sic
est presbyterorum collega, vt tamen in presbyterorum
consessu sublimior sedeat, ead.distinct.95. can. episco-
pus in ecclesia.

27 ¶ Diaconi Græco vocabulo, latinè ministri vocan-
tur, qui Leuitarũ officio funguntur, d.can.cleros.§.Le-
uitæ. Obedientiam igitur debent presbyteris, vt pres-
byteri episcopo, dist.93.c.diaconi septem. Ac dicuntur
esse quasi oculi episcopi, perscrutantes singula, quæ in
ecclesia fiunt, & custodientes episcopum ab insidiis,
28 ead.distin.c.diaconi ecclesiæ, & c.diaconi qui. ¶ Cùm
autem septem diaconi eligi solerent, d.c.diaconi qui.&
c.diaconi septem. placuit vnum ex his eligi, qui cete-
ris, & subdiaconis præesset; hic vocatus est archidia-
conus, Nou.123.c.3.& dist. 25.c. perlectis, §.archidia-
conus. Quamquam Sigebertus archidiaconum nõ di-
29 stinguit à chorepiscopo, vt notaui supr.§.6. ¶ Subdia-
coni diaconis adiuncti sunt, vt eos adiuuent. Subdia-
conatum quoque inter sacros ordines numerari sta-
tuitur in c.a multis. 9. extr. de ætat.& qualit.& ordin.
præfic.

30 ¶ Sequuntur acolyti, sic vocantur in iure pontificio,
id est, nõ prohibiti: quoniã, etsi sacra mysteria nõ pera-
gebant, tamen cũ cæteris nõ excludebantur, quia mi-
nisteria quædam exhibebãt. Verùm ab alijs auctoribus,
vt à Iustiniano No.59. appellantur acoluthi, à verbo
ἀκολουθεῖν, quod sequi significat, quasi pedisequi. Latinè
vocantur ceroferarij, à ferendis ceris, d.c.cleros.§. aco-
lyti. Vnde Iustinianus d.Nou.59.c.3.in fin.vetat eos ce-
reorum nomine quicquã ab heredibus defuncti exige-
re. Hos in l.vt ecclesiarũ.10.C. Th.hoc tit.appellatione
iuuenum significari putat Cuiac.ad.Nou.3. Quæ inter-
pretatio si vera est, cùm ibi iuuenes distinguantur à
clericis, fatendum est, non solùm copiatas & cæteros,
de quibus dixi §. 17.sed etiã acoluthos interdum à cle-
31 ricis separari. ¶ Ad exorcistas pertinet exorciaatio,
id est, adiuratio, dist. 25. d.c.perlectis. §. ad exorcistam.
Horum fit mensio in concilio Carthaginensi 4.c.7. re-
lato in Decretum, dist.23.c.exorcista. Hoc autẽ verbo
& hoc officio impostores abusos esse constat ex Vlpia-
ni verbis in l.1.§.medicos.D.de extraordin.cognit. *Non
tamen*, inquit, *si incantauit, si imprecatus est, si (vt vulgari
verbo impostorũ vtar) exorcisauit*, quo loco malè Politia-
32 nus pro *impostorũ*, legit *in posterũ*. ¶ Lectores à legendo
dicti, in ecclesia sacras scripturas legunt, d.c.perlectis.
33 §.ad lectorem. ¶ Psalmistæ sunt, quos latini cantores
appellant, ab officio canendi, quo funguntur, d.dist.23.
34 c.psalmistæ.d.dist.25.c.perlectis.§.ad psalmistam. ¶ Ad
ostiarios pertinent claues ecclesiæ, id est, templi, quod
claudere & aperire debẽt; & omnia, quæ intus extráve
sunt, custodire; fideles admittere, infideles exclude-
35 re, d.c.perlectis.§.ad ostiarium. ¶ De copiatis, qui &
decani, & collegiati nominantur, dixi ad tit. præced.

¶ Parabolani ex eo dicti sunt, quòd quasi temerarij 36
in pericula se coniiciunt ob ægrotum, quos curant,
contactum. Nam parabolani vocantur, qui ad curan-
da ægrotorum debilia corpora deputantur, l.parabola-
ni.18. De his agitur etiam in l.placet.17.§.1. ¶ Defen- 37
sores ecclesiæ œconomis rerum ecclesiasticarum ad-
ministrationem habentibus præfuisse videntur, l.om-
nes.33. §. hoc nihilominùs. ¶ Περιοδευταί, id est, cir- 38
cuitores, vel visitatores, in vicis & castellis constituun-
tur, vbi episcopi esse non possunt, dist.8.c.non debere,
& in locum episcoporũ ad tempus remotorum substi-
tui solent. Vide Cuiac. hic in paratitlis ¶ Quarto ca- 39
pite de clericis eligendis siue ordinandis, dissoluuntur
tres quæstiones. ¶ Primò quæritur, quinam sint eli- 40
gendi siue ordinandi? Respondetur, in eo, qui ad cle-
ricatum promoueri debet, tria spectari, ætatem, locum
originis seu domicilij, & conditionem. ¶ De ætate 41
hæc notentur. I. Episcopus aut clericus debet esse an-
norum triginta quinque, Nou.123. c. 13. Sed ex Nou.
37.c.2.& iure pontificio dist.78.triginta anni sufficiũt,
quia Dominus anno trigesimo baptizatus prædicare
cæpit. II. In diacono & subdiacono requiritur ætas per-
fecta, id est, viginti quinque annorũ, d.Nou 123.c.13.
Iure autem pontificio diaconus non debet esse minor
viginti quinque annis; sed ad subdiaconatum admitti-
tur, qui agit annum vigesimum ex concilio Toletano
secundo, dist.28.c.de his quos. Atqui verba Iustiniani
ex d.c.13. referuntur à Gratiano, dist.78.c. nemo. ergo
etiam ius pontificium requirit ætatem 25. annorũ in
subdiacono. Quare in Gratiani decreto videtur esse
contradictio: nisi dicamus hoc c.nemo.delendum esse,
quoniam abest à manuscriptis, eique superscriptum est
Palea. III. Diaconissa non debet esse minor sexaginta
annis, ita legẽdum, (nõ vt in editis libris) *quinquaginta*,
in l.nulli.9. Nam *sexaginta* scriptum est in l.nulli.29.C.
Theod.eod.tit.vnde ea l.9.sumpta est. Eodémque mo-
do legit Photius in Nomocanone, tit.1.c. 28.& Balsa-
mon in collectione Græcarum constitutionum. Atque
hæc sententia congruit cum præcepto Apostoli, 1. ad
Timoth. c. 5. ver. 9. Iustinianus tamen Nou.6. cap.6.
constituit, vt diaconissa sit annorum circiter quinqua-
ginta, ex qua No.fortasse orta est in d.l.nulli.ea lectio,
quam nos reprobauimus. Tandem Nou.123.c.13.iussit
diaconissam non esse minorem annis quadraginta, quæ
quidem quadraginta annorum ætas requiritur etiam
iure pontificio, ex concilio Chalcedonens.xxvij.q. 1.c.
diaconissam.23. Quare hæc iura videntur præcepto
Apostoli repugnare. Nisi dicamus Apostolum loqui
tantùm de vidua, vt eius verba expresse indicant: dia-
conissam verò esse potuisse etiam non viduam, l.rapto-
res.54. & sup.tit.prox.l.generali.13.& in hac sola, quæ
vidua non est, suprà dicta iura obtinere. IV. In lectore
perfecta pubertas requiritur, id est, ætas octodecim
annorum, d.Nou. 123.c.3. ¶ Quod attinet ad locum, ex 42
quo clerici eliguntur, sciendum est non esse ordinan-
dos peregrinos, sed eligendos esse ex eo loco, putà ex
ea possessione aut vico, in quo est ipsa ecclesia, cui de-
bent inseruire, l.in ecclesijs.11. Huic iuri consentanea
tradunt auctores iuris põtificij, dist.71. c.hortamur, &
ext.de cler.pereg.c.vlt. ¶ Conditio eorum, qui debent 43
eligi, commodè explicabitur, si declaretur quæ perso-
næ ratione conditionis ad clericatum adspirare ne-
queant. A clericatu summouentur. I. Serui, quamuis
eorum domini consentiant, nisi manumissio electio-
nem præcesserit, l.iubemus. 37.§. 1. Hoc ius confirma-
tur eod.tit.ext.de seru.non ordin. Nouella tamen Iusti-
niani constitutio seruum consentiente domino ad
clericatum admittit, adeo vt eo ipso liber fiat. Quod
procedit, non solùm si dominus expresse, sed etiam si
tacitè consenserit, siue quia sciens seruum suũ ordinari
non

non contradixit, siue quia tempore ordinationis igno-
rauit, ac posteà de ea certior factus per integrum annũ
nõ contradixit, Nou. 123. c. 17. II. Adscriptitij siue cẽsi-
bus adnotati, l. quisquis censibus. 16. l. iubemus. 37. in
princ. Nam hi quoque sunt in dominorum potestate
perinde ac serui, infr. de agricol. & cens. l. ne diutiùs. 21.
& eorum peculia æquè ad dominum pertinent, infr.
cod. l. agricolarum. 18. tantùm differunt ab alijs seruis,
quòd terræ sunt addicti, & sine ea non possunt aliena-
ri, d. l. ne diutiùs. De horum varijs appellationibus vide
Cuiac ad rubr. infr. d. tit. de agricol. & censit. Nouissi-
mè Iustinianus constituit, vt etiam inuitis dominis
adscriptitij possint ad clericatum promoueri in ea pos-
sessione, vbi sunt adscripti, ita tamen, vt nihilominùs
agriculturæ satisfaciant, d. Nou. 123. cap. 17. videlicet
per substitutum, per quem & iure veteri satisfacere
debebant, si consentiente domino essent ordinati, d. l.
quisquis censibus. III. Curiales, l. si quis curialis. 12. ni-
si quis eorum ab infantia factus fuerit monachus, &
inter monachos decenter vixerit, aut saltem per quin-
decim annos monachalem vitam honestè traduxerit:
quibus casibus sic ad honorem clericatus admittitur,
vt legitimam, id est, quartam bonorum suorum par-
tem curiæ & fisco relinquat, l. sancimus neminem. 53. &
d. Nou. 123. cap. 15. A parabolanorum autem numero
non solùm curiales, sed & honorati, id est, ciuili aut
militari dignitate præditi arcentur, l. parabolani. 18.
IV. Officiales, qui quidem generaliter comparantur
curialibus, adeò vt in his quoque obtineant, quæ de
curialibus suprà dixi, hoc excepto, quod officiales re-
linquunt quartam soli fisco, quibus casibus diximus,
curiales relinquere quartam curiæ & fisco, d. l. sanci-
mus neminẽ in pr. d. Nou. 123. cap. 15. Præterea de officia-
libus specialiter statuitur, vt officio finito possint fieri
clerici saluis actionibus in eos, vel in eorũ bona cõpe-
tẽtibus: quod tamẽ non habet locũ in primipilaribus:
hi namque in perpetuũ præfecto prætorio sunt subie-
cti, l. quisquis emensis. 37. Item vt officiales rationalis
(id est, officiales procuratoris Cæsaris seu fisci, qui &
Catholiciani & Cæsariani vocãtur, infr. de bonis pro-
script. l. si quis posthac. 9. §. vlt. & de iure fisci. l. defen-
sionis. 7.) non fiant clerici, nisi iis obseruatis, quæ sta-
tuuntur in l. 4. in qua malim legere *rationalis*, quam *ra-
tionales*, & rectè Balsamon in collectione constitutio-
nũ ecclesiasticarũ interpretatur Catholicianos. Porrò
in ea constitutione sic distinguitur: Catholiciani cum
ad clericatum transirent, aut erant muneri & rationi-
bus reddendis obnoxij: aut non erant his obnoxij; sine
officiorum tamen, quibus seruiebant, consensu facti
sunt clerici: aut cùm obnoxij non essent, officiorum
consensu ordinem clericalem susceperunt. Primo casu
nõ manẽt clerici, sed retrò trahuntur ad priorem con-
ditionem. Secundo casu tertiam tantùm bonorum suo-
rum partem retinent: nam reliquæ duæ partes conce-
duntur eorum liberis, aut si liberi nulli sint, propin-
quis. Si verò propinqui & liberi deficiant, ipsi officio,
cui seruiebant. Vltimo casu ita manent clerici, vt nul-
lam facultatum cessionem metuant, id est, integras fa-
44 cultates retineant. ¶ Docui, qui non possint fieri cleri-
ci: nunc sciendum est, ordinari posse, non solùm pa-
tresfamiliarum, sed etiam filiosfamiliarum inuitis
quoque parentibus, in quorum potestate sunt, nec pos-
se ob eam caussam exheredari, l. vt non liceat. 55. l. Deo
nobis. 56. §. 1. Hæc dicta sint de cõditione ordinandorũ.
45 ¶ De reliquis autem qualitatibus, vt de literarum peri-
tis, & cæteris, quæ in ordinandis requiruntur, vide
46 Nou. 6. c. 4. & 5. & Nou. 123. c. 12. ¶ Secundò quæritur,
quot sint clerici eligendi? Hic sunt quatuor præcepta.
I. Generaliter statuitur, vt pro magnitudine vel cele-
britate loci cuiusque constituatur iudicio Episcopi cer-
tus numerus clericorũ, l. in ecclesiis. 11. versic. ita vt. II.
In magna ecclesia Constantinopolitana admittuntur
clerici quingẽti viginti quinque: nempe, presbyteri se-
xaginta, diaconi centum, (cum alibi debeãt esse tantùm
septẽ, dist. 93. c. diaconi qui. & can. seq.) diaconissæ qua-
draginta, subdiaconi nonaginta, lectores centum decẽ,
cantores viginti quinque, ostiarij centum, Nou. 3. cap.
1. III. In alijs ecclesijs seruandus est numerus initio ab
ecclesiarum fundatoribus definitus, secundum reditus
ipsis ecclesijs attributos, sin autẽ id factum non sit, sed
ipsa ciuitatis ecclesia sũptus sibi & alijs ecclesijs præ-
beat, tunc seruãda est consuetudo, & habenda ratio fa-
cultatum, d. No. 3. cap. 1. & Nou. 6. cap. 8. IV. Parabolani
sexenti Alexandriæ constituuntur, l. parabolani. 18. 47
¶ Tertiò quæritur, quomodò clerici sint ordinãdi? Hic
duo præcipiuntur. I. Vt episcopali iudicio probentur, l.
omnem adhibentes, 42. §. 9. quod & specialiter de para-
bolanis statuitur, d. l. Parabolani. II. vt gratis eligantur:
alioquin & qui pecuniã eo nomine dat, & qui accipit,
clero expellitur: eaque pecunia ecclesiæ vindicatur:
quòd si laicus ob eam causam acceperit pecuniã, eccle-
siæ duplũ restituet. Hoc ius obtinet etiã in alijs perso-
nis religiosis eligẽdis, vt orphanotrophis, & cæteris,
d. l. 42. §. 9. No. 56. ¶ Sed notãdæ sunt tres exceptiones. I. 48
Episcopi rectè soluũt enthroniastiqua, seu cathedrari-
ca. II. Clerici Cõstantinopolitani, non etiam cæteri, ob
introitum soluunt ἐμφανιστικὰ, id est, insinuatiua. III.
Quicunque clerici famulis ordinantis licitè soluunt
vsque ad quantitatem, quam diaricorum, id est, ciba-
riorum & annonarum nomine debent in annum vnum
ex reditibus ecclesiæ percipere, No. 123. cap. 3.
¶ Quintum caput est de iure ordinatorum clerico- 49
rum. Sciendum est, effectus ordinationis, qua clerici
fiunt, partim pertinere ad personas clericorum, partim
ad eorum bona. ¶ Quæ in persona spectãtur in tripli- 50
ci sunt differẽtia: quædã enim clericis propter clerica-
tum conceduntur: nonnulla imperantur: alia verò adi-
muntur, & prohibentur. ¶ Conceduntur clericis, 51
I. Varia priuilegia, de quibus in quinta parte huius ti-
tuli dicetur. II. Vt honestam mercaturam exerceant,
l. 2. ¶ Imperantur autem duo, I. Vt per se, non per 52
alios diuinas liturgias exequãtur; & nocturna, matuti-
na, & vespertina psallant, l. omnem adhibentes. 42.
§. pen. II. Vt œconomi rationem administrationis epis-
copo reddant, d. l. 42. §. 4. & 5. ¶ Interdicuntur autem 53
clericis hæc. I. Non habeant conuenticula extra eccle-
siam, l. conuenticula. 15. II. Abstineant à publicis curia-
libus, & iudicialibus actibus, l. placet. 17. in pr. & l. seq.
in fin. & insinuationes testamentorum ne suscipiant,
l. repetita. 41. quæ est pars l. consulta. 23. infr. de te-
stam. III. Non habeant secum extraneas mulieres sub
appellatione sororum: sed tãtùm matres, filias, sorores,
aliásve, in quas turpis suspicio non cadit, l. eum qui,
19 & Nou. 123. c. 29. Dixi, sub appellatione sororum:
quia extraneæ mulieres sub hoc prætextu, & sub hac
appellatione à sacerdotibus & clericis detinebantur,
Hieronymo ad Rusticum, & Chrysostomo in quo-
dam sermone, auctoribus. Quamobrem lex no-
minatim hunc prætextum clericis adimit. IV. E
suis ciuitatibus non proficiscantur Constantinopo-
lim sine literis episcopi, cui sunt subiecti: alioquin
licèt ecclesiastici negotij vel religionis causâ profecti
fuerint, tamen pro clericis non habebuntur. Idémque
de monachis statuitur, l. si qua per calumniam. 22.
§. vlt. V. A nemine extorqueant fructus, vel angarias,
neque alio modo quemquam vexent, néve ob huius-
modi causas aliquem excommunicent, aut anathema-
tizent, aut communionem vel baptismum denegent.
Hoc ius coangustatur ad vrbem Constantinopolita-
nam, & territorium eius, & ad ea loca, in quibus sunt

Metropoli

Metropolitani à Constantinopolitano patriarcha ordinati, vel episcopi ab illis metropolitanis ordinati, l. qui sua. 39. §. 1. Exposui ea, quæ pertinent ad personas
54 clericorum. ¶ Sequitur, vt videamus de eorum bonis. Hic I. statuitur, vt si quid clerici parsimonia, vel prouisione, vel honesta mercatura congesserint, id in vsum pauperum atque egentium ministretur, idcóque à parangariis, omnibúsque extraordinariis & sordidis muneribus sit immune: quod priuilegium etiam vxoribus, liberis, & ministris tribuitur, l. 2. II. Vt clerici, qui prædia in prouinciis possident, ex iis prædiis census præstent, & muneribus sint obnoxij, l. 3. III. Vt curiales vel officiales, qui fiunt clerici, certis casibus partem bonorum relinquant curiæ & fisco, vel liberis aut propinquis, vt in præcedenti capite exposui. IV. Vt deserentes clericalem ordinem, bona sua non recipiant, vt exponam cap. seq. Reliqua de bonis clericorum enarrabo commodiùs in quinta & sexta huius ti-
55 tuli partibus. ¶ Sextum caput est de his qui clericatum deserunt, vel ex clericorum consortio remouentur. Desinunt enim esse clerici, aut volentes, quia deserunt vitam clericalem, l. sancimus neminem omnino. 53. §. 1. l. pen. §. pen. (quod tamē per Leonis Nou. 7. eis non licet:) aut inuiti, quia deponuntur & exauctorantur, siue (vt cum canonistis loquar) degradantur, d. l. 53. §. 1. Huc spectat causæ 15. quæst. 7. Depositionis, seu degradationis causas quatuor recepio. I. Si electi fuerint ij, qui non debuerunt eligi, vt curiales, vel officiales, l. 4. l. si quis curialis. 12. d. l. 53. vel inutiles, vel vxorati promoti sint ad eum gradum, ad quē iure non admittuntur, l. sancimus neminem ad episcopatum. 48. II. Si ordinatio non rectè facta sit, putà quia facta sit per ambitum, l. si quemquam. 31. III. Si clericus aliquid admisit, quod omnino & simpliciter est interdictum, vt quia elegit aliquem per ambitum, d. l. si quemquā. 31. d. l. 48. d. l. 53. in princ. aut disputauit publicè de fide turbis coadunatis, supr. de Sum. Trinit. l. 4. IV. Si clericus aliquid commisit, quod est aliis concessum, solis autem clericis est interdictum, vt putà quia mulierem extraneam secum habuit, & admonitus eam non dimisit, Nou. 123. c. 29. aut parabolanus accessit ad publica spectacula, vel iudicia, vel curiam, l. placet. 17. §. 1.
56 ¶ Effectus amissi clericatus in hoc titulo quadruplex ponitur. I. Res & bona eius, qui clericatum amisit, manent penes ecclesiam, cui seruiebat, l. vt non liceat. 55. §. 1. l. pen. §. pen. II. Qui semel depositi fuerunt, non possunt iterum recipere honorem & gradum, quem amiserunt, l. quicumque. 14. & vij. q. 1. c. quàm periculosum, & c. hoc nequaquam. III. Non possunt adspirare ad militiam: cui si nomen dederint, militia exuti traduntur curiæ, id est, efficiuntur curiales, d. l. 53. §. 1. IV. Qui clericalem vitam deseruerunt, nec dederunt nomen alicui militiæ, fiunt officiales, Nou. 6. c. 7. Sed Leoni placet, eum in clericorum ordinem restitui, Nou. 7.
57 Hactenus de clericis. ¶ Tertia tituli pars est de orphanotrophis, xenodochis, brephotrophis, & ptochotrophis. Orphanotrophi dicuntur, qui præsunt orphanotrophiis, in quibus orphani, parentibus & bonis destituti aluntur. Xenodochi, qui xenodochiis, in quibus hospites recipiuntur, id est, aduenæ, qui se sustentare nequeunt. Brephotrophi, qui brephotrophiis, in quibus infantes aluntur. Ptocotrophi, qui Ptochotrophijs, in quibus pauperes & mendici aluntur. His adde nosocomos, qui nosocomiis, in quib⁹ ægroti curantur: & Gerontocomos, qui Gerontocomiis, in quibus senes curantur & sustentantur. Nam etsi horum duorum nulla mentio est in rubr. in legibus tamen non omittuntur,
58 & superioribus sunt omnino similes. ¶ Hæc pars di-
59 uiditur in tria capita. ¶ Primum caput est de harum personarum officio: quod quidē est quintuplex. I. sunt pupillorum quasi tutores, adolescentium quasi curatores. Parentibus enim ac bonis destitutos minores sustentant, & veluti affectione paterna educant. II. Res eorum suscipiunt: & si quas alienandas ob iustam causam duxerint, æstimatione priùs facta alienabunt, & pretium custodient, l. orphanotrophos. 32. III. Hereditates loco pio delatas suscipiunt, actiones competentes mouent, & res administrare rectè debent, ita vt piè distribuant, atque erogent in personas illas, quæ in ipso pio loco sunt, vel curantur, necnon in ædificiorum refectionem. Si quid autem his impensis factis superest, ex eo reditus emere debent, vt loci pij reditus augeatur, l. omnem adhibentes, 42. §. necessarium. 6. & §. seq. l. sancim⁹ si quis. 46. §. 1. §. sed Deo amabiles. 3. & §. vlt. l. si quis ad declinandam. 49. §. vbi. & nullum lucrum ex administratione pecuniæ ad redimendos captiuos, vel pauperibus relictæ capiant, d. l. si quis ad declinandam §. vlt. De annuo verò relicto ne transigant, neque id vllo modo alienent, d. l. sancimus si quis. §. 9. & l. vlt. IV. Tam res singulorum proprias, quàm ipsius loci pij communes ita administrare debēt, vt nullum inde lucrum quærant, nec alium lucrum facere patiantur, d. l. si quis ad declinandam. §. vlt. V. Rationem administrationis fideliter reddant, l. omnem adhibentes. 42. §. si autem contigerit. 8. ¶ Secundum caput est de electio- 60
ne siue ordinatione. Hic dissoluuntur quatuor quæstiones ¶ Primo quæritur, an sint aliqui orphanotro- 61
phi, aut similes administratores eligendi: Hæc quæstio tunc habet locum, cùm locus pius nondum est edificatus, ædificari tamen debet, putà quia testator iussit, & in eum finem bona legauit. Vtrùm igitur statim administrator constituetur, & miserabiles personæ curabuntur, an expectandum est, donec locus ædificetur? Placet legislatori, si testator tempus præscripserit, intra illud tempus locum esse ædificandum, sin minùs, intra annum: interim autem ædes conduci, in quibus miserabiles personæ recipiantur. Ergo administrator statim constituetur, qui curam habeat, d. l. sancimus si-
quis. 46. in pr. ¶ Secundò quæritur, quinam sint eli- 62
gendi: Hic statuitur, si testator aliquid deposuit, eos esse eligendos, quos testator voluit, si testator nihil dixit, heredes eligent. Heredibus non eligentibus, datur electio episcopo, d. l. sancimus si quis. 46. §. 3. ¶ Tertiò 63
quæritur, quomodò facienda sit electio: Iubet lex eam fieri gratis absque vlla largitione: alioquin electio non tenet: & is, qui elegit, loco suo remouetur, l. omnem adhibentes. 42. §. præterea sancimus quemadmodum. 9.
¶ Quartò quæritur, quis sit electionis effectus? Est 64
autem effectus duplex. I. Administrator officio suo satisfacere debet, de quo supr. dixi. II. Quicquid ordinatus acquirit, ipsi loco pio acquirit: adeo vt non possit disponere, nisi de iis, quæ habuit ante ordinationē, vel de ijs, quæ postea à parentibus, vel fratribus, vel patruis, vel auunculis accepit. Nam reliqua præsumit lex nō personæ, sed loci pij contemplatione fuisse relicta, d. l. omnem adhibentes. §. necessarium. 6. Idem de episcopo statuitur, ead. l. §. de his verò. 2. ¶ Tertium ca- 65
put est de remotione ab officio. Huius remotionis duæ causæ traduntur. I. Si data pecunia officium redemerit, d. l. 42. §. præterea sancimus quemadmodum 9. II. Si malè administret, d. l. sancimus si quis. §. sed Deo amabiles. 3. De his hactenus. ¶ Quarta pars de ascetriis & 66
monachis diuiditur in septem capita. ¶ Primum caput est de harum personarum epithetis: quæ 67
quidem hoc loco tria traduntur. I. Monachi vocantur εὐλαβέσταται, l. sanctissimarum. 44. §. 1. &. §. vlt. l. sancimus neminem. 53. in pr. & in Nouellis passim. II. Dicitur monasterium εὐαγὲς, d. l. sanctissimarum, in princ. III. Dicitur sacrosanctum monasterium,

vel

vel asceterium,l.raptores.54.vers.& ex his rebus. ¶Secundum caput est de dictarum personarũ definitione. Scieodum est,duo esse sanctimonialium personarũ genera:nempe clericos,& solitariam vitã degentes,l.Deo nobis. 56. §.1. Qui solitariam vitam degunt,sunt munachi,aut ascetriæ, d. l. Deo nobis. in princ. Monachi dicuntur quasi solitarij: ascetriæ verò, eò quòd piis actionibus se exercẽt,seu pijs meditationibus vacãt. Ac distinguuntur quidem inter se monachi & ascetriæ, quemadmodum monasterium & asceterium, l.omnia. 55.l.sancimus si quis moriens. 46. §. vlt.l.sacris nostris legibus.47.in princ.l.raptores.54 Nou.123. cap.vltim. Nou. 134. cap. 9. quoniam alij illo, alij hoc nomine appellari malunt.Ratio tamen viuendi est eadem, vnde legislator videtur his vocabulis promiscuè vti, vt l.sancimus neminem. 53 §.penult.& vlt. & Nou. 133. cap. 5. Nam & passim tribuit ἀσκησιν, nun tantùm ascetriis, sed etiam monachis; quemadmodum solitariam vitam tribuit etiam ascetriis: adeo vt non putem dubitari posse,quin quod de vnis dicitur, de aliis quoque dictum intelligi debeat. Cùm autem Cuiacius hic in paratitl. ait ascetrias esse deuotas virgines, aut eos qui ita vitam instituerunt,vt toti sacris sint dediti meditationibus, prauam definitionem affert: tum quia possunt esse deuotæ virgines,quæ nun sint ascetriæ,vt monastriæ,(nam monachos ab ascetriis ipse Cuiacius seiungit) & diacoinssæ,l Deo nobis. 56. vers.bona autem: tum etiam quia potest aliquis ita vitam instituere,vt totus sacris meditationibus incumbat,nec tamen est ascetria, nisi viuat in asceterio, & in asceteriarum consortio. Ergo ascetriæ sunt,qui in eum finem,vt toti piis meditationibus incumbant,in asceterio viuunt: quemadmodum monachi dicuntur ij, qui in eundem finem degunt in masterio.

69 ¶Tertium caput est de diuisione seu variis ascetriarum generibus.Tres diuisiones in Iustinianeo iure repetio. I. Alij sunt monachi,alij ascetriæ, vt præcedenti cap.expositum fuit. Huc refer regulares, qui vocantur in iure canonico, de quibus extr. de regularib. & ext.de statu monachorum.Nam hi possunt esse monachi,& non monachi, vt canonici regulares: à monachorum autem consortio non censentur seiuncti, quamuis disciplinæ seruiant laxiori, d. tit.de statu monachorum, cap.5. II. Aut sunt masculi, aut fœminæ: sic enim secernuntur masculi ascetriæ à fœminis,l.47. in princ.& monachi,à monastriis seu monialibus,l.44. §.vltim.l.vlt.vers scimus.Nouel. 123.cap.34.& cap.vlt. He duæ diuisiones pertinent ad separata monasteria siue asceteria. III. In eodem monasterio sunt varia monachorum siue officiorum, quibus monachi præsunt, officia. Supremo namque loco est, qui monasterio præest,ὁ μοναςηρίȣ προεςὼς. Nouel. 123. cap.4.qui latino vocabulu vocatur abbas, vel abbatissa, Græcè ἡγέυμενος, & ἡγȣμένη, l.monasteria.40. in princip.& l. sacris nostris legibus.47.in princ. vel archimandrita, l. sancimus neminem.53.in princ.l.vlt.vers.hanc iterum. Nouel.5.cap.7.Nou.123.cap.34.Quibusdam monasteriis exarchus præesse dicitur,Nou.133.cap.4. De exarcho vide supr. numer.7.Ex cæteris monachis quidam sunt clerici,qui diuinis officiis inseruiunt, Nouel.133. cap.2. quidam sunt apocrisiarij: sic vocantur Græco vocabulo, quasi latine dicas responsales, siue responsarios. Hi ecclesiarum cuiusque diœceseos & monasteriorũ negoria tractabant:atque horum fit mentio in l.qui in monasteriis.29.& Nou.6.cap.2. & Nouel.123. cap.25.& Nou.133.c.5.Aliqui sũt anachoretæ siue hesychastæ, qui in contemplatione & quiete vitam degunt,Nou.5.cap.3.Nou.133.cap.1.Nonnulli sunt ianitores,qui ingressus & exitus ex monasterio curam habent,d.Nouel.133.cap.1.Præter hos alij ferè simplici-
ter vocantur monachi. ¶Quarto capite de monaste- 70
riis ædificandis tria præcipiuntur. I. Ne monasterium
ædificare priùs liceat, quã loci episcopus oratione lo-
cum Deo consecrarit; & crucem ibi figens inchoarit
ædificium, hoc quasi monasterij decens fundamen-
tum ponens, Nouel.5. cap.1. II. Monasterium habeat
vnum, aut ad summum duo ostia, per quæ ingredi &
egredi liceat, Nouel.133. cap. 1.III. Monasterium sit
bene septum, & conclusum, ne aliunde quàm per
ostia pateat accessus & egressus, ibid. ¶Quintum ca- 71
put de electione monachorum, & eorum qui in mo-
nasterio alicui officio præsunt, in quinque segmenta
diuiditur. ¶In primo segmento de electione mona- 72
chorum tria traduntur. I. Adscriptitij non admittun-
tur ad vitam monachalem, l. iubemus. 37. in princip.
II. Non admittuntur serui, nisi domino consentiente,
qui hoc casu dominium amittit,quamdiu illi in mona-
sterio permanent, l. seruis. 38. iure tamen nouissimo
etiam domino inscio, serui possunt ad monasterium
transire: sed dominus intra triennium potest eos ex
monasterio retrahere in seruitutem.ideoque intra hoc
tempus nemo suscipit tõsuram, & habitum monacha-
lem,nisi cõstet eum esse hominem liberum,Nou.5.c.2.
Nou.123.c.35.Quanquam ex Nou.10. Leonis,ius re-
trahendi seruum ex monasterio datur domino, qui nõ
consensit,etiam post triennium, atque adeo quocũque
tempore. III. Filijfamiliarum possunt fieri monachi,
etiã inuito patre,in cuius potestate sunt,nec propterea
possunt à patre exhæredari, l. vt non liceat. 55 .l. Deo
nobis.56.§ 1.Nou.123.cap.41. ¶In secundo segmento 73
de electione abbatum & abbatissarum deciduntur tres
quæstiones. I. Quis sit eligendus. Ex duobus seniuri-
bus debet eligi is, qui dignior videtur: quòd si neuter
eorum dignus appareat, tunc omnium monachorum
dignissimus promoueri debet,l.47.in princ.quæ corri-
gitur per Nouel.5.c.9.vbi statuitur,vt omnes monachi
secundum ætatis ordinem considerentur: & hoc ordi-
ne qui primus inuentus fuerit optimus,is eligatur.No-
uella autem 123.c.34.simpliciter iubet eligi optimum.
II. Quomodò facienda sit electio.Iubetur fieri propo-
sitis euangeliis,l.47.in princ. Nouel.123.c.34. Hic vi-
detur seruandum esse etiam, quod suprà de electione
clericorum,orphanotrophorum, & aliarum religiosa-
rum personarum præcepimus; nempe vt absque omni
ambitu,& sine largitione abbates creentur. III. Quot
sint eligendi. Vnus singulis monasteriis est præficien-
dus,nec potest idem pluribus monasterijs præesse.l 40.
§.1. IV. A quibus electio confirmetur. Electio abbatis
requirit confirmationẽ episcopi illius loci, & patriar-
chæ, l.47. §.1. Hæc, quæ dicta sunt de abbatibus ordi-
nandis, obtinent etiam in abbatissarum electione.
¶In tertio segmento,si ecclesia sit in monasterio,qua- 74
tuor vel quinque ex senioribus monachi iubentur eli-
gi,qui in clericali ordine cõstituti,eius ecclesiæ curam
& ministerium suscipiant, Nou.133.cap.2. ¶In quar- 75
to segmento constituitur, vt apocrisiarij eligantur se-
nes, monachi,probatæ vitæ,tam in virorum, quàm in
mulierum monasteriis: & quidem in his eunuchi, si
inueniri possint,aut saltem vitæ probatæ, duo vel tres,
d.Nou.c.5. ¶In quinto segmentu statuitur,vt ianitores 76
eligantur senes, casti, habentes ab omnibus monachis
bonum vitæ testimoniũ,d.Nou.c.1 sic & ianitrices eli-
guntur in monasteriis mulierum,d.Nou.c.5. ¶Sextum 77
caput de iuribus & vita monachorum, monastriarum,
& ascetriarum diuiditur in quinque segmenta. ¶In 78
primo segmento considerantur monachi in genere:
(appellatione monachorum intellige nunc etiam mo-
nastrias,& ascetrias) quorum iura, & ordinationis ef-
fectus partim spectantur in personis, partim in rebus.
¶Ad personas pertinent hæc, quæ monachis præ- 79

scribuntur. I. Separati sint monachi à monastrijs, &
monasteria masculorum a monasterijs fœminarum, l.
sanctissimarú.44.in princ. Et neque monachi ad mo-
nastrias, neque hæ ad illos cõmeent, No.133.c.3 II. Nõ
sepeliantur monachi in monasterio muliebri, neque è
cõtrario monastriæ in monasterio virili, ibid. III. Cùm
monastria in suo monasterio sepelitur, adsit tantùm ia-
nitrix, &, si velit abatissa quoque: sed nec quemquam
virum videant, nec a quoquam videantur: & iustis per-
actis statim ad sua loca reuertantur, ibid. IV. In cœno-
bijs communiter monachi habitent, ac dormiant ex-
ceptis solis anachoretis, siue hesychiastis, quibus solis
permissum est habere proprias & separatas cellas, Nou.
5.c.3. Nou.123.c.36. Nou.133.in princ. & cap.1. V. Ne
ex monasterio exeant, néve per vrbem discurrant, ex-
ceptis solis apocrisarijs, quibus muneris tantùm sui
exequẽdi causâ exire permittitur, l. qui in monasterijs.
29. VI. Sint subiecti abbati: & tam ipsi, quàm abbas epi-
scopo, l. monasteria.40. in princ. VII. Honeste viuant,
alioquin ab Episcopo & abbate coërceantur, l.44. §.1.
Nou.133.c.4. & 5. VIII. Ne ducant vxorem, vel concu-
binam etiam si sint clerici ex eorum numero, qui aliàs
vxorem ducere possunt, Nou.5.c.8. IX. In ecclesiam, si
qua sit in monasterio, ne ingrediãtur, nec ibi maneant
deambulandi vel confabulandi causâ, sed vt diuinis of-
ficijs intersint: quibus absolutis, in monasteria reuer-
tantur: ibique Deũ honorẽt, & sacris scripturis incum-
bant, Nou.133 c.x. X. Ad tabernas ne diuertant, néve
in ijs conuersentur, alioquin expellẽtur ex monasterio,
d. Nou. c. vlt. Postremò duæ sint præcipuæ monachis
curæ, nempe vt legant sacras scripturas, & vt manibus
suis laborẽt, d. Nou. c vlt. Hæc de personis, & vita mo-
80 nachorum dicta sint. ¶ Ad bona quod attinet: hi, qui
monasterium ingrediuntur, eo ipso sua bona deducant
monasterio, saluo tamen iure liberorum in legitima, &
vxoris in dote ac donatione propter nuptias, l. sanci-
mus neminẽ omnino. 53. §. vlt. l. Deo nobis. 56. in princ.
Nou.5.c.5. Nou.123.c.38. An igitur testamentum face-
re possunt? Antequam ingrediãtur monasterium, liberè
possunt testari: post ingressum verò non possunt con-
dere testamentum, nisi habeãt liberos, quibus ante in-
gressum non dederint legitimam portionem: hoc enim
casu possunt inter eos bona sua distribuere, seruatis ta-
men duabus conditionibus: quarum vna est, ne quem
liberorum legitimâ fraudent; altera, ne prorsus omnia
bona liberis attribuant, sed sua persona liberis connu-
merata, vnã saltem portionẽ sibi retineãt apud mona-
sterium mensurã, d. Nou. 5. c. 5. d. Nou. 123. c. 38. & c. 40.
Hæc ita Iustinianus constituit. Leo autem imperator,
Nou. 5. monachis testamenti factionẽ concessit de ijs,
quæ post ingressum in monasterium acquisierunt: ita
vt si ab initio aliquid monasterio consecrarint; de his
posteà quæsitis, ex asse disponere possint, sin minùs tã-
81 tum ex besse, vt maneat triens penes monasteriũ. ¶ In
secundo segmento de abbate traditur, ei disciplinã cu-
ræ esse debere, ita vt omnia diligenter inspiciat, & per-
scrutetur: & quæ prauè fiunt, statim corrigat, Nou.133.
c.4. pro qualitate delicti: incorrigibiles verò monaste-
82 rio expellat, ead. Nou. c. 5. ¶ In tertio segmento iuben-
tur clerici ecclesiam curare & diuinis officijs vacare, d.
83 Nou. cap. 2. ¶ In quarto segmento hæc præscribuntur
apocrisiarijs. I. Negotia monasterij expediant, nec ex-
eant ex monasterio, nisi ἀποκρίσεων, id est, officij sui im-
plendi causa, vt supra notaui. II. Iubente eo, qui mo-
nasterio præest, singula perscrutentur, & inquirant,
num quid admittatur emendatione dignum: idque ad
illum referant, qui monasterio præest, Nou.133. cap.4.
III. Si monastrijs inseruiunt, nullam earum alloquan-
tur: sed quod occurrit, ad abbatissam referant per iani-
84 tricem, d. Nou. c. 5. ¶ In quinto segmento ianitoribus

iniungitur, ne permittant monachos exire sine licen-
tia abbatis, & ne alius extraneos in monasteriũ intro-
ducant, d. Nou. c. 5. ¶ Septimum caput de iis, qui mo- 85
nasterium deserunt, vel ex eo expelluntur, diuiditur in
tria segmenta. ¶ In primo segmento vetãtur monachi 86
deserere monasterium, etiamsi ad aliud monasterium
transire velint, Nou.5.c.7. extr. de regul. & monach. c. 5.
nisi fortè velint ad arctiorem religionem transire: hoc
enim eis pontificio iure conceditur, d. tit. de regular. &
monach. c. licet quibusdam, 18. ¶ In secundo segmen- 87
to monachi remouentur à monasterio propter delicta,
vt in exemplo suprà adducto, si in tabernis versentur.
¶ In tertio segmento declarantur effectus relicti mo- 88
nasterij. I. Qui deserit monasterium, non recipit res
suas, quas in monasterium intulit, sed hæ penes mona-
sterium remanent, l. qui sua. 39. in princ. l. vt non liceat.
55. §. 1. l. pen. §. pen. Nou. 5. c. 4. Nou. 123. c. 36. Nec pro-
derit monasteriũ deserenti, si ad aliud monasteriũ trã-
sire velit: quia nihilominùs res remanent penes prius
monasterium, d. Nou. 123. c. 42. Immo in altero mona-
sterio non debet recipi, vt suprà docui ex Nou. 5. cap. 7.
II. Si seruus consentiente domino monachus factus
fuerit, quo casu diximus eum hac ratione consequi li-
bertatem: monasterium deserens, in pristinam seruitu-
tem redigitur, l. seruus. 38. III. Desertor non potest a-
spirare ad vllam militiam: &, si ad aliquam irrepserit, ea
spoliatur, fitque curialis, l. sancimus neminem omnino.
53. §. 1. vers. quoniam autem, vel officialis, Nouel. 5. c. 6.
vel in monasterium detruditur: & si iterum hoc quo-
que deserat, tunc fit officialis, Nou. 123. cap. 42. Hæc ita
Iustinianeo iure sunt constituta. Leoni autem Nou. 8.
& pontificii iuris auctoribus extr. de regular. & mona-
chis, cap. 5. magis placuit omnem facultatem deserendi
monasterij adimere monachis, ita vt inuiti ad mona-
sterium desertum retrahantur. Hæc de monachis &
ascetriis sufficiãt. ¶ Quinta pars de religiosarum per- 89
sonarum & piorum locorum priuilegiis, diuiditur in
quinque capita. ¶ Primo capite de priuilegiis in gene- 90
re dissoluuntur tres quæstiones. ¶ Primò quæritur, 91
quænam priuilegia iure subsistant? Respondetur, om-
nia priuilegia obtinere, & confirmari, quæ iure scripto,
aut consuetudine sunt indulta; & vel generaliter, vel
specialiter sunt concessa, l. omnes. 33. §. penult. l. omnia.
35. ¶ Secundò quæritur, quibus hæc priuilegia com- 92
petant? Hîc notandæ sunt productiones, & limitatio-
nes. ¶ Productiones duæ sunt. I. Priuilegia cõpetunt 93
tam ecclesiis, quàm orphanotrophiis, xenodochiis, &
aliis locis piis. II. Competunt & personis & rebus di-
ctis iuribus. III. Tam clericis, quam monachis, licet
clerici non sint, d. l. generaliter, in princ. IV. Tam in
regia vrbe, quam in aliis ciuitatibus, d. l. generaliter. §.
vlt. ¶ Limitationes quoque duæ sunt. I. Priuilegia cõ- 94
ceduntur solis orthodoxis, d. l. omnes. §. præterea cùm
in prouinciis. II. Iis tantùm cõceduntur, qui officium
faciunt, non monachis vagantibus: nec iis, qui circa
diuina mysteria sunt desides, d. l. generaliter. §. 1. ¶ Ter- 95
tiò quæritur, qua pœna afficiantur, qui ecclesiastica
priuilegia violant? Respondetur, eos quinque librarum
auri cõdẽnatione plecti, l. 1. si venerabilis. 13. ¶ Secun- 96
do capite agitur de immunitate: quę vel omnino con-
ceditur, vel ita vt per aliũ munera siue onera subeãtur.
¶ Immunitas ab omnib. sordidis atque extraordinariis 97
& personalibus muneribus conceditur episcopis, cle-
ricis, eorum vxoribus, liberis, seruis, ministris, item
monachis, orphanotrophis, & aliis personis religiosis,
l. 1. 2. 6. d. l. omnes. §. pen. veluti à tutelis, & curationi-
bus, l. generaliter. 52. in pr. sed nouissimo iure episcopi
& monachi, ne quidem volentes admittuntur ad tute-
lam vel curationem gerendam: presbyteri autem &
diaconi eas tantum suscipere possunt, quæ iure cogna-
tionis

tionis deferuntur, Nou. 123. c. 5. Onera autẽ prædiorum
98 etiam clerici adgnoscũt, l. 3. ¶ Duobus casibus mune-
ra per alium sunt obeuda. I. Si persona religiosa sit cu-
rialis, per substitutum satisfacit muneribus curiæ, l. ad
similitudinẽ. 21. Sed hodie curialis non admittitur ad
Episcopatum, vel presbyterium, l. sancimus neminem
omnino. 53. in princ. quatenus verò admittatur ad cle-
ricatum, exposui supr. §. 42. memb. 3. Religiosus adscri-
ptitius per aliũ satisfacit agriculturæ; & per ipsum do-
minum, qui electioni consensit, capitationis onus ad-
99 gnoscit, l. quisquis censibus 16. ¶ Tertio capite de in-
iurijs propulsandis à personis & locis religiosis, habẽ-
tur plura priuilegia. I. Filiusfam. etiãsi inuito patre fa-
ctus sit clericus, aut monachus, non tamen ab eo pro-
pterea potest exheredari, l. vt nõ liceat. 55. in prin. l. pẽ.
§. 1. Nou. 123. c. 41. II. Iniuria facta Episcopis, vel clericis,
vel diuino cultui, vel ipsi loco sacro, punitur vt crimen
publicũ, quolibet, vel nemine accusante: & ad punien-
dos delinquentes etiam militare auxilium, si opus est,
assumitur, l. si quis in hoc. 10. vide etiam Nou. 123. c. 31.
III. Si executor clericum iniuria affecerit, cingulo pri-
uatur, & cum bonorum confiscatione vltimo supplicio
punitur, l. omnes. 33 § præterea nullus. IV. Qui episco-
pum falsò accusauit, triginta libras auri fisco soluit, l.
si qua per calũniam. 22. in princ. V. Qui virginem, aut
mulierem Deo deuotam vel rapuit quamuis volẽtem,
vel etiam tantum attẽtauit, quamuis matrimonij cau-
sâ, capitali supplicio afficitur, l. 5 Præterea his, qui rapuit,
& qui eum in ipso delicto sunt comitati, si in ipso facto
deprehendantur, impunè possunt a raptæ parentibus,
vel consanguineis, vel tutoribus, vel curatoribus inter-
fici. Insuper bona eorum ecclesiæ, vel alij loco religio-
so, cui rapta inseruit, attribuuntur: ita tamen, vt eorum
vsusfructus ad ipsam raptam pertineat. Cæteri verò
criminis conscij, aut opem aliquam raptori ferentes,
capitali tantùm pœnæ subiiciuntur, bonis eorũ ad lo-
cum religiosum non translatis, l. raptores. 54. & infr. de
raptu virg. l. vn. Vide etiam Nou. 123. c. 43. VI. Nulli
laico licet habitu monachi, vel monastriæ, vel ascetriæ
vti, vel eum imitari, vel quouis modo alicui statui ec-
clesiastico illudere: alioquin ei pœna infligitur coërci-
tionis corporalis, & exilij, No. 123. c. vlt. ¶ Quarto capi-
100 te de priuilegijs ad iudicia pertinentibus sic distingui
tur. Religiosæ personæ iu iudicijs interueniunt, vel in
causis alienis, vel in causis proprijs vel in causis eccle-
siæ, siue alius loci pij & religiosi, cui seruiũt ¶ Ad causas
101 alienas spectant priuilegia circa testimonia dicẽda. Hic
duo priuilegia occurrũt, quorum alterum pertinet ad
episcòpu, alterum ad presbyteros. Episcopus a testimo-
nio dicendo excusatur, l. nec honores. 7. vbi verba illa,
nec honore, nec legibus, perinde valẽt ac si imperator di-
ceret, nec iure prætorio, nec iure ciuili: & in sequenti
versiculo legendũ potiùs cum Azone, *iddici*, quam *ad-
mitti*, non enim imperator vult episcopum repellere à
testimonio dicendo, sed vetat eum inuitũ addici huic
muneri, vel (vt in alijs libris legitur) *adduci*: & mox iti-
dem cùm Azone, & C. Theodo. & libris manuscriptis
malo legere *excepta*, quã (vt in vulgatis libris habetur)
exempla, & quod lex ait, *confunditur*, id significat, quod
vulgò dicitur, *humiliatur*, seu perturbatur. Ita hoc ver-
bum accipitur etiã à Plin lib 1 Epist 22. cùm ait, *Huic
confusioni mea non mediocre solatium, si tu nihil quereris. &
alibi veritus sum, ne vos festis diebus confunderẽ, si in memo-
riam grauissimi luctus reduxissem.* eodem modo accipitur
apud Valer. Max. lib. 7. c. 6. *Cannensis*, inquit, *clades adeo
vrbem nostram vehementer confudit*. & apud Ouidium
in ea elegia qua deflet obitum Tibulli.

Nec minus est confusa Venus moriente Tibullo.

Et Tristium lib. 3. elegia 5.

Vidi ego confusos vultus, visusque notaui.

Hodie, vt puto, coguntur episcopi testimoniũ dicere:
sed hoc priuilegium habent, vt iudex ad eos mittat,
non ad se aduocet testimonij dicẽdi causa, neque cor-
poraliter iurent, sed loco iuramenti, proponantur eis
euangelia, auth. sed iudex. & Nou. 123. c. 7. Presby-
teri verò testimonium dicunt sine vlla quæstione. Si
tamen hoc priuilegio abutãtur, & falsum testimonium
perhibeant, aut etiam veritatem reticeant, grauiter pu-
niuntur, quemadmodum & alij clerici, l. presbyteri. 8.
d. Nou. 123. c. 10. ¶ In causis propriis, vel ecclesiæ, siue 102
monasterij, siue cuiuscumque loci pij denegatur reli-
giosis personis hoc priuilegiũ, vt iudices ad ipsos eant:
omnes enim litigantes iubentur ad iudicem adire, l. iu-
bemus. 37. §. vlt. Conceduntur autem sequentia priui-
legia. I. In causis ecclesiasticis solus œconomus potest
cõueniri, l. omnes. 33. §. hoc nihilominus. II. Monastriæ
litigant per procuratorem: monachi vel per se, vel per
procuratorem, Nou. 123. c. 27. III. Circa forum cõpe-
tens & iudicia distinctè explicare oportet inter iura
Codicis, Nouellarum & Põtificia. Quod ad ius Codi-
cis attinet, Leo & Anthemius constituerunt, vt clerici
Constantinopolitani non possint cõueniri, nisi coram
episcopo, vel præfecto prætoriu, l. cùm clericis, 25. in
princ. & infr. tit. prox. l. decernimus. 13. Reliqui autem
clerici, aut monachi conueniantur coram iudice ordi-
nario, nec possint ad alium iudicem trahi, l. omnes. 33.
in princ. Quòd si ex prouincia in vrbem se cõtulerint,
ibi cõueniri possint corã præfecto prætorio, d. l. omnes.
§. 1. sic Leo & Anthemius statuerunt. Sed Iustinianus
rem hanc accuratiùs tractat in l. sancimus vt nemo. 29.
infr. tit. prox. vbi cõstituit, vt clericos apud episcopum
cõueniatur, vel, si hic suspectus sit, apud metropolita-
num, vel, si hic quoque sit suspectus, apud synodum, à
cuius sentẽtia appellabitur ad patriarchã: à patriarcha
verò non appelletur. Et vt similia obtineãt in episco-
po cõueniendo. Nec deferatur causa statim ad patriar-
cham, nisi vt ab eo cõmittatur episcopo illius loci, vbi
est controuersia, in princ. Missus autem pro sportulis
vltra sextam aurei partem, vel, si sit episcopus, vltra sex
aureos ne accipiat. Idemq; obtineat in missu à metro-
politano, ead. l. §. 1. Qui verò plus accipit, duplum resti-
tuit ei qui negotium passus est; & ecclesiasticæ mulctæ
subiicitur a patriarcha vel metropolitano, & è clero
eiicitur, ead. l. §. 3. Et vt à sententia lata ab eo, quem me-
tropolitanus vel patriarcha misit, ad Constantinopoli-
tanũ patriarcham appelletur, ead. l. §. 2. Et vt de causis
ciuilibus omnino episcopi, vel metropolitani, vel sy-
nodi, vel patriarchæ cognoscant: de ciuilib. verò, aut
criminalib. optio sit actori conuenire dictos ecclesia-
sticos iudices, vel ciuiles, ead. l. §. pen. & vt dicta de me-
tropolitano obtineant etiam in patriarcha, officiũ me-
tropolitani gerente: quoniã hic quoque est metropoli-
tanus, ead. l. §. vlt. supra dictum priuilegium, id est, fori
præscriptionem per renunciationem clerici amittunt,
l. si quis in conscribendo. 51 Sic habent iura Codicis.
Transgrediamur ad ius Nouellarum. Iustinianus Nou.
79. distinguit inter causas ciuiles singularũ personarũ
religiosarũ proprias, & causas ecclesiasticas, & causas
criminales. In causis primi generis constituit, vt mona-
chi, monastriæ, & ascetriæ coram ciuili magistratu
cõueniri nequeant, sed tantùm coram episcopo, qui
dispiciet, vtrùm per se respondere debeant, an per
abbates vel apocrisiarios, aliasve personas. Idẽq; statuit
de clericis Nou. 83. vt neque in causa ciuili, neque
de delictu ecclesiastico conueniantur apud iudicem
ciuilem; sed apud episcopum, Apud ciuilem au-
tem iudicem conueniuntur vel de alio crimine, vel
si episcopus cognoscere nequeat. Tandem Nou. 123.
c. 8. vetat episcopum ad secularem iudicem vocari si-
ne speciali iussu principis, & cap. 21. statuit, vt clerici,

monachi,monastriæ,ascetriæ in causa ciuili cōueniantur coram episcopo. Cuius sententia si alterutri parti
displicuerit,intra decē dies appellabitur ad iudicē ordinarium:ab hoc autem ita demum prouocari poterit,
si eius sententia non sit cōformis sentētiæ episcopi: si
tamen episcopus iudicauerit tāquàm à principe,vel ab
alio delegatus, tūc appellatio ab episcopo delegato ad
delegantē deuoluetur.Hæc ita obtinēt in causis ciuilibus.Quòd si religiosa persona crimine aliquo accusetur,priùs iudicatur ab episcopo: &,si conuictus fuerit,
ab eodem degradatur:deinde à iudice seculari punitur.
In causa verò ecclesiastica tantùm episcopus iudicet,
seculares iudices ab ea prorsus abstineant.Sic Iustin.d.
c.21.distinguit inter causas ciuiles singularū personarū religiosarū proprias,& causas ecclesiasticas,& causas criminales.Quia verò hæc obtinēt in personis episcopo subiectis,vnde meritò quæri poterat,coram quo
sit ipse episcopus conueniendus?idcirco c.22. eiusdem
Nou.constituit,vt episcopus conueniatur corā metropolitano, & ab hoc appelletur patriarcha:item vt metropolitanus cōueniatur corā patriarcha.Deinde c.23.
vt œconomi , orphanotrophi, & similes personæ,quæ
res ecclesiasticas,aut ad quemuis locū pium pertinētes
administrāt, episcopo rationem reddant, à quo appelletur ad metropolitanum , vel à metropolitano ad Patriarcham.Denique c.24.per distinctionē decidit quæstionem , an clerici ex aliqua prouincia in vrbem profecti possint ibi cōueniri?Nam si lis fuit cœpta in prouincia,non possunt eo nomine in vrbe conueniri , obstante iuris regula,quòd iudicium vbi est inchoatū, ibi
debet terminari,D.de iud.l.vbi .30.Quòd si lis in prouincia mota non fuit, in vrbe conueniuntur corā præfecto prætorio , vel coram delegato à principe.Sic habent iura ciuilia.Iure autē pontificio distinguitur inter
causas ciuiles, & criminales. De ciuilibus iudicant soli
ecclesiastici iudices , non seculares. Et huic priuilegio
personæ ecclesiasticæ renunciare nō possunt,quasi non
singulis,sed toti ordini ecclesiastico sit cōcessum, extr.
de foro comper.c.si diligēti. 12.& c.significasti. 18. Ob
crimen verò admissum, persona ecclesiastica degradatur, & post degradationem traditur curiæ seculari punienda,ext.de verb.sig.c.nouimus.37.IV.Oeconomus
iudicio litigaturus non cauet datis fideiussorib.iudicio
sisti,vel iudicatū solui,l.cùm clericis.25.§.1. sed defensoris ecclesiæ fidei committitur,l.omnes.33.§. hoc nihilominùs. Item orphanotrophus non satisdat , l. orphanotrophos. 32. Eadem ratio est ptocotrophi, & similium personarum. Clerici autem subiecti archiepiscopo Constantinop.siue per se,siue per procuratorem
litem subeant,fideiussorem daut œconomū,aut defensorē ecclesiæ vsque ad quinquaginta libras auri.Quòd
si maior sit summa petita,in residuum suæ promissioni
sine iureiurādo committuntur, l.omnes.33.§.prætereà
in prouinciis.Sed si hi conueniantur in vrbe,non satisdant , nisi ita vt pro se inuicem fideiubeant : alioquin
tātùm promittunt cum obligatione bonorum suorum,
d.l.omnes.§.in hac autem.V. Personæ religiosæ minores sportulas soluunt , quàm regulariter à litigantibus
præstētur,l.cùm clericis.25. §.vlt. l.omnes.33.§.executorib.Nou.123.c.28.VI.Lites harum personarū debent
sine scripto,summariè & celerrimè expediri, Nou.79.
c.2.Nou.83.VII.Aduersarius,qui temerè litigauit,omnimodò cōdemnandus est religiosæ personæ in expensas litis,d.l.omnes.§.vlt. Sed posteà Iustinianus hoc fecit ius commune,in laicis quoque obseruandum, infr.
de iud.l.properādum.13.§.siue autem. De his verò,qui
temerè accusant episcopum , puniendis, sup.dixi,§.97.
203 memb.4. ¶ Quinto capite de priuilegiis realibus considerātur res propriæ persooarum religiosarum, & res
communes,id est,vniuersitatis,veluti ecclesię,aut monasterij. ¶ In rebus propriis denegatur immunitas à 104
censu ex prædiis præstando , & translationibus agnoscendis, l. 3. Indulgentur autem sequentia priuilegia.
I. Filijfam. clerici habent peculium quasi castrense, &
in eo varia priuilegia,quæ in sequenti parte declarabo.
II. Si sponsus vel sponsa sanctimonialem vita elegerit,
nullum damnum in arris patitur,sed sponsus recipit datas arras,aut sponsa restituit simplum,l.pcoul.in princ.
Nou. 123. c.39. III. Si maritus vel vxor ad solitariam
vitam se cōtulerit,diuortiū fit bona gratia,nec videtur
separari matrimonium culpa eius,qui in monasterium
ingreditur.Circa dotem autem &donationem propter
nuptias id obseruatur,quod obseruaretur in casu mortis,vt perinde habeatur,ac si persona,quæ in monasterium migrauit , mortua esset. Quod tamen extremum
patitur hanc exceptionem,nisi ambo coniuges monachalem vitam elegerint : tunc enim à neutra parte fit
aliquod lucrū, l.sancimus neminem omnino. 53.§.vlt.
d.l.pen.in prin.d.Nou.123.c.40.Ita iure ciuili statuitur.
Sed iure pontificio neuter coniugum altero inuito potest ingredi religionē,nisi ante consummatū matrimonium id faciat, extr.de conuers. coniug. c.2. & passim.
IV. Si quis oneratus fideicommisso , vel substitutione
sub hac conditione,*si nuptias contraxerit*,vel,*si sine liberis decesserit*, si is (inquam) clericus,aut monachus,aut
ascetria fiat, fideicommissum vel substitutio extinguitur,nisi id relictum fuerit ad piam causam,putà ad redimendos captiuos,vel alendos pauperes,d.l.sancimus
neminem omnino.§.pen.d.Nouuel.123.c.37. ¶ In re- 105
bus quoque communibus, siue vniuersitatis sunt multa priuilegia.I.Per clericum vel orphanotrophum, aut
similem personam acquiritur ecclesiæ , vel alij loco
pio,ita vt clericus vel orphanotrophus & cæteri non
possint testari,nisi de ijs quæ habuerūt antequā ducerēt vitā religiosam,ac de iis quæ postea à parētibus,vel
liberis,vel cognatis acquisierūt,l.si quis presbyter. 20.
l.omnem adhibentes.42. §. de his verò.2.& §.necessarium.6.Nou. 131.c. 13 De monachis autem,an testari
possint,& de eorum bonis monasterio acquirendis,dixi supr.§.79.II.Bona clerici vel monachi intestati , deficientibus liberis,parētibus,adgnatis,cognatis,&coniuge,non pertinent ad fiscum,sed ad locum sacrum vel
religiosum,cui inseruiebat,saluo tamen iure , quod illius patrono,vel possessionis domino,vel curiæ fortasse competit,d.l.si quis presbyter. Sed hodie monachorum bona ferè omnia acquirūtur monasterio, vt suprà
docui,d.§.79.III.Relictum captiuis aut pauperibus debetur,nec dicitur inutilè quasi relictum incertis personis,vt exponam in sequenti parte huius tituli. IV. Si
annuum quid ecclesiæ vel alij loco religioso fuerit
relictum, non potest transactione, vel alienatione, vel
alio modo extingui , l. sancimus si quis moriens , 46.
§. vltim. & l. vltim. Reliqua de priuilegijs rerum ecclesiasticarum vide supr.tit.1.part.2. vbi fuit proprius
locus de reb.ecclesiæ : nam hic ex professo agimus de
rebus aliorum locorum religiosorum,veluti monasterij & orphanotrophi:item de rebus singularum personarum proprijs, quanquā obiter aliqua mentio rerum
ecclesiasticarum paulò antè facta est,quatenus priuilegia postremo loco exposita,non tātùm in monasterijs,
& alijs locis pijs, sed etiam in ecclesijs obtinent. Item
reliqua ecclesiarum priuilegia vide supr.tit.1.parte 3. 106

¶ Sexta pars est de peculio religiosarū personarum.
Iure codicis clericus,aut monachus,& cęteræ personæ
religiosæ possunt habere patrimonium,videlicet si sit
paterfamiliàs ; vel peculium : & hoc vel paganicum , vt quia est adscriptitiæ conditionis , vel castrense , id est , quasi castrense , quia est filiusfamiliàs. De patrimonio supr. dixi. De peculio paganico
adscriptitius nō testatur , neque hoc peculium ad monasterium

nasterium pertinet, sed ad dominum, l. si quis presbyter. 20. In quasi castrensi filijfamilias habentur pro patribusfamiliarum, ac de eo testari & liberè disponere possunt. Ab intestato autem pertinet ad eorum liberos, aut liberis deficientibus occupatur a parente iure peculij, l. sacrosanctæ. 34. Quòd si de eo testentur, testamentum iure Codicis non subiacet querelæ inoffi-
107 ciosi, l. cùm lege. 50. ¶ Sed per Nouellas adhibitæ sunt aliquot correctiones. I. Monachus nihil habere potest, sed omnia monasterio acquirit, vt supr. exposui. II. Huiusceınodi testamenta possunt euerti per querelam inofficiosi, nisi legitima liberis, aut parentibus relicta fuerit, Nou. 123. c. 19. III. Episcopi, qui iure Codicis dicuntur habere peculium quasi castrense, vtpote manentes in potestate patris, d. l. sacrosanctæ, & d. l. cùm lege. hodie per episcopalem dignitatem fiunt sui iuris, Nou 81. adeo vt non possint ampliùs dici habere peculium, sed patrimonium, infr. de inoffic. testam. l. vlt. in fin.

108 ¶ In septima parte de redimendis captiuis, duplex
109 causa consideratur huius redemptionis. ¶ Prior causa est, si quis captiui successionem exspectet, vel ex testamento, quoniam ab eo ante captiuitatem heres institutus sit, vel ab intestato, vt quia sit eius agnatus, vel cognatus; hic enim debet captiuum redimere, si potest: alioquin, si facere neglexerit, & captiuus apud hostes moriatur, successio ei denegatur: item si captiuus ab hostibus redierit, ex hac causa potest parentes & liberos exheredare, Nou. 115. c. 3. §. si vnum. & c. 4.
110 §. his casibus. ¶ Posterior causa est, si quid in testamento relictum sit ad redimendos captiuos. Hîc dis-
111 soluuntur quatuor quæstiones. ¶ Primò quæritur, an ita relictum valeat: & dicimus valere, etiamsi relictum sit redemptioni captiuorum, aut relictum sit ipsis captiuis, eo non obstante, quòd videtur esse incertis personis relictum, l. nulli. 28. in princ. l. si quis ad declinan-
112 dam. 49. in princ. ¶ Secundò quæritur, quis relictum exigat, & voluntatē testatoris exequatur, redimátque captiuos? Hoc ei committitur, quem testator elegit, quòd si testator nemini hoc demandauerit, aut is, cui testator mandauit, per annum exequi distulerit, vel post binā admonitionē sibi ab episcopo & œconomis per publicas personas factam, nihilominùs pium hoc officium negligat: videndum est, quis exequi debeat. Hîc distinguuntur tres casus. Aut enim testator est episcopus, aut aliquis ciuis Romanus, cuius patria certa est: aut est barbarus, cuius patria ignoratur. Primo casu lex vult executionem fieri per metropolitanū, cui episcopus subiectus erat. Secundo casu per episcopum eius loci, in quo testator habuit domicilium, vna cum œconomis. Tertio casu, quia non constat de domicilio testatoris, lex curam mandat episcopo eius loci, in quo testator mortuus est, d. l. nulli. §. 1. §. quòd si testator. & §. pen. l. sancimus si quis moriens. 46. §. 1. d. l. si quis ad declinandam. §. & si quidem. Nou. 131. c. 11.

113 ¶ Tertiò quæritur, quomodò episcopus res suscipiat, administret, & voluntati testatoris satisfaciat? Hîc plura præscribuntur. I. Vt episcopus cum œconomis res relictas suscipiat, &, si captiui heredes instituti fuerint, hereditatem ipsam suscipiat. II. Episcopus & œconomi statim apud acta præsidis significent quantitatē rerum acceptarum, & tēpus, quo eas accepērūt. III. Itidē apud acta præsidis post annum tam numerum captiuorum, quos redemerunt, quàm pecuniam pro eis redimendis datam manifestent. IV. Hæc omnia gratis expediantur, nullis sportulis solutis. V. Redēptionis pretiu soluatur vel ex annuis reditibus, vel per vēditionem rerum mobilium. VI. Legata & fideicōmissa in hunc finem relicta non minuūtur per legem Falcidiam, d. l. nulli. §. cùm autem, d. l. si quis ad declinandā in princ. §. & si quidem. §. licentia. & §. vlt. d. Nou. 131. c. 11. & 12. ¶ Quartò 114
quæritur, quid faciendum [illegible], qui debet captiuos redimere, id facere negligat? Hîc tria statuuntur. I. Quilibet honestè nec metuens delatoris appellationem, potest eum deferre ad præsidem vel episcopum. II. Si hi, quibus testator, vt captiuos redimerent, iniunxit, id facere negligunt, nec iteratæ admonitioni ab episcopo vel œconomis per publicas personas factę obtēperent: omni lucro, quod ex eo testamento percipere potuerunt, meritò priuantur, & (vt supr. exposui) ipse episcopus cum œconomis exequatur volūtatem testatoris; aut episcopo negligente, metropolitanus. III. Episcopus aut metropolitanus negligēs, Deo rationē huius negligentiæ reddet, d. l. nulli. §. vlt. d. Nou. 131. c. 11. quemadmodum punitur, si quid lucri inde facere velit, aut alios facere patiatur, d. l. si quis ad declinandam. §. vlt. ¶ Quæ dixi 115
de relictis ad redemptionem captiuorum, eadem ferè obtinent in relictis ad pauperes alendos, d. Nou. 131. c. 11. De quibus hæc specialiter statuuntur. I. Hæc relicta, eo non obstante, quod videntur relicta incertis personis, omnino valent, l. id quod. 24. etiamsi indistinctè testator pauperes heredes instituerit, d. l. si quis ad declinandam §. 1. II. Non minuuntur per legem Falcidiam, d. l. si quis ad declinandam. §. licentia. §. sin autem nullus. & §. pen. III. Si testator certo xenoni, vel ptochotrophio, vel ecclesiæ reliquit, eius voluntas seruatur, d. §. pen. Si verò indistinctè pauperibus reliquit, sic distinguitur: Aut vnū est xenodochium, siue ptochotrophium in ciuitate, aut plura, aut nullum. Primo casu relictum pertinet ad illud, quod in ciuitate solum esse diximus, ea. l. §. vbi. Secūdo casu pertinet ad illud, quod est pauperius, iudicio episcopi, & clericorum ei subiectorum, ea. l. §. sin autem aptiores. Tertio casu œconomus ecclesiæ, vel episcopus relictum accipit, & in pauperes distribuit, ea. l. §. sin autem nullus.

¶ Ex dictis patet, multa esse vtrique speciei commu- 116
nia, id est, siue ad redimendos captiuos, siue ad alendos pauperes relictum sit. Quibus adde, administratores grauiter puniri, si vllum lucrum ex illa administratione accipiant, ea. l. §. vlt. ¶ In octaua parte de nuptiis cleri- 117
corum vetitis seu permissis dissoluuntur tres quæstiones: quia nuptiæ clericorum considerantur tam antè, quam post vitam clericalem contractæ. ¶ Primò igitur 118
quæritur, an is, qui habet, aut habuit vxorem, admittatur ad gradus ecclesiasticos? Respondetur admitti ad quemcumque gradum ecclesiasticū, dummodò vnam tantùm duxerit, eámque nec viduam, nec ab altero repudiatam, nec alia ratione sacris canonibus interdictam, neque debet eam dimittere, sed retinere etiam in vita clericali. Ius autem ipsi quoque vxori, & liberis clericorum tribuit immunitatem, l. 2. §. vlt. l. cum qui. 29. Nou. 6. c. 5. Nou. 123. c. 12. & 123. c. 12. & 13. Excipit Iustinianus solum episcopum, vetans ordinari episcopum, qui vxorem aut liberos habeat, vt exposui supr. §. 10. memb. 4. & 5. Cùm ante Iustinianū aliud obseruatum fuisse pateat ex d. l. cum qui. Hæc, quę de vxoribus ante clericatū ductis dicta sunt, iure ciuili obtinent. Iure canonico neque coniugati ad sacros ordines admittuntur, neq; bigami, nec qui viduā, vel eiectā, vel meretricem vxorem habuit, dist. 50. can. ex pœnitētib. & seq. & can. si quis viduam. & dist 33. can. 2. & extr. de bigamis, c. 1. 3. & tot. tit. ¶ Secundò quæritur, an clerici 119
possint vxores ducere? Hoc cōceditur solis lectoribus, & cantoribus: episcopis autem, presbyteris, diaconis & subdiaconis denegatur, l. sacris. 45. No. 5. c. 8. Nou. 6. c. 5. Nou. 123. c. 13. Deuotas autē Deo virgines vel mulieres, nequidē matrimonij causa impunē attētari, docui sup. § 97. m. 5. Porrò cū lex ait solos cātores & lectores posse cōtrahere matrimoniū, sic intellige, vt cōstitutis in superiorib. gradib. velut episcopis & cęteris quos paulò

antè notaui, denegetur matrimoniũ, id est, iis omnibus,
qui dicuntur esse in maioribus ordinibus. Nec enim
dubitandum, quin matrimonium contrahere permit-
tatur omnibus constitutis in minoribus ordinibus, id
est, non solùm lectoribus & cantoribus, sed & aliis, vt
acoluthis, & ostiariis. Vide dist. 26. 27. & 32. Hæc dicta
sint de clericis, qui non sunt monachi. Nam monachus
esse vxoratus nullo modo potest. Itaque si sponsus vel
sponsa, vel maritus, vel vxor monasterium ingrediatur;
sponsalia vel nuptiæ soluuntur, l. sancimus neminem
omnino. 53. § vlt l. pen. in pr. Nou. 123. c. 39. & 40. Ne-
que post monachalem habitum susceptum, possunt vlli
nuptias contrahere, quamuis fiant clerici in minoribus
120 ordinibus, Nou. 5. c. 8. Nou. 123. c. 15. ¶ Tertiò quæritur,
quæ pœnæ ob nuptias illicitè contractas à clericis vel
monachis irrogantur? Verùm has ex allegatis iuribus
colligere quiuis potest.

*Tit. IV. De episcopali audientia, & de diuersis capitu-
lis, quæ ad ius, curámque & reuerentiam per-
tinent pontificalem.*

I. 8. x.	§ j. 8. xiv.
II. 8. x.	*XXIII* 8. xiij.
III. 8. xvj.	*XXIV.* xvij.
IV. 8. ix.	*XXV.* 2.
V. 8. xviij.	*XXVI.* p. 8. xxiij.
VI. 4. j. 8. iij.	§ j. 8. xxiij.
VII. 2. 4. iij.	§ ij. *si quis autem.* 8. xxiv.
VIII. 2. 4. iij. 5. 9. ij.	§ iij. *nemini.* 8. xxiv.
IX. 8. xv.	§ iv. *sed & oportet.* 8. xxv.
X. 9. x.	§ v. *ijdem inquirant.* 8. xxvj.
XI. 8. x. xij.	§ vj. *neque verò.* 8. xxvij.
XII. 8. xxxj.	§ *pen.* 8. xxiv.
XIII. 2.	§ *vlt* 8. xxviij.
XIV. p. 8. xxxj.	*XXVII.* 9. viij.
§ j. 8. xxxij.	*XXVIII.* 9. ix.
XV. 8. xix.	*XXIX.* 8. xxxv.
XVI. 8. xxx.	*XXX.* 9. viij.
XVII 8. xxj.	*XXXI.* 9. vj.
XVIII. 8. xxix.	*XXXII.* 9. vij.
XIX. 4 j. 8. xxij.	*XXXIII.* 8. xxxij.
XX. 8. xx.	*XXXIV.* 6. iij. 8. viij.
XXI. 9. v.	*Princ.* 8. j. ij.
XXII. p 8 xiij.	

1 HVius tituli, quoniã Episcoporũ attributa
quatuor declarat, quatuor sunt partes.
2 ¶ Prima pars est de Episcopali audientia,
quemadmodũ enim magistratibus iuris-
dictio, ita episcopis audiẽtia tribuitur, sup.
tit. prox. l. cùm clericis. 25. in pr. Vnde dicitur aliquis au-
diri ab episcopo, l. episcopale. 8. Dicitur etiã episcopale
iudiciũ, l. si qui ex consensu 7. d. l. episcopale, & l. decer-
nimus. 13. vnde hic tit. in C. Theodos. inscribitur *de epis-
copali iudicio.* Itẽ dicitur episcopalis cognitio, d. l. episco-
pale. vnde episcopus appellatur cognitor, d. l. si quis ex
consenso. Porrò minus est audientia, quàm iurisdictio:
adeo vt episcopi sint iudicib' pedaneis similiores, quàm
magistratibus: quia sicuti sententiã iudicis pedanei nõ ipse
iudex exequitur, sed magistratus, qui cũ iudicẽ dedit, D.
de re iudic. l. à Diuo Pio 15. in pr. ita etiã episcopi sen-
tentiã, non ipse episcopus, sed magistratus ciuilis exe-
quitur, d. l. episcopale. & l quæ de alea. 25. Quod & his
verbis Sozomeni Cuiacius confirmat, *ἐξ ἔργου τὰ κρι-
θέντα παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἄγειν τοὺς ἄρχοντας, καὶ τοὺς
διακονουμένους αὐτοῖς στρατιώτας*, id est, *exequi, siue ad effe-
ctum perducere iudicata ab episcopis, magistratus, & milites
qui eis ministrant.* Hanc episcopalem audientiam Græci
interpretantur *δικαιοδοσίαν*, non malè: quia & ipse Iu-
3 stinianus *δικαιοδοσίαν* appellat, Nou. constit 120. ¶ Hic
duæ quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò quæritur, qua- 4
rum causarum, & inter quas personas episcopi cogni-
tionem, siue audientiam habeant? Pro solutione huius
quæstionis dantur tria axiomata. I. Clericos & mona-
chos delinquentes episcopus coercet, l. 6. & l. sancimus
vt nemo. 29. aut si grauius quid admiserint, eos degra-
dat, & puniendos ciuili magistratui tradit, vt exposui
supr. tit. prox. §. 102. artic. 3. II Si lis sit inter clericum
vel monachum, & laicum, seruatur regula iuris, quòd
actor sequitur forum rei. vide d. artic. 3. III. Inter laicos
episcopus non iudicat, nisi ex communi consensu de
ciuili negotio, l. 7. & 8. ¶ Secundò quæritur, quam vim 5
habeant episcoporũ sententię? Respondetur per distin-
ctionem: quoniã episcopus cognoscit, vel tamquàm iu-
dex ordinarius, vel delegatus, vel ex cõsensu partium.
Primo casu intra decem dies appellari potest a senten-
tia episcopi ad eiusdem magistratum, id est, ordinarium
loci iudicem Secundo casu appellatur ad eum, qui de-
legauit, vt docui d §. 102 artic. 3. Tertio casu denegatur
appellatio, d. l. episcopale. ¶ Ad secundam tituli par- 6
tem, quæ est de iure episcopali, ea refero, quæ episcopo
permittuntur, aut prohibentur. I. Igitur non potest du-
cere vxorem, vt exposui supr. tit. prox. §. 118. II. Non
potest secum habere mulierem extraneã, supr. tit. prox.
l. eum qui 19. III. Abstinere debet à ludis, & spectacu-
lis, l. vlt. & Nou. 123. c. 10. IV. Non potest suscipere tu-
telam, vel curationem, vt docui supr. tit. prox. §. 97.
V. Neminem excommunicet sine iusta causa, legibus
probata, supr. tit. prox. l. omnem adhibentes. 46. §. de
his verò. VI. Ne proficiscatur Constantinopolim ob
quamcumque causam sine speciali iussu principis. Sed
si quid Constantinopoli expediẽdum habet, eò mittat
vnum aut alterum ex clericis sibi subiectis, supr. eodem
tit. l. omnem semper. 43. & generaliter episcopus eccle-
siam suam relinquere, & aliò se conferre non debet si-
ne literis systaticis metropolitani, vel patriarchæ, cui
est subiectus, nisi iussu principis, Nou. 6. c. 3. & Nou.
123. c. 9. VII. De iis tantùm testamentum facere potest,
quæ ante episcopatum habuit, vel pòst non ab extra-
neis, acquisiuit, d. l. omnem adhibentes. §. de his
verò. VIII. Si est filiusfam. habet peculium quasi ca-
strense, de qoo dixi supr. tit prox. part. 6. §. 106. & 107.
¶ Ad tertiam tituli partem de his, quæ ad curam epis- 7
copalem pertinẽt, ea refero, quorum cura episcopis in-
iungitur, adeo vt saluo officio prætermitti nequeant.
Sicut igitur pręcedẽs pars est de iis, quę episcopus face-
re potest: ita hæc est de iis, quæ facere debet, & sicut in
illa parte episcopus per se spectabatur, ita in hac parte
spectatur in relatione ad alios. ¶ In hac parte cõtinen- 8
tur multa pręcepta. I. Episcopus Deũ precetur pro salu-
te reipub. & principis, l. vlt. in pr. & supr. tit. prox. l. om-
nem adhibentes 42. in pr. II. Honestæ & irreprehensi-
bilis vitæ exemplum populo præbeat, d. l. vlt. in princ.
III. Populum instruat, vt suo exemplo à peccatis absti-
neat, ibid. & Christianam religionẽ doceat, l. 6. IV. Cu-
ret, ne nimius sit clericorum numerus, qui ecclesiæ gra-
uis sit, supr. tit. prox. l. in ecclesiis. 10. V. Curet, vt cleri-
ci per se psallant, non per alios, d l. omnem adhibentes.
§. penult. VI. Rationes exigat ab œconomis. ibid. VII.
Vitã & conuersationem monachorum inspiciat, & eos,
quos non honestè viuere deprehendet, compescat, sup.
eod. tit. l. sanctissimarum. 44. §. 1. & 2. VIII. Non patia-
tur presbyteros & diaconos vacare ludis, & spectacu-
lis, l. vlt. IX. Non patiatur mimas, aut meretrices habitu
virginum Deo dicatarum publicè vti, l. 4. X. Curam ha-
beat pauperum, l. 1. & eorum, quæ sunt in pauperes
eroganda, l. 2. veluti eorum, quæ sunt relicta ad alendos
pauperes, de quibus dixi tit. præced. part. 7. proinde non
patiatur vt mercatores & negotiatores immodico pre-
tio res vendant, d. l. 1. vbi verbum *episcopi* abest à libris
manu

manuscriptis : & Christiani *κατ' ἐξοχὴν* vocantur episcopi, vt & in l. Christianos. 11. XI. Curam habeat relictorum ad redimendos captiuos, secundum ea quæ tradidi tit. præced. part. 7. XII. Curet, vt captiui, qui ab hostibus redeunt, tutò transeant, d. l. Christianos. XIII. Sit episcopo curæ, ne quis priuato carcere detineatur, l. priuatos. 23. In publicum autem carcerem nemo conijcitur, nisi iussu magistratuum, vel defensorum ciuitatis, l. neminem. 22. in princ. XIV. Hos visitet semel in quaque septimana, (id est, feria quarta, aut sexta) qui carceribus sunt inclusi, & causam detentionis quærat, ac magistratum moneat, vt circa hos publica custodia detentos officium faciat. quòd si magistratus negligentes esse intelligat, rem ad principem referat, l. neminem. 22. §. 1. XV. Moneat iudices, vt ea obseruent, quæ nona huius tituli constitutione continentur, id est, vt dominicis diebus productos de custodia publica reos videant, & interrogent, & caueant ne inhumaniter à carcerum custodibus tractentur. Item, vt egenis alimenta tribuantur. Item, vt ad lauacrum sub fida custodia duci iubeat. Quod verò ad victum seu alimenta egenis à custodibus præstanda attinet, iubet constitutio ea ministrari libellis duabus (sic lego cum Alciato & Forcatulo, non vt vulgò *duobus aut tribus diurnis, aut quod existimauerint commentarienses, decretis.*) Sensus est, arbitrio commentariensium decerni quantitatem alimentorum præstandorum, ita vt decernantur in singulos dies duæ vel tres vel plures libellæ in hanc causam impendendæ. Commentariensis dicitur custos carceris, inde appellatus, quòd custodiarum nomina in commentarium referet, infr. de custod. reo. l. 4. Libella erat nummus argēteus, vt constat ex illis Plauti verbis in Captiuis, actu 5. sc. 1. *At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.* & in Pseud. act. 2. sc. 2. *Tibi libellam argenti nunquam credam.* Valebat autem decima denarij parte, Varrone lib. 4. de ling. lat. & Metiano auctoribus. Et quod lex subijcit, *quorum sumptibus proficiant alimonia pauperum*, hanc mihi videtur habere sententiam, vt iubeant imperatores, ex pecunia ad alendos pauperes destinata sumi duas illas vel tres libellas, ex quibus diximus esse comparanda alimenta carceratis egenis : vnde & altera lectio non est incommoda : in quibusdam enim libris pro *alimonia pauperum*, scriptum est, *eleemosyna pauperum.* XVI. Curet, vt qui carceribus detinentur, prima die paschatis relaxentur, exceptis reis publicorum criminum, & ijs qui sæpius peccarunt, l. 3. XVII. Vt infantes expositi cuiuscumque sint conditionis, sint ingenui, & sui iuris : ita vt sibi posteà acquirant, & de rebus suis vt ingenui liberè testentur, l. nemini. 24 Nou. 153. XVIII. Ne archigerontes vel diœcetæ eligantur, nisi christiani, l. 5. cuius verba sunt, *Archigerontes diœcetæque ergasiotanorum non nisi christiani dirigantur, quod officium tuum sollicitis obseruet excubijs.* Hæc lex sumpta est ex l. 1. C. Theodos. de Alexandrinæ plebis primatibus. vbi tamen paulò aliter legitur: nam pro illis verbis, *non nisi Christiani dirigantur*, in Theod. Cod. scriptum est, *numero deligantur.* Sanè malo *deligantur*, quam *dirigantur*: quoniam illud verbum est clarius. Vtrunque tamen eodē sensu accipi potest, & debet. Cæterùm quòd alij aliter verba huius legis ex ingenio emendant, repudiari debet vnà cum eorum interpretationibus. Recepta namque lectio etiam Græcorum auctoritate confirmatur : qui hanc legem ita vertunt in collectione constitutionum ecclesiasticarum, *οἱ ἀρχιγέροντες, καὶ οἱ διοικηταὶ τῶν ἐργασιωτῶν χριστιανοὶ γίνονται.* Quod autem ad interpretationem huius legis attinet, verbū *ἀρχιγέροντες* idem valet apud Græcos, quod apud Latinos, *seniorum principes*. Et *διοικηταὶ*, idem, quod *administratores*. *Ergasiotæ* verò siue *ergasiotani*, idem, quod opifices, siue operarij, seu negotiatores. nam *ἐργασία* tam opus, quam lucrū significat. Porrò verbum Ergasiotanorum existimo cōiungi debere potiùs cum sequentibus, quam cum præcedentibus : vt non dicantur diœcetæ ergasiotanorum, sed simpliciter diœcetæ dicantur eligi ergasiotanorum christiani, id est, ex ergasiotanorum numero ij qui christiani sunt. Moueor auctoritate d. l. 1. C. Theod. de Alexand. pleb. prim. vbi legitur *ergasiotanorum numero deligantur*, eo sensu, quem modò exposui, quòd ex numero ergasiotanorum debent eligi archigerontes, & diœcetæ. Cùm igitur in C. Theod. id statutum esset, vt archigerontes ac diœcetæ eligerentur ex numero ergasiotanorum, Iustinianus hoc adiecit, vt ex eo numero ad ea officia non promoueantur, nisi soli christiani, id est, fideles & orthodoxi. Si quis quærat, quinam dicantur archigerontes, & diœcetæ, & quódnam fuerit eorum officium? difficile est explicatui: tentabo tamen eius expositionem ex aliquot iuris locis eruere. In primis sciendum est, hæc officia locum habuisse in vrbe Alexandrina, vt patet ex C. Theodos. vbi hæc lex ponitur in tit. de Alex. pleb. prim. nam aliâs ad titulum nihil pertineret. Idem colligitur ex inscriptione legis, quæ scripta est ad præfectū Augustalem: scimus eundem fuisse Alexandriæ, & Ægypti præfectum, D. de offic. præfect. August. l. vn. Item ex d. rubr. C. Theod. de Alexād. plebis prima. Colligo hæc officia fuisse plebeia, & archigerontas vocari etiā primates plebis. Hæc cōfirmantur ex tenore ipsius legis, quæ ad talia officia promouet homines plebeios, id est, ergasiotas. Vocabulorum quoque etymologia conuenit huic interpretationi; vt archigerontes & primates plebis, eiusdem officij nomina sint. Ergo Alexandriæ, sicut & in alijs ciuitatibus, curiales siue decuriones seiunguntur à plebe : supra plebem enim sunt decuriones: supra decuriones sunt honorati. In ordine decurionum erant quinque principales, qui & summates, & primates nominantur; quorum officium erat rempub. deffendere, quale est hodie officiū eorum, qui vocantur reipublicæ syndici, siue aduocati, infr. de decution. l. Alexandrinis. 56. & l. seq. & C. Th. eod. tit. l. Alexandrinis, 89. & l. seq. Ergo hi erant primates curiæ, id est, defensores reipublicæ. Alij verò erant primates plebis, id est, defensores plebis, qui & archigerontes vocantur, (vt opinor) quia ex senioribus eligebantur. Hi verò erant primates singulorū corporū, infr. de colle. gl. vnic. Vnde horum primatum iudicio decanos eligi notaui supr. de sacrosan. eccles. §. 41. Exposui, qui dicantur archigerontes : nunc videndum est, qui vocentur hoc loco diœcetæ, nam alij sunt diœcetæ, id est, administratores rerum ecclesiasticarum, de quibus dixi supr. tit. 2. par. 2. Quemadmodum igitur res ciuitatis per administratores gerūtur, de qua administratione agitur in tit. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin. ita etiam singula plebeia corpora habent suos administratores exemplo reipub. quos actores vel syndicos appellant, D. quod cuiuscum. vniuers. nom. l. 1. §. 1. Hos autem Alexandrini Græco vocabulo appellabāt diœcetas, id est, administratores rerum ad singula corpora pertinētium. Ergo de his quos archigerontas, vel diœcetas vocari dixi, tria statuuntur d. l. 5. Vnum est vt eligantur, non ex curialibus, nec ex honoratis, nec ex clericis, sed ex ergasiotis siue ergasiotanis, id est, ex opificibus, seu negociatoribus, eius scilicèt corporis, cuius eliguntur archigerontes, vel diœcetæ. Alterum, vt eligantur tantùm Christiani. Tertium, vt hæc cura iniungatur officio præfecti Augustialis, illis verbis: *Quod* (id est, vt tantùm Christiani ergasiotanorū numero ad dicta officia promoueantur) *officium tuum*, id est, præfecti Augustalis, ad quem hæc lex est inscripta, *sollicitis obseruet excubijs*, id est, sollicitè ac diligenter cu-

ret. Nulla igitur verba sunt in hac lege, quibus hæc cura demandetur episcopo. Sed hoc ex rubr. colligitur, non potuit enim Iustinianus alia ratione referre hanc constitutionem ad hunc titulum, quam vt ostenderet esse partem curæ & officij episcopalis. XIX. Sit curæ episcopo, ne quis in aduocatorum numerum recipiatur, qui sacrosanctis Catholicæ religionis mysteriis non sit imbutus, l. nemo vel in foro. 15. quæ repetetur infr. de postul. l. vlt. XX. Vt nemo militet, nisi priùs apud acta, pro quibus conficiendis duo aurei soluuntur, per tres testes probet se esse Christianum, l. nemo militat. 20. XXI. Sitonas, id est, curatores frumentarios episcopus vnà cum ciuium primoribus eligat ex militaribus ordinibus, aut ex veteranis, vel tyronibus, l. electione. 17. XXII. Ciuitatis defensores eligat eos, qui per testes iuratos apud acta probarint se esse orthodoxos, eligat inquam, non solus, sed vna cum clericis, honoratis possessoribus, & curialibus, l. iubemus. 19. & infr. de defensorib. ciuit. l. defensores. 8. XXIII. De annuis ad ciuitatem pertinentibus conueniant singulis annis episcopi, & tres primarij ciuitatis, qui opera facta inspiciant, curent, metiantur, ac rationes ab administratore exigant, l. de his. 26. in princ. Discussores verò, seu ratiocinatores, seu exæquatores ex nullo foro admittant, sed tantùm ex iterata iussione principis, d. l. de his. §. t. Adde infr. de discussoribus, l. vlt. & Nou. 17. cap. 4. XXIV. Descriptiones siue insinuationes fieri non patiatur episcopus, nisi ex causis cõcessis: nec sportularum nomine patiatur quicquam exigi vltra quãtitatem lege definitã, d. l. de his. §. 2. 3. & pen. XXV. Curet ne quis locum publicum possideat, vel occupet sine permissione principis, ead. l. §. sed & oportet. 4. XXVI. Vt aqua ex sacra forma æquè distribuatur, d. l. §. iidem inquitant. §. XXVII. Vt exactor sit contentus iurciurando eius, qui immobilia possidet: ab eo verò, qui immobilia non possidet, fideiussorem accipiat, iudicio ipsius episcopi, & patris ciuitatis, & defensoris probatũ, persona autem non ducatur, nisi specialiter princeps vel magistratus aliquem duci, non fideiussoribus ab eo datis credi iusserit, ead. l. §. neque verò. 6. XXVIII. Vt metata sine rapina exigantur, ead. l. §. vlt. Metata sunt hospitia militibus præbenda: & metatores, quibus hæc cura incumbit. XXIX. Ne milites stationarij à collatoribus pecunias pro annonis exigãt, sed annonas arbitratu ipsorum episcoporũ accipiant, l. milites. 18. XXX. Vt sponsalia propter diuersitatem religionis impunè distractantur ab eo, qui diuersitatem illam initiò ignorauit, l. si legibus. 16. & infr. de sponsalibus, l. 5. §. 1. XXXI. Ne qua prostituatur: & vt à patre vel domino prostituta, fiat sui iuris, l. si lenones. 12. l. neque seruum. 14. in pr. & inf. de spectaculis, l. pen. & vlt. XXXII. Ne qua mulier inuita in theatrum producatur, néve prohibeatur à scenica ad honestam vitam cõuerti, d. l. neque seruum. §. 1. l. sacram. 33. XXXIII. Vt constitutiones contra hæreticos latæ obseruentur, infr. tit. prox. l. sanctæ. 17 in fin. & l. quæ de Samaritis. 18. §. vlt. XXXIV. Ne in priuatis domibus sacra mysteria peragantur, Nou. 58. Nou. 131. c. 8. Hactenus de cura episcopali. XXXV. In causa sibi a patriarcha, vel metropolitano cõmissa, pro sportulis vltra sex aureos ne accipiat, l. sancimus vt nemo. 29. §. 1. Cæteras huius legis partes tetuli supr. tit.

9 prox. §. 102. artic. 3. ¶ Quarta tituli pars est de reuerentia pontificali, id est, de reuerentia episcopis debita, vt enim cura episcopalis spectatur in episcopis erga alios: ita reuerentia, de qua hic agimus, in aliis erga episcopum cernitur. Huc igitur refero, quæ sequuntur. I. Subijciuntur episcopo non solùm clerici, sed & abbates, & monachi, supr. tit. prox. l. monasteria. 40. II. Episcopi sententiæ inter partes ex consensu apud eum litigantes pronunciatæ debetur eadem reuerentia, quæ debetur sententiæ præfecti prætorio, id est, vt ab ea non liceat appellare, l. episcopale 8. III. Episcopi arbitrio in sacris ędibus reliquię sanctorũ martyrum collocantur, sup. tit prox. l. decernimus. 26. IV. Electio abbatis requirit confirmationem episcopi, supr. eod. tit. l. sacris. 47. §. 1. V. Qui aduersario magistratũ vel administrationem aliquam gerenti non potest denunciationem non numeratæ pecuniæ, vel non numeratæ dotis mittere, per episcopum eam manifestare poterit, l. si præsens. 21. & infr. de non numer. pecun. l. in contractibus. 14. §. vlt. VI. Si aduersarius præscribens conueniri non possit, vel propter absentiam, vel ob aliam quamcumque causam, nec præsidis copia sit: hoc episcopo significare, atque ita præscriptionẽ interrumpere licet, l. sancimus vt si quãdo. 51. VII. Si dominus nolit ab emphyteuta recipere canonẽ, poterit emphyteuta id cõsignare, & in fine triennij cõtestari apud ciuilẽ magistratũ, vel episcopũ, l. differente. 32. ne fortè ob non solutum canonẽ expellatur, secundum l. 2. inf. de iur. empyth. VIII. Pręsente episcopo dentur tutores, vel curatores à magistratu, l. de creationibus. 27. l. sancimus. 30. & infr. de curat. furio. l. vlt. §. & siquidem. & Inst. de Atilia. tut. §. nos autem. IX. Cùm liberi furiosorum, vel mente captorũ nuptias cõtrahunt, dos & donatio propter nuptias ęstimatione præsidis vel episcopi constituitur, l. tam dementis. 28. & infr. de nuptiis. l. si furiosi. 25. X. Mathematici, (id est, impostores, qui mathematicarum artium & disciplinarum nomine ad fallendos homines abutuntur, de quibus infr. sub tit. de malific. & methemat.) vt exilij pœnam vitent, coram episcopo libros suos κακοτεχνίαν illam cootinentes cremare debent, l. mathematicos. 10.

Tit. V. De hæreticis, & Manichæis, & Samaritis.

Rub. 10. ij.	*XII. p. 8. iij. 59. vj. 62. 74. ij.*
I. 59. j.	*§. j. 59. xiv. xv.*
II. p. 59. iv. v.	*XIII. 74. vj.*
§. j. 8. ij.	*Princ. 59. xiv.*
III. p. 59. x.	*§. j. 59. xiv.*
§. 59. iij.	*§. vlt. 74. vj.*
IV. p. 67. j.	*XIV. 59. iij. v. vj.*
§. j. 67. v. vij.	*XV. 67. vij.*
§. ipsos. 67. ij. iii.	*XVI. p. 68. j.*
§. praterea. 67. iij.	*§. j. 68. ij.*
§. in mortem 67. viij.	*§. vlt. 59. xix.*
§. ergo. 67 iv.	*XVII. 74. vij.*
§. sed nec. 62. 67. vij. 69. j.	*Princ. 74. j.*
§ pen. 68. p.	*§. j 74. vij.*
§. vlt. 62. 67 ij.	*XVIII. 59. viij. 74. vij.*
V. 15. p. 16. p. 18. 19. 27. p. 52. 53. p. 38. p. 40. p. 42. 44. 47. 52. 54. 55. 59. ij iij. viij 67. vj	*Princ. 59. vj. xiij. 62. 74. ij. v.*
	§. j. 59. xv.
	§. vlt. 1. j 12. iij.
VI. p. 11. p. 16. p. 39. 50.	*XIX. 54.*
§. j. 59. iij. xix.	*Princ. 59. iij. viij.*
VII. 59. j.	*§. j. 59. j. xiv.*
VIII. p. 28. 61.	*XX. p. 59. iij.*
§. j. 61.	*§. j. 59. j.*
§ idcirco. 28. 59. v.	*§ pen. 59. v. xviij 61.*
§. vniuersi. 59. iij.	*§. vlt. 59. vj. xj. xij.*
§. pen. 59. vj.	*XXI. 21. p. 59. vij. 74. iij. iv.*
§. vlt. 59. iv. vj. xix.	
I X. 59. xx.	*XXII. 59. viij.*
X. 59. ix.	*Auth. Gazaros. 17. 24. 29. 32. 53. 59. xvj. xvij. xviij.*
XI. 67. vj.	

Duplici ratione hic titulus superioribus cohæret. I. Quia ad episcopalem curam, de qua proximè egimus, pertinet, vt coërceantur hæretici, vt supr. notaui ex l. quæ de Samaritis. 18. §. vlt. infr. h. tit. II. Quia cùm hactenus dictũ sit de personis religiosis, quæ inseruiunt ecclesiæ, & veram religionem amplectuntur, 1

conuenienter

conuenienter nunc tractatur de perſonis contrariis,
quæ dicuntur ab eccleſia alienæ,ſupr.de ſumma trinit.
l.pen.§.1.& l.vlt.§.1.& veritatis hoſtes,d.l.penul.§.vlt.
2 ¶ Hic titulus diuiditur in tres partes. ¶ Prima pars de
3 hæreticis in genere ſubdiuiditur in quinque capita.
4 ¶ Primo capite diſſoluuntur duæ quæſtiones. ¶ Pri-
5 mò quæritur,vnde hæreticus dicatur?Reſpõdetur,hæ-
reticũ dici ab hæreſi,ideſt,electione:quoniã eam quiſ-
que diſciplinam eligit,quam putat meliorem, Tertul-
lianus de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, c. 37.
Hieronym.in epiſt.ad Galat. c.5. relatus à Gratiano in
Decret. xxiv. q.3.c.hæreſis.Iſidorus lib.8. origin.cap.3.
6 ¶ Secundò quæritur, quot modis hoc verbum acci-
piatur?Hæreſis tam in bonam,quàm in malam partem
accipitur:& tam pro ſecta profitentium humanam ali-
quam diſciplinam,veluti philoſophiam,vt apud Cicer.
in proœm. paradox. quàm pro ſecta pertinẽte ad reli-
gionem,quam quiſque amplectitur:vt Actor. 24.verſ.
14.Sed in præſentia à nobis in malam partem accipi-
tur pro ſecta corruptæ & improbatæ religionis : pro-
pterea quòd (vt verbis Iſidori dicto loco vtar) *Nobis
nihil ex noſtro arbitrio inducere licet : ſed nec eligere, quod
aliqui de arbitrio ſuo induxerint. Apoſtolos autẽ Dei habe-
mus auctores,qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio,quod in-
ducerent,elegerunt;ſed acceptã à Chriſto diſciplinam fideliter
nationibus aſſignauerunt, itaque etiam ſi angelus de cœlis
7 aliter euangeliſauerit,anathema vocabitur.* ¶ Rurſus hæ-
reticus in hac ſignificatione capitur tribus præcipuè
modis. I. Pro quouis non amplectente veram, ſynce-
ram, & orthodoxam religionem Chriſtianam : ſiue
Chriſtiani nomen ſibi arroget, ſiue paganus, aut Iu-
dæus, aut quocumque alio nomine vocetur, infr. ne
Chriſtianã mancip.l.2.II.Anguſtiùs pro eo, qui Chri-
ſtiani nomẽ falsò aſſumit, cùm in articulis fidei erret,
quomodò ſumitur hoc tit.quia diſtinguitur à pagano,
Iudæo, & ſimilib. III. Anguſtiſſimè pro eo, qui inanis
gloriæ, vel alicuius temporalis commodi cauſa perti-
naciter hæreſim tuetur: in qua ſignificatione hæreti-
cus ſeiungitur ab eo, qui ab hæreticis, falſæ pietatis
ſpecie deceptus, non pertinacia,ſed ſimplicitate qua-
dam & errore ſeu temeritate credendi,ipſis hæreticis
aſſentitur:de quo Auguſtinus c.1. de vtilitate creden-
di. Hæc diſtinctio plurimum valet ad ſequentes defi-
nitiones intelligendas, quarum aliæ aliter hæreticum
8 accipiunt. ¶ Secundo capite exponitur,quid ſit hære-
ticus.Multis autem modis definitur.I.Qui hæreſim ali-
quã ſequitur,Nou.109.in princ.II. Qui à iudicio Ca-
tholicæ religionis,& tramite deuiat,l. 2. §.1.III. Qui
non eſt orthodoxus,l.Manichæi.12.in princ. l. quæ de
Samaritis.18. in princ. verſic.cæteri.& infr.ne Chriſt.
mancip. l.2. IV.Qui catholicam religionem non am-
plectitur,ſupr. de ſumma Trin.l. 1.§. 1. & l.2.§.vlt. V.
Qui, licèt Chriſtiani nomen ſibi vindicet,tamen ſe à
Chriſtianorum fide & communione ſeparat, d. Nou.
109.in fine principij. VI.Secũdum Hieronymum,qui-
cumque ſcripturam aliter intelligit,quàm ſenſus ſpiri-
tus ſancti flagitat,quo ſcripta eſt,licèt ab eccleſia non
receſſerit,xxiv. quæſt. 3.c. hæreſis.VII.Secundum Au-
guſtinum, qui alicuius commodi temporalis & maxi-
mè vanæ gloriæ principatúſque ſui gracia, falſas ac
nouas opiniones gignit,vel ſequitur,d.quæſt.c. hære-
ticus. Hæc Auguſtini definitio ſeparat hæreticũ ab eo
qui hæreticis per ſimplicitatem & errorem credit.
VIII.Qui deſerto quod prius fuerat, id poſteà ſibi
eligit quod antea non fuerat; Tertullianus aduerſus
Marcionem, lib.1. cap.1. vbi hanc definitionem expli-
cans ſubiicit hæc verba; *In tantum enim hæreſis deputa-
bitur, quod poſteà inducitur, in quantum veritas habebi-
tur,quod retrò & à primordio traditum eſt.* Vnde apparet,
Tertullianũ,cum vocare hæreticum, qui à vera & ſana
doctrina deſciuit, & ad nouam ac falſam tranſijt,
IX.Qui nõ à Chriſto habet, quod de ſua electione ſe-
ctatur, Tertull. de præſcript.aduer.hæret.c.37.X.Qui
doctrinam de ſuo arbitrio aduerſus Apoſtolos protu-
lit,aut recepit,Tertull.ibid.Ex his definitionibus quin-
ta maximè conuenit huic titulo. ¶ Tertium caput eſt 9
de hæreticorũ epithetis,& appellationibus. Tribuun-
tur autem hereticis quædam appellationes genera-
les, quædam ſpeciales. ¶ Generales hæ ſunt. I. Di- 10
cuntur non Chriſtiani,ſupr.de ſumma Trinit.l.1.§.1.&
l.2.§.vlt. II. Nominantur hæretici,vt hic in rubr.& in
toto tit.paſſim,&ſup.de ſum.trin.d.l.1.§.1.III.Infideles,
ſup.eo.tit.l.pen.§.1.& l.vlt.§.1.Fidem peruertẽtes,2.ad
Timoth.c.2.verſ.18.IV.Veritatis inimici,d.l.pen.§.vlt.
viam veritatis blaſphemantes, 2. Petri.c. 2. verſ. 2. V.
Hoſtes eccleſiæ,ſupr.de ſum.Trin.l.6.in princ.& alieni
ab eccleſia, ſupr. eod. tit.l.pen.§.1 & l.vlt.§.1.VI.Falſi
doctores,2.Petri,c.2.verſ.1.Impoſtores,qui & alios, &
ſemetipſos ſeducunt, 2.ad Timoth.c.3.verſ.13.contra-
dicentes ſanæ doctrinæ,ad Tit.c.1.verſ.9. diuerſam ab
apoſtolica doctrinam tradentes,non accedentes Chri-
ſti ſermonibus,& piæ doctrinæ;nihil ſcientes,ſed inſa-
nientes circa quæſtiones λογομαχίας,1.ad Timoth,cap.
6,verſ.3. & 4. Vaniloqui,mentium deceptores,& non
docentes quæ oportet, ad Tit. cap. 1. verſ. 10. & 11.
VII.Dementes & væſani,ſupr.de ſum.trin.l.1.§.1. VII.
Improbi, 2. ad Tim. c.3.verſ.13.Refractarij,domuum
euerſores, ad Tit.c.1.verſ.10.& 11.Peruerſi,peccantes,
vt ſuo iudicio damnati,ad Tit.c.3.verſ. 11. Huc vſque
de generalibus hæreticorum appellationibus ¶ Spe- 11
ciales ſunt, quibus ſingulæ hæreſes ſeq. capite expli-
cãdæ diſtinguuntur.Quidam igitur hæretici propriam
appellationem ſumunt à ſuis auctoribus : vt Ariani ab
Ario,Neſtoriani à Neſtorio, l. 6. in princ. Nonnulli à
loco,vbi ipſæ hæreſes inchoatæ ſunt, & viguerunt, vt
Cataphryges à Phrygia, de quibus Aoguſtinus lib. de
hæreticis,c.26. Non pauci à doctrina,quã profitentur:
quod qoiden trifariam contingit.Quidam enim hære-
tici nomina ſibi ipſis per arrogantiam & ſuperbiam
ſplẽdida & ſpecioſa impoſuerunt:vt apoſtolici, de qui-
bus Auguſt.d.lib de hereticis, c.40.& gnoſtici de qui-
bus dicam c. ſeq. Alia vero ſunt nomina hæreticis per
ignominiam ab aliis impoſita:quale eſt Borhoritarum
nomen,de quo dicemus ſeq. ca. Alia denique nomina
ſimpliciter doctrinam indicant abſque vlla honoris
vel ignominiæ nota:vt Chiliaſtæ,ſeu millenarij dicun-
tur, qui voluptuoſum quoddam Chriſti regnum per
mille annos in hoc mundo duraturum ſomniant, de
quib.Auguſtinus,d.lib.c. 8. Sunt etiam multæ hæreti-
corum ſectæ, quæ pluribus nominibus notantur:vt
Macedoniani idem ſunt, qui Marathoniani, ſic non
differunt Cathari à Nouatianis. Plura exempla colligi
poſſunt ex his,quæ proponam cap.ſeq. Illud non eſt
omittendum,fuiſſe etiam aliquot hæreticorum ſectas
proprio nomine,quo ab aliis ſejungantur, carentes,
teſte Auguſt.d.lib. c.67.& c.80. ¶ Quartũ caput eſt de 12
ſingulis hæreticorũ generibus, loquimur autem dun-
taxat de ijs hereticis,quorum in iure ciuili mentio fit.
Horũ ſpecies ordine alphaberico referam, quò faci-
liùs hinc ſumi interpretatio poſſit,quotieſcumque le-
genti occurrent. Breuiter autem docebo,quatenus ex
locis quibuſdam iuris ex Iſidoro, Epiphanio,Augu-
ſtino,& alijs auctoribus colligere potui, ſingularum
hæreſum auctores, doctrinam, ac tempora. ¶ Primo 13
igitur loco occurrunt Acephali.ſic vocantur à Iuſtinia-
no,Nou.109. in princ. (vbi ait eos Dioſcuri & Seueri
mala ſecta languere) & Nou.115.c.3.§. ſi quis de præ-
dictis. verſ. generalem, qui acephalitæ nominantur ab
Iſidoro,prout à Gratiano refertur xxiv.q.3.c. quidam,
ſed in ipſo Iſidori libro, nimirum 8. Origin. c. 5. ſcri-
ptum

prum est *Acephali*. Hos inde Isidorus appellatos putat
sine capite, quòd incertus sit eorum auctor. Sed quia
constat huius sectæ auctorem fuisse Seuerum Antio-
chenum episcopum, vnde etiam Seueritæ sunt nomi-
nati, ideò rectiùs alij acephalos ex eo dictos tradunt,
quòd capite ecclesiastico, id est, episcopo & presbyte-
ris carent, ac publicos ecclesiæ conuentus negligunt.
Atque hoc est vnum eorum dogma. Alterum est, quòd
licet duas in Christo naturas agnoscant, tamen earum
proprietates confundunt, hoc exemplo sententiam
suam confirmantes, quòd sicut aceti gutta in mare ef-
fusa suas vires perdit, ita humanitas cum diuinitate
Christi coniuncta suas proprietates amisit. Cœpit hæc
hæresis sub Anastasio imp. & Gelasio pontifice circa
14 annum à Christo passo 462. ¶ De Anabaptistis di-
15 cam tit. seq. ¶ Apolliniaciani, vt scriptum est in l. 5. vel
Apollinaristæ, prout eos Isidorus & Augustinus vo-
cant, ab Appollinari presbytero Alexandrino hanc
appellationem acceperunt, quorum dogmata hæc sunt.
I. Christum anima carere, & loco animæ in eo fuisse
Verbum, vel potiùs, vt alij auctores sunt, in quibus &
Iustinianus noster esse videtur, sup. de summ. Trin. l. 5.
§. vlt. & l. 6. §. vlt.) fuisse tantùm in Christo animam
vegetalem, & sensitiuam, loco autem animæ rationalis
seu intellectiuæ fuisse Verbum. II. Christum non sum-
psisse humanam carnem è virgine, sed secum è cœlo
tulisse, eandémque in cœlum per ascensionem retulis-
se. Cœpit hæc hæresis post Nicænam synodũ, circa Va-
lentis imp. & Damasi pontificis tempora, anno à Chri-
sto passo 350. ¶ Ariani ab Ario presbytero Alexan-
16 drino nominati, l. 5. l. 6. in princ. & d. c. quidam. §. Ariani.
I. Docent tres esse diuersas essentias, patrem, filium, &
Spiritum sanctum; ita vt asserant filium esse creaturam,
Spiritum autem sanctum esse creaturam creaturæ. II.
Christum assumpsisse corpus, non animam humanam.
III. Rebaptizãt catholicos. Cœpit hęc hęresis sub Con-
stantino Magno imp. & Syluestro Romano pont. anno
17 à Christo nato *290*. ¶ Arnoldistæ, vel vt alij legunt
Arnaldistæ, vt hæretici damnantur à Friderico in con-
stitutione de statutis & consuetudinibus contra liber-
tatem eccles. §. Gazatos, vnde sumta est Authen. Gaza-
ros. h. tit. & à pontifice, ext. eod. c. pen. sic nominati
sunt ab Arnaldo Brixiensi, cuius Otto Frisingensis,
Guntherus, & Sabellicus meminerunt. Quidam hunc
commendant, quasi propter veritatis propugnationem,
& in scribendo ac loquendo *παῤῥησίαν*, quia ecclesia-
sticorum tyrannidem grauiter reprehendit, Romæ
combustus fuerit. Sigonius autem lib. 11. de regno Ita-
liæ eum vt hæreticum notat, quod neque clericos ali-
quid proprij, neque episcopos regalia, neque mona-
chos possessiones habere debere, sed omnia principum
esse, atque ab eorum benignitate in vsum tantummo-
dò laicorum suppeditari oportere docuerit, vixit sub
Conrado II. imp. circa an. dom. 1139. ¶ Audiani nomi-
18 nantur in l. 5. & ab Epiphanio lib. 3. to. 1. non inter hæ-
reticos, sed inter schismaticos referuntur. Dicti sunt
autem Audiani, siue Audæi à sectæ auctore Audæo Sy-
ro: & Anthropomorphitæ, vel Anthropiani, à doctrina,
quam profitentur. I. Namque Deum putant esse corpo-
reum, & humana forma præditum: quod Epiphanius
tribuit eorum rusticitati & simplicitati, ne hæreticos
appellet. II. Separarũt se ab ecclesiæ cõmunione, offen-
si nimijs episcoporum diuitijs & luxu: & quia Pascha
celebrant eodem tempore, quo Iudæi: cœpit hæc hæ-
resis sub Valentiniano I. imp. & Damaso pontif. anno
19 à Christo nato. 338. ¶ Batrachitæ nominantur in l. 5.
20 ¶ Bonosiacorum mentio fit Nou. 11. §. sed & in Aquis.
Hi vocantur Bonosiani à Bonoso quodam episcopo,
à quo exorti Christum Dei filium adoptiuum, non
proprium asserebant, xxiiij. q. 3. c. quidam, §. Bonosia-
ni. ¶ Borboristæ, id est, cœnosi vocati sunt, qui se- 21
ipsos gnosticos ab excellentia doctrinæ appellabant.
Hæc hæresis est pars Manichæismi, vt ait imperator
in l. pen. Quod verum esse facile apparebit ex eorum
dogmatibus, quæ nunc referam, collatis cum doctrina
Manichæorum, quæ in sequenti huius tituli parte ex-
plicabitur. Ergo Borboritæ. I. De creatione mundi
ineptissima quædam fabulantur. II. Duos Deos sta-
tuunt, alterum bonum, alterum malum. III. Duas ani-
mas in homine esse docent: vnam à Deo, quæ non pec-
cat, sed ad Deum redit immaculata: alteram æteam, per
quã peccamus, quæ post mortem transit in alia corpora
etiam brutorum animalium. IV. Christum à Iesu di-
stinguunt, & Christum in Iesu iam natu grandem, &
penè triginta annorum descendisse, & cum eo post re-
surrectionem vnitum esse asserunt. V. Christum aiunt
per octodecim menses post resurrectionem in hoc
mundo versatum contra expressa scripturæ verba,
Act. c. 1. vers. 3. VI. Negant martyria subeunda esse pro
fide Christiana. VII. Colunt imagines. Cœpit hæc hæ-
resis circa tempora diuorum fratrũ Antonini & Veri,
sub Aniceto pontifice, anno à Christo passo 129. ¶ Ca- 22
thari ijdem sunt, qui Nouatiani, quare de his posteriùs
dicam. ¶ Carpocratitæ, vel Carpocratiani ab auctore 23
Carpocrate nominati, I. Docent duos esse Deos, alte-
rum bonum, alterum malum II. Mundum non à Deo,
sed ab angelis esse creatum. III. Christum fuisse purum
hominem, de vtroque sexu natum. IV. Nos in hoc
mundo viuere sub imperio malarum potestatum, &
diabolorum: ideóque in horum gratiam esse peccan-
dum, quòd aliter non possit ad superius cœlum per-
ueniri. V. Resurrectionem carnis negant: *μετεμψύχω-
σιν*, id est, animarum transmigrationem probant. Cœ-
pit hæc hæresis sub Antonino Pio, circa annum à Chri-
sto passo 109. ¶ Circumcisi in d. auth. Gazaros. vocan- 24
tur vel Iudæi, vel (quod mihi videtur probabilius) Chri-
stiani, qui circumcisionem & legis ceremonias cum
baptismo & euangelij gratia coniungunt: contra quos
diuus Paulus disputat. Iure Iustinianeo circumcisio
Iudæis permittitur, non etiã Christianis, inf. de Iudæ. l.
Iudęi. 16. ¶ Donatistæ, vel Donatiani à Donato Numida 25
appellati, I. Patre filium minorem faciunt, & filio Spi-
ritum sanctum. II. Rebaptizant Catholicos. III. Negant
esse veram ecclesiam, in qua sit aliqua macula, & sacra-
mentorum vim ex ministri dignitate & sanctitate po-
tiùs metiuntur, quàm ex Dei verbo, vnde schismata
propter hominum peccata faciunt. IV. Negant quem-
piam esse compellendum ad bene & honestè vi-
uendum, ne pietas sit coacta. V. Mortem sibi consci-
scunt, ne à magistratu puniantur. VI. Purgationibus
quibusdam magicis vtuntur. Cœpit hæc hæresis sub
Constantino magno imp. & Syluestro Rom. pontifice,
circa annum à Christo passo 298. ¶ Encratistæ vel En- 26
cratitæ dicti sunt à professione, seu doctrina, id est,
ἀπὸ τῆς ἐγκρατείας, quòd à nuptijs, vino, & esu car-
nium abstineant. Hos cum Tatianis eosdem facit Isi-
dorus: sed verius est, Encratistas à Tatianis esse ortos, à
quibus vocantur schismatici, auctore Epiphanio. Ta-
tiani autem à Tatiano auctore nominati, I. Nuptias
damnant, & fornicationi pares esse existimant. II. Esum
carnium, & vini potum non admittunt. III. De creatio-
ne mundi & sæculi fabulantur. IV. Negant Christum
esse de semine Dauidis. V. Legem Mosis repudiant.
Cœpit hæc hæresis sub Marco Antonino philosopho
& Sotere pontifice Rom. circa an. à Christo passo 122.
¶ Enthousiastæ à doctrina sunt appellati: quia fingunt 27
Enthusiasmos, & ecstases ad noua dogmata persuaden-
da, ijdem vocabulo Græco vocantur Euchitæ, & Sy-
riaco Messaliani, id est, peccatores, l. 5. *tantum enim
orant*, (inquit Augustinus de hæresibus, cap. 57.) *vt ijs*
qui

qui hoc de illis audiunt, incredibile videatur: propterea
quod Dominus dixit, *oportet semper orare & non deficere.*
& Apostolus, *sine intermissione orate*. Insuper nominati
sunt etiam martyriani, quòd quemdam è suis à duce
militum necatum colunt, vt Christianæ fidei marty-
rem: & Satanici vel sataniani, quod Satanam tamquàm
vitæ nostræ præsidem & actionum nostrarum mo-
deratorem colunt, vt eum placent, nec ab eo vt malo
genio lædantur. Item εὐφημιταί, quòd εὐφημίας, & elo-
gia quædam è sacris literis decerpta, in Dei laudem
canunt. Dogmata eorum hæc sunt. I. Trium in Deo
personarum distinctionem negant. II. Deum oculis
corporeis videri posse censent. III. Satanam (vt iam
dixi) quasi vitæ nostræ præsidem & actionum mode-
ratorem, colunt. IV. Ex sola oratione salutem nostram
pendere existimant: ideò fidem Euangelij, prædicatio-
nem, & sacramenta contemnunt. V. Orando, peccata
& Satanam sensibiliter & visibiliter exigi, eiusque lo-
co visibiliter Spiritum sanctum succedere asserunt.
VI. Eleemosynas non suæ fidei hominibus dari vetant.
VII. Otiosè viuunt, & eos, qui aliquid operantur, ex-
communicant. VIII. Mendacia & periuria celandæ re-
ligionis caüsa probant. IX Baptismum ad præcedentia,
non ad sequentia peccata delenda valere docent. Cœ-
pit hæc hæresis sub Constantino imp. deinde inualuit
sub Valentiniano & Valente imp. & Damaso pontif.
circa ann. à Christo nato. 341. Auctores huius sectæ
perhibentur Dadoës, Sabhas, Hermes, Simeones, &
Adelphius Edessæ (quæ est Arabiæ vrbs) episcopus,
28 eodem tempore exorti. ¶ Eutychiani, siue Eutychistæ,
siue Eutychianistæ ab auctore Eutychete, Constanti-
nopolitano presbytero & monacho nominati sunt
hæretici Apollinaristæ, quoniam Appollinaris sectam
Eutiches & Dioscorus secuti sũt, l. quicũque. 8. in princ.
negant Verbum ex Maria virgine veram carnem hu-
manam sumpsisse, ac negant Dominum Iesum Chri-
stum per omnia esse patri consubstantialem secun-
dum Deitatem, & nobis consubstantialem secundum
humanitatem, suprà. de summ. Trin. l. 5. §. vlt. & l.
6. §. pen. Idcirco dicitur hæc hæresis esse coniuncta
cum Apollinarismo: vt dispar quidem sit nomen,
sed idem sacrilegium, d. l. quicumque, 8. §. idcirco.
Cœpit hæc hæresis sub Martiano imp. & Leone I. pon-
tifice circa annum à Christo passo 422. quamuis multæ
29 disputationes præcessetint. ¶ Gazari pro Catharis,
corrupto per barbaros vocabulo, vocãtur in d. constit.
Friderici, §. Gazaros. rectiùs Cathari. ext h. t. c. pen. de
30 his dicam inf. in verbo *Nouatiani*. ¶ Hermogeniani di-
cti sunt ab Hermogene Afro, qui materiam Deo coæ-
ternam ponebat, & matrem elementorum ideam asse-
rebat. Hæc hæresis non diu durauit, sed eodem penè
momento orta est, & concidit, circa annum Christi
31 166. ¶ Hydroparastatę vocãtur in l. 5. qui ab Augustino
& Isidoro aquarij nominantur, quòd in Eucharistiæ sa-
cramento aquam pro vino adhiberent, quippe qui à
vino omnino abstinebant, vt encratitæ, vnde quidam
32 hos ab illis non differre putant. ¶ Leonistæ vel (vt alij
legunt, Lenonistæ nominantur in d. authen. Friderici,
§. Gazaros. sed in d. c. pen. non vocantur Leonistę, vel
Lenonistæ, sed pauperes de Lugduno· quapropter exi-
stimo eosdem esse leonistas, & pauperes de Lugduno:
atque à vernaculo verbo, quo Lugdunum significa-
33 tur, Leonistas appellari. ¶ Macedoniani à Macedonio
presbytero Constantinopolitano, & Marathoniani à
Marathonio primo auctore, qui Macedonium præces-
sit, & Pneumatomachi à doctrina, quòd Spiritus sancti
deitatem negarent, nominati sunt, l. 5. Socrat. lib. 2. cap.
45. Docuerunt I. Filium non esse patri ὁμοούσιον, id est,
eiusdem essentiæ, sed ὁμοιούσιον, id est, similis essentiæ.
II. Spiritum sanctum non esse Deum, sed creaturam.
Cœpit hæc hæresis sub Constantio imp. Constantini
filio, & Iulio I. Rom. Episcopo, circa annum à Chri-
sto passo 312. ¶ De Manichæis dicam in sequenti hu- 34
ius tituli parte. ¶ Marcelliani dicti sunt à Marcellino 35
Photini & Pauli Samosateni successore, vnde & Pau-
liani, & Paulistæ, vel Paulianistæ, & Samosateniani, vel
Samosatæi, & Photiniani sunt appellati. Docent,
Christum esse purum hominem, nec fuisse verbum
ipsi vnitum, sed tantùm adsistens, vt & alijs prophe-
tis. Cœpit hæc hæresis sub nomine Samosateniano-
rum innotescere sub Gallieno imp. & Xisto Romano
Episcopo, circa annum a Christo passo 262. ¶ Mar- 36
cionistæ, vel Marcionitæ à Marcione Pontico, sectæ
auctore, nominati, docent I. Duos esse Deos: alterum
sæuum & crudelem, huius mundi auctorem: alterum
benignum & clementem, patrem Domini nostri Iesu
Christi. II. Christum, quem negãt esse filium Dei crea-
toris (vt modò dixi) non fuisse verè hominem, nec sum-
psisse carnem ex Maria virgine, sed è cælis corpus fi-
ctum & imaginarium gestasse, nec verè fuisse passum,
mortuum, & sepultum: sed Iudæis & discipulis illusisse.
III. Fabulosa narrãt de creatione mũdi. IV. Vetus testa-
mentum damnant. V. Carnis resurrectionem negant.
VI. Aiunt per descensum Christi ad inferos, animas
Cain, Esau, Sodomitarum, & aliorum reproborum, in
cælum traductas esse. VII. Matrimonium damnant.
VIII. Quotiescũque aliquis peccat, eum rebaptizãt. IX.
Pro mortuis Cathecumenis quosdam substituũt, quos
baptizãt, vt illi iam mortui salui fiant. X. Docent mu-
lieres posse baptizare. VI. Asserunt animas humanas
post mortem migrare in alia corpora. XII. Bella & ar-
morũ vsum omnino & indistinctè condemnãt. Cœpit
hæc hæresis sub Marco Antonino Philosopho, imp.
& Aniceto pontif. circa ann. à Christo passo 133. ¶ De 37
Messalianis vide supr. in verbo Enthousiastæ. ¶ Mõta- 38
nistæ, Priscillianistæ, Phryges, Pepuzitæ in l. 5. sunt no-
mina eiusdẽ hæreseos. Montanistæ vocantur à Mõtano
auctore, Priscillianistæ à Priscilla eorum prophetissa:
quemadmodũ & Quintilliani à Quintilla altera eorũ
prophetissa. Aiunt enim his mulieribus Christũ Pepu-
zæ in specie fœminæ reuelatũ fuisse. Alij verò fuerunt
Priscilianistæ à Prisciliano episcopo, de quibus Augu-
stinus lib. de hæresibus, c. 70. & Isidorus lib. 8. originũ,
relatus in decretum, xxiv. q. 3. c. quidam. §. Priscilliani-
stæ. Redeo ad Montanistas, qui vocati sunt etiam Phry-
ges à Phrygia prouincia, ex qua oriundus fuit Monta-
nus. Eademque ratione ab Augustino vocantur Cata-
phryges, lib de hæresib. c. 26. & ab Isidoro d. c. quidam.
Græca loquendi forma, qua vsus est etiam Tertullia-
nus cùm Proclianos vocat Cataproclum, & Æschinia-
nos vocat Cataæschinem. Pepuzitæ vero vel Pepuzia-
ni dicti sunt à Pepuza Phrygiæ oppido, Montani pa-
tria, quam & nouam & cælestem Hierusalem appella-
runt. Præcipui eorum errores hi sunt I. Aiunt Aposto-
los die Pentecostes accepisse ex patre Spiritum sanctũ,
Montanum verò cum suis prophetissis habuisse spiri-
tum sanctum sine mensura. II. Damnant secundas nu-
ptias, quas à Paulo Apostolo ideo concessas inquiunt,
quia ex parte tantum sciebat, & ex parte prophetabat.
III. Anniculi pueri sanguinem minutis punctionibus
expressum cum farina miscent, vt Eucharistiæ panem
conficiant, qui puer, si moriatur, pro martyre, si viuat,
& ad iustam ætatem perueniat, pro magno sacerdote
habetur. IV. Admittunt mulieres ad ministeria eccle-
siastica obeunda, contra præceptum Apostoli 1. ad Co-
rinth. c. 14. vers. 34. & 1. ad Timo. c. 2. vers. 12. V. Euam
laudant, quòd de vetita arbore comederit, quasi salutis
nostræ causa fuerit, cùm ab Apostolo arguatur tãquam
causa transgressionis, 1. ad. Tim. c. 2. vers. 14. Cœpit hæc
hæresis (vt scribit Platina) sub Sostere pontifice Rom.
vel

vel(vt alij)ſub Eleuthero,circa annum à Chriſto paſſo
39 145. ¶ Neſtoriani ab auctore Neſtorio,Conſtantino-
politano epiſcopo nominati, l.6.in princ.duas ſepara-
tas perſonas in Chriſto conſtituunt,ac negant Mariam
virginem eſſe Deiparam: alium enim eſſe Deum ex
Deo patre; alium, qui ex virgine natus eſt; hunc au-
tem gratia & proximitate, quam habuit cum Deo
Verbo,Deum factum eſſe,ſup.de ſum.Trin l. 5. §. vlt.l.
pen.§.1.& l.vlt §.1 & xxiv.quæſt.3.c.quidam. §.Neſto-
riani. Cœpit hæc hæreſis ſub Theodoſio iuniore, &
Cœleſtino I. Epiſcopo Romano, circa ann. à Chriſto
40 paſſo 400. ¶ Nouatiani ab auctore Nouato, Romæ
presbytero, etiam Sabbatiani,(ita ex C. Theodoſiano,
& libris manuſcriptis legendum in l. 5. non, vt in
libris editis, *Sabatiani*) à Sabbato presbytero dicti ſunt.
Hi poſteà ſe appellarunt Catharos, quaſi puros &
mundos, ſed hoc vocabulo deinde per barbariem cor-
rupto, dicti ſunt Gazari, vt in conſtit. Friderici, ſicut
ſup.notaui.Dogmata eorum hæc ſunt. I.Pœnitentibus
veniam denegãt.II. Baptizatos rebaptizãt.Cœpit hæc
hæreſis ſub Decio imp. & Cornelio pontifice Ro-
41 mano circa ann.à Chriſto paſſo 220. ¶ Ophitæ,qui
& Ophei, & Ophiomorphi,à ſerpente,quem colunt,
nominati ſunt.I.Adorant ſerpentem, qui in paradiſo
Euam decepit, tanquàm ſapientiæ auctorem, & eum
Chriſtum fuiſſe opinantur, genitum ex ſummo
Deo & materia quadam: vnde malunt eum vocare,
ὀφιόμορφον,quam *ὄφιν*.II. Non priùs euchariſtiæ panem
conſecrari putant,quàm ſerpens, quem in ciſta geſtare
ſolent, euocatus eum lambat. III. Serpentis forma
Chriſtum ſubiiſſe Mariæ vterum cenſent, nec tamen
verum hominem factum fuiſſe. IV. Reſurrectionem
carnis irrident.Cœpit hæc hæreſis, vt quidam volunt,
circa annum à Chriſto paſſo 132. Nam de eius ori-
42 gine inter ſcriptores non planè conuenit. ¶ Papia-
piſtæ nominantur in l.5. vbi quidam codices habent
Papmaniſta.De hac hæreſi nihil habeo, quod dicam:
immo puto eſſe mendum, & legendum, *Pauliſta*,vel
Paulianiſta, de quibus conſequenter dicendum eſt.
43 ¶ Pauliſtæ igitur,vel Paulianiſtæ, vel Pauliani, & Sa-
moſateniani à Paulo Samoſateno nominati, Chri-
ſtum aiunt eſſe purũ hominẽ,nec fuiſſe ante incarna-
tionem. Cœpit hæc hæreſis innoteſcere ſub Gallieno
impera. & Xiſto Pontifice,anno à Chriſto paſſo 162.
44 ¶ Pauliniani ponuntur in dicta lege 5. quaſi diuerſi
à Paulianis. Sed in Codice Theodoſ. Pauliani ver-
bum ibi tantùm legitur,vbi noſter Codex habet *Pau-*
45 *liniani*:quare puto in hoc Codice mendum eſſe. ¶ Pa-
terni iidem ſunt, qui Cathari, vt quidam colligunt ex
concilio Lateranenſi,quod eſt 2. tomo conciliorũ. De
46 Catharis dixi ſup in verbo *Nouatiani*. ¶ De Pepuzitis
47 vide ſup.§.38.¶ Photiniani à Photino Sirmij epiſcopo
dicti ſunt:hic aſſeruit Chriſtum natum eſſe ex ſemine
Ioſephi. Itaque idem ſenſit,quod Paulus Samoſatenus,
cuius hæreſim damnatam reuocauit. Vnde Pauliano-
rum & Photinianorum eadem videtur hæreſis Aug.
lib.de hæreſibus,c.44. Fuit autem aliquis inter eos diſ-
ſenſus auctore Epiphanio lib.3. contra hæret. tom.1.
Ideoque vt diſiunctæ hęreſes ponuntur in lib.5.Cœpit
Photinianorum hæreſis,ſi credimus Socrati lib.2.eccl.
48 hiſtor.c.33.ſub Conſtantio imp. ¶ De Prygibus vide
49 ſup.§.38.¶ Pneumatomachi iidem ſunt, qui Macedo-
niani,auctore Auguſtino lib.de hæreſ.c.52. vide ſup.§.
50 33.¶ Porphyriani a Porphyrio nominati, qui cõtra re-
ligionem chriſtianam ſcripſit, l. 6. in princ. non ſunt
propriè hæretici, quia Chriſto nomen non dederunt.
51 ¶ Priſcillianiſtæ ſup.conſiderati fuerunt in verbo
52 *Montaniſta*, quemadmodum & Sabbatiani in verbo
53 *Nouatiani*. ¶Saccophori nominantur in l. 5. ſed hoc
verbum abeſt a C.Theodoſ. ¶ Speroniſtæ damnantur
d.Auttent.Friderici §. Gazaros. & ext.de hæreticis.c.
pen. ¶ Taſcodrogitæ in l. 5. & l. cognouimus 19.ſe- 54
parantur à Montaniſtis. Eſt enim hęreſis paulò quàm
Montaniſtarum recentior: ab ea tamen fluxit, & penè
eſt eadem. Epiph.lib. 2. tom. 1. hæreſi 48. ait hoc eſſe
nomen Montaniſtarum,ſeu Quintilianorum, qui Mõ-
taniſtas ſecuti ſũt.Etymologiã ibidem declarat *τασκὸς*
enim eſt *πάσσαλος*,id eſt,paxillus, *δροῦγγος* eſt *μυκτὴρ*,
ſeu *ῥύγχος*, id eſt, nares. inde dicti, *τασκοδρουγῖται*,
quaſi *πασσαλορυγχῖται*, quia digitum indicem quaſi
ſi palum in nares rectum immittebant, vt in preci-
bus attentiores viderentur.Corruptè igitur in quibuſdã
Codicibus ſcriptum eſt *Aſcodrogitæ*, quemadmodum
& in conſtitutione 18. *ἀσκοδρούγοις*. ¶ Tetraditæ, 55
vel Teſſareſdecaditæ, id eſt, quartidecimani, à
doctrina dicti ſunt, quòd quarta decima Luna cùm
Iudæis Paſcha celebrant, quod tamen dogma alijs
fuiſſe commune, ex ſupra narratis apparet. Hi lapſis
poſt baptiſmum, pœnitentiam denegabant. De ori-
gine huius hæreſeos non ſatis conſtat, propter
opinionum diuerſitatem. ¶ Valentiniani à Valen- 56
tino Aegyptio nominati, I. De natura rerum &
creatione mundi multa inepta tradunt, fabuloſa de
triginta æonum, id eſt, ſæculorum, tamquàm Deo-
rum generatione narrantes. II. Chriſtum aſſerunt
habuiſſe ſpiritale & celeſte corpus, nec illud aſſum-
pſiſſe ex virgine, ſed per eam quaſi per fiſtulam
tranſijſſe. III. Diabolum à triceſimo æone genitum,
& ab hoc alios, qui fecerunt hunc mundum: IV.
Res malas eſſe creatas: quoniam à Diabolo crea-
tæ ſunt. V. Negant carnis reſurrectionem, ſolámque
animam per fidem & Chriſtum ſaluari aiunt.
VI. Affirmant fidem hominibus ineſſe à natura.
VII. Bona opera vt inutilia contemnunt & irri-
dent. VIII. Eidolothytis veſcuntur. IX. Prophetas
veteris teſtamenti reijciunt: ac tres prophetarum
ſpiritus conſtituunt, à Bytho, ab vnigenito, à patre.
Cœpit hæc hæreſis ſub Antonino Pio imp. & Hi-
gino pontifice, circa annum à Chriſto paſſo 120.
¶ Expoſui diuerſas hæreſes, quæ in iure ciuili 57
nominantur, & damnantur, quatenus eorum co-
gnitionem putaui Iuriſconſulto eſſe neceſſariam: vt
hæc noſtra Codicis Analyſis, quoad eius fieri poteſt,
& quantum in nobis eſt, perfecta reddatur. Has autem
hæreſes confutare, & hæreticorum argumenta
diſſoluere, ad Theologum pertinet: nobis ſufficiat
euidentes & abſurdos hæreticorum errores patefe-
ciſſe, vt intelligatur, quænam ſectæ & quas ob cau-
ſas iure noſtro damnentur, & puniantur. ¶ Specia- 58
tim verò quorundam hæreticorum nomina in iure
expreſſa retuli ſup. tit. 1. §. 30. ¶ Quintum caput eſt 59
de pœnis hæreticorum. Multi quidem diſputant de
hac quæſtione, an hæretici puniendi ſint à ciuili ma-
giſtratu, nec ne: ac pleriqe Theologi affirmant: non-
nulli, vt anabaptiſtæ, negãt. Sed nos cũ hæc diſputatio
expreſſis legum verbis ſit deciſa, ab ea prorſus abſti-
nebimus: & (quod deinceps declarandum eſt) quæ pœ-
næ hæreticis irrogentur, aperiemus. I. Igitur hæreticis
denegantur priuilegia omnia, l. hæretici communican-
tes.20. §. 1. præſertim quæ contemplatione religionis
ſunt indulta, l.1.vt immunitates,d. l. 1. & l.7.& priui-
legia dotalia,Nou. 119. c. 1. II. Beneficium ſeu reſcri-
ptum,ſi quod hæretici impetrauerint, non valet,l.5. in
fin.& ſup.de ſumm.Trin.l. 2.in princ.III. Non poſſunt
conuenire,& litanias facere, vel ſacramẽta diſtribuere,
l.3. §. 1.l.5. (vbi non *morandi*, ſed *orandi* legendum)
l.6.§.1.l.quicumque.8. §. vniuerſi. l.hæreticis ſynacte-
ria.14 l.hæretici communicantes.20.in princ.& ſup.de
ſumm.Trin. l. 2. IV. Non poſſunt conuocare cœtus &
diſputare, & omnino hæretica dogmata docere, aut
diſcere

discere non licet, l.2. in princ. d.l.8. §. vlt. V. Nũ possunt sibi ordinare episcopos, vel presbyteros, vel alios ministros, l.2. in princ. d.l.8. §. idcirco. d.l.14. d.l.20. §. penult. V I. Non admittuntur ad vllam dignitatem, vel militiam, nisi ex cohortalini genere sint, id est, officialium, qui præsidibus, vel consularibus, vel correctoribus inseruiunt: quo casu onera quidem subeunt, sed in orthodoxos nihil exsequi possunt, d.l.8. §. pen. & vlt. l. Manichæi vndique. 12. in princ. d.l.14. l. quæ de Samaritis. 18. in princ. d.l.20. §. vlt. V I I. Non admittuntur ad testimonium dicendum. Quod cùm certis casibus à Iustiniano constitutum esset, l. pen. Fridericus generaliter produxit ad omnes hæreticos, & ad omnes causas, & ad receptatores quoque hæreticorum, videlicet post excommunicationem, si intra annum non resipiscant, d. constit. de statutis & consuetudinibus, §. credentes. V I I I. Non possunt ex donatione, vel testamento aliquid capere, l. quæ de Samaritis. 18. l. cognouimus. 19. in princ. & l. vlt. Nou. 144. c. 1. quemadmodum nec eorum conuenticula: neque enim ecclesiæ, sed conuenticula nominantur, l. 5. I X. Immobilia, in quibus ecclesiæ vel oratoria constituta sunt, nullo titulo possunt in hæreticos transferri, l. si qui orthodoxæ. 10. X. Loca in quibus hæretici conueniunt, siue sub ecclesiarum nomine teneantur, siue diaconica, vel decanica appellentur, siue sint ædes priuatæ, eis adimuntur, & ecclesiæ catholicæ vindicantur, l. 3. in princ. X I. Egentibus hæreticis non præbentur honoraria ex iudiciis, vel ecclesiis, l. hæretici communicantes. 20. §. vltim. quamquam hic contextus specialiter de Montanistis loquitur. X I I. Hæretici non possunt mercari mancipium, d. l. 20. §. vlt. quod puto intelligendum de mancipio christiano secundum tit. infr. ne Christian. mancip. hæret. X I I I. Qui patitur vxorem aut liberos esse hæreticos, vt hæresos suspectus priuatur aduocatione, vel alia dignitate, si quam habet, l. quæ de Samaritis. 18. in princ. X I V. Filiis suis orthodoxis cogitur parens hæreticus suppeditare alimenta, & reliqua necessaria, nec potest eos exhæredare, d. l. Manichæi vndique. 12. §. 1. l. hæretici patres. 13. in princ. l. cognouimus. 19. §. 1. Nam si liberi in eum non deliquerunt, omnino debet integram suam portionem, quæ ab intestato defertur, percipere: si verò in eum deliquerunt, nihilominus habere debent eam portionem, quam vulgò legitimam appellant, id est, hoc iure quadrantem, nouissimo autem iure trientem vel semissem: ita expressè cauetur, d. l. hæretici patres. §. 1. quem §. esse omissum in Basilicis testatur Photius in Nomocanone, titul. 12. cap. 2. vbi hoc nomine gratias agit ei, qui Basilica composuit: nempe quod videatur ea constitutio scandalum præbere, dum permittit, vt liberi orthodoxi minùs piè se gerant aduersus parentes hæreticos: quamuis enim hæretici sint, tamen parentes sunt, vt in simili casu ait Iustinianus Nouel. 12. cap. 2. Vnde ille §. abest etiam à Græca collectione constitutionum ecclesiasticarum. X V. Si pater & mater sint diuersæ religionis, & alter velit in rectа fide, alter in sua hæresi liberos instituere: orthodoxi parentis voluntas præualet, siue sit pater, siue mater, d.l. 12 §. 1. & l. 18. §. 1. X V I. Hæretici sunt infames, supr. de summa Trinit. l. 1. & d. constit. Friderici de statu & consuetudinibus. §. Gazaros. X V I I. Puniuntur exilio: quod olim certis casibus obtinebat, d. l. hæretici communicantes. 20. §. penult. hodie generaliter in omnes hæreticos obtinet, d. §. Gazaros. X V I I I. Bona hæreticorum confiscantur, d. §. Gazaros. quod puto accipiendum cum hac exceptione, nisi habeant successores orthodoxos, vt infr. dicam de Manichæis. X I X. Eorum libri non legi, sed comburi debent, l. 6. §. 1. l. 8. §. vltim. Lex Manichæo. 16. §. vltim. Adde, quod notaui titul. 1. §. 29. membr. 5. & §. 30. X X. Carent ecclesiastica sepultura secundùm ius canonicum, extr. lib. 5. hoc tit. capit. 2. in princ. sed Iustinianeo iure hæretici, vt cæteri, sepeliuntur, l. 9.

¶ Hæ sunt hæreticorum pœnæ generales, quæ ge- 60
neraliter confirmantur, l. cognouimus. 19. in fin. & mandatur iudicibus, ne hæc negligant, l. 2. in princip.
¶ Specialiter autem Manichæis pœnas irrogabimus 61
in sequent. parte huius tituli. Item Donatistæ comparantur Manichæis: & Montanistæ, Tascodrogitæ, atque Ophitæ comparantur Samaritis, l. quæ de Samaritis. 18. in princip. de quibus dicemus in tertia parte huius tituli. Præterea Montanistæ non possunt commorari cum his qui ex eorum numero orthodoxi facti sunt: & qui dicuntur eorum episcopi, vel clerici, eiiciuntur ex vrbe Constantinopolitana, l. 20. §. penult. Item Eutychiani subiiciuntur non solùm pœnis contra se statutis, sed etiam his, quæ Apollinaristis infliguntur, d. l. 8. §. 1. quia (vt supr. dixi §. 28.) Eutyches Apollinarem secutus est, d. l. 8. in princ. ¶ Illud non 62
est omittendum, his pœnis teneri hæreticos, qui sunt ciues Romani, non fœderatos, veluti Gotthos, l. 12. in fine princip. Præterea has pœnas pœnitentibus remitti, l. 4. §. sed nec filios. & §. vltim. & d. constit. Frideric. §. credentes. licèt apostatis pœnitentibus venia non detur, vt ex sequent. tit. intelligemus. Hæc generaliter de hæreticis dicta sufficiant. ¶ In secunda huius tituli 63
parte de Manichæis dissoluuntur quatuor quæstiones. ¶ Primò quæritur, quibus nominibus significen- 64
tur? Vocantur autem. I. Manichæi à Manete Persa, qui, cùm priùs vocaretur Vrbicus, post introductam hæresim nominatus est Manes, id est, insanus. Sectatores verò eum Manichæum, quasi manna fundentem, appellauerunt, auctore Augustino de hæresib. cap. 46. I I. Acouanitæ à quodam Acouana Manetis discipulo, qui eam doctrinam acerrimè defendit, & latè propagauit. I I I. Agonistæ, vel Agonistici, quòd se perpetuo contra principem tenebrarum sua vita suisque præceptis & doctrina pugnare dicerent. ¶ Secundò 65
quæritur, quæ sint eorum dogmata? I. Ponunt duo rerum principia aduersa, & coæterna: vnum bonum, quod vocant Deum bonum, vel principem lucis: alterum malum, quod appellant Deum malum, vel Diabolum, vel (secundum quosdam) hylen, id est, materiam. I I. Impia de rerum natura, & mundi origine fabulantur, quæ ex Augustino d. cap. 46. referam: aiunt enim mundum factum esse de commixtione boni & mali, cùm vtraque natura inter se pugnauit, id est, Deus bonus & gens lucis conflixit cum Deo malo & gente tenebrarum: in qua pugna & conflictu inquiunt Dei partes captiuas esse effectas, ita vt eius membra lapidibus, plantis, & singulis aliis creaturis sint vincta & illigata; pro quibus liberandis nunc Deus laborat: liberari autem non solùm per Christi aduentum, sed etiam per eum, qui fit à Manichæorum electis. Nam ecclesiam suam ex electis & auditoribus constituunt: & cùm alimentis quoque Dei natura sit commixta, per electorum illorum ventres, quasi per igneos canales, secernuntur Dei partes à creaturæ fæce, cum qua sunt commixtę. Lucem autem in quibuscumque lucidis corporibus reperiatur, esse Dei naturam: & quicquid vndique purgatur luminis, per quasdam naues, id est, Solem & Lunam, regno Dei tãquam propriis sedibus reddi. Quinque elemẽta genti tenebrarum attribuunt, fumũ, tenebras, ignẽ, aquã, & ventũ. In fumo nata animalia bipedia, vnde homines ducere originẽ cẽsent: in tenebris serpẽtia: in igne quadrupedia: in aquis natatilia: in vento volatilia. His quinque elementis malis de-

bellandis alia quinque elementa de regno & substan-
tia Dei missa esse, & in illa pugna fuisse permixta fu-
mo aërem, tenebris lucem, igni malo ignem bonum,
aquæ malæ aquam bonam, vento malo ventum bo-
num. Naues illas, id est, duo cœli luminaria sic distin-
guunt, vt dicant Lunam factam ex bona aqua; Solem
verò ex bono igne: esse autem in eis nauibus sanctas
virtutes, quæ se in masculos transfigurant, vt illiciant
fœminas gentis aduersæ, & per hanc illecebram com-
mota eorum concupiscentia fugiat de illis lumen,
quod membris suis permixtum tenebant, & purgan-
dum susceperant ab angelis lucis, purgatúmque illis
nauibus imponatur ad regna propria reportandum.
III. Vetus testamentum damnant, tamquam non à
Deo, sed ab vno ex principibus tenebrarum profe-
ctum: nouum autem testamentum mutilant, partem
tantùm eius recipientes. IV. Christum aiunt esse ser-
pentem, qui primis parentibus oculos aperuit, vt bo-
num & malum dignoscerent. V. Christum venisse ad
animas tantùm, non ad corpora liberanda. VI. Chri-
stum non veram, sed simulatam carnem sumpsisse:
nec verè, sed fictè & imaginariè passum esse, mortuum
esse, & resurrexisse. VII. Negant carnis resurrectio-
nem. VIII. Solem & Lunam adorant, nec alia ido-
la respuunt. IX. Manetem aiunt esse paracletum à
Christo promissum. X. Duas statuunt in homine ani-
mas, & duas mentes, quæ inter se perpetuò pugnant.
XI. Censent animam hominis & animam plantæ es-
se eiusdem essentiæ, quia vtraque sit pars diuinæ sub-
stantiæ. XII. Coniugia, & fœtus improbant, tanquā
Dei vincula, & carceres. XIII. Asserunt peccatum
esse substantiam per se viuentem, & subsistentem.
XIV. Voluntatem malè agendi nobis à natura esse in-
sitam, non ex inobedientia erga Deum natam.
XV. Eleemosynam reprehendunt, quasi naturam su-
stentet, ac malum Deum tueatur. XVI. Baptismum
contemnunt. Dicuntur & alia absurda sentire: sed hæc
proposuisse sufficiat, vt appareat, non sine causa imper.
in l. 5. in princip. affirmare, Manichæos ad imam vsque
scelerum nequitiam peruenisse, & ipsis quoque ele-
mentis facere iniuriam. Qua de causa de his in hoc
titulo specialiter tractatur, & ipsis pœnæ specialiter
irrogantur. ¶ Tertiò quæritur, quo tempore cœpe-
rit hæc hæresis Manichæorum nomine innotescere?
66 Cœpit sub Aureliano Imperatore, & Fœlice Romano
episcopo, circa annum à Christo passo 247. ¶ Quar-
tò quæritur, quibus pœnis Manichæi afficiantur?
67 I. Nihil habent cum aliis commune ex legibus, aut
moribus, l. 4. in princip. II. Nihil possunt ex causa
donationis accipere, d. l. 4. §. ipsos. III. Non possunt
contrahere, eadem l. §. præterea. IV. Non habent te-
stamenti factionem, neque actiuam, ead. l. §. ergo. ne-
que passiuam, d. §. ipsos. V. Possunt à quocumque ac-
cusari, & puniuntur vt rei publici criminis, eadem l.
§. 1. VI. Non possunt in loco Romano morari: &, si in
eo deprehendantur, capite puniuntur, l. 5. vers. Mani-
chæis. l. 11. & 12. in princ. VII. Bona eorum confi-
scantur, nisi habeant liberos orthodoxos, d. l. 4. §. 1. d. §.
sed nec filios. l. Manichæi liberos. 15. VIII. Crimen
non extinguitur morte, sed & defuncti memoria dam-
natur, vt fit in crimine perduellionis, d. l. 4 §. in mor-
tem. Hæc dicta sint de pœnis, quæ infliguntur ipsis
Manichæis.

¶ Præterea puniuntur, & qui eos recipiunt, d. l. 4. §.
pen. & qui eos non detegunt: quod posterius tribus
casibus contingit. Ex hac enim causa punitur, I. Qui
68 ex Manichæo factus orthodoxus, nihilominùs cū Ma-
nichæis cōuersatur, l. ex Manichæo. 16. in princ. II. Qui
in dignitate vel militia constitutus scit se habere Ma-
nichæum in suo consortio, ead. l. §. 1. III. Qui habet
libros Manichæos, & eos non prodit, vt comburantur,
ead. l §. vlt. ¶ Ignoscitur autem, I. Liberis Manichæo-
rum, si à paterna prauitate discesserint, d. l. 4. §. sed nec 69
filios. II. Seruis, si relicto domino Manichæo ad ca-
tholicam ecclesiam transierint, ead. l. §. vlt. Generaliter
itaque Manichæis pœnitētibus venia datur, quemad-
modum & aliis hæreticis, vt supr. notaui. Quod enim
lex loquitur de filijsfam. & seruis, hanc vim habet, vt
ostendat, nec patriam, nec dominicam potestatem pos-
se officere pœnitēti, quò minùs relicta hæresi, in sinum
ecclesię recipiatur. ¶ Tertia tituli pars de Samaritis seu
Samaritanis quatuor quęstionibus cōcluditur. ¶ Primò 70
quæritur qui sint, & vnde dicti Samaritæ, vel Samari- 71
tani? Fuerūt coloni ab Assyriorum rege in Iudęam tra-
ducti, qui in tribu Ephraim vrbem Samariam condide-
runt, a qua & tota regio Samaria, & ipsi Samaritæ, vel
Samaritani dicti sunt, quod factum est post Israëlitas
in Assyriam translatos, ante tempora Nebuchadnezar
regis babiloniorum. Hi Samaritæ, cùm a leonibus à
Deo immissis deuorarentur, vt diuinam iram vitarent
permittente Assyriorum rege à Iudæis captiuis accer-
siuerunt sacerdotem, à quo Dei legem edocti, Deum vt
Iudæi colere cœperunt: sic tamen, vt nihilominùs
etiam idolis suis, vt anteà, seruirent, sicut scriptum est
2. Reg. (qui aliâs est 4. Reg.) c. 17. Vnde aparet Sama-
ritismum constare ex Iudaismo, & paganismo. ¶ Se-
cundò quæritur, quid intersit inter Samaritanos, & Iu- 72
dæos? Similes sunt Samaritæ Iudæis: ab eis tamen
differunt, non tantùm genere, sed etiam doctrina. I.
namque idola colunt, vt iam dixi. II. Libros tantùm
Mosis recipiunt, posteriores prophetas reijciunt. III.
Deum in Silo monte tribus Ephraim, non Hiero-
solymis adorandum contendunt. IV. Non abomi-
minantur gentes, vt Iudæi. V. A quibusdam cibis
abstinent, à quibus Iudæi non abstinent. VI. Negant
ferè omnes carnis resurrectionem, vt & intèr Iudæos
Sadducæi. ¶ Tertiò quæritur, quot sint Samaritarum
hæreses? Samaritismus diuiditur in quatuor hæreses. I. 73
Gotthenorum, qui festa celebrant ijsdem tempori-
bus, quibus Iudæi. II. Seuæorum, qui Esdræ irati,
à quo in ædificanda vrbe Hierusalem repulsi fuerunt,
festorum tempora mutarunt, & festum Azymo-
rum post natale anni initium, quod est apud Iu-
dæos in mense Tisri, qui nostro Augusto respondet:
Pentecostes verò & tabernaculorum in autumno
celebrant. III. Essenorum, qui festa celebrant indiffe-
renter cūm ijs, quibuscum reperiuntur. IV. Dosithæo-
rum, qui carnis resurrectionem credūt ab alijs Sama-
ritis negatam, assiduè ieiunant, & superstitiosiùs quam
cæteri a quibusdam cibis abstinent: quidam etiam co-
rum virginitatem profitentur. ¶ Quartò quæritur, quæ
sint Samaritismi pœnæ? Eædem ferè Samaritis infli- 74
guntur, quæ hæreticis. I. Non possunt habere con-
uenticula, quemadmodum nec hæretici, sed eorum sy-
nagogæ destruuntur, l. sanctæ. 17. in princ. II. Non pos-
sunt adspirare ad aliquem magistratum, dignitatem, vel
militiam, l. Manichæi. 12. in princ. l. quæ de Samaritis
18. in princ. Nou. 144. cap. 1. §. præterea. Eandem pœ-
nam sexto loco irrogabamus hæreticis. III. Non admit-
tuntur ad testimonium dicendum, l. pen. (hęc erat sep-
tima hæreticorum pœna) excepta quæstione, qua quæ-
ritur, an quis sit curialis, Nouuel. 45. §. illud. IV. Omnis
legitima conuersatio eis interdicitur, d. l. pen. vt &
Manichæis, pœna primâ. V. Qui patitur vxorem aut li-
beros amplecti superstitionem Samariticam, si quam
dignitatem habet, ea priuatur, d. l. quæ de Samaritis, in
princip. Non diuersa fuit hæreticorum pœna duode-
cima. VI. Liberis orthodoxis coguntur necessaria
præbere,

præbere, nec possunt eos exheredare, immo si ab eis offensi non fuerint, coguntur integram portionem, quę ab intestato defertur, eis relinquere: offensi verò non poterunt eos legitimâ iure naturali debita priuare, idẽque in Iudæis obtinet, l. hæretici. 13. Eadem fuit hæreticorum pœna decima tertia. VII. Iure Codicis non possunt res suas per donationem vel testamentum transferre ad alios quàm ad orthodoxos, l. 17. §. 1. & 18. vide hæreticorum pœnam decimam septimam, Manichæorum septimam. Verùm Iustinianus posteà liberam rerum administrationem, ac testamenti factionem, & successionem Samaritis restituit: ita tamen, vt si defunctus ab intestato alios cognatos habeat Christianos, alios Samaritas, soli Christiani succedant. Si verò ex testamento Christianus & Samaritanus cõcurrant, hic accipiat solum sextantem, reliquum verò, nisi christianis legatarijs debeatur, coheredi christiano accrescat: à quo tamen Samaritanus, si posteà resipiscat, & ad fidem conuertatur, id recipiet, detractis fructibus medij temporis, Nou. 129. Cuius constitutionis beneficium Iustinus Iustiniani in imperio successor solis rusticis reseruauit, omnibus alijs Samaritis ademit, antiquo iure restituto, in rusticis & illud proprium statuit, vt si successores non habeant orthodoxos, bona non occupentur à fisco, sed ad prædij dominum pertineant. Extat Iustini cõstitutio inter Nouellas Iustiniani, ordine 144. cuius & paulò antè mẽtionem feci. VIII. Si Samaritæ sint curiales, onera subeunt, nec tamen fruuntur curialium honore vel priuilegijs, Nou. 45. in princ. confer cum hæreticorum pœna prima, & sexta. IX. Si Samarita fiat Christianus, deinde per apostasiam ad Samaritismum reuertatur, exilio perpetuo punitur, d. No. 144. c. 2. §. Sed & si qui. X. Samaritæ ad baptismum non admittuntur, nisi priùs per biennium cathecumeni fuerint, aut impuberes sint, d. Nou. §. perpulchrum. XI. Non possunt habere mancipium christianum, d. Nou. in fi. quemadmodum nec hæretici, nec Iudæi, nec pagani, infr. tit. 10. vide sup. hæreticorum pœnam vnde-
75 cimam. ¶ Hæ igitur sunt Samaritanorum pœnæ: quibus ij quoque subiiciuntur, qui contra fidem Christianam Samaritis patrocinium præstant, d. Nou. 144. § ijs-
76 dem. ¶ Cęterùm pœnitentibus venia datur, Nou. 129. c. 3. quemadmodum & sup. hæreticis pœnitentibus ignosci dixi.

Tit. VI. Ne sanctum Baptisma iteretur.

I. 3. 10. j. | *III. 9. 10 ij. iij. iv. v.*
II. 9. 10. j. v.

1 PErgit in tractatu de hæreticis: nam anabaptismus est species hęreseos, id est, iteratio sa-
2 cri baptismatis. ¶ Huius tituli tria sunt capita.
3 ¶ In primo capite exponitur generaliter in quo error anabaptistarum consistat; nempe quia inane reddũt prius baptisma, quo secundum non est validius: ideóque non purificant, sed incestant, lauacri nomine polluentes, l. 1. quapropter qui hoc faciunt, id auferunt, quod geminãt, C. Theod. de hæret. l. 5. ¶ In secundo ex-
4 plicãtur varia genera anabaptistarum: hæc enim hæresis latè patet, & hic error est multis hæreticis communis, quin & Cyprianus, & alij non pauci catholici hoc nomine reprehensi fuerunt. Cùm igitur plures sint anabaptistarum sectę, refero omnes ad tria genera: quia trifariam errant. Quidam enim rebaptizant baptizatos in alia ecclesia sibi non probata. Alij rebaptizant eos, qui in infantia baptizati fuerunt. Tertij sæpius rebaptizant, id est, quotiescumque aliquis peccauerit. Primi erroris causa est, quòd putarunt baptismum nullum esse, quãuis eius forma à Christo instituta seruata fuerit, nisi in vera & pura ecclesia, immo nisi in ipsa ecclesia, quam ipsi probant, factus fuerit. In alterum errorem inciderunt, qui putarunt infantes non posse baptizari, sed tantùm adultos qui actu fidem habent. Tertius error est illorum, qui putantes peccata baptismo ablui, consequenter existimauerunt baptizandum esse, quotiescumque peccata commissa fuerint. Primũ errorem amplexi sunt Eunomiani, Ariani & Donatistæ, qui ab orthodoxis baptizatos rebaptizant. In eodem errore sunt Armeni, qui rebaptizant baptizatos in ecclesia latina, quod eam pro vera ecclesia non agnoscunt. Cyprianus quoque & Affricani episcopi, & ante eos alij Iconij, Synadis, & multis alijs locis rebaptizabãt baptizatos ab hæreticis, teste Eusebio lib. 7. hist. eccles. cap. 3. Tertullianus quoque in eadem est hæresi, quem vide de præscriptionibus aduersus hæreticos cap. 12. & de baptismo, cap. 15. & de pudicitia. cap. 19. Videntur autem hi aliquo modo excusandi, quatenus hæreticorum multi formam baptismi à Christo institutam non retinebãt, neque conferebant: hoc autẽ casu cum priùs baptisma nullũ sit, vero baptismate est opus, quod secus est, cùm hęretici seruata vera baptismi forma baptizant. Et ita intelligitur canon, qui dicitur Apostolorum, 46. Secũdus error videtur proprius anabaptistarum nostri temporis, qui & specialiter anabaptistæ vocantur. Postremum errorem committunt Nouatiani, Marcionitæ, & Donatistę. Ex his hęreticis, quia de cęteris suprà egimus, superest vt consideremus Eunomianos, Armenos, & Anabaptistas. ¶ Quod ad primos attinet, Aëtiani, Eu- 5
nomiani, Eudoxiani, Theophroniani ab auctore Aëtio Syro, & ab eius successoribus sunt nominati: itẽ Anomij, vel Anomæi, vel Anomiani à doctrina; quia filium patri, & filio Spiritum sanctum omnino ἀνόμοιον, id est, dissimilem ponunt: & Troglodytæ, quoniam edicto Theodosij imperatoris ex vrbibus pulsi clam in cauernis vel priuatis ędibus conueniebant, & Gotthici, quòd Gotthorum magna pars hũc errorem sit amplexa. Horum dogmata sunt. I. Filium esse patri per omnia dissimilem. II. Spiritum sanctum esse à filio creatum, & esse filio per omnia dissimilem. III. Deum à nobis perfectè comprehendi posse, qualis & quãtus in se est. IV. Rebaptizant baptizatos ab orthodoxis, cuius tamen anabaptismi non Aëtius, sed eius discipulus Eunomius auctor fuit. V. Baptizant tantùm superioris hominis partem, id est, vsque ad vmbilicum: ideóque baptizandum fasciis inuoluunt, ne infra vmbilicum aqua fluat. VI. Baptizant alio modo, quàm Christus docuit, nẽpe his verbis, εἰς ὄνομα θεοῦ ἀκτίστου, καὶ υἱοῦ κεκτισμένου, καὶ πνεύματος ἁγιαστικοῦ, καὶ ὑπὸ κεκτισμένου υἱοῦ κτισθέντος, id est, *in nomine Dei increati, & filij creati, & Spiritus sanctificantis, atque à filio creato creati.* VII. Existimant Christũ assumpsisse tantum carnẽ, non etiã animam humanam. VIII. Peccatorum impunitatem, & licentiam docent. Cœpit hæc hæresis sub Constantio Constantini filio imp. & Liberio pontif. circa annum à Christo passo 325. ¶ Armeni à loco nominati, quia 6
vtramque Armeniam incolunt, I. Nuptias damnant. II. Negant paruulos egere baptismo, quia inquiunt eos nullum originale peccatum habere ante baptismum. III. Rebaptizant baptizatos in ecclesia latina. IV. Negant Eucharistiæ Sacramentum posse fieri pane azimo, sed vt pollutum reijciunt. V. Aiunt hoc sacramentum prodesse saluti corporis, non animæ. VI. Christum, cùm descendit ad inferos, inde omnes animas eduxisse. VII. Nullum esse peccatum originale. VIII. Omnes homines vsque ad Christum fuisse damnatos. IX. Peccatum simpliciter esse à dæmone, qui homines tẽtat, nullo modo à libero arbitrio. X. Christũ resurrexisse die sabbathi. Quod si verum esset non resurrexisset tertia die, vt ipse prædixit, Matth. 12. vers. 40. & Luc. 18. versus 31. Tribuitur etiam eis hæc opi-

nio, quòd purent omnes in virili ſexu reſurrecturos.
7 ¶ Anabaptiſtaru (hoc vocabulo,vt ſupr. monui, nunc anguſte accepto) originem quidam refert ad annum domini 21. & 22. ſupra ſeſquimilleſimum, in ea parte Saxoniæ, quæ eſt ad Salam flumen: & auctorem primum nominant Nicolaum Stork, qui ſe habere viſiones & reuelationes à Deo iactabat, ac fore dicebat nouum mundum, in quo iuſtitia habitaret, ſed priùs impios homines ex terra exſcindi oportere vnà cum omnibus impiis principibus, & magiſtratibus, id eſt, qui eius ſectam non amplecterentur. Ex hac diſciplina & factione prodierunt Thomas Muncerus, qui & ipſe habuit ſuos diſcipulos Phifferum,Melchiorem Ringgium,& alios,vnde anabaptiſtarum ſecta incrementum cepit. Nonnulli verò neſcio quem Balthaſarem huius ſectæ auctorem laudant. Vtvt ſit, hæc hæreſis diuiſa eſt in multas ſectas, quas ſigillatim explicare,videtur à noſtro inſtituto alienum:quare ſufficiat communes & magis notabiles Anabaptiſtarum errores recenſere. I. Vetus teſtamentum abrogatum eſſe, nec inter Chriſtianos locum habere contendunt. II. Animas aiunt poſt morte dormire vſque ad nouiſſimum diem. III. Inquiunt non eſſe baptizandos infantes:ideóque in infantia baptizatos, poſteà,cùm ad ætatem adultiorem peruenerunt, & in fide cõfirmati ſunt, rebaptizant. IV. Cenſent nunquam eſſe iurandum. V. Nemini licere quicquam habere proprij: id enim eſſe contra charitatem. VI. Chriſtianum neque poſſe gerere magiſtratum, nec ſalua conſcientia confugere, cùm opus habet, ad magiſtratum, & omnino nullum eſſe magiſtratus vſum apud Chriſtianos. VII. Chriſtianum non debere reſiſtere ei, qui vim inferat, non occidere,non carceri includere,non gladio punire,ſed tantùm excommunicare,non bella gerere,neque ea in
8 re magiſtratui obtemperandum. ¶ Tertium caput eſt de pœnis anabaptiſmi. Hîc duæ quæſtiones diſſoluun-
9 tur. ¶ Primò quæritur, quinam propter anabaptiſmum puniantur? Reſpondetur, puniri tam rebaptizantes,quàm rebaptizatos,nec non iudices,qui delictũ ad
10 ſe delatum coërcere negligunt,l.2.& 3. ¶ Secúdò quæritur, quibus pœnis anabaptiſtæ afficiantur? Hæ verò pœnæ eis infliguntur. I. Epiſcopi, vel presbyteri, qui rebaptizauit,depoſitio,l.1 & 2. II. Exilium. III. Multa decem librarum auri. IV. Amiſſio iuris donandi, vel teſtamẽti faciendi,l.3. V. Vltimum ſupplicium,l.2. vbi tamen puto eſſe mẽdum,quia pugnat cum ſeq.l.3. Nec placet,quod nonnulli aiunt,l.2.per 3.corrigi Vveſembecius vltimum ſuppliciũ interpretatur,exilium:quod non puto admittendum:quia vltimum ſupplicium vocatur tantùm mors, D. de pœnis. l. vltim. 20. vbi non dubito,quin mors accipiatur pro naturali. Puto igitur verbum *vltimo* in d.l.2. ex falſo gloſſemate irrepſiſſe in contextum. Nam & in Cod. Theod. hoc tit.l.pen.non legitur *vltimo ſupplicio*, ſed *prioris ſtatuti ſupplicio*. prius autem ſtatutum non puniebat anabaptiſtas morte, ſed confiſcatione bonorum,eod.tit.l.2.4.& 5.

Tit. VII. De Apoſtatis.

I. 5.6.vj.	*IV. 4.iij.iv.6.iv.v.xj.*
II. 4.j.5.6.v.	*V. 6.viij.*
III. 4 ij.6.j.ij.v.vj.	*VI. 1 4 v.5.6.ix.*

1 SIcut hæretici, ita & apoſtatæ puniuntur. vnde hîc titulus aptè præcedentibus hæret, & cò magis,quòd apoſtatarũ numero ſunt etiã, qui relicta orthodoxa doctrina amplectuntur aliquam
2 hæreſim, l.vlt. ¶ Hunc titulum diuido in quatuor ca-
3 pita. ¶ In primo capite exponitur, quot modis accipiatur Apoſtata,& in qua ſignificatione conſideretur hoc titulo. Gloſſ.extr.hoc tit.c.1.triplicem facit apoſtaſiam. I. Perfidiæ,cùm aliquis recedit à fide chriſtiana. II. Inobedientiæ,quando aliquis tranſgreditur præceptũ ſui ſuperioris. III. Irregularitatis, cùm quis recedit ab ordine ſuo,ſiue aſſumptæ religionis. Ex his ſignificationibus prima eſt hîc accipiẽda, quæ & maximè propriè
apoſtaſia dici meretur. ¶ In ſecundo capite docetur, 4
qui ſint apoſtatæ. Quinque definitiones apoſtatæ ſub hoc titulo reperiũtur. I. Qui violauit ac deſeruit chriſtianam religionem, l. 2. II. Qui ſanctam fidem prodidit, l. 3. III. Qui prodens diuinum myſterium, in profana migrauit. IV. Qui nomine vanitatis indutus, ſacrificia ſacrilega vel fecit,vel facienda mandauit, l.4. V. Qui verum chriſtianæ religionis cultum reliquit,
l.vlt. ¶ In tertio capite declarantur duæ ſpecies apo- 5
ſtaſiæ:quarum vna eſt,cùm apoſtata tranſit ad aliquam hæreſim, retento Chriſtiani nomine, & profeſſione quali quali,l.vlt. Altera,cùm quis omnino fidem chriſtianam, & nomen deſerit,atque in Iudaiſmum,vel pa-
ganiſmum, vel ſimilem ſectam migrat, l. 1. & 2. ¶ In 6
quarto capite pœnæ apoſtatis irrogantur. I. Segregantur ab omni conſortio,l.3. II. Sunt infames, vj. q. 1. c. infames. III. Non poſſunt teſtimonium dicere, d. l.3. IV. Non poſſunt donare: & ſi in fraudem huius iuris vendant,venditio non valet, l.4. V. Non poſſunt facere teſtamentum:quod ſi fecerint,etiam poſt eorũ mortem accuſari poterit intra quinquennium, & reſcindi, ſucceſſione propinquis orthodoxis delata, l. 2.3.& 4. VI. Non poſſunt alicui ſuccedere,l.3. VII. Damnatorum bona confiſcantur,l.1. VIII. Qui inuitum ſeruum vel ingenuum à Chriſtiana religione ad ſuperſtitioſam aliquam ſectam transduxerit,confiſcatis bonis,vltimo ſupplicio plectitur,l.pen. IX. Clerici, vel monachi,qui relicta orthodoxa religione, Apollinaris, vel Eutichetis hæreſim amplectũtur, hæreticorum pœnis ſubiacent,& in exiliũ ſicut manichæi mittuntur, l. vlt. X. Qui ad paganiſmum tranſeunt, vltimo ſupplicio afficiuntur,infr.de pagan.l.vlt.in princ. XI. Apoſtaſiæ crimen publicum, & perpetuum eſt, l.4. XII. Pœnitentibus venia non datur, l. 3. verſ. ſed nec vmquam. qui verſus quaſi æquitati cõtrarius,in Baſilicis omiſſus fuit. Sanè aliis hæreticis & ſamaritis pœnitentibus ignoſci ſupr.notaui.

Tit. VIII. Nemini licere ſignum Saluatoris Chriſti humi, vel in ſilice, vel marmore aut inſculpere, aut pingere.

HOc titulo, vt hæreticis & apoſtatis ſimiles, 1
puniuntur, qui ſignum crucis conculcant. De cruce igitur duæ quæſtiones diſſoluun-
tur. ¶ Primò quæritur, quibus epithetis ſiue attributis 2
ornetur? I. Dicitur ſignum Saluatoris, vt hîc in rubr. & l.vnic. II. Signum noſtræ fidei,infr.tit.proxim.l.Iudæos. 11. III. Signum ſalutis noſtræ, Nouel.5. cap.1. IV. Sancta,d.l.Iudæos. V. Venerabilis, 3.de epiſcop.& cler. l.decernimus. 26.& infr.de iur.deliber. l.vlt.§.ſin autem dubius. VI. Honoranda,d.Nou.5.c.1.& No.125. c.32. VII. Adoranda,d.Nou.5.c 1. Nam adorandi verbo veteres ſæpe vſi ſunt latiùs, vt ſignificarent quemcumque honorem, non tantùm eum,qui Deo exhibetur. Crucem autem honorandam eſſe imperatores exiſtimarunt, non per ſe,ſed contemplatione quadam,&
memoria Chriſti Saluatoris. ¶ Secúdò quæritur, quid 3
de cruce in iure caueatur? I. Non alibi, quàm in venerabili loco ſeu religioſis ædibus reponi debet, d. l. decernimus,d.Nouel.123. cap 32. II. Adhibetur in locis expiandis, C.Theod.de pagan. ſacrif.& temp. l. vlt. & conſecrandis,d.Nouel.5.c.1. Nou.67.c.1. III. Præfertur in litaniis celebrandis,Nouel.133.cap.32. IV. Præſcribi debet manu heredis in rerum hereditariarum

inuentario

inuentario conſcribendo, d. l. vlt. §. ſin autem dubius.
V.Non debet conculcari,ſiue humi inſculpi,aut depingi,vt hoc titulo cauetur:qui non debet ita accipi, quaſi omnino prohibeat crucem in ſilice, vel in marmore inſculpi, aut omnino prohibeat crucem depingi: ſed hæc omnia reguntur a dictione *humi*:vt ſenſus ſit,non debere crucem in ſilice aut marmore humi poſito inſculpi,ſimiliter non debere humi,vel in tabula humi poſita depingi. VI. Interdicitur Iudæis, ne crucem in ſuis feſtiuitatibus comburant,infr.tit.prox.l.Iudæos.11.

Tit.IX.De Iudæis,& Cælicolis.

I.18.*ij*.	*XI*.14.*ij*.
II.14.*j*.	*XII*.22.
III.14.*iij*.	*XIII*.14.*j*.
IV.14.*j*.	*XIV*.14.*x*.*xij*.
V.13.*ij*.	*XV*.20.
VI.17.*j*.	*XVI*.14.*iv*.*v*.
VII.15.*ij*..	*XVII*.15.*iv*.
VIII.20.21.	*XVIII*.*p*.15.*iij*.
IX.18.*j*.	§.*j*.14.*ix*.
X.15.*ij*.	§.*vlt*.15.*iij*.

1 Dictum eſt de hæreticis, de Samaritis, de apoſtatis,& de iis qui crucem in contemptum chriſtianæ religionis ludibrio habent:conſequenter nunc dicemus de aliis perſonis à chriſtiana religione abhor-
2 rentibus,quales ſunt Iudæi,& Cœlicolæ. ¶ Huius ita-
3 que tituli duæ ſunt partes. ¶ Prior pars de Iudæis diui-
4 ditur in tria capita. ¶ In primo capite explicatur quinam hoc loco vocentur Iudæi. Hoc enim vocabulum accipitur duobus modis,etenim Iudæi vocantur I. Secundum carnem,qui ſunt natione Iudęi,quamuis nonnulli eorum chriſtianam fidem ſint amplexi. II.Ratione tantùm habita religionis, qui vetus teſtamentum male intellectum recipiunt,nouum autem,quod veteri confirmatur,reſpuunt. In hac poſteriori ſignificatione
5 Iudæi hoc loco accipiuntur. ¶ In ſecundo capite declarantur ſeptem Iudæorum ſectæ, quas breuiter perſtringam, corúmque præcipua dogmata partim vera, partim falſa proponam, quatenus eorum notitia confert ad ius ciuile intelligendum, & neceſſaria eſt vero Iuriſconſulto.Fuerunt igitur Sadducæi,Scribæ, Phariſæi, Hemerobaptiſtæ, Nazarei, Oſſeni,& Herodiani.
6 ¶ Sadducæi à Sadoc Antigoni diſcipulo nominati, inter Iudæos connumerantur,cùm quia natione ſunt Iudæi,tum etiam quia Hieroſolymis ſacrificabant.Cęterùm doctrina cum Samaritis potius cōueniunt.I.Namque negant Deum omnia mala videre.II.Animas aiunt eſſe mortales. III.Negant reſurrectionem. IV. Negant eſſe angelos,aut ſpiritus. V. Negant eſſe fatum,& om-
7 nia ſubiiciunt noſtro arbitrio. ¶ Scribæ(vt ait Epiphanius, lib.1.tom.1.hæreſ.15.)fuere legis expoſitores. Hi cætera quidem vt alij Iudæi faciunt, ſed ſuperſtitione alios ſuperant, & præter Dei præcepta ex abundanti multa ſibi obſeruāda præſcribunt, veluti manuum crebram lautionē, vaſorum purificationē,& id genus alia. Habent autem traditiones quatuor, quas δευτερώσεις appellant, quaſi ſecundarias traditiones, id eſt,verbo Dei adiunctas.I.In nomen Moſis prophetæ. II.In præceptorem ipſorum Acibam, ſiue Baraeibā appellatum. III.In Audan, ſiue Annun,qui & Iudas.IV.In filios Aſ-
8 ſamonæi. ¶ Phariſæi(vt ait Epiphanius)dicti ſunt quaſi ſeparati a cæteris ob ſuperfluā quamdam & exuberantem religionē,qua ſe cæteris antecellere putabāt. Atq; hæc etymologia à pleriſque recepta eſt, etſi nonnulli Phariſæos dictos putant quaſi legis expoſitores, id eſt quaſi melius quàm cæteri diuinam legem explicarent.
Alij quaſi expoſitos,claros,& conſpicuos, ob vitæ ſanctimoniā non vulgatem,quam præ ſe ferebant, phylacteria dilatantes,& alia faciētes,quæ Chriſtus eis obiicit,vt ab hominibus cōmendarentur, & magis conſpicui eſſent. Harum diuerſarū interpretationū cauſa eſt, quia verbum Hebraicum פרש *paras*,à quo Phariſæi dicti ſunt,aliàs exponere,alias diuidere & ſeparare ſignificat.Hi I.Omnia fato tribuūt, & nihilominùs liberum arbitrium non negant. II.Credunt eſſe angelos,& ſpiritus.III.Animas cenſent eſſe immortales.IV.Dei iudicium futurum credunt, quo pro meritis præmia vel pœnas ſinguli conſequentur. V. Vitam duram,ab omnibus deliciis alienam ducunt; aſſiduéque ieiunant, & orant;atque in decimis,primitiis,ſacrificiis, votis nihil
intermittunt, aut negligunt. ¶ Hemerobaptiſtæ ex eo 9
dicti, quòd ſe quotidie baptizarent, ferè in omnibus cum ſcribis & Phariſæis cōueniunt,præter quàm quòd cum Sadducæis reſurrectionem mortuorum negāt: & illud,quod dixi,peculiare habent,vt ſe quotidie bapti-
zent. ¶ Nazaræi a Galaditide & Baſanitide regione, & 10
locis vltra Iordanem originem trahentes, fere in omnibus inſtituta Iudæorum ſeruant,ſed hæc habent propria.I.Victimas non mactant.II.Animatis non veſcuntur. III. Pentateuchum Moſis non admittunt, exiſti-
mantes longe aliam fuiſſe legem,quam Moſes accepit. 11
¶ Oſſeni,vel Eſſeni,vel Eſſæi,ſi Philoni credimus,dicti ſunt à Græco vocabulo,quaſi ὅσιοι,id eſt,ſancti, tamquàm Deum maximè colentes. Hæc autem ipſis partim ab eodem Philone in lib. *περὶ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον, omnem probum eſſe liberum*, partim à Ioſepho libr.2.belli Iudaici attribuuntur. I.Deum omnium bonorum, nullius mali auctorem eſſe cenſent. II. Nulla animalia ſacrificant, ſed mentes ſuas ſacras faciendas exiſtimant. III. Quotidie ſe aqua frigida abluunt. IV. Non iurant. V. Viuunt in perpetuo cœlibatu,ac liberos non gignunt, ſed adoptant. VI. In vicis habitant, à ciuitatibus abhorrentes, propter hominum, qui in iis verſantur, improbitatem. VII. Non habent ſeruos, ſed omnes ſunt liberi. VIII. Bona communia habent, diuitias & gloriam contemnunt, voluptates reſpuunt.IX.Rationalem,& naturalem philoſophiam reiiciunt, diuinam tantùm amplectuntur. X. Non niſi probatos continentiæ homines in ſocietatem recipiunt: receptos magnis execrationibus obſtringunt, vt Deum colere, & iuſtitiam ſeruare velint: deprehenſos in peccatis,à ſocietate reiiciunt. XI.Animas bonorum ad fortunatas inſulas, malorum ad loca
inferna abire putant. ¶ Herodiani dixerunt verum 12
Chriſtum patribus promiſſum,eſſe Herodem. Decepti namque eo dicto, *& non deficiet princeps ex Iuda, neque dux ex femoribus ipſius,donec veniret cui reſeruatur*,Hero-
di reſeruatum dixerunt,qui erat alienigena. ¶ In tertio 13
capite Iudæorum iura explicantur: quorum alia ad ius ſacrum & religionem pertinent, alia ad ius publicum,
alia ad ius priuatum. ¶ Ad ius ſacrum & religio- 14
nem pertinent hæc. I. Licet Iudæis ſabbatha & feſtiuitates ſuas celebrare, adeo vt tunc temporis neque munera ſubeant,neque iudicio conueniri,aut conuenire poſſint, l. 2. l. die ſabbathi. 13. II. Cùm Iudæorum nonnulli ad pœnæ recordationem,id eſt,memorię cauſa ad commemorandam pœnam de Aman Iudæorum hoſte ſumptam, qui cruci affixus fuit, ſolerent in ſolenni Aman, (id eſt, in feſto ſortium, quod Iudæi celebrant decima quarta & decimaquinta die menſis Adar,qui noſtro Februario reſpondet, vt ſcriptum eſt Eſther c. 9. quod etiam vocatur feſtum Mardochæi, 2.Macchab.cap.vlt.)Cùm,inquam,in hoc ſolenni feſto per occaſionem commemorādæ pœnæ de Aman ſumptæ, Iudæi quidam non ſolùm in ipſius Aman, ſed etiam in Chriſti & religionis chriſtianæ contemptum

crucem cremarent, id in posterum facere prohibentur,
l. Iudęos. 11. vbi cùm scriptum sit, *solemnia ad pœna*: vlti-
ma litera verbi *solemnia* separatim cum puncto, vt
singla legi debet hoc modo, *solemni A.* integrum
enim verbum est *Aman*, vt constat ex Cod. Theodos.
h. tit. l. 18. alioqui si solemnia legamus, non poterimus
commodam interpretationem verbis accommodare.
III. Iudæis sub graui pœna interdicitur, ne conuersos
ad Christianam religionem vllo modo vexent, aut læ-
dant, l. 3. IV. Eis permittitur, vt suæ tantùm sectæ ho-
mines, non etiam Christianos, vel alios circumcidant,
l. Iudæi. 16. & D. de sicar. l. circumcidere. 11. in princ.
V. Vetantur alius religionis hominem contraria do-
ctrina ad suam sectam traducere, d. l. Iudæi. 16. VI. Scri-
pturas legere possunt quacumque lingua: ex Græcis
tamen interpretationibus duæ tantùm eis permittun-
tur, nempe septuaginta interpretum, & Aquilæ, Nou.
146. c. 1. VII. Qui negant carnis resurrectionem, vel fu-
turum Dei iudicium, vel esse angelos ac spiritus, mit-
tuntur in exilium, d. Nou. 146. c. 2. VIII. Iustinianus
dánat, & ab eis legi vetat, quas ipsi vocant *δευτερώσεις*,
id est, maiorum suorum traditiones, quarum & paulò
suprà mentionem feci, ead. Nou. c. 1. §. eam verò. Iudæi
namq; tam superstitiosè his traditionibus adhærere so-
lent, vt eas magis quàm Dei verbum obseruent, quem-
admodum eis Dominus exprobrat Matth. 15. & Mar-
ci. 7. IX. Nouæ synagogæ fieri non possunt, sed tantum
veteres fulcire licet, l. vlt. §. 1. Sunt igitur Iudæi melio-
ris conditionis, quàm Samaritæ, quorum Synagogas
destrui suprà notaui. X. Iudæorum synagogæ non de-
bent à quopiam comburi, l. nullus. 14. XI. Non debent
à militibus occupari. Vocantur enim religiosarum ha-
bitationum loca, l. 4. differunt tamen à templo, & à sy-
nedriis, Iohan. 18. vers. 20. *Ego semper docui in synagogis,
& in templo, quò vndique Iudæi conueniunt.* & Matth. 10.
vers. 17. *tradent vos in synedrio, & in synagogis suis vos fla-
gellabunt.* Templum namque vnum erat Hierosolymis,
& alterum apud Samaritas in monte & tribu Ephraim.
Synagogæ verò multæ fuerunt etiam à priuatis homi-
nibus ædificatæ, vt à centurione, qui eo nomine à Iu-
dæorum senioribus Christo commendatur, Lucæ. 7.
vers. 5. Synagogæ igitur sunt loca à templo diuersa, &
distincta, in quibus Iudæi conueniunt diuini cultus, vel
doctrinæ gratia. Synedria verò sunt concilia, seu con-
sessus, seu collegia iudicum, ad quos causæ deferebàn-
tur. XII. Iudæi non debent ab aliquo offendi prætextu
religionis, d. l. nullus. & infr. de paganis. l. 6. XIII. Iudæus
obæratus, vel criminis reus, si simulet se velle Christia-
nam religionē amplecti, vt possit ad ecclesiā confugere,
non fruitur hoc priuilegio, nec prius in ecclesiam reci-
pitur, quàm æs alienum dissoluerit, aut innocentiam
suam purgarit, infr. de his qui ad eccles. confug. l. 1. Hæc
15 dicta sint de his, quæ ad religionē pertinent. ¶ Trans-
grediamur ad ea, quę referuntur ad ius publicum. I. Iu-
dæi admittuntur ad honores, veluti ad decurionatum,
D. de decurion. l. 3. §. vlt. II. Qui eorum curiales sunt,
obnoxij sunt curiæ, l. quicumque. 10. & neque tutelas,
neque alia munera, quæ ipsorum superstitioni non ad-
uersantur, recusare possunt, l. 5. & D. de excusat. l. spado-
nem. 15. §. iam autem. & de decurionibus, d. l. 3. § vlt.
III. Non possunt magistratum gerere, vel ius dicere, vel
defensores fieri, vel alias eiusmodi dignitates suscipe-
re, l. vlt. in princ. & §. vlt. & supr. de hæret. l. Manichæi
vndique. 12. in princ. IV. Iudæorum primates, qui in sy-
nedriis dominantur, periculo suo anniuersarium ca-
nonem de synagogis exigere, & pendere debent, l. pen.
16 Hæc de iure publico. ¶ Sequuntur ea, quæ ad ius pri-
uatum pertinent. Hæc partim ad personas spectant;
partim ad res, id est, ad contractus, & vltimas volunta-
17 tes; partim ad iudicia. ¶ De iure personarum hæc
sunt notanda. I. Iudæi non habent ius connubij cum
Christianis: quia nec Iudæus Christianam ducere, nec
Iudæa Christiano nubere potest, l. 6. II. Matrimonia
Iudæi inter se contrahunt secundum leges Romanas,
non secundum suam legem, vel suam consuetudinem,
vnde plures vxores eodem tempore habere non pos-
sunt, l. nemo Iudæorum. 7. III. Si liberos habent chri-
stianos, coguntur eis omnia necessaria suppeditare, nec
possunt vllo casu eos exheredare. Nā licèt ab eis offen-
si fuerint, nihilominùs portionem eis natura debitam
relinquere tenentur: quòd si non fuerint ab eis offen-
si, necesse est, vt integram portionem, quæ ab intestato
defertur, eis relinquant, supr. de hęreticis. l. hæretici pa-
tres. 12 Idem supr dixi de hæreticis, & Samaritis. IV. Iu-
dæi non possunt habere mancipium christianum, infr.
tit. prox. ¶ Quod ad res attinet. I. Nemo exterus potest 18
Iudæis res venales proponentibus statuere pretia: quia
iustum est, sua cuique committere, l. nemo exterus. 9.
II. Vniuersitati Iudæorum, qui sunt in aliqua ciuitate,
legari non potest, l. 1. ¶ De iudiciis autem duo sunt 19
notanda. I. Qui, & in quibus casibus iudices sint.
II. Secundum quæ iura sit iudicandum. ¶ Ad primum 20
quod attinet, cognoscere de causis debent iudices or-
dinarij, non seniores Iudæorum, inter quascumque
personas litigetur, id est, siue lis sit inter Iudæos, siue
inter Iudæum & Christianum, l. si qua. 15. Item de qua-
cumque re sit controuersia, atque adeo etiam si de re-
ligione agatur, l. Iudæi communi. 8. Hoc tantùm Iudæis
permittitur, vt in ciuili negotio ex communi consensu
possint apud Iudæos litigare, d. l. 8. ¶ Quod verò ad 21
alterum caput attinet, secundum Romanas leges, non
secundum ius Mosaicum, aut Iudæorum consuetudi-
nem, est iudicandum, d. l. 8. Hæc dicta sint de Iudæis.
¶ Secunda tituli pars, est de Cœlicolis. Cœlicolæ di- 22
cuntur, qui Solem, & Lunam, & reliquam (vt in sacris
literis vocatur) cœli militiam colunt, & adorant. Ho-
rum secta prohibetur: qui eorum ad christianam fi-
dem se conuertunt, recipiuntur, reliqui damnantur, vt
hæretici, & edificia, in quibus conueniunt, ecclesiis
vindicantur, l. cœlicolarum. 12. Horum mentio fit
etiam in l. 3. vt in quibusdam libris legitur. Sed ibi ver-
bum *cœlicolis* abest a C. Theod. & à quibusdam manu-
scriptis.

---

*Tit. X. Ne Christianum mancipium hæreticus, vel
Iudæus, vel paganus habeat, vel possideat,
vel circumcidat.*

I. x. 3. | *II. x. 3.*



Vius tituli duæ sunt partes. ¶ In prima 1
cauetur, ne hæreticus, vel Iudæus, vel pa- 2
ganus (adde vel Samarita, ex Nou. 144.
in fin.) seruum christianum habeat, vel
possideat, l. 1. & 2. Differentiam inter ha-
bere & possidere, vide in l. stipulatio ista. 38. D. de verb.
oblig. Si quis contra hanc prohibitionem Christia-
num mancipium habeat, pœnam triginta librarum
persoluit, & seruus ad libertatem perducitur. Adde,
quòd si Iudæus, vel hæreticus, vel similis persona ha-
beat seruum non christianum, & hic seruus christia-
nam fidem amplectatur, statim libertatem conseque-
tur: & quamuis posteà dominus quoque eius fiat Chri-
stianus, tamen eum seruum non recipiet: libertas enim,
quæ semel competijt, non reuocatur, supr. de episcop. &
cleric. l. pen. §. vlt. ¶ In secunda tituli parte, capitali pœ- 3
na plectitur Iudęus, vel hæreticus, &c. qui christianum
mancipium, aut alterius sectæ circumciderit, & hoc
quoque casu mancipio circumciso libertas conceditur,
dd. ll. 1. & 2. coniunge supr. de Iudæis, l. Iudæi & bono-
rum. 16 & D. de sicar. l. circumcidere. 11. in prin.

Tit. XI.

Tit. XI. De Paganis, & ſacrificiis, & templis.

I.p.13.ij.	*IX.5.iij.*
§.j.10.	*Princ.5.iij.7.j.*
§.vlt.12.ij.v.	*§.j.8.*
II.10.12.ij.	*X.p.5.iij.7.v.*
III.10.13 j.	*§.j.7.iv.*
IV.10.	*§ ij ſi verò propter.7.iv.*
V.12.iij.	*§. iij. ſi vero non ſint. 7. iv.*
VI.7.p.	*§ pen.12.j.*
VII.10.11.12.v.13.ij.	*§.vlt.5.iij.7.ij.iij.*
VIII.10.11.12.iv.	



1 IN recenſendis perſonis ab eccleſia & re-
ligione alienis, cōpoſitores Codicis hoc
ordine vtuntur; vt minùs à fide abhorren-
tes, priori loco; magis alienos & remotos,
poſteriori loco ponāt: vnde primùm ege-
runt de hæreticis, qui Chriſtianiſmum qualiter quali-
ter profitentur: poſteà de apoſtatis, qui aliquando fue-
runt Chriſtiani: tum de Iudæis, quorum ſecta propiùs
ad Chriſtianiſmum accedit, quam Paganorū: & Iudæis
ſubiunxerūt Cœlicolas, quòd etiam inter Iudæos qui-
dam tales fuerint. Poſtremo igitur loco agitur de Paga-
nis, qui à chriſtiana religione ſunt omniū remotiſſimi:
& quoniam pagani ſuis ſacrificiis & tēplis vtebātur, de
2 his omnibus hoc titulo dicendū eſt. ¶ Sunt igitur huius
3 tituli tres partes. ¶ In prima parte de paganis quinque
4 quæſtiones diſſoluūtur. ¶ Primò quæritur, quot modis
accipiatur hoc vocabulum Paganus? Reſpōdetur acci-
pi tribus modis: nam pagani opponuntur I. Vrbanis,
túncq; ſignificantur, qui pagos extra vrbem habitāt: vt
apud Cic. pro domo ſua, illo loco, *Nullum eſt in hac vrbe
collegiū, nulli pagani*, &c. II. Militib⁹, inf. de inoff. teſtam.
l. vlt. & de loca. l. vlt. & D. de ſeru. fugit. l. 1. §. hoc autem.
& locat. l. ſi ignoras. 50. & de milit. teſtam. l. idémque. 9.
§. 1. & ad leg. Falcid. l. vlt. & de cuſtod. & exhib. reor. l.
milites. 12. §. vlt. & de pœn. l. quædam. 14. & aliis per-
multis locis. III. Chriſtianis & Iudæis, vt ſupr. tit. prox.
5 in rubr. & l. 2. & in tot. hoc tit. ¶ Secūdò quæritur, qui-
bus appellationibus ſignificentur? Vocātur I. Pagani, vt
modò dictum eſt. II. Gentiles, ſiue ethnici, C. Th. de hæ-
retic. l. ne Donatiſtæ. 46. & de Pagan. l. qui profano. 21.
III. Græci, l. pen. & l. vlt. in princ. & §. vlt. ſupr. tit. prox.
6 d. l. 2. ¶ Tertiò quæritur, qui ſint Pagani? Reſpondetur,
pàganos eſſe, qui nefarios ſacrificiorum ritus, & funeſtę
ſuperſtitionis errores exercent, Nou. Theod. de Iudæis.
7 ¶ Quartò quæritur, quæ ſint paganiſmi pœnæ? Pagani
non ſunt prætextu religionis à quopiam offendendi,
non enim lex eos cuiuſuis libidini expoſitos eſſe iubet,
l. 6. ſed ſequētibus pœnis legitimè afficit. I. Non poſſunt
ex donatione, vel teſtamento aliquid capere, l. pen. in
princ. II. Non poſſunt docere, l. vlt §. vlt III. Nō fruun-
tur vlla publica annona, d. l. vlt. §. vlt. IV. Niſi bàptiſmū
ſuſcipiant, in exiliū mittuntur, bonis omnibus confiſ-
catis, d. l. vlt. §. 1. & §. ſi verò non ſint. Quòd ſi militiam,
vel dignitatē habens, ne hæc amittat, fictè baptiſmum
recipiat, ac ſuos in errore relinquat, nihilominùs ea
perdit, & competenti pœna afficitur, d. l. vlt. §. ſi verò
propter. V. Si poſt baptiſmum in paganiſmo meneant,
vltimo ſupplicio afficiuntur, d. l. vlt in princ. De pœna
8 verò ſacrificantiū dicā in ſequenti parte. ¶ Quintò quę-
ritur, à quibus puniātur pagani: Puniuntur à pręſidibus
prouinciarum, niſi ob grauitatem delicti res referenda
9 ſit ad principem, d. l. pen. §. 1. ¶ In tertia parte de ſacri-
10 ficiis diſſoluuntur tres quæſtiones. ¶ Primò quæritur,
an ſacrificia & ritus paganorum permittātur? Reſpon-
detur, eorum ſacrificia & omnes ritus prohiberi, l. 1.
§. 1. l. 3. 4. 7. & 8. pręſertim ſacrificia, quæ coniuncta ſunt
cum inquiſitione veritatis rerum futurarum, vel præ-
ſentium, l. 2. de quibus dicetur etiam infr. lib. 9. tit. 18.
¶ Secundò quæritur, quale crimen à ſacrificantibus 11
committatur? Reſpōdetur, committi crimen publicum,
dd. ll. 7. & 8. ¶ Tertiò quæritur, quibus pœnis afficiātur, 12
qui ſacrificāt, vel ſacrificari patiuntur? I. Pagani ſacrifi-
cātes afficiuntur pœna Manichæorū, l. vlt. §. pen. II. Alij
ſacrificātes puniuntur vltimo ſupplicio cum bonorum
confiſcatione, l. 1. §. vlt. & l. 2. III. Loca ſacris pagano-
rum deputata confiſcantur, exceptis iis, quæ priuatis
vel eccleſiis beneficio principum ſunt conceſſa, l. 5.
IV. Si quis patiatur ritum paganorum in ſuo prædio
celebrari, prædium illud publicatur: & inſuper ipſe do-
minus, ſi dignitate vel militia præditus ſit, non ſolùm
ea ſpoliatur, ſed etiam bonorum publicationem pari-
tur. Si verò plebeius ſit, poſt cruciatus corporis con-
demnatur in opus metalli, aut perpetuo exilio, l. 8. V. Si
rector prouinciæ ſacrificantes punire neglexerit, puni-
tur, l. 1. §. vlt. & tam ipſe, quàm eius officium quinqua-
ginta libras auri fiſco inferre iubentur, l. 7. ¶ In tertia 13
parte de templis paganorum duo ſtatuuntur. I. Prohi-
betur, ne diruantur, l. 3. II. Iubetur, vt claudantur, ne cui
acceſſus, aut ingreſſus pateat, l. 1. in princ. & l. 7.

Tit. XII. De his, qui ad eccleſiam confugiunt, vel ibi exclamant.

I.4.	*§ j.8.iij.*
II.8.j.	*§. quòd ſi in finibus.8.iij.*
III.p.6.	*§. cùm autem.8.iij.*
§.j.5.	*§. ſed ſi hoc.8.iij.*
§. Proinde.6.8.j.	*§. pen.4.9.iij.*
§ vlt.5.	*§. vlt.9.iv.*
IV.5.	*VII.10.*
V.11.	*VIII.p.11.*
VI.p.8.j.ij.9.j.	*§.j.8.v.*



QVod attinet ad ſcopum & nexum huius 1
tituli, cùm ſuprà conſideratæ fuerint pri-
mùm perſonæ eccleſiaſticæ & religioſæ,
deinde perſonæ ab eccleſia & religione
alienæ, nunc cōſiderandæ veniunt medii
quodammodò generis perſonę, quæ nec inſeruiunt ec-
cleſiæ, nec ab ea ſunt alienæ, immo ex ea beneficium
quærunt. ¶ Huius tituli duæ ſunt partes. ¶ In priori 2
parte de his qui ad eccleſiam confugiunt, quatuor quæ- 3
ſtiones deciduntur. ¶ Primò quæritur, qui poſſint vel 4
non poſſint ad eccleſiam confugere? Quidā non poſſunt
ad eccleſias confugere, vt eius præſidio ſe tueantur: ve-
luti Iudæi, qui ære alieno preſſi, vel rei alicuius cri-
minis ſimulant ſe velle fieri Chriſtianos, vt hoc ad ec-
cleſiam perfugio vti poſſint, l. 1. Alij è contrario omni-
no in eccleſiā recipiuntur, vt regulariter omnes Chri-
ſtiani. Nonnulli quodammodò admittuntur, vt ſerui,
coloni, adſcripritij, & ſimiles; qui nō omnino fruuntur
priuilegiis confugientiū ad eccleſias, quæ poſteà enar-
rabimus, nec omnino ſummouētur, vt Iudæi: ſed eccle-
ſiaſtica cenſura puniti, aut venia impetrata, & inter-
ueniente pro eorū ſecuritate iuramento, redduntur iis,
ad quos pertinēt, l. 6. §. pen. Ex quo Photius colligit, cle-
ricos interdum iurare cōpelli. Quod enim de iuramen-
to pro ſecuritate ſeruorum, aut ſimilium perſonarū ad
eccleſiam confugientium præſtando modò diximus,
Photius ſic accipit, vt clerici hoc iuramentum præſtēt.
Sed nō dubito, quin hæc interpretatio ſit falſa: iuramē-
tum autem præſtandum ſit à domino, ne fortè eum re-
ceptum male tractet. ¶ Secundo quæritur, quomodò 5
confugiendum ſit ad eccleſiam? Lex iubet inermes ad
eccleſiam confugere, l. 3. §. 1. quòd ſi arma ſecum in
eccleſiam geſtauerint, iubentur ea deponere, &

nisi id faciant, ex ecclesia abstrahuntur, d. l. 3. §. vlt.
quemadmodum & seruus, qui cum armis ad ecclesiam
confugit, inde abstrahi debet, ac, si resistat, impune po-
6 test interfici, l. 4. ¶ Tertiò quæritur, quis locus assigne-
tur confugis, vt ibi tutò maneant? Non tantùm lex eis
concedit & assignat asyli loco altaria & oratorium,
sed etiam vsque ad primas ecclesiæ ianuas loca omnia
interiecta, vt cellas, domos, hortos, balnea, porticus, d. l.
3. in princ. sic tamen, vt confugæ in templo nec dor-
7 miant, nec cibum capiant, d. l. 3. §. proinde. ¶ Quartò
quæritur, quinam sint effectus perfugij ad ecclesiam. Hi
partim spectantur in confugis, partim in clericis loco
8 illi sacro inseruientibus, partim in aduersariis. ¶ De
confugis hæc notentur. I. Lex vetat eos inuadi, l. 3. §.
proinde. vel abstrahi, pœnam irrogãs capitalem iis, qui
tentarint, l. 2. & l. 6. in princ. II. Confugis nec quies, nec
res necessariæ denegari debent, d. l. 6. in princ. III. Si in
loco sacro publicè appareant, conueniri possunt, d. l. 6.
§. 1. Si verò latitent, à personis religiosis inquiri de-
bent, ac præsentari, d. l. 6. §. quòd si in finibus. vt ciuili-
ter conuenti respondeant per se, vel per procuratorem,
ead. l. 6. §. cùm autem monitus. quòd si se non defen-
dant, iudiciarius ordo seruatur, & post trinam citatio
nem peruenitur ad missionem in bonorum possessio-
nem, & eorundem venditionem, d. l. 6. §. sed si hoc.
IV. Serui, & adscriptitij, & similes, aut ecclesiasticè pu-
niti, aut impuniti redduntur dominis, vt supr. notaui.
V. Qui propter aduersarij sui potentiam ad ecclesiam
confugit, imperatorem ea de re instruere, per episco-
9 pum vel defensorem ecclesiæ, debet, l. vlt. §. 1. ¶ De
episcopis & clericis hæc notentur. I. Non debent pro
confugis exigi, l. 6. in princ. II. Latentes confugas in-
quirere, & exhibere debent, vt paulò antè dixi. III. Res
à seruis aut similibus personis in ecclesiam, ad quam
confugerunt, illatas quærere debent, & inuentas do-
minis restituere, d. l. §. pen. IV. Singulorum cõfugarum
personas, & causas quærere, ac iudices instruere de-
10 bent, d. l. 6. §. vlt. ¶ Tandem de aduersariis, qui actio-
nem aliquam contra confugas intendunt, notetur,
eos non debere turbare ecclesiam, l. penult. nec de-
bere conuenire episcopum, aut clericos, vt supr. no-
taui, sed adire iudices ordinarios; aut, si imperatore in
criminibus opus est, eius maiestatem per archiepisco-
11 pum instruere, d. l. pen. Hæc dicta sint de confugis. ¶ In
posteriori parte, quoniam ecclesia turbari non debet,
vt proximè dixi, prohibent imperatores, in ecclesia,
immo etiam extra ecclesiam in foro, vel alibi exclama-
ri seu conclamari: quoniam hoc respicit ad seditionem,
cuius pœna est capitalis, l. 5. Quid si exclametur coram
imperatore ad ecclesiam procedente, vt aliquid ab ipso
impetretur? Hoc quoque interdictum est, vnde qui ita
exclamat, nec obtinet quod expetit, & à præfecto eie-
ctus punitur, l. vlt. in princ.

Tit. XIII. De his, qui in ecclesiis manumittuntur.

I. 1.	*II.* 1. 2.

TRes tantùm olim erant modi, quibus ma-
1 numissi fiebant ciues Romani: nempe vin-
dicta, censu, testamento, auctore Vlp. de Li-
bert. §. 1. & Theophilo Inst. eod. tit. §. vlt.
Constantinus autem non solum constituit, vt in eccle-
sia coram episcopo & religioso populo libertas dari
possit, scriptura interueniente à domino vice testis si-
gnata, l. 1. sed etiã, vt hoc modo manumissi perueniant
ad ciuitatem Romanam, l. 2. vbi addit, manumissos
quocumque modo a clericis, fieri ciues Romanos.
Vide etiam Caium libr. 1. Institut. tit. 1. §. 1. (Cuius
verba puto esse interpollata ab Aniano) & historiam
tripertitam, lib. 1. c. 9. Posteà Iustinianus generaliter
iussit omnes libertos esse ciues Romanos, abolita li-
bertate Latina & dedititia, infr. lib. 7. tit. 5. & 6. & Inst. de
libertin. §. vlt. Tandem fecit omnes ingenuos, sublata
libertinitate, saluo tamen iure patronis debito, Nou.
78. ca. 1. & 2. ¶ In l. 2. huius tituli plenum libertatis fru-
ctum concedere dicitur, qui ita manumittit, vt liber- 2
tum faciat ciuem Romanum.

*Tit. XIV. De Legibus, & Constitutionibus princi-
pum, & Edictis.*

I. 10.	*VIII.* 14.
II. 12. 13. 16. j.	*IX.* 8. 10.
III. 12. 13. 15. 16. j. 17. j.	*X.* 6.
IV. 6.	*XI.* 10.
V. 9.	*XII.* p. 13.
VI. 16. ij.	§. j. 4.
VII. 7.	

HActenus ius sacrum: sequitur ius huma- 1
num, quod partim est de ipso iure & legi-
bus, partim de rebus iuri subiectis. Cum
igitur iuris duæ sint partes: scriptum, quod
propriè vocatur lex: & non scriptum, quod propriè di-
citur consuetudo, D. de iust. & iur. l. omnes. 9. & Inst.
de iur. natura. §. 1. in præsentia de iure scripto agi-
tur: nam consuetudinis explicandæ alia posteriùs dabi-
tur occasio, lib. 8. tit. 53. ¶ Huius tituli tres sunt partes. 2
¶ Primæ partis, quæ est de legibus, tria sunt capita. 3
¶ Primum caput est de legibus condendis. Sciendũ est, 4
hodie solum principem leges condere, in quem omnis
potestas populi Romani translata est, l. vlt. §. 1. antiquas,
tamen leges, quarum auctor fuit populus, aut plebs, &
antiqua senatusconsulta eatenus valere, quatenus à
Iustiniano imperatore sunt confirmata, & eius iussu
in corpus iuris redacta, supr. de Iustin. Cod. confirm.
§. pen. & supr. de emend. Cod. §. pen. & infr. de vet. iur.
enucl. §. hæc igitur. ¶ Secundo capite explicantur 5
quatuor legum conditarum effectus. ¶ Primus effe- 6
ctus est, quòd omnes sunt legibus subiecti, l. omnes.
10. & D. eod. tit. l. 2. in princ. atque adeo etiam homines
pertinentes ad diuinam, id est, principis domum, d. l.
omnes. Princeps autem est quidem legibus solutus,
D. eod. l. princeps. 31. immo est supra leges, Nou. 105.
in fin. sed sponte sua se legibus subijcit, & secundum
leges viuit, infr. de testam. l. 3. & Inst. quib. mod. te-
stam. infirm. §. vlt. probans eam sententiam, *Patere
legem, quam tu ipse sanxeris*, & alteram improbans, *Iu-
ra negat sibi nata*: quia digna vox est maiestate re-
gnantis, legibus se alligatum principem profiteri, &
re vera majus imperio est summittere legibus prin-
cipatum, l. 4. Huic sententiæ non obstat, quod
ait Cuiacius lib. 15. obseruat. cap. 30. populum fuisse le-
gibus subiectum, ac principem in locum populi suc-
cessisse: quia in hoc argumento committitur fallacia
compositionis, & diuisionis. Etenim populus disiun-
ctim, non coniunctim, erat legibus subiectus: & om-
nes distributiuè (vt scholastici loquuntur) subiecti
erãt, non omnes collectiuè, id est, singuli è populo, non
vniuersitas, non comitia populi: princeps autem vni-
uersitati, non singulis successit. Quare vel simpliciter
dicendum est, principem esse legibus solutum, licèt
eis sponte se subiiciat: vel distinguendum, vt distin-
xi cent. 7. quæst. 82. ¶ Secundus effectus est, quòd 7
leges pertinẽt ad futura negotia, non ad præterita, vel
præsentia, nisi & de his nominatim in aliqua lege
caueatur, l. 7. ¶ Tertius effectus est, quòd omnes tenẽtur 8
scire

scire leges, non Iureconsulti tantùm: quoniam omnes
ex præscripto legum viuere debent, l.9. Hinc sumitur
regula, quòd iuris ignorantia neminem excusat; qua de
re dicēdum erit ad tit. infr. de iur. & fact. ignot. scire au-
tem leges non est verba earum memoriter tenere, sed
9 vim & potestatē intelligere, D.h.t.l. scire.17. ¶ Quar-
tus effectus est, quòd quicquid legum dispositioni re-
pugnat, ipso iure non valet, l.5. vbi hæc sententia pro-
ducitur quinque modis. I. Quod iure prohibente fit,
non valet, siue contra leges, siue in fraudem legum, id
est, siue contra expressa verba legis, siue contra mentem
& rationem, saluis & circumuentis verbis legis fiat:
quemadmodum enim ex lege descendit, & lege proba-
tur non solum quod ex verbis legis, sed etiam quod ex
interpretatione, D. de verb. sign. l.6 §.1. ita etiam legi
repugnat & quod contra verba legis fit, & quod contra
mentem & interpretationem, D.h.t.l. contra.29. & l.
seq. II. Quod legi repugnat, ipso iure non valet: siue
sit pactum, siue stipulatio, siue alius quicumque contra-
ctus, vel actus. III. Etiam si legislator non expressè ius-
serit actum esse ipso iure nullum: tamen eo ipso quod
fieri prohibet, efficit vt frustra fiat, quod prohibitum
est, adeò vt non sit opus exceptione, vel rescissione ali-
qua, sed ipso iure act⁹ sit inutilis. Hæc productio ne nos
fallat, rectè est intelligenda, id est, cum hac limitatione,
nisi legislator expressè iubeat actum rescindi, aut alio
modo puniat eos, qui contra legem faciunt actu non
infirmato, vt Vlp. docet tit.1. Exempli causa, Iustinia-
nus, Nou.115. vetat liberos aut parentes sine iusta cau-
sa exheredari: vnde malè plerique colligunt, testamen-
tum esse ipso iure nullum, in quo filij vel parentes abs-
que iusta causa sunt exheredati. Nam imper. ead. Nou.
disertè ait, testamentum rescindi & infirmari, nempe
per querelam inofficiosi: non ait ipso iure esse inutilem.
IV. Actus iure prohibente factus, iureiurando non con-
firmatur. Iuris tamen pontificij auctores sustinēt eius-
modi actum, dūmodo sine peccato & sine salutis præ-
iudicio iuramentum seruari possit, veluti cùm filia do-
tem à patre accipiens, renunciat successioni paternæ,
extra de iureiur. c. cùm contingat. 28. V. Non tantùm
actus iure prohibitus non valet, sed etiam quod eum
actum consequitur, veluti si stipulatio prohibita est: ne-
que ipsa valebit, neque pactum, vel acceptilatio, vel so-
lutio eam cōsequens: vnde solutum repetetur per con-
dictionem indebiti, D. de condict. Indeb. l. ex his.54. Si-
militer si testamentum ipso iure non valet, aditio ex eo
10 facta non valebit. ¶ Tertio capite de legibus interpre-
tandis quæritur, quis possit legem interpretari? Hodie
solus Princeps legem interpretatur, l.1. l.9. & l. pen. Hoc
tamen ita intelligi debet, vt hîc quoque obtineat ea re-
gula; Qui per alium facit, per se facere videtur. Nam ij
omnes iura interpretari possunt, quibus ipse princeps
aut alij nomine & auctoritate principis eam faculta-
tem legitimè concesserunt: quales, sunt doctores legiti-
mè creati; vnde id expressè in doctorum cooptatione
inter cætera tribuitur, vt possint leges interpretari,
quòd nemini hoc liceat, cui non sit publica auctoritate
concessum. Addendum tamen est, quòd & consuetudo
& res iudicata legem interpretantur, D.h.t. l. si de in-
11 terpretatione. & lege seq. ¶ Secunda tituli pars est de
cōstitutionibus, quæ sunt pars iuris scripti, Instit. de iu-
re natur. §. constat. Est autem Constitutio, quicquid
principi placet, vt vim legis habeat, D. de constit. princ.
l.1. in princ. & Instit. de iur. natur. §. sed & quod. De qua
12 hoc titulo quinque quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò
quæritur, quotuplex sit constitutio? Notandæ sunt duæ
diuisiones. In priori diuisione numerantur hæ species:
edictū, decretum, interloquutio, oratio, mandatum, re-
scriptum. Ac de edicto quidem dicetur in sequenti ti-
tuli parte. Decretum autem est sententia à principe in-
ter duos lata, causa cognita, vt D. quod met. cau. l. extat.
13. Interlocutio hîc dicitur, eiusdem principis sententia
non definitiua. Oratio vocatur, quæ recitatur in senatu,
vt in eiusdem sententiam fiat senatusconsultum. De
mandatis dicam tit. seq. De rescriptis autem agemus
a 3. tit. huius libri. Posterior diuisio est bimembris. Aliæ
namque sunt constitutiones generales, quibus omnes
obstringuntur: aliæ speciales seu personales, quæ non
egrediuntur certam personam, vel certum corpus, siue
vniuersitatem, ad quam pertinent, l.2. & 3. & D. de con-
stit. princ. l.1. § planè. & Instit. de iur. natur. d. §. sed &
quod. ¶ Hinc oritur sequens quæstio, quænam consti- 13
tutiones sint generales, vel speciales? Generales sunt. I.
Orationes, quas in senatu recitari diximus. II. Edicta.
III. Decreta, & aliæ constitutionum species, dummodò
princeps hoc expressè voluerit; alioquin non sunt ge-
nerales, sed speciales, seu personales, d.l.2. d.l.3. & l. vlt.
in princ. ¶ Tertiò quæritur, quomodò fiat constitutio 14
generalis, id est, quænam sint obseruanda, vt rectè con-
datur? Cùm aliquid noui statuendum est. I. Proceribus
palatij & senatu tractatur. II. Si his placuerit, dictatur,
& scribitur. III. Collectis omnibus, denuò recensetur.
IV. Si omnes consenserint, in consistorio principis re-
citatur, atque ita perfectionem obtinet, l. humanum. 8.
in qua pro *legata dictari* legendum ex manuscriptis, *le-
gem dictari*. Quidam liber manuscriptus verbo *dictari*
addit, *& scribi*. ¶ Quartò quæritur, vnde dignoscatur 15
constitutio generalis? In l.3. traduntur hæc argumenta.
I. Si sit oratio missa ad venerabilē cœtum, id est, ad se-
natum, vt D. de transact. l.8. & de donat. inter vir. & vx.
l. cùm hic status. 32. II. Si vocetur edictum, aut lex edi-
ctalis, vt infr. de secund. nupti. l.6. III. Si princeps iusse-
rit, per omnes populos iudicium programmatibus di-
uulgari, vt infr. de off. præf. prætor. Afric. l.1. §. vlt. & in
calce ferè omnium Nouellarum Iustiniani. IV. Si prin-
ceps disertè iusserit, vt similium quoque causarum facta
definiat. Sic malo legere, quā *fata*. Etsi vtraque lectio
sustineri potest, & vtramque notat tā Accursius, quàm
Cuiacius lib.16. obseruat. c.9 facta autē & merita cau-
sarum ἐκ παραλλήλου accipiuntur, infr. de offic. ciui.
iud. l.1. Ratio harum appellationum (ni fallor) hæc est,
Dicuntur facta causarum, quia lites in facto consistunt,
& ex facto aliquo oriuntur omnes, quāuis interdū non
de facto, sed de iure controuersia sit, quia nihilominus
illa quæstio in facto aliquo versatur: veluti si quæratur,
an testamentū, quod Titius corā duobus testibus fecit
tempore pestis, valeat, nécne? nam ipsum testamentum
est facti, cùm autem de hoc facto constet; quæstio, an
valeat, iuris quæstio est. Ob hanc igitur rationem di-
cuntur facta causarum. Vocantur etiam merita cau-
sarum, propterea quòd qualem sententiam hæc facta
merentur, talem iudex pronunciare debet. V. Si
lex generalis vocetur, vt infr. ne fid. vel mand. dot.
dentur, l.2. & infr. de instit. & substitution. sub condi-
ditio. fact. l.6. Hæc sunt quinque argumenta tradita in
d. l.3. Quibus adde, quòd omnes constitutiones insertæ
in corpore iuris, id est, in hoc Codice, quamuis ad cer-
tas personas, vel de certis negocijs scriptæ sint, nihilo-
minùs tamen sunt generales, supr. de Iustin. Cod. con-
firm. §. hunc igitur. ¶ Quintò quæritur, quis sit effe- 16
ctus constitutionum? Hîc duo sunt notanda. I. Consti-
tutio vim legis habet, D. de constitut. l.1. in prin. Instit.
de iur. natur. §. sed & quod. Facit autē legem vel omni-
bus, si sit generalis, l.3. vel his dumtaxat personis, siue
negotijs, pro quibus est promulgata, l.2. II. Quod ali-
quorum fauore constitutum est, non debet in eorum
odium vel damnum detorqueri, l.6. & D. eod. l. nulla.
25. hæc dicta sint de constitutionibus. ¶ In tertia par- 17
te de edictis duo explicantur. I. Quid sit edictum. Edi-
ctum dicitur quicquid publica auctoritate proponitur
publicè

publicè obseruandum. Et alia quidem sunt edicta magistratuum, veluti prætorũ: alia principum. Rursus alia sunt vniuersalia, quæ perpetuæ iurisdictionis causa proponuntur: alia particularia; quæ, provt singulæ res incidunt, specialiter proponuntur, D. de iurisd. l. 9. Sed in præsentia edicti vocabulum angustè accipitur pro generali edicto principis, quod publicè ab omnibus obseruãdum proponitur, l. 3. II. Quis sit effectus edicti. Cùm loquamur de generali edicto principis, sine dubio tenet omnes ciues Romanos, & in omnes vim habet, d. l. 3. Hactenus de edictis.

Tit. XV. De mandatis principum.

II. 9. | *I. 9.*

1 INter speciales constitutiones numerantur
mandata principum, quæ & commonitoria
vocantur, Nou. 31. c. 2. & à Græcis παραγ-
γέλματα, Nou. 25. c. 4. & Nou. 27. c. 1. &
Nou. 30. c. 9. item ὑποτῆκαι, Nou. 26. c. 2. & ἐντάλματα,
Nou. 27. c. 1. & ἐντολαὶ, Dio lib. 53. & κελεύσεις, Nou.
124. c. 4. ¶ Hæc igitur mandata nihil aliud sunt, quàm
2 principum speciales constitutiones, quibus certæ personæ, vt præsides, vel iudices monentur, quid eos facere
oporteat, veluti quomodò debeant administrare prouinciam, qualia sunt mandata præsidum, quæ Iustinianus collegit Nou. 17.
¶ Porro notandum est, hæc mandata sine scriptis
3 non esse recipienda, nisi tribus casibus. I. Cùm iudex
datur, vel adiũgitur. II. Cùm acta edi iubentur. III. Cùm
princeps iubet litem celeriter terminari. His tribus casibus iudices mandata accipiunt etiam sine scriptis ex
ore ipsius principis, vel ex relatione quæstoris, aut referendariorũ sacri pallatij. Sed præter hos casus, si quis
asserat se arcana principis mandata habere, non est audiendus, l. 1. & 2. adde Nou. 124. cap. 4. vbi imperator citat l. 2. huius tituli tanquam à se & à patre Iustino latam: vnde apparet, Iustinum & Iustinianum esse auctores huius l. 2.

Tit. XVI. De Senatusconsultis.

1 SEquitur alia species iuris scripti, Senatuscõ-
sultum, id est, quod Senatus iubet atque
cõstituit, Instit. de iur. nat. §. Senatusconsul-
tum. De quo duæ quæstiones hoc titulo de-
ciduntur. ¶ Primù quæritur, quæ sit vis Senatusconsul-
2 torum? Habent vim legis & iuris perpetui; adeo vt rescripta contra senatusconsulta non valeant, l. vn. quemadmodum non valent elicita contra alias partes iuris,
infr. si contra ius vel vtil. public. l. vlt. Sed cùm Senatus
sit populi pars, Inst. de iur. natur. §. lex est. quî factum est
vt Senatuscõsultis omnes etiam plebeij parere teneantur? Iureconsultus rationem affert, D. de orig. iur. l. 2. §.
sed quia difficile. & post eum Iustin. in d. §. Senatusconsultum, quia cum vniuersus populus non facile posset
legis sanciendi causa conuocari, placuit Senatum vice
populi consuli, vt quod Senatus constituisset, ratum
3 esset. ¶ Secondò quæritur, an Iustiniani ætate, vel
paulò priori, aut posteriori Senatus potuerit iura condere, vt olim poterat stante republica? Hîc adhibenda est distinctio: iure namque Digestorum non ambigitur senatum ius facere posse, D. de legib. l. non ambigitur. 9. Iure autẽ Codicis non omnimodo senat⁹ potest
iura condere, sed aliquo modo, quatenus princeps, qui
solus habet potestatem legis condendæ, senatum consulit, & ex eius cõsilio legem constituit, vt expositum
fuit in tit. de legib. vnde senatus per se ius facere non
potest. Hinc est, quòd Leo imperator No. 78. eam l. non
ambigitur. tanquam inutilem & viribus carentem, ex
legum corpore deleri iubet, hac ratione, quòd senatus
hodie iura condere nequeat. Sed quod ibi dicitur, imperatorem senatoriam administrationem sibi vindicare, falsum esse apparet ex l. pen. supr. de legib. Quid ergo dicemus: falli imperatorem, aut fallere? Neutrum:
sed errasse interpretem: nam si Græca verba legantur,
non inquit Leo Imperatorẽ sumpsisse τὴν τοῦτην διοίκησιν, vt hoc possit referri ad σύγκλητον, sed ait τὴν τούτων διοίκησιν, in numero multitudinis: τούτων (inquam
id est, τῶν πραγμάτων, seu νόμων, vt sensus sit, Imperatorem non vniuersam administrationem senatoriam,
sed tantùm legum condendarum curam sibi vindicasse.

Tit. XVII. De veteri iure enucleando, & de auctoritate iurisprudentium, qui in Digestis referuntur.

I. 4. ij.
Princ. i. 5. i.
§. j. 11.
§. hócque opere. 5. ij. 11.
§. & ad tua. 5. ij. iij.
§. iubemus. 5. ij. 7. 8. ij.
§ cùmque. 9. ij. iv. 14. j.
§. sed neque. 8. p. 15. j. ij.
§. sed in hoc. 9. j. 15. ij.
§. nulla. 8. iv.
§. sed & similitudinem. 8. ij.
§. sed & si quæ leges. 8. j.
§. ideóque. 15. iij.
§. nostram. 9. iij. 13.
§. pen. 12.
§. vlt. 5. ij.
II. & III. 1. 4. 9. iv. 11.
princ. 5. j. ij. iij. 8. ij. iv.
§. j. 5. j. ij. iij. 7. 9. iij. iv.
§. ij. igitur. cum 6. pragraphis sequentib. 9. iv.
§. ix. quæ omnia. 5. iij.
§. x. tanta. 7. 8. ij. iv. 9. j. 15. ij.
§. xi. sed cùm perspeximus. 14.
§. xij. omni igitur. 11. 12.
§. xiij. omnibus. 8. ij.
§. xiv. si quid autem. 8. ij.
§. xv. similiq; modo. 8. iij.
§. xvj. contrarium 8. v.
§. xvij sed & si quid. 8. v.
§. xviij. mirabile. 7.
§. xix. §. sed quia. 8. vj.
§. xx. hæc igitur. 15. iij.
§. xxj. ne autem. 7. 15. ij.
§. xxij. hoc autem. 13.
§. xxiij. eandem. 12.
§. pe. 15. iij.
§. vlt. 15. iij.

SEquitur alia species iuris scripti, Responsa
prudentum, de quibus sunt in hoc titulo 1
tres constitutiones, sed breuitatis studio
semel & iterum citabo l. 3. propterea quòd
eadem continet, quæ lex 2. tantùm differt
idiomate, quòd secunda latinè, tertia Græcè fuit promulgata, ideóque curaui, vt vtriusque legis paragraphi
ijsdem numeris notarentur, adeo vt qui vnam ex ijs
constitutionibus habeat, vtramque habeat. ¶ Huius ti- 2
tuli duæ sunt partes. ¶ Prior pars est de vetere iure 3
enucleando. Ius vetus hîc appellatur, quod continetur
libris veterum Iurecõsultorum, vt & in rubr. D. de diu.
reg. iur. antiq. & in l. siquis in conscribendo. 28. infr. de
pactis. & alibi. Enucleare autem est secernere vtilia ab
inutilib⁹, & ea quæ vsu obtinẽt, quasi nucleos excipere,
abiectis ijs quæ abrogata sunt, vel in desuetudinem abierunt. ¶ In prima huiusce tituli constitutione man- 4
datur opus pandectarum faciendum: in secunda & tertia factum comprobatur, sed cum eodem modo factum
sit, quo Iustinianus fieri iussit, & per quos iussit, &
quando iussit, & cætera omnia sint eadem: idcirco nos
hæc breuitatis gratia coniungemus, & opus Digestorum considerabimus iam confectum, licèt prima constitutio lata sit de eo nondum facto, sed faciendo. Hanc
igitur partem diuido in quatuor capita. ¶ Primo capi- 5
te declarantur auctores Digestorũ, qui quidẽ sunt tres.
I. Deus à Iustiniano inuocatus, vt totius operis præsul
esset, l. 2. in princ. qui & facultatem perficiendi operis
tam Iustiniano, quàm eius ministris dedit, adeo vt eius
fauore opus confectum sit, d. l. 2. §. 1. Denique eo auctore totum imperium tam belli quàm pacis tempore
Iustinianus

Iustinianus gubernauit, l. 1. in princ. II. Iustinianus imperator, qui hoc opus faciendum suscepit, Deo fretus, l. 1. §. hócque opere. Et Triboniani præcipuè ministerio, d. l. 1. §. & ad tuæ. & § vlt. Est autem Iustinianus auctor, non solum quia mandauit opus faciendum, & ei auctoritatem suam impertiuit, l. 1. §. iubemus. & l. 2. §. 1. vers. quod cælesti. sed etiam quia omnia ad ipsum à compositoribus referebantur, ipsæque omnia dubia & incerta diffiniebat, emendabat, & in certam formam redigebat, d. l. 2. in prin. & Instit. procem. §. pen. III. Tribonianus vnà cùm certis iurispetitis, l. 1. §. vlt. qui nominantur in l. 2. §. quæ omnia. Sed Triboniani partes præcipuè fuerunt, ita vt eius gubernatione res tota celebrata fuerit, l. 1. §. & ad tuæ. l. 2. in princ. §. 1. & §.
6 quæ omnia. ¶ Secundo capite de materia Digestorum
7 duæ quæstiones dissoluuntur. ¶ Primù quæritur, ex
quibus, & quorum auctorum libris facta sit hæc compositio? Facta est ex libris veterum iureconsultorum, quibus auctoritatem legum conscribendarum & interpretandarum Romani principes tribuerunt, omissis cęterorū libris ad ius pertinentibus, quorum scripta non fuerunt recepta & vsitata, l. 1. §. iubemus. l. 2. §. mirabile, vers. sed huius operis. Horum autem auctorū & operum ex quibus componuntur Pandectæ, præfixa nomina sunt singulis legib⁹ pandectarū, l. 2. §. tanta. & omnium generalis catalogus ipsi Digestorum operi est præpositus, l. 2. §. ne autem. iam verò eorum veterum librorum, ex quibus desumptæ sunt pandectarum leges, duo ferè millia fuerunt, quibus continebantur vltra tricies centena millia versuum: sed redacta sunt ad quinquaginta libros, qui penè centū quinquaginta millibus versuum constant, l. 2. §. 1. Solebant enim veteres notare versus librorum, vt & Duarenus lib. 2. disput. c. 6. obseruauit: vbi versuum appellatione intelligit clausulas seu periodos. Contius autem, lib. 1. lect. subsecivarum, cap. 8. mauult interpretari lineas. Quæ expositio antea fuit Iohannis Baptistæ de Caccialupis in tractatu de modo studendi, documento
8 septimo. ¶ Secundò quæritur, quid ex veteribus illis libris sumptum sit vel omissum? Sumpta sunt iura vtilia, quicumque fuerint eorum auctores: quia nec multitudinis, nec auctoritatis scriptorum ratio est habita, sed tantū veritatis & æquitatis: vnde quædā sūpta sunt ex notis Vlpiani, Pauli, & Marciani ad Papinianum, licèt hæc olim propter honorem & præstantiam Papiniani nullam vim obtinerent, l. 1. §. sed neque. sunt autem nonnulla prætermissa. Nam I. omissa sunt, quæ in desuetudinem abierunt, l. 1. §. sed & si quæ leges. II. Ex multis similibus responsis vnum semel positum est, l. 1. §. iubemus. §. sed & similitudinem. l. 2. in princ. §. tanta. §. omnibus. nisi quid forte obrepsit propter humanæ memoriæ infirmitatem (vt idem Scæuolæ responsum ponitur in l. 11. de distract. pign. ex lib. 1. responsorum: & pœnè totidem verbis repetitur in l. vlt. eiusdem tituli ex lib. 6. Digestorum) vel consultò est repetitum, quia pertinet ad diuersos titulos, vt idem decretum Diui Marci refertur in l. extat, 13. D. quod met. cau. & in l. 7. D. ad leg. Iul. de vi priu.) aut quia verba inter se adeò connexa fuerunt, vt separari non potuerint, (vt l. 6. de legibus repetitur in l. 3. si pars hered. petat.) l. 2. §. si quid autem. Sunt etiam quædam repetitiones in Codice, verbi gratià, l. 20. infr. de fideicommiss. ponitur etiam in princ. l. 5. infr. de reb. cred.: propter verborum connexionem, quia quod de iureiurando dicitur in fine eius l. 5. non potest intelligi absque primis verbis loquentibus de fideicommisso: Legum autem ideo repetitarum quòd ad diuersos tractatus pertinent, non sunt in vllo titulo plura exempla, quàm in tit. sup. de episcop. audient. Nam eius tit. l. 12. repetitur in l. 6. infr. de spectaculis. & l. 15. in l. vlt. infr. de postul. & l. 16. in l. vlt. infr. de sponsal. & l. 21. in l. 14. infr. de non num. pecun. & l. 24. in l. 3. infr. de infant. exposit. & l. 27. in l. vlt. infr de curat. furio. & l. 31. in l. 2. infr. de anna. except. & l. 33. in l. vlt. infr. de nupt. III. Quod in Codice positum fuit in Digestis non repetitur, nisi rarò & ex eadem causa, ex qua similia responsa posita sunt, l. 2. §. similique modo. IV. Ex iuribus contrariis vnum positum est, quòd rectiùs videbatur, l. 2. §. nulla. l. 2. in princ. §. tanta. & §. contrarium. V. Sunt fortasse quædam omissa, quia fugierunt compositores iuris, eo quod multis inutilibus scriptis erant permixta, quo nomine non conqueri debemus, quia satius est pauca habere iura idonea & vtilia, quàm multis inutilibus onerari, l. 2. §. sed & si quid. VI. Non potuerunt poni in Pandectis ea quæ veterum scriptis non erant comprehensa: quandoquidem ex illis scriptis Pandectæ constant. Verum si quid tale occurrat, quod libris Iustinianicis non sit decisum, eius definitio ab imperatore petenda est, l. 2. §. sed quia. ¶ Tertio capite 9
explicatur Digestorum forma, id est, quomodo ea materia (quam ex veterum libris collectam esse diximus,) posteà composita & digesta fuerit. I. Adhibita est correctio, ita vt non solùm superflua fuerint amputata, sed etiam imperfecta acceperint perfectionem: & quæ minùs rectè posita erant, reformata sint, l. 1. §. sed in hoc. l. 2. §. tanta. II. Hæc materia ex veteribus libris collecta, pulcherrimo opere est extructa, & quasi proprium & sanctissimum iustitiæ templum consecrata, l. 1. §. cùmque. III. Huic nouo operi nomen Digestorum seu Pandectarum impositum est, l. 1. §. nostram. quia disputationes omnes & decisiones legitimas in se continet, l. 2. §. 1. Itaque Pandectæ vocantur, ἐκ τοῦ τὸ πᾶν εἰς ἐν ἀθροισθὲν ὑποδέξασθαι, id est, quia totum ius in vnū volumen redactum continent Digesta verò, ἐκ τοῦ τῶν νόμων ἔχειν διακρίσεις τε, καὶ διατυπώσεις, id est, quia continent legum diuisiones, ac decisiones, l. 3. §. 1. IV. Hoc corpus diuisum est in partes septem, libros quinquaginta, certus titulos, & penè centum quinquaginta millia versuum, l. 1. §. cumque, l. 2. §. 1. Sūt autem tituli (si rectè ex Pandectis Florentinis numeraui) quadringenti viginti nouem: leges autem (vt à Contio numerantur, lib. 1. lect. c. 8.) octies mille, centum & triginta quatuor. Diuisio in septem partes sumpta est ex numerorum natura & arte: quia scilicet numerus septenarius ex quorundam sententia pro perfecto habetur. Vnde, hac septipartita diuisione indicatur Pandectarum opus esse perfectum & numeris omnibus absolutum. Quid autem his singulis partibus contineatur, ipse imp. declarat l. 2. §. igitur. cum 6. sequentibus paragraphis. Diuisio verò in libros, & titulos facta est prout materiæ, de quibus agitur, postularunt. Exposui auctores, materiam, & formam Digestorum. ¶ Quarto 10
capite de accidentibus dissoluuntur quatuor quæstiones. ¶ Primò quæritur, quando & quanto tempore fa- 11
cta fuerit hæc Digestorum compositio? Post compositionem Codicis sunt conscripta Digesta, l. 1. §. 1. & 2. & Instit. procem §. & cùm sacratissimas. id est, post primam editionem Codicis ante repetitam prælectionem sup. de emend. Codicis. lege vnica. Inter primum autem Iustiniani mandatum de Pandectis componendis, & editionem Pandectarum, triennium intercessit: vt enim constat ex subscriptione primæ & secundæ legis, Iustinianus pandectas fieri mandauit mense Decembri, Lampadio & Oreste consulib. Anno Christi 530. imperij sui quarto. Edidit autem & confirmauit mense decembri, se solo tertiùm consule, anno Domini 533. imperij sui septimo, non tamen toto hoc triennio solis Pandectis componendis Tribonianus & cæteri videntur incubuisse; cùm tria iuris volumina, Codicem, Pandectas, & Institutiones triennio

esse

12 esse elaborata imp. affirmet,l.2. §. omn. igitur. ¶ Se-
cundo quæritur, quomodo Digesta sint scribenda?im-
perator iubet Digesta & reliquos iuris libros scribi
per literarum omnium consequentias, nullis signis
adhibitis, alioquin & qui scripsit, falsi tenetur:& liber
ita scriptus,nullam habet auctoritatem, ne quidem iis
locis,vbi nulla sunt signa.Prꝣterea librarius, qui talem
librum ignoranti vendiderit, in duplum tenetur, l.1.
§.pen.l.1.§.eandem. & in procem. Digest. §. illud au-
tem. Verùm si hæc Iustiniani constitutio hodie obti-
neret, nullum haberemus de iure librum vtilem, ne
quidem Pandectas Florentinorum, quas nonnulli pu-
tant esse ipsum Iustiniani archetypum. Nam & in his
sunt aliquot notæ, vel signa, pauciora tamen, quàm in
aliis libris.Porrò quod in l.3.§. 12. legitur *singulas*, &
in procem. Digest. §. illud autem.legitur *sigla*, vereor
ne sit mendosum, & legendum sit *signa*. Cuiacius
enim lib.12.Obseruat.cap.vlt.differentiam ponit inter
singula,& signa seu notas:ac Iustinianus,d.§.12.loqui-
tur de notis:non igitur de singulis,sed de signis, & in
13 l.2.tantùm signorum facit mentionem.¶Tertiò quæri-
tur,an liceat in Pandectas & alios iuris libros scribere
commentarios?Imperator vetat, l.1.§.nostrã,l.2.§. hoc
autem.Sed hác quoque prohibitionem contraria con-
suetudo aboleuit.Quasdã tamen interpretationes etiã
Iustinianus permittit. I. Libros iuris trãsferri in Grę-
cam linguam,dum tamen id fiat(vt ipse loquitur) *κατὰ
πόδα*,id est,(vt nunc loquimur)ad verbum,nimirum vt
tanquàm fidi interpretes, verbum verbo reddamus.Et
quod ait de lingua Græca, quæ plerisque populis ei
subiectis vulgaris erat, idem puto accipiendum de
quacumque alia lingua, qua nunc ciues Romani vtũ-
tur, putà Germanica, vel Gallica; quoniam eadem est
ratio. II. Indices fieri,quod generaliter intellige, siue
fiant indices alphabetico, siue dialectico ordine cu-
iusmodi indices dici possunt summa Azonis, &
Paratitla Vvesembecij, & hoc nostrum opus in Codi-
cem. Item siue sit index materiarum & decisionum
iuris, siue alij qualescumque, putà auctorum & libro-
rum, ex quibus Iustinianea opera sunt composita:
quales indices scripserunt Labittus, Freymonius, &
Anton. Augustinus. III.Paratitla. Non sunt autem
Paratitla expositiones titulorum aut summariæ tra-
ctationes,vt Brandij,Vvesembecij,& Cuiacij: sed sunt
(vt ante annos quadraginta publicè docui, posteà in
Heidelbergensi Academia dictaui, & vt ipsum voca-
bulum, si quis rectè expendat,satis indicat) annota-
tiones titulo subiectæ earum legum, quæ cum ad eum
titulum pertineant, non tamen sub eo titulo, sed sub
alio sunt collocatæ, quomodo hoc verbum Græci
rectissimè acceperunt, quorum habeo ad aliquot Co-
dicis titulos elegantia Paratitla manuscripta. Sed nos
in vniuersum ius Paratitla iampridem conscribere
cœpimus, & cum iuris studiosis suo tempore commu-
nicare cupimus,exempli gratia,ad titulum de hęreticis
notetur,l.2.in princ. C.de summ Trin.& fide Catholi-
ca vbi statuitur hæreticis non esse locum condendum,
14 in quo superstitionis suæ cultũ exerceãt ¶Quartò quę-
ritur, quomodo sit perueniendum ad intelligendum
hoc opus.I Pandectarum?Respondetur priùs esse per-
legendas Institutiones,quas in hunc finem Iustinianus
per Tribonianum, Theophilum, & Dorotheum fieri
15 curauit,l.2.§. sed cum perspeximus. ¶ In posteriori ti-
tuli parte de auctoritate responsorum in Pandectas
relatorum tria notantur. I. Æqualem esse omnium
Iurisconsultorum auctoritatem, l.1. §. cumque,& seq.
§. sed neque abrogata, l. vn. Codicis Theodosiani,de
responsis prudentum, quæ Papinianum præferebat
singulis alijs iurisconsultis. II. Hæc prudentum
responsa,quæ in Pandectis extant, habere vim con-
stitutionum imperialium perinde ac si ipse imperator
eorum esset auctor: quia Iustinianus ea emen-
dauit, & comprobauit, l.1. §.sed neque.& seq.§.sed in
hoc.l.2. §. tanta. & §.ne autem. III. His legibus Di-
gestorum, Codicis, & Institutionum omnia guber-
nari, & omnes controuersias decidi,l.1. §. ideòque.l.
2. §. hæc igitur. & §. vlt. ex tertia die Kalendarum Ia-
nuarij,indictione decima, Iustiniano Augusto tertiùm
consule, l.2. §. pen. Nouellarum constitutionum hîc
mẽtionem non facimus,quia sunt Codice posteriores.

Tit. XVIII. De Iuris & facti ignorantia.

I. 8. j.	*VIII*.13.iij.
II.7. ij. 8. ij.	*IX*. 13.iv.
III.7. iij.	*X*. 7. iv. 13. v.
IV. 13. j.	*XI*. 6.8 .ij.iij.
V.13. ij.	*XII*. 5.
VI. 13. v.	*XIII*. 8. iij.
VII. 14. j.	

EXpositis partibus iuris, subiicitur accidens 1
quoddam,id est, ignorantia, quæ opponitur
scientiæ.Ideóq; aliqua mentio fit etiam scien-
tiæ sub hoc tit.D.l.5. ¶ Ignorantia diuiditur.I. 2
In tria genera:aut enim aliquis habet opinionem veri-
tati contrariam, putà quia debere se putat, quod re
vera non debet, aut dubitat,& animi pendet: aut nihil
scit, vt quia ipso ignorante procurator aliquid fecit.
Prima dicitur propriè error:secunda dubitatio, vel ti-
tubatio,vel incertus animus:tertia propriè ignorantia,
infr.de condict.indeb.l.vlt.& de furt.l.vlt.§. Sin autem
nescius. & de acquit. hæredit.l.6. §. si is qui putabat. &
quis ordo in bon.possess.seruer. l.2.in princ. II. In duo
genera:nam alia est ignorantia iuris;alia facti, quæ di-
uisio perspicuè explicatur D.h.t.l.1. ¶Hinc sumuntur 3
duæ partes huius tituli. ¶In priori parte de iuris igno- 4
rantia datur regula, quæ ratione confirmatur,exem-
plis illustratur, & exceptionibus limitatur. ¶ Re- 5
gula est, Ignorantia iuris non excusat,sed nocet,l.pen.
& D. eod.l. pen. in princ. & §. vlt. versu quòd si ideo.
¶ Ratio huius regulæ est: quia ius finitum est, D. eod. 6
l.2.& in procem. Digest. §. quibus. & omnes iura scire
debent, vt secũdum ea viuant,sup.de legibus,l.leges.9.
Præsertim verò turpe est Doctoribus, ius in quo ver-
santur ignorare.D. de orig.iur.l.2.vers. Seruius.Nocet,
inquã iuris ignorantia in lucro captando, non in dãno
vitando,l.quamuis. 11. & D.eod. l. error.8. ¶ Exemplis 7
rem illustremus. I. Finge aliquem emisse rem à non
domino, quòd putaret non dominum posse rem alie-
nare;an procedit vsucapio? Minimè: quia in iure er-
rat,D.eod. l.4.& de vsurp.& vsucap.l.numquam. 31. in
princ.l.si fur. 32. §.1.II.Si quis velit adire maternam
hereditatem,cui renunciauit,non ideo poterit id face-
re,quòd sibi falsò persuasit,eum,qui renunciauit, pœ-
nitere, & adire posse. l. 2. III. Si quis velit post statu-
tum tempus petere bonorum possessionem, putans
id sibi quocumque tempore licere, non auditur, l. 3.
quia errat in iure,quo annus liberis,vel parentibus,cẽ-
tum dierum spatium cęteris præstituitur ad petendam
bonorum possessionem, Instit.de bonor.posses. §. cùm
igitur.IV.Si quis velit indebitum per errorem iuris so-
lutum repetere,non potest, l.cùm quis.10.veluti si he-
res legata soluerit per errorem vel ignorantiam legis
Falcidiæ,D. h.t.l.pen. §.vlt.& infr.de Falcid.l. error. 9.
¶ Sequuntur exceptiones dictæ regulæ, quas innuit 8
l.2.dum ait,facilè excusare nõ posse. I.Excipitur miles,
cui iuris ignorantia non nocet, l.1. & D.eod.l.pen.§.1.
propterea quòd miles arma potiùs quàm iura scire de-
bet.inf.de iur.delibet.l.vlt.vers.arma etenim.II.Minor
viginti

vigintiquinque annis, l. quamuis. 11. & D. eod. l. penul.
in princ. præsertim si sit impubes, D. eod. l. vlt. Hinc est,
quòd in l. 2. dicitur, *si maior vigintiquinque annis*, &c.
quoniam hæc ætas requiritur, vt ignorantia iuris no-
ceat. III. Qui certant de damno vitando, præsertim si
sint feminæ, d. l. quamuis. & D. eod. l. error. 8. Immo & si
indebitum mulier soluit, ignorans se habere exceptio-
nem senatusconsulti velleiani, tamen repetit quod so-
luit, inst. ad S.C. Velleian. l. quamuis 9. Non tamen in
omnibus casibus succurritur mulieri per iuris ignorā-
tiam damnum passæ, sed tantùm in casibus, qui in iure
expressi repetiuntur, l. vlt. IV. Rustici, infr. de testam. l.
vlt. & de iurisd. l. 7. §. doli. V. Generaliter excipiuntur,
quicumque nec sua prudentia instructi sunt, nec Iuri-
speritorum copiam habent, D. eod. l. pen. §. sed iuris. vbi
tamen dicitur hoc rarò esse accipiendum: quia multa
sunt, quæ debent omnes scire per se, vt fidem datam es-
se præstandam, non esse delinquendum: reliqua sunt à
peritis petenda: veluti, quomodò testamenta fiant: qua
in re Iustinianus distinctionem adhibet in testamento
rustici obseruandam, infr. de testam. d. l. vlt. VI. Si testa-
tor heredi remiserit cautionem de legatis præstandis:
heres autem nihilominùs cauerit legatario, putās eam
cautionem non posse remitti: ignorantia iuris eum ex-
cusat, vt possit liberationem condicere, D. vt in possess.
legat. l. 1. in princ. VII. Iuris ignorantia excusat à dolo
& furto: veluti si quis rem alienam vendiderit, quam
errore iuris ductus suam esse putabat, D. de hered. pe-
tit. l. sed & si lege 25. §. scire. & de vsurp. & vsucap. l. po-
test. 36. in fi. & l. seq. in princ. & Instit. de vsucap. §. vnde
9 in his reb. vers. item si is. ¶ In posteriori tituli parte de
ignorantia facti datur regula, quæ ratione confirmatur,
productionibus dilatatur, exemplis illustratur, & limi-
10 tationibus coangustatur. ¶ Regula est, Ignorantiam fa-
cti nō nocere, sed excusare, D. h. t. l. pen. §. vlt. vers. quòd
11 si ideo. ¶ Ratio est: quia in his, quæ sunt facti, etiam
12 prudentissimi viri fallūtur, D. eod. l. 2. ¶ Productiones
duæ sunt: nam hæc regula obtinet I. Tam in masculis,
quàm in feminis. II. Tam in lucro captando, quàm in
13 damno vitando, D. eod. l. error. 8. ¶ Exempla hæc sunt.
I. Si quis, cùm ab intestato esset heres ex asse, inspecto
testamento, in quo pro parte heres scriptus erat, dato
coherede Titio, ignorans illud testamentum esse fal-
sum, vel non iure factum, hereditatem cum Titio quasi
herede diuiserit: sibi præiudicium non fecit, sed à Titio
repetet, quia in facto errauit, l. 4. II. Si quis in iure inter-
rogatus, responderit rem esse maternam, quæ re vera
erat paterna, sibi non nocet, l. 5. Finge filium patri he-
redem extitisse, maternam autem hereditatem repu-
diasse: constat res paternas ad eum pertinere, non etiā
maternas: an igitur poterit obtinere hanc rem, quam
confessus est esse maternam? Videtur ei obstare propria
confessio. Non obstat tamen, quia per errorē facti con-
fessus est, ideóque potest eam confessionem reuocare.
III. Si heres ab intestato professus sit quosdam ex seruis
hereditariis esse liberos, tanquàm manumissos testa-
mento, quod ipso iure nullum erat: sibi non fecit præ-
iudicium, sed ea professio est irrita, adeo vt illi maneāt
serui, ac testamentum viribus careat, l. cùm testamentū.
8. IV. Si quis à seruis suis, quasi hominibus liberis, pe-
cuniam acceperit; quia scilicet putabat eos esse homi-
nes liberos, vnde ab eis pecuniā exegit quasi ciuiliter
obligatis: nihilominùs potest eis mouere controuer-
siam status: neque enim voluit eos manumittere, sed in
facto errauit, l. non idcirco. 9. vbi verbum *debitum*, de-
bet accipi propriè, vt significet obligationem ciuilem.
V. Excusatur, qui indebitum promisit, l. 6. aut soluit, l.
cùm quis. 10. putà legata vel fideicommissa vltra do-
drantem, existimans plus esse in bonis hereditariis,
quàm re vera esset, D. h. t. l. pen. §. vlt. & infr. ad leg. Fal-
cid. l. error. 9. Huius exempli diligentior expositio per-
tinet ad tit. infr. de condict. indeb. VI. Si quis rem eme-
rit à non domino, quem putabat esse dominum, hæc
bona fides, & facti ignorantia proderit ei ad vsucapio-
nem, D. h. t. l. 4. & Instit. de vsucap. in princ. Huius
exempli accuratior interpretatio spectat ad titulum de
vsucapionibus. VII. Si quis à domino emerit, quem pu-
tabat non esse dominum, ea ignorantia ipsi non noce-
bit, sed per traditionem dominus efficietur, D. h. t. l.
penul. §. quis ignorauit. ¶ Limitationes sunt tres. I. Da- 14
ta regula, quòd ignorantia facti excusat, tunc procedit,
cùm negotium nondum est finitum. Nam causa per
transactionem, vel sententiam, vel iurisiurādi delatio-
nem, alióve modo finita, prætextu erroris non retracta-
tur, l. 7. & infr. de erro. calcu. l. vn. II. Ea regula est intel-
ligenda de ignorantia probabili, veluti facti alieni, D.
pro socio, l. vlt. non enim excusat ignorantia supina,
veluti si quis dicat se ignorare, quod omnes sciunt, D.
h. t. l. 5. §. 1. & D. de contrah. empt. l. & si is. §. 1. vel alle-
get ignorantiam facti proprij: talis enim ignorantia
frustra prætenditur, D. ad S.C. Velleian. l. quamquam. 7.
& locat. l. sed addes. 19. §. 1. & de acquir. hered. l. cùm
falsum. 46. nisi sit eiusmodi factum, vt ob temporis ve-
tustatem, vel aliam causam, facilè obliuioni mandari,
siue ignorari potuerit, vt est communis Doctorum
opinio per text. in l. peregrè. 44. in princ. D. de acquir.
possess. III. Propria ignorantia excusat, non aliena, exē-
pli causa, si quis rem emens à non domino, putet eum
esse dominum, poterit vsucapere ob suam ignoran-
tiam: quòd si ipse sciat se emere à non domino, & velit
vsucapionem suam defendere propter ignorantiam
venditoris, qui putabat se rem suam vendere, hæc
ignorantia venditoris emptori non prodest: ideóque
vsucapio non procedit: iniquum enim est, alienam
scientiam nobis nocere, vel alienam ignorantiam no-
bis prodesse, D. h. t. l. 5.

Tit. XIX. De precibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus supplicare liceat, vel non.

I. 7.	*V. 11. ij.*
II. 11. j.	*VI. 7. 8.*
III. 11. jv.	*VII. 11. iv.*
IV. 11. ij.	*VIII. 5. ij.*

Hvcusque dictum est de iure, & eius parti- 1
bus: sequitur, vt agamus de iuris obiecto, in
quo ius versatur. Sicut enim omnes aliæ ar-
tes & scientiæ habent aliquod obiectum
seu subiectum, in cuius expositione consumuntur: ita
etiam hæc ars habet suum proprium obiectum, ad
quod omnia in iure tractata referuntur, & per quod
iurisprudentia à cæteris scientiis & artibus distingui-
tur. Hoc autem obiectum nihil aliud est, quàm iudi-
cium, latè scilicèt hoc vocabulo accepto, ne quis refe-
rat solùm ad iudicia propriè dicta, quæ exercentur co-
ram iudicibus pedaneis. Ars enim iuris est ars iudican-
di, & retrò ars iudicandi est ars iuris. Idcirco Aristote-
les optimè omnium videtur mihi iudicium definiuisse
*κρίσιν τοῦ δικαίου, καὶ ἀδίκου, diiudicationem iuris & in-
iuriæ*, seu *iusti & iniusti*. quamquam ex nostris alij alias
definitiones afferunt. Quod autem dicitur, tria esse iu-
ris obiecta, personas, res, & actiones, D. de statu hom. l.
1. & Inst. de iur. natur. gent. & ciu. §. vlt. intelligendum
est de obiectis (vt scholastici loquūtur) partialibus, non
de totali & adæquato obiecto, quod necesse est in vna-
quaque scientia vnum esse, vt Aristoteles docet lib. 1.

Poster. c. 28. Vnde si tria essent iuris obiecta, quæ non ad vnum, tamquàm partes ad totum, referrentur, tres essent iuris scientiæ, non vna. Est igitur vnum iurisprudentiæ obiectum, nempe iudicium: cuius partes sunt personæ, res, & actiones. Primùm enim necesse est, in iudicio esse personas; vt duos litigantes, actorem, & reum, & iudicem eorum controuersiam dirimentem. prætereà necesse est subesse rem aliquam, de qua litigetur, & iudicetur: tandem requiritur actio (quod vocabulum nunc latè accipio, vt complectatur etiam interdicta, & accusationes, & cætera eiusmodi, quæ impropriè vocantur actiones) per quam iudicium moueatur, seu per quam litigetur. Quapropter maxima Digestorum & Codicis pars in explicandis iudiciorum diuisionibus consumitur. Iudiciorum autem species deinceps ordine explicandæ, hæ sunt: iudicium principis, iudicium magistratus, quod propriè vocatur iurisdictio: arbitri compromissarij, quod propriè nominatur arbitrium: & iudicis pedanei, quod propriè appellatur iudicium. Hæc omnia iudiciorum genera exposituri, meritò initium sumemus à iudicio principis, propter imperialis maiestatis fastigium, præsertim cùm hodie solus princeps iura condat, & interpretetur, ciúsque decreta vim legum obtineant, vt sup. expositum fuit: vnde hac quoque ratione hæc pars superiori, quæ fuit de iure & legibus, pulchrè cohæret. Porrò imploramus opem principis, vel preces offerendo, vel ad eius statuas confugiendo: de vtroque igitur modo dicendum est, & primò de precibus.

2 ¶ Sunt autem preces nihil aliud, quàm desiderium libello supplici comprehensum, eius qui principis auxilium implorat.

3 ¶ Hic titulus diuiditur in duas partes. ¶ In priori
4 parte de precibus, quæ principi offeruntur sex quæstiones occurrunt.

5 ¶ Primò quæritur, quomodò sit concipiendus libellus, siue quæ sint obseruanda in eo concipiendo? Hac de re habemus duo præcepta. I. Vt libellus contineat veritatem, vt explicabitur titulo 22. II. Vt si de instrumentis quæstio sit, non adiungantur solùm precibus seu libello, sed eorum sententia in ipso libello inseratur: immo interdum ipsamet verba instrumentorum ponantur in libello, nempe si de iis verbis inter partes dubitetur: generaliter enim requiritur, vt princeps per
6 ipsum libellum de causæ statu instrui possit, l. vlt. ¶ Secundò quæritur, quando liceat supplicare principi?
7 Huic quæstioni satisfiet tit 21. ¶ Tertiò quæritur, qui possint supplicare? Regulariter principi supplicare possunt omnes homines liberi, interdum etiam serui, veluti ad vindicandam necem domini defuncti, l. 1. & l. 6.
8 ¶ Quartò quæritur, per quos preces seu libellum principi offerre liceat? Potest quis offerre tam per se, quàm per quemcunque alium, siue hominem liberum, siue seruum, d. l. 6. quamuis enim seruus suo nomine supplicare regulariter non possit, tamen nomine alieno
9 libellum offerre potest. ¶ Quintò quæritur, de quibus rebus liceat supplicare? hoc mox declarabo ad sequen-
10 tem tituli partem. ¶ Sextò quæritur, quis sit effectus libelli seu precum principi oblatarum? de hoc est titulus sequens: ibi ergo enarrabitur.

11 ¶ In posteriori tituli parte quæritur, de quibus rebus supplicare liceat, vel non? Vbi sex notantur. I. Creditor potest petere, ne debitor præscriptione moratoria, id est, exceptione dilatoria vtatur: non potest autem petere, ne vtatur peremptoria, l. 2. in qua ex C. Theod. & ex libris manuscriptis legendum *remittitur*, non *permittitur*. aut verbum *permittitur*, accipiendum pro remittitur, vt & aliis locis accipitur, quemadmodum & è contrario interdum *remittitur* significationem habet verbi permittitur. vide Cuiac. lib. 21. obseru. cap. 29. Huc refer etiam l. 3. §. si is pro quo, D. quod quisque iur. II. Debitor potest petere dilationem solutionis faciendæ, dummodò idoneam fideiussionem afferat, l. 4. III. Potest aliquis supplicare contra sententiam præfecti prætorio: sed si denuò victus fuerit, non poterit amplius supplicare, l. 5. IV. Non licet supplicare contra ius, l. 5. & l. pen. Dicam sub tit. 22. V. Non licet petere ea, quæ sunt damnosa fisco, l. 3. Dicam ad eundem tit. 22. VI. Licet petere administrationem, vel dignitatem aliquam, infr. de diuers. rescript. l. 5. VII. Licet supplicare, vt causa ad incompetentem iudicem trahatur, infr. de dilat. l. 2.

Tit. XX. *Quando libellus principi datus litis contestationem faciat.*

I. 2. | *II. 3. y. iv.*

Svperiori titulo egimus de precibus offe- 1
rendis: nunc dicendum de earumdem oblatarum effectu. ¶ Imperator ponit regulam, 2
quòd libellus principi oblatus habet vim litis contestatæ, ita vt actionem perpetuet, atque in hæredes transmittat. l. 1. ¶ Hæc regula patitur quasdam 3
limitationes. I. Namque libello seu precibus principi oblatis vis litis contestatæ tribuitur, quantum ad hoc, vt actio perpetuetur, non etiam quoad alios effectus. Ecce enim, si libertus non impetrata venia libellum offerat principi contra patronum suum, non incidit in pœnam edicti de in ius vocando, D. de in ius vocando. l. libertus aduersus. 15. Quod igitur ad hanc pœnam attinet, tantum abest, vt libellus habeat vim litis contestatæ, vt ne quidem habeat vim vocationis in ius. Præterea etiam si accusator, qui ab accusatione persequenda desistit, incidat in S. C. Turpillianum: tamen qui tantùm libellum principi obtulit, non tenetur in accusatione pergere, sed impunè desistit, D. ad S. C. Turpill. l. 5. II. Expositus effectus obtinet solùm in actionibus prætoriis annalibus, l. 2. & infr. de præscript. trigin. vel quadrag. ann. l. 3. III. Hæc obtinent in libello oblato principi, non etiam in eo, qui offertur præfecto prætorio, infr. de offic. præf præt. Orient. l. 3 & multò minùs si alij magistratui oblatus fuerit, nisi fortè eo nomine sit oblatus, quòd nemo esset, qui conueniri posset: tunc enim libellus magistratui datus, pro petitione cedit, id est, petitionis vim habet, infr. de anna. except. l. a. & D. de nautic. fænor. l. 2. IV Quod diximus, actionem libello supplici perpetuari, ita est intelligendum, si ad eum princeps rescripserit: non enim sufficit sola precum oblatio, sed oblatione & ad eas rescriptione opus est, l. 2. & infr. de donat. l. illam 33.

Tit. XXI. *Vt lite pendente, vel post prouocationem, aut definitiuam sententiam, nulli liceat Imperatori supplicare.*

I. 6 iij. | *§. j 12. 12 j.*
II. p. 4. 7. | *III. 5. y. 11.*

Dictum est de precibus offerendis, & de earum 1
effectu; consequenter explicanda sunt vitia quædam: quibus si preces laborent, effectu carent. Primum vitium explicatur hoc titulo, nempe si supplicetur pendente, aut finita lite. ¶ Sunt autem 2
huius tituli tres partes: in quarum prima cauetur, ne principi supplicetur lite pendente in prima instantia: In secunda, ne supplicetur post sententiam definitiuam, à qua fuit appellatum, id est, lite pendente in secunda

cunda instantia. In tertia ne supplicetur post sententiã
definitiuam, à qua non fuit prouocatum, hoc est, lite fi-
3 nita. ¶ In prima parte datur regula, quæ sanctione fir-
4 matur, producitur, & limitatur. ¶ Regula est, lite pen-
5 dente supplicare non licet, l. 2. in princ. ¶ Sanctio con-
firmans hanc regulam est multiplex. I. Namque si ad
eiusmodi preces rescribatur, rescriptum non valet, & si
secundum illud rescriptum sententia feretur, ipso iure
nulla erit. II. Punitur, qui rescriptum illud concepit,
vel concipienti ministerium suum præbuit, putà dicta-
uit, aut scripsit. Item punitur iudex, qui secundum illud
rescriptum iudicauit, Nou. 115. c. 1. Adde quòd is quo-
6 que punitur, qui principi supplicauit, argu. l. vlt. ¶ Pro-
ducitur autem hæc regula. I. Vt valeat in omnibus cau-
sis, tam ciuilibus, quàm criminalibus. II. Vt obtineat,
apud quemcumque iudicem lis pẽdeat, d. Nou. 113. c. 1.
III. Idem dicendum est, & si preces quidem lite pen-
dente oblatæ principi fuerint, post sententiam verò
7 à iudice latam princeps rescripserit, l. 1. ¶ Exci-
piuntur tamen quidam casus, quibus pendente lite re-
ctè supplicatur. Licet enim hoc modo petere. I. Acto-
rum editionem. II. Sententiæ editionem. III. Vt lis ter-
minetur, & sententia feratur. IV. Iudicem adiungi, l.
8 2. in princ. & d. Nou. 113. c. 1. ¶ Quæ hactenus dicta
sunt in prima tituli parte, repetenda sunt in secunda
parte de precibus post prouocationem principi obla-
tis: quoniã vtrobique eadem est ratio, propterea quòd
per sententiam definitiuam lis est finita, D. de re iudic.
l. 1. sed per appellationem sententia perimitur, D. ad
S. C. Turpill. l. 1. §. vltimo. & lis instauratur, atque
iterum pendet in secunda instantia apud iudicem ap-
pellationis, D. de his qui notant infamia. l. 6. §. 1.
9 ¶ In tertia parte de precibus post sententiam defini-
tiuam, à qua non est prouocatum, oblatis, datur regu-
10 la, quæ sanctione confirmatur. & producitur. ¶ Re-
gula est, Supplicare principi non licet post senten-
11 tiam definitiuam, à qua non est appellatum. ¶ San-
ctio confirmans hanc regulam est, quod rescriptum
hac ratione impetratum non valet: immo supplicans
condemnatur aduersario in litis æstimationem, l. 2.
§ 1. & notatur infamia, l. 3. Adde pœnas expositas
in primo tractatu, quoniam eadem est ratio vtrius-
12 que casus. ¶ Producitur hæc regula, I. Vt obtineat,
etiam si ex rescripto principis lis terminata fuerit, l.
2. §. 1. II. Vt valeat, etiam si lis per transactionem fini-
ta fuerit, infr. de transaction. l. causas. 16. Præterea
huc transfer productiones sup. traditas in prima par-
te huius tituli, quandoquidem eadem est ratio.

Tit. XXII. Si contra ius, vel vtilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid postulatum, vel impetratum.

I. 10.	*IV.* 9. ij.
II. 9. j.	*V.* 7. 8. j. 9. iij.
III. 8. iij.	*VI.* 4. j.

1 Equuntur alia tria vitia, propter quæ preces
non habent effectum, itaque tres sunt partes
2 huius tituli. ¶ Prima pars est de precibus con-
tra ius oblatis Hic datur regula, quæ sanctione firma-
3 tur, & exceptione limitatur. ¶ Regula est, Quæ sunt
4 iuri contraria, non sunt postulanda. ¶ Hæc regula con-
firmatur duplici sanctione. I. Namque si per huiusmo-
di postulationem fuerit aliquid impetratum, id inutile
est. Iudices enim pati non debent, vt in quocumque
iudicio proferatur, quod contra ius est impetratum,
sed iudicare debent secundum leges, & consuetu-
dines generales, l. vltima. & sup. de precib. l. pen. &
Anal. Cod.

Nou. 82. c. 13. II. Qui talia petiit, ambitus crimine
damnatur, & tertiæ partis bonorum confiscationem
patitur, atque infamia laborat, sup. de Senatusconsul.
l. vn. ¶ Adhibetur tamen exceptio, nisi rescripto 5
crimen indulgeatur, id est, criminis pœna, d. l. penul.
vt fit, dum damnatus restituitur à principe, D. de po-
stulan. l. 1. §. de qua autem. & tot. tit. infr & D. de sent.
pass. & restitut. Idem dicendum est, si quid aliud peta-
tur, quod petenti prosit sine alterius detrimento, d.
l. penult. quale est, quod conceditur Dorotheo, &
Ireneo, & eorum liberis, vt sint altiores curiali fortu-
na, infr. de decurion. l. neque. 61. & præpositis sacri cu-
biculi, vt proficiscẽtes possint vti cingulo, infr. de præ-
pos. sac. cubic. l. vlt. ¶ Secunda pars est de precibus 6
contra vtilitatem publicam oblatis. Hic docemur non
esse aliquid postulandum contra publicam vtilita-
tem, sup. de precibus. l. 3 & si quid tale impetratum
fuerit à iudice, admitti non debere, l. vlt. veluti si quid
petitum & impetratum sit, quod fisco damnum affe-
rat, d. l. 3. aut si petitum sit, vt nauis excusetur à trans-
uectione publicarum specierum, sup. de sacrosanct.
eccles. l. iubemus 10. Si tamen hoc prætextu iniquè ali-
quis oneretur, rectè supplicabit, infr. de offic. præfect.
præt. orient. l. pen. ¶ In tertia parte de precum menda- 7
cio, seu de obreptione & subreptione datur regula, quæ
sãctione firmatur: deinde producitur, & limitatur. Re-
gula est, Si quid per mendacium impetretur, non valet:
quia iudicandum est secundum veritatem, l. pen. ideó-
que in rescripto semper poni debet clausula, *si preces veritate nitantur*, infr. tit. prox. l. vn. vbi à nobis explica-
bitur. ¶ Sanctio confirmans hanc regulam duplex est. 8
I. Qui per mendacium principi obrepsit, vel subrepsit,
punitur, l. pen. nimirum pœna falsi, D. de leg. Cornel. de
fals. l. si quis obrepsit. 29. II. Iudex, qui non admisit ex-
ceptionem mendacij aduersus preces & rescripta,
multatur decem libris auri, l. 3. ¶ Producitur hæc 9
regula, vt procedat, I. Siue is, qui supplicauit, in iu-
re mentitus sit, siue in facto, quibus casibus dicitur
subreptio: siue veritatem tacuerit, quo casu dicitur
obreptio, l. 2. II. Siue cognitio, siue executio im-
petretur, l. 4. III. Etiam si id, quod petitum,
& impetratum est, legibus sit consentaneum, l.
penultima. ¶ Vna est exceptio, quia iudicis datio, 10
quamuis per obreptionem impetrata valet, l. 1. sed iure
pontificio talis datio iudicis vno tantùm casu tenet,
cùm quis per simplicitatem & ignorantiam, non
malitiose subrepsit, vel obrepsit, & eam veritatẽ tacuit,
quæ si fuisset expressa, aut eam falsitatem expressit, quæ
si fuisset omissa, nihilominus iudex datus fuisset. Nam
his duabus conditionibus concurrentibus, datio iu-
dicis tenet: ita tamen, vt iudex non formam in rescri-
pto præscriptam sequi, sed secundùm ordinem iuris in
causa procedere debeat, extr. de resc. c. super literis. 20.
Hæc dicta sint de precum, & libellorum supplicum
vitiis.

Tit. XXIII. De diuersis rescriptis, & pragmaticis sanctionibus.

I. 9. ij.	*V.* 9. iv.
II. 8.	*VI.* 7. iij.
III. 7. iij 9. j.	*VII.* p. 4. 5. 7. j. 13.
IV. 7. ij.	§. j. 11. 12.

Vm dictũ sit de precibus, quæ imperatori of- 1
feruntur, consequenter dicendũ est de rescri-
ptis, quibus principes ad eas preces respõdẽr.
¶ Duæ sunt partes huius tituli. ¶ In priori parte de res- 2
criptis deciduntur quatuor quæstiones. ¶ Primo quæ- 3
ritur, quid sit rescriptũ: Rescriptũ est respõsũ principis 4

ad iudicem aliquem,aut alium, qui ſupplicauit, emiſ-
5 ſum: vt colligitur ex principio l.vlt. ¶ Secundò quæ-
ritur, quotuplex ſit reſcriptum? Eius ſpecies duæ po-
nũtur in d.l.vlt.in princ. adnotatio,& pragmatica ſan-
ctio, de quibus dicam in ſequenti parte huius tituli.
6 ¶ Tertiò quæritur,an reſcriptum valeat: Hîc videndum
eſt,an reſcriptũ ab initio ſubſiſtat, nec ne,& an ex pôſt
7 facto ſit infirmatum. ¶ Quod ad initium attinet tria
ſunt præcipuè ſpectanda: perſona, quæ reſcriptũ impe-
trauit: materia reſcripti, id eſt, res, de qua princeps re-
ſcripſit: & forma eiuſdẽ reſcripti. De perſonis reſcripta
impetrantibus,& de rebus quæ ſunt reſcriptorum ma-
teria,dictum eſt ſup.tit.19. Dum enim expoſui,quinam
ſupplicare poſſint; ſimul expoſui quinam reſcripta im-
petrare poſſint: quoniam ijdem ſunt, qui ſupplicant, &
impetrant. Similiter cùm docui, quibus de rebus liceat
ſupplicare, ſimul enarraui, quibus de rebus reſcripta
emiſſa valeant: eadem enim eſt res & materia tam li-
belli ſupplicis, quàm reſcripti: quandoquidem de eo
reſcribitur, de quo fuit ſupplicatũ. Supereſt ergo, vt ea
expendam, quæ ad reſcripti formam pertinent. Hîc, vt
reſcriptum valeat, plura requiruntur. I. Vt inſeratur
clauſula, *Si preces veritate nituntur*: qua omiſſa reſcriptũ
non valet iure ciuili, l.vlt.in princ. ſed iure pontificio
reſcriptum ſuſtinetur ea clauſula ſubaudita, vt perinde
habeatur, ac ſi expreſſa fuiſſet, extr. hoc tit.c.2. II. Ad-
notatio temporis, quo reſcriptum datum eſt. Nam per-
ſonalia reſcripta, niſi adſcripta habeant diem & conſu-
lem, non valent, l.4. Dixi reſcripta perſonalia: quoniam
alia ratio eſt generalium, quæ in corpore iuris inſerta
ſunt: hæc enim omnia valent etiam ſine die & cõſule,
ſup.de nou.Cod.fac.§.pen.& ſupr. de Iuſtin.Cod.con-
firm. §. hunc igitur. III. Subſcriptio manu principis,
l.3. quæ ſacro encauſto & cocti muricis, id eſt, triti
conchylij ardore ſeu cruore efficitur, l.6.vbi Cuiacius
mauult legere *Encauto*. Ego puto vtrumque dici poſſe:
quemadmodum dicimus Marcionitas,& Marcioniſtas:
Encratitas,& encratiſtas: & cætera eiuſmodi. IV. Sub-
notatio quæſtoris, qua contineatur, inter quos, & ad
quem iudicem, & per quem reſcriptum ſit emiſſum,
Nou.114. Hæc omnia ſpectãtur initio reſcripti emiſſi.
8 ¶ Ex pôſt facto videndum, an reſcriptum anni lapſu
infirmetur, ſi tamdiù qui reſcriptũ impetrauit, eo vſus
non ſit. Imperator in l. 2. negat infirmari: ſecus tamen
videtur ſtatui iure pontificio, extr.hoc tit.cap.plerum-
que. 14. Hæc dicta ſint de quæſtione, an reſcriptum
9 valeat. ¶ Quartò quæritur, quatenus valeat, & quos
effectus producat? I. Ipſum originale & authenticum
manu principis ſubſcriptum debet inſinuari, non eius
exemplum, l.3. II. Reſcriptum in cõmuni cauſa emiſ-
ſum, licèt ad vnius perſonam directum ſit, nihilomi-
nùs tamen etiam conſorti litis prodeſt, l. 1. III. Re-
ſcriptum habet vim litis cõteſtatæ, vt perpetuet actio-
nem, ſicut expoſitum fuit tit.20. IV. Si cui per reſcri-
ptum adminiſtratio ſeu dignitas aliqua committatur,
contendens eum dignum non eſſe, ſacrilegium com-
mittit, l.5.& infr.de crim.ſacril.l.2. Hæc de priori tituli
10 parte. ¶ In poſteriori tituli parte de pragmaticis ſan-
11 ctionibus tres quæſtiones deciduntur. ¶ Primò quæ-
ritur, quid ſit pragmatica ſanctio: Nihil aliud eſt, quàm
ſacra principis iuſſio, quæ de publico negotio ex con-
cilij ſententia emittitur, ſeu reſcribitur ad alienas pre-
ces, l.vltim. §.1. vel relationem, ſuggeſtionémve, in-
frà de prox.ſacro. ſcrinio. l.vltim. Differt igitur ab ad-
notatione, l.vltim. in princip. quoniam adnotatio eſt
ad priuatæ perſonæ de priuato negotio libellum, ſub-
ſcriptio, ſeu notatio principis, vt ſuprà de precibus
imper.offer. l. 1. vnde & ſubſcriptio nominatur, D. de
conſtit.princip.l.1.§.1. Prętereà adnotationes precibus
adiunguntur, à quibus pragmaticæ ſanctiones ſunt ſe-
paratæ: in his namque preces inſeri non ſolere, Cuia-
cius rectè notat ex Auguſtino in collatione tertij diei
cum Donatiſtis. Medium quaſi locum inter ſubnota-
tionem ſiue adnotationem, & pragmaticam ſanctio-
nem videtur obtinere epiſtola, cuius mentio fit D. de
conſtitut.princip.l.1.§.1.& Inſtit. de iur. natur.§.ſed &
quod.& exemplum extat C.Th.de epiſcop. & cleric. l.
manſuetudinis.12. Epiſtola enim dicitur ratione for-
mæ, non habita ratione, vtrùm facta ſit de negotio pri-
uato, an ex concilij ſententia de negotio publico.
¶ Secundò quæritur, quibus de rebus fiat: Ex data de- 12
finitione apparet, eam de cauſis tantùm & negotijs pu-
blicis fieri, l.vlt.§.1. ¶ Quartò quæritur, quomodò fiat? 13
Quædam in ea obſeruantur, quæ ſunt omnibus reſcri-
ptis communia, veluti vt inſeratur clauſula *ſi preces ve-
ritate nituntur*, d.l.vlt. in princip. quædam verò propria
ſunt pragmaticæ ſanctionis, veluti vt ſint à precibus
ſeiunctæ, quemadmodum ſupra notaui.

Tit. XXIV. De Statuis & Imaginibus.

I. 2.ij.	*III.* 2.j.5.
II. 2.j.3.4.6.j.	*IV.* 2.ij.5.



On tantùm per libellos ſupplices, ſed & 1
ad ſimulachra Imperatorum confugien-
do, imploratur auxilium principis: cùm
igitur de libellis ſupplicibus, & de reſcri-
ptis, quibus ad eos libellos reſpondetur,
ſatis dictum ſit: conſequenter tractandum de his, qui
ad ſtatuas principales confugiunt. Sed priuſquam hoc
fiat, quædam generaliter de Statuis & Imaginibus hoc
titulo ſunt tradenda. Statuas intellige, quę ſunt ſcul-
ptę, vt marmoreę: vel fuſę, vt æneæ, argẽteæ: Imagines
verò intellige effigies pictas. De vtriſque tamen per-
mixtim agendo (quoniam in vtriſque eadem iuris ra-
tio eſt) quinque quæſtiones decidũtur. ¶ Primò quę- 2
ro, quibus perſonis erigantur ſtatuę: Eriguntur I. Prin-
cipi, l.2.& 3.& infr.tit.prox.l.vnic.& ſupr. de epiſcopal.
audientia, l. 26. §.2. II. Iudicibus, & cæteris perſonis
eiuſmodi honorem merentibus, l.vltim. dummodò à
principe impetratum hoc fuerit: alioqui puniuntur,
& qui ſtatuas acceperunt, & qui poſuerunt, l. 1. ¶ Se- 3
cundò quæro, à quibus erigantur ſeu collocentur? Iu-
dicis præſentia neceſſaria eſt, cuius auctoritate ſtatua
in publico ponatur, l.2. in cuius fine ex manuſcriptis
legendum *præſentia*, in ſexto caſu, non *præſentiam*. Sen-
ſus enim eius verſiculi eſt, requiri in ſtatua ponenda
auctoritatem iudicis, qui ſua præſentia probet ſtatuę
ornamentum acceſſiſſe illi diei, quo ſtatua poſita eſt;
& ei locu, in quo eſt poſita; & principis recordationi,
id eſt, memoriæ, in cuius honorem ſtatua erecta eſt.
¶ Tertiò quæro, quo tempore ſtatuę poni poſſint? 4
Quibuſcumque diebus poni poſſunt, tam feſtis, quàm
cõmunibus, id eſt, profeſtis l.2. ¶ Quartò quęro, quo- 5
rum impenſis ſtatuę collocentur? Impenſas ſubire de-
bent hi, quorum honori dicantur, omni collatione
ceſſante, l.penult.& vlt. ¶ Quintò quęro, quis honor 6
ſtatuis poſitis debeatur? I. Abeſſe debet omnis adora-
tio, quamuis ſit ſtatua principis, l. 2. II. Aſyli vicem
prębent ſtatuę principum, adeo vt liceat ad eas confu-
gere, quemadmodum ſequenti titulo explicabitur.

Titul. XXV. De his, qui ad ſtatuas confugiunt.

Sicut

1 Sicut ad ecclesias, supr. de his qui ad eccle-
sias cõfugiunt: ita & ad statuas principum
ceu ad asylum homines confugiunt: qua
de re in præsentia duæ quæstiones sunt
2 decidendæ. ¶ Primò quæritur, an liceat
ad principum statuas confugere? Respondetur, nemini
ad statuas, vel imagines principum cõfugere licere, nisi
ex iusta causa, veluti si quis vinculis, aut custodia deti-
neatur à viro potentiori, D. de pœn. l. capitalium. 28. §.
ad statuas. Item si serui durius quam par sit, & quàm
fieri debeat, à dominis tractentur, D. de his qui sui, vel
alie. iur. sunt. l. 2. & Inst. eod. §. vlt. & D. de off. præfect.
3 vrbi. l. 1. §. 1. ¶ Secundò quæritur, qui sint effectus hu-
ius perfugij? Hic tria notantur. I. Qui ex iusta causa con-
fugit, vindicatur; qui verò temere, punitur, l. vn. quem-
admodum & is punitur, cuius instinctu seruus alienus,
domini infamandi causa, ad statuam principis confu-
git, D. de extraor. crimin. l. 5. necnon is, qui imaginem
principis in alterius inuidiam prætulit, D. de iniur. l. se-
natuscõsulto. 38. & de pœn. d. l. capitalium. §. ad statuas.
II. Seruus, qui ad statuam principis confugit, non pro-
pterea dicitur fugitiuus: quia non fugiendi animo hoc
fecit: quòd si antea fugit, posteaque ad statuam se con-
tulit, nihilominus manet fugitiuus, D. de ædil. edictu.
l. quis sit. 17. §. apud. III. Fuit olim hic effectus, vt qui ad
statuam principis confugissent, ante diem decimum
nec auferri ab aliquo, nec inde sponte sua discedere
possent, vt intelligeretur causa huius confugij, C.
Theod. h. t. l. vn. sed ea verba, quibus hoc significabatur,
Tribonianus detraxit.

Tit. XXVI. De officio Præfecti prætoriorum Orientis, & Illyrici.

I. 7.	*IV.* 8. j.
II. 8. *iv.*	*V.* 8. *viij.*
III. 8. j.	*VI.* 8. *ix.*

1 A Principe & iudiciis principis descendamus
ad magistratus & iudicia magistratuum:
inter hos meritò primus locus datur Præ-
fecto prætorio, quippe qui proximus est
principi, vt cõstat ex Cassiod. lib. 6. variar. c. 3. vnde non
malè à Zosimo appellatur ἀρχὴ δευτέρα, vt Cuiacius hîc
refert, & sicut Princeps, ita etiam præfectus prætorio
2 legem facit, vt mox docebo. ¶ Vocatur autem præfe-
ctus prætorio, quasi dicatur præfectus aulicus. Nam
veteres prætorium pro tabernaculo imperatoris, qui
exercitui præest, inde & pro aula principis acceperunt.
3 ¶ Præfecti prætorio sub se habent varias diœceses:
quælibet autem diœcesis multas prouincias in se con-
tinet: singulis verò prouincijs præsunt rectores, seu
4 præsides, sub præfectis prætorio constituti. ¶ Fuerunt
autem alij præfecti prætorio in Oriente, alij in Occi-
dente. In Occidente fuit præfectus prætorio Italiæ, cui
notitia Romani imperij subijcit tres diœceses, Italiam,
Illyricum (id est Illyrici partem: nam altera pars perti-
net ad præfectum prætorio Illyrici, de quo posteà) &
Africam. Iustinianus verò proprium præfectum præ-
torio Africæ constituit, de quo est titulus sequens. Hu-
ius præfecti prætorio Italiæ mentio fit Nou. 69. & 70.
Fuit præterea in Occidente præfectus prætorio Gallia-
rum. Similiter in Oriente erat præfectus prætorio
Orientis, qui proportione quadam respondebat præfe-
cto prætorio Italiæ; & huic præfecto prætorio Orien-
tis adiunctus est præfectus prætorio Illyrici, quemad-
modum præfecto prætorio Italiæ adiunctus erat præ-
fectus prætorio Galliarum, vt similis esset administra-
5 tio Orientalis, & Occidentalis imperij. ¶ Sub Præfecto
prætorio Orientis erant quinque diœceses, Oriens,
Ægyptus, Asiana, Pontica, & Thracia. Sub præfecto
prætorio Illyrici duæ diœceses, Macedonia, & Dacia.
¶ Ergo de his duobus præfectis prætorio tractatur hoc 6
titulo. Quare videtur hic titulus in duas partes secan-
dus esse, hanc tamen diuisionem omitto: quia nihil se-
paratim traditur, quod huius, vel illius præfecti pro-
prium sit: sed omnia sunt communia præcepta, quæ
quidem ad duo summa capita referri possunt: in altero
explicatur, quid non sit concessum præfectis prætorio:
in altero verò, quid sit eis concessum. ¶ In priori capi- 7
te vnum hoc reperio, libellum præfecto prætorio ob-
latum, non facere litis contestationem, l. 1. vt facit li-
bellus oblatus principi, supr. quan. libell. princ. dat. l. 1.
¶ In posteriori capite plura habentur. I. Potestatem 8
habet in præsides, & rectores prouinciarum in suis
diœcesibus contentarum, ita vt possit eos eligere, re-
mouere, punire, & alios in eorum locum subrogare, l. 3.
& 4. & infr. de aduoc. diuer. iudic. l. si quis togatorum.
9. & infr. ad l. Iul. repetund. l. vlt. & de decurio. l. ne quis
officialium. 38. II. Rerum & iudiciorum summa ei
concessa est, infr. de decurion. l. quilibet. 40. Itaque po-
testati præfecturæ prætorianæ nulla dignitas est æqua-
lis, Cassiod. lib. 6. cap. 3. III. Multam dicere potest vsque
ad quinquaginta libras auri, infr. de mod. mult. l. 4.
IV. Generales formæ præfecti prætorio, quæ & gene-
ralia edicta, & ἐπαρχικὰ nominantur, vim legis ha-
bent, dummodò neque sint constitutionibus contra-
riæ, neque postea princeps aliquid innouauerit, l. 2. &
infr. de iudic. l. apertissimi. 16. & infr. de fideiussor. l. pen.
quales sunt tres postremæ Nouellæ. V. Præfectus præ-
torio vice sacra iudicat, C. Theod. de appellat. l. à pro-
cõsulibus 16. Cassiodor. lib. 6. variar. epistola. 3. VI. Sen-
tentiam suam per officium suum & ministros suos re-
citare potest, quod priuilegium præfecto prætorio
commune est cum aliis illustrem dignitatem habenti-
bus, infr. de sent. ex peric. recit. l. 2. VII. Ab eius senten-
tia non appellatur, sed contra eam supplicare tantum
licet, D. h. t. l. vn. §. his cunabulis, & infr. de sent. præfect.
præt. l. vn. VIII. Si qui velut indebitè grauati supplica-
uerunt principi: rescripta principis debent ad sedem
præfecti prætorio dirigi, l. pen. IX. Prima sedes est præ-
fectorum prætorio, secunda senatorum, l. vlt. ¶ Hæc 9
dicta sunt de officio præfectorum prætorio, de eorum
verò dignitate est titulus 4. lib. 12. de eorum apparito-
ribus tit. 52. eiusdem libri.

Tit. XXVII. De officio Præfecti prætorio Africæ, & de omni eiusdem diœceseos statu.

I. 3.	§. *quid autem.* 5. *iij.*
Princ. præfationem continet, omissam in Analysi.	§. *sicut ergo.* 5. j.
§ j. 1. 3. j.	§. *pro limitaneis.* 5. *xi.* 7. 8. j. *ij.*
§. *& ab ea.* 3. *ij.*	§. *& vnumquemque.* 5. *v. vj.* 8. *iij. iv.*
§. *& in officio.* 3. *iij.*	§ *postquàm.* 5. *vij.*
§. *quæ verò.* 3. *vi.*	§. *sicut autem.* 5. *viij.* 8. *v.*
§. *optamus.* 3. *v.*	§. *si verò.* 5. *iv.*
§ *sportulas.* 3. *vij.*	§. *cùm autem Deo. Iubet Belisarium ordinata Africa redire ad principem. omittitur in Analysi.*
§. *hoc etiam.* 3. *iv.*	§ *intereà.* 10. *x.*
§. *& est notitia.* 3. *vj.*	§. *cùm antè magnitudo.* 5. *x.*
§. *vlt.* 3. *vj. vij.*	§. *ea verò.* 5. *x.*
II. 4.	§. *hoc etiam.* 5. *ij.*
Princ. præfationem continet, omissam in Analysi.	§. *ad hoc.* 5. *iij.*
§. j. 5. j.	§. *& hæc notitia Deo volente debet delegari ducibus.* 5. *iij.*
§. *iubemus.* 7. 11.	§. *notitia.* 5. *ij.*
§. *in Sardinia.* 5 j.	
§. *& omnes.* 5. *ix.*	
§. *quantos.* 7.	

§. gloria. Iubet hanc constitutionem obseruari, omittitur in Analysi.
§. emissa. Subscriptio est, quæ significat tempus editæ constitutionis, omittitur in Analysi.
§. & hæc notitia Deo volente debet delegari iudicibus. Docet quibus hæc constitutio sit insinuanda, omittitur in Analysi.
§. pen. & 9.
§. vlt. Iubet hanc constitutionem obseruari, omittitur in Analysi.

1 PRæfectis prætoriorum Orientis & Illyrici
Iustinianus, recuperata à Vandalis Africa,
adiicit præfectum prætorio Africæ, l. 1. §. 1.
2 ¶ Huius tituli duæ sunt partes. ¶ Prior pars
3 de officio præfecti prætorio Africæ (id est, de statu Afri-
cæ politico, qui regitur à præsidibus, & rectoribus pro-
uinciarum, proinde à præfecto prætorio, sub quo sunt
constituti) est in l. 1. In qua I. Constituitur hic præfectus
separatus à præfecto prætorio Orientis, & à præfecto
prætorio Illyrici, §. 1. II. Hæc præfectura diuiditur in
septem prouincias, quarum singulæ habent suos iudi-
ces, id est, rectores. Prima prouincia est Zeugitana:
secunda, Carthaginiensis, quæ antea specialiter voca-
batur proconsularis: tertia, Byzacena: quarta, Tripoli-
tana: quinta, Numidia: sexta, Mauritania: septima, Sar-
dinia: quarum prouinciarum priores quatuor habent
rectores consulares, reliquæ habent præsides, §. & ab
ea. III. In officio ipsius præfecti militant homines tre-
centi nonaginta sex: in officio verò rectorum, qui sin-
gulas prouincias gubernant, homines quinquaginta,
§. in officio. IV. Rectores singularum prouinciarum
pro codicillis suæ promotionis in sacro laterculo infe-
runt sex solidos, & pro codicillorum insinuatione in
scrinio præfectorum duodecim solidos, irrogata graui
pœna eis, qui plus exegerint, §. hoc etiam. V. Præfectus,
rectores, & omnes officiales cauere debent, ne colla-
tores iniuria afficiantur, §. optamus. VI. Emolumenta è
publico percipiũt præfectus, rectores, & cæteri officia-
les, secũdum notitiam à Iustiniano datam, §. quæ verò,
& §. & est notitia. & §. vlt. VII. Sportulas lege statutas
exigere debent, quæ & in aliis reipublicæ partibus præ-
stantur, §. sportulas. de quibus dicetur sub tit. infr. de
sportul. Hactenus de politico Africæ statu: nam de mi-
4 litari deinceps dicetur, d. §. vlt. ¶ Posterior igitur tituli
pars de toto Africanæ diœceseos statu (quoniã hoc ti-
tulo agitur etiã de reliquo, id est, militari Africæ statu,
cui præest magister militum, de quo infr. tit. 59. sub hoc
autem sunt duces, vt sub præfecto prætorio sunt præ-
sides) continetur, l. 2. In qua considerantur duces, &
eorum officiales: item tribuni, milites, ciuitates, castel-
5 la, & naues. ¶ De ducibus & eorum officialibus, & tri-
bunis hæc notentur. I. Constituuntur quinque duces
militum. Primus est Tripolitanæ prouinciæ in Lepti-
magnensi ciuitate, hæc est, quæ à Cypriano vocatur
Leptimagnus, & à Paulo Iurisconsulto Lepris magna,
D. de censib. l. vlt. §. vlt. Secundus est Byzacenæ pro-
uinciæ in ciuitatibus Capsa, & altera Lepte, id est, Lepte
parua, quæ à Cypriano vocatur Leptiminus. Tertius
est Numidiæ in Constantinensi ciuitate. Quartus Mau-
ritaniæ in Cæsariensi ciuitate, §. 1. Quintus Sardiniæ
iuxta montes, §. in Sardinia. In his autem ciuitatibus
iubentur duces militum sedes suas obtinere, donec,
omnino expulsis Barbaris, possint in iis locis constitui,
quæ anteà obtinebant, §. sicut ergo. II. Pro codicillis
suæ promotionis accipiendis persoluunt in sacro la-
terculo solidos sex: deinde pro insinuatione in offi-
cio magistri militum solidos duodecim, & in offi-
cio præfecti prætorio Africæ solidos duodecim; grauì-
ter puniendis iis, qui plus exegerint, §. hoc etiam. §. no-
titia. & §. pen. III. Duces & eorum officiales è publico
emolumenta seu stipendia percipiunt secundum noti-
tiam, id est, formulam à Iustiniano datam, §. quid au-
tem. §. ad hoc. §. & hæc notitia Deo volente debet de-
clarari ducibus. & §. & hæc notitia Deo volente de-
bet declarari iudicibus. IV. Sportulas accipiunt secun-
dum quantitatem generali lege definitam, §. si verò.
vt supr. dixi de rectoribus prouinciarum, & eorum of-
ficialibus. V. Duces vnà cum tribunis exercere milites
suos debent, nec pati, vt temerè vagentur. §. & vnum-
quemque. VI. Nihil lucri duces vel tribuni expetant,
aut captent ex militum emolumentis, vel commeati-
bus, vel stipendiis: quale esset, si dux militem commea-
talem dimitteret, nempe commeatus ad eum militem
pertinentis retinendi causa, d. §. & vnumquemque. vbi
miles commeatalis dici videtur, qui loco stipendij vel
partis stipendij accipit ex publico commeatum, id est,
cibaria. VII. Duces sibi inuicem, vbi opus fuerit auxi-
lium præbeant, §. postquàm. VIII. Contra hostes sint
audaces & feroces: erga collatores autem beneuoli &
mites, §. sicut autem. IX. Diligenter prouincias sibi
commissas custodiant, & dent operam, vt extendantur
vsque ad fines, quos Romana resp. habuit ante incur-
sum Vandalorum & Maurorum, & ciuitates recupe-
ratas muniant, §. & omnes. X. Si quid habuerint expe-
diendum vel pro componendis ciuitatibus & castris,
vel pro suis stipendiis, vel pro annona, id præfecto
significent, vt ipse præfectus ea faciat, §. cùm autem
magnitudo. & quæ aut facta, aut facienda erunt adhuc,
ad principem referantur, §. ea verò. XI. Duces limita-
nei ne procul ab imperij limite, in quo sunt constituti,
discedant, §. pro limitaneis. ¶ De singulis militibus 6
tria considerantur: distinctio, numerus, & officium.
¶ Distinctio duplex est: nam milites diuiduntur in 7
equites, & pedites, infr. de magistris milit. l. 1. hîc au-
tem alij dicuntur esse milites limitanei, alij comita-
tenses, alij duciani: vel potiùs alij comitatenses, alij du-
ciani: nam & limitanei ducianorum appellatione
continentur, quippe qui sub ducibus limitaneis sunt,
d. §. pro limitaneis. Milites comitatenses dicuntur, qui
sunt in comitatu principis, cuius obsequio speciali
sunt deputati, infr. de re militari, l. nemo. 13. iidem ap-
pellantur præsentales, quia sunt in præsenti, id est, præ-
sentes sunt in comitatu principis, infr. de offic. magist.
milit. l. vlt. & infr. de re milit. l. vlt. Duciani verò appel-
lantur, qui subsunt ducibus vt militari prouincias cu-
stodientibus. Limitanei verò, qui limites custodiunt,
de quorum limitaneorum numero agitur in §. iube-
mus. & §. quantos. & d. §. pro limitaneis. ¶ De mili- 8
tum autem officio hæc proponuntur. I. Limitanei ne
procul à statione sua discedant, d. §. pro limitaneis.
II. Sicut milites in suis emolumentis nullum dis-
pendium pati debent, ita etiam aliena emolumen-
ta per fraudem ad se transferre prohibentur, eod.
§. pro limitaneis. III. Armorum exercitatione me-
liores & promptiores se reddant, §. & vnumquem-
que. IV. Ne vagentur, ibidem. V. Quod de duci-
bus suprà diximus, idem ad omnes milites produ-
cimus, vt sint feroces contra hostes, mites au-
tem ergà prouinciales, §. sicut autem. Hæc de officio
militum ex l. 2. nostri tituli delibasse sufficiat: nam
plura dicenda sunt ad titul. infr. de re militari.
¶ Huc vsque de personis: deinceps dicamus de re- 9
bus, vt ciuitatibus, castellis, & nauibus. ¶ De ciui 10
tatibus & castellis limitaneis hoc statuitur, vt si quæ
propter nimiam magnitudinem bene custodiri ne-
queant, ad eum modum reducantur, vt per pau-
cos bene seruari possint, §. intereà. ¶ De naui 11
bus statuitur, vt dromones constituantur in eo tra-
iectu, qui est contra Hispaniam, & *Septa* no-
minatur, §. iubemus. Dromones sunt naues lon-
giores ad velocem cursum aptæ, Isidor. libr. 15.
orig.

origin.cap.1.Cassiodor. libr. 5. variar. epistola 16. 17. 18. & 20.

Tit. XXVIII. De officio Præfecti vrbi.

I. 8.9.	IV. t.7.
II. 9.	V. 5.
III. 3.	

1 PRæfectus vrbi dicitur, cuius fidei vrbs commissa est, D. h.t.l. 1.§.initio. Vrbem intellige Romanam κατ' ἐξοχὴν, id est, Romam veterem, & Romam nouam, quæ est Constantinopolis: in vtraque enim fuit profectus vrbi, vt constat ex notitia vtriusque imperij,& ex l.4.h. t. Hic præfectus vrbi potestate cedit Præfecto prætorio; quia nullus magistratus tantam habuit auctoritatem, quantam Præfectus prætorio, vt notaui ad titul.præcedentem:dignitate verò est ei æqualis, infr. de præfect. prætor. siue vrbi. l.1.nam præfectura prætoriana,& præfectura vrbicaria vocantur germanæ potestates, infr.de aduocat. diuer. iudic. l.aduocatos.11.Verùm sessione in senatu præfectus vrbi præfertur præfecto prætorio, Nou.62.Ex his apparet, cùm dictum sit de præfectura prætoriana; rectè subijci hunc titulum pertinentem ad præfecturam vr-
2 bicam. ¶ Huius tituli capita sunt quinque. ¶ Primum
3 caput est de dignitate huius magistratus. Antecellit omnibus dignitatibus, quæ intra vrbem sunt, l. 3. Cùm dico *intra vrbem*, excludo præfectum prætorio, qui potiùs est in aula principis, quàm in vrbe, dignitas enim præfecti vrbi & præfecti prætorio est æqualis, vt paulò antè notaui. Sed hæc obiter. Nam de his dignitatibus est titulus proprius,infr.de præfect.
4 prætor. siue vrbi. ¶ Secundum caput est de militantibus in officio præfecti vrbi. Hic considerantur, primicerius, adiutor, & milites stationarij. Primicerius dicitur cuiuscumque ordinis primus, vt rectè Suidas interpretatur, à prima cera dictus, vt Alciato placet, quia veteres in cera scribebant: etsi Cuiacius τὸ *cerum* putat esse tantùm productionē vocabuli. Vt autem dicitur primicerius, ita etiam secundocerius, tertiocerius, &c. Itaque primicerius adiutor est primus inter adiutores. Milites stationarij dicuntur, qui in
5 stationibus præsidij causa, sunt dispositi. ¶ De primicerio adiutore duo traduntur in leg.vltim.I. Vt cùm per biennium functus fuerit officio, assumat curam personarum, vel potiùs (vt Cuiacius libr. 13. obseruationum, cap.1. emendat, assumat curam epistolarum, nullibi enim reperitur mentio curæ personarum: sed inter officiales præfecti vrbi numeratur cura epistolarum in notitia imperij. II. Vt primicerio mortuo, vel aliter amittente militiam, is, qui proxi-
6 mè sequitur, eius locum occupet. ¶ De militibus stationarijs notandum, eos debere præfecto vrbi inseruire in emenda popularium quiete, & spectaculorum disciplina,ai que ad eum referre,quid agatur, & vbi agatur aliquid contra eam quietem ac disciplinam, D. h. t. l. 1.§.quies. vbi popularia vocantur consessus plebis in theatro, vt & in l. capitalium. 28. §. solent. D. de pœn. Hæc de apparitoribus in præsentia sufficiant: nam reliqua dicenda sunt suo loco, id
7 est, libr. 12. tit. 35. ¶ Tertium caput est de his, qui sunt præfecto vrbi subiecti. Ei subijciuntur corpora, vt pistorum, nautarum, &c. vniuersi ciues, & populares, l. 4. vbi ciues & populares accipiuntur ἐκ παραλλήλου: nam popularis ciuem significat, vt apud Plaut. in Pœnulo, *O mihi popularis salue.* & apud Terentium in Phormione, *Amicus meus & popularis Geta.* & apud M. Tullium 3.de legibus, *sese non popularem alicuius loci, sed ciuem totius mundi, quasi vnius vrbis agnouerit.* & 4. Acad. quæst. *At hac Thales Anaximandro populari & sodali suo non persua-*
sit. ¶ Quartum caput est de his, quæ sunt curæ præ- 8
fecti prætorio commissa. Hæc autem plura sunt. I. Quies popularium, & disciplina spectaculorum, d. l. 1. §. quies. vbi popularia vocantur consessus plebis in theatro, vt paulò antè notaui. II. Carnis venditio, vt iusto pretio vendatur, d.l.1.§.cura. & omnino totius annonæ curam habet præfectus vrbi, communem tamen cum inferiori magistratu, id est, præfecto annonæ, l. 1. III. Vt nummularij probè se gerant in officio suo, D. ead. l. 1. §. præterea. IV. Datio tutorum, vel curatorum, Instit. de Atil. tutor. §. sed hoc iure. ¶ Quintum caput est de terminis & limi- 9
tibus huius potestatis. Hic tria notanda. I. Eius iurisdictio terminatur centesimo ab vrbe miliari, d. l. 1. in princ. & §. initio. II. Non potest aliquem ex prouincia in vrbem euocare, præter suos officiales, & ciues seditioni obnoxios, l. 2. III. Cùm extra vrbem est, non potest in delinquentes animaduertere, sed tantùm potest iubere iudicare, D.eod.l.vlt.

Tit. XXIX. De Officio Magistri militum.

I. 1. 2.	IV. 4.
II. 3.	V. 2.
III. 2. 3.	

PRæfectis prætoriorum & vrbis rectè subijci- 1
citur Magister militum, quoniam horum omnium æqualis est dignitas, infr.de præf. præt.siue vrbi.l. 1. & quam potestatem habent præfecti prætorio in rectores prouinciarum,& in priuatos homines; eandem habent magistri militum in duces militum,& comites militares,& ipsos milites, l.1.& infr.de re milita.l.vlt.in princ.& §. vlt. Quin curam militatem, quæ olim ad præfectum prætorio pertinebat, ab eo ad magistrum militum Zeno imperator transtulit, vt Cuiacius ex Zosimo notat. De hoc igitur magistro militum in præsentia dissoluuntur tres quæstiones. ¶ Primò quæritur, quot sint ho- 2
rum magistrorum genera? Notandæ sunt duæ diuisiones. Prima est trimembris, aut enim est magister equitum, aut peditum, aut vtriusque militiæ, l.1.In altera diuisione numerantur varia genera: vt magister militum per orientē,ad quem scripta est l.2. per Illyricum, ad quem lex 3.per Armeniam, Pontum Polemiacum, & gentes, ad quem est lex vlt. militum præsentalium, ad quem scripta est lex vltima infr.de re militari. ¶ Se- 3
cundò quæritur, in quos potestatem habeant magistri militū?Subiectos habent duces militū, & comites militares,&ipsos milites,vt sup.notaui.Item potestatē habent in suos apparitores, dummodò sint intra numerum statutum, l.2. nec de tributaria collatione agatur: nam quod ad hanc causam,hi apparitores, & in omnibus causis supernumerarij subiiciuntur iudicibus ciuilibus, l. 3. ¶ Tertiò quæritur, quid pertineat ad of- 4
ficium magistri militum?Hic vnum traditur,ne milites ex suo loco in alium transferant sine speciali iussu principis, l.4.

Tit. XXX. De Officio Quæstoris.

I. 2.j.	III. 2.j.
II. 1.2.j.	

1 MAgistratus, quos hactenus exposuimus, illustres sunt: recte igitur iis adiungitur Quæstor, nam & hic est illustris, l. 2. Cum autem quæstorum varia sint genera, vt quæstor exercitus, Nou. 41. quæstor vrbis, Nou. 80. & olim quæquæstores ærarij, D. de orig. iur. l. 2. §. deinde cùm ærarium. & quæstores rerum capitalium, d. l. 2. §. & quia. nunc loquimur de Quæstore sacri palatij, qui olim dicabatur candidatus Cæsaris, D. h. t. §. ex quæstoribus. & §. vlt.

2 ¶ Ad huius officium hæc pertinent. I. Curam habet minoris laterculi, l. 1. Laterculum est Codex, in quo descripta sunt officia, & administrationes tam ciuilium quàm militarium iudicum, sic dictum vel à latendo, quia inter occultiora habebatur, & arcana imperij continebat; vel imitatione Græci sermonis, quia figura laterem referebat, sic enim Græci πλίνθιον accipiunt. Erat autem duplex laterculum: alterum maius, in quo descriptæ erant maiores dignitates: alterum minus, in quo minores: illud asseruabatur apud primicerium notariorum, vt est in notitia Romani imperij: hoc autem apud quæstorem sacri palatij. Omnes igitur minoris laterculi dignitates & officia sunt sub cura & sollicitudine quæstoris, & scrinio memoriæ: ita vt arbitratu quæstoris conferantur vnà cum subscriptione principis, l. 1. 2. & 3. Scrinium est arca, in qua acta principis ad ius pertinentia seruantur, veluti adnotationes, & pragmaticæ sanctiones, epistolæ, &c. infr. de testam. l. omnium. 19. Erant autẽ varia scrinia, vt memoriæ, epistolarum, libellorum, dispositionum, inf. de decur. l. vlt. & de prox. sacr. scrin. l. 1. 3. 4. 5. 6. 10. & 11. II. Quæstor epistolas & orationes principum in senatu legit, D. h. t. §. ex quæstoribus. & § vlt. III. Dictandis legibus, mandatisque principum, & responsis dandis vacat vnà cum magistris scriniorum, supr. de diuers. rescript. l. vlt. vers. nam & vlt. Vnde rescriptis principum addenda est subscriptio quæstoris, Nou. 114. Hæc consentanea sunt ijs, quæ traduntur in notitia Romani imperij.

Tit. XXXI. De officio Magistri officiorum.

I. 4 ij. 5. j. 6. j. ij. iij.	*V. p. 4 j.*
II. 6. iij.	*§ j 4-ij.*
III 4. iij. 6 j. iv.	*§. vlt. 5. iv.*
IV. 5. ij.	

1 SEquitur alius magistratus illustris, Magister
officiorum, qui præest officiis & scholis au-
2 licis. ¶ Huius tituli duo sunt capita. ¶ In
3 priori capite agitur de magistro officio-
rum, ac declaratur, quænam ei concedantur aut non
4 concedantur. ¶ Non conceduntur hæc. I. Eligere scholares, l. vlt. in princ. II. Subrogare in locum vacantem, d. l. vlt. §. 1. III. Corrigere & degradare senatores, & ducenarios, l. 3. Hæc sunt nomina dignitatum (vt & centenarij, & biarchi nomen) in schola agentium in rebus, & in officio sacrarum largitionum, l. 1. & infr. de agent. in reb. l. 3. & 4. & de princip. agent. de reb. l. 5. vide Cuiac. ad l. 1. infr. de exact. tributor.

5 ¶ Conceduntur autem Magistro officiorum hæc. I. Offerre principi idoneum, ab eius maiestate ordinandum, id est, eligendum scholarem, l. 1. II. Referre ad principem de numero militum, & de castrorum atque clausurarum cura, l. 4. Clausuræ vocantur loca munita in finibus imperij, vbi sunt transitus angusti, supr. de officio præf. præt. Afric. l. 2. §. & omnes. Vide Cuiac. lib. 3. obseruat. cap. 24. III. Omnes scholares subiacent eius iurisdictioni, infr. de priuil. schol. l. 2. IV. Huius Magistri cura conscribuntur quadrimenstrui breues, qui in sacro laterculo sunt custodiendi, l. vlt. §. vlt. Quadrimenstrui breues sunt descriptiones collationum, quæ annuatim tribus pensionibus præstantur, infr. de anno. & tribu. l. vlt. Inde igitur quadrimenstrui appellantur,
quia singulis quatuor mensibus indictum seu tributum
soluitur. ¶ In posteriori capite generaliter de scholis 6
palatinis hæc notantur. I. Priuilegia scholis agentium in rebus indulta confirmantur, l. 1. & 3. De his priuilegiis est titulus 30. lib. 12. infr. II. Scholares eligendi offerũtur principi à Magistro officiorum, & ab ipso principe ordinantur, d. l. 1. III. Seruandus est ordo militiæ, vt is cæteris antecellat, qui diutiùs in schola militauit, & ne quidem per rescriptum principis hic ordo turbari potest, l. 2. in qua non *meliora*, sed *longiora* legendum est. Itaque ad dignitatem ducenariam, vel centenariam, vel biarchiam non suffragio, sed labore peruenitur, id est, non electione, sed tempore, postquàm aliquis certo tempore scholaris fuit. Indémque principatus tribuitur matricula decurrente, l. 1. id est, secundum matriculæ ordinem; vt ille fiat princeps agentium in rebus, qui primo loco scriptus est in matricula, deinde ei succedat secundus; & ita deinceps. de hac dignitate erit titulus 21. lib. 12. IV. Senatores & ducenarij non possunt à comitibus scholarum corrigi, aut degradari, sed à magistro officiorum, l. 3. vt & supr. dictum fuit.

Tit. XXXII. De officio Comitis sacrarum largitionum.



Ltimo inter illustres magistratus loco 1
numerãtur duo Comites, alter sacrarum
largitionum, alter rerum priuatarum: duplex enim est substantia principis, id est, publicum ærarium, & propriæ ipsius res patrimoniales, inf. vbi senato. vel clarissi. l. vlt. vers. cuive sacros. & infr. vbi caussæ fiscal. vel diu. dom. in rubr. & infr. de quadr. præscript. l. vlt. vers. sed scimus. & D. de iur. fiscal. l. 6. in fin. & Inst. de vsucap. §. vltim. Sacræ largitiones vocantur, quæ ad fiscum, siue ærarium pertinent, propterea quòd hæ res largitionibus sunt destinatæ, non auaritiæ causa sepositæ, & qui his præest, Comes sacrarũ largitionum appellatur, qui & procurator fisci nominatur, & olim præfectus ærarij.
¶ Alius fuit Comes largitionum priuatarũ, qui in no- 2
titia Romani imperij collocatur sub dispositione viri
illustris, Comitis rerum priuatarum. ¶ Singularis con- 3
stitutio huius tituli quatuor continet. I. Si iudices, id est, præsides negligentes sint in exigendis his, quę prouinciales conferre in sacros thesauros debent, palatini largitionales nullo modo possunt à prouincialibus ea exigere, ne quidem præside delegante, sed per notarios principem de præsidum negligentia certiorem facere debent, vt eos punire possit: alioquin ipsi quoque palatini ob certiorandi principis officium intermissum punientur. in princ. & infr. de canon. largit. tit. l. 2. II. Si exactores negligenter vel malitiosè in exactione versentur, præsides eorum nomina ad principem mittant, vt ab eo puniri possint. III. Quadrimenstrui breues ad officium palatinum dirigantur, d. §. 1. vers. breues. vel ad officium præfectianum, infr. de apoch. publ. l. 1. Sunt autẽ quadrimẽstrui breues, qui de singulis pensionibus conficiũtur à chartulariis: quia tribus pensionibus indictiones cuiusq; anni soluebantur, infr. de anno. & tribu. l. vlt. & C. Th. eod. tit. l. vnusquisque. 15. & l. seq. Maiorian. Nou. de indulgẽtiis reliquorũ. Cassiod. vt trina illatione deuotus possessor suã cõpleat functionẽ. Cuiac. inf. de apoch. publ. IV. Aurũ, quod exactores à collatorib. exegerint statim ad officiũ

sacrarum

ſacrarum largitionum mittatur,d.§.1.verſ.vlt.

Tit. XXXIII. De officio Comitis rerum priuatarum.

I.2. | *III.5.*
II.4.

1 SVb hoc titulo ſunt tres conſtitutiones. ❡ Pri-
2 ma iubet conſularem Byzaciæ(id eſt, recto-
rem prouinciæ Byzacenæ, de quo dictum fuit
ſupr. de offic. præf. præt. Afri.l.1. §.& ab ea)ſi quid agi
intelligat,in quo aliquid commodi fiſcalis appareat, ad
3 officium Comitis rei priuatæ id tranſmittere. ❡ Secun-
do loco Concius collocat conſtitutionem Græcam,
quam primus Cuiacius ex baſilicis edidit in commen-
tario ad l.7.infr.de delator.ſed ipſe Cuiacius hanc con-
ſtitutionem collocat ſub tit.infr.de offic diuer. iud. cu-
ius auctoritatem,& rationem nos quoque ſequentes,ad
eum titulum hanc conſtitutionem referemus.Poſt eam
Græcam conſtitutionem quædam editiones habent
titulum *de officio Comitis ſacri palatij*, qui à manuſcriptis
abeſt,& omnino delendus eſt.Nam duæ ll.ſeqq. debent
eſſe ſecunda & tertia huius noſtri tituli de offic.Comi-
4 tis rer.priuat.atque ita à nobis accipientur. ❡ Secunda
igitur conſtitutio oſtendit,ſub comite rerum priuata-
rum eſſe palatinos priuatianos, & rationales, qui exi-
gunt canonem emphyteuticarium, & cætera ad princi-
5 pis patrimonium pertinentia. ❡ Tertia conſtitutio ve-
tat alios iudices ſibi ea vindicare,quæ ad officium huius
comitis ſpectant irrogata pœna quinquaginta libra-
rum auri in ærarium redigendarum.

Tit. XXXIV. De officio Comitis ſacri patrimonij.

COmiti rerum priuatarum ſimilis eſt Comes ſacri patrimonij: vterque enim priuatæ ſubſtantiæ principis curam habet; nam priuata principis ſubſtantia in multas partes diuiditur, & varios adminiſtratores habet,vt notaui Iſag. C. de fundis patrimon.Cuiacius hîc notat comitem rerum priuatarum gubernare priuatam principis ſubſtantiam per rationales,præpoſitos procuratores,atque etiam comites quoſdam ſpeciales.Comitem verò ſacri patrimonij eſſe veluti procuratorēpenus,qui regias (vt Caſſiodorus ait lib.6.)epulas ſollicita ordinatione diſponit, iudex aulici apparatus & epularum, cui(vt idem Caſſiodorus ſignificat lib.12.)commiſſæ ſunt apothecæ,& enthecæ aulicæ, & putat cellario principis dicatorum prædiorum in Cappadocia prouētus quoque ad eum rediiſſe.Græca huius tituli conſtitutio ſingularis non extat.

Tit. XXXV. De officio Proconſulis & Legati.

HActenus magiſtratus illuſtres:ſequuntur ſpectabiles: inter quos primus locus datur Proconſuli, cui more maiorum adiungitur legatus;vnde ſumuntur duæ partes huius tituli, ad quarum vtramque pertinet l. vn. Ex qua notandum Proconſulem,poſtquam prouinciam ingreſſus eſt, licèt eiuſdem iuriſdictionem poſſit mandare legato,cui velit,D. h.t l. 4.§.vlt.& l.6.§.1.de cauſis tamen criminalibus non poſſe mandare,niſi quod ad hoc,vt legatus reos audiat, & remittat ad ipſum proconſulem ſententiam laturum,d. l.vn.& D.eod.l.6.in princ.Mandatum verò iuriſdictionem legato adimere non debet inconſulto principe, d.l.6.§.1.

Tit. XXXVI. De officio Comitis Orientis.

SEquitur alius magiſtratus ſpectabilis, Co- 1
mes. Orientis, l.vn.& Nou.7.in fi. quam-
quā in l.iubemus pro tempore.22.in pr.infr.
de aduoc.diuer.iud.vocatur illuſtris. ❡ Huic 2
ſuberant prouinciæ vndecim, quæ ſic recenſentur in
Notitia Romani imperij:Palęſtina,Phœnice,Syria, Cy-
prus,Cicilia,Palęſtina ſecunda,Palęſtina ſalutaris,Phæ-
nice Libani Euphratenſis, Syria ſalutaris, Oſrhoëna,
Meſopotamia, Cilicia ſecunda, Iſauria,Arabia:erat au-
tem ei adiunctus rector prouinciæ,vt lex ſingularis hu-
ius tituli oſtendit,ſed Iuſtinianus nouiſſimè ex duobus
magiſtratibus vnum fecit, qui vocatur ſpectabilis co-
mes Orientis:atque eius ditionem multò anguſtiorem
reddidit, quam anteà eſſet: quia præfecit eum tantum
primæ Syriæ,& Cyrrheſticæ regioni,Nou.8 c.5.
❡ Huius tituli conſtitutio eſt de Alytarchia, & Sy- 3
riarchia.Hæc ſunt in Syria prima ſacerdotiorum nomi-
na, eodem modo appellata, quo Aſiarchia,Bythiniar-
chia,& ſimilia,infr.de natur. liber. l. 1.& D.de excuſat.
tut.l.6. §.14. Alytarchæ etymologia explicatur in ety-
mologico,& à Fauotino:quoniam alytarcha,qui curam
habebat olympici certaminis, præerat τοῖς ἀλύταις,id
eſt,lictoribus,quos Elæi ἀλύτας vocant:ἀλυτάρχης (in-
quiunt) ὁ τῆς ἐν τῷ ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι εὐκοσμίας ἄρχων,
ἠλεῖοι γὰρ τοὺς ῥαβδοφόρους ἢ μαστιγοφόρους παρὰ τοῖς
ἄλλοις καλουμένους,ἀλύτας καλοῦσι,καὶ τὸν τούτων ἄρ-
χοντα,ἀλυτάρχην.Sed poſtrema illa verba,παρὰ τοῖς ἄλ-
λοις,&c.deſiderantur in editione Fauorini, & ſupplen-
da in eo ſunt ex etymologico : alioqui ſententia eſt im-
perfecta ❡ Porrò de his ſtatuuntur quatuor,l.vn 1. Vt 4
tituli muneribus alytarchiæ & ſyrarchiæ deputati exi-
gantur per officiales comitis Orientis,& per officiales
rectoris prouinciæ Syriæ.Tituli vocantur hîc exactio-
nes ſiue exactionum cauſæ,vt & in rubr.infr.de canon.
largit.titul. & in l. 5. infr. de ſuſcept. & apud Symma-
chum illo loco, *Quantum in titulis fiſcalibus exigendis
tua cura promouerit*. II.Vt Alytarchiæ ludi curæ ſint co-
miti Orientis,& eius officio.III. Syrarchiæ ludi curen-
tur à præſide Syriæ,& eius apparitoribus.IV.Interdici-
tur curialibus, ne ad huiuſcemodi munera ſiue hono-
res adſpirent.

Tit. XXXVII. De officio præfecti Auguſtalis.

I.a.3. | *II.2.*

SVccedit alius magiſtratus ſpectabilis, præfe- 1
ctus Auguſtalis,Nou.7.in fi. qui & præfectus
Ægypti nominatur inf.de poſtul.l. 1. & D. ex
quib.cau.maior.l.qui mittuntur. 35.§ præfectus.quo-
niam Ægypto redactæ in prouinciæ formam ab Augu-
ſto præpoſitus eſt,Suetonio, Dione,& alijs auctoribus.
❡ Hic non vni prouinciæ præeſt,ſed toti Ægyptiacæ 2
diœceſi,l.1.ſub qua continentur ſex prouinciæ, vt ſcri-
ptum eſt in Notitia Romani imperij, Lybia ſuperior,
Lybia inferior,Thebaïs, Ægyptus,Arcadia,Auguſtani-
ca. Itaque harum prouinciarum moderatores ſubiecti
ſunt pręfecto Auguſtali : ſic tamen, vt eorum delicta
præfecti tantùm examinare & ſuper his ad principem
referre, non etiam ipſos præſides remouere,vel punire 3
poſſint,l.2. ❡ Huius præfecti cura exiguntur per mo-
deratorem prouinciarum tributa; quorum ſolutionem
recuſantes, etiam manu militari,ſi opus eſt,coërceantur,
d.l.1. in qua lege notetur ea phraſis,*audaces ad inferenda
quæ debent*, id eſt, audaces ad recuſandam illationem ſeu
ſolutionem debitorum tributorum.

Tit.XXXVIII.

Tit. XXXVIII. De officio Vicarij.

I.2.j.ij.iij.	*II.2.iv.*

1 Vicarius quoque est spectabilis, id est, qui vices præfecti prætorio gerit, D.de legat.iij. l.1. §. à præfectis.in aliqua diœcesi. Nam sub Vicario plures prouinciæ erant, vt sub vicario Asianæ diœceseos,prouinciæ octo:sed hic tollitur,Nou.8 c.2.sub vicario Ponticæ diœceseos,prouinciæ decem:hic quoque tollitur, Non. 8. c. 3. sed restituitur Edic 8. sub vicario vrbis Romæ,prouinciæ decem:sub vicario Africæ,prouinciæ quinque : sub vicario Hispaniæ,prouinciæ septem:sub vicario septem prouinciarum , prouinciæ septendecim : sub vicario Britannicarum,prouinciæ quin-
2 que : vt legere est in Notitia Romani imperij. ¶ Hoc titulo quatuor de vicario traduntur. I. Vice sacra iudicat, l. 1. II. Dignitatem habet à præfecto prætorio , vt enim præfecti vice fungitur,ita præfectorianæ dignitatis partem ad se trahit, d.l.1. III. Comiti militari præfertur in caussis ciuilibus , postponitur in militaribus,d. l. 1. quod consentaneum est ijs,quæ ex Aristotele & Gellio notaui oratione 1.de honore, vers. dictum est de ijs. IV.De rebus grauibus& dubijs immediatè ad principem refert,l.2.

Tit. XXXIX. De officio Prætorum.

I. 6.i.ij.	*II.4.5.ij.6.ij.*

1 Expositis magistratibus illustribus , necnon etiam spectabilibus , qui medium locum tenẽt inter illustres & clarissimos,supr.de Episcop aud.l.22.Nou.7.in fin. Nou.13. cap. 13. nunc dicemu. de clarissimis , quales sunt in vrbe prætores , & in
2 prouincijs rectores seu pręsides. ¶Hic titulus diuiditur
3 in duo capita. ¶ In priori capite de electione præto-
4 rum duæ quæstiones deciduntur. ¶ Primò quæritur, quot sint eligendi prętores? Fuerunt aliâs alio numero, D.de orig. iur.l.2.§.eũmque cõsules.§.post aliquot. & §.
5 capta.nouissimè iubentur esse tres,l.2. ¶ Secundò quæritur , quinam sint eligendi ? Hic duo sunt notanda.I. Hunc magistratum demãdandũ esse hominibus liberis non seruis , quamquam hoc præceptum communiter pertinet ad omnes magistratus:nullum enim magistratum seruus obire potest:vnde quæsitum est,si per errorem seruus pro libero homine habitus , creatus sit prætor , an per eum gesta valeant ? Et responsum est,eum quidem præturá functum,non tamen prætorem fuisse; acta verò per eum sustineri benignè propter vtilitatem eorum, qui apud ipsum quasi prætorem egerunt , cum stricto iure inspecto non valeant,D.h.t.l.3. Aliud igitur est,prætorem esse : aliud , prætura fungi : sicut aliud est esse seruũ : aliud,esse in seruitute, D.ex quib.cau.maior. l.ei quoque.11.Instit.de ingenu.§.vlt.&aliud,possidere, aliud,esse in possessione,D.de acquir.poss.l.3.§. vlt. & l. si quis ante.10.§.1.II.Prætores eligi debere ex ijs,qui in vrbe domicilium habent, non ex prouinciis,l.2.& infr. de prætor.l. 1. quamuis alia sit ratio præsidum, & assessorũ, qui non possunt eiusmodi officijs fungi in patria
6 sua,vt dicemus tit. 40. ¶ In posteriori capite de iurisdictione prætorum notatur , eos habere,I.Iurisdictionem voluntariam: nam apud prætorem manumittitur, emancipatur,in adoptionem datur, etiam si ipsius prætoris pater sit,qui hæc facit , immo & ipse prætor apud semetipsum, si filiusfamilias sit,emancipari, vel in adoptionem dari potest,l.1.& D.eod.l.1.& 2.II.Iurisdictionem contentiosam : veluti vt cognoscant de liberali causa,l.1.de restitutione in integrum,l.2.de suspectis tutoribus remouendis.D.de suspect tutor.l.1.§. damus. & Instit.eod.§.1.

Tit. XL. De officio Rectoris prouinciæ.

Rub.3. j.	*VIII.3.vj.10.ij.*
I.3.iv.6.ij.	*IX.3.ij.11.j.*
II.3.iv.10.j.	*X.3.vj 6.iv.10.ij.*
III.3.iv.12.	*XI.3 ij.10 j.*
IV.7.v.	*XII.6.iij.7.iv.*
V.3.v.9.	*XIII.4.*
VI.3.vj.11.iij.	*XIV.11.ij.*
VII.3.iv.	

Equuntur Rectores prouinciarum , nam hi 1
quoque sunt clarissimi , vt correctores,præsides,& consulares:cùm illi de quibus supr.egimus id est,proconsules,& comites prouinciarum, sint
spectabiles. ¶ Hic titulus diuiditur in quatuor capita. 2
¶ In primo capite declarantur varia nomina, quibus 3
is significatur, qui prouinciæ præest. I. Vocatur Rector prouinciæ,vt in hac rubr. II.Moderator prouinciæ,l.9. & l.11.III.Corrector prouinciæ,D.h.t.l.penult.IV.Præses prouinciæ,l.1. & 2. Quamquam enim hoc nomen generale est,& complectitur omnes eos,qui prouincias regunt, D. eod.l.1.tamen plerumque specialiter sumitur,& à proconsule, & à comite distinguitur. V. Iudex, l.3.5.6.8.& 10.Quamquàm & hoc nomen potest generaliùs accipi,vt fortasse accipitur in l.si iudex. 41. D. de minor. Et aliàs iudex accipitur in propria quadam & angusta significatione pro iudice pedaneo , vt in l.cùm prætor. 12.D.de iudic.& in l.2.D.de diu.reg.iur.& multis alijs locis.VI.Iudex ordinarius , supr. de episcop. & cleric.l. omnes 33. in princip. & infr.de proxim.sacror. scrin.l.2.ordinariam enim gerit dignitatem,l.7.&ordinario iure prouinciam moderatur,infr.de mo. multar.
l.vlt.VII.Legatus Cæsaris,D.h.t. l.penult. ¶ Secundum 4
caput est de electione præsidis, vbi vetantur cohortales regimen prouinciæ suscipere:immo & cingulum alius cuiuscunque dignitatis militiæve accipere,etiamsi princeps vltrò offerat , l. si quis cohortalibus. 13. vbi *vltroneè* dicitur,quod in iure canonico *motu proprio*. Cohortales sunt præsidum apparitores perpetui, de quib. vide Cuiac.ad l.3.inst.de canon.largitional. tituli. & ad
l.1.infr.de cohortalib. ¶ Tertio capite de auctoritate 5
præsidis duæ quæstiones deciduntur. ¶ Primò quæri- 6
tur,quam habeat auctoritatem?Habet I.Iurisdictionem voluntariã,D.h.t.l.2.& l.si fortè.17.II. Iurisdictionem contentiosam,l.1.& D.eod.l.ex. omnibus. 10. l. omnia. 11.l. senatusconsulto.16. etiam de liberali causa , vt docebo infr. vbi de cau. sta. age. oport. III. Merum imperium,l. omnes.12. & D.eod.l.3.l.4.l.6.§.penult. & §.vltim.& l.vltim.IV.Ius dandi tutorem,& iudicem:sic tamen,vt alium det, non semetipsum,D.eod.l.5. V. Ius
exigendi tributa,l. nullum.10. ¶ Secundò quæritur, 7
in quas personas potestatem habeat ? Potestatem habet, I. In suæ prouinciæ homines. II. In extraneos , si in ea prouincia contrahant , vel delinquant secundum regulam, quòd sortimur forum ratione domicilij , & ratione contractus,vel delicti,Digest.h.tit. l.3. III. In suos comites,& libertinos , quibus tamen parcissimè ius dicere debet , quemadmodum & si quid inuitus passus sit , vt furtum , vel iniuriam , in his enim caussis tantùm lis contestari debet , vt actio perpetuetur,& post officium depositum peragatur,D. eod. l. Senatusconsulto.16.IV. In suos apparitores.l.omnes 12. V. In officiales præfecti prætorio , quos potest
etiam punire,non tamen inscio præfecto,l.4. ¶ Ter- 8
tium caput est de officio præsidis:quod partim ad personas,partim ad loca refertur.Personę sunt maiores,vel

nimores

9 minores iudices,& prouinciales. ¶Maioribus iudicibus præfes reuerentiam debet,erga minores auté decenter
10 fe gerat,& iniuriis abftineat,l.5.¶. Ratione prouincialium ei præfcribitur. I. Ne patiatur aliquem lucrum aut damnum iniuftè fentire,putà per exactiones illicitas,vel per contractum metu extortum,d.l. 6.in princ. vel per licitæ negotiationis prohibitionem,vel per illicitæ permiffionem,vel per pœnam innocenti irrogatá,d.l.6.§. neque.vel per illicita minifteria, d.l.6.§.illicita. per cófve, qui officiorum, aut militum nomine abutuntur,d.l.6.§.ne tenuis.& §. feq. vel per potentes, aut potentium procuratores,l.2. & l.moderatores. 11. & D.eod.d.l.6.§.ne potentiores. vel per medicum arte fua abutentem,d.l.6.§.Sicuti,vel per furiofum,d.l.congruit.13.§.1.& l.feq.II.Vt ipfe tributa exigat, non eam curam committat militibus aut præfectianis,id eft,apparitoribus præfecti prætorio,vel palatinis,id eft,apparitoribus comitum facrarum,vel priuatarum largitionum: hi namque non prouincialibus, fed præfidibus imminere debent,hoc eft,non debent à prouincialibus exigere,fed præfides huius exactionis faciondæ admonere:præfides autem non hanc moleftiam declinare,& ijs negotium committere, fed ipfi exequi debent, l.ne
11 quis.8.l. nullum.10.& infr. de cano.largit.tit.l.2.¶ Ratione locorum fequentia præcepta funt obferuanda. I. Præfes non debet finem prouinciæ excedere, nifi voti foluendi caufa,ita vt non abnoctet, D. eod. l. illud.15. Nec proficifcatur Conftantinopolim iniuffu principis, l.nullus 9. II. Habitet in palatio,vel prætorio, non in aliis conductis ædibus.Vbi verò tam palatium, quàm prætorium eft, habitet in palatio, prætorium aliis vfibus deputet,l.vlt.III.Hyemare viciffim debet in quinque præcipuis vrbibus, l.6. Intellige quinque ciuitates metropoleis quinque prouinciarum eadem diœcefi contentarum, quæ fubiectæ funt quæftori exercitus. Has quinque prouincias Iuftinianus Nou. 47.fic recéfet: Scythiam, Myfiam,Cariam, Cycladas infulas, & & Cyprum. Omittit igitur Rhodum, quæ infula non videtur omittenda propter dictam l.6. in cuius initio legendum eft ex libro manufcripto *Rhodiorum*, pro Phodiorum :videtur ergo Iuftinianus aliquid mutaffe, & loco Rhodi infulæ fubftituiffe Cycladas infulas. In qua fententia animaduerto effe Cuiac. lib.16.Obferu.
12 cap. 6. ¶ Expofui officium præfidis : quo fi probè functus fuerit,rectè publicis acclamationibus prouinciales eum collaudabunt, fin fecus fe gefferit, eum poterunt poft depofitum magiftratum accufare, l. 3. Ideóque finito officio manere debet in prouincia dies quinquaginta,Nou.95.§.illud.

Tit. X L I. Vt nulli patriæ fuæ adminiftratio fine fpeciali permiffu principis permittatur.

1 HIs,quæ diximus de rectoribus prouinciarum, hoc loco addendum eft,nemini licere in patria fua fufcipere hunc magiftratum:quod fecus in prætore obferuari,docui fup.de offic. præt. §. 5.
2 membr. 2. ¶In vulgatis editionibus hoc loco non eft noua rubrica:fed quam nos rubricam fecimus,ea,dempta coniunctione *vt*,in illis editionibus eft lex vltima tituli præced. Verùm in quibufdam manufcriptis hæc rubrica difertè minio fcripta eft:& in quibufdam fubiiciuntur hæc verba *Græca conftitutio:* vt inciceetur defiderari conftitutionem Græcam ad hunc titulum pertinentem. Cuiacius ait hanc conftitutionem effe Anaftafij,quod vnde collegerit,ignoro.Cæterùm ei aduerfatur quidam Codex manufcriptus,in cuius fpatio adfcripta funt hæc verba, *Hæc lex reperitur in lege vlt. infr. de crimin. facri.* Nam ea l.vlt.non eft Anaftafij,fed Gratiani,Valentiniani,& Theodofij,ibique pœna facrilegij irrogatur ei,qui contra hanc conftitutionem fufceperit adminiftrationem in patria fua. Similis prohibitio eft,ne quis affefforis officio fungatur in patria fua, vt colligitur ex l. 3. D. de offic.affeffor..

Tit. X L I I. De officio Præfecti vigilum.


PErcurrimus ordinarios magiftratus eodem ordine,quo in Notitia Romani imperij recenfentur, & quem ipforum dignitas poftulabat ; confequenter dicendum eft de præfecto vigilum,& 1
præfecto annonæ, qui non funt ordinarij magiftratus, fed extra ordinem ius dicunt, D. de origin. iur. l. 2. §. & hæc omnia. & de offic. proconf. l. 7. §. vlt. Vtrum autem alteri præferas,nihil intereft, cùm vterque extra ordinem cognofcat,& vterque hoc iure fubfit præfecto vrbi, vt conftat ex Notitia Romani imperij,& l.vn.h.tit.& l.1.fup.de offic.præfect.vrbi. & l.3.§.1.& l.vlt.D.h.t. Dixi hoc iure:quia nouiffimè Iuftinianus exemit præfectum vigilum,quem voluit immediatè principi fubiectú effe, nó præfecto vrbi, Nou. 13.c.4.§.Sed & crimina.Cuiac.præponit titulú de offic. præfect.anno. Ego titulum de offic. præf. vigil. ficut reperi in quibufdam manufcriptis. Nam in vulgatis 2
editionibus deeft tit.de offic.præf.anno.¶ Sub hoc tit. vna eft lex ex qua duo colliguntur.I. Præfectum vigilum effe inferiorem præfecto vrbi, quod nuperrimè expofui.& adde cùm præfectus vrbi fit illuftris, hunc effe fpectabilem, D.hoc tit.l.3.in princ.& Nou. 13.c.4. in fi.& cap. 6.I I. Præfectum vigilum non cognofcere de criminibus atrocibus, feu capitalibus, fed tantùm de leuioribus : ea verò ad præfectum vrbi remittere. Coniunge l.3. §. 1.& l.vlt. D. eod. quia non habet ius gladij,nifi in feruos,D.de condict.cau.da.cau.non fecu. l.pen.fed hoc nouiffimè correctum eft, ac datum præfecto vigilum ius gladij etiam in homines liberos, d. Nou.13.c.6.

Tit. X L I I I. De officio Præfecti annonæ.

SEquitur Præfectus annonæ,qui æquè ac præfectus vigilum extra ordinem cognofcit, vt fup. expofui:ac generaliter loquendo, curam habet annonæ vnà cum præfecto vrbi,fup.de offic.præfect.vrbi.l.1.Cui fubeft,vt fup.notaui, non tamen per omnia & omnino, quandoquidem præfectus fine eo de annona ftatuere nihil poteft,d.l.1.& à præfecto annonæ appellatur ad principem, non ad præfectum vrbi,D.quod cum eo,l.vlt.Huius tituli vna fuit conftitutio Græca,quæ defideratur.

Tit. X L I V. De officio ciuilium Iudicum.

I. 3. ij. | *II. 3. j.*


ABfoluta eft diuifio Iudicum in ordinarios, & 1
extraordinarios ; & fubdiuifio ordinariorum in illuftres, fpectabiles, & clariffimos; item fubdiuifio extraordinariorum in Præfectum vigilum, & præfectum annonæ : nunc fequitur altera iudicum diuifio principalis : aut enim funt iudices ecclefiaftici,aut ciuiles feu politici,aut militares ; prout ciuium Romanorum alij funt clerici,alij pagani, alij milites. De ecclefiafticis dictum eft fupr. vbi actum fuit

de epifcopis

de episcopis, & de episcopali audientia : in præsentia
2 videndum de ciuilibus, & de militaribus. ¶ Ciuiles
sunt, vt Cuiac. rectè definit, quibus inter priuatos &
paganos, vel inter militem actorem & priuatum reum
3 iurisdictio est: vt præfectus vrbi, prætor, & alij. ¶ Ho-
rum duo officia notanda sunt. I. Patienter audiant eos,
qui se excusant, quò minùs tributa soluant; & interim,
dum de excusatione cognoscunt, tributum non exi-
gant: alioquin triginta libris auri multantur : & appa-
ritores, qui exegerunt, quinquaginta libris auri, l.
2. II. Liberum accessum præbeant honoratis, eósque
secum sedere patiantur, infr. de offic. diuers. iud. l. vlt.
excepto eo tempore, quo ipsorum honoratorum lis
tractatur : tunc enim eos stare oportet, l. 1. Idem di-
cendum, si honoratus tamquàm aduocatus causam
alicuius agat, tunc enim stare, non iudici assidere de-
4 bet, infr. de postul. l. 6. in fi. ¶ Honorati vocantur, qui
functi sunt, aut donati aliqua dignitate. Fruuntur
autem variis priuilegiis. I. (vt modò dixi) ingrediun-
tur ad iudices, & vnà cum eis in secretariis sedent.
II. Ingrediuntur consistorium principis. III. Reue-
rentia eis in salutatione à iudicibus debetur, d. l. vlt.
IV. Vtuntur carrucis in vrbe, infr. de honorat. vehic.
l. vn. V. Possunt orare, quamdiu volunt, nec potest eis
iudex silentium imponere : debent tamen id facere
gratis, infr. de postulan. d. l. 6. §. pen. Hæc de honorato-
rum priuilegiis obiter dicta sint.

Tit. XLV. De officio militarium Iudicum.

I. 2. | *III. 4.*
II. 3. | *IV. 5.6.*

1 Militares iudices sunt, (vt Cuiac. definit) qui-
bus inter priuatos, aut inter priuatum acto-
rem & militem reum iurisdictio est : vt co-
mites, & magistri militum : & duces, inf. de iurisd. l.
2 6. ¶ Sub hoc titulo habemus quatuor constitutiones.
Prima vetat officia militaria vllo modo se immiscere
in causis paganorum, quæ ad ciuiles iudices pertinent:
nam si ad quempiam coërcendum manu militari opus
sit, vtuntur iudices ciuiles suis militibus. Etenim ipsi
quoque suos milites habent, id est, lictores, & appari-
3 tores, quorum passim mentio in iure fit. ¶ Secunda
prohibet paganos trahi ad forum militare : quia se-
4 cũdum regulam iuris: Actor sequitur forum rei. ¶ Ter-
tia prohibet eos, qui militarunt in officijs spectabi-
lium ducum, post impleta stipendia assumi in schola
5 agentium in rebus. ¶ Quarta constitutio duabus par-
tibus constat. Prior pars agit de officio ducis militum:
6 posterior de annonis, in vers. quibus. ¶ Quod ad prio-
rem partem attinet, multiplex officium ducis militum
in ea declaratur. I. Namque duces militum, præser-
tim qui gentes vicinas habent, in ipsis imperij limiti-
bus commorari debent tuendi imperij causâ. Gentes
dicuntur, quæ non sunt in formam prouinciæ redactæ,
sed sub Satrapis constitutæ, Nou. 31. c. 1. §. constitui-
mus. II. Redigant milites ad suum numerum, quem
minui non patiantur. III. Exerceát assiduè suos milites.
IV. Curam habeant, vt reficiantur castra, & clausuræ:
nam, vbi libri editi habẽt *lustrationis*, manuscripti, qui-
bus vtor, habent *luxuriarum*: quod verbum in plerisque
codicibus scriptum esse testatur Cuiac. lib. 3. obseru. c.
24. vbi feliciter emendat *clusuriarum*, vel *clausurarum*
dicuntur enim *clusuria*, vel *clisuræ*, vel *clausuræ*, loca
angusta & munita, vt notaui sup. de offic. mag. offic. §. 5.
artic. 2. Altera huius constitutionis pars duodecimam
partem annonarum militibus limitaneis assignatarum
cõcedit ducibus & principibus, castrorúmque præposi-
tis, vt inter eos arbitrio magistri militum distribuan-
tur. Fuit autem opus hac speciali concessione, quòd
aliàs regulariter ex commeatu vel stipendio militari
duces, nihil emolumenti captare aut expetere debent,
supr. de offic. præf. præt. Afric. l. 2. §. & vnum-
quemque.

Tit. XLVI. De officio Tribuni, & Comitis rei militaris.

Titulo generali de officio militarium iudicum
subijcitur titulus specialis de officio Tribuni,
& Comitis rei militaris. Hũc titulum ita Cu-
iacius restituit, sub quo desideratur Græca
constitutio, vt notatur in plerisque codicibus.

Tit. XLVII. Ne rei militaris Comitibus, vel Tribunis lauacra præstentur.

Hic titulus est pars præcedentis: &, quod gene- 1
raliter vetat l. 6. infr. de metatis, ne à prouin-
cialib⁹ balnea exigãtur, hoc specialiter inter-
dicit comitibus rei militaris, & tribunis: & addit etiam
ne exigatur adæratio, id est, balnei loco æstimatio. Ex-
cipit tamen viros illustres, magistros militum, & co-
mites equitum peditúmque : quibus licet exigere bal-
nea, si velint. ¶ Alij igitur sunt comites equitum, & pe- 2
ditum: alij comites rei militaris : illi sunt illustres : hi,
clarissimi. Idcirco hi vocantur minores comites, C.
Theod. h. t. l. 1. ¶ Ex qua constat, in l. vn. nostri tituli pro 3
militarium comitum, legendum *minorum comitum*, vt
rectè Cuiac. monet. Quamquàm dicere etiam possu-
mus, ita verbum fuisse mutatum à Triboniano : quo-
niam ijdem sunt comites minores, & comites milita-
res, id est, comites rei militaris.

Tit. XLVIII. De officio diuersorum Iudicum.

I. 2. ij. | *III. 2. j.*
II. 2. iv. 3. | *IV. 2. v.*

Expositis duabus iudicum diuisionibus, subii- 1
ciũtur tituli communes omnibus iudicibus.
Sunt autem communia hæc. I. Officium. II.
Personæ adiunctæ. III. Emolumenta, quæ ex
publico percipiuntur. IV. Contractus & donationes. V.
Aedificatio. VI. Multę, de quibus omnib⁹ ordine dispi-
ciemus. ¶ Hoc titulo quatuor officia iudicum propo- 2
nuntur: quæ spectantur I. In iudicibus inferioribus er-
ga superiores. Hîc cauetur, ne inferior iudex in suis
subscriptionibus (sic ex manuscripto legendum, non
vt in libris editis *proscriptionibus*) superiorem iudicem
appellet fratrem: ne dignitates confundantur, l. pen. II.
Erga honoratos, quibus iudex reuerentiam in saluta-
tione deferre debet, eósque pati secum in iudicij secre-
tario sedere, l. vlt. Adde l. 2. infr. de prox. sacr. scrin. &
ea, quæ dixi supr. tit. 44. III. Erga mulieres, ne iudex
aliquem mittat ad matrem familias ex ædibus extra-
hendam propter æs alienum, l. 1. Huc refer Nou. 134. c.
9. IV. Erga omnes subditos, & fiscum. quod proponitur
in l. 2. Secundam dico constitutionem Græcam, quæ
malè edita est sup. sub tit. de offic. com. rer. princ. huc
enim transferri debet, vt ibi notaui. ¶ Hæc constitutio 3
tria præcepta continet ad delationes fiscales pertinen-
tia. I. Vetat aliquem deferri eo nomine, quod dicatur
thesaurum inuenisse, & iudicib. mandat, ne eiusmodi
delationes admittant. Coniunge l. 7. infr. de delatorib.
Derogatur ergo Pandectis, in quibus hæc delatio ad-
mittitur, D. de iur. fis. l. 1. vers. vel quòd dicatur. II. Iubet,
vt is, qui ex causa licita defert, dato fideiussore ad sum-
mam

mam quinque librarum auri,caueat se rem executu-
rum & probaturum. III. Vetat,ne ante sententiam ex
scripto pronunciatam sigilla rebus delatis impriman-
tur,néve alia innouatio in his fiat.Hæc tria ad officium
cuiuscumque iudicis pertinent, ne admittat deferen-
tem seu denunciantem thesaurum ab alio inuentum:
néve admittat deferentem sine dicta satisdatione:& ne
quid inoouet in rebus denunciatis, antequàm senten-
tia de his rectè feratur.

Tit. XLIX. Vt omnes iudices tam ciuiles, quàm militares, post administrationem depositam, quinquaginta dies in ciuitatibus, vel certis locis permaneant.

Princ. 3. p.	*§. 3. i.*
Vers. sed per id tempus. 4. §.	*§. ipse. in princ. 3. iij.*
Vers. nec vllam. 3. p.	*Vers. officium. 3. v.*
Vers. quòd si quis. 3. j ij.	*§. pe. 6.*
Vers. simili pœna. 3. vi.	*§ vlt. 7.*

1 PRæcedens titulus est de officio omnium iu-
dicum, tam vrbanorum, quàm prouincia-
lium:de quibus in l.sing. huius tituli sex sta-
2 tuuntur. ¶ Primum est, ne deponant admi-
nistrationem, priusquàm successor ad prouinciæ fines
3 peruenerit. §.1. ¶ Alterum est,ne decedat è prouincia
ante quinquaginta dies à deposita administratione nu-
merandos,in princ.omni excusatione reiecta. vers. nec
vllam.alioquin sequentes pœnæ irrogantur. I. Fugiens
è prouincia sit reus læsæ maiestatis. II. Multetur quin-
quaginta libris auri, quæ inferuntur in fiscum, vers.
quòd si quis. III. Vbicumque repertus fuerit, inde in
prouinciam,quam rexit,remittatur, sex menses ibi mā-
surus,vt hoc tempore à quouis accusari vel conueniri
possit,§.ipse. IV. Successor,qui administratione susce-
pta non dedit operam, vt retineretur, vel de eius fuga
ad principem seu præfectum prætorio non retulit, si-
mili pœna afficitur,id est, quinquaginta libras auri in
fiscum infert,vers.simili pœna. V. Officium,quod eum
fugere permisit,triginta libris auri multatur, d.§.ipse,
4 vers. officium. ¶ Tertium est, vt dicto quinquaginta
dierum tempore, si sit iudex clarissimus, vt præses, in
prouinciæ metropoli: si verò sit iudex spectabilis,siue
ciuilis siue militaris, in ciuitatibus eius diœceseos il-
5 lustribus permaneat, vers. sed per id tempus. ¶ Quar-
tum est,vt eodem tempore non in locis sacris,vel reli-
giosis,vel potentium domibus latitet,sed in locis cele-
berrimis, coram iis, quos administrauit, publicè ver-
6 setur,eod.vers. ¶ Quintum est,vt si intra dictum tem-
pus conuentus vel accusatus fuerit, & vltra illud tem-
pus iudicium protrahatur,siquidem iudicium ciuile sit,
dato procuratore discedere possit:si criminale,vsque ad
7 finem permanere ibi debeat,§.pen. ¶ Sextum est,vt di-
ctum iudicium intra viginti,ex quo motum fuerit,dies
finiatur:alioquin iudici hoc facere supersedenti decem
8 librarum auri pœna infligitur,§.vlt. ¶ Ad hunc tit.re-
fer Nou. 8. cap.9.& 10. &Nou.95.& Nou.128.cap.23.
& 24.& Nou.161.cap.1.

Tit. L. De officio eius, qui vicem alicuius iudicis obtinet.

1 IVdicis cuiuscumque vicem obtinere dicitur,
cui ad tempus statuto minus,purà ad duos vel
tres menses, ordinario fortè iudice defuncto,
vel ab administratione remoto, vel ad aliam vocato,
administratio committitur. Hic non est iudex, sed vice
iudicis fungitur,& habet eandem auctoritatem, quam
iudex,id est,magistratus,cuius vice fungitur,l.1.& 2.

Anal. Cod.

Tit. LI. De Assessoribus, & domesticis, & cancellariis iudicum.

Rub. 4 j.	*X. 4. ij. 6. vj.*
I. 6. j. iv.	*XI. 4. j. ij. 11. iij.*
II. 4. j. 9. 1.	*XII. 4. ij. 6. v.*
III. 4. ij. 10. ij. 12. iv. 13. iij.	*XIII. 9. ij.*
IV. 4 j. 12. ij.	*XIV. 4. j. ij.*
V. 12. ij. 13. ij.	*Prin. 6. vij. 10. j.*
VI. 12. ij.	*§ j. 6. vij.*
VII. 4. j. 5. 9. vij. 11. ij.	*§. pen. 6. vij. 9. iv.*
VIII. 12. j. iv. 13. j.	*§. vlt. 6. ix. 8. ij.*
IX. 12. iv.	

HActenus de officio:sequitur,vt videamus de 1
personis, quæ iudicibus sunt adiuncta. 2
¶ Huius tituli tres sunt partes. ¶ Prima
pars de assessoribus diuiditur in quinque 3
capita. ¶ Primum caput est de eorum nominibus,quæ 4
multa & varia sunt:nam appellantur I. Assessores,vt in
hac rubr.& l. 2. 4. 7.11.& vlt.& D. eod.in rubr.& l. 1.
II. Consiliarij,l.3.10.11. 12.& vlt.& D.eod.l.pen. III.
Consiliorum principes,l.1. IV. Comites,D.eod.l.4.&
D.loca.l.sed addes.19.§.vlt. V. Σύμπονοι,l.13.nisi fortè
in ea lege pro σύμπονοι legendum σύμβουλοι,quod sub
dubio relinquo. ¶ Secundo capite definitur, quid sit 5
assessor.Sic autem definiri potest,Qui suo consilio ad-
ministratorem,id est,iudicem, siue magistratum adiu-
uat,l.7. ¶ Tertium caput est de electione:de qua sunt 6
nouem obseruanda. I. Assessor debet esse iurisperitus,
vt consilium magistratui rectè dare possit,l.1.&D.eod.
l.1.Nam si ius aliter dicetur,quàm oporteat,id assessori,
non magistratui imputabitur, D. quod quisq. iur. l. 2.
II. Debet esse vir honestus:infames enim assidere ma-
gistratui nequeunt,D.h.t.l.2. III. Debet esse homo li-
ber:verùm autem sit ingenuus, an libertinus; nihil in-
terest,d.l.2. IV. Non debet fieri assessor inuitus: non
enim cogi,sed honoribus & præmiis à magistratu alli-
ci debet,l.1 V. Potest idem assessor sæpius eligi ab eo-
dem magistratu,l.liceat. 12. VI. Nemo potest assidere
in sua prouincia vltra quatuor menses sine permissu
principis,vel præfecti prætorio,l.in consiliariis. 10.In-
tellige in sua prouincia, non ratione nominis,sed ra-
tione iuris,seu magistratus:nam si eadem prouincia, vt
Germania,diuidatur in duas,& accipiat duos separatos
præsides:nomē quidem Germaniæ vtrique parti com-
mune manet: ex vna tamen parte oriundus potest in
altera assidere, D. eod. l.3. Præterea excipe assessorem
curatoris reipub.cùm enim hic assessor publico salario
non fruatur,vt cæteri assessores, cúmque assessores vo-
lentes non inuiti assumi debeant, vt supr. dictum fuit:
necesse est permittere curatori reipublicæ,vt ex eadem
ciuitate accipiat assessorem: quia vix poterit ex alia
ciuitate reperiri,qui hoc munus subire velit, D.eod.l.
vlt. VII. Non debet aduocatus assumere assessoris of-
ficium, vt simol vtroque munere fungatur: hoc enim
iure prohibetur,l.vlt.in princ.& §.pen. VIII. Nemo po-
test eodem tempore assidere duobus magistratibus, d.
l. vlt. §.1. IX. Nemo potest assidere in ea causa,in qua
fuit aduocatus,d.l.vlt.§.vlt. ¶ In quarto capite de offi- 7
cio assessorū dissoluūtur tres quæstiones. ¶Primò quæ- 8
ritur,in quibus causis hoc officiū cōsistat: Iuriscōsultus
ait consistere in cognitionibus, postulationibus,libel-
lis,edictis,decretis,epistolis, D.h.t.l.1. Excipe I. Causas
proprias ipsius assessoris,quę nō possunt eo tēpore,quo
assidet,tractari in ipsius auditorio, quāuis in alio audi-
torio tractari nihil vetet, D. eod. l.pen.vbi accipiendū
consiliari pro consiliarij, sicut notaui Centur. 1. q. 55.
II. Excipe causas,in quibus assessor fuit aliquando ad-
uocatus,vt paulò ante notaui ex l.vlt. §. vlt. ¶Secūdò 9

qụẹritur,quomodo assessor in his causis versari debeat?
Hic duo traduntur, à quibus assessor debet abstinere:
& duo quæ debet facere. I. Namque non subscribit li-
bellis,l.2. Non iudicat, l. nunquàm. 13. III. Iuuat ma-
gistratum suo consilio, l.7. IV. Signum suum chartis
10 iudicio imponit, l.vlt. §. pen. ¶ Tertiò quæritur, quid
præter has causas requiratur ab assessore? I. Ne pa-
trocinetur,seu causas agat, quamdiu est assessor, l. vlt.
io prioc. I I. Administratione finita, maneat cum iudi-
ce in prouincia per dies quinquaginta,vt possit à quo-
11 cumque accusari,l. 3. ¶ Quintum caput est de emolu-
meots & priuilegijs assessorum. I. Assessor salarium
è publico accipit,infr.tit.proa.l.vn.& D.h.t.l.4.& loca.
l.sed addes,19.§.vlt.excepto,vt sup.notaui,assessore cu-
ratoris reipublicæ, D.h.t.l. vlt. I I. Quod filiusfamiliàs
assessor acquirit, est peculij quasi castrensis, l. 7. I I I.
Assessores maiorum magistratuum sunt ab omni in-
dictione immunes etiam post officium depositum, l.
12 oon minùs. 11. ¶ Secunda pars est de domesticis. Do-
mestici sunt milites ad principis vel magistratus cu-
stodiam deputati. Sed hîc tantùm agitur de domesticis
magistratuum: de quibus hæc habentur. I. Non eligit
sibi iudex domesticos, quos vult; sed periculo prima-
tum officij,actis interuenientibus, ea eodem officio
assumuntur,l. nullus. 8. I I. Qui semel domestici mini-
sterio functus est, ad idem iterum aspirare prohibe-
tur,l.5.& 6. I I I. Domestici à publicis actibus arcentur,
l.4. I V. Post depositam à iudice admioistrationem, ipsi
quoque per quinquaginta dies sui copiá proninciali-
bus faciunt, vt possint à quolibet volente accusari,l.3.
& d.l.8. Et si opus est per eosdem administratores,quo-
rum domestici fuerunt, iudicio exhibentur, l. si post
13 depositam. 9. ¶ Tertia pars est de cancellarijs. Cancel-
larij dicuntur à Cancellis, quibus secretaria iudicum
concluduntur: cancellarij namque sunt à secretis iu-
dicum: de quibus hæc traduntur. I. Eliguntur ex officio
administratoris,vt domestici,l. nullus 8. I I. Qui semel
hoc ministerium gesserit, ad id remeare non potest,l.5.
I I I. Post depositam administrationem manent per
quinquaginta dies in prouincia, & sui copiam faciunt
vt domestici, & ipsi iudices,l.3. Hæc dicta sint de per-
sonis,quæ iudicibus adiuoguntur: transgrediamur ad
iudicum emolumenta consideranda.

Tit. L I I. De annonis, & capitu administrantium, vel assessorum, aliorúmve publicas sollicitudines gerentium, vel eorum qui aliquam consequuti sunt dignitatem.

Debentur iudicibus,& assessoribus aliisque pu-
blico ministerio fungentibus personis anno-
næ,id est, alimenta familiæ; & capita,id est,
pabula iumentorum. Pro his tamen iubet constitu-
tio,quæ vna est sub hoc titulo, solui certá pecuniam io
singulorum officiorum delegationibus, id est, notitiis
definitam: notitiæ namque singulis officiis delegaban-
tur,quibus continebatur, quantum singuli pro digni-
tate siue officio,& codicillis accipiendis, vel insinuan-
dis pendere, & quantum pro annnnis & capitu acci-
pere deberent, sup. de offic. præto. Afri.l.1.§.& est no-
titia,& l.2. §.& hæc notitia: & in edicto subiecto No-
uellæ 8. Exempli gratia, præfectus vigilum pro anno-
nis accipit singulis annis decem libras auri, vt dixi tit.
41.§.12.ea Nou.13.c.3.

Tit. L I I I. De contractibus iudicum, vel eorum qui sunt circa eos, & de inhibendis donationibus in eos faciendis; & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent.

Princ. 3. 5. ij. iv. 8. | §. pen. 2.4.ij.
§. j. 3. 5. iv. | §. vlt. 4. iij.
§. prouincias. 3.5. j. iij. iv. 8.


Dhuc pergimus in iis explicandis, quæ 1
sunt iudicibus cõmunia, quare secundum
ordinem titulo 40. propositum, nunc di-
cendum est, de contractibus iudicum, &
de donationibus in eos collatis, & de
ædificatione. Sed & si generaliter dicendum propo-
nitur de contractibus iudicum, tamen in l.vn. tantùm
agitur de emptione.
¶ Tres igitur sunt partes huius tituli: sed omnium ferè 2
eadem est ratio, nec aliud statuitur de ijs qui sunt circa
iudices, id est, de domesticis & consiliariis, quàm de ip-
sis iudicibus, §. pen. ¶ Cùm autem iudicum alij siot vr- 3
bani, alij prouinciales, regula tripertita vtrique iudicũ
generi communis est: tempore administrationis oon
licet rem siue mobilem siue immobilem emere, aut do-
natam suscipere, aut ædes extruere, in princ. §. 1. & §.
prouincias. Cuius regulæ ratio perspicua est, ne subditi
prætextu contractus vel ædificationis, ab eo qui pote-
statem habet, expilentur. ¶ Hæc regula producitur. I. 4
Ad domesticos & assessores iudicum, vt sup. notaui. I I.
Vt nõ solùm per se, sed etiam per interpositas personas
contrahere vel ędificare prohibeantur, d. § pen. III. Vt
non solùm in futuris negotiis hęc prohibitio obtineat,
sed etiá in pręteritis, dummodò nec per transactionẽ,
nec per sententiam iudicis definitiuá sint terminata, §.
vlt. quòd nisi specialiter caueretur, ad præterita nego-
tia hæc constitutio non pertineret, sup. de legib. l.7. IV.
Vt non solùm res in sua, sed etiam in aliena prouincia
emere prohibeantur: quia fieri potest, vt nihilominùs
venditor sub iurisdictione emptoris sit constitutus, C.
Th. de his, quæ administrantib. l. Agrippina. §. vlt ¶ Ea- 5
dem regula patitur quasdam exceptioues. I. Nisi alimẽ-
torum aut vestimentorum causa aliquid ematur, quæ
exceptio, & si de contractu prouinciali traditur, d. §.
prouincias, procul dubio tamen etiam in vrbe obtinet.
I I. Nisi xeniola donentur, D. de offic. proconsul.
l.6.§.vlt. hoc est, esculenta, vel poculenta, quæ proxi-
mis diebus consumantur, D. de offic. præs. l. ple-
biscito. 18. I I I. Nisi rescripto principali specialiter
emptio, vel ædificatio sit permissa. Hæc exceptio in
vrbe admittitur, vbi propter principis præsentiam
minus est periculi, in princ. non in prouincia, d.§. pro-
uincias. IV. Nisi veoditor, aut donator, post depositam
à iudice administrationem, contractum expresso con-
sensu, vel quinquennij silentio confirmauerit. Hæc
quoque exceptio admittitur in vrbe, in princ. & §. 1. nõ
in prouinciis, d.§. prouincias. V. Excipiuntur, qui per-
petuum officium gerunt, vt officiales præsidum; qui-
bus in perpetuum contractibus & ædificationibus
interdicere, nimis inhumanum esset, D. de reb. cred. l.
præsidis. 34. ¶ Quæro, quis sit effectus, si contra prohi- 6
bitionem huius constitutionis iudex aliquid emerit,
vel per donationem acceperit, vel ædificauerit? ¶ Dica- 7
mus primùm de emptione: in qua tria considerantur:
res, pretium, & arræ. ¶ Res venditori est restituenda: 8
qui si in ea repetenda per quinquennium post officium
ab emptore depositum cessauerit, confiscatur, inf. de his
quæ vi met. cau. l. penult. & D. de iur. fisc. l. aufertur,
46.§. quod à præside. vbi verbum *vindicatur* sic est
accipiendum, vt dicatur rem vindicare venditor,
qui contra legem vendendo, non potuit transferre
dominium in emptorem: malè acciperes, si intellige-
res vindicari fisco, & C. Th. de iis quæ administrant.

Lomnis

Lomnis in fi. Hoc autem est accipiendum de contractu
prouinciali, qui ratihabitatione, vel silentio venditoris
non confirmatur, d. §. prouincias. secus est in vtbico.
9 in princ. ¶De pretio distinguendi sunt quatuor casus.
I. Si quis ex officio, quod administrat, rem emerit, id
est, eam, quæ ab eius officio, & eo iubente distrahebatur,
condemnatur fisco in quadruplum, d.l. non licet. II.
Si extra eam causam à prouinciali sponte vendente
emit, pretium confiscatur. d.l. aufertur. §. quod à præside.
III. Si metu illato rem à venditore extorserit, pretium
solatij loco manet penes venditorem, qui metum
passus est, infr. de his quæ vi, met. cau. d.l. pé. IV. Si
rem emit in alia prouincia, cõtractus quidem infirmatur,
vt & casibus præcedentibus, sed ipse emptor pre-
10 tium recipit, d.l. Agrispina. ¶ Quæ dixi de pretio, cadẽ
puto transferenda ad arras, si fortè præses, vel alius
officium administrans, emptori arras dederit; nempe
vt secundum distinctionẽ proximè datam, modò emptori
reddantur, modò apud venditorem maneant,
modò in simplum, vel in quadruplum fisco inferantur:
quia (ni fallor) in hac quæstione pretij, & arrarum ea-
11 dem est ratio. ¶De re donata idem puto dicendũ, quod
sup. dixi de re empta: quia constitutio h. t. donationem
12 comparat emptioni. ¶ Tandem dicendum est de ædificatione:
lex quidem ædificare prohibet; non tamen declarat,
quid de ædificio contra hanc prohibitionem
facto sit iudicandum. Aut igitur secundum regulam iuris,
ædificium solo cedit; aut quia illicitè factum est,
confiscatur: aut quia lege prohibente est extructum,
diruitur. Existimo, siue in ipsius ædificantis, siue in alieno
solo positum sit, destrui debere; argumento nunciationis
noui operis, quæ cùm tantam vim habeat, vt
ædificium ab eo factum, qui ius habet ædificandi, restituatur,
id est, diruatur: cur non & prohibitio iuris
tantundem efficiet? Alioqui lex non esset perfecta, vetans
ædificium fieri, factum autem non rescindens, secundum
definitionem Vlpiani, tit. 1. fragmentorum.
13 ¶ Ædificio diruto, quæri potest, ad quem materia pertinere
debeat? Puto distinguendum esse: nam si ædificantis
est, confiscabitur; si aliena, domino restituetur.
Quod si hic ædificanti vendiderit, vel donauerit, nisi
eam intra quinquennium repetat, confiscabitur; argumento
eorum, quæ supra de emptione & donatione
dicta fuere.

Tit. L IV. De modo multarum, quæ à Iudicibus infliguntur.

I. 8. ij.	*§. j. 6.*
II. 4. j.	*§. cæteri. 6.*
III. 4. ij.	*§ id quoque. 9.*
IV. 6.	*§ quod si quis. 6.*
V. 8. iij.	*§. pen. 7. ij.*
V I. princ. 6.	*§. vlt. 7. j. iv.*

1 EX ijs, quæ proposuimus sup. cõmuniter pertinentibus
ad omnes iudices, superest irrogatio
multæ: nam multa nihil aliud est, quàm
coercitio pecuniaria, quæ arbitrio iudicis multãtis infligitur,
D. de verb. sign. l. aliud. 121. § 1. Etenim quæ
à lege irrogatur, & certa est, quamuis pecuniaria sit, tamen
appellatur pœna, non multa, D. cod. l. si qua pœna.
144. nisi impropriè loqui velimus, & multæ vocabulo
abuti, quomodo multa accipitur in l. 2. sup. de episcop.
2 audien. & infr. de sportul. l. 1. ¶ De multa dissoluũtur
3 hoc tit. quatuor quæstiones. ¶Primò quæritur, qui possint,
vel non possint multare? Hîc dantur duæ regulæ,
altera affirmatiua, altera negatiua: & earum exceptio-
4 nes. ¶Prima regula est, illi possunt multam dicere, quibus
publicè iudicium est: vt magistratus vrbani, præsides
prouinciarum Excipe I. Procuratorem Cæsaris, seu
rationalem, l. 2. II. Curatorẽ reipub. l. 3. III. Defensorẽ
ciuitatis, infr. tit. prox. l. 5. IV. Duumuiros, D. si quis ius
dicen. non obtemp. l. vn. quamquàm dissentit Curiac. ad
tit. infr. de magistra. municip. ¶ Secunda regula est; Cæ- 5
teri quibus publice iudicium non est, multam dicere
non possunt. Excipe, nisi si cui specialiter hoc permissũ
sit, vt multam dicere possit, D. de iudic. l. 2. §. vlt. ¶Se- 6
cundò quæritur, in quantum possit multa imponi? Diximus
eam irrogari arbitrio iudicis. Sed hoc arbitrium
limitatur certa quantitate, quam si iudex excedat, sententia
ipso iure non valet, infr. quand. prouoc. non est
necess. l §. Quænam igitur est hæc quantitas, qua potestas
iudicis multantis concluditur? Iura distinguunt
inter iudices illustres, & spectabiles & clarissimos. Præfectus
prætorio, qui est illustris, multam dicit vsque ad
quinquaginta libras auri, l. 4. Spectabiles iudices multare
possunt vsque ad tres vncias auri, l. vlt §. cæteri.
exceptis proconsule, comite orientis, & præfecto Augustali,
quorum potestas extenditur vsque ad sex vncias
auri, d. l. vlt. §. 1. Denique clarissimi, vt præsides
prouinciarum, multam dicere possunt vsque ad duas
vncias auri, d.l. vlt. in princ. Qui verò vltra statutum
modum multauerit, duplum multato restituit, & simplum
fisco infert, d.l. vlt. §. quod si quis. ¶Tertiò quæri- 7
tur, quomodò multam dicere oporteat? Hîc requiritur.
I. Causæ cognitio, ne iudex temerè aliquem innocentem
multet, d.l. vlt. §. vlt. II. Sententia ex scripto recitata,
d.l. vlt. §. pen. quemadmodum & aliæ sententiæ recitari
debent, infr. de sent. ex peric. recitan. l. 1. ¶Quar- 8
tò quæritur, qui sint effectus huius sententiæ, qua multa
irrogatur? I. Non ante debetur multa, quàm aut ab
ea sententia prouocatum non est, aut prouocator victus
est, d.l. aliud. II. Non infamat, l. 1. III. Multa applicatur
fisco, nisi iudex, qui multam dixit, in alios vsus
publicos deputauerit, l. 5. IV. Multa semel à iudice dicta,
non debet remitti, nisi ex iusta causa, veluti propter
paupertatem condemnati, l. vlt. §. vlt. & D. de offic.
præsid. l. 6. §. vlt. ¶ Quintò quæritur, quoties eundem 9
multare liceat? Præses eundem sæpius peccantem tantùm
ter multare eodẽ anno potest, d.l. vlt. §. id quoque.

Tit. L V. De Defensoribus ciuitatum.

Rub. 5 j.	*V § I. 3. j. 9. vij.*
I. 9. ij. 10. vj.	*V I I I. in princ. 5. ij. 6 7. j. 8 j.*
I I. 3. j. 5. j.	*§. j. 9. vij.*
I I I. 3. iij.	*I X. 3. iij.*
I V. 3. vj. 9 j. 10. ij. iv. v. 11. ij.	*Princ. 10. vij.*
V. 3. iij. 9. iij. v. 10. j. iij.	*§. j. 9. viij.*
V I. 3. iij. 9. vj.	*X. 3. iij. 11. iv.*

HVcusque dictum est de iudicib⁹ vrbanis, (quo 1
nomine complector non tantùm eos, qui in
vrbe sunt, vt præfectum vrbi, sed etiam aulicos,
vt præfectos prætorio, & quæstorem sacri palatij)
& de prouincialibus. Superest igitur, vt de ijs dicamus,
qui singulari ciuitatum proprij sunt, vt de defensoribus,
duumuiris, & iuridico Alexandriæ. Inter hos primus
locus datur defensoribus: secundus magistratibus,
vt duumuiris: tertius iuridico: quia in pluribus ciuitatibus
reperiuntur defensores, quàm magistratus: &
in pluribus magistratus, quàm iuridicus: quandoquidem
iuridicus Alexandriæ tantùm est: aliæ verò ciuitates
partim habent tantùm defensores, partim defensores
& magistratus, infr. de donat. l. in hac. 30.
¶ Hîc titulus diuiditur in octo capita. ¶ Primo capi- 2
te variæ appellationes proponuntur: vocatur enim I. 3
Defensor ciuitatis, vt hîc in rubr. & l. 2. & l. 7. II. Defẽsor
plebis, inf. de offic iuridi. l. vn. III. Defensor locorũ, l.
3. & inf. de princip. agen. in reb. l. vlt. in princ. IV. Defẽsor
simpliciter, l. 5. 6. pen. & vlt. & inf. de ser. fugit. l. 5.

Græcè ἔκδικοι, Nou. 15. inde appellatus, quòd defendit, & à malis liberat eos, qui iniuste læduntur, d. Nou. 15. in princ. V. Στρατηγὸς, supr. de episco. audien. l. 30. & No. Leonis 47. V I. Videtur nominari defensor vniuersæ prouinciæ, l. 4. quod cùm falsò dicatur, nonnulli illam legem emendant, & contra scriptorum editorumque Codicum fidem pro *vniuersarum prouinciarum*, legunt *singularum ciuitatum*. Ego nihil muto: verba autem legis, *in defensoribus vniuersarum prouinciarum erit administrationis hac forma*, sic interpretor, id est, in omnibus prouinciis defensores singularum ciuitatum seruabunt
4 hanc administrationis formam. ¶ Secundum caput de creatione defensoris subdiuiditur in quatuor segmen-
5 ta ¶ In primo segmento de persona eligenda tria notantur. I. Defensor ciuitatis eligitur è plebe, non ex decurionibus, vel cohortalibus, l. 2. I I. Debet eligi Christianus, non hæreticus, sed orthodoxæ religionis imbutus mysteriis, l. defensores ita. 8. in princ. & supr. de episcop. audien. l. iubemus. 19. I I I. Iure nouissimo describitur circulus eorum, qui ordine fungi debent hoc munus, etiam inuiti, Nou. 15. c. 1. & c. 6. §. si quæ verò.
6 ¶ Secundum segmentum est de personis eligentibus defensorem. Eligunt clerici, decuriones, & alij in ea ciuitate degentes, d. l. defensores ita. in princ. d. l. iubemus, d. Nou. 15. c. 1. & in epilogo. Sed nouissimè Leo Imperator hoc priuilegium ademit ciuitatibus, volens
7 omnia pendere ab arbitrio principis, No 47. ¶ In tertio segmento de ipsa electione tria notantur. I. Interponitur decretum, d. l. defensores ita. in princ. d. l. iubemus. d. Nou. 15. c. 1. I I. Iusiurandum præstatur à possessoribus eligentibus, d. l. iubemus. d. Nou. 15. §. 1. I I I. Ipse electus defensor iurat se omnia legitimè factu-
8 rum, d. Nou. 15. c. 1. §. 1. ¶ Quartum segmentum est de electionis confirmatione: quia defensor electus confirmari debet. De hac confirmatione duo notatur. I. Electio confirmatur vel à præfecto prætorio, d. l. defensores ita. in prin. d. Nou. 15. c. 1. §. 1. vel à quæstore, Nou. 75. I I. Hoc nomine, & pro hac confirmatione soluuntur quatuor aurei, si sit maior ciuitas, in qua electus est defensor; vel tres aurei, si ciuitas minor sit, d. No. 15. c. 5. in princ. Plerique defensores sunt, ἄμισθοι, id est, nulla emolumenta è publico percipiunt: in quibusdam tamen ciuitatibus vigebat consuetudo, vt è publico annonas caperent: eamque consuetudinem confirmauit
9 Iustinianus, d. No. 15. c. 6. in princ. ¶ Tertio capite de auctoritate defensorum hæc notantur. I. Facultatem liberam habent ingrediendi ad iudicem, l. 4. I I. Cognoscunt & iudicant de causis ciuilibus iure Codicis vsque ad quinquaginta aureos, l. 1. Iure nouissimo vsq; ad trecentos: ita vt nisi summa maior sit, reus non possit vocari ad præsidem, d. cap. 3. §. vlt. & si actor in fraudem huius constitutionis litem suam pluris æstimauerit, ac deprehensus fuerit plus debito petiisse, vt ad præsidem causam traheret, omnimodò causa cadet, eadem Nou. c. 4. Hic igitur est specialis casus in quo restitutū est ius vetus, vt actor plus petens, causa cadat. vide §. si quis agens. Instit. de actio. I I I. Non possunt multam dicere, l. 5. I V. Habent prehensionem, id est, facultatem coniiciendi in carcerem, ex d. Nou. 15. cap. 6. §. 1. cùm olim hoc ius non haberent, C. Th. de exhib. reis. l. pen. V. Non possunt habere quæstionem, l. 5. V I. Adimunt patrocinia delinquentibus, id est, non patiuntur hominum potentium patrocinio & præsidio fieri, vt delinquentes impuniti maneant, l. 6. V I I. Audiunt leuiora crimina, & puniunt, d. Nou. 15. c. 6. §. 1. Deprehēsos autem in grauioribus criminibus remittunt ad præsidem puniendos, l. 7. & d. Nou. 15. c. 6. §. 1. Quod si non possint eos comprehendere: rem ad superiorem iudicem referent, l. defensores ita. 8. §. 1. V I I I. Apud eos insinuantur testamenta, donationes, & cætera monumenta, infr. de donationib. l. in hac. 30. etiam si præses gesta fieri prohibeat, vel absit, vel contra viros potentes acta illa fiant, d. Nou. 15. c. 3. Deinde hæc adseruantur in ædibus publicis, ead. Nou. cap. 5. §. præcepta. Quòd si volentibus iniurias suas, vel aliud quidpiam contestari, defensores non patiantur acta fieri, competenti pœna afficientur, l. pen. §. 1. I X. Dant tutores vel curatores, nisi facultates pupillorum vel adolescentiū excedant quingentos aureos, supr. de episcop. audien. l. 30. & Instit. de Atil. tut. §. nos autem. ¶ Quarto capite 10
exponitur, quomodò se gerere defensores debeant, vt officio suo rectè fungantur. I. Nihil insolenter faciant, nihilque indebitum sibi arrogent, l. 5. I I. Plebi se exhibeant, vt parentes liberis, l. 4. I I I. Non tantùm plebem, sed etiam decuriones à plebeiorum iniuria tueātur, d. l. 5. I V. Officialium insolentiæ occurrant. V. Iudicum procacitati, salua reuerentia eis debita, occurrant, d. l. 4. V I. Vltra debitum exigi non patiantur, d. l. 4. aut exactum restitui iubeant, l. 1. V I I. Non patiantur maioribus ponderibus & mensuris possessores à susceptoribus onerari, l. pen. in prin. Coniunge l. 9. inf. de suscepttor. ¶ Quinto capite declarātur modi, quibus 11
officium defensoris finitur. I. Finitur morte ipsius defensoris: quia mors omnia soluit, Nou. 22. cap. 20. I I. Statuto tempore, id est, quinquennij lapsu, iure Codicis l. 4. biēnij autem secundum ius nouissimum, d. Nou. 15. cap. 1. §. 1. I I I. Si defensor remoueatur à præfecto prætorio: nam à præside remoueri non potest, d. Nou. 15. c. 1. §. 1. I V. Si ex permissione principis præfecto prætorio insinuata deponat officium: alter enim resignare non potest, l. vlt. ¶ Cùm aliquo ex dictis modis 12
defensor esse desiit, non debet interim eius loco dari vicarius: sed mox alius defensor ex descripto circulo creandus est secundum obseruationem anteà de electione facienda traditam, d. Nou. 15. c. 5. §. 1.

Tit. L VI. De Magistratibus municipalibus.

L. 4. j. 19. | *I I. 1. 6. ne.*

QVemadmodum Romæ tribuni plebis seiungebantur à magistratibus, ita etiam in municipiis defensores plebis secernebantur à magistratibus municipalibus, infr. tit. prox. l. vn. & Instit. de Atil. tut. §. nos 1
autē. Cùm igitur de defensoribus tit. præced. dictū sit, nunc dicendum de magistratibus municipalibus, qui vocantur etiam magistratus simpliciter, & sine vlla adiectione, l. 2. & inf. tit. prox. l. vn. & D. de adopt. l. 4. & aliis locis. ¶ Quamuis enim alij quoq; præter duum- 2
uiros sint magistratus municipales, vt curatores reipu. tamen præcipui erāt duumuiri, D. si quis ius dicen. non obtemp. l. vn. & de decur. l. 7. §. is qui. & de albo scrib. l. 1. qui proportione quadam respondebant consulibus Romanis, & vnum magistratū administrare dicuntur; & vnius officio fungi, proptereà quòd eorum officium est indiuiduum, D. ad municip. l. Imperator. 11. & l. magistratus. 25. ¶ Hic titulus duobus capitibus constat. 3
¶ Priori capite de electione magistratuum municipa- 4
lium hæc notentur. I. Eliguntur ex decurionibus, l. 1. & D. de decur. l. 7. §. is qui. ergo non admittuntur ad duumuiratum ante vicesimumquintum annum, quandoquidem ante eam ætatem nemo admittitur in curiam, D. eod. l. ad rempub. 8. I I. Eliguntur eodem modo, quo defensores. Sed hoc priuilegium ciuitatibus Leo ademit iubens omniū magistratuum electionem pendere ab arbitrio principis, Nou. 46. I I I. Decuriones ad magistratum, vel annonarum exactionem, ante tres vel ampliùs menses nominari debent, vt si fortè iustam excusationē habeant, alij eligantur, d. l. 1. ¶ Po- 5
sterius caput est de officio & auctoritate magistratuum munici

municipalium. Hîc videndum est, quæ iura eis compe-
6 tant, & quæ non competant. ¶ Magistratus munici-
palis habet I. Iurisdictionem voluntariam, infr. de ma-
num. vind. l. vlt. & D. de adopt. l. 4. II. Iurisdictionem
contentiosam in minoribus causis: de maioribus verò
non iudicant, nisi conuentione partium prorogetur
eorum iurisdictio, D. ad municip. l. inter. 28. Nam cuius-
cumque iudicis iurisdictio prorogari potest, D. de iu-
dic. l. 1. Habet igitur magistratus municipalis etiam iu-
dicati executionem aliquam, quatenus potest iubere,
vt pignora capiantur, D. ad l. Aquil. l. quemadmodum.
29. §. pen. & de reb. cor. l. 3. §. 1. & de damn. infect. l. 4.
§. an tamen. III. Modicam castigationẽ in seruos: velu-
ti ius verberandi, non etiam vltimo supplicio afficien-
di, D. de iurisdict. l. magistratus. 12. & qui & à quib. l. si
priuatus. 17. §. 1. & de iniuriis. l. item apud. 15. §. vnde
quærit. IV. Ius dandi tutores vel curatores, si faculta-
tes pupilli vel adolescentis non excedant quingentos
aureos, supr. de episcop. audien. l. 30. & D. de tut. dat. l. 3.
& Instit. de Atil. tut. §. nos autem. V. Potestatem acto-
7 rum conficiendorum, l. 2. ¶ Nunc videamus, quæ ma-
gistratui municipali non competant. I. Non potest ea
facere, quæ sunt magis imperij, quàm iurisdictionis, vt
restituere, & iubere possidere, D. ad municip. l. ea quæ.
26. Ex causa tamen damni infecti prætor magistratibus
municipalibus permittit, vt mittant in possessionem,
non etiam iubeant possidere, D. de dam. inf. l. 4. §. an
tamen. cum duob. §§. seqq. II. Non habet merum im-
perium, neque cognitionem de causis criminalibus,
excepta modica seruorum castigatione, vt paulò antè
notaui. Quare nec iurisdictionẽ suã tueri potest iudicio
pœnali: nam si ex causa iudicati iusserit capi pignora,
reus autem ea capi non patiatur, sed apparitoribus re-
sistat, non poterit à magistratu municipali multari, sed
à iudice superiori, D. si quis ius dicen. non obtemp. l. vn.
¶ Addatur tertium caput de obligatione, qua magi- 8
stratus partim obstringitur reipublicæ, partim priuatis.
¶ De obligatione erga rempublicam duo notentur. 9
I. Magistratus rationem reddere debet suæ administra-
tionis, ita vt præstet dolum, & culpam, D. de adm. rer.
ad ciuit. pertin. l. 6. II. Cùm officium duumuirorum
sit indiuiduum, vt supr. notaui, periculum quoque
commune est, ita vt alter pro altero, id est, collegæ no-
mine exigi possit, D. ad municip. l. Imperator. 11. & ll.
seqq. ¶ Quod ad priuatos spectat, magistratus tenetur 10
pupillis vel adolescentibus actione subsidiaria, de quâ
infr. sub tit. de magistrat. conueniend.

Tit. LVII. De officio iuridici Alexandriæ.

HVnc magistratum eligi à Cæsare, non ab 1
Alexandrinis, colligitur ex Strabone lib.
17. & ex Spartiano in Seuero. ¶ Habebat 2
autem iurisdictionem voluntariam, & ius
actorũ conficiendorum, vt putà apud eum poterat do-
natio insinuari, l. vn. vel adoptari, D. h. t. l. 2. ¶ Habebat 3
etiam ius dandi tutores, vel curatores, D. eod. l. 2. & sup.
de episcop. audien. l. 30. & Instit. de Atil. tut. §. nos au-
tem. ¶ Hæc tantùm in libris nostris reperio tribui iu- 4
ridico, Sed prætereà Strabo, d. lib. 17. testatur eum mul-
ta iudicia exercendi potestatem habuisse.

IVL. PACII A BERIGA
I. C. ANALYSIS LIBRI SECONDI CODICIS.

Tit. I. De Edendo.

I. 3. 25.	*V.* 3. 4. 23.
II 3. 4. 18.	*VI.* 23.
III. 1. 3. 4. 6. 7.	*VII.* 26.
IV. 23.	*VIII.* 23.

1 QVEMADMODVM verum testamen-
torum initium vel ab heredis institutio-
ne, vel ab exheredatione sumitur, D. de
hered. instit. l. 1. in princ. ita iudiciorum
duplex est initium, nimirum editio actio-
nis, l. 3. & D. eod. l. 1. in princ. & vocatio in ius, Instit. de
2 pœn. temer. litigant. §. vlt. ¶ Verùm horum præcedat,
nihil interest, dummodò vtrumque adhibeatur. Frustra
namque reum in ius vocas, nisi ei actionem edas: &
frustra edis actionem, nisi in ius voces. Idcirco in D. ti-
tulus de edendo positus est post titulum de in ius vo-
cando: in Codice è contrario titulus de in ius vocando
sequitur titulum de edendo.
3 ¶ Edere est apud iudicem proferre, seu demonstrare,
l. 3. & D. eod. l. 1. §. 1. vel suâ, d. l. 1. §. edenda. vel ad-
uersarij causâ, l. 5. Eodem sensu sæpe dicitur exhibere,
4 vt l. 1. & 2. ¶ Duplex est editio: altera actionis, vt futu-
ræ litis species demonstretur, l. 3. altera quorumcum-
que instrumentorum, vt veritas probetur, l. 2. & 5.
¶ Quamuis autẽ, quod ad scopum & nexum huius tituli 5
attinet, de editione tantùm actionis dicendũ sit; placuit
tamen conditori Codicis omnes editiones vno & eo-
dem titulo cõiungere. Itaq; hic titulus diuiditur in tria
capita. ¶ Caput primum de editione actionis, contine- 6
tur l. 3. in qua duæ quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò 7
quæritur, quis sit finis & effectus huius editionis? Res-
pondetur, hac editione speciem futuræ litis demon-
strari, d. l. 3. ¶ Nota primò ex verbo *speciem*, litem esse 8
demonstrandam specialiter, nec sufficere demonstra-
tionem generalem; proinde libellum conuentionalem
debere esse certum, ita vt omnes litis circumstantias
distinctè contineat, videlicèt actorem, reum, rem peti-
tam, actionem, causámque agendi, & iudicem: quæ
quidem circumstantiæ comprehenduntur vulgato il-
lo versu,
„ *Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo.*
¶ Nota secundò ex verbo *futuræ litis*, editionem 9
actionis non esse principium litis, sed præparationem
& demonstrationem litis futuræ, cuius principium erit
litis contestatio, infr. de lit. contest. l. vn. & D. rat. rem
habe. l. amplius. 15. ¶ Secundò quæritur, an libel- 10
lus editus emendari seu mutari possit? Respondetur
id fieri posse, prout edicti perpetui monet auctoritas,
& ius dicentis decernit æquitas: lego enim *& ius* vt est
in Codice manuscripto: non, *vel ius*, vt est in libris

11 vulgatis. ¶ Nota primò ex illis verbis, *quam emendari*
vel mutari licet, non solùm mutari posse accidentia li-
belli conuentionalis, sed etiam essentialia: nam pro-
uocabulum *quam* refert actionem editam, ipsa igitur
actio mutari potest, quæ non accidit libello, sed ad eius
essentiam pertinet. Eadem sententia confirmatur Insti-
tut. de actionib. §. si quis aliud. vbi admittitur tam
mutatio actionis, quàm rei petitæ.
12 ¶ Nota secundò, verbum *mutandi* latiùs patere,
quàm verbum *emendandi*: quia emendamus in me-
lius, mutamus interdum in deterius. Quare ne reus
aduersus mutationem libelli calumniosè disputare
possit, quasi liceat tantùm emendare libellum, actor
autem non emendauit, sed deteriorem fecerit, idcir-
co imperatores non contenti verbo *emendari*, ad-
iecerunt libellum mutari posse quomodocumque
13 actori placet. ¶ Nota tertiò, ex illis verbis, *prout edicti*
perpetui monet auctoritas, hanc libelli mutationem
non esse receptam ex constitutione Zenonis, vt fal-
sò Doctores putant, sed ex edicto prætoris. Quæ sen-
tentia ex eo confirmari potest, quòd ante Zenonem li-
cuit mutare actionem, D. de noxal. action. l. 4. §. vltim.
Denique Zenonis constitutio, quæ est l. 1. infr. de plus
petitio. non loquitur de libelli mutatione. Et Iustinia-
nus eius constitutionis sententiam referens in l. 2. eod.
tit. & in §. si minus. Institut. de action. nullam mutan-
di libelli mentionem facit. Quod autem subiicit in §.
si quis aliud. eod. titul. non est sumptum ex Zenonis
14 constitutione, vt falsò Doctores opinantur. ¶ Nota
quartò, hoc vocari edictum perpetuum, hoc genera-
le & ad perpetuam iurisdictionem pertinens: nam
alia sunt edicta particularia de aliqua re occurrente
proposita, D. de iurisdict. l. 7. veluti quibus absentes vo-
cantur, D. de iudic. l. edictum. 55. l. ad perempto-
15 rium. 58. cum quinq; legibus sequentib. ¶ Nota quin-
tò, ex illis verbis, *& ius dicentis decernit æquitas*, non
omnino & simpliciter admitti mutationem libelli,
sed opus esse, vt decreto ius dicentis hoc permitta-
tur: adeo vt nec iudex pedaneus possit hoc concede-
re: nec qui ius dicit, hoc aliter permittat, quàm causâ
cognitâ pro tribunali, D. de offic. procons. l. nec quic-
16 quam. 9. §. 1. ¶ In hac causæ cognitione duo quærun-
tur. I. An mutatio libelli sit admittenda? Nam si
actor errauerit, ei mutatio permitti debet. Secus, si
dolo malo fecerit. II. Quomodò permitti debeat, vt
putà cùm is, qui temere litigat, in litis impensas sit
condemnandus, infr. de iudic. l. properandum. 13. §. siue
autem. & D. eod. l. eum quem. 79. in princ. & Instit. de
pœn. tem. litig. §. 1. in fin. is, qui libellum suum corrigit,
reo debet impensas eò vsque factas restituere: cùm ipse
malè petierit, ac reus iustam contradicendi causam ha-
buerit, & ita praxis obseruat. Præterea cùm reo post
oblationem libelli dentur induciæ viginti dierum, vt
hoc tempore deliberare possit, an velit contendere
nécne; &, si contendendum putat, instruere & parare se
ad litem possit, Nou. 53. profectò integrum hoc tempus
debet reo indulgeri post libellum ab actore emenda-
17 tum. ¶ Nota sextò, Imperatores non definire certum
tempus, intra quod libellus mutari possit: quia semper
mutari potest, non solùm antè litis contestationem, sed
etiam post litem contestatã, vsque ad sententiam defi-
nitiuam, vt verissimè Martinus sensit: quia Iustinianus
in §. si quis aliud. Inst. de action. disertè ait mutationem
fieri in eodẽ iudicio: post litem igitur contestatam; quia
non dicitur esse iudicium, nisi lis contestata sit, infr. de
litis contest. l. vn. & D. rat. rem haber. l. amplius. 25.
Sanè in l. 4. §. vlt. D. de noxalib. action. mutatur actio
post litem contestatam, & ex directa fit noxalis, vel è
contrario ex noxali fit directa. Opponitur primò, quòd
mutata actione non videtur manere idem iudicium.
Respondeo, cùm actio vel aliquid aliud ad essentiam
libelli pertinens mutatur; etsi iudicium non manet res-
pectu eius quod mutatur, tamen manere quod ad cęte-
ra omnia: & hac ratione dici idem iudicium, nec esse
opus noua litis contestatione, quæ necessaria esset, si
nouum & à priori diuersum iudicium esset. Opponitur
secundò, quod dicitur in l. non potest. 23. D. de iudic. id
non posse videri in iudiciũ venisse, quod post iudicium
acceptum accidit, ideóque alia interpellatione opus es-
se. Respondeo, hanc legem non loqui de mutatione li-
belli, sed de libelli generalis interpretatione: ac dici
post litem contestatam accidere, quòd post litem con-
testatam incipit deberi. Sensus igitur est, petitionem
verbis quantumuis generalibus conceptam, non refer-
ri ad futuras obligationes, nec ea comprehendere, quæ
post litem contestatam deberi incipiunt: idcirco ad hęc
persequenda opus esse noua petitione. Opponitur ter-
tiò, quòd sententia debet esse conformis libello, & pe-
titioni libello comprehensæ, infr. de fideicom. libert.
l. vlt. & D. commun. diuid. l. vt fundus. 18. Respondeo,
sententiam debere esse conformem libello, qualis est
tempore ipsius sententia ferendæ, non qualis fuit, cùm
proponeretur, si postea sit mutatus. Opponitur quartò,
quòd actor debet in lite mota manere vsque ad finem,
Nou. 112. c. 2. & 3. quod non faciet, si actionem mutet.
Respondeo, non prohiberi hac Nouella mutationem
libelli, immo nec litis remissionem siue omissionem in
perpetuum, quæ expresse conceditur infr. de pact. l. 4.
sed tantùm litis intermissionem. Cæterùm actor in ea-
dem lite manet, licèt actionem mutet: quia quod ad cę-
tera præter actionem mutatam, dicitur idem iudicium,
& eadem lis, vt suprà exposui. ¶ Caput II. de editio- 18
ne actorum continetur l. 2. in qua dissoluuntur tres
quæstiones. ¶ Primò quæritur, quæ acta sint edenda? 19
Respondetur, omnia acta publica esse edenda, tam ci-
uilia, quàm criminalia. Intellige edi ei cuius interest,
argum. l. 4. in princ. l. 6. §. vnde. l. argentarius. 10. §. cùm
autem. D. h. t. ¶ Secundò quæritur, cuius iussu edan- 20
tur? Respondetur, edi iussu iudicis, apud quem litiga-
tur. Intellige edi acta, id est, quæ acta fuerunt apud
hunc iudicem, coram quo lis pendet.
¶ Tertiò quæritur, cur acta edantur? Respondetur, 21
vt fides, id est, probatio veritatis inuestigetur. Hic fi-
nis est communis omnium instrumentorum editioni-
bus, l. 5. ¶ Cap. III. de editione rationum & aliorum 22
instrumentorum, tres quæstiones continet. ¶ Primò 23
quæritur, vtrùm actor reo, an reus actori edere coga-
tur? Respondetur, actorem cogi reo edere, l. 5. & 6. non
reum actori, l. 4. Hæc differentia inter actorem &
reum confirmatur l. vltim. atque hæc sunt vera regu-
lariter. Nam interdum actor non cogitur reo edere,
vt petens legatum non cogitur edere testamentum he-
redi; D. h. tit. l. 2. Interdum reus actori edere cogitur vel
actione prætoria, vt argentarius, D. eod. l. 4. in princ.
l. 6. §. ex hoc edicto, vel actione ciuili, vt tutor, cura-
tor, procurator, D. eod. l. quædam. 9. in princ. vel offi-
cio iudicis, vt in iudiciis bonæ fidei, si iudex causâ co-
gnitâ id æquum esse censuerit, l. 1. ¶ Secundò quæri- 24
tur, quis iubeat rationes siue instrumenta edi? Hîc
duo casus distinguuntur. ¶ Casus primus est, cùm 25
actor petit, vt rationes à reo conuento sibi edantur.
Tunc ad officium iudicis spectat, vt dispiciat, an reus
sit ad edendum compellendus: &, si id faciendum
putet, edere iubebit: quod in iudiciis bonæ fidei, vt in
iudicio depositi, procedit, l. 1. ¶ Casus secundus est, 26
cùm quis, putà Titius, instrumentum cum fisco com-
mune habens, illud à fisco petit edi, vt eo contra Sem-
pronium vti possit coram iudice competente. Hoc ca-
su non hîc iudex edere iubet, sed procurator rei pri-
uatæ, apud quem contra fiscum agere oportet, l. 7.
Nota

Nota primò, cùm instrumentum est commune fisco & priuato, authenticum manere penes fiscum: quia cùm ad duos instrumentum spectat, penes digniorem manere debet, D. famil. ercisc. l. 5. & de fid. instrument. l. vltim. ei verò, qui instrumentum commune cum fisco habet, facultatem dari describendi instrumenti, &, si quando opus sit, ipsum authenticum edi, l. penult. Nota secundò, ad officium procuratoris rerum priuatarum pertinere etiam ea, quæ ad fiscum spectant, vt hîc, & supr. de offic. comit. rer. priuat. l. 1. licèt res priuatæ differant à reb. fiscalib. infr. de quadrienn. præ-
27 script. l. 3. vers. sed scimus. ¶ Tertiò quæritur, cur rationes & alia instrumenta edi debeant? Respondetur, vt veritas probetur, l. 5. Idem suprà de actis dictum fuit ex l. 2.

Tit. II. De in Ius vocando.

1 IN ius vocare, est ad eum, qui iurisdictioni præest, D. si quis in ius vocat. non ier. l. 2. & ne quis eum qui in ius vocat. vi exim. l. 3. §. 1. experiundi, id est, agendi
2 causâ vocare, D. h. t. l. 1. ¶ Huius tituli tria sunt capi-
3 ta. ¶ Caput I. est de his, qui in ius vocari non possunt. Ad hoc caput referuntur parentes, qui non possunt à liberis, quos in potestate habent, in ius vocari, l. 3. in princ. nisi ex causa peculij castrensis, D. h. t. l. adoptiuum. 8. in princ. ¶ Caput II. est de his, qui non possunt sine vænia prætoris in ius vocari, vbi enumerantur sequentes personæ, quibus hoc priuilegium conceditur. I. Pater, quem nec filius emancipatus, d. l. 3. vers. si igitur. nec ex causa peculij castrensis filius in potestate constitutus, sine permissu prætoris vocare in ius potest, d. l. adoptiuum in princ. II. Mater, d. l. 3. vers. quod & in matris. III. Patronus, patrona. IV. Patroni, patronæue parentes, vel liberi, vel ex-
5 tranei heredes, l. 2. vel vxor, l. 1. ¶ Caput III. est de effectu vocationis in ius. Effectus duplex traditur in l. vltim. quorum alter est contra actorem, alter contra reum. Nam I. Actor, qui reum ad aliquem iudicem vocauit, non potest eundem ad alium iudicem vocare, d. l. vlt. in princ. & §. vlt. II. Reus non potest vti fori præscriptione ex noua causâ, id est, post in ius vocationem, contingente, d. l. vlt. §. 1. Coniun. l. penult. D. de iurisdict.

Tit. III. De Pactis.



PRæcipuus effectus vocationis in ius est, 1
vt vocatus sequi vocantem, & ad iudicem ire debeat, D. si quis in ius vocat. non ier. l. 2. in princ. nisi vel cauerit iudicio sisti, D. in ius vocat. vt eant. in rubr. vel pactus sit, seu transegerit, D. de in ius vocand. l. neque. 22. §. 1. Quocirca de pactis & transactioni-
bus consequenter dicemus. ¶ Pactum est duorum 2
pluriúmve conuentio, D. h. tit. l. 1. §. & est pactio. de re danda, vel facienda, infr. de nupt. l. sancimus si quis. 24. proprio contractus nomine carens, vt
colligitur ex l. 1. § vltim. & l. 7. D. hoc tit. ¶ Hic ti- 3
tulus in quatuor capita diuiditur.

¶ Caput I. est de pacto nudo: vbi dissoluuntur 4
quatuor quæstiones. ¶ Quæstio prima, an pactum 5
valeat, accommodatur sex casibus. ¶ Casus pri- 6
mus est, si duo inter se paciscantur, vt is, qui superuixerit, alterius rebus potiatur. Respondetur, hoc pactum non valere inter paganos, sed tantùm inter milites, l. licet. 19. Ratio, cur valeat inter milites, est fauor militiæ, quæ multa priuilegia meretur, & hoc inter cætera. Ratio, cur non valeat inter paganos, est: quia nec vt actus inter viuos valere potest, propter regulam illam iuris, Hereditas pacto dari nequit, l. pactum. 15. & infr. de pact. conuent. l. 5. nec vt testamentum, cùm non contineat heredis institutionem, sine qua testamentum non consistit, Instit. de legat. §. ante heredis. nec vt alia vltima voluntas; quia pactum non est actus vltimæ voluntatis: nec vt donatio causa mortis; quia hoc non fit nudo consensu, sed rei traditione, D. de mort. cau. donat. l. 2. l. inter. 38. Quod enim Iustinianus constituit in l. si quis argentum. 35. infr. de donat. nudo pacto factam donationem valere, & actionem parere, ad solam inter viuos donationem simplicem pertinet. Quapropter clausulam illam, quæ vulgò testamentis adiici solet, *Si non valet iure testamenti, valeat tamquam donatio causâ mortis*, inutilem esse puto.
¶ Casus secundus est, si duo super hereditate vi- 7
uentis paciscantur, sub conditione, *si ad se pertinebit*. Respondetur, pactum non valere; quia improbè faciunt, qui sunt solliciti de hereditate viuentis, nisi eo consentiente paciscantur, isque in eodem consensu vsque ad mortem permanserit, l. vlt.

¶ Casus tertius est, si sit pactum contra ius, 8
vel bonos mores. Respondetur, hoc pactum non
valere, l. 6. ¶ Casus quartus est, si pactum sit dolo 9
malo factum. Respondetur similiter hoc pactum non valere, l. cùm posteaquàm. 9. quod & prætoris edicto reprobatur, D. de eod. l. 7. §. ait prætor.
& §. dolo. ¶ Casus quintus est, si pactum non sit 10
scriptum. Respondetur, hoc pactum valere, dummodò quacumque ratione probari possit, l. pactum quod bona. 17. adde l. cùm proponas inter vos. 21. Ratio est: quia scriptura probationis tantùm causa interponitur: vnde si alio quouis modo res probetur, nihil interest, D. de pignor. l. 4. & de fid. instrument.
l. 4. ¶ Casus sextus est, cùm sunt duo pacta con- 11
traria, vt in l. pacta nouissima. 12. vbi creditor pactus est cum debitore de non petendo: posteà cùm eodem pactus est, ne prioris pacti beneficio vtatur: potest igitur debitum petere: quoniam actio non fuit ipso iure sublata per prius pactum, sed summouebatur exceptione illius pacti: hæc autem exceptio per replicationem posterioris pacti eliditur, D. h. tit. l. si vnus. §. pactus ne peteret. Quòd si actio per prius pactum sublata fuisset, vt contingit in pacto legitimo, D. eod. l. 6. l. si tibi 17. §. 1.

non posset posteriori pacto exsuscitari, d. l. si. vnus.
§.pactus ne peteret.vers.sed si pactum.
12 ¶ Quæstio secunda est, quo iure pactum valeat? Respondetur valere iure honorario, l. 5. quia pacta regulariter non confirmantur iure ciuili, exceptis paucis,
13 quæ vocantur pacta legitima, D. h. t. l. 6. ¶ Quæstio tertia est, quem effectum pariat? Hic multi effectus considerantur.
14 ¶ Effectus primus est liberatio, non quidem ipso iu-
15 re, sed per exceptionem pacti, vel doli, l. 4. & 5. ¶ Nota primò, hunc esse effectum pacti de non petendo.
16 ¶ Nota secundò exceptionem doli concurrere cum exceptione pacti, & cum omnibus aliis exceptionibus: quoniam dolo facit, quicumque id petit, à cuius petitione per aliquam exceptionem summoueri potest, D. de dol. mal. except. l. 2. §. & generaliter. Sed & multis casibus, quibus pacti exceptio non competit, doli exceptio in subsidium datur, D. h. t. l. rescri-
17 ptum. 10. §. vlt. ¶ Effectus secundus videtur esse obligatio, & actio. Sed regula est, ex pacto nudo non dari actionem, D. h. t. l. 7. §. sed cùm nulla. Hæc regula ac-
18 commodatur tribus casibus. ¶ Primus casus est, cùm pactum ex interuallo adiicitur contractui bonæ fidei, l. in bonæ fidei. 13. Secus est, si apponatur incontinenti; quia tunc est lex contractus, de qua dicemus se-
19 quenti capite. ¶ Secundus casus est, cùm pactum stipulatione confirmatur: quia non ex pacto agitur, sed ex stipulatione, l. si pacto 14. siue pactum præcedat, siue statim sequatur stipulationem, l. petens. 27. & multò magis, si ex interuallo sequatur: hic enim minùs dubitari potest, pactum ad agendum esse inutile, proinde necessariò agendum ex stipulatione: quandoquidem etiam contractui bonæ fidei adiectum ex interuallo non prodest ad agendum, d. l. in bonæ fidei. Species, d. l. si pacto. talis est: Miles cum Titio pactus est, vt sibi daret (exempli gratià) fundum: item pactus est, vt, nisi eum fundum intra mensem sibi daret, centum aureos pœnæ nomine solueret; atque eosdem centum aureos stipulatus est à Titio sub conditione, nisi sibi fundum intra mensem daret. Titio fidem non præstante, quæsitum est, quod remedium militi aduersus eum competat? Imperator duo remedia considerat: quorum alterum militi concedit, alterum ei denegat. Primum remedium est actio ex stipulatu, qua miles pœnam promissam petet: non tamen omnimodo pœnam consequetur: quia Titius aut fundum soluens militi sponte accipienti, aut eum offerens ante litem contestatam, vitat pœnam, D. de penu lega. l. 1. & quand. dies legat. ced. l. fine. 19. & de verbor. oblig. l. Titius. 9. Ergo miles aut fundum aut pœnam consequetur. Secundum remedium est contra leges, vt neglecto iudiciorum ordine bona Titij confestim ad militem transferantur: quod meritò denegatur: neq; enim eò vsque militum priuilegia extendi debent in tertij præiudicium, qui fortasse militi nihil
20 debet. ¶ Tertius casus est, cùm inter duos conuenit, vt alter alteri certam quantitatem annuam daret, isque, postquàm secundum conuentionem aliquot annis soluerit, posteà soluere amplius nolit: etenim soluere in posterum non cogitur, nisi pactum stipulatione confirmatum fuerit, l. si certis. 28.
21 ¶ Effectus tertius esse videtur dominij translatio: quia cùm nihil sit tam naturali æquitati consentaneum, quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi, D. de acquiren. rer. domin. l. qua ratione. 9. §. hæ quoque. & Institut. de rer. diuis. §. per traditionem. certè si dominus mecum paciscatur, vt res mea sit, videtur ex hoc pacto res mea fieri. Sed contrarium verius est: quia traditione & vsucapione, non nudo pacto dominium transfertur, l. traditionibus. 20. & voluntas domini rem tradentis rata habetur, non nuda voluntas, seu nuda pactio, quod ad hoc, vt dominium transferatur. Hinc in l. id quod nostrum. 11. D. de diuers. regul. iur. dicitur, id, quod nostrum est, non posse sine facto nostro, id est, non posse solo consensu sine traditione ad alium transferri.
¶ Nota primò, cùm lex ait, traditionib. & vsucapionib. 22
dominia transferri, particulam *Et*, non solùm pro coniunctione, sed etiam pro disiunctione accipi: quia dominium transfertur interdum traditione & vsucapione, vt cùm quis rem bona fide & iusto titulo accepit à non domino, Inst. de vsucap. in princip. quandoque sola traditione, vt cùm rem accepit à domino, d. l. qua ratione. §. hæ quoq. & Insti. de rer. diuis. §. per traditionem. nonnunquam sola vsucapione sine traditione, D. pro lega, l. penult. Similiter partic. *aut*, in interdicto quod vi aut clam, non solùm disiunctionis, sed etiam coniunctionis vim habet, D. quod vi aut clam, l. is qui. 11. §. interdictum. Denique non est nouum, vt coniunctio pro disiunctione, & disiunctio pro cõiunctione accipiatur, D.
de verb. sign. l. sæpe. 53. ¶ Nota secundò, nec traditionem 23
sufficere, nec vsucapionē procedere, nisi iusta causa seu iustus titulus subsit, vt venditionis, donationis, dotis, legati, D. de acq. rer. dom. l. nunquam. 31. in pr. & Inst. de
vsucap. in pr. & §. error ¶ Nota tertiò, pactū nudum esse 24
verbū homonymū: quia modò omnia pacta cōplectitur, & illud *nudum*, est pacti epithetū perpetuū, D. h. t. l. 7. §. quin immo. modò opponitur legi contractus, quæ in contractu inest, & significat pactum solum & per se, hîcque illud, *nudum*, est διαςολῆ, seiungens pactum nudum à lege contractus, l. legem. 10. & infr. de pact. conuen. l. 1. Dicta autem regula in omnibus pactis obtinet.
¶ Nota quartò, cùm dicimus traditionem, intelligi 25
etiam quasi traditionem, veluti si tibi vendam rem, quam apud te deposueram, res tua fit sine noua traditione, D. de acquir. rer. do. d. l. qua ratione. §. interdum. & l. si seruus. 21. §. 1. nimirum quia possessio penes te constituta, vim traditionis habet, D. de euict. l. si rem. 62. in princip. seu quia breui manu videris rem ex causa depositi mihi restituisse, & ex causa emptionis recepisse, argum. l. singularia. 15. D. de reb. cred. & l. licèt 43.
§. 1. D. de iur. dot. ¶ Nota quintò, licèt pacto non possi- 26
mus dominium adipisci, tamen posse translatum ad alium recuperari, sublatâ causâ, ex qua res alienata fuerat: veluti si ex pacto legis commissoriæ res fiat inempta, infr. de pact. int. empt. l. 4. aut si oblata melior conditio venditionem rescindat, D. de rei vindic. l. si quis hac lege. 41. in princip. His enim casibus recuperatur dominium, quia pactum ab initio contractus factum fuit. Quòd si post contractum perfectum, & rem secutam, pactum ex interuallo fiat: tantum abest, vt ex eo recuperetur dominium, vt ne quidem actio personalis detur, sed tantùm exceptio inde competat, D. h. t. l. ab
emptione. 58. ¶ Quæstio quarta est, an pactum à qui- 27
busdam factum, alijs prosit, vel noceat? Regulariter pactum alijs, qui pacti non sunt, nec prodest, D. h. t. l. si tibi 17. §. si pactus. nec obest, D. eod. l. si vnus 27. §. pacta quæ turpem. vers. ante omnia. Sed hîc speciales aliquot
casus considerantur. ¶ Casus primus est, cùm filiusfa- 28
milias paciscitur, quæritur enim, an patri noceat? Respondetur non nocere, l. filius. 23. Excipe primò, nisi paciscatur ex causa peculiari, liberam peculij administrationem habens, dummodò non donationis causâ paciscatur, D. eod. l. contra. 28. §. vlt. Excipe secundò, nisi mutuam pecuniam dando pactus sit. D. eod. l. sin autem 29. Adde pactum filij posse patri prodesse, d. l. si tibi. §.
vlt. & ll. seqq. ¶ Casus secundus est, cùm seruus pacisci- 29
tur, quæritur enim, an domino prosit, vel noceat? Respondetur, hoc pactum domino prodesse, non nocere, l.
3. Adde

3.Adde exceptiones de filiofamiliâs nuperrimè tradi-
30 tas;quoniam in seruo quoque locum habent. ¶ Casus
tertius est,cum curator paciscitur : quæritur enim, an
pactum obsit adolescenti ? Respondetur non obesse,l.
31 pactum curatoris.22. ¶ Nota primo hoc pactum non
rescindi per restitutionem in integrum, sed statim non
valere,D.de administr.tut.l.Lucius 46.§.vlt. quia pote-
stas curatoris,quæ fauore minorum est introducta, non
debet in eorum damnum detorqueri,D.de legib.l.nulla
32 25. ¶ Nota secundò, licet curator paciscens de non
petendo,non tollat actionem,quæ minori liquidò com-
petit,tamen eum posse dere, dubia transigere, vt & im-
puberis tutorem,D.de furt.l.si pignore.54.§. vlt. l. in-
33 terdum.56.§.penult. ¶ Casus quartus est, cùm posses-
sor hereditatis pactus est cum creditoribus heredita-
rijs ne petant:quæritur enim, an pactum vero heredi,
qui posteà euicit hereditatem prosit? Respondetur non
34 prodesse,l.si actionem,24 vide Centur.1.q.93. ¶ Casus
quintus est, si debitores inter se pacti sint, quæritur
enim,an creditores cogantur huic pacto stare? Respon-
detur, debitorum pactionem creditoribus præiudicium
35 non facere,l.debitorum.25.& l.seq. ¶ Caput II.est de
36 lege contractus. ¶ In hoc capite consideratur primò,
pactum cuiuis cótractui adiectum,videlicet si. contra-
hens paciscatur se non vsurum fori præscriptione. Hoc
pactum valet,ac seruari debet, l.penul. vide Centur.1.
37 q. 60. ¶ Secundò consideratur pactum adiectum
contractui bonæ fidei.Hoc incontinenti adiectum cùm
sit lex contractus,eumque informet,ac sit eius pars, va-
let etiam ad agendum, quamuis factum ex interuallo
valeat tantùm ad excipiendum, l. in bonæ fidei. 13.
38 ¶ Nota primò,pactum dici incontinenti factum,non
solum si ante contractum perfectum fiat, sed etiam si
contractui perfecto confestim & sine interuallo adii-
ciatur,d.l.7 §.quin immo. & D.de reb cred. l. lecta.40.
Quidam putant idem dicendum, si modicum interual-
lum sit contractui,& pacto interiectum:quibus non as-
39 sentior. ¶ Nota secundò, quædam pacta quæ ex inter-
uallo facta sunt, ex continenti facta videri, nimirum
quæ aliquid addunt, vel detrahunt substantiæ contra-
ctus solo consensu constantis : quia videntur quodam-
modò contractum renouare,d.l.7.§.adeo.& D. de con-
40 trah.empt.l.pacta conuenta.72.in princip. ¶ Nota ter-
tiò,duplicem actionem his casibus competere, nempe
actionem ex eo cótractu,cui pactum insertum est,purà
empti venditi,l.ex conuentione. 11. & D. de contrah.
emptio.l.fundi.79.& de act.emp.l.6. §.1. & 2. & actio-
nem præscriptis verbis, infr.de pact.inter empt.l.2.&.D.
de contrah.empt.l. Labeo.50. & de rescind. vendit. l. 6.
41 ¶ Nota quartò, hoc esse proprium contractuum bonæ
fidei,nam pactum incontinenti adiectum contractus
stricti iuris, vt stipulationi,vel mutuo, non valet ad au-
gendam obligationem.D.h.t.l.si tibi. 17. in princip. &
de reb. cred.l.rogasti. 11. sed eam ipso iure sine ope ex-
ceptionis minuere potest,D.eod.l.lecta.40.Non obstat
l.petens.27.quæ non dat actionem ex pacto stipulatio-
ni adiecto,siue ex stipulatione pacto informata, sed ex
stipulatione pactum confirmante,vt enim aliæ conuen-
tiones,ita etiam pacta stipulatione confirmari possunt.
42 ¶ Tertiò consideratur lex traditionis : vnde oritur
actio præscriptis verbis,tanquam ex contractu innomi-
nato: veluti, Trado tibi hereditatem hoc pacto,vt tam
mihi quàm cæteris creditoribus satisfacias, l. 7. Trado
tibi pecora pascenda, vt fœtus inter nos diuidatur,l.si
pascenda.8.Quod si pacto stipulatio adiecta sit,ex stipu-
43 latu agi poterit,d.l.7. ¶ Quartò consideratur lex di-
uisionis,id est,pactum inter heredes, vel alios successo-
res inter se diuidentes successionem, pactum(inquam)
vt vnus totum creditori hereditario solidum soluat.
Ex hoc pacto non datur actio creditori, qui non potest
agere, nisi ex lege xij. tabularum contra singulos here-
des pro partibus hereditarijs; sed actio præscriptis ver-
bis datur coheredi, qui pactus est, vt consequatur quod
sua interest creditori hereditario solui,l.pacto successo-
rum.26. ¶ Nota,*pactum diuisionis*, esse verbū humony- 44
mum, modò nãque significat nudum pactū de diuisio-
ne facienda,quod non parit actionem, D.h.t. l. diuisio-
nis.45.modò legem diuisionis, id est, pactum apposi-
tum traditioni ; quæ inuicem fit in rebus diuidendis:
vnde diximus agi præscriptis verbis,d.l. pactum succes-
sorum. ¶ Quintò consideratur pactum dotale. Hoc 45
pactum valet etiam ad agendum ; quia non est pactum
nudū,sed lex contractus,l.legem.10.quæ repetitur in l.
5.infr.de pact.conuent. Etenim dotis datio est contra-
ctus,D.de diuers.reg.iur.l. contractus.23. ¶ Excipitur 46
primò, nisi agentis nihil intersit, vt in sequenti specie:
Mulier, quæ fundum creditoribus suis vsurarum debi-
tarum nomine obligauerat,hunc fundum Titio nubens
in dotem dedit adiecto pacto, vt ipsa vsuras solueret,&
pignus lueret,matrimonio per mariti mortem soluto,
quia fundus mulieri restitui debet, heres mariti contra
mulierem,vt pignus luat,agere non potest, nisi fundus
æstimatus in dotem datus fuerit, adeo vt non fundum,
sed æstimationem mulieri soluere oporteat:tunc enim
ex vendito actio datur, vt placitis stetur,id est,vt mulier
pignus luat,l.ex conuentione. 11. Non obstat l. 1. infr.
sine censu,vel reliquis,quæ huic legi opponi solet:quo-
niam hæc lex loquitur de vsuris, quarum obligatio in-
hæret personæ:illa de tributis, quorum onus fundum
sequitur,adeo vt pactum in contrarium non valeat, vt
constituitur in omnibus legib. illius tit. sine censu vel
reliq. ¶ Excipitur secundò, nisi pactum iure improbe- 47
tur : veluti si pater dotans filiam, paciscatur vt filia ex
certa portione sibi succedat, l. pactum quod dotali. 15.
quia successio est iuris publici,D.qui testam.fac. poss. l.
3.quod priuatorum pactis mutari nequit, D. h. t. l. ius
publicum.38.Idcirco hereditas pacto nec dari potest, l.
licèt.19.nec adimi,infr.de collat.l.3. & D. de suis & le-
gitim.l.vlt.Leo tamen imperator Nou. 19. pactum do-
tali instrumento à patre insertum, vt filius & filia ex
æquis partib.sibi succedant, tanquam æquitati consen-
taneum confirmat,& seruari iubet,abrogata d.l.pactum
quod dotali.Item pactum quo renunciatur paternæ suc-
cessioni,si iureiurando sit confirmatum,iure Canonico
probatur,extr. de pact.lib.6. cap.2 ¶ Caput III. est de 48
pacto tacito:nam etiã tacita pacta valent,D.h t.l.2.&4.
Huius pacti taciti proponuntur duo exempla.¶Primum
exemplum est in l. 2. vbi creditores hereditarij,herede 49
omisso,egerunt contra emptores hereditatis,atque em-
ptores,cùm iudiciū subire inuiti non cogerentur,tamen
cùm intelligerent heredē,si à creditoribus cõuenîretur,
cõtra se habiturū regressum,infr.de hered.vel act.vend.
l.2.sponte sua & suo nomine illud susceperunt : hinc
colligitur tacitum pactum,ne ab herede petatur, quod
etsi factū est inter creditores & hereditatis emptores;
tamen heredi prodest : quia emptorum paciscentium
interest non peti ab herede,quem indemnem præstare
tenentur:pactum enim inter duos factum, tertio non
prodest,infr.per quas personas nob.acquir.l. 1. & D.h.
t.l.si vnus.27.§.pacta quæ turpem.vers.ante omnia.nisi
paciscentis intersit,D.eod.l.& heredi.21.§.vlt.& l.fide-
iussoris. 23. Quod si emptores nomine heredis iudi-
cium suscepissent, non exceptionem ei acquisiuissent,
sed ipso iure eum liberassent, D.de solut.l.solutione.23.
¶ Secundum exemplum proponitur in l. si creditores 50
18. vbi erant duo rei credendi, Primus & Secundus,&
duo rei debendi Tertius & Quartus, qui vice mutua fi-
deiusserunt, adeo vt ambo pro partibus conueniri pos-
sent, vel vnus suo nomine in solidū;vel vnus partim suo,
partim fideiussorio nomine,D.de duob.reis, l. reos.11.
in princip.

non posset posteriori pacto exsuscitari, d.l.si. vnus.
§.pactus ne peteret.vers.sed si pactum.
12 ¶ Quæstio secunda est, quo iure pactum valeat? Res-
pondetur valere iure honorario, l.5. quia pacta regula-
riter non confirmantur iure ciuili, exceptis paucis,
13 quæ vocantur pacta legitima, D. h. t. l.6. ¶ Quæstio
tertia est, quem effectum pariat? Hîc multi effectus
considerantur.
14 ¶ Effectus primus est liberatio, non quidem ipsò iu-
15 re, sed per exceptionem pacti, vel doli, l. 4. & 5. ¶ No-
ta primò, hunc esse effectum pacti de non petendo.
16 ¶ Nota secundò exceptionem doli concurrere cum
exceptione pacti, & cum omnibus aliis exceptionibus:
quoniam dolo facit, quicumque id petit, à cuius peti-
tione per aliquam exceptionem summoueri potest,
D. de dol. mal. except. l. 2. §. & generaliter. Sed &
multis casibus, quibus pacti exceptio non com-
petit, doli exceptio in subsidium datur, D. h.t. l.rescri-
17 ptum. 10. §. vlt. ¶ Effectus secundus videtur esse ob-
ligatio, & actio. Sed regula est, ex pacto nudo non da-
ri actionem, D.h.t.l.7.§.sed cùm nulla. Hæc regula ac-
18 commodatur tribus casibus. ¶ Primus casus est,
cùm pactum ex interuallo adiicitur contractui bonæ
fidei, l.in bonæ fidei.13. Secus est, si apponatur inconti-
nenti; quia tunc est lex contractus, de qua dicemus se-
19 quenti capite. ¶ Secundus casus est, cùm pactum sti-
pulatione confirmatur: quia non ex pacto agitur, sed
ex stipulatione, l.si pacto 14. siue pactum præcedat, si-
ue statim sequatur stipulationem, l.petens. 27. & mul-
tò magis, si ex interuallo sequatur: hîc enim minùs du-
bitari potest, pactum ad agendum esse inutile, proinde
necessariò agendum ex stipulatione: quandoquidem
etiam contractui bonæ fidei adiectum ex interuallo
non prodest ad agendum, d. l. in bonæ fidei. Species,
d.l.si pacto.talis est: Miles cum Titio pactus est, vt sibi
daret (exempli gratiâ) fundum: item pactus est, vt, nisi
eum fundum intra mensem sibi daret, centum aureos
pœnæ nomine solueret; atque eosdem centum aureos
stipulatus est à Titio sub conditione, nisi sibi fundum
intra mensem daret. Titio fidem non præstante, quæ-
situm est, quod remedium militi aduersus eum com-
petat? Imperator duo remedia considerat: quorum
alterum militi concedit, alterum ei denegat. Pri-
mum remedium est actio ex stipulatu, qua miles pœ-
nam promissam petet: non tamen omnimodo pœ-
nam consequetur: quia Titius aut fundum soluens
militi sponte accipienti, aut eum offerens ante li-
tem contestatam, vitat pœnam, D. de penu lega.
l. 1. & quand. dies legat. ced. l. fine. 19. & de verbor.
oblig. l. Titius. 9. Ergo miles aut fundum aut pœ-
nam consequetur. Secundum remedium est contra
leges, vt neglecto iudiciorum ordine bona Titij con-
festim ad militem transferantur: quod meritò denega-
tur: neq; enim eò vsque militum priuilegia extendi de-
bent in tertij præiudicium, qui fortasse militi nihil
20 debet. ¶ Tertius casus est, cùm inter duos conuenit,
vt alter alteri certam quantitatem annuam daret, is-
que, postquàm secundum conuentionem aliquot an-
nis soluerit, posteà soluere ampliùs nolit: etenim sol-
uere in posterum non cogitur, nisi pactum stipulatio-
ne confirmatum fuerit, l.si certis.28.
21 ¶ Effectus tertius esse videtur dominij translatio:
quia cùm nihil sit tam naturali æquitati consenta-
neum, quàm voluntatem domini volentis rem suam
in alium transferre, ratam haberi, D. de acquiren.
rer. domin. l. qua ratione. 9. §.hæ quoque, & Institut.
de rer. diuis. §. per traditionem. certè si domi-
nus mecum paciscatur, vt res mea sit, videtur
ex hoc pacto res mea fieri. Sed contrarium verius
est: quia traditione & vsucapione, non nudo pa-
cto dominium transfertur, l. traditionibus. 20. &
voluntas domini rem tradentis rata habetur, non
nuda voluntas, seu nuda pactio, quod ad hoc, vt
dominium transferatur. Hinc in l. id quod nostrum.
11. D. de diuers. regul. iur. dicitur, id, quod no-
strum est, non posse sine facto nostro, id est, non pos-
se solo consensu sine traditione ad alium transferri.
¶ Nota primò, cùm lex ait, traditionib. & vsucapionib. 22
dominia transferri, particulam *Et*, non solùm pro con-
iunctione, sed etiam pro disiunctione accipi: quia do-
minium transfertur interdum traditione & vsucapione,
vt cùm quis rem bona fide & iusto titulo accepit à non
domino, Inst. de vsucap. in princip. quandoque sola tra-
ditione, vt cùm rem accepit à domino, d.l.qua ratione.
§.hæ quoq. & Insti. de rer. diuis. §.per traditionem. non-
nunquam sola vsucapione sine traditione, D.pro lega.l.
penult. Similiter partic. *aut*, in interdicto quod vi aut
clam, non solùm disiunctionis, sed etiam coniunctionis
vim habet, D. quod vi aut clam, l.is qui. 11. §. interdi-
ctum. Denique non est nouum, vt coniunctio pro dis-
iunctione, & disiunctio pro côiunctione accipiatur, D.
de verb.sign.l.sæpe.53. ¶ Nota secundò, nec traditionem 23
sufficere, nec vsucapionẽ procedere, nisi iusta causa seu
iustus titulus subsit, vt venditionis, donationis, dotis, le-
gati, D.de acq.rer.dom.l.nunquam. 31.in pr.& Inst. de
vsucap.in pr. & §.error ¶ Nota tertiò, pactũ nudum esse 24
verbũ homonymũ: quia modò omnia pacta côplectitur,
& illud *nudum*, est pacti epithetũ perpetuũ, D.h.t.l.7.§.
quin immo. modò opponitur legi contractus, quæ in
contractu inest, & significat pactum solum & per se,
hîcque illud, *nudum*, est διαζολὴ, seiungens pactum nu-
dum à lege contractus, l.legem.10.& infr. de pact. con-
uen.l. 1. Dicta autem regula in omnibus pactis obtinet.
¶ Nota quartò, cùm dicimus traditionem, intelligi 25
etiam quasi traditionem, veluti si tibi vendam rem,
quam apud te deposueram, res tua sit sine noua tradi-
tione, D.de acquir.rer.do.d l.qua ratione. §. interdum.
& l. si seruus. 21. §. 1. nimirum quia possessio penes te
constituta, vim traditionis habet, D. de euict. l. si rem.
62.in princip. seu quia breui manu videris rem ex cau-
sa depositi mihi restituisse, & ex causa emptionis rece-
pisse, argum.l.singularia.15.D.de reb.cred.& l. licèt 41.
§.1.D de iur.dot. ¶ Nota quintò, licèt pacto non possi- 26
mus dominium adipisci, tamen posse translatum ad
alium recuperari, sublatâ causâ, ex qua res alienata fue-
rat: veluti si ex pacto legis commissoriæ res fiat inem-
pta, infr.de pact.int.empt.l.4. aut si oblata melior con-
ditio venditionem rescindat, D. de rei vindic l. si quis
hac lege. 41. in princip. His enim casibus recuperatur
dominium, quia pactum ab initio contractus factum
fuit. Quòd si post contractum perfectum, & rem secu-
tam, pactum ex interuallo fiat: tantum abest, vt ex eo
recuperetur dominium, vt ne quidem actio personalis
detur, sed tantùm exceptio inde competat, D. h. t. l. ab
emptione. 58. ¶ Quæstio quarta est, an pactum à qui- 27
busdam factum, alijs prosit, vel noceat? Regulariter pa-
ctum alijs, qui pacti non sunt, nec prodest, D.h.t. l. si ti-
bi 17.§.si pactus. nec obest, D.eod. l. si vnus 27. §.pacta
quæ turpem.vers. ante omnia. Sed hîc speciales aliquot
casus considerantur. ¶ Casus primus est, cùm filiusfa- 28
milias paciscitur, quæritur enim, an patri noceat? Res-
pondetur non nocere, l. filius.23. Excipe primò, nisi pa-
ciscatur ex causa peculiari, liberam peculij administra-
tionem habens, dummodò non donationis causâ pa-
ciscatur, D.eod.l.contra.28.§. vlt. Excipe secundò, nisi
mutuam pecuniam dando pactus sit, D eod.l.sin autem
29. Adde pactum filij posse patri prodesse, d.l. si tibi. §.
vlt.& ll.seqq. ¶ Casus secundus est, cùm seruus pacisci- 29
tur, quæritur enim, an domino prosit, vel noceat? Res-
pondetur, hoc pactum domino prodesse, non nocere, l.
3.Adde

3.Adde exceptiones de filiofamiliâs nuperrimè tradi-
30 tas;quoniam in seruo quoque locum habent. ¶ Casus
tertius est,cum curator paciscitur : quæritur enim, an
pactum obsit adolescenti ? Respondetur non obesse,l.
31 pactum curatoris.22. ¶ Nota primo hoc pactum non
rescindi per restitutionem in integrum, sed statim non
valere,D.de administr.tut.l.Lucius 46.§.vlt. quia pota-
stas curatoris,quæ fauore minorum est introducta, non
debet in eorum damnum derorqueri,D.de legib.l.nulla
32 25. ¶ Nota secundò, licet curator paciscens de non
petendo,non tollat actionem,quæ minori liquidò com-
petit,tamen eum possidere, dubia transigere, vt & im-
puberis tutorem,D.de furt.l.si pignore.54. §. vlt. l. in-
33 terdum.56.§.penult. ¶ Casus quartus est, cùm posses-
sor hereditatis pactus est cum creditoribus heredita-
rijs ne petant:quæritur enim , an pactum vero heredi,
qui posteà euicit hereditatem prosit? Respondetur non
34 prodesse,l.si actionem.24.vide Centur.1.q.93. ¶ Casus
quintus est , si debitores inter se pacti sint, quæritur
enim,an creditores cogantur huic pacto stare? Respon-
detur, debitorum pactionem creditoribus præiudicium
35 non facere,l.debitorum.25.& l.seq. ¶ Caput I I.est de
36 lege contractus. ¶ In hoc capite consideratur primò,
pactum cuius cōtractui adiectum,videlicet si contra-
hens paciscatur se non vsurum fori præscriptione. Hoc
pactum valet,ac seruari debet, l.penul. vide Centur.1.
37 q. 60. ¶ Secundò consideratur pactum adiectum
contractui bonæ fidei.Hoc incontinenti adiectum cùm
sit lex contractus,eumque informet,ac sit eius pars, va-
let etiam ad agendum , quamuis factum ex interuallo
valeat tantùm ad excipiendum, l. in bonæ fidei. 13.
38 ¶ Nota primò,pactum dici incontinenti factum,non
solum si ante contractum perfectum fiat , sed etiam si
contractui perfecto confestim & sine interuallo adii-
ciatur,d.l.7 §.quin immo. & D.de reb cred. l. lecta.40.
Quidam putant idem dicendum, si modicum interual-
lum sit contractui,& pacto interiectum: quibus non as-
39 sentior. ¶ Nota secundò, quædam pacta quæ ex inter-
uallo facta sunt, ex continenti facta videri, nimirum
quæ aliquid addunt, vel detrahunt substantiæ contra-
ctus solo consensu constantis : quia videntur quodam-
modò contractum renouare,d.l.7.§.adeo.& D. de con-
40 trah.empt.l.pacta conuenta.72.in princip. ¶ Nota ter-
tiò,duplicem actionem his casibus competere , nempe
actionem ea eo cōtractu,cui pactum insertum est,puta
empti vendiri,l.ex conuentione. 11. & D. de contrah.
emptio.l.fundi.79.& de act.empt.l.6. §. 1. & 2. & actio-
nem præscriptis verbis, infr.de pact.int.empt.l.2.&.D.
de contrah.empt.l. Labeo.50. & de rescind. vendit. l.6.
41 ¶ Nota quartò, hoc esse proprium contractuum bonæ
fidei,nam pactum incontinenti adiectum contractui
stricti iuris,vt stipulationi,vel mutuo, non valet ad au-
gendam obligationem,D.h.t.l.si tibi. 17. in princip. &
de reb. cred.l.rogasti. 11. sed eam ipso iure sine ope ex-
ceptionis minuere potest, D.eod.l.lecta.40.Non obstat
l.petens.27.quæ non dat actionem ex pacto stipulatio-
ni adiecto,siue ea stipulatione pacto informata , sed ex
stipulatione pactum confirmante,vt enim aliæ conuen-
tiones,ita etiam pacta stipulatione confirmari possunt.
42 ¶ Tertiò consideratur lex traditionis : vnde oritur
actio præscriptis verbis,tanquam ex contractu inomi-
nato: veluti , Trado tibi hereditatem hoc pacto,vt tam
mihi quàm cæteris creditoribus satisfacias, l. 7. Trado
tibi pecora pascenda, vt fœtus inter nos diuidatur,l.si
pascenda.8.Quod si pacto stipulatio adiecta sit,ea stipu-
43 latu agi poterit,d.l.7. ¶ Quartò consideratur lex di-
uisionis,id est,pactum inter heredes, vel alios successo-
res inter se diuidentes successionem , pactum(inquam)
vt vnus eorum creditori hereditario solidum soluat.
Ex hoc pacto non datur actio creditori, qui non potest

agere, nisi ex lege xij. tabularum contra singulos here-
des pro partibus hereditarijs; sed actio præscriptis ver-
bis datur coheredi, qui pactus est,vt consequatur quod
sua interest creditori hereditario solui,l.pacto successo-
rum.26. ¶ Nota,*pactum diuisionis*, esse vel bū homony- 44
mum, modò nāque significat nudum pactū de diuisio-
ne facienda,quod non parit actionem, D.h.t.l. diuisio-
nis.45.modò legem diuisionis, id est , pactum apposi-
tum traditioni ; quæ inuicem fit in rebus diuidendis:
vnde diximus agi præscriptis verbis,d.l. pactum succes-
sorum. ¶ Quintò consideratur pactum dotale. Hoc 45
pactum valet etiam ad agendum : quia non est pactum
nudū,sed lex contractus,l.legem.10.quæ repetitur in l.
1.infr.de pact.conuent. Etenim dotis datio est contra-
ctus,D.de diuers.reg.iur.l. contractus.23. ¶ Excipitur 46
primò, nisi agentis nihil intersit , vt in sequenti specie:
Mulier, quæ fundum creditoribus suis vsurarum debi-
tarum nomine obligauerat,hunc fundum Titio nubens
in dotem dedit adiecto pacto, vt ipsa vsuras solueret,&
pignus lueret, matrimonio per mariti mortem soluto,
quia fundus mulieri restitui debet, heres mariti contra
mulierem,vt pignus luat,agere non potest , nisi fundus
æstimatus in dotem datus fuerit, adeo vt,non fundum,
sed æstimationem mulieri soluere oporteat:tunc enim
ea vendito actio datur,vt placitis stetur,id est,vt mulier
pignus luat,l.ex conuentione. 11. Non obstat l. 1. infr.
sine censu,vel reliquis,quæ huic legi opponi solet: quo-
niam hæc lex loquitur de viuis, quarum obligatio in-
hæret personæ:illa de tributis , quorum onus fundum
sequitur,adeo vt pactum in contrarium non valeat , vt
constituitur in omnibus legib. illius tit. sine censu vel
reliq. ¶ Excipitur secundò, nisi pactum iure improbe- 47
tur : veluti si pater dotans filiam , paciscatur vt filia ex
certa portione sibi succedat,l. pactum quod dotali. 15.
quia successio est iuris publici,D qui testam.fac. poss. l.
3.quod priuatorum pactis mutari nequit, D. h. t. l. ius
publicum.38.Idcirco hereditas pacto nec dari potest,l.
licet.19.nec adimi,infr.de collat.l.3. & D. de suis & le-
gitim.l.vlt Leo tamen imperator Nou. 19. pactum do-
tali instrumento à patre insertum , vt filius & filia ex
æquis partib.sibi succedant, tanquam æquitati consen-
taneum confirmat,& seruari iubet,abrogata d.l.pactum
quod dotali.Item pactum quo renunciatur paternæ suc-
cessioni,si iureiurando sit confirmatum,iure Canonico
probatur,extr.de pact.lib.6.cap.2 ¶ Caput I I I. est de 48
pacto tacito:nam etiā tacita pacta valent,D.h t.l.2.&4.
Huius pacti taciti proponuntur duo exempla.¶Primum
exemplum est in l. 2. vbi creditores hereditarij,herede 49
omisso,egerunt contra emptores hereditatis,atque em-
ptores,cùm iudicio subire inuiti non cogerentur,tamen
cùm intelligerent heredē,si à creditoribus cōueniretur,
cōtra se habiturū regressum,infr.de hered.vel act.vend.
l.2.sponte sua & suo nomine illud susceperunt : hinc
colligitur tacitum pactum,ne ab herede petatur , quod
etsi factū est inter creditores & hereditatis emptores;
tamen heredi prodest: quia emptorum paciscentium
interest non peti ab herede,quem indemnem præstare
tenentur:pactum enim inter duos factum , tertio non
prodest,inst.per quas personas nob acquir.l. 1. & D.h.
t.l.si vnus.27.§.pacta quæ turpem.vers.ante omnia,nisi
paciscentis intersit,D.eod.l.& heredi.21.§.vlt.& l. fide-
iussoris. 23. Quod si emptores nomine heredis iudi-
cium suscepissent , non exceptionem ei acquisiuissent,
sed ipso iure eum liberassent , D.de solut.l.solutione.23.
¶ Secundum exemplum proponitur in l. si creditores 50
18. vbi erant duo rei credendi , Primus & Secundus,&
duo rei debendi Tertius & Quartus, qui vice mutua fi-
deiusserunt , adeo vt ambo pro partibus conueniri pos-
sent, vel vnus suo nomine in solidū;vel vn⁹ partim suo,
partim fideiussorio nomine,D.de duob .reis, l. reos.11.
in princip.

in princ.Tertius autem dimidiam debiti partem pro se
soluit, id est, vt se liberaret:& quæritur, an possit pro
altera dimidia parte conueniri. Sanè cùm & suo & fi-
deiussorio nomine in eam dimidiam teneretur, vt iam
exposui, ab ea obligatione, qua suo nomine tenebatur,
ipso iure liberatus est: tacite verò pactus videtur, ne
fideiussorio nomine, id est, tanquàm fideiussor Quarti
conueniatur: ergo creditores pro dimidia parte, quæ
soluta non est, contra Quartum habent actionem effi-
cacem: contra Tertium, tanquam reum principalem,
agere non possunt: contra eundem Tertium, tanquam
fideiussorem Quarti, ipso quidem iure possunt agere,
sed exceptione taciti pacti summouentur. Non obstat
l.si ex toto.8.D.de legat.1.vbi vnus ex correis, qui par-
tem soluit, in residuum potest conueniri; propterea
quòd simpliciter soluit, non exprimens se soluere pro
sua persona, vt se ex obligatione eximeret, vt in supe-
51 riori specie. ¶ Caput IV. est de pacto transactionis
52 causâ facto. Hîc deciduntur tres casus. ¶ Primo casu,
cùm frater fratri fideicommissum deberet sub condi-
tione, Si sine liberis decederet, de fideicommisso tran-
segit pendente conditione: hoc pactum valet, quamuis
posteà liberis susceptis conditio fideicommissi defece-
53 rit, l.1. ¶ Secundus casus est primo similis, eo tantùm
differt, quòd non est fideicommissum ab vno tantùm
latere, sed reciprocū, & fratres sibi inuicem fideicom-
missariam substitutionem remiserunt: hoc quoque pa-
ctum valet, l. cùm proponas filios. 16. Coniunge l. de
54 fideicommisso, 11. infr. tit. prox. ¶ Tertio casu heres
scriptus, & heres legitimus, id est, frater defuncti, de
hereditate inter se controuersa transegerunt nudo pa-
cto sine scriptura. Ex hac transactione non datur actio,
sed exceptio, dummodò is, qui beneficio transactionis
vti vult, eius fidem non fregerit, l. cùm proponas in-
ter vos. 21.

Tit. IV. De Transactionibus.

I. 23.	*XXII.* 5. j. 11. ij.
II. 42. j. iij.	*XXIII.* 18. 42. iij.
III. 39.	*XXIV.* 31. ij.
IV. 5. j. 39.	*XXV.* 5. j. 14.
V. 5. j. iij. 8.	*XXVI.* 24.
VI. 42. j. iij. 46.	*XXVII.* 5. ij.
VII. 5. v.	*XXVIII.* 8. 11. 31. j. ij. 49.
VIII. 6. ij.	*XXIX.* 17.
IX. 40.	*XXX.* 11. iij.
X. 6. j. iij.	*XXXI.* 31. iij.
XI. 5. j. 6. iv.	*XXXII.* 6. vj.
XII. 5. vj.	*XXXIII.* 5. j. 45. 48.
XIII. in princ. 12. j. §. j. 5. iv.	*XXXIV.* 11. j.
XIV. 10.	*XXXV.* 7. j. 12. ij.
XV. 36.	*XXXVI.* 5. j. 7. ij. 31. ij.
XVI. 15. 49.	*XXXVII.* 44.
XVII. 31. j. ij.	*XXXVIII.* 7. j.
XVIII. 6. v.	*XXXIX.* 30.
XIX. 11. 16.	*XL.* 8. 39. 44.
XX. 20. 27. 29.	*XLI.* 5. j. 34. 35. 36.
XXI. 28.	*XLII.* 13. 43.
	XLIII. 6. j.

1 TRansactionis verbum duobus modis sumi-
tur. Primò generaliter, vt transigi dicatur,
quotiescumque aliquid finitur ac termina-
tur, D.de pact.l.1.§.conuentionis. Secundò
specialiter, vt hoc titulo, pro rei dubiæ vel controuer-
sæ, D.h.t.l.1. decisione, l.7. l.cùm proponas. 17.l.sub
prætextu instrumenti.19.& D.de rei vindic.l.eius. 46.
& ad leg.Falcid.l.3.§.1. seu diremptione, l.interpositas,
23.l.causas 16. l.transactione 30. quæ vtriusque partis
consensu fit, d.l.transactionis.& d.l.interpositas. aliqua
re data, vel promissa, vel retenta, l.trāsactio.38. ¶ Quia 2
verò transactio multis modis fit: aut enim transigitur
nudo tantùm pacto, aut transactio iureiurando firma-
tur, aut stipulatione interueniente, aut per contractum
innominatum fit: idcirco huius tituli capita quinque
sunt. ¶ Caput I. est de transactione in genere: vbi tres 3
quæstiones dissoluuntur. ¶ Quæstio prima est, an trās- 4
actio valeat: Pro qua quæstione decidenda quinque
spectantur. ¶ Primò spectantur personæ transigentes: 5
de quibus dantur sex regulæ. I. Vt transactio valeat,
nec per restitutionem in integrum rescindi possit, trā-
sigentem oportet esse maiorem vigintiquinque annis,
l.5.l.de fideicommisso, 11.l.si maior.22.l.si maiores.25.
l.si maior.36.Coniunge l.4.l.si pro fundo.33.& l.si quis
maior. 41. II. Transactio facta ab ægroto, si sit sanæ
mentis, valet, l.sanum. 27. III. Transactio inter here-
dem tutoris, & eum qui fuit in tutela, valet, l.5. IV.
Transactio inter dominum & seruum non valet, l. in-
terpositas.13.§. 1. V. Procurator, cui tantùm actio, non
decisio litis mandata est, transigere non potest, l.7. VI.
Administrator ciuitatis potest transigere de lite dubia,
quamuis id remittere non possit, quod reipublicæ li-
quidò debetur, l.præses, 12. ¶ Secundò spectatur res, 6
de qua transigitur: de qua dantur sex regulæ. I. Tran-
sactio de statu seu conditione personæ valet, l. fratris,
10. & l.vlt. II. De alimentis præteritis, si in contro-
uersia sint, transigi potest: de futuris sine permissu præ-
toris vel præsidis nō potest, l.de alimētis, 8.Coniunge
l.cùm hi.8.D.eod.Intellige alimenta in testamento, vel
codicillis relicta, vel mortis causâ donata, d.l.cùm hi.§.
hæc oratio. III. De paterna successione transigi po-
test, d.l.fratris. IV. Transactio de fideicommisso reci-
proco conditionali inter fratres valet, l. de fideicom-
misso. 11. Coniunge l.cùm proponas filios. 16. supr.
tit.prox. V. De crimine capitali, quod irrogat pœnam
sanguinis, excepto adulterio, transigere licet: de non
inferēte pœnam sanguinis, excepto crimine falsi, tran-
sigere non licet, l.transigere.18. quam edito commen-
tario sum interpretatus. VI. De re iudicata transigi
non potest, nisi per appellationem, vel restitutionem
in integrum sit rescissa seu suspensa, l.si causa.32. Adde
transactionem valere, etiamsi appellatum non sit, dum-
modò appellari possit, vel dubitetur, an sit iudicatum;
quia adhuc lis esse potest, D.h.t.l.7.in princ.l.post rem.
12. ¶ Tertiò spectatur id de quo transigitur: de quo 7
duo traduntur. I. Transactio non consistit, nisi aliquid
detur, vel promittatur, vel retineatur, l. transactio.38.
Ergo vel dominium transfertur, nimirum cùm aliquid
datur: vel actio nascitur, videlicet cùm aliquid promit-
titur: vel actio perimitur, cùm aliquid retinetur, l.trans-
actionem. 35. vbi legendum *actione parta*, non, *peracta*,
vel, *parata*: verbi gratiâ, *do tibi decem*, vel, *promitto tibi de-
cem*: vel, *consentio & patior te retinere decem, quæ mihi de-
bes, vt discedas à lite contra me instituta.* II. Etiamsi id
quod transactionis causa promissum est, nec datum sit
nec offeratur, nihilominùs transactio vim habet, l.si
maior. 36. ¶ Quartò spectatur modus transigendi: vbi 8
sciendum est, scripturam posse quidem adhiberi, l.vbi.
40.sed & sine ea transactionem valere, l.5.& l.siue. 28.
¶ Quintò spectantur causæ, ex quibus transactio siue 9
per exceptionem, replicationémve, siue per restitutio-
nem, siue alio quouis modo infirmatur, vel non. ¶ Pri- 10
ma causa est mutuus consensus recedendi à transactio-
ne. Ex hac causa transactio infirmatur, l. si diuersa. 14.
¶ Secunda causa est dolus, qui regulariter transactio- 11
nem inutilem reddit, siue ab initio interueniat, l. sub
prætextu specierum. 19. vers. sane.& D.eod.l.qui cum
tutoribus. 9. §.qui per fallaciam. siue ex pòst facto; vt
quia is qui transactionis fidem fregit, transactionis
beneficio

beneficio vti vult, quo casu exceptio transactionis eli-
ditur replicatione doli mali, d.l. siue. sed sequentibus ca-
sib. frustra dolus contra transactionem allegatur. I. Si
quis sciens obligationem remiserit: quia scienti & vo-
lenti dolus non infertur, l. cùm donationis. 34. II.
Si quis non probet dolum, sed tantùm coram testibus
protestatus sit se dolo inductum transegisse: nam hæc
contestatio ad dolum probandum non sufficit, l. si ma-
ior 22. III Si dolum non is commiserit, qui transa-
ctionis beneficio vti vult, sed aduersarius, qui vult
12 ab ea recedere, l. transactione. 30. ¶ Tertia causa est
metus: de quo duo traduntur. I. Aduersus transactionem
metu interpositam datur in integrum restitutio, l. inter-
positas. 13. in princip. II. Metus prætextu non rescin-
ditur transactio corã testibus facta, l. transactionem. 35.
vbi amicorum vocabulo significantur testes, vt & in l.
Pamphilo. 39. §. 1. D. de lega. iij. quia solemus amicos
vocare, vt conuentionibus, aliisve nostris actibus adsint
testimonij causâ; Dona. in Phormio. actu. 2. sce. 1. *Amicos*
13 *pro Aduocatis, & pro testibus posuerunt.* ¶ Quarta causa
est, si ex falsis instrumentis transactum sit, nisi etiam de
falso sit transactum sed si de pluribus causis vel capitu-
lis transactio facta sit, illa sola causa vel pars retracta-
tur, quæ ex falso instrumento decisa est, l. si ex falsis. 42.
14 ¶ Quinta causa videtur esse, si quis futuræ successio-
nis, quam captabat, transegerit, & actionem remiserit:
sed hic, etiamsi non posteà hæreditatẽ sit cõsecutus, ta-
men transactionem rescindere non potest, l. si maiores.
15 25. ¶ Sexta causa videtur esse rescriptum principis.
Sed rectè facta transactio rescripto principali non re-
16 scinditur, l. causas 16. ¶ Septima causa videtur esse in-
strumentum post transactionem repertum. Sed neque
ex hac causa transactio infirmatur, nisi vel instrumentis
subtractis transactio sit exorta, l. sub prætextu instru-
menti. 19. vel transactum sit de causa ad testamentum
vel codicillos pertinente, & posteà testamentum vel
codicilli reperti sint, D. h. t. l. 6. &, testam. quemad. aper.
17 l. 1. §. 1. ¶ Octaua causa videtur esse species post trans-
actionem reperta: veluti si transactum sit de heredita-
te, & posteà repertæ sint quædam res hereditariæ, quæ
tempore transactionis latebant; vel deprehensum sit
quasdã res esse hereditarias, quę putabantur esse extra-
nei, penes quem erant. Neque hæc causa valet ad infir-
mandam transactionem, l. sub prætextu specierum. 29.
18 ¶ Nona causa videtur esse, si is, qui ex causa transactio-
nis aliquid soluit, asserat se nihil debuisse. Neque hæc
causa idonea est ad infirmandam transactionem: quia
omnis transactio fit de re dubia, neque ex eo conuelli
potest, quòd posteà res certa fiat, probato debito, vel
19 indebito, l. nec intentio. 23. ¶ Quæstio secunda est,
quatenus transactio valeat? Hic dantur tres regulæ.
20 ¶ Regula prima est, Transactio non minorem aucto-
ritatem habet, quàm res iudicata: quia nihil tam fidei
humanæ congruit, quàm placita custodiri, l. non mino-
rem. 20. & D. de pact. l. 1. in princ. graue autem est fidem
21 fallere, D. de pecun. constit. l. 1. in princip. ¶ Nota pri-
mò, transactionem non comparari sententiæ condem-
natoriæ, ex qua datur actio in factum, sed absolutoriæ,
ex qua datur exceptio, vt ex transactione: verum ex sen-
tentia datur exceptio rei iudicatæ, ex transactione ex-
22 ceptio conuentionis. ¶ Nota secundò, fidem hîc non
accipi, vt apud theologos, & in titulo supr. de sum. trin.
& fi. cathol. secundum quam Deo & eius verbo cre-
dimus, eiusque promissis fidimus: sed (vt à M. Tullio de-
finitur lib. 1. Officior.) pro dictorum conuentorumque
constantia & veritate. Vnde ex eo dicta videtur, quòd
id fiat, quod dictum est, sic accipitur etiam in l. 1. in
princip. D. de pact. & in l. 1. in princ. D. de pecu. constit.
23 ¶ Regula secunda est, Transactio à quibusdam facta,
alijs non prodest, vt transactio facta cum quibusdam
tutoribus, non tribuit exceptionem contutoribus eo-
rum, l. 1. ¶ Regula tertia est. Transactio inter aliquos 24
facta tertio non nocet: vt transactio matris non nocet
statui filiorum, l. transactione. 26. Quamuis enim ma-
ter possit de statu filiorum litigare, & eos in libertatem
asserere, D. de libera. cau. l. 3. §. cùm verò. non ideo ta-
men potest de eorum statu transigere in eorum præiu-
dicium. Et licèt de statu filij iudicari possit ex statu ma-
tris, quatenus partus ventrem sequitur, infr. de rei vin-
dicat. l. 7. non tamen de eo iudicatur ex transactione
matris, siue mater de suo statu transegerit, vt in l. vlt. si-
ue de statu filiorum, nam vtriusque casus eadem est ra-
tio: & cùm lex generaliter loquatur, generaliter acci-
pi debet, vt vtrumque casum complectatur. ¶ Caput II. 25
est de transactione nudo pacto facta: de qua dissoluun-
tur duæ quæstiones. ¶ Quæstio prima est, an transactio 26
valeat? Hic quatuor considerantur. ¶ Primò spectatur 27
persona transigens, quæ debet esse sanæ mentis, & ma-
ior xxv. annis, l. non minorem, 20. vers. cùm nullum. ne
aduersus transactionem restitui possit ex titulo de mi-
noribus supr. si aduers. transact. l. 1. & 2. ¶ Secundò spe- 28
ctatur modus transigendi: vbi notatur, veritatem præ-
ferri simulationi: veluti si id, quod transactionis causâ
dari aut retineri conuenit, per simulationem scriptum
sit deberi ex causa emptionis, non propterea erit em-
ptio, nec pretium peti poterit, sed erit transactio, ex qua
cùm nudo pacto facta sit, actio non datur, l. cùm ea. 21.
¶ Tertiò spectatur tempus, quo transactio facta est. 29
Sciendum est, etiam noctu transigi posse, d. l. non mino-
rem. vers. nec enim. ¶ Quartò spectatur pęnitentia tran- 30
sigentis, quæ non admittitur etiamsi statim eum pęni-
teat, l. quamuis. 39. ¶ Secunda quæstio est, quatenus 31
transactio valeat? Hîc dantur tres regulæ, I. Ex pacto
transactionis non datur actio, l. cùm proponas. 17. l. siue
28. II. Ex pacto transactionis datur exceptio, d. l. cùm
proponas, l. si quidem. 24. l. si maior. 36. quæ doli mali
replicatione eliditur, si is, qui exceptione vtitur, fidem
conuentionis non præstat, d. l. siue. III. Verba genera-
lia, *nihil amplius peti*, coangustantur ad rem, de qua trans-
actum est, l. si certa. 31. ¶ Caput III. est de transactio- 32
ne vel pactione iureiurando confirmata, de qua qua-
tuor quæstiones dissoluuntur. ¶ Quæstio prima est, an 33
hæc conuentio sit seruanda? Respondetur seruandam
esse, nisi ex falsis instrumentis facta sit, nam ex hac cau-
sa rescinditur, l. si ex falsis 42. ¶ Quæstio secunda est, si 34
sit seruanda, an puniatur is, qui fidem non præstat: Res-
pondetur puniri, siue sit iuratum per Deum, siue per
principem, dummodò is, qui fidem fregit, sit maior xxv.
annis, & libera voluntate, non alterius imperio coactus
transegerit, l. si quis maior. 41. ¶ Quæstio tertia est, qua 35
pœna afficiatur, qui fidem iuratæ conuentionis fregit?
Quinque pœnæ irrogantur, I. Notatur infamiâ. II.
Actionem amittit, etiam si de actione sibi competente
transegit, quamuis transactio non valeat, tamen actio-
ne illa priuatur, quia ipsius culpa factum est, vt transa-
ctio non valeat. III. Soluit pœnam, de qua soluenda
conuenitur, si conuentionis fides non præstaretur. IV.
Rerum proprietate caret, siue enim de re sua, quam vin-
dicabat, transegerit; siue ex causa transactionis rem ac-
ceperit: etsi transactio non valet, nihilominùs dictæ rei
dominio priuatur. V. Omni transactionis seu pactionis
emolumento priuatur, d. l. si quis maior. ¶ Quæstio 36
quarta est, ad quem pertineat id, quod amisit, qui
fidem conuentionis fregit, id est, vtrum ad fiscum
pertineat, an ad aduersarium? Respondetur pertinere
ad aduersarium, qui conuentionem seruauit, d. l.
si quis maior. vers. itaque. ¶ Caput IV. est de transa- 37
ctione stipulationem cõtinente. Quadruplex stipulatio
hîc

38 hîc consideratur. ¶ Primò considerator stipulatio
rei de qua transigitur: quæ quidem stipulatio duobus
39 modis fieri potest. ¶ Primus modus est, cùm per sti-
pulationem Aquilianam præcedétes obligationes no-
uantur, & noua obligatio per acceptilationem tollitur.
Hoc modo actio competens, pro qua parte in transa-
ctionem deducta est, ipso iure tollitur, l. 3. l. 4. l. vt res-
ponsum. 15. adeo vt sola actio de dolo superesse possit,
nisi etiam de dolo transactum sit, d. l. 4. Potest tamen iu-
dicium, de quo transactum est, procedere, si reus sponte
sua id subire velit, putà vt data recipiat; & pœnam sibi
promissam accipiat, l. vbi. 40. in cuius legis specie neque
actor reo inuito potest agere, quia nemo sine actione
experitur, D. de negot. gest. l. 6. §. vlt. & de administr. tut.
l. quoties. 9. §. & generaliter. actio autem per stipulatio-
nem aquilianam & acceptilationem sublata fuit ipso
iure, neque reus potest data repetere, aut pœnam pete-
re, licet de facto ab actore conueniatur; quia hæc con-
uentio est inanis, nec habet vllum effectũ, sed perinde
est, ac si non repeteretur, infr. si mancip. ita fuer. alien.
l. pen. & D. de seru. exportand. l. 6. sed ex communi con-
sensu restitutis iis quæ data fuerũt, & pœna soluta, iu-
40 dicium peragitur, de quo fuerat transactum. ¶ Secundus
modus est, cùm de re controuersa ita stipulatio fit, vt,
si petitor intra diem certum decem aureos possessori
numeraret, rem ab eo acciperet: sin minùs, nullam am-
pliùs de ea re quęstionẽ moueret. Hoc igitur modo duę
sunt mutuæ stipulationes cõditionales. Priori possessor
promittit se actori possessione cessurũ, si decẽ aurei ab
eo intra tempus de quo cõuenit, sibi numerẽtur. Poste-
riori petitor promittit se nullam controuersiam hac
de re ampliùs facturum, si decem aureos ei non nume-
rauerit. Harũ stipulationum conditiones sunt ita inter
se oppositæ, vt necesse sit alteram deficere, alteram
impleri: quia petitor vel numerabit decem possessori,
vel non numerabit. Si quidem numeret, sine du-
bio rem ex stipulatione petet: si vero non numeret,
hic casus tractatur in l. si super. 9. vbi traditur duplex
effectus huius transactionis: quia duo remedia dantur
possessori. Primùm remedium est interdictum Vti pos-
sidetis: quod indicatur illis verbis legis, *vim ab eo peti
non debere*: & *vim fieri prohibebit*: respicit enim impera-
tor ad verba interdicti, Vti possideris, quæ sic habent,
*Vti nec vi nec clam nec precario alter ab altero possidetis,
quominus ita possideatis, vim fieri veto*, D. Vti possid. l. 1. in
princ. Alterum remedium est exceptio trãsactionis, qua
41 petitorem summoueat volenté rem vindicare. ¶ Nota
igitur sicut possessionem nanciscimur interdicto vel
actione, ita eam retineri interdicto vel exceptione, D.
42 vti possid. l. 1. §. est igitur. ¶ Secundò consideratur sti-
pulatio rei, qua transigitur, de qua tria traduntur, I.
Hæc stipulatio valet, & actionem parit, siue lis fuerit,
l. 6. siue non fuerit, dummodò esse potuerit, l. 2. quia
non tantùm de re litigiosa, sed de re quacumque du-
bia transigi potest. II. Qui ex hac causa soluit, non re-
petit, quia debitum soluit. III. Si promissor nondum
soluerit, iure conuenitur, & soluere cogitur, d. l. 2. d. l.
6. & l. nec intentio. 23. videlicèt si stipulator ex sua par-
te conuentionem impleuerit, putà discesserit à lite, vt
43 decem acciperet, quæ stipulatus est. ¶ Tertiò consi-
deratur stipulatio transactionem seruare. Hinc datur
actio, si fides transactionis non seruetur, putà si pars
rei transactionis causa datæ euincatur, l. si pro fun-
44 do. 33. quam posterius exponam, num. 47. ¶ Quar-
tò consideratur stipulatio pœnalis, quæ quidem duo-
bus modis interponi potest: aut enim eius conditio
refertur ad rem de qua transigitur, veluti si tecum
transigam de fundo, & à te stipuler pœnam, si fun-
dum petieris: aut refertur ad rem qua transigitur:
veluti si promittam tibi Stichum, ne fundum petas;
& promittam pœnam, si Stichum intra certum tem-
pus non dedero. Prior casus tractatur in l. vbi 40.
& à me fuit sup. expositus num. 39. Posterior casus de-
ciditur in l. promissis. 37. vbi duæ sunt stipulationes:
prior est stipulatio pura eius rei, qua transactum est:
posterior est stipulatio pœnæ sub conditione, si priori
stipulationi satisfactum non fuerit: veluti, *Stichum da-
bis, ne petam fundum?* &, *Si fundum non petiero, & Stichum
non dederis: decem aureos pœnæ nomine dare spondes?* Si igi-
tur ego fidem transactionis implebero, tu verò Sti-
chum non solueris, rectè petam decem, d. l. promissis.
¶ Caput V. est de transactione facta per contractum 45
innominatum. Hîc considerantur duo contractus.
¶ Primus contractus est, *facio vt facias*, qui explicatur 46
in l. 6. vbi mulier cõtra testamentum, in quo exhereda-
ta vel præterita fuerat, inofficiosi quęrelam mouit, (di-
citur lis moueri per vocationem in ius & oblationem
libelli conuentionalis, Nou. 112. cap. 1. contestari au-
tem per intentionem actoris & responsionem rei con-
uenti, cùm iudex de causa cognoscere, & vtramque
partem audire cœpit, infr. de lit. contest. l. vn.) dein-
de cum scripto herede transegit per contractum in-
nominatum, quo conuenit, vt mulier partem bono-
rum acciperet, & à lite discederet. Non est igitur con- 1
tractus, *do vt facias*, sed *trado vt facias*: quia bonorum
appellatione continentur etiam res alienæ in heredi-
tate repertæ, quæ non possunt dari, sed tantùm tradi,
D. de verb. signif. l. bonorũ. 49. consequenter est cõ-
tractus *facio vt facias*: quia traditio non ad dandũ, sed
ad faciendum refertur, D. de condict. cau. dat. l. pen.
& de ver. oblig. l. vbi 75. §. qui id quod. Mulier non-
dum parte bonorum accepta, liti renunciauit, & filiis
suis Pomponiis heredibus relictis decessit. Hinc tres
quæstiones ortæ sunt. I. Quæsitum est, an Põponij pos-
sint litem de inofficioso testamento instaurare? Re-
spondetur eos non posse, non tam propter transactio-
nem, cuius fidem heres scriptus non præstitit, proinde
eius beneficio vti cum effectu non potest, l. siue 28.
quàm quia mulier querelæ renunciauit: ideóque eam
ad heredes transmittere non potuit, D. de inoffic. te-
stam. l. nam etsi parentibus. 15. §. 1. II. Quæsitum est,
an Pomponij possint ab herede scripto petere, quod
sua interest transactionem impleri, id est, bonorum
partem tradi? Respondetur posse: quia heres scriptus
debet tradere, id est, (vt suprà exposui) facere: idcirco
nisi id faciat, ad quod est obligatus, in id tenetur, quod
interest, D. de re iudic. l. si quis ab alio. 13. in fi. & de
verb. oblig. l. stipulationes non diuiduntur. 72. in princ.
III. Quæsitum est, qua actione Pomponij possint pe-
tere quod sua interest? Imperator sic distinguit: Aut sti-
pulatio intercessit, aut non. Priori casu agitur ex stipu-
latu: quia ex stipulatione petitur res incerta, id est, id
quod interest: quòd si certa res peteretur, certi condi-
ctione agendum esset, Instit. de verb. oblig. in princ.
Posteriori casu agitur præscriptis verbis: quoniam hæc
actio oritur ex cõtractu, *facio vt facias*, D. de præscript.
verb. l. 5. §. pen. ¶ Nota ex illis verbis legis, *quæ præscri- 47
ptis verbis rem demonstrat*, cur hæc actio vocetur præ-
scriptis verbis, nimirum quia rem gestam, id est, factũ,
ex quo lis oritur, disertis & præscriptis verbis conti-
net. Eadem ratione appellatur actio in factum, D. de
præscript. verb. l. si tibi. 22. ¶ Secundus contractus est, 48
do vt facias, qui tractatur in l. si pro fundo. 33. vbi dedi
tibi fundum Tusculanum, ne peteres Seianum, id est,
vt discederes à lite contra me instituta de fundo Seia-
no: contingere autem potest, vt vel tibi Tusculanus,
vel mihi Seianus fundus ab alio euincatur. Hinc oriũ-
tur duæ species. ¶ Prior species est, si tibi euincatur 49
fundus

fundus Tusculanus. Ponit tamen lex fundum pro parte euictum esse; quia ita in facto contigerat: an verò idem dicendum sit toto fundo euicto, posteriùs docebo. nihil autem refert vtrùm rei vindicatione sit euictus, an actione hypothecaria: quia vtrumque casum lex coniungit, & simul decidit. Sed multum interest, vtrùm euincatur ex noua causa, post dictum contractum contingente, an ex veteri: quia certum est, eum, qui fundum dedit, de euictione non teneri, si ex noua aliqua causa euictus sit, infr. de peric. & commod. rei vend. l. 1. & D. de euict. l. Lucius 11. in princ. Quare quod lex ait, *Licèt hoc prædium obligatum post, vel alienum pro parte fuerit probatum*: non sic debet accipi, quasi post contractum fundus obligatus fuerit: sed sensus est, post contractum & post traditum tibi fundum, fuisse probatam antecedentem obligationem, vel fuisse probatum partem dominij ad tradentem non pertinuisse: adeo vt particula *post*, non coniungatur cum verbo *obligatum*, sed cum verbo *fuerit probatum*. Nam imperatori non causam euincendi, sed ipsam euictionem esse contractu posteriorem ostendit. Ex dicta specie oriuntur duæ quæstiones. I. Quæritur, an possis litem de fundo Seiano contra me instaurare? Respondetur in versic. instaurari. non posse: quia lites transactionibus finitæ non debent exsuscitari, l. causas. 16. Nec obstat euictio; quia tantum pars fundi Seiani tibi fuit euicta. Secus esset, si totus fundus euictus tibi fuisset, quia datus tibi non videretur, cùm propter euictionem tibi eum habere non liceret, D. de legat. iij. l. qui concubinam. 29. §. penultim. & de solut. l. qui decem. 72. §. penultim. Quare si à me petas fundum Tusculanum, & opponam exceptionem transactionis, & dolo vel in factum replicare poteris, l. siue 28. II. Quæritur, an rata manente transactione, id est, omissa lite, de qua transactum fuit, de euictione à te conuenire possim, & qua actione? Imperatores in vers. ex stipulatione. respondent posse: quia si stipulatio intercessit, ex stipulatione agitur: sin minùs, agitur præscriptis verbis: siquidem hæc actio datur ex contractu innominato *do vt facias*, D. de præscript.

50 verb. l. 5. §. at cùm do. ¶ Nota eundem esse contractum *do vt facias*, tam respectu facientis, quàm dantis; adeo vt vtrique detur actio præscriptis verbis, D. de pact. l. 7. §. sed etsi in alium. Quòd si respectu facientis esset contractus *facio vt des*, vt Bartolus existimat: certè duo essent contractus, non vnus, quod absurdè dicitur, & facienti non daretur actio præscriptis verbis, sed prætoria de dolo, dict. l.

51 5. §. quòd si faciam. ¶ Posterior species est, si mihi euincatur fundus Seianus. Hic quæritur, an habeam contra te aliquam actionem, id est, an possim repetere fundum Tusculanum, vel petere quod mea interest? Respondetur in vers. si tamen. me nihil posse petere; quia mihi debeo imputare, cur maluerim Tusculanum dare, quàm Seianum ad me non pertinentem restituere, quem videor voluisse meo periculo retinere, argum. l. & ex diuerso. 35. §. penult. D. de rei vindic.

Tit. V. De errore calculi.

1 HIc titulus est pars superioris, quatenus ad transactiones pertinet: quemadmodum enim transactio potest rescindi propter dolum, nisi etiam de dolo sit transactum, supr. tit. prox. l. 4. vel propter falsa instrumenta, nisi etiam de falso transactum sit, supr. eod. l. pen. ita etiam Anal. Cod.

retractari potest propter errorem calculi, nisi de hoc quoque errore transactum sit, vt constituitur l. vnic.

¶ Quæ regulam, atque eius regulæ tres productiones, 2 duasque exceptiones continet. ¶ Regula est: Error 3 calculi non affert veritati præiudicium. Hæc regula videtur ex altera magis generali pendere, quòd error non facit præiudicium veritati, D. de offic. præsid. l. 6. §. veritas. quod enim in eo §. generaliter attribuitur errori, hîc specialiter dicitur de errore calculi. Quod ait lex, veritati non fieri præiudicium, eò respicit, vt rationes supputatæ, si in supputatione error sit admissus, retractari possint. Vnde ex eadem erroris causa etiam transactio retractabitur. Ratio est: quia sicut transigentes, qui falsis instrumentis decepti fuerunt, in id non videntur consensisse, vt alter alterum fraudaret, quia dolo caruerunt, & per ignorantiam falsis instrumentis vsi sunt: ita etiam qui errarunt in calculo, non consenserunt in vllam fraudem: quare si firma transactio maneret, præter transigentium consensum valere videretur. Quòd si ponas alterutrum consensisse, profectò hic non errauit, sed dolo malo fecit: idcirco transactio multò magis propter dolum rescindi debebit. ¶ Prima productio ponitur illis verbis, 4 *siue ex vno contractu, siue ex pluribus emerserit*, Subaudi, error calculi. Horum verborum sententia est, fieri posse, vt supputentur rationes pertinentes ad vnum, vel ad plures contractus: & cùm diuersorum contractuum rationes inimus, contingere posse, vt vel in omnibus illis contractibus, siue in omnibus causis ad illos contractus spectantibus, vel in quibusdam, vel in vna tantùm causa erremus. Sed generaliter placet, transactionem rescindi, & rationes retractari. Quod est ita intelligendum, vt eatenus transactio rescindatur, & rationes retractentur, quatenus erratum fuit. Nam error in vna causa interueniens, non efficit, vt retractentur rationes pertinentes ad alias causas, quoniam hæ sunt diuiduæ. Idem obseruatur in transactione ex falsis instrumentis rescindenda, id est, eatenus rescinditur, quatenus ex falsis instrumentis transactum fuit, ita vt rescissio referatur ad eam tantùm partem vel causam, in qua falsorum instrumentorum ratio habita fuit, supr. tit. prox. l. penult. ¶ Secunda productio con- 5 tinetur illis verbis, *vnde rationes etiam sæpe computatas, denuò retractari posse, explorati iuris est* Siue igitur semel, siue sæpiùs rationes fuerint subductæ, indistinctè propter errorem retractatio admittitur. Non est huic sententiæ contrarium, quòd eiusdem actus repetitio solet ipsum confirmare. Vt mulier iterata post biennium intercessione amittit beneficium senatusconsulti Velleiani, infr. ad S.C. Velleian. l. si mulier. 22. quoniam id procedit, cùm quis sciens prudens actum repetit & confirmat: secus est, si interueniat dolus, vel, vt in casu nostro, error. ¶ Tertia productio est, vt retractetur transa- 6 ctio, etiamsi promissio secuta sit, id est, etiamsi id se soluturum quis promiserit, cuius debitor & reliquator videbatur ex rationibus per errorem subductis. Hinc apparet, computationem rationum retractari, non solùm si fuerit inchoata, sed etiam si fuerit perfecta. Idem dicendum, etiamsi ex causa illius supputationis solutum sit: vt enim si ex ea causa sit promissum, liberatio condicitur, sicut & aliis casibus, quibus indebitum est promissum, infr. de condit. indeb. l. 3. & D. eod. l. is qui plus. 31. ita etiam datum condicetur, si ex ea causa solutum fuerit, D. eod. l. 1. aut obligatio condicetur, si acceptò latum fuerit, d. l. 4. Hactenus productiones: sequuntur exceptiones. ¶ Prima 7 exceptio est in illis verbis, *si res iudicata non fuit*. Ratio huius exceptionis est: quia cùm res iudicata pro veritate habeatur, D. de stat. homin. l. ingenuum. 25. & de

& de diuerſ.reg. iur.l.res iudicatæ. 207.eique ſtandum
ſit, niſi fuerit appellatum : conſequens eſt, vt allegans
errorem, non audiatur, poſtquàm ſemel iudicatum fuit
8 errorem non interueniſſe. ¶ Secunda exceptio, niſi de
errore tranſactum fuerit, illis verbis continetur, *vel
transactio non interuênit* : quia vt rei iudicatæ, ita etiam
tranſactioni ſtandum eſt, ſupr.tit.prox.l.non minorem.
9 20. ¶ Nota primò, aliud eſſe tranſigere, vel iudicare
de errore; aliud, per errorem. De errore, valet: per erro-
rem, non valet. Porrò hic error duobus modis ſpectari
poteſt. Aut enim expreſſus eſt in ſententia, veluti ſi iu-
dex ita pronunciet, *Quia probatum eſt Titium Seio debere
50. ex causa mutui, & 25. ex causa legati, quæ summa con-
iuncta efficiunt centum : ideirco Titium Seio in centum con-
demno* : hîc enim manifeſtus eſt error in ſententia; quia
quinquaginta & vigintiquinque non efficiunt cêtum,
ſed ſeptuaginta quinque. Aut error non eſt expreſſus in
ſententia, ſed ex actis colligitur; veluti, Si Scius pro-
bauerit ſibi deberi 50. ex cauſa mutui. & 25. ex cauſa le-
gati; iudex autem ita pronunciauerit, *Titium Seio in cen-
tum condemno*, non facta dictæ ſupputationis mentio-
ne. Doctores priori caſu aiunt ſententiam non valere,
poſteriori caſu valere. Cinus indiſtincte putat ſenten-
tiam nullam eſſe, hoc argumento, quòd ſententia ſu-
mit robur ex actis, & ad ea debet referri, infr.de ſen-
tent.quæ ſi.cer.quant.l.3.& D.de re iudic.l.5.§.1.Com-
munis ſententia vera eſt, & probatur l.2.inf.de reſcin.
vend. vnde Iuriſconſultus in l.1.§.1. D.quæ ſententiæ
ſine appell.reſcind. non ait ſimpliciter ſententiam eſſe
nullam propter errorem calculi, ſed nullam eſſe, ſi in
10 ipſa ſententia erratum ſit. ¶ Nota ſecundò, ex vltimis
verbis legis, ad retractandas rationes dari condictio-
nem indebiti, infr. de cond.indeb. l.3.& D.eo.l.is qui
plus. 31.vel condictionem ſine cauſa, D.de cond.ſi.cau.
l.3.quoniam hæ conditiones ſimul competere poſſunt,
D.eo.l.1. Prætereà puto ex generali edicti clauſula, D.
ex quib.cauſ.maior.l.1. in fi.& ex hac conſtitutione ad
illam clauſulam accommodatâ poſſe peti, vt rationes
11 retractentur. ¶ Nota tertiò retractationi rationum
non præſcribi longo tempore, vt Cuiacius putat mo-
tus auctoritate Pauli lib.5.ſentent.tit 5.§. vlt.quia con-
traria ſententia extat D.de adminiſt.rer.ad ciuit.pertin.
l.calculi. 8.in princ. vbi Modeſtinus ait calculi erroris
retractationem, etiam poſt decennij aut vicennij tem-
pora admitti. Concludendum igitur eſt, huic retracta-
tioni non longo, ſed longiſſimo tempore præſcribi.

Tit. VI. De postulando.

I. 9.	§. *præterea.* 27.
II. 8.	§. *nemo ex his.* 34.
III. 29. 34.	§. *nemo ex industria.* 33.
IV. 31.	§. *apud.* 8. 34.
V. 29. 34.	§. *vlt.* 11.
VI. in princ. 12.	*VII.* 13. 25.
§. 3. 32.	*VIII.* 9.

1 SI pacto ſeu tranſactione res componi ne-
quear, lis procedit, & in primis apud ius
dicentem poſtulatur.
¶ Poſtulare eſt ſuum vel amici ſui de-
2 ſiderium in iure, apud eum, qui iuriſdi-
ctioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contra-
dicere, D.hoc tit. l.1.§.poſtulare.
3 ¶ Ex hac definitione nota primò, poſtulationem
propriè dici apud ius dicentem pro tribunali, nô apud
iudicem pedaneum, D. de dam. infect. l. 4. §.hoc au-
tem. ſed interdum impropriè dicitur poſtulari apud
iudicem pedaneum, D. hoc titul. l. 1. §. remouet,
verſ. item ſenatuſconſulto. ¶ Nota ſecundò, poſtula- 4
tionem fieri tam ex parte actoris, quàm rei, nam acto-
ris deſiderium iudici exponitur, eiúſque deſiderio ex
parte rei contradicitur. ¶ Nota tertiò, quoſdam pro 5
ſe poſtulare, quoſdam pro aliis. Poſtulant autem pro
aliis, non ſolùm aduocati, ſed etiam alij, vt tutores, vel
curatores, d.l.1.in fine, l.2.& l.3.in princ.& §.vlt.l.4. &
l.5.Ergo hic titulus eſt generalis; ſequens autem titu-
lus *de aduocatis* eſt ſpecialis.
¶ Quamuis autem titulus ſit generalis, tamen omnes 6
leges ſub hoc titulo poſitæ, loquuntur ſpecialiter de
aduocatis, & eorum poſtulationibus : de quibus diſſol-
uuntur quatuor quæſtiones.
¶ Primò quæritur, qui poſſint eſſe aduocati, & pa- 7
trocinari, ſeu cauſas agere, & pro aliis poſtulare? Alij ad
hoc munus admittuntur, alij remouentur.
¶ Admittuntur I. Non ſolùm ingenui, ſed etiam li- 8
bertini, l.2. II. Etiam honorati (id eſt, dignitate aliqua
functi, aut à principe donati:) dummodò non lucri cau-
ſa id faciant, l. 6. §. apud.cuius §.non puto ſententiam
eſſe, quam Accurſ.& Doctores accipiunt, quaſi hono-
ratus tamdiu poſſit cauſam aliquam agere, quamdiu
velit: ſed ſenſus eſt, ni fallor, honorem non obſtare,
quominùs aliquis Romæ in officio aduocati perma-
neat, quamdiu velit: adeo vt verbum, *orare*, non ſignifi-
cet cauſam aliquam ſpecialem agere, ſed generaliter
aduocati officio fungi.
¶ Prohibentur I. Iuris imperiti, d.l.2.& infr.tit. prox. 9
l.nemini. 11. §. 1. l. iubemus pro tempore 22.§. nec de
cætero. II. Alieni à religione Orthodoxa, l.vlt.quæ re-
petitur ex l.15.ſupr.de epiſc. audient. III. Quibus iu-
dex aduocationibus in perpetuum interdixit, l.1. ¶ De 10
hac interdictione nota primò, aduocatione interdici
vel ad tempus, vel in perpetuum, D.de offic.præfe. vrb.
l.1.§.pen.& de pœn.l. moris. 9. in princ. quamuis non
poſſit aliquis in perpetuum prohiberi, quò minùs arte
ſua vtatur, D.eod.l.vlt.vide Cent. 1.q 43. ¶ Nota ſe- 11
cundò, ſi iudex ſimpliciter vetuerit aliquem cauſas
agere; & neque expreſſerit ſe in perpetuum prohibere,
neque definiuerit certum prohibitionis tempus; intel-
ligi prohibitionem factam ad longum tempus, id eſt,
ad decennium, argum.l.ſine præfinito.23. D.de pœnis.
Non obſtat l.ſeruus 10.C.eod.tit. vbi pœna indefinitè
irrogata perpetuatur : quoniam hoc eſt ſpeciale in ſer-
uo, qui in toto iure ciuili grauiùs punitur, quàm homo
liber, D.ſi ex noxa.cau.agat. l. 5. ¶ Secundò quæritur, 12
an idem poſſit in eadem cauſa patrocinari, & eſſe iu-
dex: Reſpondetur, non poſſe: quia iudices & aduocatos
diſtinctos eſſe oportet, l.6.in princ.& §.vltim. nimirum
quia aduocatus pro vna parte ſtare debet, id eſt, pro ſuo
cliente, D. de præuar. l. 1. §. 1.l.3. §.quòd ſi. iudex au-
tem eſt perſona media, & æquus eſſe debet vtrique
parti, infr. ad leg. Cornel. de falſ. l. vbi. 22. §. ſed in-
ter. extr. de regul. iur. lib. 6. reg. in iudiciis. 12. Ari-
ſtot. lib. 5. Ethic. cap. 4. Quintil. oratione 1. Philon
ἐν τοῖς περὶ δικαστοῦ. ¶ Tertiò quæritur, quales aduo- 13
cati ſint dandi litigantibus? Reſpondetur, pares eru-
ditione & facundia eſſe dandos, vt æqualitas in iu-
dicio ſeruetur. l. penul. ¶ Nota primò, ad prætoris 14
officium pertinere, non ſolùm vt aduocatos det iis
qui aduocatos inuenire non poſſunt, D.hoc tit. l. 1. §.
ait prætor. & de offic. proconſ. l. nec quicquam.
9. §. obſeruare. ſed etiam vt æquè bonos aduoca-
tos vtraque litigantium pars habeat. ¶ Nota ſecun- 15
dò, in iudiciis æqualitatem eſſe ſeruandam : quod ve-
rum eſt quantum ad iudicij progreſſum : cæterum in
pleriſque magis fauemus reo, quàm actori, D. de di-
uerſ. reg. iur. l. fauorabiliores. 125. vnde actor cogitur
reo

reo edere, non reus actori, sup. de eden. l. vlt. & in
pari causa iudicatur pro reo, sup. eod. l. 4. & infr. de rei
16 vindic. l. vltim. ¶ Nota tertiò falli Accursium, dum ait
hanc legem hodie non esse obseruandam, quoniam
hodie aduocati non fruuntur publico salario: & falli
etiam Doctores, dum inquiunt omnino hodie hanc
legem obseruari; quia salarium priuatum, quod liti-
gantes afferunt aduocatis, successit in locum publici
salarij. Nam hæc lex non habet rationem salarij, sed
æqualitatis seruandæ in iudiciis, nec omnes aduocati
olim fruebantur publico salario, sed soli statuti, non
17 supernumerarij: omnes tamen hac lege tenentur. ¶ No-
ta quartò, ex illis verbis, *aut meritum nobilissimos fecerit,*
aut vetustas, tam scientiam, quàm vetustatem nobiles
reddere. Ad hanc sententiam confirmandam citant
Doctores etiam l. 2. §. vlt. D. de excus. vbi Vlpianus
nobilis à Modestino appellatur: inquiunt enim hanc
appellationem Vlpiano tribui ratione doctrinæ, sed
eos decepit interpres: quia Græcum vocabulum *ἀρί-*
ϛος, quo ibi vtitur Modestinus, non significat nobilem,
18 sed optimum, seu præstantissimum. ¶ Nota quintò,
aliam esse nobilitatem vetustatis & generis, aliam
scientiæ, seu virtutis: hanc Athenodotus vocabat,
ἐξοχὴν, illam *εὐγένειαν*, vt est, apud, M. Tullium epist.
7. ad Appium. Hæ duæ nobilitates modò solæ & di-
stinctæ reperiuntur, modò in eandem personã concur-
runt: vnde ex sententia Aristotelis Polit. lib. 4. capite
3. & Rethor. libr. 2. capite 15. *εὐγενὴς, γνώριμος*, & *γεν-*
ναῖος differunt *εὐγενὴς* est nobilis genere: *γνώριμος*, est
nobilis scientia, vel virtute: *γενναῖος*, id est, generosus,
vtraque ratione nobilis est: is enim dicitur genero-
sus, qui à virtute maiorum suorum non degenerat.
Itaque tribus græcis vocabulis duo latina respondent,
ac nobilis *εὐγενῆ*, vel *γνώριμον*: generosus, *γενναῖον* si-
gnificat. Quocirca non est omnino verum, quod Do-
ctores tradunt, vt Salic. hîc & Sonsbec. de feudis, par.
3. num. 17. eum non esse nobilem, qui malis moribus
præditus est, licet maiorum imaginibus glorietur:
hic enim etsi non habet nobilitatem virtutis, tamen
habet nobilitatem generis: ergo non est quidem
19 generosus, est tamen nobilis. ¶ Nota sextò secundùm
Salic. si iunior aduocatus sit seniore doctior, maiorem
esse habendam rationem doctrinæ, quàm ætatis;
adeo vt iunior seniori præferatur: quia lex in dictis
verbis priùs mentionem fecit meriti, quàm vetusta-
tis; qui verò priori loco nominantur, in dubio cæteris
præferri censentur, D. de vsufr. l. quoties. 34. in princ. &
Nouella 1. capite 1. vers. si verò nullus legatarius.
20 ¶ Nota septimò, virtute aut doctrina nobilem ei
præferri, qui tantùm genere nobilis est, Salic. hic
Roma. singul. 487. incip. heri fui interrogatus. &
singul. 464. incip. nobilitas. Hanc sententiam confir-
mo auctoritate Aristotelis, qui lib. 3. Ethic. capite 5.
veram & perfectam nobilitatem ex virtute definit.
Eandem sententiam confirmo duobus argumentis.
I. Nobilitas generis est bonum externum; pendet
enim ex aliorum, id est, ex maiorum virtute: nobilitas
verò virtutis & scientiæ est animi bonum: nemini au-
tem dubium est; cùm tria sint honorum genera, animi,
corporis, & externa seu fortunæ; quin animi bona pri-
mum, externa vltimum locum obtineãt. II. Nobilis ge-
nere, si Aristoteli credimus, ideo est honorandus; quia
præsumitur bonus, honestus, & maioribus suis similis:
talis enim quisque præsumitur, quales illi fuerunt,
à quibus originem ducit, Digestis de ædil. edi. l. quod
si nolit. 31. §. qui mancipia. Vnde Horat. lib. 4. od. 4.

„ *Fortes creantur fortibus, &c.*

atqui maior est vis certæ, indubiæ, atque euidentis
veritatis, quàm præsumptionis: ergo maior ratio est
habenda eius, cuius doctrina & virtus est conspicua;
quàm illius, qui tantùm præsumptione à maioribus sũ-
pta nititur, præsertim cùm hæc præsumptio sæpe fallat,
& multi à maiorum suorum virtute degenerent, aucto-
re Aristotele lib. 2. Rethor. cap. 15. Nam

„ *Dedecorant bene nata culpa,*

vt Horatius dicto loco cecinit. ¶ Nota octauò, 21
Doctorem esse nobili præferendum: quia hic habet
tantùm præsumptionem, ille autem certum habet
eruditionis ac virtutis testimonium. At is, quem ge-
nerosum esse constat, sine dubio Doctori præstat,
cùm duplici nobilitate sit ornatus. ¶ Nota nonò ex 22
illis verbis, *quorum fama sit clarior*, eruditionem fama
probari: & famam gloriamque consequi viros doctos
etiam viuentes: quamuis post obitum, extincta inuidia,
gloria maior euadat, magisque ab omnibus prædicetur.
¶ Nota decimò ex vers. vlt. puniri etiam litigatorem, 23
qui multos aduocatos consuluit, & cùm multis tracta-
uit, vt idoneum patrocinium aduersario subtraheret.
Nam qui hoc facit, *ostendit procul dubio iniquam litem à*
se foueri, & auctoritatem iudiciariam à se elusam expe-
rietur. His verbis significatur hunc causa cadere, nec
esse opus aliis probationibus, & perspicuè fallitur
Accurs. qui putat ex hoc facto tantùm contra litigato-
rem inuici præsumptionem, quæ ad eum condemnan-
dum non sufficiat. Verba enim illa, *ostendet proculdu-*
bio, non leuem, sed firmam præsumptionem signifi-
cant. Item ea verba, *auctoritatem iudiciariam experietur,*
apertè indicant, omnino contra eum iudicari.

¶ Quare quæritur, quod sit aduocati officium? De 24
hoc dantur plura præcepta.

¶ Primum præceptum est, ne à iudice monitus, 25
vt alicuius causam agat, ei patrocinium suum de-
neget: alioqui iubetur foro carere, nisi iustam habeat
excusationem, dicta l. penultim. vers. si quis verò.
veluti si nolit de inofficioso testamento querentis
causam suscipere, ne priuetur legato sibi in testa-
mento relicto, D. de inoffic. test. l. vlt.

¶ Quæro, vtrùm aduocatus in hanc pœnam in- 26
cidat ipso iure, an sit opus sententia condemnato-
ria? Accursius ait, ipso iure: Bartolus, per sententiam
iudicis condemnatoriam. Placet media sententia,
vt requiratur tantùm sententia declaratoria, vt & aliis
casibus accidit.

¶ Secundum præceptum est, ne aduocatus cum 27
suo cliente, quem in fidem & patrocinium recepit,
contrahat, vel paciscatur, l. 6. §. prætereà.

¶ Excipit primò Martinus, nisi cliens sponte 28
pacisci velit. Hæc exceptio repudianda est, quia
reddit constitutionem ineptam: generaliter enim ne-
mo cogitur pacisci, vel contrahere, infr. de oblig. &
act. l. 5. & de contrah. empt. l. inuitum. 11. & de iur. de-
lib. l. nec emere. 16. cùm sim. & qui per vim seu metum
pacisci vel contrahere cogitur, in integrum restitutio-
nem petere potest, ex tit. quod metus causa.

¶ Excipit secundò. Iohannes pactum de honora- 29
rio, quod putat rectè fieri, etiam postquàm aduoca-
tus clientem in fidem suam recepit. Azo putat
æqualitatem quidem suadere, vt hoc pactum ad-
mittatur, hîc tamen ex stricto iure prohiberi.
Ego Iohannis sententiæ subscribo: cùm enim aduoca-
tus, etiam postquàm clientis causam tuendam suscepit,
honorarium exigere possit, infr. de iudic. l. properan-
dum. 13. §. illo. cur non & de eo soluendo pacisci pote-
rit? dummodò nec legitimum modum excedat, id est,
centum aureos in singulas causas, nec litis socius fiat,
l. 3. & l. 5. & D. de extraordin. cognit. l. 1. §. in honorariis.
¶ Tertium præceptum est, ne aduocatus diu à foro ab- 30
sit, infr. tit. prox. l. per hanc legem. 26. §. hoc etiam, &

l.vlt.ne ob eius absentiam lis protrahatur, d.l.properandum.§.illo.differri enim potest,si nullus aduocatus sit: quamuis ob id non admittatur dilatio, quòd tres non adsunt, quia duo sufficiunt, infr. tit. prox. l. lis. 19.
31 ¶ Hinc quæsitum est, an causa finita retractetur ex eo, quòd aduocatus non adfuit? Respondetur non retractari,l.4.Coniun.l.1.infr.de repud. bon. possess.Excipe causam fiscalem, in qua patroni fisci præsentia est necessaria: idcirco eo absente finita retractabitur, D. de iure fisc. l.7.
32 ¶ Quartum præceptum est,ne vltra quàm litis vtilitas requirit, aduersario conuicietur: alioqui ob iniuriam ei factam patitur existimationis suæ imminutionem, l.6. §.1.id est,infamiâ notatur:quæ quidem est infamia iuris,non(vt putat Accursius)facti,D. de extraordin.cognit.l.pen. §. minuitur. qua notantur etiam aliis casibus damnati iniuriarum, D. de his qui notant. infam. l. 1. vers. qui furti.
33 ¶ Quintum præceptum est,ne calumniosè litem protrahat,l.6.§.nemo ex industria.néve eam deserat, d.l. properandum, §.illo.
34 ¶ Sextum præceptum est,ne immodicum lucrum prætextu honorarij,vel alio prætextu accipiat, l. 3. & 5.& ne modicum salarium sibi oblatum habeat contemptui,l.6. §.nemo ex his: honoratus autem omnino nihil accipere debet,d.l.6.§.apud.

Tit. VII. De Aduocatis diuersorum iudiciorum.

I. 9.	*XXII.* 51.
II. 6. 9.	*Princ.* 57.
III. 8.	§. *j.* 54.
IV. 8.	§. *ad hæc.* 58. 59.
V. 42.	§. *nec adiculas.* 55.
VI. 8.	§. *pro sportulis.* 55.
VII. 32.	§. *nec de cætero.* 53.
VIII. 19.20.25.26.27.42.43.	§. *pen.* 53.
IX 6.	§. *vlt.* 59. 60.
X. 23.24. 25.26.34.	*XXIII. in princ.* 7.
XI. in princ. 18.	§. *j.* 25. 26.
§. *j.* 18.	§. *& postquàm.* 27.
§. *imperitos.* 18.	§. *& si quis.* 25.
§. *filios.* 17. 18. 28.	§. *quotiesque.* 25.
§. *vlt.* 28.	§. *pen.* 25.
XII. 31. 34.	§. *vlt.* 20. 25.
XIII. 45.	*XXIV.* 61.
Princ. 46.	*Princ.* 67.
§. *j.* 47.	§. *j.* 64.
§. *& eoi.* 46.	§. *ad hæc.* 68. 69.
§. *cæteros.* 50.	§. *nec adiculas.* 65.
§. *filiis.* 46.	§. *pro sportulis.* 65.
§. *egredientem.* 48.	§. *nec de cætero.* 63.
§. *licentia.* 48.	§. *pe.* 63.
§. *pe* 49.	§. *vlt* 69.70.
§. *vlt.* 50.	*XXV.* 25.
XIV. 7.	*XXVI. in princ.* 37.
XV. in princ. 20.24.25. 34.	§. *j.* 38.
§. *j.* 25.	§. *hoc etiam.* 39.
XVI. 19. 42.	§. *quorum.* 40.
XVII. in princ. 26.	§. *sexcentis.* 41.
§. *j.* 32.	§. *pen.* 41.
XVIII. 15. 21.	§. *vlt.* 41.
XIX. 9.	*XXVII. Non extat.*
XX. 44.	*XXVIII.* 23.
XXI. 36.	*XXIX.* 21. 33.

1 
Ic titulus superiori subiicitur quasi species generi: quoniam postulare latiùs patet, quàm orare, quod est aduocatorum proprium: cùm etiam alij præter aduocatos postulent, & procuratores, tutores, curatores, & qui pro seipsis postulant.
¶ Nota primò differentiam inter 2
aduocatum, & procuratorem: quia procurator litis, contestatione fit dominus litis,infr.de procurat.l. procuratoribus. 22. & l. seq. adeo vt à domino remoueri non possit,nisi id ei causa cognita permittatur, D.eod. l. post litem. 17. Item dominus à procuratore secundum fidem mandati gesta non magis retractare potest,quàm si ipse gessisset,D.eod.l.Pomponius.40.§.sed & is.l.si procuratorem.65.Aduocatus verò non fit dominus litis:idcirco dicta aduocati non nocent litiganti,nisi quatenus ipse,dum præsens non contradixit, ea dixisse videtur, infr.de erro. aduoc. l.1.& l.vlt.Idcirco Doctores dicunt iudicium substantiari in persona procuratoris, non in persona aduocati.
¶ Nota secundò, 3
hunc titulum continere leges 29. sed vigesimamseptimam desiderari:titulū autem *de aduocatis diuersorum iudicum*: male in vulgatis Codicibus subiici legi 17. & omnino delendum esse. Causa erroris fuit,quòd ibi relictum fuit spatium, eò quòd duæ Græcæ constitutiones 18. & 19. deerant. Cæterùm nihil interest, vtrùm dicas aduocatos diuersorum iudiciorum, an diuersorum iudicum: & omnes sequentes leges,id est, vigesima & sequentes, sunt tempore posteriores iis, quæ in hoc titulo præcedunt, adeo vt omnes commode sub vno titulo collocentur, tam in veteribus Latinis Codicibus,quàm apud Græcos auctores.
¶ Hic titulus di- 4
uiditur in octo capita.
¶ Caput I. Est de aduocatis in 5
genere. Hoc capite dissoluuntur quatuor quæstiones.
¶ Primò quæritur, qui possint aduocationis officio 6
fungi?vbi admittuntur etiam decuriones, l.2. & hi,qui alicui prouinciæ præfuerunt, l. si quis de togatis. 9.
¶ Secundò quæritur, quæ sint merita aduocatorum, 7
propter quæ donantur multis priuilegiis?Respondetur eorum officium esse laudabile, & hominum vitæ necessarium,ideóque principali remuneratione dignum, l.laudabile.23.in princ.Dum enim ambigua facta, (id est,de quibus in iudicio ambigitur)dirimunt, dumque suæ defensionis viribus in rebus sæpe publicis ac priuatis lapsa erigunt,fatigata reparant, non minùs quàm milites humano generi prosunt: immo ipsi quoque quodammodò militant, gloriosæ vocis ope, laborantium spem,vitam,& posteros defendentes, l.aduocati. 14.
¶ Tertiò quæritur, quæ sint aduocatorum iura & 8
priuilegia? I. Ab omnibus muneribus personalibus sunt immunes,excepto arbitrio,quod suscipere coguntur,eo tantùm loco, quo aduocationis officium exercent,l.6.Immo nec inuiti nec volentes admittuntur ad prouinciales functiones, nisi curiales sint,l.3. II.Quod patrocinando acquisiuerunt, si filij familiarum sint, id ipsorum proprium est, quasi peculium castrense, l. 4.
¶ Quarto quæritur, quod sit eorum officium? I. Si ad- 9
uocatus sit decurio, non debet contra suā patriam causas agere,& in eadē patria debet munera subire.l.2. II. Iudicio adesse debet. Sed licèt tres aduocati nō adsint, iudiciū peragitur;quia duo sufficiunt,l.lis.19. III. Non debet præuaricari:alioquin extra ordinem punitur, l.1. & D.de præuaric.l. 1. §. 1.l.3.§.quòd si.& causa retractabitur,l.1.
¶Nota primò, aduocatum impropriè dici 10
præuaricari,D.de præuatic.l.1.§. 1. quia iudicium (vt suprà notaui num. 2.) in eius persona non substantiatur.
¶ Nota secundò, propter præuaricationem aduocati 11
causam retractari; propter præuaricationem verò procuratoris causam non retractari, nec esse locum restitutioni,sed actioni subsidiariæ de dolo, D.de dolo,l.7. §. pen. l. quid enim.14. & manda.l.si procuratorem. 8. §. 1.
¶ Nota tertiò, si iudicio pendente aliquis osten- 11
datur corrupisse aduocatū aduersæ partis, eum ipso iure pro conuicto haberi, inst. de pœna iud. qui ma. iudic. l. 1. Si

l. 1. Si verò id probetur poſt ſententiam definitiuam,
13 cauſam retractari, d. l. 1. hîc. ¶ Nota quartò, obſer-
uantiam, qua aduocatus præuaricatorius damnatur,
non ſtatim iudicium, in quo præuaricatus dicitur,
reſcindi: quia res inter me & aduocatum meum iu-
dicata, non debet aduerſario meo nocere: ſed de cau-
ſa denuo quæri, id eſt, apud prætorem quæri, an iudi-
cium illud ſit reſcindendum, nécne: non enim omnis
reſtitutio actum reſcindit, ſed interdum patefacit adi-
tum ad futuram reſciſſionem, ſi æqua reſciſſio videbi-
14 tur, D. de in integr. reſtit. l. vlt. ¶ Nota quintò, propter
aduocati negligentiam vel latam culpã, cauſam non re-
tractari: quia in d. l. 1. h. t. dicitur non retractari, niſi
aduocati præuaricatio probetur: probatâ igitur ſolâ
negligentiâ, vel latâ culpâ, cauſa non retractabitur, ita
Iac. de Rauen. Cinus, & Salicetus ſentiunt. Non eſt ta-
men neceſſarium hoc argumentum à d. l. 1. ſumptum:
ideo namque cauſa, præuaricatione non probata, in
ſpecie d. l. 1. non retractatur, quia ſola præuaricatio ad-
uocato obiiciebatur: ergo legis deciſio pertinet ad ſpe-
ciem ibi propoſitam, in qua quærebatur de præuarica-
tione: nec eſt neceſſe, vt ad alias ſpecies producatur, in
quibus quæritur de negligentia, vel lata culpa aduo-
15 cati. ¶ Nota ſextò, neminem, præter præfectum præ-
torio, poſſe múltare aduocatos ſui fori, l. nemo in ad-
16 uocatos. 18. ¶ Caput II. de aduocatis prætoriatis in
foro præfecti prætorio Orientis, diuiditur in tria ſe-
17 gmenta. ¶ Primum ſegmentum eſt de togatis ſeu ſta-
tutis, qui intra numerum ſunt, & in albo ſeu matricula
aduocatorum ſunt inſcripti: de quib. diſſoluuntur qua-
18 tuor quæſtiones. ¶ Primò quæritur, quinam in nume-
rum aduocatorum recipiantur? Hîc dantur tres regu-
læ. I. Cohortalis, aut deterioris conditionis homines
non poſſunt in numerum aduocatorum cooptari, id-
circo lex requirit geſta, ex quibus appareat, eum, qui
in numerum aduocatorum recipiendus eſt, non eſſe
huiuſmodi conditionib. obnoxium, l. nemini. 11. §. 1.
II. Qui inter aduocatos recipi vult, iuris peritiæ teſti-
monium, quod nunc vocamus diploma doctoratus, à
ſuis Doctoribus habere debet, d. l. nemini. §. iuriſperi-
tos. III. Filij togatorum cæteris ſupernumerariis præ-
19 feruntur, d. l. nemini. §. filios. ¶ Secundò quæritur,
quot numero ſint? Reſpondêtur eſſe centum quin-
quaginta, l. cùm aduocatio. 8. & d. l. nemini. in princip.
20 ¶ Tertiò quæritur, an habeant aliqua priuilegia? Reſ-
pondetur, eos frui multis priuilegiis, l. laudabile. 23.
§. vltim. vt putà primi ſexaginta quatuor fruuntur
iiſdem priuilegiis, quibus patroni fiſci, & eorum libe-
ri, l. poſt duos. 15. in princ. l. ad ſimilitudinem. 16.
Item filijfamiliarum habent peculium quaſi caſtren-
21 ſe, d. l. cùm aduocatio. verſ. omnéque. ¶ Quartò
quæritur, quod ſit eorum officium? De hoc dantur
duo præcepta. I. Ne cum commeatu vltra quinquen-
nium, vel ſine commeatu vltra biennium continuum
à foro abſint: alioquin ex aduocatorum matricula ex-
pungentur, l. vltim. II. Ne delinquant: alioquin à præ-
22 fecto prætorio punientur, l. nemo. 18. ¶ Secundum
ſegmentum eſt de patronis fiſci, qui ex hoc foro ſu-
muntur, de quibus quæſtiones quinque diſſoluuntur.
23 ¶ Primò quæritur, qui adſumantur ad fiſci patrona-
tum? Reſpondetur, adſumi binos, qui inter togatos
primi ſunt, l. binos. 10. Qui verò poſteriores ſunt, non
admittuntur. Vetat enim lex, ne loca permutentur,
& ita permutationis ſaltu adſcendat aliquis ad fiſci
24 patronatum, l. penult. ¶ Secundò quæritur, quot
ſint patroni fiſci in hoc foro? Reſpondetur, duos eſ-
25 ſe, d. l. binos. l. poſt duos. 15. in princ. ¶ Tertiò quæ-
ritur, an habeant aliqua priuilegia? Reſpondetur eos
frui multis priuilegiis, d. l. binos. d. l. poſt duos. in

Anal. Cod.

princ. d. l. laudabile. §. vltim. l. reſtituendæ. 25. §. vlt.
I. Non poſſunt ampliùs reuocari ad cohortalem, vel
deteriorem conditionem, l. cùm aduocatio. 8. II. Sa-
larium accipiunt, id eſt, ſinguli libras auri triginta,
Kalend. Ianuariis, d. l. laudabile. §. 1. d. l. reſtituendæ.
in princ. & morientes totius anni ſalarium ad heredes
tranſmittunt, d. l. poſt duos. §. 1. III. Apud eos, vel, ſi
vnus abſit, apud alterum fiunt, actis interuenientibus,
debiti confeſſiones; & matrimonij ſine dote, nudo
conſenſu contracti probationes, d. l. laudabile. §. & ſi
quis. & §. ſeq. IV. Cauſam libertatis apud conſules
præſtandæ agere poſſunt, d. l. laudabile. §. penult.
V. Epiſtolas approbatorias præbent tribunis prætoria-
nis, & notariis, d. l. reſtituendæ. §. 1. VI. Illuſtratus
codicillos dat alter alteri, & cuiuis alij, d. l. reſtituen-
dæ. §. ad hæc. VII. Binos in præſentialium domeſtico-
rum defunctorũ locum ſingulis annis offerre poſſunt,
alterum peditum, alterum equitum, d. l. reſtituendæ.
§. pen. Domeſtici præſentiales ſunt milites deputati
ad cuſtodiam principis. ¶ Quartò quæritur, quamdiu 26
in hoc officio maneant? Reſpondetur, hoc officium eſ-
ſe annuum, ita vt anno tranſacto deponant officium,
& conſortio aduocatorum abſcedant, d. l. cùm aduo-
catio. d. l. binos. d. l. laudabile. §. 1. ¶ Quintò quæritur, 27
quo iure ſeu quibus priuilegiis fruantur poſt officium
depoſitum? I. Ornantur comitiuâ conſiſtorianâ, d. l.
cùm aduocatio. II. Eorum filij ingenui clariſſimorum
notariorum conſortio inſeruntur, & tribunorum ap-
probatorias epiſtolas gratis accipiunt, d. l. laudabile.
§. & poſtquàm. id eſt, diplomata, quæ dantur clariſſi-
mis tribunis prætorianis & notariis. Notarij iidem
ſunt, qui ſecretarij, ſiue à ſecretis. Ex his qui in con-
ſiſtorio principis notariorum officio funguntur, non-
nulli ſunt tribuni prætoriani, & notarij, quorum men-
tio fit in d. l. laudabile. §. & poſtquàm. & Nou. 13. cap.
3. alij tribuni reſidui ordinis & notarij; alij domeſtici
& notarij, C. Th. h. t. l. 2. & 3. vide Cuiac. ad rubr. infr.
de primic. & ſecundic. & notar. ¶ Tertium ſegmen- 28
tum eſt de ſupernumerariis, de quibus duo traduntur.
I. Vagantur per diuerſa fora, id eſt, in pluribus foris
cauſas agere poſſunt, l. nemini. 11. §. vlt. II. In locum
ſtatutorum vacantem ſuccedunt, ſed ita vt togatorum
filij cæteris præferantur, d. l. nemini. §. filios. ¶ Ca- 29
put III. de aduocatis prætorianis in foro præfecti
prætorio Illyrici, diuiditur in duo ſegmenta. ¶ Pri- 30
mum ſegmentum eſt de ſtatutis ſeu togatis, qui ſunt
intra numerum, de quibus diſſoluuntur tres quæ-
ſtiones. ¶ Primò quæritur, an fruantur aliquibus 31
priuilegiis? Reſpondetur, eos habere multa priuile-
gia, l. ſancimus. 12. ¶ Secundò quæritur, quæ ſint 32
eorum priuilegia? Reſpondetur, hos iiſdem priuilegiis
frui, quibus fruũtur aduocati præfecti prætorio Orien-
tis, l. 7. l. iubemus aduocationem. 17. §. 1. ¶ Tertiò quæ- 33
ritur, quamdiu poſſint à foro abeſſe? Reſpondetur eos
non debere abeſſe cum commeatu vltra quinquẽnium,
ſine commeatu vltra biennium: alioquin eorum nomi-
na è matricula aduocatorum delebuntur, l. vlt. ¶ Se- 34
cundum ſegmentum eſt de patronis fiſci; quos puto
duos fuiſſe, l. ſancimus. 12. in verbo, *conſortio*; vt & in
foro præfecti prætorio Orientis, l. binos. 10. l. poſt
duos. 15. in princ. De his patronis duo traduntur. I. Eis
non poſſe moueri quæſtionem, quaſi ſint cohortalis,
vel deterioris conditionis, quamuis enim olim hoc
priuilegium haberent finito demum officio, l. iubemus
aduocationem. 17. in princ. tamen hodie hoc eis con-
ceſſum eſt durante officio, l. aduocatos. 21. II. Hoc of-
ficium biennio terminari: quia tranſacto biennio de-
ponitur, d. l. ſancimus. ¶ Caput IV. de aduocatis præ- 35
fectianis, id eſt, de his qui in foro præfecti vrbi cauſas

36 agunt, duobus ſegmentis conſtat. ¶ Primum ſegmen-
tum eſt de rogatis, qui ſunt intra numerum, de qui-
bus diſſoluuntur quinque quæſtiones.
37 ¶ Primò quæritur, quot ſint? Reſpondetur, debere
eſſe tantùm octoginta, non plures, l. per hanc. 26. in
38 princ. ¶ Secundò quæritur, an inter eos ſit aliquis or-
do? Reſpondetur, ſeruari ordinem temporis, húnc-
que non eſſe turbandum, nec loca mutanda, ne ty-
rones ſint cum aduocatis vetuſtioribus, d.l. per hanc.
39 §. 1. ¶ Tertiò quæritur, quamdiu a foro abeſſe poſ-
ſint? Reſpondetur, non poſſe abeſſe vltra trienuium;
alioquin aduocationis officio priuantur, d. l. per hanc.
40 §. hoc etiam. ¶ Tres prædictæ deciſiones confirman-
tur etiam hac ſanctione, quòd niſi eas obſeruari cura-
uerint, & niſi contrarium facientib. teſtiterint, pu-
niuntur primates eius ordinis, & qui ſunt ab actis, &
eorum adiutores, & ſedis prætorianæ adminiſtrato-
res: nam ſinguli denis auri libris multantur, d. l. per
41 hanc. §. quorum. ¶ Quartò quæritur, an aliquibus
priuilegiis fruantur? Reſpondetur, frui, d. l. per
hanc. §. pen. vt quia ſi quo iudicio conueniantur, nul-
42 las ſportulas ſoluunt, d. l. per hanc. §. vltim. ¶ Quin-
tò quæritur, quibus priuilegiis gaudeant? Reſpon-
detur, iiſdem, quibus gaudent aduocati prætoria-
ni, l. 5. vt quia filijfam. habent peculium quaſi ca-
ſtrenſe, l. cum aduocatio. 8. Illa tamen differentia eſt,
quòd in foro prætoriano primi ſexaginta quatuor, in
præfectiano tantùm primi quindecim habent eadem
priuilegia, quæ patroni fiſci, & eorum liberi, l. ad ſi-
43 militudinem. 16. ¶ Secundum ſegmentum eſt de pa-
tronis fiſci, quos fuiſſe duos colligitur ex d.l per hanc.
§. ſexcenti. De his autem tria traduntur. I. A cõhor-
tali, vel deteriori conditione ſunt immunes, id eſt,
non poſſunt pati quæſtionem, quaſi ſint cohortalis,
vel deterioris conditionis, d. l. cùm aduocatio. II. Sa-
larium ſexcentorum aureorum ex arca præfecti vr-
bi ſingulis annis accipiunt Kalend. Octobris, d. l.
per hanc. §. ſexcenti. III. Finito officio deſinunt in
aduocatorum numero eſſe, & comitiuâ conſiſtoria-
44 nâ decorantur, d. l. cùm aduocatio. ¶ Caput V. eſt
de aduocatis in foro comitis rerum priuatarum, vel
proconſulis Aſiæ: de quibus hoc vnum ſpecialiter
traditur, vt poſt officium depoſitum clariſſima comi-
tiuæ primi ordinis dignitate fruantur, l. ſuggeſtio-
45 nem. 20. ¶ Caput VI. de aduocatis Alexandrinis con-
tinetur l. petitionem. 13. ac diuiditur in tria ſegmenta.
46 ¶ Primum ſegmentum eſt de ſtatutis, qui ſunt
intra numerum, de quibus traduntur quinque. I. In
locum vacantem admittuntur potiùs filij togato-
rum, quàm alij ſupernumerarij, §. filiis. II. Sunt
numero quinquaginta, in princip. III. In matricu-
la inſcribuntur ſecundum ordinem, quo recipiun-
tur, §. 1. IV. Cauſas agunt in foro præfecti Augu-
ſtalis, & in foro Ducis Aegyptiaci limitis, §. & eos.
47 V. Variis priuilegiis fruuntur, §. vltim. ¶ Secun-
dum ſegmentum eſt de patrono fiſci, cuius officium
48 finitur tempore, vel morte. ¶ De tempore tria no-
tantur. I. Hic patronus fiſci poſt biennium deponit
officium, §. egredientem. II. Exconſularis modera-
toris prouinciæ dignitate decoratur, ibid. III. Po-
teſt, officio depoſito, nihilominùs pro ſe & certis
49 coniunctis perſonis cauſas agere, § licentia. ¶ De
morte, notatur, in locum defuncti ſtatim ſequentem
ſuccedere, nec vllum commodum ad heredem tranſ-
50 mitti, §. penultim. ¶ Tertium ſegmentum eſt de ſu-
pernumerariis, de quibus duo traduntur. I. Patro-
cinantur apud alios iudices Alexandriæ, præter eos,
apud quos diximus ſtaturos patrocinari, §. cæte-
ros. II. In locum defunctorum togatorum ſucce-
dunt, ita vt togatorum filij cæteris præferantur, §. pe-
nultim. ¶ Caput VII. de aduocatis in foro comitis 51
Orientis continetur l. iubemus pro tempore. 22. ac
diuiditur in duo ſegmenta. ¶ Primum ſegmentum eſt, 52
de togatis ſeu ſtatutis: de quibus tres quæſtiones diſ-
ſoluuntur. ¶ Primò quæritur, quinam in numerum 53
recipiantur? Reſpondetur, I. Eos tantùm recipi, qui
per ſtatuta tempora iuri operam dederint, §. nec de cæ-
tero. Statutum tempus erat olim quadriennium, D.
procem. §. 1. hodie quinquennium, cod. proœ. §. qui-
bus. II. Aduocatorum in officio conſtitutorum, vel eo-
rum, qui fiſci patronatum depoſuerint, ſiue ſuperſti-
tum ſiue mortuorum filios præferri cæteris, & ſine
ſumptibus admitti, dummodò per dictum tempus iuri
operam dederint, §. penult. ¶ Secundò quæritur, quot 54
numero ſint? Reſpondetur, eſſe debere tantùm quadra-
ginta, §. 1. ¶ Tertiò quæritur, an fruantur aliquibus 55
priuilegiis? Reſpondetur, frui, I. Circa metata: quia
non onerantur metatis, id eſt, non tenentur hoſpitia
præbere militibus, vel aliis perſonis in prouinciam ve-
nientibus: hoc tamen priuilegio in vnis ædibus fruun-
tur, §. nec ædiculas. II. Circa ſportulas, quas non ſol-
uunt vltra quantitatem notitia quadam definitam,
§. pro ſportulis, quæ notitia non extat. ¶ Secundum ſe- 56
gmentum eſt de patrono fiſci: qui conſideratur pri-
mùm durante officio; deinde in officio deponendo;
tum poſt officium depoſitum; poſtremò poſt mor-
tem, ſi in officio moriatur. ¶ Durante officio ſala- 57
rium biennij accipit, in princ. ¶ Officium deponit 58
poſt biennium, & deſinit eſſe aduocatus, §. ad hæc. 59
¶ Finito officio, I. Poteſt pro ſe, & quibuſdam con-
iunctis perſonis cauſas agere, d. §. adhæc. II. Frui-
tur nihilominùs immunitate, §. vltim. III. Conue-
nitur in foro comitis Orientis, d. §. vltim. ¶ Si du-
rante officio moriatur, ſalarium ad ſuos ſucceſſores 60
tranſmittit, d. §. vlt. ¶ Caput VIII. de aduocatis in 61
foro præſidiali ſecundæ Syriæ, continetur l. petitio-
nes. 24. quæ iiſdem ferè verbis concepta eſt, quibus
d.l. iubemus pro tempore: ſed loquitur de aduocatis in
foro ſecundæ Syriæ, cùm d. l. iubemus pro tempore.
loquatur de aduocatis in foro comitis Orientis. Hoc
caput diuiditur in duo ſegmenta. ¶ Primum ſegmen- 62
tum eſt de togatis ſeu ſtatutis, qui ſunt intra numerum:
de quibus tres quæſtiones diſſoluuntur. ¶ Primò 63
quæritur, quínam in numerum horum aduocatorum
cooptentur? Reſpondetur, I. Eos tantùm admitti,
qui per ſtatuta tempora iuri operam dederint, § nec
de cætero. quod tempus expoſui ſupr. §. 53. artic. 1.
II. Aduocatorum in officio conſtitutorum, vel eorum
qui fiſci patronatum depoſuerint, ſiue ſuperſtitum ſiue
mortuorum filios cæteris præferri, & ſine omni ſumptu
admitti, dummodò ſtatuto tempore legibus operam
nauauerint, §. pen. ¶ Secundò quæritur, quot ſint? 64
Reſpondetur, triginta tantummodò eſſe debere, §. 1.
¶ Tertiò quæritur, an fruantur aliquibus priuilegiis? 65
Reſpondetur, frui I. Circa metata, §. nec ædiculas.
II. Circa ſportulas, quas non ſoluunt vltra quantitatem
notitiâ quadam comprehenſam, §. pro ſportulis. ſed
hæc notitia deſideratur. ¶ Secundum ſegmentum eſt 66
de patrono fiſci: qui conſideratur durante officio, in of-
ficio deponendo, poſt officium depoſitum, & poſt mor-
tem durante officio obitam. ¶ Durante officio bien- 67
nij ſalarium accipit, in princ. ¶ Officium deponit poſt 68
biennium, & deſinit eſſe aduocatus, §. ad hæc. ¶ Poſt 69
finitum officium, I. Poteſt pro ſe, & pro quibuſdam
coniunctis perſonis cauſas agere, d. §. ad hæc. II. Frui-
tur immunitate, §. vlt. III. Conuenitur in foro comi-
tis Orientis, d. §. vlt. ¶ Si durante officio moriatur, ſa- 70
larium ad ſuos ſucceſſores tranſmittit, d. §. vlt.

Tit. VIII. De Aduocatis fiſci.

I. 2.	*III.* 3.j.
II. 2.	*IV.* 3.ij.

1 SVperiori titulo dictum eſt de aduocatis fiſ-
ci, prout ex ſingulis foris adſumuntur, adeo
vt in hiſdem foris cauſas fiſcales agant:
nunc dicendū de aduocatis fiſci ſimpliciter
2 & in vniuerſum. ¶ Huius tituli duo ſunt capita. ¶ Pri-
3 mum caput de eo qui eſt patronus fiſci, duo continet
ad eius officium ſpectantia. I. Nec fiſci commoda oc-
cultare debet, nec per calumniam priuatis, prætextu
commodi fiſcalis, negotium faceſſere, l. 3. II. Cauſſis
fiſcalibus, vel rei priuatæ principis intereſſe debet: nam
ſine eo rationalis, id eſt, procurator Cæſaris de his cau-
ſis cognoſcere non poteſt, l. vlt. & cauſæ eo abſente de-
ciſæ retractantur, D. de iur. fiſci. l. 3. §. Diuus. & l. 7.
4 ¶ Secundum caput eſt de eo, qui fiſci patronatu functus
eſt: vbi quæritur, an poſſit cauſam contra fiſcum agere?
Reſpondetur per diſtinctionem: quia ſi eam pro fiſco
non egit, poteſt agere contra fiſcum, l. 2. Si verò eam
egit pro fiſco, non poteſt tandem contra fiſcum agere,
licèt à fiſco ſalarium non perceperit, & officium patro-
natus fiſci depoſuerit, l. 1. Excipe, niſi parentis, vel filij,
vel pupilli, cuius tutelam gerit, cauſam agat: quo-
niam etiam durante officio patronatus fiſci poteſt pro
his perſonis contra fiſcum cauſas agere, D. de poſtul.
l. pen. in princ. & l. vlt.

Tit. IX. De errore Aduocatorum, vel libellos ſeu preces concipientium.

I. 5.	*III.* 5.
II. 9.	

1 QVoniam aduocati interdum errant; inter-
dum aliquid, quod ad rem facit, omittunt:
idcirco hoc titulo de eorum errore, & obi-
ter de errore concipientium libellos suppli-
ces: ſequenti autem titulo de omiſſis agitur: vt litigato-
ribus proſpiciatur, ne ex aliorum errore vel omiſſione
2 damnum patiantur. ¶ Huius tituli duæ ſunt partes:
prior de errore aduocatorum, poſterior de errore con-
3 cipientium preces ſeu libellos. ¶ Nota primò, libel-
lum & preces differre: quia libellus preces, vel literas
dimiſſorias, vel rei conuentionem, vel alia acta conti-
net: preces autem ſunt deſiderium ſeu ſupplicatio, quæ
libello continetur, l. 2. & ſupr. de precib. Imper. offeren.
4 l. vlt. ¶ Nota ſecundò, aliud eſſe cauſam agere; aliud,
libellum ſeu preces concipere; aliud, ſcribere: cauſas
agunt aduocati: dictant iuriſperiti, vel pragmatici, D. de
pœnis. l. ex motis. 9. §. nonnumquàm. & §. ſeq. ſcribunt
libelliones, *les clers des aduocats ou des practiciens*. Ne con-
fundas inter dictantes, vt ſcribentes: nam & in reſcri-
ptis emittendis diſtinguuntur, ſupr. de diuerſ. reſcript.
l. vlt. & in teſtamentis, quæ ab alio dictantur, ab alio
ſcribuntur, infr. ad leg. Cornel. de falſ. l. 3. Dictantur à
teſtatore, infr. eod. l. 2. & 3. cum ſimil. vel ab aliquo iu-
riſperito ſiue pragmatico, infr. de teſtam. l. dictantibus.
22. & D. de legat. ij. l. pen. §. vlt. ſcribuntur à teſtamenta-
riis, D. de hered. inſtit. l. quoties. 9. §. ſed ſi maiorem. &
§. idem tractat. Sed tam dictantes, quàm ſcribentes, di-
ci poſſunt concipere libellum. Idcirco vtroſque puto
hac rubrica ſignificari; etſi tantùm de libellionibus agi-
5 tur in l. 3. ¶ In prima tituli parte datur regula, quòd er-
ror aduocati non nocet litigatori, & additur exceptio,
niſi litigator præſens fuerit; & intra triduum palam
6 non contradixerit, l. 1. & 3. ¶ Nota primò, dictam re-
gulam eſſe conceptam verbis generalibus, & generali-
ter obtinere, ſiue aduocatus errauerit in allegationibus
iuris, ſiue in allegationibus facti: item ſiue errauerit lo-
quendo, ſiue in ſcriptis: item ſiue ſponte ſua aliquid di-
xerit, ſiue aduerſario reſponderit. ¶ Nota ſecundò, 7
non dici præſentes, qui non intelligunt quod agitur,
etiamſi corpore adſint, vt infantes, & furioſos, D. de re-
cept. qui arbitr. l. diem proferre. 27. §. coram. & de iur.
codicil. l. 2. §. furioſus. & de verb. ſignif. l. coram. 29. Ita-
que rectè Doctores dicunt, idiotam hominem non cal-
lentem linguam latinam, pro abſente haberi, ſi eius ad-
uocatus latinè loquatur. ¶ Nota tertiò, quod aduocatus 8
dixit litigatore præſente, & non cõtradicente, perinde
haberi, ac ſi ab ipſo litigatore dictū fuiſſet, l. 1. proinde
ſicut error litigantis poteſt corrigi, quamdiu iudicium
pendet, ſupr. de iur. & fac. ignor. l. error. 7. ita etiam er-
ror aduocati, immo etiam poſt ſententiam definitiuam,
ſi ab ea ſit appellatum, reuocari poterit, l. vlt. Cur ergo
diximus ex ead. l. vlt. reuocari intra triduum? Quia in-
tra triduum ſufficit ſimplex reuocatio: poſt triduum
probandus eſt error. ¶ In ſecunda parte datur regula, 9
quòd error eius, qui libellum noſtrum ſupplicem ſcri-
pſit, nobis non nocet, l. 2. in princ. ¶ Huius regulæ 10
exemplum ſubiicitur in verſ. & ideo. vbi cùm miles re-
ſtitutionem aduerſus aliquem actum petere vellet, pu-
tà aduerſus vſucapionem rei ſuæ, infr. de reſtit. mil. l. 3.
vel aduerſus venditionem pignoris, infr. eod. l. 6. libel-
lio fortaſſe exiſtimans peti reſtitutionem aduerſus ſen-
tentiam, ſcripſit contra militem fuiſſe iudicatum: pu-
tà ſcripſit militem petere, vt non obſtante ſententia
contra ſe lata, res ſibi reſtituatur. Ait lex hunc errorem
militi non nocere, ſi modò probet ſententiam non in-
terceſſiſſe. ¶ Nota primò, libellum inducere confeſ- 11
ſionem, quæ non poteſt retractari, infr. de liber. cau.
l. cùm precum. 9. niſi probetur error, vt hîc. ¶ Nota ſe- 12
cundò, negationem regulariter non probari, infr. de
probat. l. actor. 23. videlicèt niſi præſumptio ſit pro af-
firmatione, vt in l. 5. §. 1. D. de probat. præſumitur
emancipatio rectè facta, niſi contrarium probetur ab
eo, qui rectè factam negat: & hîc propter libelli teno-
rem præſumitur lata ſententia, niſi probetur non inter-
ueniſſe. ¶ Nota tertiò, præſumi potiùs errorem, quàm 13
dolum: quia tam per dolum, quàm per errorem ſcri-
bi potuit ſententiam interceſſiſſe: ſed ſi probetur eam
non fuiſſe latam, lex non ait hac ratione probari do-
lum, ſed errorem.

Tit. X. Vt quæ deſunt aduocatis, vel partibus, iudex ſuppleat.

POſtquàm dictum eſt de errore aduocato- 1
rum, & obiter de errore libellionum: con-
ſequenter agitur de his, quæ ab aduocatis,
vel à partibus, id eſt, à litigantibus ſunt
omiſſa. ¶ In hac rubrica lego *aduocatis vel partibus*, non 2
(vt eſt in libris vulgatis) *aduocatis partium*, non tam
Cuiacij, quàm Codicis manuſcripti auctoritatem, &
rationem quoque ſecutus; quia lex ſubiecta vtrumque
caſum ponit, id eſt, vel aduocatos, vel partes aliquid
omiſiſſe. ¶ Nota primò ex illis verbis, *quod ſciat legibus* 3
& iuri publico conuenire, Imperatores loqui de his quæ
ſunt iuris, non de his quæ ſunt facti: nam hæc non ſunt
à iudice ſupplenda, ſed à litigantibus proponenda. Vt
enim pulchrè ait Ariſtoteles, lib. 1. Rhetor. cap. 1. iudex
ex ſe ipſo ius debet callere, non à litigantibus addiſce-
re, ſed ab eis de facto inſtrui debet. Itaque iudex debet
eſſe iuriſperitus, ſecundum Caſſiodor. lib. 8. variar. c. 18.
niſi ſit magiſtratus, qui habeat aſſeſſores ſibi ius ſugge-
rentes: tunc enim iuris ſciētia non in magiſtratu, ſed in
aſſeſſore requiritur, D. quod quiſque iur. l. 2. & Nou. 82.
in princ. At in his quæ ſunt facti, etiamſi prudentiſſimus

sir,tamen falli poteſt,D.de iur.& fact.ignor. l. 2. quare
iudicare debet ſecundum allegata & probata,D.de of-
fic.præſid.l.6.§.veritas. Si quid autem ſuppleret , quod
in facto conſiſteret, profectò fungeretur officio aduo-
cati,quod quidem iure facere prohibetur , ſupt.de po-
4 ſtul.l.6.in princ.& §.vlt. ¶ Nota ſecundò,appellatioue
iuris publici non ſignificati hoc loco , quod ad ſtatum
reipub.ſpectat,vt in l.1.§.huius ſtudij. D.de iuſt.& iur.
& in §.vlt.Inſtit.eod.ſed(vt in l.ius publicum. 38.D.de
pactis.& in l.vlt. in princ. D. quod met.cau.) quod ab
omnibus eſt obſeruandum,ſecùdum regulam, quæ air,
iura non in ſingulas perſonas,ſed generaliter conſtitui,
5 D.de legib.l.iura.8. ¶ Nota tertiò , facta non debere à
iudice ſuppleri, etiamſi notoria ſint:quia notorium re-
leuat tantùm ab onere probandi,nun à neceſſitate alle-
6 gandi,extr.de accuſa.c.euidentia.9.& ibi Doct. ¶ Nota
quartò,dictam regulá, quòd iudex non ſupplet ea quæ
ſunt facti,non obſtare,quò minùs officio ſuo fungi de-
beat,etiamſi petitum non ſit:quia id faciens quod ad ſe
ſpectat,non ſupplet quod aduocatis vel partibus deeſt.
Hæc autem , quæ ad iudicis officium ſpectant , ad tria
genera referri poſſunt. Quædam ad eum pertinent ra-
tione iudicij,vt admittere vel reprobare libellum,dare
dilationes,ſententiam ferre.Alia pertinent ad iudicem
ratione qualitatis iudicij,vt cùm iudicium eſt bonæ fi-
dei , exceptiones ad officium iudicis pertinent , atque
earum iudex rationem habet,dummodò de eis ex actis
cóſtet,licèt reus id non petierit , D.de petit.hered.l.vlt.
Ideò ſolemus dicere exceptiones ineſſe in iudiciis bo-
næ fidei,id eſt, non eſſe opus , vt à partibus proponan-
tur,D.de pact.l.7.§. quinimmo. Alia denique ad iudi-
cem ſpectant ratione publicæ vtilitatis , vt exigere iuſ-
iurandum calumniæ, infr. de iureiur. propter calumn.
l.2. §.ſed quia veremur. & repellere infamem à poſtu-
lando,D.de poſtul.l.7.Item cùm crimen eſt notoriũ,ex
inquiſitione .procedere contra facinoroſos homines
etiam nemine accuſante. Vide Clarum lib.5.ſententiar.
§.fin.q.9.& noſtram diſputationem 33. th. 7. Hinc eſt,
quòd in iudiciis criminalibus non eſt neceſſe , vt actor
in libello concluſionem ponat,id eſt , accuſatum con-
demnari petat,Bart.in l.libellorum.num. 19. D. de ac-
cuſ.Bal.in l.ſi quis ſe.in fin.infr.eod.tit.Clarus d.§. fin.
q. 12.num.21.quia cùm crimen probatum fuerit, & de
eo iudici conſtiterit , iudex ex officio debet reum pu-
7 nire. ¶ Nota quintò , de quibuſdam ſpecialiter conſti-
tutum eſſe,vt aliquo modo à iudice ſuppleantur,& eo-
rum ratio habeatur,licèt petitum non ſit. I. Ex conſti-
tutione Zenonis, ſi actor minus petat , & plus probet,
iudex condemnabit in ſummam probatam, non in ſo-
lam ſummam petitam,inf. de plus petit.l.1.§.vlt.Inſtit.
de actio.§.ſi minus.quamquam hoc eſt contra regulam
illam , quòd ſententia debet eſſe conformis libello,
infr.de fideicom.libert.l. vlt. & D. commu. diuid. l. vt
fundus.16. II. Cùm lex ſimpliciter iubeat,vt iudex vi-
ctum victori in expenſas condemnet , infr. de iudic.
l.properandum. 13. §. ſiue. Doctores hanc conſtitu-
tionem ita accipiunt, vt ſi expenſæ petitæ non fuerint,
iudex poſſit,ſed non teneatur in eas condemnare, Gal.
lib.1.obſer.101.num.18. III. Iudex ſupplet oppoſitio-
nes contra ſententiam in prima inſtantia latam facien-
das in iudicio appellationis pro parte abſente , infr.de
appellat.l.vlt.in princ. IV. Si dies fatales lapſi ſint , &
appellatus hoc contra appellantem allegare prætermi-
ſerit,iudex id ſupplet,ciúſque rationem habet, infr. de
tempor. & reparat.appell.l.2.in fin.

Tit. XI. Ex quibus cauſis infamia irrogatur.

I. 13. *j.*
II. 13. *ij.*
III. 12 *j.*
IV. 12. *ij.*
V. 5. *iv.*
VI. 5. *vj.*
VII. 13. *viij.*
VIII. 5. *ij.* 13. *iij.*
IX. 13. *vij.*
X. 5. *iv.*
XI. 13. *vj.*
XII. 5. *iij.*
XIII. 2. 13. *v.*
XIV. 13. *iij.*
XV. 6.
XVI. 5. *v.* 13. *iij.*
XVII. 2. 13. *iv.*
XVIII. 5. *iv.* 8. 9.
XIX. 2. 13. *iv.*
XX. 10.
XXI. 11.
XXII. 5. 3.

Vm dictum ſit de aduocatis , qui pro 1
aliis poſtulant , conſequenter dicendum
videtur de procuratoribus , qui aliorum
litem vel aliud negotium gerendum ſuſ-
cipiunt : ſed quia infames pro aliis poſtu-
lare prohibentur,D.de poſtul.l.1.§. ſecundo loco. licèt
procuratores eſſe poſſint,Inſtit.de exception. §.vlt. id-
circo dicendum hoc loco eſt de his qui notantur infa-
mia. ¶ Cùm autem duplex ſit infamia:altera iuris, quæ 2
propriè vocatur infamia , & eſt exiſtimationis ſeu di-
gnitatis læſio:per quam exiſtimatio vel ſalua libertate
& ciuitate minuitur,vel adempta libertate ſeu ciuitate
conſumitur,D.de extraord.cognit. l. pen.§.pen. & vlt.
altera facti , quæ non iure infamem facit , ſed tantùm
pudorem apud bonos & honeſtos viros onerat , l. ea
quæ. 13.l. verbum.17.l.interlocutio.19. & D. eo. l. ob
hæc. 20. Iuris infamia in hac rubrica intelligi debet.
¶ Huius tituli capita tria ſunt. ¶ Caput I. explicat,qui- 3
bus ex cauſis perpetua infamia irrogetur. ¶ Prima 4
cauſa eſt condemnatio.Hinc infames fiunt damnati ſe- 5
quentibus iudiciis. I.Pro ſocio,dummodù ſuo nomine,
& ob fidem ruptam damnatus ſit , l. vlt. Hæ limitatio-
nes etiam in aliis condemnatis adhiberi debent : nam
ita demum damnatus ſit infamis,ſi ſuo nomine , D.h.t.
l.6.§.1.& ob perfidiam ſit damnatus,d.l.6.§.mandati.&
§.contrario. II.Furti,l.ſi furti.8.in pr.Quid ergo,ſi quis
dánatus & fuſtigatus ſit,eo quòd res furtiua apud eum
ignorantem concepta ſit,id eſt,cùm ipſe ignoraret eſſe
furtiuam ? Hæc ſpecies deciditur in ea l. ſi furti , verſ.
quòd ſi res. vbi dicitur , damnatæ exiſtimationem non
lædi duriore ſententia. Fuit autem durior ſententia;
quia mulier damnata fuit actione furti concepti , quæ
eſt in triplum , Gell.lib.11.cap.vlt. debuit igitur in tri-
plum condemnari : & id repetijſſet ab eo qui obtulit,
per actionem furti oblati,Inſtit.de obligat. quæ ex de-
lic.§.conceptum verſ.oblatum.Gell.d.loco. Paulus lib.
2.Sententiar. tit. de furtis. §. furti oblati.immo ſecun-
dum ius,quo nunc vtimur , abſolui debuit : quoniam
abolita ſunt iudicia furti concepti & oblati : is autem,
apud quem res furtiua concepta eſt , furti nec mani-
feſti tenetur ita demum , ſi dolo malo eam rem celet
ſciens eſſe furtiuam,Inſtit.d.§.conceptum,verſ. ſed hæ.
Denique non debet eſſe infamia,vbi non eſt dolus:gra-
uior autem pœna potiùs conſeruat , quàm lædit exiſti-
mationem,D.h.t.l.quod ergo.13. §. pœna grauior. Ad-
uerſus dictam deciſionem oppono , quod dicto titulo
de furtis Paulus ait , furti quocumque iudicio dam-
natum fieri infamem. Reſpondeo ſupponendos eſſe
terminos habiles , id eſt , dolum malum interueniſſe:
quia omne furti iudicium ex cauſa doli infamat:ſecus,
ſi damnatus dolo vacet, vt in caſu propoſito. III. Ex-
pilatæ hereditatis: quia hoc furtum improbius eſt, l.ſi
te.12.id eſt,vt Doctores loquuntur , furtum qualifica-
tum. IV.Iniuriarum,l.5.l. non damnatos. 18. etiam ex
ſerui perſona, l.iniuriarum.10.id eſt , etiamſi iniuriam
in ſeruum alienum intulerit. Qui verò actione no-
xali damnatur,quia eius ſeruus iniuriam fecit, non no-
tatur infamia,D.eod.d l.6.§.1. V.Calumniæ, l. fuſtibus
16. Calumniatum verò aliquem eſſe non ſufficit ad
hoc , vt notetur infamia, ſed condemnatio requiritur,
D.eod.l.4.§.penult. VI. Damnatus in opus publicum,
licèt ad

6 licèt ad aliquod tempus,l.6. ¶ Secūda causa est matri-
monium intra tempus luctus contractum. Ex hac causa
tam mulier nubens, quàm qui eam ducit, infamiâ no-
tatur, l. decreto. 15. Sed ius Canonicum hanc infamiam
tollit; quia mulier mortuo viro soluta & libera est, adeò
vt pro libito nubere possit, extr. de secund. nupt. c. pen.
7 & vlt. ¶ Iure autem ciuili excipitur, I. Nisi mulier intra
dictum tempus partum ediderit, D. eod. l. liberorum. 11.
§. Pōponius. II. Nisi quis per facti ignorantiam duxerit,
id est, nesciens eam lugere priorem maritum, d. l. libe-
rorum. §. vlt. III. Nisi iussu parentis, in cuius potestate
erat, duxerit: tunc enim ipse excusatur, & parens nota-
tur, d. §. vlt. vt & parens, qui filiam intra annum luctus
in matrimonium collocauit, D. eod. l. 1. vers. qui eam.
8 ¶ Tertia causa est, si quis pactus sit, ne secum iniuria-
rum agatur, l. non damnatos. 18. Idem dicendum, si pa-
ctus sit, ne furti, vi bonorum raptorum, de dolo malo
secum agatur, D. eod. l. 4. §. vlt. Alia ratio est actionum
ex contractibus: licèt enim famosæ sint, tamen ex his
causis pacti ne secum agatur, non notantur infamia, D.
9 eod. l. 7. ¶ Excipe I. Nisi gratis pactus sit, d. l. non dam-
natos. & D. eod. l. 6. §. pactusque. II. Nisi iussu prætoris
sit pactus, d. l. 6. §. qui iussu. III. Nisi iureiurando dela-
to controuersia decisa sit, d. l. non damnatos. vers. vlt.
10 & d. l. 6. §. sed etsi iureiurando. ¶ Quarta causa est, si
quis illicitum fœnus exerceat, puta vsuras vsurarum
accipiat, l. improbum. 20. Nota, non quemcumque fœ-
nus accipientem notari infamia, sed duntaxat eum, qui
accipit fœnus improbū, id est, iure prohibitum, nam *τὸ*
improbum non significat perpetuum pacti *ἐπίθετον*,
sed *διαςολὴν*, id est, distinctionem a fœnore licito &
11 permisso. ¶ Quinta causa est, si quis arte ludicra spe-
ctaculum sui populo præbeat, nisi sit minor viginti
quinque annis, l. si fratres. 21. Coniun. l. 1. vers. qui artis.
12 l. 2. §. vlt. l. 3. l. 4. in princip. & §. 1. D. h. t. ¶ Caput II.
docet, quibus ex causis infamia ad tempus irrogetur,
vbi duæ causæ proponuntur. I. Si quis ad tempus ordi-
ne decurionum remoueatur, l. 3. II. Si ad tempus sit
relegatus, l. 4. vide Centur. 2. q. 20. In specie, d. l. 4. Possi-
donius, qui merebatur exilium temporale, id est, rele-
gationem ad quinquennium (nam exilium ibi impro-
priè accipitur pro relegatione, cùm propriè significet
deportationem, quæ semper fit in perpetuum) mitigata
per iudicem pœna relegatus est ad annum vnum; hoc
anno sententiæ paruit, id est, prouinciam non excessit:
alioquin in perpetuum esset relegandus, D. de pœn. l.
capitalium. 28. §. in exulibus. consequenter esset perpe-
tuò infamis, D. de extraord. cognit. l. pen. §. minuitur.
Quoniam igitur sententiæ paruit, & relegatio anno
terminatur: quæsitum est, an post annum inter infames
numeretur? Dubitandi causa est: quia diximus eum mi-
tiùs punitum fuisse, quàm merebatur, vnde sicut pœna
grauior existimationem conseruat, ita etiam per argu-
mentum à contrarijs videbatur pœna leuior existima-
tionem minuere. Contrarium tamen respondetur, ac
dicitur, non propterea quod sententiæ seueritas cum
cæteris damnis transigere videtur, id est, non propter-
eà quòd pœna grauior vltra legem à iudice imposita
existimationem conseruat, etiam è contrario senten-
tiam mitiorem infamare. Ratio est: quia pœnæ sunt
odiosæ: & fauores quidem producuntur, odia verò
coangustantur: idcirco argumentum à fauorabilium
productione ad odiosorum productionem, licèt sint
contraria, non valet, D. de lib. & postu. l. cùm quidam
13 19. ¶ Caput III. declarat, quibus ex causis infamia
non irrogetur, licèt prima fronte videri possint causæ
famosæ. Sunt autem hæ causæ, quæ sequuntur I. Car-
cer, & vincula, l. 1. II. Si causa iniuriarum sit iureiuran-
do decisa, l. non damnatos. 18. III. Condemnatio in du-
plum iudicio in factum ex titulo de publicanis, l. 2. vbi
legendum, vt in quibusdam manuscriptis, *tributorum*
non, *debitorum*. IV. Fustium ictus quæstionis habendæ
causâ, l. nullam. 14. Secus est, si quis ob crimen famo-
sum, puta calumniæ causa sit fustibus cæsus, l. fustib.
16. Denique ictus fustium infamiam non importat: sed
causa, propter quam id pati meruit, si talis sit, quæ in-
famiam damnato irrogat, D. eod. l. ictus. 22. Quare si
is, apud quem ignorantem res furtiua reperta est, ex
sententia iudicis fustigetur, hæc durior sententia exi-
stimationem eius non læsit, l. si furti. 8. vers. quòd si res.
V. Interlocutio iudicis aliquem reprehendentis, quasi
calumniatus sit, l. verbum. 17. aut iniuriam fecerit, l.
interlocutio. 19. quia vt iudicis pronunciatio infamet,
oportet esse definitiuam sententiam causa cognita la-
tam, non interlocutionem, D. eod. l. quid ergo. 13. §.
quantum. VI. Increpatio paterna in testamento facta:
tantùm enim existimationem apud bonos & graues
viros onerat, id est, non iuris, sed facti infamiam im-
portat, l. ea quæ. 13. Idemque sentiendum de iudicis in-
crepantis interlocutione. VII. Cessio bonorum, l. de-
bitorum. 11. Sed neque hoc casu vitatur infamia fa-
cti, Nou. 135. VIII. Defensio publicorum patriæ ne-
gotiorum, l. neminem. 9. nimirum quia non est delato-
ris loco habendus, qui patriæ suæ negotia defendit, id-
circo delator in infamiam non incidit, infr. de de-
latorib. l. 4. & D. de iur. fi. l. 2. in princip. IX. Si quis ab-
stineat à bonis paternis, l. 7.

Tit. XII. De procuratoribus.


EXpositis causis infamiæ, tempus est de 1
procuratoribus dicere, secundum ea quæ
initio superioris tituli notaui. ¶ Procura- a
tor est, qui negotia aliena mandato domi-
ni administrat, D. h. t. l. 1. Procuratorum
verò alij dicuntur dati ad lites seu iudicia, alij ad nego-
tia, D. eod. l. seruum quoque. 33. in princip. Ergo in defi-
nitione latè accipimus verbum *negotia*, vt tam iudicia-
lia, quàm extraiudicialia cōplectatur: in dicta verò di-
uisione angustè accipimus pro negotijs extraiudiciali-
bus. ¶ Diuido hunc titulum in sex capita. ¶ Capite 3
I. De procuratore in genere duo traduntur. I. Procura- 4
torem non fieri inuitum, l. inuitus. 17. Inuitum intelli-
ge, non solùm eum, qui expresse contradicit, sed etiam
qui non probatur consensisse, D. h. t. l. filiusfamiliàs. 8.
§. inuitus. Nam illa regula, qui tacet, cōsentire videtur,
extr. de regul. iur. lib. 6. regu. qui tacet. hoc casu locum
non habet. II. Procuratorem non debere excedere fi-
nes mandati, l. si procurator 10. & D. manda. l. 5. in
princip. & Instit. eod. §. is qui exequitur. Non est autem
ignorandum, quia mandatum non solum expresso, sed
etiam tacito consensu contrahi potest. infr. eod. l. 6. &
D. eod. l. 6. §. si passus, procuratorem posse quædam fa-
cere, quæ non videntur mandato contineri, sed tacitè
mandata

mandata censentur. Vt putà rem viliori pretio emere
potest, quam mandator dixerit, non pluris, D. eod. l. 5.
d. l. 5. §. vlt. & Instit. eod. d. §. is qui exequitur. Item is
cui mandata est actio principalis, potest etiam mouere
præparatoriam: vt procurator datus ad rem mobilem
vindicandam, potest agere ad exhibendum, D. h. t. l. ad
rem. 56. & datus ad petendum legatum, potest aduersus
heredem vti interdicto de tabulis exhibendis, D. eod. l.
5 ad legatum. 62. ¶ Caput 14. est de procuratore ad li-
tes, de quo dissoluuntur octo quæstiones. Procurator
enim tribus modis consideratur, videlicèt quatenus
cõstituitur, quatenus cõstitutus est, & quatenus desinit
esse procurator. De procuratore constituendo quatuor
spectantur: nempe persona constituens: vbi videndum,
qui possint, & qui cogantur dare procuratorem: per-
sona, quæ sit procurator: res, quæ procuratori manda-
tur: & modus, quo fit procurator. De procuratore iam
constituto videndum, quid facere possit, vel debeat:
vltimo loco explicandum est, quibus modis procura-
6 tor esse desinat. ¶ Prima igitur quæstio est, qui procu-
ratorẽ constituere possint? Hîc dantur quatuor regulæ.
I. Pupillus vel pupilla tutore auctore, item adultus vel
adulta curatore auctore procuratorem tam ad agen-
dum, quàm ad defendendum ordinare possunt, l. ne-
que. 11. II. Si minor sine curatore procuratorem dede-
rit, nihilominùs sententia pro minore lata valet: quia
minoribus per restitutionem in integrũ succurritur in
damnis, non in rebus prosperè gestis, l. non eo mi-
nùs. 14. III. Tutor vel curator procuratorem facere
non potest, nisi per litis contestationem sit dominus
effectus, d. l. neque. iam enim diximus procuratorem
mandato domini administrare: tutor autem vel cura-
tor non est dominus, licèt quasi dominus administret,
D. pro emptore, l. 7. §. si tutor. Ergo non dat procura-
torem, sed actorem, d. l. neque. qui etiam vocatur adiu-
tor, D. de tutel. l. solet 13. §. 1. dicitur autem hunc dare,
quia ipsius periculo, & quem ipse velit, prætor vel
præses actorem siue adiutorem constituit, Instit. de cu-
rat. § vlt. IV. Procurator substituere procuratorem
non potest, nisi per litis contestationem dominus litis
7 factus sit, d. l. neque. ¶ Secunda quæstio est, qui tenean-
tur litigare per procuratorem? Iure Codicis de solis il-
lustribus, & spectabilibus hoc constitutum reperitur,
l. quicumque. 25. in qua mentio nominatim fit præfe-
cti prætorio, præfecti vrbi, magistri militum, comitis
consistoriani, proconsulis, & vicarij: ex quib. illustres
sunt præfectus prætorio, præfectus vrbi, magister mili-
tum, supr. de offic. præf. prætor. Orien. l. 4. & de offic.
mag. mil. l. 1. & infr de præfec. prætor. siue vr. l. 1. spe-
ctabiles autem sunt comes consistorianus, proconsul,
infr. de comitib. consistor. l. 1. & 2. & vicarius, si quidem
inter spectabiles ponitur superioris libri titulo 37. de
officio vicarij. Idem fuisse statutum de clarissimis, te-
statur Iustin. Nou. 71. vbi huic iuri derogat, & solos il-
lustres per se litigare vetat: spectabiles verò & clarissi-
mos iure commoni vti vult, vt tam per se, quàm per
8 procuratorem agere vel defendi possint. ¶ Tertia
quæstio est, qui procuratores dari possint? Hic ponun-
tur quinque regulæ. I. Qui non est legitimæ ætatis,
non potest esse procurator, l. exigendi. 12. vers. sane. vbi
ætas legitima pro subiecto argumento debet accipi, id
est, quam leges in procuratore requirunt. Et quidem
iure ciuili requiritur, vt procurator septimum deci-
mum annum compleuerit, & octauum decimum atti-
gerit, D. de manumiss. vind. l. si collactaneus. 13. & In-
stit. qui & ex quib. caus. manum. non poss. §. iustæ. Iure
autem Canonico procurator debet esse maior viginti
quinque annis, extr. h. t. c. 5. §. vlt. II. Mulier non potest
procuratorio nomine interuenire, nisi in rem suam, l.
4. l. alienam. 18. & D. de diuer. reg. iur. l. 2. in princ.

III. Maritus potest esse procurator vxoris, l. 2. l. non eo
minùs. 14. l. maritus. 21. Quinetiam sine mandato cum
satisdatione de rato agere pro muliere, vel cum satis-
datione iudicatum solui eam defendere potest, d. l. ma-
ritus: vbi satisdatio à marito requiritur, quoniam lis
erat de rebus penes mulierem constitutis. Alia ratio est
dotalium, & paraphernalium, quas præter dotales vo-
care possumus. Nam dotalium nomine non satisdat,
cùm sit earum dominus: immo nec paraphernalium
nomine, quoniam harum administratio est ei commis-
sa, infr. de pact. conuent. l. vlt. Quod autem imperator
in d. l. maritus. addit, *& alia obseruatione intercedente*, re-
spicit ad iudicia ordinaria & solemnia, quæ olim erant
in vsu: sic in l. exigendi. 12. dicitur, *& alia obseruatione*
subrecta: & in l. 2. *solemnibus impletis*. IV. Miles non po-
test esse procurator, l. 7. nisi in rem suam, l. qui stipen-
dia. 9. Sed hæc militiæ exceptio procuratori post litem
contestatam opponi non potest, l. ita demum. 13.
¶ Quarta quæstio est, in quibus causis procuratores 9
dentur? Regulariter dantur in causis pecuniariis, l. 2.
Coniun. l. in pecuniariis. 26. Secus est in aliis causis.
Nam procurator non admittitur, nec in causis crimi-
nalibus (regulariter enim per procuratorem nec accu-
sare licet, infr. de his qui accusa. non poss. l. 2. & de ac-
cusation. l. tunc conuenit. 15. & D. de publ. iudic. l. pen.
§. 1. nec defensio admittitur, d. l. pen. §. 1. nisi absens cõ-
demnari possit: quia satius est reum à quocumque de-
fendi, quàm inauditum damnari, D. h. t. l. seruum. 33. §.
publicè. vide centur. 2. quæst. 40.) nec in popularibus,
nisi ex parte rei, D. de popul. act. l. 5. vel nisi actoris in-
tersit, D. h. t. l. licèt. 41. in princ. & l. non cogendum. 45.
§. 1. nec in iis quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, vt
adoptione, emancipatione, manumissione, infr. de ma-
num. vindi. l. 3. & D. de adopt. l. neque. 24. l. post mor-
tem. 25. §. 1. ¶ Quinta quæstio est, quomodò procura- 10
tor constituatur? Tria hîc requiruntur. I. Mandatum
domini. Atqui nonnulli admittuntur sine mandato, sa-
tisdantes de rato, si pro actore; vel iudicatum solui, si
pro reo interueniant: vt filius, l. exigendi. 12. & maritus,
l. 2. l. maritus. 21. sed non propterea sunt veri procura-
tores, D. iudic. sol. l. 3. §. sed etsi fortè. De illa verò satis-
datione notandum, si fideiussor à procuratore datus
decesserit, vel non appareat, post viginti dies alium fi-
deiussorem dari debere, l. vlt. in princ. II. Consensus
procuratoris: nemo enim inuitus cogitur procuratio-
nem suscipere, vt notaui sup. §. 4. artic. 1. III. Ne pro-
curator litem redimat: eius enim officium gratuitum
esse debet, l. litem. 15. Potest tamen honorarium procu-
ratori offerri, D. manda. l. 6. in princ. vel salarium con-
stitui, D. eod. l. 7. ¶ Sexta quæstio est, quæ sit potestas 11
procuratoris? Hîc dantur tres regulæ. I. Procurator
non potest egredi fines mandati, etiam si talis personã
sit, quæ etiam sine mandato agere possit, vt maritus, l.
maritus. 21. Hæc procuratoriæ potestatis limitatio in
omnib. procuratoribus locum habet, vt notaui sup. §.
4. artic. 2. II. Procurator litem contestando fit domi-
nus litis, l. procuratoribus. 22. & l. seq. idcirco post li-
tem contestatam potest alium procuratorem consti-
tuere, l. neque. 11. l. nulla. 23. ante litem contestatam fa-
cere non poterat, l. quod quis. 8. III. Nihil refert,
vtrùm ante, an post litem contestatam sit constitutus:
vtroque enim casu eandem potestatem habet, l. nihil.
20. ¶ Septima quæstio est, quod sit officium procura- 12
toris? Hîc duæ regulæ traduntur. I. Procurator bonam
fidem adhibere debet, D. h. t. l. qui proprio. 46. §. procu-
rator: & manda. l. idémque. 10. in princ. Si quid autem
dolo malo egerit, eo nomine tenetur actione mandati:
sed non propterea res iudicata rescinditur, l. si procura-
tor. 10. II. Si contrariam sententiam retulerit, appella-
re tenetur, sed appellationem persequi non cogitur,

l. inui

l. inuitus.17.Hoc de priuatis procuratoribus debet ac-
cipi.Nam qui procuratoris officio in foris iudicũ fũ-
guntur,nequidem volentes appellationẽ prosequi pos-
sunt,vt posteriùs docebo ex l.pen.¶Octaua quæstio est,
quib.modis procurator esse desinat,&lis ad dominum,
vel ad aliu procuratorem transferatur?Tres modi con-
siderãtur.I.Reuocatio mandati,si re integra reuocetur,
Instit.de manda. §.rectè.proinde ante litem contestatã,
D.h.ti.l.ante litem.16.nam post litem contestatam,quia
procurator (vt sup.exposui) factus est dominus litis,ab
eo lis transferri non potest,nisi iudex causa cognita id
permiserit,l.procuratoribus.12.II.Mors eius qui man-
dauit, si re integra moriatur, Instit. de manda.§. item.
proinde si antę litem contestatam vitam cum morte
commutet, l.nulla. 23. Si tamen procurator ignorans
dominum decessisse,bona fide mandatum sit executus,
actio mandati ex bono & æquo ei datur,ne iusta igno-
rantia ei noceat, D. manda. l.inter. 26. in princ.& Inst.
eod.d.§.Item.III.Mors procuratoris,D.eod.l.si quis ali-
cui.27.§. morte.& Instit.eod.d.§. item.Siue autem pro-
curator decesserit, siue non appareat : iudiciale decre-
tum de altero procuratore dando interponitur, & post
viginti dies ab hoc decreto interposito numerandos,ei
ad quẽ principaliter lis pertinet,si in remota prouincia
degat,sex mensium spatium:si verò in proxima prouin-
cia sit,arbitrio iudicis tempus præstituitur, intra quod
in iudicium veniat, vel alium procuratorem mittat, l.
14 vlt. §.1. ¶ Capite I I I. specialiter agitur de his, qui in
alicuius iudicis foro procuratorum officio funguntur,
& quasi artem procurationis exercent. De his cauetur,
ne idem in pluribus foris versetur : proinde vt causa
per appellationem ad superiorem iudicem deuoluta,&
15 procuratio ad alterum transferatur,l.pen.¶Capite I V.
specialiter agitur de procuratore actoris. Hic tres quę-
16 stiones dissoluuntur.¶Primò quæritur,quomodo con-
stituatur?Respondetur, mandato domini, alioquin est
falsus procurator,& iudicium non procedit, l.licet.24.
17 ¶Secundò quæritur,si de mandato dubitetur,an sit ad-
mittendus?Respondetur, admitti cum satisdatione de
rato, l. 1. Hanc decisionem exponam inf. de satisdan.
18 num.4. ¶Tertiò quæritur, si reus inuicem agere velit,
an procurator teneatur hoc iudicium subire? Respon-
detur,teneri;alioquin actionem ei denegari, l. 5.& D.
eod.l.seruum.33.§.ait prætor, & §.æquum, & l.mutus.
43.§.pœna. ¶Nota primò,etiam procuratorem in rem
19 suam datum defendere inuicem debere,nisi ex necessi-
tate datus sit, vt ex causa venditæ hereditatis, d. l. ser-
uum. §. vlt. & l.seq. Item eos quoque teneri, qui sine
mandato agere possunt,vt liberos,& parentes, &c. D.
20 eod.l.sed & hæ.35.in princ.¶Nota secundò,nihil refer-
re,qua actione vel iudicio cõueniatur,indistinctè enim
defẽdere tenetur,d.l.sed & hæ.§.nõ solùm.& l.non solũ
39.in princ. Et si plures actiones intententur,omnium
nomine defendere debet, D.eod.l. omnium 37. Suffi-
cit tamen,si alij in alias causas defensionem suscipiant,
d.l.omnium.§. 1. non tamen si vna actio moueatur, &
petantur(exempli gratia)centum, admittũtur duo, qui
velint in quinquagena defendere,D.eod. l.non tamen.
21 38.¶Nota tertiò,eum debere sic defendere, vt id faciat,
quod dominus in litem faceret, & iudicatum solui sa-
22 tisdet,d.l.sed & hæ.§.vlt. & l.seq. ¶ De rei procurato-
23 re ac defensore tres quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò
quęritur,quinam admittantur,vel non?Hic datur regu-
la, quemlibet ad defendendum admitti, etiam si man-
dato careat; siue sit filius,siue libertus, siue extraneus,
dummodò caueat iudicatum solui,l.exigendi. 12.Exci-
pitur I.Reus criminis constitutus, qui priusquàm in-
nocentiam suam purget,alienam defensionem suscipe-
re non potest,l.6.II.Mulier;quia hoc officium virile est;
idcirco mater filium impuberem defendere non po-
test,sed ei tutorem petere debet,l.alienam.18.¶Secundò 24
quæritur, in quibus causis procurator vel defensor ad-
mittatur?Respondetur,in controuersijs pecuniariis,l.in
pecuniariis.26. Adde admitti etiam in causis populari-
bus,D.de popul action.l.5.& in criminalibus,si reus ab-
sens damnari possit,D.de procurat.l. seruom. 33. §.pu-
blicè. id est, si pœna non sit futura maior relegatione,
D.de pœn.l.5.in princ.vel lis contra pręsentem inchoa-
ta fuerit,mox ille abesse cœpit, D.de public. iudic.l.in-
ter. 10. & ad leg. Cornel.de sicar.l.4.§.vlt.lege notata,
sup.num.9.& Centur.2.quæst.40.¶Tertiò quæritur, an 25
quis cogatur absentem defendere? Respondetur, non
cogi,l.inuitus.17.Si quis tamen absentis nomine agere
velit, non quidem præcisè cogitur eum inuicem con-
uentum defẽdere: sed nisi defendat,actio ei denegatur,
vt exposui sup.num. 18. Similiter qui absentis negotia
gerit,eius creditoribus euocatis ad prætorem, respon-
dere cogitur:alioquin, nisi eum defendat, à rerum ad-
ministratione remouebitur : ac prætor deliberabit,
num in possessionem rerum absentis indefensi mittere
creditores debeat,l.3.mittet enim in possessionem,nisi
eos calumniari deprehendat,D.vt in possess.legat.l.5.§.
1. ¶ Capite VI.de procuratore dato ad negotia duæ 26
quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò quæritur, an possit 27
res domini alienare? Respondetur, non posse, nisi vel
speciale mandatum habeat, l. procuratorem. 16. & D.
eod.l.procurator totorum. 63. vel generale mandatum
habeat cum libera administratione,D.eod.l.procurator
cui.58.vel posteà dominus ratam habeat alienationem,
l.si pretium. 19. quia ratihabitio comparatur manda-
to,inf. ad Senatusconsul. Macedon.l.vlt.in princ. & de
donat. inter vir. & vxor. l. donationes quas 25. ¶ Se- 28
cundò quæritur, an is, qui negotia aliena gerit,tenea-
tur creditoribus eius in iudicio respondere? Respon-
detur teneri, nisi velit ab administratione remoueri,l.
3.vt notaui sup.num.25.

---

*Tit. X I I I. Ne liceat potentioribus patrocinium liti-
gantibus præstare, vel actiones in se transferre.*

PErgit conditor Codicis in tractatu de pro-
curatoribus,& dat hunc titulum, quo vetat 1
potentiorum patrocinium in litem adsumi.
Duplex est patrocinium : Alterum aduoca-
torum, qui etiam patroni causarum vocantur : alterũ
procuratorũ: sed hic titulus est de patrocinio procura-
torum,vt titulus 17.inf.Aliis quoque modis prohibetur
quis potentiorum patrocinium adsumere..¶Huius ita- 2
que tituli duæ sunt partes.In priori cauetur, ne poten-
tiores patrocinium litigantibus præstent id est,ne pro-
curatorio nomine litigent. In posteriori cauetur, ne
actiones in se transferant. ¶Communiter de vtraque 3
parte hæc traduntur. I. Hoc ius introductum esse à D.
Claudio,l.1.Hic est Claudius, qui post Gallienum biẽ-
nio non integro imperauit.II.Rationem huius iuris es-
se,ne tenuiores, qui potentioribus pares esse non pos-
sunt,D.de alien.iud.mutan.caus.fac.l.3.in princ.impor-
tunis potentiorum intercessionibus opprimantur, d.l.
1.§. 1. vbi quæstionis verbum pro querela accipitur:
idcirco questionibus scribi debet sine diphthongo.III.
Puniri tam potentiorem, qui patrocinium præsti-
tit; quàm eum, qui potentioris patrocinium adsum-
psit:nam hic actionem perdit,d.l.1.in princip.& l.2.ille
extra ordinem punitur à rectore prouinciæ, licet sit
vir clarissimus : hanc enim cognitionem in quascum-
que personas Diuus Claudius dedit rectoribus pro-
uinciarum,d.l.1.§.1.

Tit.

Tit. XIV. De his qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt.

1 HOc titulo adiiciuntur alij duo modi, quibus
aliquis potentiorum auctoritate aduersa-
2 rium opprimere conatur. ¶ Primus modus
est, si quis, vt aduersarium periturum præ-
dium perterrefaciat, titulos alicuius viris potentis affi-
gat, quasi ad virum illum potentem pertinenti. Nam ti-
tulus est tabula prædio affixa, indicans prædij dominũ,
cuius nomen, vel insignia continet, vel effigiem repræ-
sentat, vt colligitur ex l. vn. infr. tit. prox. & Nou. 17.
cap 15. & Nou. Tiberij de diuinis domibus cap. 1. ¶ Se-
3 cundus modus est, cùm reus conuentus viri potentis
nomen, quasi ad illum causa spectet, in litem præten-
4 dit. ¶ Hi duo modi prohibentur l. vn. huius tituli. ita vt
qui sic abusus est viri potentis auctoritate, causa cadat:
& insuper, si absque viri potentis consensu id fecerit,
plumbatis cæsus damnetur in metallum: sin autem eo
consentiente fecerit, ipse vir potens ob consensum
præstitum infamiâ notetur: non tamen ipso iure, vt
Græci & Cuiacius existimant: sed per sententiam iudi-
cis, vt constat ex verbis legis, dum in vers. at ne in frau-
dem. ait, *afficiendi sunt publicæ sententiæ nota.* & in fine,
notari oportebit. videlicet per iudicem.

Tit. XV. Vt nemo priuatus titulos prædiis suis vel alienis imponat, vel vela regia suspendat.

1 POstquàm dictum est de titulis virorum po-
tentium, consequenter agitur de titulis re-
gijs (qui etiam vocantur tituli fiscales, infr. de
aquædu. l. 2.) & de velis regiis: solebant enim veteres
foribus vela prætendere. Hinc in l. pen. infr. de naufra.
2 *Leuato velo*, accipitur pro fore operta. ¶ Hæc nemo de-
bet suo vel alieno prædio affigere: alioquin punitur.
Nam si suo prædio affixerit, prædium confiscatur, l. 1.
vbi dominium dicitur (vt alibi sæpe) quod principis
est; quia princeps appellatur dominus, D. de leg. Rhod.
l. pen. & de his quæ in testam. delen. l. pen. vers. Viuius.
Si alieno prædio sine iussu iudicis competentis affixe-
rit, pro qualitate personæ punitur, id est, plebeins vlti-
mo supplicio afficitur: clarissimus vel decurio, vel mi-
les, vel clericus proscribitur. Præterea cuiuis licet titu-
los ac vela detrahere, & conscindere, l. 2.

Tit. XVI. Vt nemini liceat sine iudicis auctoritate signa imprimere rebus, quas alius tenet.

QVemadmodum iura prohibent titulos aliis prædiis imponi, ita etiam prohibent imponi signa rebus ab alio possessis, priúsquam per iudicem sint nobis adiudicatæ, etiamsi nostras esse, vel nobis obligatas contendamus. Ac possessori permittunt signa illicitè imposita detrahere, l. 1. & 2. Existimo etiam bona eius, qui signa imposuit, confiscari: quoniam hoc de eo constitutum est, qui titulos alienis prædiis imposuit, Nou. 17. cap. 15.

Tit. XVII. Ne fiscus vel respublica procurationem alicui patrocinii causa in lite præstet.

1 SVprà prohibitum fuit, ne viri potentes pro-
curationem suscipiant: nunc idem interdici-
tur fisco, & reipub. Fiscus est populi Romani,
vel principis: respublica est ciuitas Romano imperio
subiecta. Fiscus ergo ne quidem debitori suo, quo magis reperiatur esse soluendo, hoc patrocinium præstare potest, l. 3. & 4 nec ei qui vult ipsi fisco dimidiam rerum, vel actionum partem donare, vt eius viribus protegatur, l. 2. Similiter respublica prohibetur suo debitori patrocinium per procuratorem præstare, l. 1.

Tit. XVIII. De negotiis gestis.

I. 14. *iij.*	*XIII. in prin.* 14. *iij.*
II. 15. *j.*	§. *j.* 16. *iv.*
III. 16. *iij.* *vj.*	*XIV.* 10. *iv.* 14. *j.*
IV. 10. *iij.*	*XV.* 14. *iij.* 16. *v.*
V. 14. *iij.*	*XVI.* 14. *j.* 16. *iij.*
VI. 10. *j.* *ij.*	*XVII.* 5. 10. *ij.*
VII. 9. *ij.*	*XVIII.* 14. *j.* 17.
VIII. 9. *j.* 12.	*XIX.* 8.
IX. 8.	*XX.* 10. *v.* 11.
X. 14. *ij.*	*XXI.* 10. *vj.*
XI. in princ. 14. *iij.*	*XXII.* 11.
§. *j.* 16. *j.*	*XXIII.* 6.
XII. 14. *iij.* 16. *ij.*	*XXIV.* 15. *ij.*

CVm dictum sit de procuratoribus, qui man-
dato domini administrant: consequenter agi-
tur de negotiorũ gestoribus, qui mandato ca- 1
rent, quorum hi quoque vocantur procuratores, D. h.
t. l. si ego. 24. & de solut. l. si quis offerenti. 58. & rat.
rem hab. l. si sine. 22. & §. quòd si, & l. vlt. sed impro-
priè, D. iudic. sol. l. 3. §. Sed etsi fortè. quia propter
defectum mandati sunt falsi procuratores, supr. de
procuratoribus, l. licèt. 24. & de iudic. l. licèt 56. & rat.
rem habit. l. 3. §. vlt. Ergo post tractatum de veris pro-
curatoribus, agitur de falsis procuratoribus. ¶ Nego-
tiorum itaque gestor dicitur is, qui sponte sua, non 2
domini mandato (vt procurator,) nec ratione sibi
incumbentis officij (vt tutor & curator) aliena nego-
tia administrat. ¶ Huius tituli capita tria sunt. ¶ Capi-
te I. de actione negotiorum gestorum in vniuersum 3
duo quæruntur. ¶ Primò quæritur, qua ex causa detur? 4
Et passim dicitur dari ex negotio gesto, quod expressè 5
traditur in l. 3. §. hæc autem, D. hoc titulo. Intellige
gestum sine domini mandato: quoniam hæc actio est
ex quasi contractu, eò quòd absentis & ignorantis ne-
gotia gesta sunt, D. de oblig. & act. l. 5. in princ. & In-
stitut. de oblig. quæ quasi ex contract. §. 1. qui verò
præsens patitur negotia sua geri, tacitè mandare
videtur, adeò vt non negotiorum gestorum, sed
mandati actio nascatur, D. manda. l. 6. §. si passus. No-
tandum est, hanc actionem competere, siue qui sponte
sua, siue necessitate vrgente, aut necessitatis suspicione
gesserit, D. h. t. l. 3. §. pen. Sed cùm sponte gessit, est actio
directa ex verbis edicti: cùm necessitate coactus, (vt
curator) vel necessitatis suspicione, (veluti si quis falsò
putans se esse curatorem, aut obtemperans mandato
eius cui bona fide seruiebat, negotia gesserit,) vtilis
actio est, l. curatoris. 17. & D. eod. l. atquin. 19. §. si libe-
ro. l. si liber. 36. & inf. arbitr. tut. l. 7. Ob tutoris autem
administrationem numquam legitur agi negotiorum
gestorum: & mihi videtur Accursius rectè hanc actio-
nem denegare, quia sufficit actio tutelæ. ¶ Secundò 6
quæritur qualis sit hæc actio? Respondetur, esse in per-
sonam, non in rem, l. pen. ¶ Capite II. de actione dire- 7
cta, quæ contrariæ opponitur, quatuor quæstiones
dissoluuntur. ¶ Prima quæstio est, cui hæc actio detur? 8
Certum est, eam dari domino negotii gesti, Instit. de
oblig. quæ quasi ex contract. §. 1. Sed quæritur, an
detur ei, qui negotium gestum ratum habuit? Respon-
detur, dari, l. pecuniam, 7. l. ab vno. 19. Atqui ratihabi-
tio

tio retrò trahitur,& comparatur mandato, infr. de se-
natusconſ. Macedon. l. vlt. in princ. & de donat. inter
vir. & vxor. l. donationes quas. 25. Ergo hoc casu
actio negotiorum gestorum concurrit cum actione
mandati,D.de diuerſ.reg.iur. l. ſemper qui non prohi-
9 bet.60.vide Centur.2.quæſt.53. ¶ Secunda quæſtio eſt,
contra quem hæc actio detur? Generaliter ſciendum
eſt,hanc actionem dari I. Contra negotiorum geſto-
rem,l.aduerſus.8.Inſtit.de oblig.quæ quaſ.ex contract.
§.1. II. Contra eius heredem, pro qua parte heres eſt:
adeo vt ſi is, cuius negotia geſta ſunt, ex parte geſtori
ſucceſſerit, pro aliis partibus contra coheredes agere
poſſit: quia eius obligatio non confunditur, niſi pro
qua parte heres eſt,l.7.& infr.de hered. actio. l.pen. &
10 de bon.auctor.iud. poſſid. l. 7. ¶ Specialiter ſciendum
eſt, hac actione teneri I. Curatorem, vt ſupr. notaui,
etiamſi inutiliter datus ſit, dummodò hoc caſu admi-
niſtrationi ſe immiſcuerit,l.6. II. Curatoris, vel quaſi
curatoris heredem,d.l.6.& l.curatoris.17.III.Eum,qui
tutoris mandato negotia pupilli geſſit: nam tutori qui-
dem tenetur actione mandati,D.h.t.l.ſi quis mandatu.
28. pupillo autem actione negotiorum geſtorum, l. 4.
IV. Eum,qui ſolius mariti mandato,tam vxoris, quàm
mariti negotia geſſit:nam hic quoque marito mandati,
mulieri negotiorum geſtorum actione obſtringitur,l.ſi
mandatum.14. V. Eum,qui non omnia, ſed aliqua ab-
ſentis negotia geſſit:hic enim tenetur eorum,quæ geſ-
ſit,rationem reddere,licèt nõ teneatur ob ea, quæ omi-
ſit,l.tutori.20. niſi aut hæc,quæ omiſit,ipſe inchoauit;
(quia inchoata debet perficere,D.h.t.l.nam & Seruius.
21.§.ſi viuo.& commoda. l.in commodato.17.§.ſicut.)
aut alius erat diligenter omnia geſturus, qui eius con-
templatione ad gerendum non acceſſit,D.h.t.l.6.§. vi-
deamus. aut ab initio acceſſit tamquàm omnia geſtu-
rus, gloſ. & Bart. in d. l.tutori.quia vnum intelligitur
negotium,D.eod.l.Pomponius libro.15.& l.ſeq.ac for-
taſſe alius ſe negotiis immiſcuiſſet,niſi hunc ad omnia
gerenda paratum animaduertiſſet. Quid ſi non exegit
à debitoribus? Hoc ei non poteſt imputari:quia conue-
nire eos non potuit, cùm actio ſibi mandata non eſſet,
d.l.tutori.& d.l.6.§.vlt.Quid ſi ipſe erat debitor abſen-
tis,cuius negotia geſſit? Hoc nomine tenebitur, ſi ge-
neraliter acceſſit ad negotia gerenda: quia potuit à ſe-
metipſo exigere, D. eod.d.l.6.§. vlt.l.diuortio. 35. in
princ.l.qui ſine.38.Secus eſt, ſi acceſſit ad vnum nego-
tium gerendum: tunc enim non tenetur ob id, quòd à
ſe non exegit, niſi ex cauſa adminiſtrationis deberet,
ſecundum gloſ.in d.l.tutori.in ver.*potuerit.* & ibi Bart.
& Bal.num.5. VI. Eum,qui in ſeruitute & poſt manu-
miſſionem negotia geſſit.Nota, hunc nòn teneri ob ea
quæ geſſit in ſeruitute, niſi connexa ſint cum his quæ
poſt libertatem geſſit,l.ſi cognati.21. túncque geſta in
ſeruitute veniunt in hoc iudicium;non vt manumiſſus
damnetur ob dolum, vel culpam in ſeruitute commiſ-
ſam;ſed vt appareat, quid reliquum fuerat in negotio,
cùm manumitteretur, D. eod. l. eum actum. 17. cum
11 ll.ſeqq. ¶ Tertia quæſtio eſt, quid in hanc actionem
veniat? Regulariter venit dolus,& culpa lata,& leuis,d.
l.tutori,& D.eod. l. ſi negotia. 11. non caſus fortuitus,
l.negotium.22.& D.eod.l.ſed an vltrò. 10.§. 1.Sed in-
terdum negotiorum geſtor præſtat tantùm dolum, &
latã culpam, veluti ſi negotia ab omnibus aliis deſerta
erant,creditores autem vrgebant, & abſentis bona di-
ſtrahere volebant,D.eod.l.3.§.interdum. Idem regula-
riter obtinet in herede tutoris vel curatoris, ſi ex ſuo
facto conueniatur, l. curatoris. 17. & infr. de in li.iur.
l.pen.& de hered.tut.l.1.Quãdoque præſtat etiam cul-
pam leuiſſimam, nempe ex pacto, cuius vi poteſt
etiam ſubire periculum caſus fortuiti, vt mox no-
tabo: aut ſi alius diligentior negotia geſturus erat,
qui huius gerentis contemplatione non geſſit, Inſtit.
de oblig. quæ quaſ. ex contra. §. 1. Nonnumquàm
præſtat etiam caſus fortuitos, nimirum ex pacto, d. l.
negotium. aut ſi eius culpâ caſus contigerit, D. eod.
l.debitor.13.l.ſiue.22. quod & tunc accidere intelligi-
tur,cùm nouum negotium geſſit, quod dominus face-
re non ſolebat,D. eod.l.ſi negotia. 11. ¶ Quarta quæ- 12
ſtio eſt, quanto tempore huic actioni præſcribatur?
Reſpondetur,non præſcribi longo tempore,id eſt, de-
cem aut viginti annis,l.aduerſus 8. eſt enim actio per-
ſonalis,quæ 30.annis durat, infr. de conſtit.pecun. l.2.
verſ. neque ſit.tantùm huic actioni obſtat longiſſimi
temporis præſcriptio.Hæc dicta ſunt de actione directa.
¶ Capite III. de actione contraria diſſoluuntur tres 13
quæſtiones. ¶ Prima quæſtio eſt, cui hæc actio detur? 14
Generaliter conſtat,ei dari,qui abſentis negotia geſſit,
D.h.t.l.1.& de oblig.& act.l.5.in princ.& Inſtit.de ob-
lig.quæ quaſ. ex cõtract.§.1.Sed diſtinctiùs notandum,
plura requiri, vt hæc actio alicui competat. I. Requi-
ritur, vt ſine mandato geſſerit: nam qui mandato do-
mini geſſit,mandati agit & conuenitur,l. ſi negotium.
16.Et qui mandato vnius geſſit negotia alterius, con-
tra eum,à quo mandatum accepit, mandati agit: con-
tra dominum negotiorum,qui non mandauit, agit ne-
gotiorum geſtorum,l.ſi mandatum.14.& D. de minor.
l. 3. §. vltim. Qui verò neceſſitate aliqua compulſus
geſſit, vt curator, vtilem actionem habet, l. ob nego-
tium. 18. Lege notata ſupr. num. 5. II. Vt geſſe-
rit vtiliter; vtilitas autem ab initio ſpectatur:nam po-
ſteà conſequens euentus regulariter non curatur, ver-
bi gratiâ, qui alienum ſeruum domino inutilem
ægrotantem curauit, rectè negotiorum agit, l. ſi ſer-
uum 10. licèt ſeruus poſteà mortuus ſit, D de minor.
l. ſed an vltrò. 10. §. 1. Excipitur negotium minoris:
quia (vt poſterius notabo) minor hac actione non
condemnatur, niſi litis conteſtatæ tempore locuple-
tior factus deprehendatur. III. Vt non donandi cau-
sâ fecerit,l.ſi filius.12. in princ. proinde hæc actio non
datur ei, qui pietatis cauſa aliquid impendit, quia do-
nare cenſetur, veluti ſi quis pro affectione domeſtica
ſumptus fecit,l.1.ſi mater filios aluit,l.alimenta. 11. in
princ. ſi vitricus paterno affectu priuignas aluit, vel
pro eis mercedes magiſtris præſtitit,l. ſi paterno. 15. ſi
maritus in curationem vxoris ægrotæ impendit,l.quod
in vxorem. 13. in pr. ſi mater tutores filiorum ſuorum
ſuſpectos arguit,& alios in eorum locum dari petiit, d.
l.1.ſi libertus negotia filiorum patroni pupillorum geſ-
ſit,l.5.Nota,ſi quis impenſas fecerit, ad quas faciendas
iure non tenebatur, licèt eiuſmodi caſus proponatur,
quo in dubio præſumatur pietatis cauſa factum,tamen
admitti proteſtationem, & probationem contrariam,
D.h.t.l.Neſennius. 34. ¶ Secunda quæſtio eſt, contra 15
quem hæc actio detur? Generaliter conſtat dari contra
eum,cuius negotia geſta ſunt,D.h.t.l.2.& Inſtit.de ob-
lig.quæ quaſ. ex contr. §.1. Specialiter autem notatur,
I. Hanc actionem dari contra pupillum, in quantum
locupletior factus eſt, niſi alius ſuis ſumptibus idem
facere paratus erat,l.2.& D.eod.l.6 in princ.aut is, qui
geſſit,amicitia paterna ductus geſſit, D. eod. l.is, qui.
44. vide centur. 2. q. 52. An verò locupletior factus
ſit, litis conteſtatæ tempore ſpectatur, D. eod. l.litis.
37.II. Non dari contra eum,qui geri prohibuit, l. vlt.
¶ Communiter de prima & ſecunda quæſtione nota, 16
hanc actionem dari I. Matri contra filium, cui noluit
donare, l.alimenta. 11. §. 1. II. Filio contra patrem,
(niſi in eius poteſtate ſit, vel ei donare voluerit) &
contra patris heredes,l. ſi filius. 12. III. Fratri contra
fratrem,l.3. vel ſororem,l.ſi negotium. 16. IV. Gene-
ro contra ſocerum,l.quod in vxorem.13.§.1.V.Vitrico
contra priuignas, quibus donatum noluit, l.ſi pater.

VI. Heredi contra coheredem,pro quo soluit:& si qui-
dem pignoris liberandi causa soluit,dicendum est,eum
agere posse vel negotiorum gestorum,quia solutio di-
uidua est,id est,pro sua tantùm parte soluere potuit;vel
familiæ erciscundæ, quia pignoris causa est indiuidua;
nec potest pignus pro parte liberari,l.4.vide Centur.2.
17 quæst.63. ¶ Tertia quæstio est,quid actor hoc iudicio
consequatur?Respondetur, cum non solùm consequi
quod in absentis negotia impendit, sed etiam vsuras,
quas bona fides præstari suadet,l.ob negotium. 18. ni-
mitum quia negotiorum gestorum iudicium est bonæ
fidei; idcirco vsuræ ex mora debentur officio iudicis,
eádemque ratione vsuræ præstantur in iudicio directo,
D.h.t.l.6.§.vlt.& l.seq.

Tit. XIX. De his quæ vi, metúsve causa gesta sunt.

I. 12.	*VII.* 5.
II. 8. 16.	*VIII.* 5. 8.
III. 8. 11.	*IX.* 6. j.
IV. 5 8. 16. 17. 18.	*X.* 5.
V. 7. 8.	*XI.* 6. 8. 17.
VI. 6. 2.	*XII.* 8.

1 POstulatione vtriusque partis audita, præ-
tor aut iudicem dabat, aut ipse cognosce-
bat,vt de restitutionibus in integrum:nam
iudex pedaneus non restituebat.An autem
ex Iustiniani constitutione hodie restituere possit,
quoniam hac de re contrariæ sunt doctissimorum vi-
rorum sententiæ, exponam commodiùs ad tit. infr.
vbi & apud quem cognit.in integr.restitur.agitan. sit.
2 ¶ Restitutionum causæ ex prætorio edicto plures
sunt, deinceps explicandæ. Primo autem loco prætor
proposuit ea, quæ per vim & metum gesta sunt. Nihil
refert, vtrùm dicas vim & metum, vt olim erat in edi-
cto; an tantùm metum, vt posteà edictum conce-
ptum fuit; quia vis non est sine metu eius qui vim
patitur, D.hoc tit.l.1. vbi edictum ita cóceptum legi-
tur, *Quod metus causa gestum erit, ratum non habebo.*
3 ¶ Pro huius edicti interpretatione tria sunt enarranda:
metus:gestum:& quod ait prætor, se ratum non habi-
turum: atque ad hæc tria capita referuntur omnes le-
4 ges huius tituli. ¶ De vi & metu dissoluuntur tres
5 quæstiones. ¶ Primò quæritur,cuius rei & qualem me-
tum esse oporteat,vt restitutionem mereatur? Respon-
detur,debere esse maioris alicuius mali, D. h. t.l. 5. vt
metum mortis,aut cruciatum corporis, aut minas ca-
pitales,l.4 & 7.& supr.de transact.l.interpositas. 13. in
princ. Secus est, si quis metuat se non recepturum in-
strumentum, vel nominatum iri ad ciuilia munera, l.
6 cùm te.8.vel accusatum iri, l.accusationis.10. ¶ Secú-
dò quæritur,quomodò illatum esse, & quomodò pro-
bari oporteat? Hîc dantur tres regulæ. I. Non iactatio-
nibus, vel contestationibus,sed atrocitate facti metus
probatur,l.metum.9.Iactationes refero ad eú, qui me-
tum intulisse dicitur,vt quia erat miles gloriosus.Con-
testationes refero ad eum,qui dicit se esse metum pas-
sum,& coram testibus ante vel post negotium gestum
protestatus est se non sponte, sed per metum esse con-
tracturum, vel contraxisse: eiusmodi namque prote-
statio non prodest, quemadmodum nec protestatio de
dolo;supr.de transact. l. si maior. 22. II. Senatoria ad-
uersarij dignitas,ad metus illationem probandam non
sufficit,l.6. III. Metus satis ex eo probatur, quòd quis
in officio constitutus, per se, vel per coniugem, aut
amicum rem emit, l.pen. Nam qui in aliqua potestate
est,durante officio prohibetur per se,vel per alium rem
emere,aut ex donationis causa accipere, ne detur con-
cussionis occasio, vt sup. exposui ad tit.de contractib.
iud. ¶ Tertiù quæritur,an habeatur ratio personæ me- 7
tum inferentis, id est,an intersit vtrùm is, qui contra-
xit,an alius metum intulerit? Respondetur,nihil inter-
esse,vtrùm is,qui contraxit, an alius eo sciente metum
fecerit,l.5.quoniam actio,quod metus causa,est in rem
scripta,& omnino datur, non solùm contra eum, qui
metum intulit; sed etiam contra alium, ad quem res
peruenit,D.h.t.l.metum autem. 9.§.vlt.& l.item si cum
exceptione.14.§.in hac actione. Hæc dicta sint de me-
tu. ¶ Iam dicendum de negotio gesto.Prætor generali 8
verbo vsus est, & quoduis negotium gestum per me-
tum infirmat,vt donationem,transactionem, l. 7. & l.
vlt.venditionem,l.3.l.5.l.cùm te.8.l.pen. & l.vlt.stipu-
lationem,l.2.& 7.& quemuis alium contractum, d.l.7.
siue perfecta res sit,siue imperfecta,D.eod.l.metum. 9.
§.sed quod prætor. id est, siue solutio non sit secuta,
siue solutum sit, dummodò etiam solutio per metum
facta sit;ne,si sponte sit solutum, videatur contractus
ratus haberi, d.l.2.& d. l. 4. ¶ Superest, vt explicem, 9
quomodò ratum non habeatur,quod metu gestum est,
l.7.& l.8.Duæ actiones ex edicto competunt. ¶ Prima 10
est actio vtilis in rem,vel in personam, quasi nihil ge-
stum fuerit,D.h.t.l.metum autem. 5.§.volenti. ¶ Nota 11
primò, si Titius fundum suum vendere coactus sit, &
emptor eundem alij vendiderit; Titium posse fundum
vindicare etiam à secundo emptore,nisi is præscriptio-
ne longi temporis tutus sit,l.3. ¶ Nota secundò, eum, 12
qui metum fecit,non liberari rei interitu,l.1. ¶ Secun- 13
da est actio quod metus causa,de qua dissoluuntur tres
quæstiones. ¶ Primò quæritur, qua ex causa compe- 14
tat:Respondetur, ex eo competere, quod per vim seu
iustum metum gestum fuit,nisi consensus posteà adhi-
bitus, metum purgauerit, l.2.& 4. ¶ Secundò quæri- 15
tur, intra quod tempus detur? Respondetur, intra an-
num dari simpliciter,post annum causâ cognitâ, d.l.4.
& D.eod.tit.l.item si cum exceptione.14.§.1.causæ au-
tem cognitione hoc continetur, vt, si alia actio com-
petat, hæc non detur,d.l.item si cum exceptione, §. in
causæ. ¶ Tertiò quæritur,quid in eam veniat?Respon- 16
detur,intra annum dari in quadruplum,post annum in
simplum,d.l. 4.d.l.item si cum exceptione,§.1. ¶ Nota 17
primò, in quadruplo rem inesse, & pœnam esse tripli;
quia hæc actio mixta est, d. l item si cum exceptione,
§. sed & si quis per vim.& §. seq. Quare siue venditor
rem recipiat,siue quadruplum exigat,pretium restitue-
re debet,d.l. 4.nisi ab eo vim seu metum passus sit, qui
in publico officio constitutus erat,vel ab eius domesti-
co,vel coniuncta persona; tunc enim pretium retinet,
l. pen. quam puto pertinere ad actionem,quod metus
causa,non(vt Accurs.opinatur)ad condictionem ex le-
ge. ¶ Nota secundò,pœnam huius actionis vitari pos- 18
se, si reus ante sententiam definitiuam rem restituat:
quoniam hæc actio est arbitraria, adeo vt reus interlo-
cutioni iudicis obtemperans, & rem restituens,absol-
uatur; non restituens, in quadtuplum damnetur, d. l.
item si cum exceptione.§.hæc autem actio.Et Instit. de
action.§. item actio. ¶ Præter dictas actiones, datur 19
etiam metus exceptio, D.h. t. l. metum autem 9. §. sed
quod prætor.& Instit.de except.§.1.quæ ad hunc titu-
lum non pertinet:sed de ea agitur sub titulo D, de doli
mali & metus exceptione.

Tit. XX. De dolo malo.

I. 9.	*V.* 10.
II. 5.	*VI.* 12.
III. 11.	*VII.* 7.
IV. 8.	*VIII.* 11.

1 SEcunda restitutionis causa est dolus malus.
2 ¶ Doli mali appellatione significatur omnis
calliditas, fallacia, machinatio ad circumue-
niendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita,
3 D.h.t.l.1.§.dolum. ¶ Quod autem malus dicitur, non
est *ἐπίθετον*, sed *διαφορὰν* distinguens dolum malum à
dolo bono, id est, à solertia, d. l. 1.§.non fuit. quia ver-
bum *dolus, τῶν μέσων ἐςὶ*, quod in bonam, & in malam
4 partem accipi potest. ¶ In hoc titulo quatuor quæstio-
5 nes dissoluuntur. ¶ Primò quæritur, qua ex causa de-
tur actio de dolo? Sciendum est, non quotiescumq; do-
lus interuenit, hanc actionem competere, sed ita de-
mum, si alia actio non sit, l. 2. hoc enim ipso prætoris
edicto est expressum, d.l.1.§.1. In quo verbum actionis
latè accipitur: quia si quouis alio remedio res salua esse
possit, hæc actio cessat, D.eod. l. 7. Quod adeo verum
est, vt si quis doli exceptione se tueri possit, de dolo.
6 agere non possit, D.eod. l. vlt. ¶ Hinc deciduntur in
7 hoc titulo tres species. ¶ In prima specie frater tuus,
te herede instituto, & vxore sua tibi substituta, decessit:
ab ea muliere deceptus repudiasti hereditatem. Quæ-
ritur, an possis contra eam de dolo agere? Distinguitur:
aut enim es minor, aut maior 25. annis. Priori casu po-
tes in integrum restitui, vt hereditatem repudiatam
adeas, insr. si vt omiss. heredit. vel bonor. possess. acquir.
l. 1. & D. de minor. l. 7.§. restitutus. ergo non potes de
dolo agere, D.eod.l.1.§.idem Pomponius refert. Poste-
riori casu de dolo actione mulierem potes conuenire,
l. penult. in qua ex manuscriptis legendum, *contra eam*
8 *exercere*. ¶ In secunda specie ancillam manumisisti, vel
Titio manumittendam tradidisti, vt Stichum tibi da-
ret. Posteà Titius Stichum non dedit. Quæritur, quæ
actio tibi contra eum competat? Respondetur per di-
stinctionem: quia si ancillam sibi traditam Titius non-
dum manumisit, eam potes vindicare, quandoquidem
in tuo dominio mansit, cùm eam non dederis, sed tan-
tùm tradideris manumittendam. Excipitur, nisi status
quæstio moueatur, id est, nisi dicatur esse libera: nam si
libera probetur, sine dubio vindicari nō potest. Quòd
si vel mulierem manumisisti, vel Titius a te acceptam
manumisit; certè nec eam potes vindicare, quæ iam li-
bera est; nec libertatem potes reuocare, quia non da-
tur restitutio contra libertatem, quæ semel compe-
tit, inst. si aduers. libert. to. tit. & D. de minor. l. si. ex
causa. 9. §. vltim. nec vllam ciuilem actionem contra
Titium habes, sed tantùm actionem subsidiariam de
dolo, l.4. Nam propositus contractus non est *do vt des*,
ex quo ageretur præscriptis verbis, D. de præscript.
verb. l. 5. §. 1. sed *facio vt des*, ex quo nulla ciuilis
actio competit, sed tantùm datur actio prætoria de
dolo, d. l. 5. §. quòd si faciam. Ponebam enim te an-
cillam manumisisse, vel Titio manumittendam tradi-
disse: dubitari autem non potest, quin manumittere
sit facere: idem autem de traditione dicendum con-
stat ex l. vbi. 75. §. qui id quod. D. de verb. obligat.
9 ¶ In tertia specie mutuam pecuniam sumpsisti à Mæ-
uio, eique pignora & fideiussorem Titium dedisti. Mæ-
uius, cùm ei debitam pecuniam non solueres, pignora
distraxit, eáque Titius emit, ex causa emptionis acce-
pit, ac fructus percepit: certi iuris est, te posse Titio
debitam pecuniam cum vsuris offerre, & res cum fru-
ctib. recipere: quo nomine Titius tibi tenetur actio-
ne mandati, D. manda. l. si mandatu Titij. 59. §. 1. &
de pignor. l. 2. proinde cessat actio de dolo. Quid er-
go est, quod in l. 1. dicitur, de dolo actionem exer-
ceri posse? Eo verbo *de dolo*, non significatur nomen
actionis, sed causa agendi: nam mandati agitur de do-
lo, id est, propter dolum & fidem ruptam. Vide Cen-
10 tur. 2. quæst. 74. ¶ Secundò quæritur, contra quos
hæc actio detur, vel non detur? Sciendum est non dari
contra eos, quibus reuerentia debetur: quoniam est
actio famosa: ideo contra eiusmodi personas mitiùs
agitur, nempe in factum: vt filio contra patrem, li-
berto contra patronum, humili personæ contra eum
qui dignitate excellit, D. h. tit. l. non debet. 11. Hac
ratione si pater filiæ emancipatæ tutelam gesserit, ac
tutelâ finitâ cum ea transegerit, ita vt filia per noua-
tionem & Aquilianam stipulationem actionem tutelæ
peremerit, & immodicè per hanc transactionem læsa
sit, non de dolo, sed in factum aduersus patrem aget,
l.5. Dixi *immodicè*: quia ob modicam summam, id est,
vsque ad duos aureos, nequidem contra extraneum
daretur de dolo actio, D. eod. l. si quis affirmauit. 9.
§. vltim. & l. seq. ¶ Tertiò quæritur, intra quod tem- 11
pus hæc actio competat? Olim finiebatur anno vtili,
idcirco hoc tempus non currebat contra absentem
reipub. causâ, l. 3. hodie finitur biennio continuo,
quod etiam contra absentes currit, l. vlt. ¶ Quartò 12
quæritur, quomodò dolus probetur? Respondetur
probari ex insidiis perspicuis, non obscuris; quia in du-
bio dolus non præsumitur, l. 6. vbi non legendum *ex
indiciis*, sed, *ex insidiis*: probatur anctoritate Codicum
manuscriptorum, & Græcorum, & l. 8. infr. de rescind.
vendit. cuius pars est hæc l. 6.

Tit. XXI. De in integrum restitutione minorum.

I. 4. 7. j.	*§. j. 4.*
II. 7. j.	*VI. 4. 5. 8. j. ij. iij.*
III. 4. 7. j. ij.	*VII. 4. 5. 6. j. 7. j. 8. j. iij.*
IV. 4. 8. iij.	*VIII. 6.*
V. in princ. 6.	*IX. 6.*

EXpositæ sunt duæ restitutionum causæ: 1
metus, & dolus: sequitur tertia, quam Do-
ctores minorennitatem appellant, cùm sci-
licèt minor 25. annis læsus est. ¶ Nota, non 2
dari ex hoc edicto certam actionem, vt ex edicto de
dolo, & quod metus causa: neque cautionem, vt ex
titulis de damno infecto, ratam rem haberi, & simili-
bus: sed ipsum prætorem extra ordinem cognoscere,
D. de minor. l. quòd si minor. 24. §. vlt. ¶ In hoc ti- 3
tulo dissoluuntur quinque quæstiones. ¶ Primò quæ- 4
ritur, quinam restituantur? Restituuntur læsi in minori
ætate; siue adhuc minores sint; siue maiores facti,
nondum ad trigesimum annum peruenerint, l. 3. 4. 5. 6.
7. & infr. de tempor. in integr. restit. l. vltim. Nec officit
numerus quinque liberorum, l. 2. & infr. qui & aduers.
quos restit. nō poss. l. 1. in fi. quod enim legibus cauetur,
vt singuli anni per singulos liberos remittãtur, ad hoc
pertinet, vt minor eò citiùs honores consequi possit,
non vt eo citiùs rerum suarum administrationem reci-
piat, aut beneficium in integrum restitutionis amittat,
D. hoc tit. l. 2. ¶ Secundò quæritur, contra quos resti- 5
tutio concedatur? Non solùm conceditur contra eum,
à quo minor læsus est, sed etiam contra heredem eius,
l. 6. & 7. Interdum datur etiam contra eum, ad quem
res peruenit, licèt minor cum eo non contraxerit, D.
eod. l. in causæ. 13. §. vlt. cum ll. seqq. ¶ Tertiò quæri- 6
tur, quibus ex causis minor restituatur? nam minor
non semper restituitur, sed ita demum, si iusta cau-
sa subsit, l. verum. 11. §. sciendum. Duæ sunt causæ,
quæ restitutionem minori tribuunt. I. Si dolo ad-
uersarij deceptus sit, l. 7. II. Si ætatis lubrico & sua
facilitate sit lapsus, etiamsi aduersarius dolo careat, l. 5.
in princ. veluti si quid minor ignorauerit, l. pen. Vtraq;
causa proponitur D. eod. l. quòd si minor. 24. §. 1.
& l. non omnia. 44. At si iure communi vsus sit, l. vlt.

vel si fatale damnum senserit, quod etiam diligenti pa-
trifamiliâs contingere potuisset; veluti si seruum ne-
cessarium emerit, & is mortuus sit; non restituitur, D.
eod. l. verùm. 11. §. item non restituetur. Nihil autem re-
fert, vtrum, quod habebat, amiserit, lucrúmve quod fa-
cere poterat, prætermiserit; an litibus & molestiis one-
ribúsque se implicarit: quoniam ob has omnes causas
restitutionem meretur, D. eod. l. 6. l. 7. §. hodie. & d. l.
7 non omnia. ¶ Quartò quæritur, aduersus quid minor
restituatur, seu quid per hanc restitutionem rescinda-
tur? Hic duæ distinctiones notandæ sunt. I. Minor re-
stituitur; siue aliquid omiserit, putà si intra statutum
tempus de inofficioso testamento agere, l. 1. vel bono-
rum possessionem petere neglexerit, l. 2. siue aliquid fe-
cerit, ex quo damnum sentiat, veluti si inofficiosi que-
relam repudiauerit, d. l. 1. si debitorem liberauerit, l. 7.
si rem suam vendiderit, l. 3. & infr. si aduers. vendit. l. 2.
& D. eod. l. 7. §. 1. II. Aut minor ipso iure est tutus
(siue quia actus ipso iure non valet, veluti quia dolus
dedit causam contractui bonæ fidei: siue quia actus
ipso quidem iure valet, actio tamen ex eo denegatur,
vt cùm filiusfamiliâs mutuam pecuniam accepit
contra senatusconsultum Macedonianum) aut habet
aliquam actionem ad consequendam indemnitatem.
Priori casu non est locus restitutioni: posteriori casu
restitutio non denegatur, D. eod. l. in causæ. 16. &
infr. tit. proxim. l. 2. Secundum hanc distinctionem de-
ciditur quæstio de venditione facta à minore sine cu-
ratoris auctoritate: nam si curatorem habeat, ipso iure
ei succurritur, & contractus non seruatur: si verò ca-
reat curatore, venditio ipso iure valet, sed per restitu-
tionem in integrum rescinditur, d. l. 3. Quam legem
Doctores malè accipiunt de omnibus contractibus,
cùm specialiter loquatur de venditione, & dicat *hunc
contractum non seruari*, vtens pronomine demonstrati-
uo *hunc*, quod est nota rei particularis. Sciendum igi-
tur est, puberem, quamuis curatorem habeat, tamen
sine curatore obligari posse, D. de verb. oblig. l. pube-
res. 101. Quæ lex cùm dicat puberes sine curatoribus
suis obligari, mihi non videtur posse accipi de pube-
ribus curatore carentib. Est igitur differentia inter
pupillum, & puberem: quia pupillus sine tutore non
obligatur, D. de condict. indeb. l. quod pupillus. 41. &
Instit. de auctor. tutor. in princ. pubes autem sine cu-
ratore (vt iam dixi) obligatur, sed restitui potest: Diffe-
rentiæ ratio est: quia tutor datur personæ, non rebus,
Instit. qui testam. tutor. dati poss. §. certæ. curator au-
tem rebus, non personæ datur, infr. de nupt. l. in copu-
landis. 8. & D. eod. l. sciendum. 20. Speciale tamen est
in venditione, vt sine curatore à minore facta non va-
leat: quia si valeret, minor cogeretur rem venditam
emptori tradere: hæc enim est vis venditionis, Instit. de
donat. §. aliæ. vers. & ad exemplum. Paul. lib. 1. sentent.
tit. 13. §. si id quod. Quoniam igitur minor res suas,
quarum administratio curatori commissa est, alienare
nequit, idcirco venditio hoc casu non tenet: cùm au-
tem alia ratio sit aliorum contractuum, putà stipulatio-
nis, ex qua promissor non cogitur præcisè rem tradere,
sed, nisi tradat, condemnatur in id quod interest stipu-
lantis, D. eod. l. stipulationes nõ diuiduntur. 72. in princ.
& de re iudic. l. si quis ab alio. 13. in fi. malè dicta l. 3.
quæ de sola venditione loquitur, à Doctoribus ad om-
8 nes alios contractus producitur. ¶ Quintò quæritur,
quibus ex causis hæc restitutio tollatur, vel non? Tres
regulæ hic dantur. I. Restitutio non tollitur morte ad-
uersarij, sed contra heredẽ eius peti potest, l. 6. & 7. Ad-
de similiter non tolli morte minoris: quia datur eius
heredi, D. eod. l. minor. 18. §. vlt. & infr. de tempor. in in-
tegr. restit. l. 5. §. 1. & seqq. II. Restitutio tollitur per
renunciationem, si quis post perfectam ætatem, intra
tempus, intra quod restitutionẽ petere potest, iuri suo
expresse, vel per litis desertionem tacite renunciauerit,
l. 6. & D. eod. l. Papinianus. 20. §. vlt. & l. seq. III. Resti-
tutionis petitioni præscribitur certo tempore, l. 4. 6. &
7. id est, olim anno vtili, hodie quadriennio continuo,
quod post legitimam ætatem currit, infr. de tempor. in
integr. restitut. l. vlt.

Tit. XXII. De filiosfam. minore.

I. 4. | *II. 9.*

QVia tractatus de restitutione minorum latè pa- 1
tet, idcirco generali titulo subiiciūtur multi spe-
ciales: ex quib. hic vigesimus secundus, & tres qui pro-
ximè sequuntur, ad personas respiciunt, id est, ad mino-
rem, ad eius fideiussores, vel tutores siue curatores, vel
socios & consortes: vigesimus sextus, & sequentes vsq;
ad quadragesimũ, versãtur in negotiis & factis, aduer-
sus quæ minor restituitur: quadragesimus est de causis,
in quibus non est opus restitutione in integrum; quia
minor ipso iure tutus est: quadragesimus primus, & se-
quentes vsque ad quadragesimũ sextum, eos casus pro-
ponunt, in quib. minori restitutio denegatur; quoniam
actus non debent rescindi, sed valere: in quadragesimo
sexto, septimo, & octauo tractatur de iudicio restitutio-
nis in integrum. ¶ Hoc igitur titulo agitur de filiofa- 2
miliâs minore; quia dubitatum fuit, an ei succurrendũ
esset, ne per eum prospiciatur patri perfectæ ætatis, cõ-
tra scopũ edicti prætorij. Et responsum est, ipsum filiũ-
familiâs esse restituendum: eius autem patri, si de pecu-
lio conueniatur, restitutionem denegandam, inf. si mi.
se maior. dix. l. vlt. & D. de minor. l. 3. §. sed vtrùm. ¶ Sub 3
hoc titulo considerãtur duo contractus, aduersus quos
filiusfamiliâs restituitur. ¶ Primus contractus est fide- 4
iussio: nam minor, siue principaliter contraxerit, siue
pro alio intercesserit, puta fideiusserit, restitui debet, D.
eod. l. 7. §. non solùm. Quod obtinet, siue pro extraneo,
siue pro patre fideiusserit, l. 1. nam & pro patre fideiu-
bendo obligatur, D. qui satisda. cogan. l. 2. §. & filius. &
de fideiussor. l. si dubitet. 10. §. vlt. ¶ Nota primò, mino- 5
rẽ his casibus restitui; siue is, pro quo fideiussit, sit sol-
uendo, siue non: quia d. l. 1. generaliter loquitur, & mi-
noris interest potiùs non soluere, quam solutum repe-
tere ab eo, pro quo fideiussit, D. de compensar. l. 3. Non
obstat l. cùm mandatu. 23. D. de minor. per quam Pla-
centin. putauit minorem non restitui, si pro extraneo
locuplete fideiussit: quia loquitur in diuerso casu, cuius
alia ratio est. etenim ibi minor volebat repetere, quod
impendit: nec eius interest repetere potius ab eo, cuius
mandato negotia gessit, quàm ab eo, cuius negotia ges-
sit, si ille æquè sit soluendo: in casu autẽ nostro interest
minoris nõ soluere ei, apud quem fideiussit, vt iam ex-
posui. Vera est igitur Iohannis, Azonis, & Accursij sen-
tentia, communiter probata, minorem, qui fideiussit,
indistinctè restitui, siue reus principalis sit soluẽdo, siue
non. ¶ Nota secundò minorem non restitui, si succes- 6
sit patri, pro quo fideiussit, d. l. 1. idémq; contra Placen-
tinum dicendum, si fideiussit pro extraneo; quoniam
eadem est vtriusq; casus ratio: id est, quia per successio-
nem liberatur obligatione fideiussoria, & tenetur so-
lùm nomine hereditario, D. de fideiuss. l. 5. & de solut. l.
Stichũ. 95. §. quod vulgò. cõsequenter restitutio cessãt:
quia heres minor non restituitur aduersus contractum
maioris, cui successit, sed efficaciter tenetur, & exigi
potest, etiamsi pupillus sit, infr. de hered. act. l. 4. & mã-
da. l. si tibi. 8. & D. quib. ex caus. in possess. eatur, l. 3.
in princ. nisi hereditatem omittat, inf. si vt se ab hered.
abstine. l. 1. & 2. & D. de minor. l. 7. §. sed etsi hereditatẽ.
¶ Nota tertiò, restitutionem minoris reo principali nõ 7
prodesse, D. de minor. l. antepen. in princ. An autem
è contra

è contrario restitutio rei principalis intercessori prodesse debeat, néne, prætor causa cognita dispiciet,
8 D.de minorib.l.in causæ.13.in princ. ¶ Secundus contractus est mutuum. Filiusfamiliâs vel iussu patris, vel sine eius iussu mutuatur. Si iussu patris contraxit, non solùm cessat senatusconsultum Macedonianum, D. de S.C.Macedon.l.si tātùm.12. sed etiam denegatur restitutio in integrum, D.de minor. l.3. §. sed vtrùm. vers. excepta. quia creditor, qui pecuniam filiofamiliâs credit, sicut Macedoniano senatusconsulto oneratur, vt pecuniam perdat, cùm pater non iussit, ita è contrario releuatur, vt in integrum restitutionem non metuat, cùm pater mutuum sumi iussit. At cùm sine iussu patris filiusfamiliâs mutuatus est, si quidem contra senatusconsultum Macedonianum, restitutione non eget, quia per senatusconsultum actio in eum denegatur, D.de senatusconſ.Maced.l.1.& passim. Quòd si aduersus senatusconsultum non fecit, vt quia non pecuniam numeratam, sed frumentum aut vinum mutuatus est, D.eo.l.3. §. pen. necessaria est restitutio in integrum, sine qua non potest ei succurri, l.2.

Tit. XXIII. De fideiussoribus minorum.

I. j. iy.	*II. j. iy.*

1 CVm minor prædium sine auctoritate curatoris, & decreto iudicis vendit, ipso iure venditio non valet; proinde restitutio necessaria non est, infr.de præd.& al.reb.min. non alien.l.2.& de minorib.l. in causæ.16. Cùm autem venditio rectè facta est, adeo vt ipso iure valeat, ac fideiussor accessit, hic casus pertinet ad hunc titulum: in quo tria traduntur. I. Minor restituitur contra emptorem, siue ætatis lubrico lapsus, siue emptoris dolo deceptus sit, l.2. Intellige dolum incidisse in contractum, non dedisse causam contractui: alioquin contractus ipso iure non valeret, nec restitutione opus esset, D. de dolo.l.7.in princ. Cùm igitur minor est restitutus, sine dubio de euictione non tenetur, l.1.in princ. II. Fideiussor (intellige fideiussorem maiorem 25.annis) si dolus emptoris interuenerit, per restitutionem obligatione eximitur: sin minùs, efficaciter tenetur, d.l 2. III. Fideiussor si emptori soluit, aut condemnatus sit, actione mandati id repetere potest à minore, sed minor etiam contra fideiussorem restituetur, l.1. Hinc explica, quod dicitur in l.in causæ.13.D.de minor. denegari actionem fideiussori contra minorem: denegatur enim per restitutionem in integrum, d.l.1.

Tit. XXIV. Si Tutor vel curator interuenerit.

I. 2.	*IV. 4.*
II. 2.	*V. 3.*
III. 3.	

1 TVtor vel curator tribus modis interuenire
2 potest. ¶ Primus modus est, si minor tutore vel curatore auctore, vel in iudicio, vel extra iudicium aliquid gessit; tunc restitutionem intra statuta tempora petere potest: postcà, licet non possit restitui; tamen personali tutelæ actione tutorem, vel vtili negotiorum gestorum actione curatorem conuenire potest, quo auctore læsus est, l. 1. & 2. Obiter nota ex d.l. 1. restitutionem per procuratorem peti posse. Intellige procuratorem habentem speciale
3 mandatum, D.de minor.l.illud.25.§.1. ¶ Secundus modus est, cùm tutor tutorio, vel curator curatorio nomine aliquid gessit, tunc electio datur minori, vtrùm restitutionem petere, an contra tutorem seu curatorem personali actione experiri velit: nec electione sibi facit præiudicium, quominùs quod vna via non poterit consequi, altera persequatur, l.3.& l. vlt. ¶ Tertius modus 4
est, cùm tutor vel curator suo nomine contrahit: tuncque minor ipso iure non tenetur, l.pen.

Tit XXV. Si in communi, eadémque causa in integrum restitutio postuletur.

MVlier causam cum fratribus communem ha- 1
bens pro se & fratribus transegit. Quæritur, an transactionis exceptio fratribus opponi possit? Imperatores in l.vn. duos casus distinguunt. In primo casu fratres nec mandatunt sorori vt transigeret, nec transactionem ab ea factam ratam habuerunt: idcirco transactio, siue soror minor, siue maior 25.annis fuerit, nihil eis officit. In secundo casu fratres, cùm essent perfectæ ętatis, ratam habuerunt transactionem factam à sorore minore 25. annis: proinde transactionis exceptio potest eis opponi. Sed quæritur, si soror sit in integrum restituta, an hæc restitutio fratribus prosit? Respondent non prodesse: quia prætor solis minoribus, non etiam per eos maioribus succurrit, D.de minor.l.3. §.sed vtrùm. Similiter restitutio minori aduersus sententiam concessa, non prodest consortibus eiusdem litis, infr.si vnus ex plurib.appellauerit, l.2.

Tit. XXVI. Si aduersus rem iudicatam.

I 3. 7.	*IV. 4.*
II. 3.	*V. 4.*
III. 6.	

HActenus de personis: consequenter examine- 1
mus negotia & facta, aduersus quæ minor restitui petit. Hæc autē sunt quatuordecim: res iudicata, venditio, donatio, manumissio, trāsactio, diuisio, solutio, dotis constitutio, delictum, vsucapio, contractus fiscalis, mutuum, aditio hereditatis, vel immixtio in bonis hereditariis, repudiatio, vel abstentio, vel omissio hereditatis aut bonorum possessionis: de quibus omnibus ordine dicetur. In primis de re iudicata
duo in quæstionem veniunt. ¶ Prima quæstio est, an re- 2
stitutio sit concedenda? Pro solutione huius quæstionis
tria spectantur. ¶ Primò spectatur genus iudicij. Da- 3
tur enim restitutio minori, siue iudicio tutelæ sit minus consecutus, quàm sibi debebatur, l. 1. siue iudicatum fuerit emancipationem non rectè factam fuisse, l. 2. Opponitur, quòd filius non restituitur contra patrem, infr.qui & aduers.quos in integr. restitu. non poss. l. 2. Respondeo, filium contra patrem non restitui, si aduersus factum patris restitui velit: hoc enim est, quod dicitur in d.l.2.non posse parentes à liberis in quærimoniam deduci, quasi non ritè sint in eos versati: in casu autem proposito filius non petit restitutionem aduersus factum patris, hoc est, aduersus emancipationem à patre factam, sed aduersus sententiam iudicis de illa
emancipatione latam. ¶ Secundò spectatur persona, 4
contra quam iudicatum fuit. Datur autem restitutio, siue iudicatum sit contra minorem adsistente tutore vel curatore, siue contra procuratorem, l.pen. siue contra tutorem seu curatorem, l.vlt. Quòd si minor indefensus fuit, sententiam ipso iure non valet, d.l.penult.
¶ Tertiò spectatur petens restitutionem. Nam etiam 5
maior 25. annis restituitur, dummodò intra tempus statutum (id est, intra quadriennium continuum, infr. de tempor. in integr. restit.l. vlt.) restitutionem petat, & iudicij sententiæque tempore minor fuerit, l. 1. aut euidenti calliditate aduersarij effectum sit, vt eo maiore facto mox sententia ferretur, D.de minorib. l. 3. §.1.
¶ Secunda quæstio est, quis possit restituere? Scien- 6
dum est, tam præfectum vrbi, quàm alios magistratus

pro sua iurisdictione posse restituere tã contra aliorum, quàm contra suas sententias, D.de minor.l.in causæ.16. §. vlt. sed minorem magistratũ contra sententiam maioris non posse restituere, D.eod.l.minor autem. 18. in princ. Contra sententiam igitur principis solus princeps restituit, sed rarò & solùm ob nouas allegationes id facit, d.l.minor autem.in princ. Similiter solus princeps restituit aduersus sententiam a procuratore Cæsaris,infr.vbi & apud quem cognit.in integr.restitut.agit. sit.l.1.aut ab alio vice sacra dictam,l.3.& D. de minor. d.l. minor autem. §.idem. vel ab eo dictam,quem ipse princeps iudicem dedit,d.l.minor.§.sed etsi.

Tit. XXVII. Si aduersus venditionem.

I. 4. | *II. 2.*

1 REgulariter minor aduersus venditionem restituitur,supr.de fideiuss.min.l. 1.& 2. & D.de minor. l.7. §. 1. Huius regulæ in hoc titulo habemus duas productiones,& vnam
2 exceptionem. ¶ Vtraque productio est in l. 2. Prior productio est, vt detur minori restitutio, etiamsi fit
3 commentitia venditio,id est,ficta & simulata. ¶ Posterior productio est, etiamsi tutor vel curator interuenerit dolo malo, vt minorem fraudaret. Coniun. titulum 21.si tutor vel cur.interuen.&.l.3.supr.de in integ.
4 restit.minor.quam ibi num.4.& 7.exposui. ¶ Exceptio est,nisi minor iurauerit, se nullam controuersiam moturum:tunc enim restitutio fauore religionis denegatur,l.1.Vt autem hæc exceptio locum habeat,& ex hac causa restitutio denegetur, quinque requiruntur. I. Vt is,qui iurauit,sit pubes, auth.sacramenta.Doctores tamen idem statuunt in impubere pubertati proximo. II. Vt dolus & metus absit:alioquin ne quidem si maior iurauerit,iusiurandum ratum habetur,d.auth.sacramenta.Vbi dicitur nullius esse momẽti, quod per restitutionem infirmatur : nisi dicamus Fridericum introducere nouum ius, vt ex causa doli vel metus ipso iure contractus sit nullus:nam certum est, iure Iustinianico tum demum contractum esse ipso iure nullum, cùm dolus dat causam contractui bonæ fidei,D.de dolo. l.7. in princ.Fridericus autem generaliter de omnibus contractibus loquitur. III. Vt iuramentum sit corporaliter præstitum, id est,tactis sacris scripturis , non verbo tenus,d.l.1.& infr.si minor se maior.dixer. l. 3. IV. Vt iureiurando cauerit emptori,vt dicitur in d.l. 1. Secus est,si absente emptore iuret, quamuis coram testibus; quoniam ex hoc iureiurando ipsi emptori nihil iuris acquiri potest ; quia minor non emptori sed sibi iurauit,D.de iureiur.l.3.in princ. V. Vt contractus ipso iure valeat:nam iusiurandum non confirmat contractum nullum, sed restitutionem tollit,si contractus ipso iure valeat. Quare cùm d.l.1.loquatur de venditione prædij ad minorem pertinentis, supponit decretum interueniisse,sine quo venditio ipso iure non consisteret, quia facta esset contra leges, consequenter iureiurando firmari non posset, supr.de legib. l. 5. Hæc fuit sententia Bulgari,quæ mihi videtur verissima. Martinus contra, quia d.l.1.generaliter loquitur,nec vllam decreti mentionem facit, generaliter eam accipit , siue contractus sine iureiurando valeret ipso iure , siue non valeret. Bartolus putat sententiam Bulgari iure Codicis esse veram,sed corrigi per d.auth.sacramenta. quæ sententiam Martini confirmat. Mihi videtur d.auth. confirmare sententiam Bulgari , cùm dicat *super contractibus non retractandis*. contractus enim per restitutionem in integrum retractantur.

Tit. XXVIII. Si aduersus venditionem pignorum.

DVobus modis accidit,vt minoris creditor distrahat eius pignus , eò quòd sibi non satisfiat. Aut enim ipse minor contraxit:aut is,cui minor successit. Vtroque casu venditio valet etiam sine decreto, infr.de præd.minor. l. 1. sed primo casu minor restituitur , si magno detrimento afficiatur,l.1.secundo casu non restituitur,l. 2. quia vtitur iure eius,in cuius locum successit,D.de minor.l. Æmilius.38.vers.non me moueri.& ex quib. caus.in possess. eat. l. 3. vers. Marcellus. etiamsi creditor mala fide in venditione versatus sit : quo casu contra ipsum creditorem actione pigneratitia contraria, vel contra tutorem siue curatorem actione tutelæ siue negotiorum gestorum agere poterit,d.l.2. Si tamen fraudis à creditore pignus minoris vendente commissæ emptor sit particeps , meritò contra eum restitutio dabitur , infr. de præd.minor.l.2. 1

Tit. XXIX. Si aduersus donationem.

SI minor sine curatore , vel sine decreto , vbi decretum est necessarium, rem doner : donatio ipso iure non valet, adeo vt restitutione opus non sit,l.2.vers.nec si frater. & infr. de præd. minor.l.prædia. 8. Si verò donatio rectè facta sit, & iure valeat , restitutio petenda erit. Quod obtinet, etiam cùm filius emancipatus in minori ætate constitutus, rem sibi à patre donatam , eidem patri ad alium transferenti consensit : quia hic consensus vim donationis habet,d.l.2.Excipe,nisi donatio sit ob causam,propter quam minor non sit læsus : tunc enim non restituitur: vt accidit in donatione propter nuptias à minore facta congruentem facultatibus modum non excedente, videlicet adhibita curatoris auctoritate,l.1.necnon iudicis decreto, si eæ res donatæ sint , quæ decretum requirunt : alioquin etiam donatio propter nuptias non valet, d. l. prædia. Ergo donatio à minore facta,quandoque ipso iure non valet : quandoque valet , sed per restitutionem rescinditur:quandoque valet, nec datur contra eam restitutio. 1

Tit. XXX. Si aduersus libertatem.

IN hoc titulo habemus tres regulas. I.Si libertas à minore contra leges data sit , ipso iure non valet, nec est opus restitutione : veluti si minor 20. annis contra legem Aeliam Sentiam manumiserit,l.3. II. Aduersus libertatem , quam aliquis est consecutus, minor non restituitur : veluti si quis iudicatus sit liber, l. vlt.aut si minor manumittere damnatus , manumiserit ,l. 1. aut si minor 20.annis in concilio causa manumittendi probatã manumiserit, l.2.& 3. III. Aduersus libertatem non tributam, sed tribuendam, minor restituitur ; veluti si condemnatus manumittere,nondum manumisit,d.l.1. 1

Tit.XXXI.Si aduersus transactionem, vel diuisionem.

MInor etiam aduersus transactionem , vel diuisionem restituitur. Id autem obtinet in his causis,quod & in omnibus aliis , vt restitutio hinc inde fiat ; ita vt res vtrinque in eo statu collocetur , in quo ab initio fuit , D. de minor. l.quòd si minor.24.§.pen. Ergo is, contra quem minor restituitur,actionibus, quæ sibi contra minorem competebant, vti poterit. Nam si nudo pacto transactum fuit,& agenti minor opponat exceptionem pacti, hæc exceptio per doli mali replicationem elidetur , atque ita actio contra minorem efficax reddetur. Sin autem per acceptilationem actio sublata fuit, à prætore restituetur,l.1.& 2. 1

Tit.XXXII.Si

Tit. XXXII. Si aduersus solutionem à debitore, vel à se factam.

1 SOlutio duplex hîc spectatur, aut enim de-
bitor minoris, aut minor soluit. Hinc duæ
sunt partes huius rubricæ, & sub ea duæ le-
ges: quarum prior decidit priorem casum:
posterior posteriorem: vtroque autem casu restitutio
minori conceditur causâ cognitâ. In specie l. 1. quod
quis ob tutelam debebat, minoris curatori soluit. In
specie l. 2. minor indebitum soluit per errorem iuris:
non habet igitur condictionem indebiti, supr. de iur. &
facti ignor. l. cùm quis. 10. sed ratione ætatis in inte-
grum intra tempus statutum restitui potest. Quòd si in
pupillari ætate soluisset sine tutore, ipso iure solutio
non valeret: idcirco nummi soluti, si extarent, vindica-
rentur, consumpti condicerentur, D. de condict. indeb.
l. interdum. 29.

Tit. XXXIII. Si aduersus dotem.

1 MVlier non solùm partem bonorum, sed etiam
omnia bona sua in dotem dare potest, infr. de
iur. doti. l. 4. Sed si minor in hoc circumue-
niatur, restitui poterit: & si priùs, quàm resti-
tutionem petat, decesserit, heres eius intra statuta tēpo-
ra (de quib. inf. tit. 52.) restitutionem rectè petet, l. vn.

Tit. XXXIV. Si aduersus delictum.

1 MInor aduersus delictum non restituitur: quia
malos mores infirmitas ætatis non excusat,
l. 1. & D. de minor. l. auxilium. 37. Nec solùm
cùm minor crimen vel delictum commisit,
restitutio cessat; sed etiam cum in contrahendo aliquid
2 dolo fecit, D. eod. l. si ex causa. 9. §. nunc vidēdum. ¶ Ex-
cipitur I. Nisi delictum sit tantum in re ipsa, non in
mente & voluntate minoris, d. l. 1. vers. si tamen. Exem-
pli gratiâ, succurritur minori, qui per ignorantiam in-
cestas nuptias contraxit, D. de lege Iuli. de adulter. l. si
adulterium. 38. II. Nisi peccatum non in faciendo, sed
in omittendo consistat: veluti quia mater tutorem filio
impuberi, qui tutore egebat, non petiit, quamuis enim,
si maior sit 25. annis, & tutorem non petierit, impu-
beris decedentis hereditate priuetur, infr. ad senatus-
consult. Tertull. l. 3. & Instit. eod. §. pen. tamen, si sit mi-
nor, non incidit in hanc pœnam: cùm igitur ipso iure
tuta sit, restitutio locum non habet, l. a. & ibi glos. vlt.

Tit. XXXV. Si aduersus vsucapionem.

1 MInor restituitur etiam aduersus vsucapio-
nem, l. vn. Non puta distinguendum inter
vsucapionem rerum mobilium, & vsucapio-
nem rerum immobilium, quæ vocatur etiam
longi temporis possessio, Instit. de vsucap. in princ. vel
longi temporis præscriptio, D. cod. l. ei à quo. 21. in fin.
An autem restituatur aduersus præscriptionem, quæ est
sine titulo, explicabitur infr. in quib. caus. in integ. rest.
necess. non est.

Tit. XXXVI. Si aduersus fiscum.

I. 3. | *III. 4. 6.*
II. 6.

1 HVius tituli duæ sunt quæstiones. ¶ Primò
2 quæritur, quibus casibus minor restituatur?
3 Deciduntur autem duo casus. ¶ Primus casus
est in l. 1. vbi minor circumuentus rem fisco vendidit
vili pretio: & contra fiscum restituitur: quia fiscus hoc
casu nullum priuilegium habet, sed iure priuatorum
vtitur ¶ Secundus casus est in l. vlt. vbi minor 25. an- 4
nis patri suo fisci debitori successit: &, cùm fisco non
satisfaceret, fiscus prædia paterna, id est, hereditaria,
vel prædia ipsius minoris propria distraxit iure credi-
toris: minor prædium sibi restitui petit, hoc argumen-
to, quòd edictum Diui Marci (quod tempore huius le-
gis obseruabatur) venditionem rei alienæ à fisco fa-
ctam post quinquennium confirmat, nisi sit res mino-
ris: ergo venditio rei ad minorem pertinentis, ne qui-
dem post quinquennium confirmatur. Imperatores sic
distinguūt: Aut bona fide, seruatis solemnitatibus, quæ
in rebus sub hasta vendendis seruari debent, aut secus
venditio facta est. Priori casu venditio rata manet. Nec
obstat argumentum sumptum ex edicto Diui Marci;
quia edictum loquitur de fisco rem alienam vendente
quasi suam: in casu autem proposito, rem tamquàm
alienam vendidit iure pignoris. Posteriori casu vendi-
tio rescinditur, & minor prædium vnà cum fructibus
recipit, dummodò fisco soluat, quod ipsi debet. ¶ Nota 5
duas fuisse partes edicti Diui Marci. Prior pars vendi-
tionem rei alienæ à fisco factam confirmat, & empto-
rem in tuto constituit post quinquennium. Posterior
excipit res minorum. Prior pars iure nouo correcta est.
Nam Zeno iussit emptorē confestim tutum esse; actio-
nem verò intra quinquennium concedit contra fiscum.
Iustinianus verò in locum quinquennij quadriennium
substituit, & statutum à Zenone de venditione facta à
fisco producit ad venditionem factam de domo prin-
cipis vel Augustæ, infr. de quadr. præsc. l. 2. & 3. & Instit.
de vsucap. §. vlt. Posterior pars non est correcta, proin-
de seruanda est, vt minor rem suam possit recipere,
quam fiscus vendidit, nisi fiscus eam, non quasi suam,
sed quasi sibi pigneratam vendiderit, eò quòd sibi non
satisfieret. ¶ Secundò quæritur, quis sit iudex compe- 6
tens, qui de restitutione cognoscat: Respondetur, resti-
tutionem contra priuatum peti coram iudice ordina-
rio, vt præside prouinciæ: contra fiscum autem coram
rationali, seu procuratore Cæsaris vnà cum præside, &
præsente patrono fisci, l. 2. & d. l. 3. vers. sed quoniam.
necnon eo præsente, vel per contumaciam absente,
qui rem à fisco emit, infr. si propt. publ pensit. l. 2. & 3.
& de fid. & iur. has. fisc. l. 1. & 2.

Tit. XXXVII. Si aduersus creditorem.

SI minor mutuum acceperit, nisi in rem eius 1
versum sit, adeo vt inde factus sit locupletior,
etiam si se solututum creditori cauerit, in inte-
tegrum restituitur, l. 1. & 2.

Tit. XXXVIII. Si vt se ab hereditate abstineat.

I. 2. | *II. 3.*

AVt adolescens in potestate patris morientis 1
proinde suus heres erat: aut ab eo fuerat
emācipatus. ¶ Si suus heres fit: aut si paternis 2
se bonis immiscuit, aut non. Priori casu restitutionem
petere potest, l. 1. vers. quòd si. Posteriori casu iure com-
muni potest abstinere: nec opus est, vt coram testibus
protestetur se nolle esse heredem patris; quia sufficit,
quòd re vera se non immiscuit, d. l. 1. in princ. ¶ Eman- 3
cipatus quoque, & si adijt hereditatē paternam, tamen
potest restitui, vt eam repudiet. Neque hoc ei obstabit,
quò minùs adeat hereditates aui paterni, & aui mater-
ni, à quibus heres institutus fuit, licèt ante dictam resti-
tutionem eas non adierit, l. 2. Immo etiamsi hereditates
auitas repudiauerit, restitui potest ex tit. seq. vt eas
adeat. ¶ Nota, hanc restitutionem non habere effe- 4
ctum, nisi creditoribus præsentibus, vel per contuma-
ciam absentibus fiat, D. de minorib. l. etiamsi. 29. §. vlt.
& Nou. 119. cap. 6.

Tit. XXXIX. Si ut omissam hereditatem, vel bonorum possessionem, vel quid aliud acquirat.

1 Minor restituitur, non solùm si, quod habuit, amisit: verùm etiam si, quod potuit acquirere, non acquisiuit, D. de minor. l. 7. §. hodie. l. non omnia. 44. vt hereditatem, l. 1. vel bonorum possessionem, l. 2. Sed si pet restitutionem in integrum accipiat bonorum paternorum possessionem, bona sua conferet; quemadmodum contulisset, si ab initio, & absque restitutione eandem bonorum possessionem petiisset: quoniam restitutio omnia in pristinum statum repouit tam contra minorē, quàm pro minore, D. de minor. l. quòd si minor. 24. §. pen. & infr de reput. quæ fiunt in iud. rest. l. vn. Dictum est de diuersis negotiis & factis, aduersus quæ minor restituitur.

Tit. XL. In quibus causis restitutio in integrum necessaria non est.

I. 2.	*V. in princ.* 3.
II. 5.	§. 3. 3.
III. 6. 7.	§. *vlt.* 4.
IV. 7.	

1 Sequuntur casus, in quibus adolescentes ipso iure tuti sunt, nec egent restitutione.
2 ¶ Primò, si minor non sit vltus necem patris defuncti, id est, interfectores non sit iudicio persecutus, ei non aufertur hereditas, l. 1. & infr. de his quib. vt iud. l. 6. licèt hac de causa heredi perfectæ ætatis auferatur tamquàm ingrato, D. de senatuscons. Silan. l. Gaius. 22. & indigno, infr. de his quib. vt
3 indign. l. sororem. 10. ¶ Secundò temporalis præscriptio contra minorem non currit, l. vlt. §. 1. Quare etsi maior 25. annis, post bienniū de non numerata pecunia conqueri non potest, inf. de non numer. pecun. l. in contractibus. 14. in pr. & Inst. de literar. obligat. infr. ramen minor queri potest, d. l. vlt. in princ. Item licèt querela inofficiosi testaméti regulariter finiatur quinquēnio ab adita hereditate cōputando, infr. de inoffic. testam. l. si quis filium. 34. in fin. & supr. de apostat. l. 2. tamen minor etiam post quinquennium rectè aget de inofficioso, l. 2.
4 ¶ Verumtamen contra minorē currit præscriptio lōgissimi temporis, id est xxx. vel xl. annorum, adeo vt egeat restitutione, d. l. vlt. in fin. Itē præscriptio triennij, cuius lapsu iactura actionis fit, atque hoc casu minor non restituitur, nisi propter inopiam tutoris seu curatoris; quia ei sufficit actio contra tutorem seu curatorem, si sint soluendo, infr. de iudic. l. properandum. 13. §. vlt.
5 ¶ Quæro, an contra minorem currat præscriptio longi temporis? Respondetur, aliam esse præscriptionem sine titulo, quæ contra minorem non currit, infr. quib. non obiic. loug. temp. præscript. l. 3. aliam cum titulo, quæ est species vsucapionis, & contra minorem
6 currit, vt notaui ad tit. supr. si aduers. vsucap. ¶ Tertiò si minori debeatur ex causa bonæ fidei, vel ex legato, aut fideicommisso, quibus ex causis vsuræ propter solutionis moram debentur: mora committitur re ipsa, etiamsi minor debitorem nō interpellauerit, l. 3. quamuis alias regulariter debitor nun constituatur in mora, nisi in-
7 terpellerur, de vsur. l. mora. 32. in princ. ¶ Quartò si tutor, antequàm rem pupilli saluam fore satisdederit, tutorio nomine egerit, & victus sit, vel alia pupilli negotia gesserit, ipso iure sententia non nocet pupillo; & gesta per hunc tutorem non valent: quia tutor ante præstitam cautionem non est legitimus administrator, l. 4. quæ coniungi debet cum l. 3. infr. de tutor. vel curat. qui sat. non ded. quoniam eius pars est. Idcirco iudex tutorem, qui satis non dedit, agentem, desiderante aduersario, satisdare iubet, Instit. de diuis. stipul. §. vlt. Intellige tutorem, qui satisdare tenetur, id est, qui nec testamentarius est, nec ex inquisitione datus, d. l. 3. & Instit. de satisdat. tutor. in princ.

Tit. XLI. Qui, & aduersus quos in integrum restitui non possunt.

I. 3.	*II.* 4.

Nunc videndum est, quibus ex causis minori 1 denegetur restitutio. Sex causæ occurrunt examinandæ: Prima, si adolescens sit industrius & diligens: secunda, si restitutio petatur aduersus parentem, vel patronum: tertia, si minor simulauerit se esse perfectæ ætatis: quarta, exceptio rei iudicatæ: quinta, venia ætatis impetrata: sexta, ratihabitio facta in ætate perfecta. Ex his primæ duæ hoc titulo declarantur. ¶ Ergo hoc titulo duæ quæstiones dis- 2 soluuntur. ¶ Primò quæritur, an adolescens sit restituendus, quem constat esse diligentem patremfamiliās, 3 & in actionibus publicis industrium? Respondetur, hunc non facile restitui, quia non est verisimile, eum lapsum esse infirmitate ætatis. Si tamen se circumuentum fuisse probet: decurionatus, aut liberorum numerus ei non oberit, quominùs restituatur, l. 1. Lege de numero liberorum, quæ notaui supr. de in integr. restit. min. num. 4. ¶ Secundò quæritur, an liberi contra pa- 4 rentes, & liberti contra patronos restitui possint? Respondetur, non posse restitui: nam reuerentiam obstare, quæ parentibus & patronis debetur, l. 2. Intellige non dari restitutionem ex edicto de minoribus, in quo nunc versamur: nam ex edicto de dolo restitutio conceditur, non per actionem de dolo famosam, sed mirigata actione, id est, data actione in factum, D. de dolo. l. non debet. 11. in fin.

Tit. XLII. Si minor se maiorem dixerit, vel maior probatus fuerit.

I. 2. ij.	§. 3. 3.
II. 2. 3.	*IV.* 2. iij.
III. in princ. 2 3. ij.	

Huius tituli quæstio deciditur, adhibita duplici 1 distinctione. ¶ Prior distinctio est tripertita: 2 aut enim minor decepit, falsò & fallendi alterius causā asseuerans, vel probans se esse maiorem: aut deceptus est: aut cessante dolo error est admissus. I. Casu cessat restitutio, l. 2. & l. 3. in princ. II. Casu restitutio rectè petitur, d. l. 3. vers. quòd si. etiam post maiorem ætatem, dummodò aduersus ea petatur, quæ in minori ætate gesta sunt, l. 1. nec lapsum sit tempus statutum, id est, quadriennium continuum, inf. de tempor. in integr. restit. l. vlt. III. Casu similiter restitutio conceditur, errore probato: quæ quidem restitutio tribuitur etiam filiofamiliās minori, l. vlt. ¶ Posterior quo- 3 que distinctio trimembris est: aut enim minor corporaliter, id est, tactis scripturis, iurauit se esse maiorem, aut aliter iurauit, aut non iurauit. I. Casu restitutio denegatur. II. Casu ita demum restituitur, si per instrumenta (nam testes non sufficiunt:) se maiorem fuisse probauerit. III. Casu quæcunque minoris ætatis probatio sufficit, d. l. 3. §. 1.

Tit. XLIII. Si sæpius in integrum restitutio postuletur.

I. 3.	*II. l.* 1. 2.
I. l. 2.	

Regulariter

REgulariter in integrum teſtitutio ſæpius
1 peti non poteſt, quoniam ei, qui reſtitu-
tionem non obtinuit,exceptio rei iudica-
2 tæ obſtat,l.3. ¶ Excipitur, niſi nouæ de-
3 fenſiones prætendantur,l.2.& 3. ¶ Item
ſi is qui iterum teſtitutionem petit,vigeſimum nonum
ætatis ſuæ annum non exceſſit,reſtitui poteſt,non qui-
dem aduerſus id quod geſtum eſt,nec aduerſus rem iu-
dicatam,ſed aduerſus appellationem omiſſam; adeo vt
per appellationem ſibi proſpieere poſſit,l.1.

Tit. XLIV. De his qui veniam ætatis impetrauerunt.

I.3.6.	*§.vlt.4.*
II.in princ. 2.3.4.	*III.7.5.*
§.5.4.7.5.	*IV.3.7.5.*
§.pen.4.	

HOc titulo quatuor quæſtiones deciduntur.
1 ¶Primù quæritur, qui poſſint veniam ætatis
2 impetrare? Reſpondetur, tam maſculos,
quàm fœminas impetrare poſſe; dummodò
illi vigeſimum annum impleuerint, l. 2. in princ.& de-
3 cimum octauum exceſſerint, d. l. 2. §. 1. ¶ Secun-
dò quæritur,quis veniam ætatis concedat? Reſponde-
tur,principem eam tribuere, l. 1. l. 2. in princip.l.vlt.
Nam magiſtratus eam indulgere hoc iure non poteſt,
D.de minor.l.3.in princip.quamquam ex Nou. Leonis
4 18.hanc facultatem habet. ¶ Tertiò quæritur, an hæc
ætatis venia impetrata valeat? Reſpondetur,non vale-
re, niſi reſcriptum principis apud acta iudicis compe-
tentis inſinuetur, & apud eum is, qui veniam ætatis
impetràuit,ſi ſit maſculus,per ſe, non per procurato-
rem dictum principis beneficium alleget,ac dictam vi-
ginti annorum ætatem per inſtrumenta, & morum
probitatem per teſtes idoneos probet, d.l. 2.verſ.ita vt.
ſi verò ſit femina honeſtis moribus prædita (nam ſe-
gniorum morum mulier veniam ætatis non impetrat)
per procuratorem octodecim tantùm annorum æta-
tem probet,d.l.2.§.1.Nota,iudicem in hac cauſa com-
petentem eſſe ſenatorum quidem in vrbe commoran-
tium præfectum prætorio: cæterorum autem in vrbe
prætorem:in prouincia rectorem ipſius prouinciæ, d.
l.2.§.pen Niſi prædicta obſeruentur, fruſtra ætatis ve-
5 nia impetrata eſt,d.l. 2. §. vlt. ¶ Quartò quæritur,qui
ſint effectus veniæ impetratæ? Sciendum eſt eum, qui
veniam ætatis impetrauit, in quibuſdam haberi pro
6 maiore 25. annis; in quibuſdam pro minore. ¶ Pro
maiore habetur in ijs,quæ poſteà geſſit: idcirco aduer-
7 ſus ea non reſtituitur, l. 1. ¶ Pro minore habetur I.
In rebus alienandis,vel obligandis,d.l.2.§.1 verſ.vlt. &
l. 3. II. In ſubſtitutionibus,& fideicommiſſis, & alijs
cauſis,in quibus fit mentio legitimæ ſeu perfectæ æta-
tis;niſi quis, vt ſubſtituens, vel fideicommittens, ex-
preſſerit ſe velle, vt poſt veniam ætatis fideicommiſ-
ſum debeatur,vel quid aliud procedat,l.vlt.

Tit. XLV. Si maior factus ratum habuerit.

I. 2.	*I. 5.*

REgula eſt: Qui poſt legitimam 25. annorum
1 ætatem rata habet, quæ in minori ætate geſ-
ſit, non poteſt in integrum reſtitutionem pe-
2 tere,l. 2. ¶ Huius regulæ exemplum eſt in l. 1. vbi mi-
nor diuiſionem fecit, & maior factus eam ratam ha-
buit: idcirco reſtitutio ei denegatur,nec refert, vtrùm
ea diuiſio in ſcriptis redacta,an ſine ſcriptura facta ſit.
3 ¶ Aliud exemplum fuit propoſitum in l. vnic. ſupr.
ſi in commu. eadémque cauſa. vbi alius pro minore
tranſegit:& quia hic maior factus ratum habuit, non
reſtituitur; licet is quis pro ſe & pro hoc minore
tranſegit,ipſe quoque minor ſit, & ratione ætatis re-
ſtituatur.
¶ Nota,hunc titulum loqui de expreſſa ratihabitio- 4
ne.De tacita verò ratihabitione,id eſt, cùm maior ſta-
tuti temporis ſilentio probat alienationem ſine decre-
to factam tempore minoris ætatis, agetur lib. 5. tit.
penult. Expoſitæ ſunt cauſæ, propter quas minor non
reſtituitur:ſupereſt,vt dicamus de iudicio reſtitutionis
in integrum.

Tit. XLVI. Vbi, & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agitanda ſit.

I. 5.	*§. 5. 3.*
II. 4.	*§ vlt. 2.*
III. in princ. 2.	

DE iudicio reſtitutionis in integrum quatuor 1
quæſtiones occurrunt:prima, quis ſit iudex
competens:ſecunda, quæ in hoc iudicio im-
putentur minori reſtituendo:tertia, an pro-
curator admittatur:quarta quis ſit effectus iudicij pen-
dentis. Prima quæſtio diſſoluitur hoc tit. in quo dan-
tur quatuor regulæ. ¶Prima regula eſt: Reſtituere poſ- 2
ſunt magiſtratus, qui iuriſdictioni præſunt:& hi,quibus
iuriſdictio ſiue generaliter ſiue ſpecialiter de reſtitu-
tione concedenda mandata eſt:& iudices dati à princi-
pe, vel à ius dicentibus:ſiue dati ſint ad omnes cauſas;
ſiue ad hanc ſpecialiter;ſiue ad aliam, in quam hæc in-
cidat:veluti ſi minor bonorum poſſeſſionem petat, ei-
que opponatur lapſus temporis à prætore ſtatuti, ad
bonorum poſſeſſionem petendam: nam iudicium eſt
de bonorum poſſeſſione; obiter autem cognoſcitur,
de reſtitutione in integrum,l. vlt. in princ.& §.vlt. Di-
co cum Cuiacio,iudices datos, qui ſunt iudices peda-
nei,poſſe reſtituere:quoniam mihi videtur Iuſtinianus
id apertè conſtituiſſe d.l.vlt.etſi eam Duarenus in con-
trariũ ſenſum detorquet,vt eis hoc ius à Iuſtiniano de-
negetur. ¶ Secunda regula eſt, Arbitri compromiſſarij, 3
vel dati à iudicibus pedaneis, putà ad rationes diſcu-
tiendas,non poſſunt in integrum reſtituere,d.l.vlt.§.1.
¶Tertia regula eſt: Actor ſequitur forum rei;proinde 4
adeundus eſt præſes prouinciæ, in qua is domicilium
habet, aduerſus quem reſtitutio petitur, l.2. ¶ Quar- 5
ta regula eſt: Aduerſus ſententiam procuratoris Cæſa-
ris præſes reſtituere non poteſt, ſed ſolus princeps l.1.

Tit. XLVII. De reputationibus, quæ fiunt in iudicio in integrum reſtitutionis.

Princ.1. 2.	*§. vlt. 4.*
§. 5. 3.	

HIc datur regula: Minor qui reſtituitur, nec 1
lucrum, nec damnum ſentire debet ex eo
actu,contra quem reſtituitur, l vn.in princ.
quia omnia in priſtinum ſtatum reſti-
tuuntur,& reſtitutio hinc inde fit,D.de minor. l.quòd
ſi minor. 24.§. penult. Hæc regula illuſtratur tribus
exemplis. ¶ Primum exemplum eſt: quia cùm minor 2
emit,aut vendidit,aut aliter contraxit: quicquid ex eo
contractu percepit, reſtituere debet, d. l. vn. in princ.
Ergo ſi rem cariùs emit, quàm valebat, pretium eum
vſuris recipit, & rem cum fructibus, quibus factus eſt
locupletior, reſtituit. Si viliori pretio vendidit, rem
cùm fructibus recipit, & pretium, quatenus ex eo fa-
ctus eſt locupletior,reſtituit,D.de minor.l.patri,27.§.1.
¶Secundum exemplum eſt, ſi minor pro alio expromi- 3
ſerit, hoc caſu reſtitutio minorem liberat, & eum pro
quo expromiſit,in obligationem reponit, d. l. vn. §. 1.
ita vt hæc obligatio reſtituatur, qualis fuit eo tempo-
re,quo per minoris expromiſſionem ſublata fuit, D.de
minor.l.vlt.¶Tertium exemplum eſt, cùm minor reſti- 4
tuitur

tuitur aduersus heredis aditionem: debet enim restituere quicquid ex illa hæreditate ad se peruenit: quin etiam quod ex iis bonis consumpsit, aut deteriorauit, aut perdidit dolo malo, d. l. vn. §. vlt. Secus est, si per ætatis imbecillitatem ea fecit, D. de minor. l.7.§.sed etsi hereditatem.aut legata præstitit, aut seruos manomisit: nam hoc nomine non tenetur ei aduersus quem restituitur, D.eod.l.in integrum.22.

Tit. XLVIII. Etiam per procuratorem causam in integrum restitutionis agi posse.

PRocuratorio nomine restitutio peti potest, l. vn. & sup.si tut. vel curat. interuen. l. 1. dummodò procurator speciale mandatum habeat; quia generale non sufficit: aut si de speciali mandato dubitetur, de rato caueat, D. de minor.l.illud. 25.§.1.& l.seq.

Tit. XLIX. In integrum restitutione postulata, ne quid noui fiat.

CVm restitutio petita est iudicio pendente, nihil est innouandum, l. vn. Exempli gratia, si minor restitutionem petierit aduersus aditionem hereditatis omissam, non debet heres aliquid ex bonis hereditariis alienare, vel seruos manumittere: & si aduersus sententiam restitutio petita sit, non debet ea sententia executioni interim mandari. Hucusque de restitutione minorum.

Tit. L. De restitutionibus militum, & eorum qui reipub. causa absunt.

I. 5.	*V. 7. ij. 9.*
II. 7. j. ij. 11.	*VI. 4. ij.*
III. 1. 4. ij. 11.	*VII. 5.*
IV. 7. ij. 8. 10.	*VIII. 4. j.*

1 TRes restitutionum causas exposiuimus,
metum, dolum, & minorem ætatem: quarta causa est absentia reipublicæ causa. Inter eos autem, qui reipub. causa absunt,
etiam milites numerātur, l.3.&D.ex quibus caus.maior.
l.si qua militi.40.in princ.l.milites omnes.45.Quapropter hæc rubrica nō sic accipi debet, quasi milites reip.
causa absentibus opponātur: sed generale verbum speciali subiicitur, ita vt agendum proponatur specialiter
de militibus, & generaliter de omnib. reip.causa absen-
2 tib. ¶Duæ sunt igitur partes perspicuæ huius rubricæ.
3 ¶In prima parte, quæ est de milite, duæ quæstiones de-
4 ciduntur. ¶Primò quæritur, aduersus quid miles restituatur. I.Restituitur aduersus possessionem, & præscriptionem eius temporis, qua militabat, & in expeditionibus occupatus erat, l.3. & l.vlt. II. Contra venditionem pignoris à creditore, vel à creditoris heredibus factam, dummodò emptori, contra quem restituitur, id offerat, quod creditori debet, vel pretium, quo pignus venditum fuit, id est, horum duorum alterum, quod minorem quantitatem continet. Finge militem debere centum, & pignus esse venditum ducentis, tantùm centum offeret. Rursus finge militem debere ducenta, & pignus esse venditum centum, similiter tan-
5 tùm centum offeret, l.6. ¶Secundò quæritur, an hæc
restitutio concedatur heredi militis? Respondetur per distinctionem. Aut enim miles aliquid prætermisit; putà bonorum possessionem non petiit intra tempus, quo peti potuit: aut aliquid fecit, puta contraxit. Priori casu heres restitutionem petere potest, si ille in militia mortuus sit, & post eius mortem non effluxerit legitimum
tempus petēdæ restitutionis, id est, iure antiquo annus vtilis, l.1.iure nouo quadriennium continuum, infr.de tempor.in integr.rest.l.vlt.in princ.Adde, si miles post missionem decesserit, ante finitum tempus, quo restitutionem petere potuit, tantùm temporis heredi ad petendam restitutionem concedi, quantum militi superfuit mortis tempore; infr.eod.l.2.& l.5.§.quòd si maio-
ris.Posteriori casu heres non restituitur, l.pen.¶In Se- 6
cunda parte, quæ est de absente reipub.causa, duæ quęstiones dissoluuntur. ¶Prima quæstio est, in quibus 7
causis restituatur? Causæ duæ sunt: vna, si actio tempore sit amissa: altera, si quid de bonis eius, dum abesset, deminutum sit, l. 2.Deminutum dicitur, quod de bonis eius exiit: vt quia res absentis ab alio vendita est: per hanc enim venditionem tribus casibus admittitur: & deperdita dicitur. I. Si emptor eā vsucepit, D. de hered. petit.l. deperditum.21. II. Si fiscus eam rem vendidit, & quadriennium effluxit, infr. de quadrien. præscript. l.2.Quod dixi de venditione facta à fisco, id à Iustiniano productum est ad venditionem factam de domo principis, vel Augustę, inf.eod.l.3.& Instit.de vsucap. §. vlt.III.Si, cùm absens non defenderetur, creditores in possessionem missi fuerint, & posteà secuta sit vendi-
tio, l.4.¶Nota primò, quod de quadriennio dixi, intro- 8
ductum esse à Zenone, qui longo post Gordianum dictæ l. 5. auctorem tempore imperauit, quare dubium esse non potest, quin Gordianus locutus sit de quinquennio, quod olim hoc casu obseruabatur, vt notaui sup.si aduers.fisc.num.4.sed quia Zeno in locum quinquennij quadriennium substituit, idcirco Tribonianus, d. l. 5.interpolauit, & pro quinquennio quadriennium
scripsit. ¶ Nota secundò, d.l.5.obtinere, non solùm in 9
absentibus reipub. causa, sed etiam in aliis maioribus 25.annis, qui restitui possunt, vt captiuis, & cæteris, de quibus in l.1.D.Ex quib.caus.maior.& aliis legib. eius-
dem tituli. ¶ Nota tertiò, cùm reipub. causa absens 10
non defenditur, non debere eius bona vendi, sed tantùm à creditorib.possideri, d. l. 4. Si tamen ex decreto prætoris vendantur, quamquam prætor id decernere non debuit, tamen venditio ipso iure valet, sed per
restitutionem in integrum reuocatur, D.de dam.infect. 11
l.si finita. 15. §.si forte. & §.posteaquā. ¶Secunda quæstio est, qua ex causa restitutio peti possit? Respondetur, non solùm posse peti durante absentia, sed etiam postquàm abesse desiit, intra annum vtilem, l.2.& 3. in cuius anni vtilis locum Iustinianus substituit quadriennium continuum, infr. de temp. in integr. restit. l.vlt.in princip.

Tit. LI. De vxoribus militum, & eorum qui reipub. causa absunt.

QVemadmodum militibus, & aliis reipub.causa 1
absentibus succurritur per restitutionem in integrum, vt superiori titulo expositum est: ita etiam eorum vxoribus, quæ sunt cum ipsis peregrinatæ: siue temporalem in personam actionem amiserint, l. 1. siue de earum bonis aliquid deminutum sit, quod alius vsucepit, vel longo tempore præscripsit, l.2. in princ. nam ex his duabus causis etiam militibus, & aliis reipublicæ causa absentibus succurritur, sup.tit. prox. l. 2.& D. ex quibus caus. maior. l.1.§.1. Quocirca si mulieris creditor pignus ea absente distraxerit, mulier refuso pretio rem suam recuperabit, ne calliditas creditoris noceat absentiæ mulieris, id est, mulieri absenti, d. l.2.§.sed quia. Si tamen mulier minus creditori deberet, quàm sit rei pretium: certè non totum pretium, sed vsque ad debiti quantitatē præstaret emptori, sic enim statutum est in milite, sup.tit.prox. l. 6.

Nota,

Nota,in his legibus eum, qui aduersus venditionem restituitur,pretium reddere, quia venditio facta est ab eo,qui ius in re habet,id est,à creditore:alioquin, si is vendidisset, qui nihil iuris habet, emptor cogeretur rem ei qui restituitur, reddere,quamuis pretium ab eo non acciperet, infr. de rei vindic. l.si mancipium.23. contra venditorem autem de euictione actio ei daretur,D.de euiction.l.minor.39.in princ. l. si cum venditor.66.§.1.

Tit. LII. De temporibus in integrum restitutionis tam minorum,& aliarum personarum,quæ restitui possunt,quàm etiam heredum eorum.

I. 9. ij.	*§. quòd si,12.*
II. 10. ij.	*§. vlt. 12.*
III. 9. ij.	*VI. in princ. 10.*
IV. 9. ij.11. j.	*§. j. 10.*
V. in princ.3.	*VII. in princ. 4.*
§.j.12.	*§. j. 9 j. iij.*

1 HOc titulo tractantur communia minori-
bus, & reipublicæ causa absentibus;nempe
quando aut ipsi, aut eorum heredes resti-
2 tutionem petere possint. ¶Itaque huius ti-
tuli duæ sunt partes:prior de minoribus,& cæteris qui
ex sua persona restitui possunt:posterior de eorum he-
3 redibus.¶In priori parte tres quæstiones deciduntur.
4 ¶Prima quæstio est, quantum temporis præstituatur
ad restitutionem patendam? Olim erat annus vtilis:
sed Iustinianus mutauit annum vtilem in quadrien-
5 nium continuum,l.vlt.in princ.¶Nota primò,hãc con-
stitutionem, non pertinere ad actionem de dolo: quia
actio de dolo tempore huius constitutionis nõ fuit an-
nalis,sed competebat intra biennium continuum, sup.
de dolo.l.vlt.Hoc igitur biennium etiam post Iustinia-
neam constitutionem retinuit;quia hæc constitutio tã-
6 tùm annum transformauit in quadriennium.¶Nota se-
cundò, intra quadriennium non solùm esse petendam
restitutionem, sed etiam litem terminandam, vt ipsa
7 verba legis apertè ostendunt.¶Nota tertiò,speciale esse
in exceptione non numeratæ dotis, vt fauor ætatis
non prosit ad impetrandam restitutionem vltra
duodecimum annum à die contracti matrimonij,
8 Nou. 100.cap 2. ¶Nota quartò, aliud esse tempus,
intra quod restitutio petenda est; aliud tempus, quod
restituitur: nam restitutio petenda est intra quadrien-
nium: restituitur autem tantum temporis, quantum
amissum est absentiæ tempore, vel minori ætate du-
rante. Verbi gratia, si Titij rem vsucapere cœpisti,
mox ille reipublicæ causa abesse cœpit: sic vsucapio
rescinditur, vt non totum vsucapionis tempus re-
stituatur, sed tantùm, quanto ille abfuit: si igitur anno
abfuit, & restitutus rem intra annum non petat, rem
sine recuperandi spe amisit. Rursus si minori actio
temporalis competebat, & eo maiore facto finita sit,
non totum actionis tempus ei restituitur, sed quantum
fluxit, dum in minori ætate esset, D. de minoribus,l.
vlt.& ex quibus caus.maior.vigint.l.sed etsi.26.§. si fe-
9 riæ. ¶Secunda quæstio est, contra quos hoc tempus
currat, vel non? Non currit I. Contra minores, d.
l. vlt.§. 1.nisi minor veniam ætatis impetrauerit: ei
namque tempus currit, ex quo indulgentia princi-
pis fuerit apud iudicem competentem insinuata,
& rerum administratio ipsi minori commissa: sic
tamen, vt omnimodò ad restitutionem petendam
admittatur, quamdiu est minor, quocumque mo-
do illud tempus supputetur, l. 5. in princip. II. Con-
tra militantes, id est, dum in expeditionum neces-
sitate versantur, l.1. 3. 4.& supr. de restit. milit. l. vlt.
III. Contra alios reipub. causâ absentes, d. l. vlt. §. 1.
¶Tertia quæstio est, an hoc tempus prorogetur ob 10
dilationem à litigantibus petitam: Distinguitur inter
eum, qui restitutionem petit; & eum,contra quam pe-
titur. Nam illi non datur dilatio,nisi quæ intra dictum
restitutionis petendæ tempus concludatur, quæ verò
illud tempus excedit,ei denegatur: quia sibi debet im-
putare,cur non citiùs restitutionem petierit,l.6.§. 1. Ei
verò,contra quem restitutio petitur, indistinctè dila-
tio,si ex iusta causa petatur,conceditur, id est, etiamsi
dictum tempus excedat: quia nihil ei potest imputari,
cùm non fuerit in eius potestate, quando conuenire-
tur,d.l.6.§.1. ¶In posteriore tituli parte de heredibus 11
dantur duæ regulæ. I. Heredi ex persona defuncti da-
tur ad petendam restitutionem tantum temporis,
quantum defunctus habebat tempore mortis: siue il-
lud sit quadriennium integrũ,siue minus.II.Hoc tẽpus
non currit,quamdiu heres est minor, aut reipub. causa
abest,l.2.Quocirca heres,qui in hac causa est,duplex tẽ-
pus habet:alterum ex persona defuncti,alterum ex sua.
¶Ex dictis deciduntur quatuor casus. Aut enim minor 12
minori succedit:aut minor maiori: aut maior minori:
aut maior maiori.Intellige succedi maiori decedẽti in-
tra eam ætatem,qua restitutionem petere potuit,id est,
decedenti post vigesimum quintum ætatis suæ annum
ante vigesimum nonum completum:alioquin non es-
set restitutioni locus. Primo casu heres potest resti-
tutionem petere, quamdiu est minor: & intra qua-
driennium,postquam maior factus est,l.5.§.1.vel post-
quàm veniam ætatis impetrauit,secundum ea, quæ su-
prà docui. Secundo casu restitui potest, quamdiu est
minor, & postquàm maior esse desijt, intra tempus,
quod defuncto superetat mortis tempore,d.l.5.§.quòd
si. Tertio casu quadriennium heredi datur ex ea die
computandum, qua hereditatem adijt, vel bonorum
possessionem petijt,d.l.5.§.vlt. Quarto casu intra tan-
tum tempus heres potest restitutionem petere, quan-
tum defunctus ad eandem restitutionem petendam ha-
bebat mortis tempore:verbi gratia,si obijt anno vige-
simo sexto,triennium ad heredem transmittit,si vigesi-
mo septimo biennium, si vigesimo octauo annum
vnum. ¶In exceptione autem non numeratæ dotis 13
speciale est, vt heres restitutionem petere non possit,
nisi defunctus ante duodecimum matrimonij annum
decesserit:tuncque, si maior sit,intra annum debet re-
stitutionem petere: si minor, intra quinquennium à
morte defuncti, siue maiori siue minori successerit,
Nou.100.cap.2.

Tit. LIII. Quibus ex causis maiores in integrum restituantur.

I.4.j.	*IV.4.ij.*
II.3.j.	*V.3 ij.*
III.5.	

MAiores restituuntur, non solùm propter 1
reipub. causa absentiam, de qua suprà di-
ctum fuit: sed etiam propter alias causas
nunc enarrandas. ¶Qui hinc restituun- 2
tur: aut sunt speciali prætoris edicto, quod etiam de
reipub.causa absentibus loquitur,comprehensi, D. h.t.
l.1.aut sub generali edicti clausula continentur, d.l.1.
in fi. & l. sed etsi. 26. eod. tit. aut officio iudicis resti-
tuuntur. ¶Edicto specialiter restituuntur, I. Qui cu- 3
stodia militari detenti non potuerunt comparere
apud arbitrum, l. 2. vbi arbitrum accipin pro iudice-
dato in iudicio bonæfidei,vel arbitrario,vt in l. 6. infr.
de reb.credit.& l.arbitrum 42. D. famil. ercisc. & alijs
locis.

locis. Quamuis autem prætor in edicto militaris custodiæ mentionem expresse non faciat, tamen vinculorum verbum, quod est in edicto, Iureconsulti latius accipiunt, & ita interpretantur, vt etiam carcerem, & militarem custodiam complectatur, D. h.t.l. succurritur. 9. & l.seq. II. Qui in hostium potestate fuit, D. eod. l. 1. §. 1. Huic succurritur, siue ab hostibus reuerso, siue ibi mortuo, D. eod. l. ab hostibus. 15 in princ. Hinc deciditur in l. vlt. hæc species: Titius cum vxore & filio captus fuit ab hostibus: durante captiuitate Sempronius res quasdam ad Titium & ad vxorem eius pertinentes vsucepit: postea Titius & vxor apud hostes mortui sunt: filius autem in ciuitatem rediit: est igitur parentum heres beneficio legis Corneliæ, quæ fingit eos primo captiuitatis momento mortuos esse, D. qui testa. face. poss. l. lege. 12. & Inst. quib. mod. ius patr. potest. soluit. §. si ab hostib. alioquin eius qui apud hostes decessit, cũ seruus decesserit, hereditas dici non potest, D. de verbor. signif. l. 3. in fi. vnde sicut parentes restituerentur si viuerent, & reuersi essent ab hostibus; ita etiam hic filius restituitur, nisi annua præscriptione iure antiquo, seu quadriennij exceptione iure nouo ex l. vlt. in princ. sup. tit. prox. summoueatur: potest etiam, omissa petitione restitutionis, vtilem rei vindicationem mouere, quasi res vsucaptæ non essent, quemad-
4 modum etiam de metu diximus sup. tit. 19. ¶ Generali edicti clausula continentur I. Legatus municipij, D. h. tit. l. sed etsi. 26. §. vlt. Huic etiam ex constitutionibus succurritur, l. 1. & D. eod. l. legatis. 8. Hi non dicuntur reipub. causa abesse, d. l. sed etsi. §. vlt. quia reipub. appellatione κατ' ἐξοχὴν intelligitur respublica Romana; sed iis comparantur, qui reipub. causa absunt, l. 1. II. Respublica, quia minoribus comparatur, l. 4. & infr. de iur. reipub. l. 1. & l. 3. huic quoque ex constitutionibus principum succurritur, sup. de offic. eius qui vic. alic. iud. obt. l. 2.

5 ¶ Officio iudicis omnes causa cognita in causis bonæ fidei restituuntur, l. 3. quia in his iudiciis amplissima iudici potestas data est iudicandi quid ex bono & æquo præstari oporteat, Institut. de action. §. in bonæ fidei.

Tit. LIV. De alienatione iudicij mutandi causa facta.

1 VLtima restitutionis causa est, alienatio iudi-
2 cij mutãdi causa facta. ¶ Nota primò, intelligi alienationem factam inter viuos, nõ in vltima voluntate, D. h. t. l. ex hoc edicto. 8.
3 §. alienare. & §. seq. ¶ Nota secundò, iudicium intelligi futurum, non quod iam pendet, d. l. ex hoc edicto, §. 1. alioquin res, tanquam litigiosa alienari non posset,
4 vt explicabitur sub titulo de litigiosis. ¶ Nota tertiò, nihil referre, vtrùm reus rem alienauerit, vt duriorem aduersarium actori opponeret, l. vn. an actor ob eandem causam alium, qui peteret, substituerit, D. eod. l. pen. &
5 vlt. ¶ Nota quartò, ex hoc edicto dari actionem in factum, D. eod. l. 1. arbitrariam, D. eod. l. 4. §. vlt. & d. l. ex hoc edicto, in princ. Vt nisi rem in pristinam causam restituat, tanti damnetur, quanti agentis interfit alienationem factam non esse, d. l. 1. Quemadmodum igitur prætor edicto, quod metus causa, dicitur restituere, quia iubet rem restitui, &, nisi restituatur, condemnare in quadruplum, D. quod metus cau. l. item si cum exceptione. 14. §. 1. ita etiam hic dicitur restituere, d. l. vn. quia iubet rem restitui, &, nisi restituatur, in id con-
6 demnare quod agentis interest, d. l. 1. ¶ Nota quintò, electionem dari ei, in cuius fraudem res est alienata, vtrùm malit rẽ à possessore, in quem translata est, vindicare, quia rei vindicatio datur contra possidentem, D. de rei vindic. l. 7. & 9. an in factum, in id quod sua interest, agere contra eum, qui rem iudicij mutandi causa alienauit, d. l. vn.

Tit. LV. De receptis arbitrijs.

HVcusque dictum est de ius dicentibus: nunc dicendum de arbitris non à ius dicente da- 1
tis, nec iussu iudicis constitutis, sed libera partium voluntate electis. Hi vocantur arbitri compromissarij: quia pœna compromitti, id est, vltrò citróque promitti solet, nisi eorum sententiæ pareatur, l. 1. in princ. Iam verò nemo cogitur arbitrium recipere; sed si quis arbitrium sponte susceperit, eũ prętor cogit sententiam dicere, non solùm vt lites finiantur, sed etiam ne decipiantur, qui eum disceptatorem elegerunt, & negotij arcana aperuerunt, D. h. t. l. 3. §. 1. Idcirco hæc rubrica inscribitur *de receptis arbitrijs*, & in D. similis est rubrica *de receptis, qui arbitrium receperunt, vt sententiam dicant.* Vulgati Codices hic habent de *receptis arbitris*, quam lectionem non probo.
¶ Arbiter igitur de quo loquimur, est disceptator com- 2
muni & libero partium cõsensu electus, qui arbitrium
in se recepit. ¶ Tribus autem modis constitui potest. I. 3
Nudo pacto, quo conuenit, vt sentẽtię arbitri pareatur, l. 5. in princ. vel vt pœna soluatur, nisi sententiæ arbitri stetur, D. eod. l. litigatores. 11. §. interdum. II. Stipulatione, qua vel promittitur stari sententiæ arbitri, D. eod. l. diem. 27. §. vlt. vel pœna, nisi sententiæ stetur, l. 1. in princ. Huic autem stipulationi interdum adijcitur doli clausula, id est, promittitur dolum malum abesse, abfuturúmque esse, l. 3. tuncque vocatur plenum compromissum, D. eod. l. ita demum. 31. III. Iureiurando adhibito, l. 4. in princ. quod vel præstatur ab arbitro, & litigantibus, d. l. 4. §. 1. vel à solis litigantibus, d. l. 4. §. sin autem de arbitro. vel à solo arbitro, d. l. 4. §. sed
etsi. ¶ In hoc titulo quatuor quæstiones dissoluuntur. 4
¶ Primò quęritur, qui possint fieri arbitri? Hoc officium 5
virile est: ideo mulieres ab eo repelluntur, l. vlt. ¶ Secũ- 6
dò quæritur, qui sint effectus disceptationis apud arbitrum? Duo autem effectus traduntur. I. Per conuentionẽ apud arbitrum in scriptis factã non minùs præscriptio interrumpitur, quàm si apud iudicẽ lis esset inchoata, l.
5. §. 1. II. Acta apud arbitrum, etiam in ordinario iudi- 7
cio vim probandi habent, d. l. 5. §. vlt. ¶ Tertiò quæritur, quis sit effectus sententiæ ab arbitro latæ? Hîc plura notantur. I. Ex sententia arbitri non datur actio iudicati, l. 1. in princ. II. Ab arbitri sententia non potest appellari, d. l. 1. in princ. III. Ex sententia arbitri datur actio in factum, si litigatores pronunciatæ sententiæ subscripserint, l. 4. §. vlt. vel arbitrum elegerint, adiecto nudo pacto, vt eius sentẽtiæ stetur, nec intra decem dies eius sententiam repudiauerint: nam hoc quoque casu vel in factum agitur, si iudicatum fuit pro petitore; vel pacti exceptio competit, si iudicatum sit pro reo, l. 5. in princ. Similiter si iusiurandum interuenerit, & in scriptis redactum sit, iure Codicis ex sententia arbitri vel in factum agi potest, vel condictione ex lege, vel vtili in rem actione, prout facti qualitas postulauerit, d. l. 4. §. & in his. & §. seq. Sed hoc ius cor-
rectum est Nou. 82. cap. 11. ¶ Quarto quæritur, quis 8
sit effectus compromissi? I. Si pars apud electum arbitrum comparere non vult; quoniam per eum stat, quò minùs sententia dici possit, (non valet enim arbitri

arbitri sententia, nisi coram vtraque parte lata sit,) in pœnam promissam incidit, l. 2. & D. eod. l. diem. 27. §. si quis litigatorum. II. Qui arbitri sententiæ non obtẽperat, pœnã promissam soluere cogitur, l. 1. in princ. nisi aut doli exceptione se tueri possit, probans arbitrum per gratiam, vel sordes male iudicasse: (quo casu etiam ex doli clausula aduersarius, qui arbitrum corrupit, cõueniri potest, si, vt assolet, promissum fuit dolum malum abesse, absfuturúmque esse. l. 3.) aut sententia ipso iure nõ valeat, putà si post diem compromisso comprehensum dicta sit, d. l. 1. §. 1. quia compromissum tempore finitum est, D. eod. l. non distinguemus. 32. §. summa.

Tit. LVI. De satisdando.

1 EXpositis iudiciis principis, ius dicentium & arbitrorum compromissariorum, superest, vt explicentur iudicia propriè dicta, id est, iudicum pedaneorum. Hæc verò in sequentem librum reiiciuntur: interim in calce huius libri proponuntur quædam illorum iudiciorum præparatoria, quæ litigaturis præscribuntur, nempe vt satisdent, vt competente iudicio contendant, & vt bonam fidem adhibeant. Hæc igitur tria ordine declarabimus.

2 ¶ Satisdatio est cautio, quæ fit datis fideiussoribus, D. qui satisda. cogan. l. 1. Interdum quidem satisdatur pignoribus, D. de pecun. constit. l. promissor. 21. §. vlt. sed satisdationes prætoriæ, quales sunt hæ, de quibus hoc titulo agitur, D. de stipul. prætor. l. 1. in princ. & §. 1. fideiussorum personas desiderant, pignora verò non ad-

3 mittunt, D. eod. l. 7. ¶ Tres satisdationes prætoriæ iudiciales hoc titulo considerantur, quarum duæ priores

4 præstantur ex parte actoris, tertia ex parte rei. ¶ Prima est satisdatio rem ratam dominum habiturum, quam procurator actoris absentis tunc præstat, cùm de mandato dubitatur. Nam si dominus adsit, non est opus satisdatione, l. vnic. in princ. & D. de procurat. l. si procuratorem. 65. Si verò absit, aut constat procuratorem habere mandatum: aut constat eum carere mandato: aut de eo dubitatur. Primo casu procurator admittitur sine satisdatione, vt quia datus est apud acta, d. l. vnic. in princ. vel domini literis ad aduersarium scriptis confirmatur, d. l. si procuratorem. Secundo casu repellitur, nisi sit coniuncta persona, cui specialiter concessum est, vt sine mandato admittatur, sup. de procurat. l. exigendi. 12. l. maritus. 21. & D. eod. l. sed & hæ. 35. in princ. & iudic. sol. l. 3. §. sed etsi fortè. non tamen contra euidentem domini voluntatem, D. de procurat. l. Pomponius. 40. §. vlt. Tertio casu requiritur satisdatio, sup. eod. l. 1. & D. cod. l. non solùm. 39. §. 1. & de minorib. l. quòd si de speciali. 26. in princ. & Instit. de satisdat. §. sin autem per procurato-

5 rem. ¶ Secunda est satisdatio de lite excipienda. Nam procurator, qui nomine absentis agit, debet eum, si inuicem conueniatur, defendere, D. de procurat. l. seruũ. 33. §. ait prætor. alioquin actio ei denegatur, D. eod. l. mutus. 43. §. pœna. & sup. eod. l. 5. Actionẽ igitur persequi non potest, nisi prius satisdet de lite reconuentionis suscipienda, l. vnic. §. 1. vbi defensionis allegatio dicitur, cùm reus procuratori agere volenti opponit, quòd debet eum inuicem defendere. Hæc autem allegatio dicitur proponi in ipso litis exordio, id est, ante litem contestatam: quoniam est exceptio dilatoria: exceptiones autem dilatoriæ debent ante litem contestatam proponi, infr. de probat. l. exceptionem. 19. Eadem ratione etiam satisdatio de rato petitur ante litem contestatam, D. de procurat. l. Pomponius. 40. §. penult.

6 ¶ Tertia est satisdatio iudicatum solui, quam is præstat, qui alieno nomine conuenitur, siue sit procurator cum mandato, etiamsi de mandato constet, vt quia factus est procurator apud acta, siue sit defensor sine mandato, & hæc quoque satisdatio exigitur ante litem contestatam, d. l. vnic. §. vlt. Hæc dicta sint de satisdationibus.

Tit. LVII. De formulis, & impetrationib. actionum sublatis.

VT autem litigantes competente iudicio contenderent, olim necesse erat actionem impetrare à prætore, qui iudicem, & agendi ac iudicandi formulas præscribebat. Sed formulas sustulit Constantinus, l. 1. impetrandæ actionis necessitatem Theodosius & Valentinianus, l. 2.

Tit. LVIII. De iureiurando propter calumniam.

DEnique quò magis adhibeatur à litigatoribus bona fides, iusiurandum de calumnia ab eis exigitur. Hoc iusiurandũ multiplex est, prout ad varios actus refertur. Generaliter iusiurandum de calumnia est, cùm aliquis iurat à se calumniam abesse, absfuturámve esse, id est, se bona fide vti, aut vsurum esse: hoc enim iusiurandum non est de rei veritate, sed (vt Doctores loquuntur) de credulitate, l. 2. §. quod obseruari. In summa vel ad iudicium, vel ad alias causas pertinet. In hoc titulo tria calumniæ iuramenta ad iudicium spectantia considerantur; nempe de litis contestatione, de probatione, & de quæstione. 1

¶ Primum est iusiurandum de litis contestatione, de 2 quo in l. 2. deciduntur octo quæstiones. ¶ Primò quæ- 3 ritur, Qui teneantur hoc iusiurandum præstare? Respondetur, tam actorem, quàm reum iurare debere; quin etiam aduocatos: sed de iureiurando iudicis, & aduocatorum agitur in l. rem non nouam. 14. infr. de iudic. hæc verò constitutio est de iureiurando litigantium, d. l. 2. in princ. Quid ergo, si alieno nomine lis moueatur, aut suscipiatur? Si quidem tutorio vel curatorio nomine quis interueniat, ipse de calumnia iurare debet; non is, qui in tutela vel curatione est, d. l. 2. §. quod obseruari. Sin autem procurator, vel defensor interueniat, tunc ipse dominus litis iurare debet, d. l. 2. §. sin autem absfuerit. Nam iure ciuili nunquam iuratur per procuratorem, sed ipse dominus litis iurare debet, D. de noxalib. l. quoties. 21. §. penult. quamuis excusetur, quò minùs ad iudicem veniat, vel propter personæ qualitatem, vel propter absentiam, inf. de reb. cred. l. penult. §. his de præsentibus. iure autem canonico admittitur procurator ad iurandum pro domino in eius animam, extr. h. t. cap. 1. 3. 4. penult. & vlt. & lib. 6. eod. tit. cap. vlt. ¶ Secundò quæritur, quibus casibus 4 hoc iusiurandum necessariò præstandum sit? Respondetur, præstandum esse omnibus casibus: siue suo, siue alieno nomine, cum mandato, vel sine mandato quis litiget, d. l. 2. §. quod obseruari, §. sin autem absfuerit & §. hoc etiam. nec possunt litigantes sibi inuicem hoc iusiurandum remittere: quia iudex eos debet ad iurandum compellere, d. l. 2. §. sed quia. Si tamen iudicis negligentia non iurari contigerit, processus nihilominùs valet, ac iudicium tenet, extr. eod. cap. 1. §. 1. Nec vlla est in hac parte inter ius ciuile & ius Canonicum differentia. Errant igitur, qui putant hoc iusiu-

randum tacitè remitti posse, vt Iohannes & Marti-
nus. Errant etiam, qui putant eo non præstito iudi-
cium non valere, siue hanc sententiam generali-
ter accipiant, vt Azo, siue restringuant ad eum ca-
sum, quo iusiurãdum expressè petitum sit, vt Gail. post
alios, quos allegat lib. 1. obser. 84. quam sententiam do-
leo in Germania iuris studiosissima obseruari: quo-
niam inde animaduerti multorum annorum acta &
processus iniquè rescindi, atque ita lites valde proro-
gari magno cum litigantium dispendio. Vno tamen
casu Iustinianus patitur iudicium peragi sine hoc iure-
iurando, videlicèt in iudiciis eo tempore; quod d. l. 2.
lata est, pendentibus, si partes absint: nam si vna liti-
gantium pars adsit, sola iurare tenetur: si ambo liti-
gatores absunt, ne detur occasio litis differendæ ac
prorogandæ, iudicium per procuratores sine iureiu-
rando prædicto peragitur, d. l. 2. §. vlt. Sunt etiam quæ-
dam personæ specialiter exceptæ, quibus generaliter
iusiurandum de calumnia remittitur. Et I. Parentes, ac
patroni, D. qui satisd. cog. l. de dic. 8. §. pen. Vide Centur.
3. quæst. 83. II. Dominus feudi, & vasallus inter se liti-
gantes, 2. Feud. tit. 33. de consuet. rect. feu. §. in quib.
5 ¶ Tertiò quæritur, quid iuretur? Actor iurat se non ca-
lumniandi animo litem mouisse, sed quia existimat se
bonam causam habere; reus verò iurat se bona fide
actori contradicere; quia putans se bona instantia vti,
ad reluctandum & litigandum processit, d. l. 2. in princ.
Quamuis ergo malam fortasse causam habeant, tamen
non peierant; quia non iurant se habere bonam cau-
sam, sed se ita credere, d. l. 2. §. quod obseruari. Vnde su-
prà dixi hoc esse iusiurandum credulitatis, non verita-
6 tis. ¶ Quartò quæritur, cur hoc iusiurandum requira-
tur? Respondetur, non requiri pro commodo priuato-
rum, sed pro communi vtilitate, d. l. 2. §. sed quia. Vt sine
calumnia, tanquàm Deo auctore, lites dirimantur, d. l.
7 2. §. penult. ¶ Quintò quæritur, quando iuretur? Re-
spondetur, hoc iusiurandum præstari in litis primor-
dio, id est, in lite contestanda, d. l. 2. in princ. exceptis li-
tib. tempore huius legis latæ contestatis: in his enim
iubet Imperator iurari in primo post hanc legem pro-
8 mulgatam ingressu, d. l. 2. §. vlt. ¶ Sextò quæritur, vbi
iuretur? Iuraturus ad iudicem venire debet, vt coram eo
iuret: nisi dignitas vel sexus impediat, quominùs hone-
stè ad iudicem venire possit: tunc enim domi suæ iu-
rat, d. l. 2. in princ. & §. 1. Idem dicendum de senibus, &
ægrotantibus, quoniam eadem, aut etiam fortior ratio
est. ¶ Septimò quæritur, coram quibus iuratur? Re- 9
spõdetur iurari coram iudice, & parte aduersa, aut eius
procuratore, si aduersa pars vel per se, vel per procura-
torem interesse velit, d. l. 2. §. 2. §. sin autem abfuerit. &
§. hoc etiam. ¶ Octauò quæritur, quæ sit pœna nolen- 10
tis iurare? Respondetur, eum causâ cadere: nam actor, si
actio ei competebat, eam amittit, d. l. 2. §. quòd si actor.
reus autem pro confesso habetur, & quasi in iure con-
fessus, poterit condemnari, d. l. 2. §. sin autem reus. Huc-
usque dictum est de iureiurando, quod est de litis
contestatione. ¶ Sequitur iusiurandum de probatio- 11
ne. Qui probationem ab aduersario exigit, siue agatur
de probatione per literarum collationem, siue per in-
strumenta, siue de alia quacumque, priùs iurare debet
se non calumniæ, siue aduersarij vexandi causâ proba-
tionem exigere, l. 1. in princ. Cùm autem hoc iure to-
ties iurandum in iudicio sit, quoties probatio exigitur,
Iustinianus Nou. 49. cap. 3. statuit, vt initio litis iusiu-
rando suprà exposito de litis contestatione adiungatur
iusiurandum de probatione in toto iudicio per calum-
niam non exigendo, ne sæpius hac de re iurandum sit.
Hoc igitur iusiurandum est quidem generale respectu
probationum; quia est de omnibus in eo iudicio futu-
ris probationibus; sed non est generale simpliciter, vt
Doctores asserunt, existimantes per eam Nou. non pos-
se in eodem iudicio sæpius iurari de calumnia: nam et-
si hæc sententia iure Canonico vera est, extr. h. t. c. 1. ta-
men iure ciuili vera non est, vt Cuiacius ad d. Nou. 49.
c. 3. rectè animaduertit. Optima autem ratione sum-
mus pontifex semel tantùm de calumnia in eodem iu-
dicio iurari constituit, ne iurisiurandi religio, propter
nimiam iurandi frequentiam, facilè, quæ est hominum
malitia & improbitas, in contemptum abeat. ¶ Su- 12
perest iusiurandum de quæstione. Vt enim qui proba-
tionem ab aduersario requirit, de calumnia iurat: ita
etiam iurare debet, qui quæstionem de seruis haberi
petit. Ac ne facilè serui tormentis subiiciantur; specia-
liter hoc casu est constitutum, vt iusiurandum de ca-
lumnia corporaliter præstetur tactis sacrosanctis scri-
pturis, d. l. 1. §. 1.

IVL. PACII A BERIGA I. C. ANALYSIS LIBRI TERTII CODICIS.

Tit. I. De iudiciis.



1 XPOSITIS iudiciorum præparatoriis, deinceps de ipsis iudiciis cùm generaliter, tum spe-
2 cialiter agemus. ¶ Iudicium ab Aristotele 5. Eth. definitur, iusti & iniusti diiudicatio. Potest etiam pleniùs definiri, vt dicatur iuris disceptatio apud iudicem, de causa inter actorem &
3 reum controuersa. ¶ Huius tituli capita quatuor sunt.
4 ¶ Primi capitis, quod est de iudice, tria sunt segméta.
5 ¶ In primo segmento explicatur, qui possint iudicare,
6 vel non. Hæc expositio est tripertita. ¶ Primò agitur de viris militaribus: dubitationem namque facit, quòd iudex debet esse iuris peritus, vt notaui ad tit. vt quæ desi. aduoc. vel partib. iud. supple. milites verò potiùs norunt arma, quàm leges, inf. de iu. delib. l. vlt. in princ. Hae tamen ratione non obstante, etiam viris militaribus tribuitur iudicandi facultas, l. certi. 17. Vt magistris militum, & aliis militaribus magistratibus, qui habent assessores, quos possunt de iureconsulere: cùm enim iudex habet assessores, iuris scientia non requiritur in ipso iudice, sed in assessoribus, D. quod quisque iur. l. 2. Idcirco imperator in d. l. certi. ait, *pro sua & legis scientia*, opponens scientiam magistratus militaris, scientiæ iuris, qua prædıti sunt eius assessores, & ostendens militarem magistratum hac duplici cognitione suffultum
7 posse rectè iudicare. ¶ Secundò agitur de iudice dato: vbi quæritur, qui possint iudicem dare, vel non? Hæc potestas denegatur iudici delegato, nisi sit delegatus à principe, l. 5. Cui specialiter hoc est concessum, quemadmodum & iurisdictio ei est concessa, extr. de offic. iud. deleg. c. 1. & c. 5. non item aliis iudicibus delegatis,
8 D. de re iud. l. à Diuo Pio. 15. in princ. ¶ Tertiò agitur de recusatione iudicis: de qua hîc dissoluútur sex quæ-
9 stiones. ¶ Prima quæstio est, quinam recusent iudices? Respondetur, hoc esse concessum litigantibus, l. aper-
10 tissimi. 16. Vel eorum alterutri; l. vlt. ¶ Secunda quæstio est, quinam iudices recusari possint tanquam suspecti? Respondetur, posse recusari iudices delegatos, siue dati sint à principe, siue à quouis ius dicente, l. apertissimi. 16. & l. vlt. Nam iure ciuili iudex ordinarius recusari non potest: sed, si suspectus sit, ei adiungitur alius iudex, qui vocatur *συνδικαστὴς*, id est, *coniudex*, Nou. 13. c. 2. Nou. 53. c. 3. vel episcopus, Nou. 86. cap. 2. Non obstat Nou. 96. cap. 2. quia etsi Imperator initio eius capitis loquitur de magistratibus, propterea quòd magistratus iudicem dabant; tamen cùm loquitur de iudice recusando, quem litigatores sortiti sunt, sine dubio loquitur de iudice dato: hunc enim litigantes sortiebantur, non magistratum. Iure autem Canonico etiã iudex ordinarius recusari potest, extr. de foro compet. cap. 4. & de appellat. c. cum speciali. 61. in princ. ¶ Ter- 11
tia quæstio est, quando iudex recusari possit? Respondetur, posse recusari ante, non post litem contestatam, l. omnes. 12. §. 1. & d. l. apertissimi. & infr. de senten. & & interloc. omn. iudic. l. vlt. & Nou. 96. c. 2. & Nou. 53. c. 3. quia exceptiones dilatoriæ ante litem contestatam proponi debent, inf. de probat. l. exceptionẽ. 9. Hæc autem exceptio est dilatoria, ideóque ante litem contestatam proponenda; alioquin is, qui litem contestatur, iudicem probare videtur, & huic exceptioni renunciare, extr. de senten. & re indic. c. inter monasterium. 10. Doctores ne quidem ante litem contestatam post alias defensiones propositas recusationem admittunt; quasi eas proponens in iudicem consentiat, quem vult de his exceptionibus iudicare. Cæterùm, si quis ante litem contestatam expressè in iudicem consenserit, sine dubio non potest ampliùs eum recusare, extr. de offic. iudic. deleg. c. insinuante. 25. quia reprobari non potest quod semel probatum fuit, D. de negot. gest. l. Pomponius. 91. Rursus Doct. etiam post litem contestatam iudicem ex noua causa, id est, post litis contestationem superueniente, recusari posse tradunt: quod iure canonico verum est, extr. de offic. iud. deleg. d. c. insinuante. sed iure ciuili non admittitur, l. omnes. 12. §. 1. ¶ Quar- 12
ta quæstio est, quomodò fiat recusatio? Respondetur, eum, qui iudicem suspectum dicit, debere libellum recusationis ipsi iudici recusato offerre, d. l. apertissimi. Vel eo absente, si præses ibi sit, apud acta præsidis recusare iudicem: si præses alibi degat, recusare apud defensorem, vel apud duumuiros, l. vlt. Nam qui Romæ dicitur tribunus plebis, in municipio vocatur defensor: & qui sunt Romæ Consules, in municipio appellantur duumuiri. ¶ Quinta quæstio est, quoties liceat iudicẽ 13
recusare? Respondetur, semel tantùm, d. l. omnes. in fin. & d. Nou. 53. cap. 4. ¶ Sexta quæstio est, quis sit effectus 14
recusationis? Respondetur, dari alium iudicẽ in locum recusati, d. l. omnes. §. 1. d. Nou. 96. c. 2. quem scilicèt partes elegerint: coguntur enim arbitrum vel arbitros intra proximum triduum eligere, d. l. vlt. Sed iure canonico hic arbiter, vel hi arbitri non iudicant de causa principali, sed de causis recusationis, extr. de offic. iudic. deleg. c. suspicionis. 39. (nam iure canonico iudex non potest recusari nisi ex iusta causa, extr. de for. compet. c. 4. & de sent. & re iudic. c. inter monasterium. 10. & de

appellat.cap.cùm ſpeciali. 61. quod iure ciuili nec olim obtinuit, nec hodie obtinet, quia ad recuſationem ſufficit ſola ſuſpicio, d.l.apertiſſimi, & l.vlt. vno caſu excepto, cùm quis ad eundem iudicem mittendus eſt, D.de libert.cau.l.ſi pariter.9.in princ.) & cauſa quidem non probata (nam intra annum probari debet, extr. de appellat. c. ſecundo requiris 41.) iudex perinde procedit ac ſi recuſatus non fuiſſet, d.c.ſecundo requiris. Ea verò probata, debet abſtinere, & cauſam alteri committere, vel ad ſuperiorem tranſmittere, d.c.cùm ſpeciali. Hactenus de iudicis recuſatione. Hactenus primum ſegmentum primi capitis. ¶ In ſecundo ſegmento agitur de cauſis, quæ in iudiciū veniunt: de quibus tres quæ-
15
16 ſtiones diſſoluuntur. ¶ Primò quæritur, an is, qui non poteſt cognoſcere de aliqua cauſa principaliter, poſſit de ea cognoſcere incidenter: Veluti ſi apud iudicē, qui non poteſt cognoſcere de cauſa ſtatus, petatur hereditas; ac reus actori opponat eum eſſe ſeruū; proinde nec heredem eſſe, nec hereditatē petere poſſe: quæritur, an iudex de ſtatu actoris cognoſcere poſſit? Reſpondetur, poſſe, l. 3. quia non de cauſa incidenti, ſed tantum de principali pronunciat, infr.de ordin.iudic.l. 1. Quòd ſi talis eſſet iudex, qui poſſet de cauſa ſtatus pronunciare, certè eriſ de ea pronunciare deberet, infr.cod.l.3.& D. de minorib.l.intra.39. in princ. quod etiā in cauſis criminalibus obtinet, D.ad leg Iul.de adulter.l. 2. §.vnde. quia de qua re iudex cognouit, de ea ſi poteſt, pronun-
17 ciare debet, D.de iudic.l.de qua re.74.in princ. ¶ Nota, gloſ.in d.l.3.h.t.accipere *quo magis*, pro *quo minus*, vt & in l.1.inf.qui dat.tutor.vel curator.poſſ. Quæ interpretatio non eſt neceſſaria, ſi particulam illam *quo magis*, coniungamus cum ſequentibus; & dicamus totū hoc, *quo magis cauſa terminetur*, regi à verbo *nihil prohibet*. Quemadmodū enim *facere* & *pati*, interdum idē ſignificant, vt cùm dicimus *satturam facere*, & *satturam pati*: ita etiam *quo magis*, & *quo minus*, aliquando idem valēt, iuncta verbo, quod prohibitionem vel impedimentum
18 ſignificat. ¶ Secundò quæritur, quid facere debeat iudex, qui non eſt omnino, ſed tantum in quibuſdam litis articulis incōpetens? Reſpondetur, eum debere ſuā ſententiā hos articulos, in quibus non eſt iudex cōpetens, ad iudicē competentē remittere, adeo vt eos ſolos definiat, in quibus ipſe eſt iudex cōpetens, d.l.omnes.§.1.
19 ¶ Tertiò quæritur, an poſſit apud aliū iudicem de poſſeſſione, apud alium de proprietate agi? Reſpondetur, vnum & eundem iudicem debere vtramq; litem decidere: quia continentia cauſæ non eſt diuidenda: nec beneficij prærogatiua, id eſt, priuilegiū quæſtioni de momentanea poſſeſſione tributū, eo vſq; extenditur, vt cōtinentiam cauſæ diuidat, d.l.nulli. 10.vbi *in eodem iudicio*, ſignificat, *in eodem foro*, & *apud eundem iudicem*, vt rectè Accurſius interpretatur, & expreſsè traditur infr.de rei vindicat.l.ordinarij.13.quia iure ciuili fieri vnum iudicium non poteſt, quo ſimul iudicetur de poſſeſſione & proprietate, Inſtit.de interd.§. retinendæ. licèt iure canonico hoc admittatur, extr.de cau.poſſeſſ.& propr.c. 23.& paſſim. Momentanea poſſeſſio dicitur, quæ nō in perpetuum, nec ſimpliciter adiudicatur; ſed tantiſper dum iudicio petitoriō de proprietate contenditur. Ideo namq; vni poſſeſſio adiudicatur, alteri abiudicatur. Vt ita præparetur iudicium petitorium, id eſt, vt conſtet, vter proprietatē petere, vter rei partibus fungi debeat, d.§.retinendæ. Quocirca iudicium petitorium appellatur iudicium principale, d.l.nulli.& infr.vbi in rem act. exerce. debe. l. 2. & negotium principale, infr.ad leg. Iul.de vi.l.7. Quod autem in d.l.nulli.ſtatuitur de iudicio poſſeſſorio, & petitorio, generaliter puto obtinere, adeo vt nunquam ſit alius iudex in iudicio præparatorio, alius in principali; ſed apud eundem iudicem vtraque cauſa terminetur. Hic eſt finis ſecundi ſegmenti.

¶ In tertio ſegmento agitur de officio iudicis in iudi- 20
cando: Vbi dantur plura præcepta. I. Propoſita habeat ſacra Euangelia: quod Iuſtinianus vocat iuſiurandum iudiciale, l.rem non nouam. 14. in princ. II. Non audiat eum, qui cauſæ continentiam diuidit: immo puniat eum, qui alium iudicem de poſſeſſione, alium de principali, id eſt, proprietatis quæſtionem petit, d. l. nulli. III. Non audiat eum, qui fuit contumax, antequam impenſas & damna aduerſario reſtituat, l. ſancimus. 15. IV. Breuiter litem decidat, nec ſine iuſta cauſa dilationem admittat, d.l.omnes. 12. in princ. nec patiatur litem vltra triennium proferri. Vt enim cauſa criminalis biennio, ita ciuilis triennio terminatur, d.l. properandum.in princ. & §. ſin autem vtraque. & infr. vt intra cert.tempus crim.quæſt.term.l.vlt. V. Plenè de cauſa cognoſcat, l.iudices. 9. VI. Iudicet ſecundùm leges, non ſecundum reſcripta, l. ſubtilitatem. 11. & ſupr. ſi contr. ius vel vtil. public. l. vltim. VII. Æquitatem ſtricto iuri præferat, l.placuit.8. Abſolutum eſt primum caput huius tituli, quod eſt de iudice. ¶ In ſecundo capite, quod eſt de litigantibus, 21
quæritur, qui habeant legitimam perſonam ſtandi in iudicio? Et excluduntur ſerui, l.6. & 7. Excipitur cauſa momentanea poſſeſſionis, quam ſeruus abſentis exercere poteſt, vt quæuis alia perſona, infr. qui legit. perſo.ſtan.in iudi.l.vlt.&ſi per vim vel alio mod.l.vnic. An præterea excipiatur ſeruus principis, dicā infr.tit.26.
¶ Tertium caput eſt de aduocatis: quibus præſcribitur, 22
vt poſt litem conteſtatam iurent tactis ſacris ſcripturis ſe malæ cauſæ ſcientes non patrocinaturos, ſed pro ſuorum clientum cauſa, quam iuſtam eſſe putant, omni ſtudio, omnique ope, quatenus poterunt, id, quod verum & iuſtum exiſtimabunt, allegaturos: & ſi in proceſſu litis, eam improbam eſſe cognoſcent, ſe eam dereliċturos. His autem litem hac de cauſa deſerentibus, vetat imperator alios aduocatos in eorum locum ſubſtitui. At ſi ex multis aduocatis alij bonam, alij malam eſſe cauſam arbitrentur; illi cauſam agent, hi omittent, l.rem non nouam.14.§.patroni. ¶ Quarto capite, quod 23
eſt de ipſo iudicio, tres quæſtiones deciduntur. ¶ Pri- 24
mò quæritur, quamdiu lis durare poſſit? Reſpondetur, triennio, ſicut cauſa criminalis terminatur biennio, d.l. properandū.13.in princ. Alioquin is punitur, per quem ſtetit, quò minùs lis dicto tēpore finiretur. Hîc autem diſtinguuntur quinq; caſus. ¶ Primo caſu cùm ſtat per 25
actorem, poſt lapſum triginta menſium, reo contumaciam actoris accuſante, tribus vicibus, interpoſito ſingulis vicibus interuallo decem dierum, actor per executores requiretur: &, ſi non comparet, tūc iudex acta inſpiciet: &, ſi ex eis non poſſit inſtrui ad litē definiendam, reum abſoluet ab inſtantia iudicij, actorem in expenſas litis, quarum quantitas iureiurando rei declarabitur, reo condemnabit; & cautionem à reo præſtitam ei reddi iubebit; quamquam, etſi non reddatur, inefficax erit. Sin autem ex actis ſatis iudex inſtructus ſit, ſententiam definitiuam vel pro actore, vel pro reo proferet, ſed omnimodò reo in expenſas litis cōdemnabit actorem, qui nec de reo abſoluto, nec de damnato in minorem ſummam, quàm debeatur, cōqueri, & litem inſtaurare poterit, d.l.properandum.§ etſi quidem. ¶ Secun- 26
do caſu, cùm per eum ſtat, quò minùs lis triennio terminetur, ſimiliter reus abſens requiritur, vt diximus requiri actorem; & eo in contumaciam perſeuerante, iudex in cauſam inquiret, & ſententiam feret etiam contra abſentem, ſi obnoxius reperiatur: & actorem in poſſeſſionem rerum ad reum contumacem pertinentium mittet: vel, ſi hac iuriſdictione careat, ad maiorem iudicem referet, qui id faciat: & nequē reus, neque alius ab eo cauſam habens, contradicere poterit: nec ipſe reus reuerſus audietur, ſi datis fideiuſſoribus poſſeſſionem

recuperare

recuperare velit, d. l. properandum. §.fin autem reus.
27 § Communiter de primo, & secundo casu hæc notentur. I. Cùm eremodicio contracto, id est, lite ab actore
vel reo deserta, iudicatur, contumax non potest appellare, d.l.properandum.§.cùm autem. II. Sententia non
feratur à iudice, nisi prope finem triennij: & ante sententiam contumax comparens audiatur, ac tantùm in
expensis litis damnum ob contumaciam patiatur: quia si reus contumax absoluatur, nihilominùs in expensas
litis condemnabitur: & si reus condemnetur, actori contumaci, ab expensis absoluetur, d.l.properandum.§.
huiusmodi. Aliàs iubetur iudex victum victori in expensas litis condemnare: nam si hoc prætermiserit, ipse
de suo soluet, d.l.properãdum.§.siue autem.& D.de iudic.l.eum quem.79. in princ. & Instit. de pœna temer.
litigant. §.1. in fin. Ex iusta tamen causa potest ab impensarum restitutione eum, contra quem iudicat, ab-
soluere, Nou.82.c.10. Quid si impensæ petitæ non sint? Iudex secundum Doctores in impensas nihilominùs
ex officio vel condemnare, vel absoluere potest, Bart. in l.ædiles.§.item sciendum. D.de ædil. edi. & in l. 4.§.
hoc autem.de dam.infect. Mynsinger.cent.4. obser.55.
28 § Tertiò casu, cùm iudex litem vltra triennium producit, ipse iudex multatur, & alius in eius locum substitui-
tur, d.l.properandum.§.sin autem vtraque. In potestate namque iudicis est, vt lis non protrahatur, d.l. pro-
perandum.§.censemus.vers.hoc etenim. Si verò iudex non consultò litem protrahat, sed intra triennium
nondum lite finita moriatur, alius iudex subrogatur, cui tantum temporis conceditur ad litem terminan-
dam, quantum tempore mortis prioris iudicis supererat: quod tamen si minus anno sit, nihilominus subro-
gatus iudex annum habebit, d.l.properandum.§.sin au-
29 tem in medio. § Quarto casu, cùm per aduocatos stat, quominùs lis statuto tempore finiatur, ipsi aduocati
multantur, & ne per recusationem, vel prætextu honorarij non accepti causam omittant, vetantur causam
susceptam recusare, & per executores coguntur clientes honoraria eis persoluere, d.l. properandum. §. illo.
vbi Imperator addit, iudicem in sua sententia exprimere debere, cuius culpa factum est, vt lis intra trien-
30 nium non terminaretur. § Quintò casu, cùm per tutorem vel curatorem stetit (nam supradicta ad actorem
& reum perfectæ ætatis pertinent, d. l. properandum. §.pen.) & ob hanc culpam tutor vel curator causâ ce-
cidit, non instauratur lis; sed ipse tutor vel curator, & eius fideiussores atque heredes hoc dãnum pupillis siue
adultis resarcient. Si verò non sint soluendo, tunc minor aduersus rem iudicatam restituetur, §.vlt. Hæc di-
cta sint de prima quæstione, quamdiu lis durare possit.
31 § Secundò quæritur de effectu litis contestatæ, an perimat vsurarum stipulationem? Respondetur, non pe-
rimere, l.1. in qua hęc species deciditur: Titius à Mæuio ducentos aureos mutuò acceperat; eósque se intra cer-
tum tẽpus restituturum, & quò tardiùs solueret, in singulos menses aureum vnum promiserat: elapso anno
cùm Titius, neque sortem, nec vsuras soluisset, à Mæuio ex stipulatione conuentus est: qua actione Mæuius pe-
tiit sortem, & vsuras octo mensium: iudicio pendente aliquot menses fluxerunt: quæsitum est, an Mæuius
consequi possit vsuras quatuor mensium ante litem contestatam præteritorum, & eorum mensium, qui
cucurrerunt post litem contestatam? Dubitandi causa est: quia litis contestatio nouationem facit, D. de
nouat.l.delegare. 11. adhibita l.2. & 3. infr.eod.tit. Nouatione autem facta, tollitur stipulationis & vsurarum
obligatio, D.eod.l.nouatione.18. l.emptor.27. Contrarium respondetur: quia litis contestatio non facit agen-
tis causam deteriorem, D. eod. l. aliam.29. & lite quoque contestata vsuræ currunt, id est, per litis contesta-

tionem non sistuntur, D.de vsur.l. lite. 35. ad obiectionem respondeo, non fieri nouationem per litis conte-
stationem, cùm debitor à creditore suo conuenitur, vt in specie proposita: quandoquidem hoc caso actio ip-
so iure manet, non solùm post litem contestatam, sed etiam post sententiam, l.2. sed tunc litis contestatio no-
uationem facit, cùm debitor ab eo conuenitur, cui à creditore suo delegatus fuit, C.de nouat.l.3. § Tertiò 32
de effectu sententiæ quæritur, an possit actio instaurari contra tutorem vel curatorem semel absolutum?
Considerantur autem duæ causæ instaurandi iudicij.
§ Prima causa est, si quædam species in actione tutelæ 33
prætermissa sit, de qua nunc agere velit, qui in tutela fuit. Hoc casu iudicium rectè instauratur: quoniam
actio tutelæ non est ipso iure sublata per sententiam absolutoriam, per quam non fieri nouationem paulò
antè notaui, sed tantùm ex ea datur exceptio rei iudicatæ: verùm in casu proposito hæc exceptio per doli
mali replicationem eliditur, l. 2. § Secunda causa est, 34
si in priori iudicio, quo curator conuentus fuit, adolescenti reputauit pecuniam in emptionem prædiorum
collatam, & instrumenta emptionis ei tradidit; nunc autem is, qui in curatione fuit, iterum agere vult, prop-
tereà quòd curator cautionem de euictione à venditore non accepit. Imperator ait, hoc in antè acto iudi-
cio debuisse obiici curatori: quod cùm agens tunc reticuerit, sibi debet imputare, nec potest ob hanc cau-
sam instaurare iudicium semel finitum, l. 4. Supponimus enim eum esse maiorem viginti quinque annis,
vt in integrum restitui ex tit. de minoribus, non debeat.

Tit. II. De sportulis, & sumptibus in diuersis iudiciis faciendis, & de executoribus litium.

I. 4.iij.	*IV. in princ.2.ij.4.j.*
II. 2.j.	*§.j.2.iv.4 ij.*
III. 4.iv.	*§.vlt.2.iij.*

GEneralis tractatus de iudiciis multas partes habet; idcirco in multos titulos est diui- 1
sus. Postquam igitur generaliter de iudiciis agendum proposuit, deinceps multa specia-
liter considerat, omnibus iudiciis communia: quæ quidem omnia ad septem capita referuntur. Primum est
de executorib. & eorum sportulis: secundum de iudicibus: tertium de litigantibus: quartum de ordine iu-
diciorum: quintum de dilationibus: sextum de iurisdictione & foro competenti: septimum de casibus, qui-
bus non est opus adire iudicem. Hic igitur titulus est de sportulis, quarum nomine sumptus fiunt in execu-
tores litium, & de cæteris, quæ ad eosdem executores pertinent. Ac diuiditur in tres partes, vt ex ipsis ru-
bricæ verbis perspicuum est. § Prima pars est de spor- 2
tulis. Sportulæ propriè sunt nummorum & obsoniorum receptacula: sed metonymicῶs hîc accipiuntur
pro eo quod præstatur litium executoribus: quarum sportularum præstandarum, vel non præstandarum
hæ causæ proponuntur. I. Qui edictum principis de his, qui in prouincia ciuilem, aut militarem admini-
strationem gesturi sunt, in prouinciam perferunt: non possunt vltra quindecim aureos ex prouincia accipe-
re, ne quidem à volentibus: & si plus acceperint, quadruplum restituunt, l. 1. quam legem Cuiacius libr.
12. obseru. cap. 22. sic accipit, quasi in hanc pœnam incidant, qui dicunt se à volentibus accepisse; non
qui re vera à volentibus acceperint. Sed hæc interpretatio mihi non videtur verbis legis conuenire. II.
Qui publica vel priuata negotia exequenda à principe, vel ab illustri magistratu suscepit, reum quidem
conueniat; sed neque illum exigat,

neque sportulas accipiat, priusquàm exemplum iussionis, ex qua eum conuenit, ediderit. Qui verò ab alio magistratu, vel à moderatore prouinciæ publicum, vel priuatum iussum accipit: neque reum exigat, neque sportulas accipiat, priusquàm iussum præsidi prouinciæ insinuauerit; & libellus, vel in causa criminali inscriptio reo tradita sit, l. 4. in princ. III. Executiones pro editione libellorum, vel inscriptionum, vel actorū, vel instrumētorum, ne plus exigant, quàm iure definitum est, d. l. 4. §. vlt. Iustinianus enim l. vlt. quæ desideratur, certum sportularum modum definiuit pro ratione quantitatis petitæ, vt quò plus petitur, eò maiores sportulæ præstentur, inf. de fruct. & lit. expens. l. 4. Item constituit, vt si executor vltra definitam summam, sportularum nomine exegerit, in quadruplum teneatur condictione ex lege, Instit. de action. §. quadrupli. Si verò actor plus debito petierit, & ob hanc causam reus maiores sportulas executoribus soluerit: id quod amplius soluit, ab actore in triplum repetat condictione ex lege, Instit. eod. §. tripli. IV. Exactores pro exigenda cautione iuratoria, vel satisdatione, nullas sportulas accipiant, d. l. 4. §. 1. & supr. de episcop. audient. l. de his. 26.
3 §. neq; verò. ¶ Secunda tituli pars de sumptibus litium, nihil habet præter ea, quæ supra dicta sunt de sportulis: nam ex sportulæ, de quibus diximus, inter sumptus litium connumerantur. ¶ Tertia pars est de executori-
4 bus litium, de quorum sportulis suprà diximus. Ad hos spectat, I. Reum citare, d. l. 4. in princ. II. Reum ducere, vel cautionem ab eo accipere. Debet autem esse contentus cautione iuratoria ab eo, qui immobilia possidet; vel satisdatione de indemnitate vsq; ad quinquaginta libras auri ab eo, qui immobilia non possidet, nisi ei sit à principe, vel à maxima, id est, illustri potestate iniūctum, vt omnimodò reum ducat. Si qua verò controuersia oritur de persona fideiussoris, vel tenore cautionis, ea dirimetur ab episcopo, & patre ciuitatis, & defensore, d. l. 4. §. 1. & supr. de episcop. audient. d. l. de his. §. neque verò. III. Reum custodire: ab eo autem reus custoditur vsque ad finem litis, cui primùm traditus fuit, l. 1. IV. Causas instructas iudicibus offerre; alioquin à iudicibus puniuntur, & ab executione remouentur, l. 3. Hæc dicta sint de executorib.

Tit. III. De Pedaneis iudicibus.

I. 3. 4.	*IV. 4.*
II. 3. 5.	*V. 3. 5.*
III. 5. 6.	

1 Consequenter dicendum de iudicibus pedaneis. Iudex pedaneus, iudex datus, & iudex delegatus dicuntur eodem sensu. Hic nec iurisdictionem habet, nec alium iudicem dare potest, nisi à principe datus sit, vt notaui supr.
2 de iudic. num. 8. ¶ De hoc iudice in præsentia dissol-
3 uuntur quatuor quæstiones. ¶ Primò quæritur, à quibus dari possit, & in quibus causis? Hic dantur duæ regulæ. I. Præses prouinciæ de causis humilioribus non cogitur, sed potest iudicem dare, l. 2. & l. vlt. II. Procurator Cæsaris inter priuatas personas iudicem dare non potest, l. 1. nisi eorū alteruter causam habeat à fis-
4 co, argum. l. 4. infr. vbi caus. fiscal. ¶ Secundò quæritur, quid faciēdum, si iudex post litem contestatam ob alius iudicij impedimentum, vel necessariam absentiam, vel mortem, non possit liti finem imponere? Respondetur,
5 alium in eius locum substitui, l. 4. ¶ Tertiò quæritur, an iudex à præside datus possit causam ad ipsum præsidem remittere? Respondetur, non posse, sed ipsum
6 debere iudicare, l. 5. ¶ Quartò quæritur, an à sententia iudicis dati possit appellari? Respondetur, posse, d. l. 5. Intellige appellari ad eum, qui iudicem dedit, vel ad eius successorem: licèt ab eo, cui iurisdictio mandata est, non appelletur is, qui mandauit, sed iudex superior, qui à sententia mandantis iurisdictionem appellaretur, D. quis & à quo appell. l. 1.

Tit. IV. Qui pro sua iurisdictione iudices dare darive possunt.

Hic quoq; titulus ad iudices pedaneos pertinet: docet enim, à quibus dari possint, vel non. Dat autem regulam, & eius exceptionem. Regula est: Delegatio causæ, quæ ad iurisdictionem delegantis non pertinet, inutilis est; adeo vt cognitor, id est, iudex delegatus non cogatur patientiam præcepto præstare, id est, deleganti obtemperare, & iudicare. Immu, si iudicet, eius sententia ipso iure nulla est, nec est opus, vt per appellationē rescindatur. Excipitur delegatus à principe, qui causam à principe sibi specialiter delegatam, indistinctè potest alij subdelegare: & sententia à iudice subdelegato valet, nisi per appellationem rescindatur: appellatur autem à subdelegato ad delegatum, l. vn. 1

Tit. V. Ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat.

Hic titulus dat aliam regulam, iudicibus datis, & ius dicentibus communem: Nemo debet in sua causa iudicare, vel ius dicere. Iudicare dicitur iudex pedaneus, qui nullam coërcitionem habet, D. de re iudic. l. à Diuo Pio. 15. in princ. Ius dicere, qui coërcitionē habet, adeo vt sententiam exequi possit, siue iurisdictionem ordinariam, siue mandatam habeat: quia iurisdictio nulla est sine modica coërcitione, D. de offic. eius. l. 1. in fin. & l. vlt. in fin. Sed neq; sibi ius dicere, neq; sibi iudicare potest. Quare si iudex vni ex litigatoribus heres ex asse, vel ex parte extiterit, alius iudex eius loco substituitur, D. de iudic. l. Iulianus. 17. An idem in patre & filio obtineat, tractaui Centur. 1. quæst. 57. Hucusque de iudicibus: deinceps dicendum de litigantibus. 1

Tit. VI. Qui legitimam personam standi in iudiciis habeant, vel non.

Non valet iudicium eo litigante, qui legitimam personam standi in iudicio non habet, vt pupillo sine tutore, adolescente sine curatore, l. 1. & 2. & supr. si aduers. rem iudic. l. pen. & infr. qui dar. tutor. l. in vniuersis. 11. & D. de re iudica. l. acta. 45. §. vlt. Idcirco adolescens etiam inuitus curatorem accipit ad litem, Instit. de curat. §. item inuiti. Tutor autē vel curator pro minore in iudicio stare, & agere, vel conueniri potest, l. vlt. in fin. & D. de administr. tutor. l. 1. §. sufficit. & §. seq. Sed momentaneæ possessionis actio inter cætera priuilegia hoc habet, vt per quemcumque, atque adeo etiam per seruum exerceri; non tamen contra quēcumque possit: quare vel contra minorem curatore auctore interueniente moueri debet, vel contra ipsum curatorem, non contra minorem sine curatore, d. l. vlt. & infr. si per vim vel alio mo. l. 1. Dicitur autem actio momentariæ, seu momentaneæ possessionis, d. l. vlt. vel actio momenti, C. Th. vnde vi. l. vlt. vel iudicium momenti, Gregor. in registro, lib. 7. indict. 2. epist. 43. quia eius intentio & vis est, vt adiudicetur possessio, non in perpetuum, sed ad breue tempus, hoc est, donec iudicio petitorio iudicetur de dominio, cuius iudicij præparandi causa præmittitur iudicium de possessione, 1

Instit. de

Instit.de interdict.§.retinendæ.Sed sententia de domi-
nio præualet,ac possessionem ad se trahit,extr.de causa
possess.& propriet.c.6.

Tit. VII. Vt nemo inuitus agere, vel accusare cogatur.

1 SVperior titulus est communis actori &
reo:hic est actoris proprius.Nam de actore
hîc datur regula, quæ etiam ad accusato-
rem producitur,iudicium non dari inuito;
quia nemo inuitus cogitur ciuiliter agere,vel crimina-
liter accusare,vt hîc,& infr. de vsur. pupill. l. vlt. & de
pignor.l.creditor.20.De reo est contraria regula, iudi-
cium reddi in inuitum,D.de verb. oblig. l. inter stipu-
2 lantem.83.§.1. ¶ Quod dixi,inuitum ad agendum,vel
accusandum non compelli , regulariter est verum:
quandoque autem cogitur quis agere;vt tutor pro pu-
pillo,curator pro adolescente, nisi velit iudicio tutelæ
damnari,inf.arbitr.tutel.l.2.vel accusare;vt heres eum,
à quo defunctus necatus fuit,nisi velit hereditatem si-
bi auferri tamquàm indigno , inst. de his quib. vt in-
dign.l.1.& D.de senatuscons.Silan.l.cum fisco.9.l.si se-
quens. 15. Qui verò ideo mihi tenetur , quia contra
alium actionem habet , si necessitatem contra eum
agendi vitare velit , mihi actionem cedere debet , D.
commoda. l.5.§. rem tibi dedi. vers. idem habeo. & de
pecul.l.quod debetur.51. & de in rem ver. l. 3. §. idem
Labeo.& deposi.l.si is apud.16.Hactenus de litiganti-
bus:sequitur,vt videamus de ordine iudiciorum.

Tit. VIII. De ordine iudiciorum.

I. 2.	*III. 6.*
II. 5.	*IV. 7.*

1 HOc titulo consideratur iudiciorum concur-
sus:& explicantur quatuor casus.Primo , se-
cundo & tertio,alterum est iudicium princi-
pale , alterum incidens : vltimo casu vtrum-
que est æquè principale.Rursus primo & secundo casu
concurrunt quæstio hæreditatis , & quæstio status,vel
generis:tertio & quarto,quæstio ciuilis,& quæstio cri-
minalis.
2 ¶ Primus casus talis est : Fabius Præsens,testamento
facto , in quo heredem extraneum instituit , decessit:
deinde postumus in eo testamento præteritus , natus
est , ac tutores accepit Marcellinum & quosdam alios:
tutores contendunt testamentum adgnatione postumi
ruptum esse,atque ita hereditatem petunt ab intestato.
Heres autem scriptus opponit , postumum non esse
suum heredem,quòd sit ex ancilla susceptus , cum qua
matrimonium constare non potuit , infr. de incest. &
inutil.nupt.l.3.immo esse seruum , secundum iuris re-
gulam,quæ ait,partum sequi ventrem,infr. de rei vin-
dic.l.7.Non potest igitur constare,vtrùm hereditas po-
stumo ab intestato,an heredi scripto deferatur ex testa-
mento,nisi priùs de statu postumi constet.Sed difficul-
tatem facit,quòd aditus præses potest quidem de testa-
mento,quod ruptum dicitur , iudicare ; non tamen de
causa status.Imperatores in l.1.respondēt,iudicem, etsi
non potest principaliter cognoscere de causa status,
tamen posse de ea cognoscere incidenter , supr. de iu-
dic.l.3.& de sola hereditate pronunciare : sufficit enim
ei,qui iudicio obtinet , sententia dicta de hereditate,
3 infr.de ordin.cognit.l. 2. ¶ Nota primò , præsidem in
causa proposita non posse iudicare de causa status po-
stumi , quia non erat præses eius prouinciæ,in qua po-
stumus domicilium habebat,inst.vbi cau.stat.l. 3. & 4.
alioquin de ea etiam principaliter cognoscere , & pro-
nunciare posset,supr.de peda. iudic. l. 2. in fin. & infr.
ne de statu defunct.l.pen. Cur ergo de hereditate prin-
cipaliter cognoscit,& pronunciat ? Quia in ipsius pro-
uincia heres scriptus domicilium habebat,vel ibi erant
res hereditariæ, & heres scriptus ibidem reperiebatur,
infr.vbi de hered.ag.l.vn. ¶ Nota secundò,in hac spe- 4
cie omninodò non pronunciari super quæstione sta-
tus incidenti,quia superabat iudicis cognitionem:alio-
quin iudex rectè de ea pronunciaret,si posset, vt nota-
ui supr. de iudic. num. 16. Distinctiones enim glos. &
Doctorum hîc sunt inanes,& nullius momenti:nec est,
cur in his refellendis tempus teram. ¶ Secundus ca- 5
sus deciditur in l. 2. vbi cùm tres fuissent fratres,
Primus,Secundus, & Tertius:Primus mortuus est reli-
ctâ filiâ Magnillâ. Secundus item decessit relictis duo-
bus filiis,Titio, & Mæuio:tandem Tertius mortuus est
intestatus sine liberis. Ergo hereditas Tertij pertinet
ad Magnillam , Titium , & Mæuium. Magnilla cupit
cum eis hereditatem diuidere. Imperator iubet eam
adire præsidem , vt ab eo iudicem familiæ erciscun-
dæ accipiat , coram quo agat. Sic autem distinguit:
Aut Titius & Mæuius fatentur Magnillam esse patrue-
lem suam,& Primi filiam;aut negant. Si fateantur , iu-
dicium familiæ erciscundæ sine dubio procedit. Si ne-
gent,priùs iudex cognoscet,an Magnilla sit filia Primi,
quàm hereditatem inter eam & patrueles diuidat,
Non inquit Imperator præsidem de hac quæstione
inquirere:sed,curæ habere, vt quæratur : subaudi à iu-
dice dato, qui de hereditate principaliter cognoscit,ac
sententiam fert ; de causa status incidenter cognoscit
tantùm , non pronunciat ; quia pronunciatio de hac
causa maximos iudices requirit,infr.vbi cau.sta.l.vlt.&
D.de recept.qui arbitr.l.nō distinguemus.32.§.de libe-
rali. ¶ Tertius casus est duplex : aut enim quæstio cri- 6
minalis incidit in causam ciuilem ; veluti si testamen-
tum,ex quo petitur hereditas , falsum esse dicatur : aut
è contrario quæstio ciuilis incidit in causam crimina-
lem;veluti si plagij crimine accusatus contendam eum,
quē abduxi,esse meum seruū,inf.ad leg.Fab.de plagiat.
l. plagij. 14. Vtroque casu iudex potest vtramque con-
trouersiam vnâ sententiâ dirimere,l.3.nempe quia sup-
ponimus eum de vtraque iudicandi potestatem habe-
re , vt quia est præses prouinciæ , non iudex pedaneus,
supr.de offic.rector.prouinc.l.1. & infr. de fals. l. si lis.
11. alioquin de principali tantùm causa pronunciaret.
¶ Quartò casu lis ciuilis (vt sæpe fieri solet) dilata 7
fuit , donec criminalis terminaretur : hoc casu consti-
tuitur, vt statim ac iudicium criminale per senten-
tiam definitiuam finitum sit , iudicium ciuile peraga-
tur;veluti si petita sit hereditas ex testamento , & dila-
tum sit hoc iudicium propter accusationem falsi ; hac
falsi quæstione finita statim peragetur iudicium de he-
reditatis petitione,l.vlt.

Tit. IX. De litis contestatione.

ORdo iudiciorum spectatur vel inter diuersa 1
iudicia , vel inter diuersas partes eiusdem
iudicij:quoniam igitur superiori titulo cōsi-
derauimus diuersa iudicia,iam ratio haben-
da est diuersarum eiusdem iudicij partium : inter quas
primum locum obtinet litis contestatio , vtpote quæ
est principium litis,l.vn. & D.rat.rem. habe.l.amplius.
15. ¶ Quæstio d.l.vn.est,quomodò lis contestetur, vel 2
non ? Respondetur , non contestari sola editione acto-
ris , licet actor actionem reo ediderit , sed cùm iudex
per narrationem negotij causam audire cœpit. ¶ Tria 3
igitur simul iuncta litis contestationem faciunt:inten-
tio actoris,responsio rei conuenti,& audientia iudicis.

Alia requisita extrinsecùs accedunt ex iuris dispositio-
ne: veluti, vt actor libellum conuentionalem reo offe-
rat, & reus ei libello subscribat, & à die oblati libelli
dies viginti præterierint, Nou. 53. cap. 5. Responsionem
rei intellige, per quam reus actori contradicat, supr. de
iureiur. propter. calumn. l. 2. in princ. & de iudic. l. rem
non nouam. 14. §. patroni. Nam sine contradictione lis
nõ est, D. de procur. l. si reus. 73. & ad leg. Aquil. l. proin-
de. 25. §. vlt. & l. seq. Quod secundum veterem litigan-
di rationem manifestius est: quia olim litem contesta-
bantur apud iudicem pedaneum, quem magistratus
non aliter dabat, quàm si à contendentibus aditus, eo-
rum contentionem ad iudicem pedaneum reijcien-
dam existimaret. Quocirca non probo sententiam Ca-
nonistarum, qui putant reo intentionem actoris confi-
tente litem contestari. Contra cõtumacem verò, etsi lis
contestari non potest, tamen pro contestata habetur, vt
iudiciom procedere possit, infr. vbi in rem actio. l. 2. &
4 extr. vt lite non contesta. c. vlt. §. quòd si super. ¶ Olim
testes in lite contestanda adhibebantur, vtràque parte
restes contestante, id est, dicente, *Testes estote*, & in-
de hoc vocabulum ortum esse auctor est Festus in
verbo *contestari*.

Tit. X. De plus petitionibus.

l. in princ. 4.	*§. j 6. j.*
§. j. 6. j.	*§. exceptis. 6. ij.*
§. pen. 6. ij.	*§. pen. 7.*
§. vlt. 7.	*§. vlt. 5.*
II. in princ. 4.	*III. 5.*

1 CVm litis contestatio, de qua superiori ti-
tulo dictum est, actoris petitione, rei
contradictione, & iudicis audientiâ con-
stet: quædã de actoris petitione hoc loco
notãda occurrunt. Quãuis autem rubri-
ca tantùm de plus petitionibus agendum proponat: ta-
men, quia contrariorum eadem est disciplina, Instit. de
his, qui sui vel alie. iur. sunt. in princ. tractabitur etiam
de minus petitionibus. Quocirca huius tituli duæ sunt
2 partes. ¶ In priori parte agitur de plus petitionibus.
Plus autem petitur quatuor modis: re, tempore, loco, &
causa; vt Iustinianus dilucidè explicat in §. plus autem.
3 Instit. de action. ¶ In hac parte duæ quæstiones dissol-
4 uuntur. ¶ Prima quæstio est, quæ sit pœna plus peten-
tis? Pro cuius quæstionis solutione primò considera-
tur petens plus tempore, id est, petens ante tempus,
quo petere debuit. Hic ita punitur, vt induciarum tem-
pus, quod reo competebat, dupletur: & neque hoc
tempore vsuræ currant: neque eo transacto, agens au-
diatur, priusquàm omnes impensas in priorem litem
factas aduersario restituerit, l. 1. in princ. & l. 2. in princ.
5 ¶ Secundò consideratur petens plus debita quantitate.
Hic condictione ex lege tenetur in triplum aduersario
restituere, quod ille ob hanc causam amplius executo-
ribus dedit sportularum nomine, d. l. 2. §. vlt. & Instit.
de action. §. tripli. quia pro quantitate petita modus
sportularum statutus est, infr. de fruct. & liti. expens. l. 4.
Olim plus re, seu quantitate petens causa cadebat, quod
ius Imperator Iustinianus vno casu retinuit, cùm cre-
ditor cautionem vltra debitam quantitatem accepit, &
ex ea litem contestatus est: nam vsque ad litem conte-
statam pœnitere potest. Iterata tamen cautio hoc be-
neficium debitori adimit. Item si transactum hac de
6 re sit, transactioni standum est, l. vlt. ¶ Secunda quæ-
stio est, quinam dictis pœnis subiiciantur? Hîc dantur
duæ regulæ. I. Si tutor vel curator plus petit, ipse pu-
nitur: non is, qui in tutela, vel curatione est, l. 1. §. 1. l. 2.
§. 1. II. Qui sciens prudens plus petit, in pœnam inci-
dit: non qui per ignorantiam id facit; veluti qui rès he-
reditarias petit; quiue rationes tutelæ, vel curæ, vel ne-
gotiorum gestorum exigit; vel depositum hereditario
nomine repetit, d. l. 1. §. pen. d. l. 2. §. exceptis. ¶ Secunda 7
tituli pars est de minus petitionibus. Hic datur regula:
Si quis minus petat, & plus sibi deberi probet, iudex in
totam quantitatem probatam reum condemnare de-
bet, d. l. 1. §. vlt. d. l. 2. §. pen. Iustit. de actio. §. si minus.
Nec opus est libelli emendatione, vt falsò Doctores
putant: quorum errorem notaui in Anal. Institut. ad
d. §. si minus.

Tit. XI. De dilationibus.

I. in princ. 4. j.	*§. j. 5.*
§. j. 5.	*IV. 4. j. 6.*
§. vlt. 4. j. ij.	*V. 3. j. ij.*
II. 3. ij.	*VI. 2.*
III. in princ. 7.	*VII. 5.*

ORdo, quem initio secundi tituli proposui, 1
requirit, vt nunc de dilationibus dicatur.
Dilatio est totius litis, vel alicuius articuli
prorogatio, de qua deciduntur sex questio-
nes. ¶ Primò quæritur, quibos, & contra quos detur 2
dilatio? Respondetur, dari etiam fisco, & contra fiscum,
l. pen. ¶ Secundò quæritur, in quibus iudiciis detur, 3
vel non? Hîc dantur tres regulæ. I. In iudicio principis
non datur dilatio, l. 5. II. Si princeps ad appellationem,
vel iudicis consultationem rescripserit, non datur dila-
tio, d. l. 5. III. Si ex rescripto principis agatur coram
iudice incompetente, dilatio non datur actori, quia po-
terit ad iudiciom venire instructus: sed datur reo, qui
non potuit venire instructus, cùm præter opinionem
ad alienum iudicium tractus sit, l. 2. ¶ Tertiò quæritur, 4
quibus ex causis dilatio detur? Respondetur, I. Non da-
ri pro iudicis libitu, sed rerum necessitate cogente, pu-
tà instrumenta producantur, vel testes exhibeantur,
l. 1. in princ. & §. vlt. proinde non dari, nisi causâ cogni-
tâ, l. 4. II. Non dari iterum petenti, D. de feriis. l. vlt. id
est, nõ facilè dari, d. l. 1. §. vlt. & D. de feriis. l. 7. ¶ Quartò 5
quæritur, quantum temporis detur dilationis causâ?
Respondetur, si ex ea prouincia, in qua litigatur, testes
vel instrumenta poscantur, non dari vltra tres menses:
si ex continenti prouincia, non vltra sex menses: si ex
transmarina, non vltra nouem menses, d. l. 1. §. 1. & l.
vlt. Feriæ autem non augent tempora dilationum: quia
dilationis tempus est continuum, & sine feriarum ex-
ceptione numeratur, l. 3. §. 1. ¶ Quintò quæritur, quo- 6
modò dilatio detur? Respondetur non dari de plano,
sed à iudice sedente pro tribunali, vtraque parte præ-
sente; quia datur causa cognita; & opos est, vt, si dilatio
denegetur, iudex sententiam ferre possit, l. 4. vbi inter-
pellatio planaria dicitur, cùm à iudice non pro tribu-
nali sedente, sed de plano, & (vt Cic. ad Appium scribit)
ex æquo loco aliquid petitur. ¶ Sextò quæritur, quis 7
sit effectus concessæ dilationis? Respondetur, interim
officium iudicis conquiescere, donec dilationis tem-
pus effluxerit, l. 3. in princ.

Tit. XII. De Feriis.

I. 10.	*§. sacros. 5. iij. iv. v. vj.*
II. 5. j.	*§. in eadem. 5. j.*
III. 9.	*§. pen. 6. ij.*
IV. 7.	*§ vlt. 5. vj.*
V. 5. vij.	*VII. 5. vj.*
VI. in princ. 3.	*VIII. desideratur*
§. j. 7.	*IX. 5. vj. vij.*
§. Kalendarum. 5. ij.	*X. 5. j.*
§. his adijcimus. 6. j.	

Quia



1 Via feriæ & acta iudicialia differat,D.h.t.
l.1.&l.pen.cásque in dilationum tempore
connumetari dictum est supr.tit.prox.l.3.
§.1. meritò, postquam dictum est de dila-
tionibus,agitur de feriis : quæ nihil aliud
sunt,quàm forensium negotiorum vacationes,d.l.pen.
2 ¶ Hic titulus diuiditur in tria capita. ¶ Primum ca-
3 put est de feriis in genere, vbi traditur, omnes dies
esse iuridicos, nisi specialiter sint excepti, & feriis ad-
4 scripti,l.6.in princ. ¶ Secundum capit est de feriis so-
lemnibus & ordinariis.Huius capitis tria sunt membra.
5 ¶ Primum membrum est de feriis sacris:vbi enumeran-
tur sequentes dies feriati,ac declaratur,quænam iis die-
bus fieri permittantur, vel prohibeantur. I. Dies domi-
nicus,quem ethnici vocabant diem solis,l.2.l.6.§.in ea-
dem.l.vlt. I I. Kal.Ianuarij,d.l.6.§.1.ea ratione (vt opi-
nor) quoniam hac die celebratur circumcisio domini.
I I I. Epiphania. I V.Dies natalis dominici.V.Comme-
moratio Apostolicæ passionis,d.l.6.§.sacros.V I.Quin-
decim dies paschales,d.l.6.§.sacros.& §.vlt.l.actus.7.&
6 l.pen. V I I. Quadragesima,l.5.& d.l.pen. ¶ Secundum
membrum est de feriis honorariis. Et I. in honorem
imperij feriæ celebrantur,tam veteris,quàm nouæ Ro-
mæ natali die,d.l.6.§. his adiicimus. Est autem veteris
Romæ dies natalis xj.Kal.Maias. Constantinopolis au-
tem dies xj. Maij. I I. In honorem principis celebran-
tur dies natalis eius,& dies quo imperium succepit, d.
7 l.6.§.pen. ¶ Tertium membrum est de feriis necessariis
ob messem, & vindemias, l. 4. & d l.6. §.1.Nota I.his
causis tribui duos menses,id est,mensem messis,& men-
sem videmiæ, dictis iuribus. I I. Tempus harum feria-
rum statui à præsidibus prouinciarum pro cuiusque lo-
ci consuetudine,D.eod.l.4 .III.Regulariter sententiam
non valere,si tẽpore messis aut vindemiarũ iudicatum
sit,nisi vtraque parte consentiente sit iudicatum,aut sit
8 aliqua ex causis exceptis,D.eod.l.1.2. 3. 6. ¶ Tertium
caput est de feriis repentinis siue extraordinariis : de
9 quibus duæ quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò quæri-
tur,quis possit has ferias indicere? Respondetur, nul-
lum magistratum posse has ferias concedere,sed solum
10 principem. l. 3. ¶ Secundò quæritur, vtrùm in tem-
poribus appellationum computentur, an de eis exi-
mantur;id est,an tempora appellationum currant,dum
sunt feriæ repentinæ?Respondetur, has quoque ferias
in tempotibus appellationum computari : quoniam
hæc tempora sunt continua,l.1. Hæc dicta sint de dila-
tionibus,& feriis.

Tit. X I I I. De iurisdictione omnium iudicum, & de foro competenti.



1 Onsequenter dicendum de iurisdictione
& foro competenti: de quibus hoc titu-
lo simul agitur;quia forum competẽs est
apud eum, cuius iurisdictioni litigantes
subiecti sũt, vel apud eum,quem is,cuius
iurisdictioni subiecti sunt, iudicem dedit. Sunt igitur
2 huius tituli duæ partes perspicuæ. ¶ Prima pars est de
iurisdictione;quæ nihil aliud est, quam notio, D.de re
iudica.l.5.in princ. cum aliqua coërcitione, D.de of-
fic.eius l.1.in fin.&l.vlt.in fin.Cùm autem alia sit iuris-
dictio ordinaria, quam magistratus iure suo habet:alia
prorogata, quam magistratus ex consensu partium ac-
cipit in iis causis, in quibus non potest partibus inuitis
ius dicere : alia mandata, quam princeps vel magistra-
tus alteri delegauit : de mandata iurisdictione nulla est
lex sub hoc titulo, quare duo sunt huius partis capi-
ta. ¶ Primo capite, in quo agitur de iurisdictione ordi- 3
naria, tres iudices considerantur. ¶ Primò considera- 4
tur præses prouinciæ : cuius iudicium & examen post
litem contestatã declinari non potest, nec quidem im-
plorato superioris iudicis ad quem appellatio deuolui-
uitur,officio:quia primùm oportet causam apud præsi-
dem terminari, deinde per appellationem ad superio-
rem iudicem siue ad principem deuolui, l. 4. vbi ordi-
naria sedes presidialem significat:quia preses iure ordi-
nario prouinciam moderatur. ¶ Secundò consideratur 5
magister militum : de quo quæritur, an possit cognos-
cere de causis ciuilibus? Respondetur, eum esse etiam
harum causarum iudicem competentem inter duos
milites, vel inter actorem priuatum & reum militem:
quia miles apud magistrum militum forum sortitur,
l. 6. & secundum vulgatam regulam actor sequitur fo-
rum rei,l.2 & infr.vbi in rem act.exerce.debe. l. vlt. in
princ. ¶ Tertiò consideratur index, ad quem cura & 6
solicitudo alicuius professionis vel negotiationis per-
tinet:& quæritur,an is, qui professionem,vel negotia-
tionẽ exercet,quę ad illius iudicis solicitudinem perti-
nẽt,eius iudicium declinare possit,apponens fori præ-
scriptionem propter militiã,vel dignitatem, qua præ-
ditus est? Respondetur non posse, l. vlt. ¶ Secundum 7
caput est de iurisdictione prorogata:vbi ostenditur,iu-
dicem incompetentem,consensu partium fieri compe-
tentem;quoniam eius iurisdictionem,quam in aliquas
personas, vel in aliquibus causis habet, hic consensus
ad alias personas, vel ad alias causas prorogare potest,
D.de iudic. l.1. veluti si priuati litigãtes procuratorem
Cæsaris adierint,iudicium valebit propter iurisdictio-
nis prorogationem ; cùm aliàs procurator Cæsaris
tantùm in causis fiscalibus sit iudex competens, l. 1.
Quàmuis autem priuatorum consensus iurisdictionem
iudicis proroget,tamen eum, qui iudex non est, iudi-
cem facere non potest, l. 3. sed tantùm arbitrum com-
promissarium, quem à iudice distingui constat, supr.
de recept.arbitr. l. 1. Sed in Gallia ne quidem iurisdi-
ctionis prorogatio locum habet. ¶ Secunda tituli 8
pars est de foro competenti: cuius partis similiter duo
sunt capita. ¶ In priori capite explicatur, quod sit fo- 9
rum competens : vbi dantur duæ regulæ. I. Forum ali-
quis sortitur ratione professionis vel negotiationis,
quam exercet, adeo vt propter militiam vel dignita-
tem illud declinare non possit, l.vlt. vt & supr. notaui.
II. Actor vel accusator sequitur forum rei, l. 2. l. 5. in
princ,& infr.vbi in rem act.l.vlt.in princ. ¶ Posteriori 10
capite agitur de iudicis examine declinando, vbi duæ
quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò quæritur, quibus 11
modis; & quibus ex causis declinari possit? Modi tres
sunt. I. Recusatio iudicis suspecti : de qua dixi tit. 1.
nu.10.II. Auocatio per rescriptum principis,sup.de di-
lat. l. 2. Si quis autem sine rescripto principis aduersa-
rium trahat ad iudicem incompetentem, ita puni-
tur, vt, si quidem actor id fecerit, causa cadat:si reus,
pro condemnato habeatur. Idem obtinet, cùm quis
omisso iudice competente militarem executionem
posuit, tribunus autem militum,aut vicarius,qui suam
vel militum executionem iure interdictã præbuit, ca-
pitali supplicio plectitur,l.5.§.1. I I I. Fori præscriptio:
quæ datur vel ratione incompetentiæ iudicis,d.l.5.§.1,
& D.si quis in ius voca.non ier.l.2.in princ.vel ratione
prænẽtionis,sup.de in ius vocan.l.vlt.vel ne continẽtia
causæ diuidatur,sup.de iudic.l.nulli.10.vel ratinne pri-
uilegij,D.de iudic.l.2.§.legatis.quò spectat illud, quod
paulò antè notaui, eum, qui ratione professionis seu
negotiationis forum sortitur, non posse illud propter
militiam

militiam declinare, l. vlt. ¶ Secundò quæritur, quando
declinari iudiciū possit? Respondetur, non posse decli-
nari post litem contestatā, ne quidem implorando offi-
cium superioris iudicis, vt paulò ante notaui ex l. 4.
quia vbi iudicium cœptum est, ibi terminari debet,
D. de iudic. l. vbi. 30. An igitur poterit declinari ante
litem contestatam post vocationem in ius? Respon-
deo, iudicem posse recusari tanquam suspectum, vt
docui sup. de iudic. num. 11. vel dici incompeten-
tem, D. si quis in ius vocat. non ier. l. 2. in princip. sed
causam non posse euocari, nisi fauore pupillorum, aut
viduarum, aut miserabilium personarum, infr. tit. prox.
l. vn. fori autem præscriptionem dari ob causam voca-
tione in ius vetustiorem, D. de iudic. d. l. 2. § legatis.
non ob nouam causam, post rem in ius vocatum
contingentem, sup. de in ius vocan. l. vlt. & D. h. t. l. pen.
& de iudic. l. 7. & l. sed etsi suscepit. 52. in princ. & ext. de
foro compet. c. peu.

---

*Tit. XIV. Quando imperator inter pupillos, vel vi-
duas vel miserabiles personas cognoscat: & ne ex-
hibeantur.*

1 HIc titulus & tredecim sequentes sunt partes
tituli præcedentis: omnes enim pertinent ad
quæstionem de foro competenti, ac docent
quod sit certarum personarum, vel causarum forum
competens. In hoc igitur titulo agitur de pupillis, vi-
duis, & miserabilibus personis.

¶ Pupillus est, qui, cùm sit impubes, in patris pote-
2 state esse desiit, D. de verb. signif. l. pupillus. 239. in
princ. Impubes autem dicitur, masculus, qui nondum
quartum decimum ætatis suæ annum impleuit: fe-
mina, quæ nondum duodecimum, Instit. quib. mod.
tut. finit. in princ. Quandoque pupillus accipitur la-
tiùs, vt eum quoque complectatur, qui in patris pote-
state est, D. de verbor. oblig. l. vlt. §. pupillus: sed hoc
loco propria significatio sumi debet.

¶ Viduæ quoque vocabulum accipitur modo pro-
3 prie pro ea, quæ virum amisit, D. ad leg. Iul. de adulter.
l. 6. §. 1. & Instit. de public. iudic. §. Item lex Iulia de
adulteriis. modò late pro ea, quæ virum non habet,
etiamsi numquam nupta fuerit, D. de verbor. signif.
l. malum. 242. §. viduam. Sed meritò dubitatur, vtra
significatio sit hoc loco accipienda. Alij angustam &
propriam significationem accipiunt, vt Panor. in c.
ex tenore. num. 9. de for. comperen. Gail. l. 1. obseru. 1.
num. 42. Alij latam, vt Azo, & Bar. hîc, Gui. Pa. decis.
566. num. 2. Hanc posteriorem interpretationem pro-
bo: quia virgo non est excludenda à beneficio huius
tituli: nec minùs est fauorabilis, quàm ea, quæ maritum
extulit. Nota secundum doctores, viduæ appellatio-
ne contineri etiam eam, cuius maritus damnatus est
ad triremes, Felin. in cap. significantibus. num. 8. extr.
de offic. iud. delega. Gail. de obs. 1. num. 44. ¶ Misera-
4 bilium personarum appellatione quæ personæ con-
tineantur, non satis constat. Cuiac. vult significari tan-
tùm debiles, & valetudinarios; non pupillos, aut vi-
duas: quoniam in l. vn. mentio fit pupillorum, vidua-
rum, debilium, & ægrotorum: rubrica verò apud Cu-
iacium, vt & in quibusdam alijs libris, ita concepta
est, *pupillos vel viduas, vel miserabiles personas*. Alij
legunt, *vel alias miserabiles personas*: & miserabilium per-
sonarum intelligunt quascumque personas miseratio-
ne dignas vel propter ætatem, vt pupillos; vel propter
vitæ solitudinem, vt viduas; vel propter morbum,
vt valetudinarios; vel propter ætatem, vt senes
ætate decrepita, & alios plures: quod arbitrio
iudicis definiendum committunt Cin. & Bar. in d. l. vn.
Guid. Pap. d. decis. 566. nam pupillos quoque & vi-
duas quidam excludunt, si sint diuites, Specul. de
instrum. ed. §. nunc verò aliqua. vers. & scias. Alex.
lib. 1. cons. 121. col. vlt. vers. secundò respondeo.
Sichar. ad hanc rubr. num. 5. alij verò etiam diuiti-
bus pupillis & viduis idem priuilegium, quod pauperi-
bus, concedunt: vt Azo hîc num. 6. Mihi Cuiacij inter-
pretatio maximè placet: quia in rubr. veteres Codices
non habent pronomen *alias*, quemadmodum nec Fra-
dini editio, & in primo responso l. vn. Imperator lo-
quitur de viduis, pupillis diuturno morbo fatigatis, &
debilibus: in secundo autem responso nominantur pu-
pilli, viduæ, alijque fortunæ iniuria miserabiles. Sed
certè senes dici non possunt fortunæ iniuria misera-
biles, immo ne miserabiles quidem, si Catonem veris-
simè laudantem senectutem audimus: quin potius bea-
ti sunt, nisi transactæ vitæ eos pœniteat: nam iuniores
in alto mari, ipsi in portu nauigant. ¶ Pulchrè idem 5
Cuiacius distinguit inter miserabiles, & miseros: quia
miser semper accipitur in malam partem. Hierony. ad-
uersus Iouinianum, *Miseræ potiùs, quàm miserabiles*. Fal-
sum autem est, quod scribit Bald. in l. ne quidem, infr.
de testam. mil. dormientem ab Aristotele poni inter
miseros, etiamsi sit Rex Franciæ: nam hoc apud Aristo-
telem nusquam legitur, immo Aristotelis principiis
aduersatur. Videtur Bal. malè accepisse, quod Aristo-
teles scribit lib. 1. Ethicorum. Nicomachiorū, cap. vlt.
in somnis bonos ab improbis minimè discerni: & inter
beatos ac miseros dimidiam vitæ partem nihil inter-
esse, nisi quatenus somniorum phantasmata meliora
apparent viris bonis, quam malis. ¶ De suprascriptis 6
personis, id est, pupillis, viduis, & personis miserabili-
bus, duo statuūtur. I. Ne possint euocari per rescriptum
extra suam prouinciam ad iudicium principis. II. In
vers. quòd si pupilli. vt ipsi possint euocare aduersarios
ad principem. Hæc generaliter accipio, siue hæ perso-
næ agant, siue conueniantur. ¶ Nota primò, has per- 7
sonas non posse dicto priuilegio renunciare, glo.
vlt. hîc, Bald. hîc & in c. de causis num. 26. extr. de
offic. iudic. delega. Natta cons. 590. num. 15. Gail. d.
obs. 1. num. 40. ¶ Nota secundò, Iustinianum Nou. 8
69. generaliter constituisse, ne quis per rescriptum
extra suam prouinciam trahatur, ne quidem ad
iudicium principis: qua generali constitutione non
puto derogatum priuilegio dictis personis specia-
liter indulto, vt ad principem trahere aduersarium
possint: quia non species per genus, sed generi
per speciem in toto iure derogatur, D. de diuers.
reg. iur. l. in toto. 80.

Tit. XV. vbi de criminibus agi oporteat.

HIc titulus pertinet tam ad crimina publi- 1
ca, quàm ad extraordinaria, l. 1. vbi triplex
eorum forum proponitur. I. Vbi sunt com-
missa. Sicut enim ratione contractus sor-
timur forum, ita etiam ratione delicti,
infr. vbi senat. vel clar. l. 1. & D. de offic. præsid. l. 3. & de
noxal. action. l. vlt. & de accusat. l. 7. §. pen. & l. vlt. & de
re milit. l. 3. in princ. & Nou. 69. cap. 1. II. Vbi sunt in-
choata, quod omnes ita exponunt, id est, vbi lis est con-
testata. Quam interpretationem non probo; cùm quia
quæstio huius tituli est de accusatione instituenda, non
de instituta; tum etiam quia secundum hanc interpre-
tationem idem verbum in eadem oratione semel posi-
tum acciperetur duobus modis: cuiusmodi interpreta-
tionem vitandam esse constat ex l. 2. infr. de impub. &
al. substit. & l. 4. §. sed si alteri, l. Lucius. 45. in princ. D.
de vulg. & pupilla. Præterea quia litem cōtestatam glo-
& Doctores

& Doctores intelligunt apud iudicem incompetentem, existimantes iurisdictionem criminalem, non minùs quam ciuilem, posse prorogari, atque ita iurisdictioni tribuentes cognitionem criminum, quæ ad merum imperium, non ad iurisdictionem referri debet, D.de offic.eius, l.1.in princ.& de iurisdict.l. 3. Ego igitur inchoara crimina sic accipio, vt si quis (exempli causa) in territorio Nemausensi constitutus, alterum in territorio Monspeliensi degentem, sagitta vel plombeo globulo interfecerit: crimen dicatur inchoatum in territorio Nemausensi, commissum in territorio Monspeliensi; & vtrobique reus accusari possit. III. Vbi reus reperitur, id est, vt Accurs. & alij doctores vulgò interpretantur, vbi reus domicilium habet. Mihi semper Placentini interpretatio placuit, quæ verborum proprietati conuenit, vt vbicumque reus reperitur, ibi accusari possit. Idemque de eo, qui plagium commisit, statuitur in l. 2. Quod addit Placentinus, reum accusari posse in loco vbi latitat, Azo ait nulla lege probari. Sed si constet reum aliquo loco esse, putà in aliqua vrbe, nec tamen se ostendat: puto quærendum esse, vt si deprehendatur, ibi iudicium procedere possit, secundum ea, quæ modò dixi de loco, vbi reperitur. Præter hæc loca, puto reũ posse cõueniri, vbi domicilium habet, vel tempore delicti habuit, quamuis ibi non reperiatur, arg.l.2.supra de iurisdict.

Tit. XVI. Vbi de possessione agi oporteat.

HVius rubricæ quæstioni subiecta lex non satisfacit, vt ex eius interpretatione facilè apparebit. Cùm de possessione fundi Tusculani inter Titium & Mæuium contentio esset: Titius ad eum fundum proficiscens, in itinere iussu vel mandato Mæuij per vim retentus est: quo sic retento, Mæuius in fundo versatus est tanquàm possessor, & actus possidentis edidit, vt hac ratione suam possessionem confirmaret. Titius contra Mæuium aut criminaliter de vi agere potest ex lege Iulia, aut interdicto de possessione. Proinde imperatores hoc casu ostendunt esse duplex forum. Alterum forum est, vbi vis facta dicitur, id est, vbi Mæuius per vim retentus est, in quo quidem foro exercenda est accusatio criminalis de vi: alterum est, vbi momentaria possessio est postulanda: quod quidem est forum, in quo de possessione contenditur per interdictum: nam momentaria possessio est, quæ per interdictum ad tempus tribuitur, vt exposui supr. de iudic. num. 18. Restat igitur quærendum, vbi momentaria possessio postuletur: quoniam hoc lex non docet. Breuiter dicendum, eam postulari, vel vbi res sita est, vel vbi reus domicilium habet, infr.vbi in rem act. exerce. deb. l. vlt.& vbi de hered.ag.l. vn.& Nou. 69.c.1.

Tit. XVII. Vbi fideicommissum peti oporteat.

1 FIdeicommissum ibi petitur, vbi est here-
2 ditas, l.vn. ¶ Nota primò verba illa, *vbi hereditas relicta est*, sic esse accipienda, vt ibi dicatur fideicommissum, vbi est hereditas, quæ relicta fuit: adeo vt *hereditas relicta*, sit subiectum: & solum verbum *est*, sit attributum, quare si cum logicis loqui volumus, verbũ *est*, non debet dici tertium, sed secundum adiacens. Accursius in huius orationis enarratione maior Iurisconsultus fuit, quàm logicus: nam rectè est interpretatus, & rectè accepit *est*, pro, existit, vt l.5. §. penul. D.vt legat.
nom. cau. sed malè, quod secundum adiacens dici debet, ipse vocat tertium adiacens. Et ridicula est Dini interpretatio, qui tertium adiacens dici putat, quia est
tertiæ personę, nec significat rem determinatam. ¶ No- 3
ta secundò, si hereditas in diuersis locis sit, ibi petendum esse fideicommissum, vbi est maior pars hereditatis, D.de iudic. l.si fideicommissum. 50.in princ. ¶ No- 4
ta tertiò, non tantùm in dicto loco, sed & in aliis fideicommissum peti posse, nempe vbi heres domicilium habet, d. l. si fideicommissum, §. vltim. & l. seq. vel vbi res est, præsertim si in rem agatur, D.de iudic. l. quod legatur. 38. Vel vbi heres iudicium suscepit: nam post litem contestatam non potest aliò reuocare, D. eod.l. sed etsi suscepit. 52.in princip.
¶ Nota quartò, dicta de fideicommisso obtinere 5
etiam in petitione legati: quia Iustinianus in omnibus & per omnia exequauit legata fideicommissis, infr. commun.de legat. l. 2. & Institut .de legat. §. sed non vsque.

Tit. XVIII. Vbi conueniatur, qui certo loco dare promisit.

QVi certo loco, putà Monspelij contrahens, 1
alio loco, putà Lugduni se soluturum promisit: conueniri potest vel Lugduni, vel vbi domicilium habet, D.de iudic.l. heres. 19. §. vltim. Quod enim dici solet, aliquem ratione contractus forum sortiri, sic accipi debet, vt ibi contraxisse intelligatur, vbi soluere debet, non vbi negotium gestum est, si ibi domicilium non habet, D. de rebus auctor.iudic. possid. l.1.2.3.& de oblig. & actio.l.contraxisse. 21. & si quidem Lugduni agatur, est actio stricti iuris, qua simpliciter petitur, quod promissum est. Si verò alibi agatur, tunc actio recipit qualitatem à prętore, quę vocatur de eo quod certo loco: & est arbitraria, quoniã in ea mentio loci solutioni destinati fieri debet, ac iudicis arbitrio æstimatur quanti actoris vel rei intersit Lugduni potiùs quàm alibi solui, l.vnic. & D. de eo quod certo loco, l.1.l.2.in princip.& §.1. l.centum Capuæ. 8. Nam si actor simpliciter peteret, plus loco peteret, Instit.de action.§.plus autem, vers.lo-
co. ¶ Nota primò, hæc ita obtinere, non solum in sti- 2
pulatione, sed etiam in alijs causis stricti iuris: quia nisi iudicium fiat arbitratium, iudex æstimare quanti actoris vel rei intersit, non potest, at si causa sit bonæ fidei, simpliciter vbicumque actio proponi poterit: quia in iudicijs bonæ fidei amplissima est iudicis potestas non minùs quàm in iudiciis arbitrariis, D. de eo quod
cer. loco. l. 5.6. & 7. ¶ Nota secundo, supradicta ob- 3
tinere etiam in obligatione facti; putà si quis se insulam certo loco facturum promiserit, D. de iudic.
l. cum qui.41. ¶ Nota tertiò, Placentinum existimas-
se, non solùm posse agi in loco solutioni desti- 4
nato, vel in loco, in quo reus domicilium habet, sed etiam quocumque alio, per d.l cum qui. D. de iudic. & l.si duo.16.§.1.D.de pecun.constit. Sed tantùm abest, vt hæc opinio sit vera, vt ne quidem eo loco agi possit, in quo negotium gestum est, nisi reus ibi domicilium habeat, D.de reb.auctor.iud.possid.l.3. Ad d.l.cum qui. & ad d.l.si duo.§.1.respondeo, secundum vulgatam regulam supponendos esse terminos habiles: sensus enim est, non solùm posse in loco solutioni destinato, quod prima facie dicendum videtur, D.de eo quod certo loco, l.1.sed etiam quouis alio loco idoneo, quantumuis remoto à loco solutionis.

Tit. XIX. Vbi in rem actio exerceri debeat.

l.1.§.

I. 1. 9. | *III. in princ. 1. 19.*
II. 2. | *§. 3. 1. 3.*

1 

Ctionis in rem duplex est forum. I. Vbi res est, l. vlt. §. sed & in locis. & D. de iud. l. quod legatur. 38. I I. Vbi reus habet domicilium, inf. de præscript. long. tempo. l. vlt. quia tam in reali, quàm in personali iudicio actor sequitur forum rei, l. vlt. in princ. Reus autem est, qui possidet, non is à quo possessor causam habet: nam si res vendita, & emptori tradita est: ipse emptor rectè conuenitur in suo foro, nec potest actorem remittere in prouinciam, in qua est venditor, l. 1.

2 ¶ Quid ergo si quis alieno nomine possideat? Debet statim eum in iudicio nominare, cuius nomine possidet: tuncque iudex terminum præstituet, intra quam ille per se, vel per procuratorem iudicium excipiat. Intra quod tempus nisi compareat, lis ex eo die pro contestata ad interrumpendam longi temporis præscriptionem habetur, quo possessor ad iudicium vocatus fuit: & absens tribus edictis de more citatur: & si maneat contumax, actor in rerum possessionem mittitur. saluo absentis iure in quęstione principali, l. 2. Quęstio autem principalis significat quæstionem de proprietate, vt sup. de iudic. l. nulli. 10.

Tit. X X. Vbi de hereditate agatur, vel vbi heredes scripti in possessionem mitti postulare debeant.

1 

Væ quæstiones de hereditate proponuntur in rubrica, quæ ordine inuerso deciduntur in l. vn. In qua I. Agitur de herede in possessionem mittendo. Hoc heres non contra aliquem, sed simpliciter petit, implorans officium iudicis. Si quis autem contradictor existat, ad competentem iudicem remittitur, apud quem causę missionis in possessionem, & causæ contradictionis ventilabuntur; & ei possessio adiudicabitur, qui potiora iura se obtinere ostenderit, inf. de edic. Diui Hadria. tollen. l. vlt. Hæc missio non potest alibi peti, quàm vbi res hereditariæ sunt, d. l. vn. in princip. I I. Agitur de petitione hereditatis, cuius duplex forum statuitur; alterum, vbi reus domicilium habet; alterum, vbi res hereditariæ sunt, dummodò ibi possessor reperiatur, licet ibi domicilium non habeat, d. l. vn. §. 1. Hoc existimo etiam ad iudicia in rem particularia producendum esse, id est, quod superiori titulo dictum fuit, ibi reum conueniri posse, vbi est res quæ petitur, sic accipiendum, vt ibi possit conueniri, si ibi reperiatur. Et hanc differentiam ego statuo inter iudicia ciuilia, & criminalia; quod reus non potest iudicio ciuili conueniri, vbi reperitur, nisi ibi domicilium habeat, vel ibi res sita sit, de qua iudicio reali agitur: criminaliter autem, vbicumque reperitur, vt docui tit. 15. propterea quod reipub. interest delicta non manere impunita.

Tit. X X I. Vbi de ratiociniis tam publicis, quàm priuatis agi oporteat.

I. 1. 3. 4. | *II. 1. 9.*

1 

T duæ sunt partes rubricæ, ita duæ sunt leges: quarum prior posteriori, posterior priori parti respondet. Dantur igitur duæ regulæ. I. Qui aliena negotia quocumque titulo administrauit, eo loci rationes reddere debet, vbi administrauit, & tutor, procurator, negotiorum gestor, & c. d. l. 1. I I. Qui in aliqua militia constitutus, negotium eius militiæ gessit, quamuis militiam deposuerit, tamen in iudicio militari rectè conuenitur, nec habet fori præscriptionem, l. 2. ¶ Quæro 2 primò, an in loco domicilij conueniri possit? Respondeo ex generali regula, posse; quod etiam mihi videtur satis probari D. de iudic. l. heres. 19. §. 1. ¶ Quæro se- 3 cundò, an possit conueniri, vbi gessit, si ibi non reperiatur? Respondeo etiam si ibi non reperiatur, tamen ibi debere se defendere, & nisi defendatur, aduersarius primo decreto mitti in possessionem bonorum eius, & secundo decreto iuberi ea bona possidere, 4 d. l. heres. §. 1. Quæro tertiò, si quis in diuersis locis negotia gesserit, an in omnibus illis locis conueniri possit? Respondeo posse; quia l. 1. generaliter loquitur, & iubet eum rationes reddere, vbi gessit. Si tamen vna negotiorum gestio sit: puto ibi rationem reddendam, vbi plura negotia fuerunt, eumque iudicem de omnib. cognoscere, arg. l. vn. sup. vbi fideicom. peti oport. & l. 1. & 2. D. de quib. reb. ad eund. iudic. eat.

Tit. X X I I. Vbi causa status agi debeat.

I. 3. | *IV. 3.*
II. 2. | *V. 2.*
III. 3. | *VI. 2.*



Vius tituli duæ sunt quæstiones. ¶ Primò 1 quæritur, qui possint de causa status cog- 2 noscere? Respondetur, in vrbe cognoscere maximos iudices, in prouinciis rectores prouinciarū; etiam si quis post quinquennium ex libertinitate proclamet in ingenuitatem: quanquàm olim hoc casu non audiebatur à iudice ordinario, D. si ingen. esse dice. l. 2. §. 1. & l. 4. sed necesse erat adire principem, d. l. 2. §. vlt. sed hanc quinquennij præscriptionem Iustinianus sustulit, l. vlt. Procurator Cæsaris, seu rationalis non cognoscit de causa status, l. 2. excepta quęstione, vtrùm sit libertinus, an seruus, inter fiscum & priuatum orta; de ingenuitate verò quęstionem numquàm 3 cognoscit, l. pen. ¶ Secundò quæritur, quis sit iudex competens? Respondetur, hic obtinere regulam illam, quòd actor sequitur forum rei: siue is, qui est in possessione libertatis, reuocetur in seruitutem, l. 3. siue is, qui est in possessione seruitutis, vindicetur in libertatem, l. 4. Fugitiuus non auditur, vbi deprehenditur, sed remittitur in prouinciam ex qua fugit, l. 1.

Tit. X X I I I. Vbi quis de curiali, vel cohortali, aliáve conditione conueniatur.

I quis curiæ, id est, senatui municipali, vel cohortali, in qua militant apparitores præsidis prouinciæ, vel alij cuiuis corpori, vt nauiculariorum, aut pistorum, obnoxius dicatur; cùm ipse ab eiusmodi conditione se exemptum esse contendat: aut si huiusmodi persona superexactionis, seu concussionis nomine conueniatur, id est, quia vltra debitum exegerit, vel per concussionem aliquid extorserit: iudex ordinarius, nempe rector prouinciæ, est iudex competens, denegata in his iudiciis fori præscriptione, etiam si quis nouam militiam susceperit, & ad eius militiæ iudicem reuocari velit. Et si quidem comprehendatur, iudicium in præsentem procedet: si verò absit, nec ad iudicem ordinarium vocatus venire velit: propter contumaciam, qua constitutionem huius tituli violat, condemnandus est, l. 1. & 2. quod est hoc casu speciale: nam regulariter propter rei contumaciam vel possessio ad actorem transfertur, vel iudex auditis partis præsentis allegationibus pro eo sententiam fert, quem putat meliorem causam habere, inf. quomod. & quan. iudex, l. consentaneum. 8. & sup. de iudic. l. properandum. 13. §. & si quidem, & §. seq. Duo tantùm casus excipiuntur, quibus

quibus fori præſcriptio conceditur:videlicèt ſi qui armatæ militiæ nomen dederint, aut ſpeciale priuilegium à principe impetrauerint: his enim datur fori præſcriptio: eorumque cauſam præſes ad præfectum prætorio,vel magiſtrum militum remittit,d.l.2.

Tit. XXIV. Vbi ſenatores, vel clariſsimi ciuiliter, vel criminaliter conueniantur.

I. 9.	*Princ.* 11.
II. 8.	§. 1. 11.
III. 10.	§. *pen. & vlt.* 12.

1 PRæmuniendum primò eſt, ſenatores olim
dictos fuiſſe eos,qui in ſenatum lecti erant
ab iis,qui legendi poteſtatem habebant, vt
a cenſoribus. Nam qui honoribus functi
fuerant, in ſenatum quidem venire, ac ſententiam dicere
poterant:cùm tamen in ſenatum lecti non eſſent,
ſenatores dici non poterant,Gell.lib.3.cap.18. Sed Iuſtiniano
ſenatores ſunt, quicumque poſſunt in ſenatu
2 ſententiam dicere, D.de ſenator.l. vlt. in fi. ¶ Præmu-
niendum ſecundò,tres fuiſſe ordines Senatorum:nam
alij erant illuſtres,alij ſpectabiles,alij clariſſimi, Iſidor.
3 lib.9.Originum,cap.4.§.primi ordines. ¶ Præmunien-
dum tertiò, verbum clariſſimi, duobus modis accipi.
I.Anguſtè & propriè, vt clariſſimi diſtinguantur, non
ſolùm ab equeſtri dignitate præditis,& perfectiſſimis,
ſed etiam ab illuſtrib.& ſpectabilibus,ſupr.de anno. &
cap.l.vnic.& de ſportul.l.3. II. Latè,vt etiá illuſtres&
ſpectabiles complectatur, Nou. 71. Hìc autem lata ſignificatio
ſumi debet: quoniam de illuſtribus quoque
agetur.

4 ¶ Præmuniendum quartò,ſolos illuſtres vi dignitatis
eſſe ſenatores,quamuis in ſenatu lecti non ſint, D. de
ſenator. d.l.vlt in fi. Vnde patet, nec omnes ſenatores
eſſe clariſſimos,quia nonnulli ſunt illuſtres,alij ſpectabiles:
nec omnes clariſſimos eſſe ſenatores; quia viri
clariſſimi,vt moderatores prouinciarum, antequàm in
5 ſenatum lecti ſint, ſenatores non ſunt. ¶ His præmu-
nitis,noto primò,agendum hoc titulo proponi de omnibus
ſenatoribus, ſiue ſint illuſtres, ſiue ſpectabiles,
ſiue clariſſimi (quamquàm nulla lex de ſpectabilibus
ſpecialiter tractat;)& de omnibus clariſſimis, ſiue ſint
6 in ſenatum adlecti, ſiue non. ¶ Noto ſecundò, cùm
hìc agatur de foro competenti,non quæri, vbi ſenatores
vel clariſſimi agant: ſed vbi conueniantur, propter
regulam illam ſuprà traditam, Actor ſequitur forum
7 rei,ſupr.vbi in rem actio exerce.deb.l.2. ¶ His expoſi-
8 tis, diuido hunc titulum in tria capita. ¶ Primum caput
eſt de iudiciis ciuilibus aduerſus ſenatores. Vbi diſtinguitur
inter eos,qui in vrbe, & eos qui in prouinciis
degunt.In vrbe conueniuntur vel apud præfectum
prætorio,vel apud præfectum vrbi, vel apud magiſtrũ
officiorum; apud hunc tamen non indiſtinctè, ſed interueniente
iuſſu principis. In prouincia conueniuntur,vel
vbi domicilium habent, vel vbi maiorem partem
bonorum poſſident,& aſſiduè verſantur, l. 2. Notum
eſt autem,vbi forum multiplex eſt,electionem eſſe
actoris vbi agat, non rei vbi conueniatur; D. de eo
9 quod cer.loco.l.2.§.Scæuola.verſ.& generaliter. ¶ Se-
cundum caput eſt de iudiciis criminalibus aduerſus
clariſſimos,vbi traditur hos puniendos eſſe in ea prouincia,in
qua deliquerunt; nec habere fori præſcriptionem;
quia huiuſmodi honorem,id eſt,clariſſima-
10 tum reatus excludit, l. 1. ¶ Tertium caput eſt in l.vlt.
de iudiciis criminalibus aduerſus illuſtres. Vbi diſtinguitur
inter eos, qui ob adminiſtrationem geſtam illuſtres
ſunt;& eos, qui illuſtri dignitate donati ſunt à

principe. ¶ De illorum criminibus ſiue publicis, ſiue 11
priuatis,de quibus per procuratorem reſpondere non
licet, (id eſt, quorum pœna non excedit relegationem,
D. de pœn.l.5.) ſolus princeps cognoſcit; vel ſacer
cognitor, id eſt,iudex à principe delegatus; apud
quem iudicium procedit more ſacrarum conſultationum,id
eſt,iudiciorum principalium;& nullius officij,
vel ſcholæ miniſterium adhibetur: ſed ſacri ſcrinij libellenſes
ſolemnia iudicij implent; ac reus in aliqua
ſecretarij parte ſedet, quæ iudice inferior, altercantibus
ſuperior ſit, d.l. vlt.in princ. Porro ſacer cognitor
de crimine quidem cognoſcere, & reum innocentem
abſoluere,& accuſatorem,niſi æquè illuſtris ſit ac reus,
calumniæ cauſâ punire poteſt: non tamen in reum
conuictum,aut in accuſatorem, qui æquè illuſtris eſt,
calumniarum ſtatuere aliquid poteſt, ſed ad principem
referre debet,vt ipſe arbitrio ſuo pœnam imponat, d.
l.vltim.§.1. ¶ De illuſtrium autem honorariorum cri- 12
minibus cognoſcit in vrbe præfectus prætorio, vel
præfectus vrbi, vel iuſſu principis magiſter officiorum;
reo ſtante, non ſedente: ſed ſimiliter in reum
conuictum nihil ſtatuit, ſed ad principem refert,d.l.
vlt. §. penult.in prouinciis verò præſides, reo ſedendi
in iudicis ſecretario facultate conceſſa,cognoſcunt, &
reum innocentem abſoluunt atque accuſatorem, ſi illuſtris
non ſit, propter calumniam puniunt; in perſonam
verò illuſtrem nihil ſtatuere poſſunt,ſed ad principem
referre debent,d.l.vlt.§.vlt.

Tit. XXV. In quibus cauſis militantes fori præſcriptione vti non poſſunt.



CVm militia duplex ſit: armata; & iner- 1
mis: huiúſque ſpecies ſint, militia togata,
vt aduocatorum: & religioſa, quam
Doctores cœleſtem vocant, vt ſacerdotum:
& palatina,eorum, qui aulæ & palatio
inſeruiunt: in l. vnic. hoc tit. primùm agitur de
militibus palatinis, mox de eis ſtatuta producuntur ad
milites armatos. Ex militibus palatinis ſpecialiter nominantur
domeſtici,& agentes in reb. Domeſtici ſunt
milites aulici, quibus cuſtodia & protectio corporis
principis commiſſa eſt, C. Tho.de domeſtic. & protector.
l. deuotiſſimis. 8. & l. ſeq. horûmque alij erant
equites, alij pedites, infr.cod. l. vlt. & ſupr de aduoc.
diuerſ.iudic.l.reſtituendæ. 25.Agentes in rebus dicuntur,quî
in ipſis rebus militant:vnde ab iis diſtinguuntur,
qui militant in ſacris ſcriniis, & chartas ac literas
tractant. Omnes hi milites,ſi conueniantur coram iudice
ordinario, id eſt, rectore prouinciæ, poſſunt vti
fori præſcriptione, & reuocare ad ſuum iudicem, vt
miles armatus ad magiſtrum militum, ſup.de iuriſdict.
l penult. palatinus ad magiſtrum officiorum, infr. de
agentib.in reb.l.4.Excipiuntur hic tres caſus. I.Si conueniantur
publicarum functionum,id eſt, tributorum
nomine. in princ. II. Si in prouincia negotientur.
III. Si in prouincia conductores ſint, verſ. immo. vbi
etſi vtro modo legas, parum intereſt; tamen lectionem,quæ
habet, *per prouincias negotiantur*, alteri præfero,
quæ habet, *per prouincias ſociantur*, ſecundùm
quam intelligitur ſocietas negotiationis cauſâ contracta.
Subiicitur in verſ. niſi fortè. aliam rationem eſſe
eius, qui commeatu accepto in prouincia verſatur:
dummodò non vltra annum ibi commoretur: hic
enim in prouincia conuentus reuocabit ad ſuum iudicem.
Tandem in verſ. eadem. dicta de militibus palatinis
producuntur ad milites armatos.

Tit. XXVI. Vbi causæ fiscales, vel diuinæ domus, hominumq́; eius agantur.

I. 3. 4. j.	*VII.*
II. 4 ij.	*VIII.* 9.
III. 3. 4. iij.	*IX.* 9.
IV. 4. iv.	*X.* 5.
V. 3.	*XI.* 8.
VI.	

1 HIc est vltimus titulus de foro competenti,
2 cuius tres sunt partes. ¶ Prima pars est de
causis fiscalib. vbi duæ quæstiones dissol-
3 uuntur. ¶ Primò quæritur, ad quem per-
tineat decisio causarum fiscalium? Respondetur, perti-
nere ad rationalem, l. 5. qui etiam vocatur procurator
Cæsaris, l. 1. & l. 3. & D. de offic. procur. Cæsar. in rubr.
4 ¶ Secundò quæritur, quæ sint causæ fiscales, quarum
cura incumbit procuratori Cæsaris seu rationali? Hîc
considerantur quatuor casus. I. Si heres dicatur inul-
tam defuncti necem reliquisse, de bonis confiscandis
agitur apud procuratorem Cæsaris, non antequàm de
homicidio apud iudicem competentem, vt præsidem,
constiterit; aut is, qui homicidium commisisse dicitur,
mortuus sit, l. 1. II. Si quis criminis conscientiâ, & pœ-
næ metu mortem sibi consciuisse dicatur: quia non de
pœna irroganda, sed de bonorum confiscatione agi-
tur; idcirco non proconsul, sed procurator Cæsaris co-
gnoscere debet, l. 2. III. Si quis ob accusationem de-
sertam dicatur incidisse in pœnam senatusconsulti
Turpilliani, id est, quinque librarum auri ob accusatio-
nem desertam, D. de præuaricat. l. 3. §. vlt. procurator
Cæsaris non potest suâ sententiâ hanc pœnam irroga-
re: sed condemnatum à iudice competente, vt à præsi-
de, potest exigere, l. 3. Vbi legendum, *deserta accusationis potest*, licèt vulgari Codices habeant, *non potest*. Accur-
sius vtramque lectionem agnoscit, & interpretatur.
IV. Si quis mandatu Titij, prædia emerit à procurato-
re Cæsaris, pretium fisco soluere cogitur: regressum
verò per actionem mandati habet aduersus Titium, à
quo pretium recipiet: qua de re procurator Cæsaris est
iudex competens, quia res fiscalis distracta fuit, l. 4.
quamuis aliàs inter duos priuatos non cognoscat, sup.
5 de iurisdict. l. 1. ¶ De supradictis causis rationalis co-
gnoscit, quemadmodum & suorum officialium est iu-
dex competens, nisi eorum aliquis capitali crimine ac-
6 cusetur, l. pen. ¶ Secunda pars est de causis diuinæ do-
mus, id est, ad principem spectantib. de quibus nulla
est lex sub hoc titulo. Notandum est, principem habe-
re duplex patrimonium: nempe publicum, seu fiscale, &
priuatum, infr. de quadrienn. præscript. l. vlt. vers. sed
scimus. & vers. quæ enim. & D. ne quid in loco publ. l.
2. §. hoc interdictum ad ea loca. Sed quia priuata sub-
stantia ampla est, & latè diffusa; idcirco varias appel-
lationes recipit: aliæ namque res dicuntur pertinere ad
patrimonium principis, aliæ ad rem priuatam, aliæ ad
diuinam domum, aliæ vocantur dominicæ, aliæ tamia-
cæ: quamquàm hæc interdum confunduntur, vt expo-
sui Isagogic. in Cod. lib xi. tit. 61. de fund. patrim. nu. 1.
Hoc loco res diuinæ domus latè accipio, vt in d. l. vlt.
7 & Instit. de vsucap. §. vlt. ¶ Tertia pars est de causis ho-
minum diuinæ domus. Huius partis tria sunt capita.
8 ¶ In primo capite tractatur de personis sacrarum do-
muum, vt colonis, inquilinis, seruis. Horum, siue agant,
siue conueniantur, iudices competentes sunt, præposi-
tus sacri cubiculi, & comes domorum, l. vltim. Specia-
le autem est in his seruis, vt possint stare in iudicio,
cùm regulariter serui non habeant legitimam perso-
nam standi in iudicio, supr. de iudic. l. 6. & 7. Dici for-
tasse posset, hoc loco supponi terminos habiles, id est,
intelligi hos seruos agere de momentanea possessio-
ne, ex l. vnic. infr. si per vim, vel alio mod. Sed hęc limi-
tatio mihi non placet: non solùm quia d. l. vlt. simpli-
citer & generaliter loquitur; sed multò magis quia lo-
quitur de seruo agente, vel conuento: in causa verò
momentaneæ possessionis seruus potest agere, non
conueniri, supr. qui legit. person. standi in iudic. l. vlt.
Præterea quia Leonem animaduerto seruus principis
etiam testandi facultatem concessisse, Nou. 38. ¶ Se- 9
cundum caput est de personis rei priuatæ, vt colonis,
seruis, actoribus, procuratoribus. Hæ in causis ciuilibus
subijciuntur comiti rerum priuatarum, l. 6. in crimina-
libus rectori prouinciæ, qui cognoscit præsente ratio-
nali seu procuratore Cæsaris, l. cum aliquid. 8. & l. vni-
uersi. 9. ¶ Tertium caput est de personis dominicis, 10
& patrimonialibus, quæ subijciuntur rationali rei pri-
uatæ, l. 7. proinde comiti rerum priuatarum, sub cuius
dispositione hunc rationalem ponit Notitia imperij.
Quapropter possumus personas ad rem priuatam, vel
dominicam, vel ad patrimonium pertinentes, eodem
capite complecti. Absolutus est tractatus de iurisdi-
ctione, & foro competenti.

Tit. XXVII. Quando liceat vnicuique sine iudice se vindicare, vel publicam deuotionem.

EX iis, quæ tit. 2. enarranda proposuimus, su- 1
perest, vt explicentur casus, quibus tantùm abest, vt necesse sit adire iudicem competentem, vt ne quidem opus sit ad vllum iudicem confugere: qui quidem casus duo sunt. Licet enim occidere impunè I. Latronem, qui vias publicas obsidet, aut noctu agros depopulatur. II. Militiæ desertorem, l. 1. & 2. Illo casu dicitur quis se vindicare; hoc casu vindicare publicam deuotionem, quam miles principi debet, & militiam deserendo violauit.

Tit. XXVIII. De inofficioso testamento.

I. 5. j. 6. ij.	*XXIV.* 4. j.
II. 27.	*XXV.* 13.
III. 5. j.	*XXVI.* 13.
IV. 30. ij.	*XXVII.* 5. iij. 29.
V. 5. iv.	*XXVIII in princ.* 5. j. 10. 29.
VI. 5. j. 11.	§. *sin autem.* 5. ij. 20.
VII. 5. j.	*XXIX.* 14.
VIII. in princ. 6. 11.	*XXX. in princ.* 10. 12. 19.
§. *qui autem.* 18.	§. 1. 7. 12.
IX. 4. j.	§. *vlt.* 10. 14.
X. 6. iij. 27.	*XXXI.* 10. 12.
XI. 22. j.	*XXXII.* 10. 13.
XII. 13.	*XXXIII. in princ.* 13. 14.
XIII. 32. ij.	§. *legis.* 23. ij.
XIV. 5. ij. 18. 31.	*XXXIV.* 5. iv.
XV. 5. j.	*XXXV. in princ.* 3.
XVI. 26.	§. j. 17. 18.
XVII. 5. ij. 6. j.	§. *pen.* 12. 14.
XVIII. 23. j.	§. *vlt.* 3. 12. 14. 17. 18.
XIX. 2. 22. ij.	*XXXVI. in princ.* 12.
XX. 23. j.	§. j. 13.
XXI. 5. iij.	§. *vlt.* 5. iv. 6. j. 26.
XXII. 2. 5. j. 6. j. 19. 30. j.	*XXXVII.* 4. ij.
XXIII. 22.	

HActenus generalia, & iudiciis omnibus com- 1
munia exposita fuerũt: sequitur iudiciorum diuisio in realia, personalia, & mixta, Instit. de action. §. 1. & §. quædam. ac primo dicendũ de realibus,
quorum

quorum nonnulla vocantur vniuerſalia; quia ſunt de
àliqua vniuerſitate,vt petitio hereditatis;alia ſpecialia,
quia ſunt de re ſpeciali,vt rei vindicatio, D.de rei vin-
dic.l. 1. in princ. Incipiendum ab vniuerſalibus. Quia
verò petitionis hereditatis præparatoria eſt querela
inofficioſi teſtamenti : de hac ante omnia dicendum.
1 ¶ Teſtamentum inofficioſum eſt,quod contra officium
pietatis factum eſt eâ perſonâ , cui legitima quædam
portio ex bonis teſtatoris debetur , indignè exhereda-
ta,vel ita præterita , vt pro exheredata habeatur. Dixi
contra officium pietatis,ex l.2.D.h.t.& Inſtit.eod.in princ.
Pietatem intellige,quæ debetur liberis,parentibus , &
fratribus:quoniam his omnibus datur inofficioſi que-
rela;licèt non ſemper fratribus detur , vt ex ſequenti-
bus apparebit.Dixi,*ea perſona indignè exheredata*, id eſt,
immeritò exheredata,& ſine iuſta cauſa:quia iuſtæ ex-
heredationis cauſæ querelam excludunt,l.ſi filiam. 19.
l.ſi maritus. 22.& Nou.115.Dixi,*vel ita præterita,vt pro
exheredata habeatur*,vt ſignificarem præteritionem ma-
ternam,vel aui materni,quæ pro exheredatione habe-
tur,Inſtit.de exhered. liber. §. vlt. quia ſi filiusfamiliâs
à patre ſit præteritus,teſtamentum ipſo iure non valet,
nec opus eſt , vt reſcindatur per querelam inofficioſi,
Inſtit.eod.in princ.& infr.de liber.præter.l.vlt.§.ſanci-
mus. Dixi , *cui legitima quædam portio ex bonis teſtatoris
debetur.* Hæc iure Digeſtorum , & Codicis eſt quarta:
iure nouiſſimo eſt triens,vel ſemis , Nou.18.Vt poſte-
2 riùs explicabitur. ¶ Diuido hunc titulum in octo ca-
3 pita. ¶ Primo capite explicatur , quorum teſtamenta
ſubiaceant querelæ,vel non. Regulariter omnium te-
ſtamenta dici poſſunt inofficioſa,atque adeo etiam te-
ſtamentum eius, qui à principe liberam teſtamenti fa-
ctionem impetrauit : quia princeps nihil aliud cenſe-
tur permiſiſſe , quàm legitimam & conſuetam teſta-
menti factionem; ne videatur vno verbo teſtamento-
rum obſeruationem multis vigiliis excogitatam & in-
uentam euertere,adeo vt verbum *libera*,reſtringatur,&
coanguſtetur ſecundum leges,l.ſi quando.35.in princ.
4 & §.vlt. ¶ Excipitur I. Teſtamentum militis,quod per
querelam euerti non poteſt. Nec refert vtrùm ſit mi-
les gregarius,an in aliquo gradu conſtitutus,puta cen-
turio , vel tribunus : nec vtrùm iure ciuili , id eſt, iure
communi,an iure militari teſtatus ſit : nec vtrùm filij,
an alij , quibus querela competit , de inofficioſo age-
re velint , l. de inofficioſo. 9. l. teſtamentum militis.
24. II. Teſtamentum de peculio quaſi caſtrenſi fa-
ctum : quod enim modò dixi fuiſſe militibus conceſ-
ſum , ad filiosfam. habentes peculium quaſi caſtren-
ſe productum eſt , vt non ſolùm teſtari poſſint , ſed
etiam eorum teſtamenta non ſubiaceant querelæ:
quamquam , ſi ſui iuris facti ſint , hoc priuilegio non
fruuntur : ſicut enim deſinit eſſe peculium , ita etiam
ceſſat priuilegiũ,quod in dicto peculio competit teſta-
tori,l.vlt.Immò nec,ſi in patris poteſtate ſint, hoc pri-
uilegium habent iure nouiſſimo:ſed indiſtinctè eorum
teſtamenta querelæ ſubiacent,Nou.115.cap.4.& Nou.
5 123.c.19. ¶ Secundo capite explicatur , quibus hæc
querela competat. Conſtat quidem dari exheredatis,
vel præteritis , ſi præteritio non faciat teſtamentum
ipſo iure nullum , vt præteritio ſui heredis;ſed habea-
tur pro exheredatione,vt facta à matre,vel auo mater-
no , Inſtit.de exhered.lib.§.vlt. Non tamen datur qui-
buſcumque perſonis exheredatis , vel præteritis , ſed
tantùm certis perſonis. Ac I. Datur liberis, l.liberi. 28.
in princ.Vt filio aduerſus teſtamentum patris , l. 6. vel
matris,l. 1. & 3.item filiæ ſimiliter aduerſus teſtamen-
tum patris,l.ſi maritus. 22. vel matris,l.filiam. 15.item
nepti ex filio emancipato aduerſus teſtamentum aui
paterni , l. 7. II Parentibus,D.eod.l.nam etſi parenti-
bus. 15.in princ.Vt patri , D.eod.l.pater. 14. vel matri,
l.cùm filium.17.l.liberi.28.§.ſin autem. III. Fratribus,
vel ſororibus conſanguineis , id eſt , ex eodem patre
natis,ſiue adgnatio manſerit,ſiue per emancipationem
ſoluta ſit , aduerſus teſtamentum fratris vel ſororis,
dummodò heres inſtitutus vel ſit iuris , ſeu facti infa-
miâ notatus;vel ſit teſtatoris libertus,qui nec maximis
erga patronum beneficiis hoc ſit promeritus , nec ſit
ſeruus neceſſarius heres inſtitutus , l.fratres. 27. Nulli
autem alij ex tranſuerſalium ordine hæc querela com-
petit , l.fratris. 21. I V. Heredi filij , vel parentis , vel
fratris , quibus diximus querelam competere:nam hæc
querela ad heredem tranſmittitur ; dummodò nec ex-
preſsè,nec tacitè ſit repudiata;& , ſi ad heredem extra-
neum tranſmittatur , ſit præparata : ad liberos verò
etiam non præparata tranſmittitur, l.5.l.ſi quis filium.
34.l.penult. §.vlt. ¶ Tertio capite declaratur , contra 6
quos hæc querela detur. I.Datur contra heredem ſcri-
ptum , d.l.penult.§.illud. etiamſi ſit teſtatoris ſoror , l.
cùm filium. 17. vel vxor , l. ſi maritus. 22. II. Contra
fideicommiſſarium vniuerſalem , cui reſtituta eſt he-
reditas ; quia loco heredis habetur , l. 1. III. Contra
fiſcum , vel alium ſucceſſorem eius, qui de inofficioſo
conueniri poterat, l. ſi heredum. 10. ¶ Quarto capite 7
proponuntur cauſæ , ex quibus de inofficioſo agitur.
Hæ verò ſunt duæ,nempe exheredatio,& præteritio,l.
omnimodo. 30. §. 1. Sed vna cauſa dici poteſt , quate-
nus præteritionem intelligere oportet, quæ pro exhe-
redatione habetur , vt docui ſupr. num. 1. & num. 5.
¶ Quinto capite exponuntur diuerſæ rationes , pro- 8
pter quas hæc querela denegatur. ¶ Prima ratio eſt, 9
ſi legitimam portionem ſaluam habeat ; Inſtit. hoc
tit. §. vltim. ¶ Nota primò , hanc modò vocari legi- 10
timam portionem , d.l. omnimodo. in princ. & §. vlt.
& l.quoniam in prioribus. 32. modò Falcidiam,l. quæ
nuper. 31. ¶ Nota ſecundò , hanc legitimam iure Di- 11
geſtorum & Codicis fuiſſe quartam partem bonorum,
l.6.& l.parentibus.8.in princ.& D.eod.l.Papinianus,8.
§.quoniam.& Inſtit.eod. §. vlt. Sed ex Iuſtiniani Nou.
conſtit. 18.cap.1. auctam eſſe pro numero eorum , qui
ad querelam vocantur:nam ſi quatuor ſint,aut paucio-
res,eis debetur triens bonorum : ſi plures,ſemis. Quæ
conſtitutio non ſolùm obtinet in liberis , & parenti-
bus,vt Doctores vulgò putant; ſed etiam in fratribus:
diſertè enim Imperator in fin. d. cap. 1. ait hoc obſer-
uandum in omnibus perſonis , quibus olim quarta de-
bebatur,ne de inofficioſo agerent. ¶ Nota tertiò,olim 12
ad excludendam querelam opus fuiſſe , vt vel integra
legitima relinqueretur:vel adderetur;vt,ſi id,quod re-
lictum eſt,legitimâ minus ſit,ea boni viri arbitratu re-
pleatur. Sed Iuſtinianus conſtituit , vt etiam hoc non
adiecto,ceſſet querela de inofficioſo , & legitimæ ſup-
plementum petatur,d.l.omnimodò.in princ. & §. 1. &
l.quæ nuper. 31. Quod ſupplementum etiam is petere
poteſt,qui exiguum illud accepit,quod ſibi in teſtamẽ-
to relictum fuit:hac enim ratione petitioni ſupplemẽti
renunciare non cenſetur,l.ſi quando.35. §. pen. & vlt.
Item peti poteſt , etiamſi ab initio integra legitima re-
licta ſit,ſed poſteà quibuſdam rebus euictis minuta ſit,
l.ſcimus.36. in princ. ¶ Nota quartò, hanc legitimam 13
deberi ſine onere,& ſine dilatione. Vnde ſi ſub condi-
tione ſit relicta , conditio pro non ſcripta habe-
tur , l. quoniam in prioribus. 32. niſi conditio fa-
uore perſonæ honoratæ ſit adſcripta : veluti ſi mater
filium heredem inſtituat ſub conditione , *ſi à patre
emancipatus fuerit*, quò magis ſibi , non patri heredita-
tem acquirat,l.filiis. 25. Item fideicommiſſum,quo le-
gitima oneratur , pro non ſcripto habetur , d. l. quo-
niam in priorib. niſi ſit reciprocum , l. ſi pater. 12.

Quòd si testator extraneum heredem instituerit, cumque filio suo rogauerit hereditatem, cùm morietur, vel post certum tempus restituere: heres statim legitimam filio testatoris, residuum suo tempore restituet, d.l. Scimus, §. cùm autem. Substitutio autem pupillaris non est onus, seu grauamen; sed potiùs honor: idcirco pater filio pupillo, cui solam legitimam reliquit, rectè hoc modo substituit, l. ex tribus. 26. Quòd si heres solutioni legitimæ moram fecerit, & se a iudice condemnari passus fuerit, tertia parte amplius restituet, quàm testator reliquit: putà si testator triginta filio reliquit, heres ob dictam contumaciam ei restituet quadragin-
14 ta, l. si quis suo. 33. in princ. ¶ Nota quintò, hanc legitimam iure Digestorum, & Codicis, posse relinqui quocumque titulo, Instit. eod. §. vlt. Vt institutionis, vel legati, vel fideicommissi, d.l. si quis suo. in princ. Quin etiam dos data filiæ, vel donatio propter nuptias filio in legitimam imputantur, l. quoniam Nouella. 29. necnon militia, quæ vendi potest, excepta militia silentiariorum, id est, eorum, qui excubias agunt in consistorio, vel palatio principis, l. omnimodo. 30. §. vlt. Idem dicendum de simplici donatione hoc pacto facta, vt in legitimam imputetur, l. si quando. 35. §. penult. & vlt. Doctores vulgò putant hodie ex Nou. 115. c. 3. & 4. legitimam deberi titulo institutionis, nec posse relinqui alio titulo: quibus non assentior. Primùm enim ibi Imperator loquitur tantùm de liberis, & parentibus: ergo sine dubio ius antiquum manet in fratribus. Deinde non iubet legitimam relinqui liberis, vel parentibus iure institutionis; sed tantùm præcipit eos heredes institui. Quid ergo vetat filiú (exempli causâ) in donatione propter nuptias, vel filiam in dote habere suam legitimam, & præterea esse heredem patris ex minima
15 aliqua portione, vel re iostitutum? ¶ Nota sextò, quartam, vel trientem, vel semissem omnium bonorum deberi omnibus liberis, vel parentibus, vel fratribus, æqualiter inter eos diuidendam, nisi successio in stirpes inæqualitatem inducat: veluti si legitima debeatur nepotibus ex diuersis filiis, D. eod. l. Papinianus. 8. §. quoniam. Ergo quilibet habere debet quadrantem, vel trientē, vel semissem suæ portionis, Instit. h.t. §. vlt. Dicitur enim pars debitæ portionis, id est, portioois ab intestato debitæ. Sed si ex pluribus, qui de inofficioso queri possunt, quidam non conquerantur, quæritur, an eorum portio cæteris accrescat? Quamdiu illi possunt conqueri, partem cæteris faciant, id est, obstāt quò minùs cæteri totum accipiant; proinde nihil cæteris accrescit; sed sua portione debent esse contenti, d.l. Papinianus. §. quoniam. Qui verò sunt omnino exclusi, eorū portio cæteris accrescit: idcirco non dicuntur cæteris partem facere, D. eod. l. qui repudiantis. 17. in princ.
16 & l. si ponas. 23. §. vlt. ¶ Nota septimò, petitioni dicti supplementi non præscribi, secundum Doctores, nisi longissimo tempore, per l. 3. infr. de præscr. 30. vel 40. annor. etsi querelæ inofficiosi testamenti præscribitur quinquennio, vt posteriùs dicetur. Hæc dicta sint de legitima, ex qua sumitur prima ratio impediendæ que-
17 relæ de inofficioso testamento. ¶ Secunda ratio est, propter pactum, vel transactionem cum herede facta: pactum autem factum à filio cum patre, ne testamentum eius inofficiosum dicat, non valet: quia meritis filij ad paterna obsequia sunt prouocandi, potiùs quàm pactis adstringendi, secundùm Papiniani sententiam, d.l. si quando. §. 1. & §. vlt. quæ fuit etiam Pauli lib. 4.
18 Sentent. tit. 5. de inoffic. querela. §. pactio. ¶ Tertia ratio est, si quis iudicium defuncti adgnouerit, l. parentibus. 8. §. 1. & d.l. si quando. §. 1. & §. vltim. Veluti si petenti ex patris testamento legatum patrocinatus sit, D. eod. l. vlt. Secus est, si testamentum falsi arguerit: quoniam in hoc iudicio succumbens posteà testamentum inofficiosum dicere potest, l. cum qui. 14. ¶ Quarta 19
ratio est, propter ingratitudinem, propter quam quis exheredari, vel præteriri meruit, dummodo in testamento exheredantis sit expressa, l. si maritus. 22. l. omnimodo. 20. in princ. Hic tria quæruntur. ¶ Primò 20
quæritur, quæ personæ possint exheredari: Respondetur, posse exheredari etiam parentes; vt matrem, l. liberi. 28. in fin. ¶ Secundù quæritur, quæ sint iustæ causæ 21
exheredandi: Hic considerantur quinque causæ: quarum tres probantur tanquam iustæ, & exheredationem merentes; duæ verò reprobantur. ¶ Quæ probantur, 22
hæ sunt. I. Si filius sit arenarius: nam eum, qui non in arenam damnatus, sed sponte sua factus est arenarius, lex ad intestati quidem patris successionem vocat; sed contra patris voluntatem non admittit, neq; per querelam inofficiosi testamenti, neque per bonorum possessionem cootra tabulas, nisi etiam pater eiusdem cooditionis fuerit, l. in arenam. 11. aut patre consentiente factus sit arenarius, Nou. 115. cap. 3. vers. si præter voluntatem. II. Si filia luxuriose viuat, l. filiam. 19. nisi parentes eam nuptui dare vsque ad vigesimum quintum ætatis eius annum distulerint, d. Nou. 115. cap. 3. vers. si alicui ex prædictis. III. Si parentem testari prohibuit, l. testamenti. 23. & d. Nou. 115. cap. 3.
vers. si conuictus. ¶ Reprobantur autem sequentes 23
causæ. I. Si filia patri, l. cùm te. 18. vel matri diuortium iubenti non obtemperauerit, l. filia. 20. II. Si mater odio mariti exheredet communem filium, l. si
quis suo. 33. §. legis. ¶ Hæc ita traduntur in Codice. 24
Cæterùm hodie ad intelligendas iustas exheredationum causas legenda sunt dictæ Nou. 115. cap. 3. & 4.
¶ Tertiò quæritur, vtri probandi onus incumbat, id 25
est, vtrùm exheredatus probare debeat se fuisse gratum, an heres eum fuisse ingratum? Respondetur, probationis onus incumbere exheredato, nisi heres sponte sua ingratitudinem probare velit, l. liberi. 28. in princ. quia exheredatus agit: probandi autem onus ad actorem spectat, nisi reus sponte sua id suscipiat, D. de probat. l. circa. 14. Sed nouissimè Iustinianus, d. Nou. 115. probandi onus iniungit heredi: quia contra eum est præsumptio: quilibet enim præsumitur gratus, nisi probetur ingratus. Itaque vt hodie exheredatio valeat, oportet istam exheredationis causam dicta Nouella probatam exprimi a testatore, & probari
ab herede. ¶ Quinta ratio est, ob lapsum quinquennij: 26
tanto enim tempore huic querelæ præscribitur, l. con-
tra. 16. & l. scimus. 36. §. illud. ¶ Sextum caput est de 27
præparatione querelæ. Ad hanc præparationem spectat petitio bonorum possessionis, litis ordinandæ gratiâ, D. eod. l. Papinianus. 8. vers. sequēti. quæ est sine re: quia non adimit scriptis heredibus possessionem, l. 2. Hanc non esse necessariam io suis heredibus, quemadmodum nec aditionem hereditatis scribit Paulus in l.
6. D. eod. ¶ Septimum caput est de iudice competente: 28
vbi traditur, si contra fiscum agatur, vt quia heredi scripto successit, vel eius bona tanquam vacantia occupauit, apud procuratorem Cæsaris, qui causis fiscalibus præest, agendum, l. si heredum. 10. nimirum quia rei forum actor sequitur, supr. vbi in rem act. exercer.
debe. l. vlt. cum simil. ¶ Octauum caput est de effecto 29
huius iudicij. Sic autem distinguitur: Aut is, qui de inofficioso egit, in totum obtinuit: aut in totum victus est: aut partim obtinoit, partim victus est; vt quia contra diuersos heredes egit. Finge heredum alios esse viros honestos, alios infamia notatos, ac de inofficioso agere fratrem consanguineum defuncti: sine dubio contra illos succumbet, contra hos obtinebit, l. fratres.
27. ¶ De primo casu hæc notentur. I. Actor totam 30
heredita

hereditatem consequitur, l. si maritus. 22. in princip. videlicet tamquàm heres legitimus, vel, si malit, vt bonorum possessor, d.l. Papinianus. §. pen. II. Idem actor heredi scripto cogitur soluere, quod ei defunctus debebat, d. l. si maritus. §. 1. III. Si defendente causam herede scripto, iudicatum est testamentum inofficiosum, testator habuisse testamenti factionem non videtur, ideóque nihil ex eo testamento debetur, D. eod. d.l. Papinianus. §. penult. l. repudiantis. 17. §. 1. l. cùm mater. 28. libertates tamen præstitæ non reuocantur, si vel ex causa fideicommissi ex decreto prætoris præstitæ sint, l. 4. vel serui manumissi in libertate per quinquennium morati sint: sed hoc casu singuli viginti aureos ei persoluunt, qui in querela de inofficioso obtinuit, d.l. Papinianus. §. vlt. facit l. vxorem. 29. D. de fideicommiss. libert. Sin autem herede non respondente iudicatum sit: tam legata pecuniaria, quàm libertates ex eo testamento debentur, d.l. qui repudiantis. §. 1. & l. seq. Hodie indistinctè omnia legata, & fideicommissa, & libertates debentur: quia testamentum, quod ad solam heredis institutionem, rescinditur, Nou. 115. cap. 3. in fin. & cap. 4. in fin. proinde cessat, quod dixi de viginti aureis victori dependẽdis, vt rectè Salic. notat ad
31 d. l. 4. ¶ Secundo casu testamentum consistit: sed potest vt falsum argui etiam ab eodem, qui de inofficioso egit: quemadmodũ etiam è contrario, si in falsi accusatione non obtinuit, de inofficioso agere potest, l. cum
32 qui. 14. ¶ De tertio casu hæc notentur. I. Defunctus prò parte testatus, pro parte intestatus decessisse videtur, D. eod. l. nam etsi parentibus. 15. §. vltim. l. circa. 24. Hæc igitur est exceptio illius regulæ, Nemo potest pro parte testatus, pro parte intestatus decedere. Altera exceptio est in milite, Institut. de hered. instit. §. hereditas. II. Legata, & cætera in testamento relicta debentur pro parte heredis scripti, qui obtinuit: pro altera verò parte tantùm libertates debentur, non relicta pecuniaria: quoniam pro ea parte is, qui de inofficioso egit, succedit tamquàm heres ab intestato, l. cum duobus. 13. sed iure nouissimo sine dubio etiam pro hac parte omnia relicta debentur, d. Nou. 115. c. 3. in fin. & cap. 4. in fin.

Tit. XXIX. De inofficiosis donationibus.

I. 2. iv. v.
II. 1. 2. ij. iij.
III. 2. j.
IV. 1. 2. vij. 4. iij.
V. 2. ij. 5.
VI. 1. 2. ij. 3. 4. j. ij. iij.
VII. 2. iv. 5.
VIII. 1. 2. iv.
§. j. 2. vj. 5.
IX. 1. 4.

1 Voniam regulariter is, qui testamentum inofficiosum dicere potest, nisi dignus exheredatione sit, non aliter à querela excluditur, quàm si legitimam consequatur, quæ iure Codicis est quarta pars bonorum, quæ defunctus habuit mortis tempore, supr. tit. prox. l. 6. idcirco qui volunt eiusmodi personas ligitima fraudare, facultates suas donatione inter viuos facta minuunt, vel exhauriunt. Cui fraudi Imperatores hoc titulo obuiam eunt, tribuendo querelam inofficiosæ donationis ad instar & exemplum querelæ inofficiosi testamenti, l. 2. 4. 6. pen. in pr. & l. vlt. De hac inofficiosæ donationis que-
2 rela quatuor quæstiones dissoluendæ occurrunt. ¶ Primò quæritur, quibus, & contra quorum donationes competat? Hîc deciduntur septem casus. I. Si parens, qui immensas donationes fecit, intestatus decessit, æquè datur liberis querela inofficiosæ donationis, ac si testatus decessisset, l. 3. quãuis inofficiosi testamenti querela non possit ab intestato locum habere. II. Si pater filiis emancipatis donauit (intellige semper donationem esse immodicam, etsi id breuitatis studio expressè non dicam:) aliis filiis, vel nepotibus datur querela, l. 2. 5. 6. III. Si pater filio in potestate sua constituto donauit: quia donatio ab initio non valet, sed morte confirmatur, inst. de donat. inter vir. & vxor. l. donationes quas parentes. 25. Ideo res donatæ manent, & sunt in dominio defuncti tempore mortis: quocirca donatio non potest videri facta in fraudem querelæ inofficiosi testamenti: consequenter non est locus querelæ inofficiosę donationis: sed iudicio familię erciscundę alij filij suam legitimam consequuntur, d.l. 2. IV. Si mater vni, vel quibusdam liberis donauit, aliis datur querela, l. 1. 7. & pen. in princ. V. Si mater extraneis donauit: idem dicendum, vt filiis detur querela inofficiosæ donationis, d.l. 1. VI. Si mater res sibi à marito donatas, eo consentiente donauit communi filio emancipato: perinde habetur, ac si pater ei filio donasset, d.l. pen. §. 1. quia donatio in vxorẽ collata non valuit, D. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. & passim. VII. Si filius minor vigintiquinq; annis extraneo donauit, mater non aget querela inofficiosæ donationis, sed ex persona filij minoris, id est, tamquàm eius heres (nam restitutionis petitio ad heredem transit, sup. de temp. in integr. restit. l. 5.) restitutio-
nem petet, l. 4. ¶ Secundò quæritur, qua ex causa detur 3
hæc querela? Respondetur, ob eandem causam dari, ob quam datur querela inofficiosi testamẽti: id est, ne quis
legitima priuetur, l. 6. ¶ Tertiò quæritur, quibus ex cau- 4
sis hæc querela locum non habeat? Generaliter traditur, easdem causas excludere hanc querelam, quæ excludunt querelam inofficiosi testamenti, l. vlt. Specialiter autem hæ causæ notantur. I. Si tantum alicui relictum sit, quantum efficit eius legitimam, d. l. 6. II. Si adgnouit voluntatem defuncti, d. l. 6. III. Si potest aduersus donationem in integrum restitui, d. l. 4. & d. l. 6. Hæc igitur querela est remedium subsidiarium, vt & querela inofficiosi testamenti, Instit. de inoffic. testam. §. tam autem. IV. Si quinquennium lapsum sit, l. vlt.
¶ Quartò quæritur, quis sit effectus huius querelæ, id 5
est, quatenus per eam donatio infirmetur? Respondetur, non in totum infirmari, sed tantùm de donatione deduci, quantum conquerenti personæ legitimam portionem efficit, l. 5. 7. & pen. in princ. In hoc igitur differt à querela inofficiosi testamenti, quæ iure Digestorum, & Codicis totum testamentum, iure Nouellarum totam heredis institutionem rescindere solet, vt docui supr. tit. prox. num. 29. Aliam differentiam tradidi supr. num. 2. memb. 1.

Tit. XXX. De inofficiosis dotibus.

Vemadmodum querela inofficiosæ donatio- 1
nis exemplo querelæ inofficiosi testamenti introducta est, vt superiori titulo fuit expositum, ita etiam querela inofficiosæ dotis, quæ eandem vim habet, id est, tantum ex dote detrahit, quantum legitimam conficiat iis, quibus legitima debetur, l. vn. Hæc igitur querela est superioribus similis: & quæ de illis dicta fuerunt, huc sunt transferenda: verbi gratiâ, ne detur post quinquennium, vel si alio modo, putà per restitutionem in integrum, legitima salua sit. Probanda est etiam Accursij sententia, dum ait hanc querelam post mortem eius competere, qui dotem constituit: quia idem in superioribus querelis obtinet. Denique cùm querela inofficiosæ donationis, & querela inofficiosæ dotis ad exemplum, & instar querelæ de inofficioso testamento introductæ sint: pleraque dicta de inofficioso testamento transferanda sunt ad inofficiosas donationes, & inofficiosas dotes: non tamen omnia: quia sunt quædam differentiæ, vt notaui in calce tituli præcedentis.

Tit. XXXI. De petitione hereditatis.

I. in princ.4.ij.6 j.	*VII. 3.ij.5 j.iv.6.iij.8 ij.*
§ j.5.iv.6.j.	*VIII.7 j.*
II. in princ.5.j.ij.iv.6.j.	*IX. 3.ij.4.j.iij.6.j.*
§.j.5.iv.	*X. 4 ij.*
III. in princ.8.j.	*XI. 5.iv.*
§.j.8.j.	*XII. in princ.7.ij.8.iij.*
IV. 8.iij.	*§.j.7.iv.8.iij.*
V. 8.iij.	*§.pen.7.iij.8.iij.*
VI. 4.ij.5.iij.	*§.vlt.3.j.*

1 CVm dictum sit de inofficiosi testamenti
querela, quæ petitionis hereditatis est præparatoria, adeo vt secundùm Doctores hæ duæ actiones coniungi, & in eodem libello cumulari possint. (Vnde Cuiac. putauit etiam eâ querelâ hereditatem peti. Connanus autem existimauit ita esse coniunctam cum petitione hereditatis, vt ab ea seiungi nequeat: quorum sententias refutaui Methodic. de inoffic. testam. num. 6. & 7.) cúmque obiter dictum sit de querelis inofficiosæ donationis, vel dotis, quæ ad illius similitudinem sunt introductæ; iam tem-
2 pus est de petitione hereditatis disserere. ¶ Huius titu-
3 li capita sunt sex. ¶ Primo capite declaratur, qualis sit
hæc actio. I. Est actio bonæ fidei; quoniam Iustinianus hoc constituit, cùm olim res dubia esset, ac controuersa, l. vlt. §. vlt. & Instit. de action. §. actionum. II. Est vindicatio, l. si scripti. 9. id est, principaliter est actio in rem, sed accedunt etiam præstationes personales, D. h. t. l. sed etsi lege. 25. §. petitio. propterea est actio mixta, l. 7.
4 ¶ Secundo capite exponitur, cui hæc actio detur. I. Da-
tur cuicumque heredi, siue sit fiscus, siue priuatus, l. t. in princ. item siue sit heres ex testamento, siue ab intestato: & siue ex iure veteri xij. tabularum, siue ex iure nouo, D. eod. l. 1. 2. 3. Item siue primo loco ad hereditatem vocetur; siue eo, qui præcedebat, repudiante, admittatur, l. si scripti. 9. Item siue sit heres ex asse, siue pro parte, D. eod. l. licet, 10. II. Parenti, in cuius potestate est heres scriptus, adeo vt per eum olim hereditatem acquireret, hodie commodum, id est, vsumfructum acquirat, l. 6. etiamsi iubente patre non adiuit hereditatem, sed per longum tempus (id est, per decennium) eam detinuit, quia ea longa detentione censetur hereditatem delatam adgnouisse, l. si filiusfamilias. 10. vbi intelligendum est, iussum patris præcessisse secundum l. si quis mihi bona. 25. §. iussum. D. de acquir. hered. sed filij aditionem secutam non esse. III. Bonorum possessori, d. l. si scripti. Hoc casu est actio prætoria, & vocatur possessoria hereditatis peti-
5 tio, D. de possess. hered. petit. l. 1. & 2. ¶ Tertio capite
explicatur, contra quem hæc actio detur. I. Datur contra eum, qui pro herede, vel pro possessore possidet, l. 7. etiamsi minimam tantùm rem hereditariam possideat, D. eod. l. regulariter. 9. & l. seq. Pro herede possidet, qui se heredem putat: pro possessore is, qui mala fide possidet, D. eod. l. pro herede. 11. & l. seq. & Instit. de interdict. §. adipiscendæ. Pro possessore ergo possidet, qui sciens à non vero herede emit hereditatem, l. 2. in princ. II. Contra tutorem possessoris, & contra tutorem impuberi datum, qui est (vt ita dicam) in possessione tutelæ, licèt impubes dicatur esse in potestate patris, l. 6. III. Contra heredem possessoris, d. l. 2. in princ. & D. eod. l. nec vllam. 13. §. Neratius. Hic tenetur atiam earum rerum nomine, quas defunctus possedit pro emptore, d. l. nec vllam. §. heredem. IV. Contra emptorem hereditatis: Hic autem, si emptio valeat, vtili hereditatis petitione tenetur, d. l. nec vllam. 13. §. quid si quis. Sin autem emptio non valeat, & mala fide emerit, directâ tenetur, tamquàm possidens pro possessore, d. l. 2. in princ. d. l. nec vllam, §. 1. Qui verò singulas res hereditarias emit, aut alio speciali titulo possidet, quia controuersiam hereditatis non facit, non hereditatis petitione, sed rei vindicatione conueniri potest, d. l. 2. in fin. d. l. 7. versâ cæteris. & infr. in quib. caus. cess. long. temp. præscr. l. pen. Vnde possessor cogendus est dicere, vtrùm pro possessore, an pro herede possideat, licèt alias nemo
cogatur dicere quo titulo possidet, l. cogi. 11. ¶ Quar- 6
to capite declaratur, quid in hanc actionem veniat. I. Veniunt res hereditariæ (siue iura præter seruitutes, siue corpora sint, D. eod. l. item videndum. 18. §. vlt. & l. non tantum. 19. §. vlt.) quæ in eadem causa durant, id est, quæ non exiuerunt de hereditate per vsucapionem, aut præscriptionem, l. si scripti. 9. & d. l. & non tantùm. §. 1. nec solùm eæ, quæ mortis tempore fuerunt, sed etiam quæ posteà accesserunt: nam hereditas est vniuersitas, quæ augmentum & deminutionem recipit: proinde etiam fructibus, & vsuris, & partu ancillæ augetur, l. 1. §. 1. & l. 2. in princ. & D. eod. l. item veniunt. 20. §. item non solùm. & l. sed etsi lege. 25. §. vlt. & ll. seqq. Sed notandum, ex senatusconsulto bonæ fidei possessorem non teneri, nisi in quantum locupletior factus est: malæ fidei possessorem omnes fructus restituere: omnes autem intelligi malæ fidei possessores post litem contestatam, d. l. 1. & 2. in princ. & d. l. item veniunt. §. propter. cum paragrapgis, & aliquot legibus sequentibus. II. Res in hereditate repertæ, licèt hereditariæ non sint; veluti quas defunctus cœperat vsucapere, & quæ ei commodatæ, vel apud eum depositæ fuerunt, d. l. & non tantùm, in princip. & quarum nomine retentionem habuit, non actionem; veluti quas iurauerat suas esse, d. l. & non tantùm. §. veniunt. III. Præstationes personales: veluti si possessor rem hereditariam deteriorauit, aut fructus consumpsit, l. 7. Memineris tamen differentiæ supra traditæ inter bonæ, & malæ fidei possessorem: quia hic indistinctè omnes fru-
ctus restituere tenetur: ille eatenus tenetur, quatenus 7
locupletior factus est. ¶ Quinto capite deciditur quæstio, an iudicio petitionis hereditatis pendente, vel imminente, aliæ actiones moueri possint? Hic distinguitur inter quatuor genera actionum. Aut enim dubitatur de statu testatoris: aut petitur legatum, seu fideicommissum pecuniarium: aut petitur libertas iure directo, vel per fideicommissum relicta: aut agunt creditores hereditarij. I. Casu ante omnia de statu testatoris cognoscendum est, l. liber. 8. II. Casu, arbitrio legatarij vel legatum soluitur cautione præstita de eo cum accessionibus, admissa tamen sumptuum deductione, restituendo, si hereditas ei, qui legatum soluit, abiudicata fuerit; vel lis contestatur, & legati exactio differtur, donec iudicium petitionis hereditatis finem accipiat: vt tunc legatum, si solui oporteat, id est, si pro testamento iudicatum sit, cum accessionibus soluatur, l. vltim. in princip. III. Casu euentus petitionis hereditatis per annum exspectatur: túncque, si pro testamento iudicatum sit, libertates competunt: si contra testamentum, libertates non præstantur: si lis finem nondum acceperit, libertates competunt, ita vt perductus ad libertatem, si fortè aliquid gesserat, rationes reddat, &, si quid habet ad hereditatem pertinens, id restituat, d. l. vlt. §. penult. IV. Casu non differtur exactio eius, quod debetur creditoribus hereditariis: quibus si vel petitor, vel possessor hereditatis aliquid præstiterit, iudicio petitionis hereditatis finito, inter eos in computationem veniat, adeo vt, si possessor hereditatem restituat, id petitori imputet, quod creditoribus hereditariis soluit,

ſoluit, ſibique à petitore ſatisfiat: ſi verò actor ſuccumbat, ſimiliter ei a poſſeſſore officio iudicis ſatiaſiat: aut, ſi hoc prætermiſſum fuerit, actione negotiorum geſtorum, vel condictione ex lege Iuſtiniani
8 peti poſſit, d.l. vlt. §. 1. ¶ Sexto capite declarantur tres exceptiones, ſeu defenſiones rei conuenti. I. Exceptio rei iudicatæ. Hæc exceptio agenti obſtat, etſi alio iudicij genere agat: veluti ſi priùs res ſingulas petierit, deinde hereditatem petat, D. de exception. rei iudic. l. 3. & l. 7. §. pen. & vlt. & l. ſeq. Sed non obſtat, ſi aut alia hereditas petatur, l. 3. in princ. aut ex alia cauſa, d.l. 3. §. 1. & D. de exception. rei iudic. l. ſi mater. 11. in princ. l. ſi is qui. 25. in princ. II. Præſcriptio longiſſimi temporis, infr. de præſcript. trigint. vel quadragin. annor. l. 3. Longi autem temporis præſcriptio, quia tantùm merè reales actiones ſummouet, non perſonales, aut mixtas, qualem eſſe petitionem hereditatis anteà dixi, hanc petitionem non excludit, l. 7. III. Compenſatio: nam in reſtituenda hereditate ratio habetur eius, quod poſſeſſor in funus defuncti impendit, l. 4. vel creditoribus hereditariis ſoluit, l. 5. l. vltim. §. 1. Item ea quoque deducuntur, quæ ex cauſa legati, vel fideicommiſſi præſtitit, d. l. vltim. in princip. & §. penultim.

Tit. XXXII. De rei vindicatione.

I. in pr. & §. 3. 4. 5. 8. 13. j. ij.	*XV. 4. vj.*
II. 4. iij.	*XVI. 4. iij. 7. 8. 13. j. 11. v.*
III. 4. vij. 13. j. 15. ij. vj.	*XVII. 8. 13. j. ij.*
IV. 4. vij. 13. j. 15. ij.	*XVIII. 4. x.*
V. 3. 13. j. ij. 11. v.	*XIX. 6. 13. j.*
VI. 4. v. 8.	*XX. 9.*
VII. 4. ij.	*XXI. 3. 13. iij.*
VIII. 4. v.	*XXII. 8. 13. ij.*
IX. 15. iij.	*XXIII. 4. vij. 13. vj.*
X. 6.	*XXIV. 4. viij.*
XI. 4. iv. 15. v.	*XXV. 4. ix.*
XII. 4. ij. v. 15. ij.	*XXVI. 15. ij.*
XIII. 11.	*XXVII. 4. v.*
XIV. 4. vij. 13. j. 15. iv.	*XXVIII. 5. 15. j.*

1 AB actione de vniuerſitate, id eſt, de hereditate, tranſit ad ſingularum rerum petitionem: quo ordine etiam prætor in edicto perpetuo vſus eſt, D. h. t. l. 1. in princ. Hæc actio vocatur rei vindicatio, & eſt ſpecies vindicationis: nam res hîc accipitur pro certa ſpecie, D. eod. l. 6. id eſt, pro corpore, Inſtit. de action. §. 1. vt & D. de legat. 1. l. planè. 34. §. ſed hoc ita. & Inſtit. de legat. §. ſi generaliter. Non ſolùm autem corpora vindicantur, ſed etiam res incorporales, vt ſeruitutes actione confeſſoria, D. ſi ſeruit. vindic. & Inſtit. de action. §. æquè. omnis autem actio in rem appellatur
2 vindicatio, Inſtit. eod. §. appellamus. ¶ Diuido hunc
3 titulum in quatuor capita. ¶ Primo capite declaratur, cui hæc actio detur. Reſpondetur, dari domino rei, quæ vindicatur, l. 5. l. à poſſidentibus. 21. ſiue iure gentium, ſiue iure ciuili dominium acquiſiuerit, D. eod. l. in rem. 23. in princ. Hinc oriuntur quatuor quæ-
4 ſtiones. ¶ Primò quæritur, quis ſit dominus? Vbi deciduntur varij caſus, & conſiderantur res variæ, ac diuerſæ. I. In his, quæ ſeruus à non domino poſſeſſus acquiſiuit, diſtinctio adhibetur: nam bonæ fidei poſſeſſor ex re ſua, & operis ſerui acquirit, cùm ex aliis cauſis acquiratur vero domino: malæ autem fidei poſſeſſor nulla ex cauſa acquirit, ſed ſeruum cum omnibus acceſſionibus domino reſtituere tenetur, l. 1. & Inſtit. per quas perſon. nob. acquir. §. de his autem. II. Partus ancillæ ſequitur ventrem: adeo vt ſuſceptus ex tuo ſeruo, & mea ancilla, meus ſit, non tuus, l. 7. & l. inciuile. 12. quemadmodum ſi equam meam equus tuus prægnantem fecerit; non erit tuum, ſed meum, quod naſcetur, D. eod. l. 5. §. idem ſcribit ſi equam. III. Ædificium ſolo cedit: ita vt non ſolùm interior pars ædificij, quæ ſolum tangit, ſed etiam quæ ſuper eam partem extruitur, ad eius dominium pertineat, qui ſoli dominus eſt. Materia verò, ex qua ædificium extructum eſt, non poteſt quidem vindicari, nec poteſt eius nomine ad exhibendum agi, quamdiu ædificium manet, ſed ex lege xij. tabularum datur actio de tigno iuncto in duplum: ædificio autem diruto, ad veterem dominum redit, qui poterit eam vindicare, niſi vel donandi animo in alieno ſolo ædificauerat, vel duplum iam eſt conſecutus, l. 2. & D. h. t. l. in rem. 23. §. pen. & vlt. & de acquir. rer. domin. l. 7. §. cùm in ſuo. & §§. ſeqq. & Inſtitut. de rer. diuiſ. §. cùm in ſuo. Quòd ſi ſolum duobus commune ſit, ædificium quoque eſt commune: & vnus ex dominis partem, non totum vindicare poteſt, l. ſi in area. 16. IV. Sata, & plantæ ſimiliter ſolo cedunt, dummodò radices egerint, l. ſi quis ſciens. 11. & D. de acquir. rer. domin. d. l. 7. §. vlt. & l. qua ratione. 9. in princ. & Inſtitut. de rer. diuiſ. §. ſi Titius. & §. qua ratione. V. Res à domino vendita, & nondum tradita, manet in dominio ipſius venditoris: idcirco emptor eam vindicare nequit, l. pen. Si autem emptori tradita fuerit, eius facta eſt, etiamſi emptor pretium nondum ſoluerit, l. inciuile. 12. (dummodò hoc caſu venditor fidem eius ſecutus ſit, Inſtit. de rer. diuiſ. §. venditæ.) vel alienâ pecuniâ emerit: nam is, cuius pecuniâ res empta eſt, non poteſt eam rem vindicare, l. 6. niſi ſit miles, l. ſi vt proponis. 8. VI. Si res à domino duobus in ſolidum ſeparatim vendita ſit, is in dominio vindicando eſt potior, cui priori tradita eſt: quod etiam in donatione obſeruatur, l. quoties. 15. Plura huc ſpectantia vide in tractatu de emptione & venditione. §. 119. & ſequentibus vſque ad finem capitis. VII. Si non dominus rem vendiderit, & emptori tradiderit, dominus, etiam non oblato pretio, eam vindicare poteſt, l. 3. l. ſi mancipium. 23. niſi aut venditioni conſenſerit, aut alia ratione dominium amiſerit, d. l. 3. (veluti propter emptoris vſucapionem, ſeu longi temporis præſcriptionem. l. 4.) aut venditori heres extiterit, l. cùm à matre. 14. VIII. Qui ſine titulo rem poſſidet, vſucapere non poteſt: idcirco etiam poſt longum tempus rem domino vindicanti reſtituere cogitur, l. nullo. 24. tantùm igitur longiſſimi temporis præſcriptione ſe tueri poteſt, infr. de præſcript. trigint. vel quadragint. annor. l. 3. IX. Qui penſiones ex re debitas ſoluit, non propterea fit eius rei dominus, l. ſolemnibus. 25. X. Si dominus rem ſuam per errorem apud alium reliquerit, non ideo eius rei dominium amittit, l. re tua. 18. & infr. fam. erciſc. l. ſeruum. 22. quemadmodum is, qui rem ſuam per errorem conducit, dominium in locatorem non transfert: ſed inutilem contractum facit, infr. de locat. l. qui rem. 20. ¶ Secundò quæritur, vtrùm 5
actor probare debeat ſe eſſe dominum, an ei ſufficiat reum ſine iuſta cauſa poſſidere? Reſpondetur, actorem probare debere ſuam intentionem, id eſt, ſe eſſe dominum: alioquin reus vincet, quamuis nullam poſſidendi cauſam habeat, l. vlt. & ſupr. de eden. l. 4. & infr. de probat. l. 2. quia in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, D. de diuerſ. reg. iur. l. in pari. 128. ¶ Tertiò 6
quæritur, quomodò dominium probetur? Reſpondetur, probari poſſe non ſolùm inſtrumentis, ſed etiam interrogatione ſeruorum, indiciis, & aliis modis, l. cùm ſuper. 10. l. indicia. 19. ¶ Quartò quæritur, ſi 7
res ſit duobus communis, puta ſi in area communi

ædificatum sit, an vnus ex dominis vindicare possit?
Respondetur, eum posse partem suam vindicare, l. si in
area. 16. vt enim totius rei, ita etiam partis vindicatio
datur, D. h. t. l. 6. adeo vt etiam pars rei, quæ sine in-
teritu diuidi nequit, vt hominis, vindicari possit, D.
eod. l. & ex diuerso. 35. §. vltim. Quota autem pars
ad actorem pertineat, quota possessori relinquatur,
non reus dicere, sed actor in libello designare debet,
8 D. eod. d. l. 6. in princ. & l. in speciali. 73. ¶ Secundo
capite exponitur, contra quem hæc actio detur. Ac
dicitur dari contra possessorem, l. 6. siue bonæ, l. 1. in
princ. l. si in area. 16. l. certum. 22. siue malæ fidei, d. l.
9 1. §. 1. l. si fundum. 17. & d. l. certum. ¶ Nota primò,
possessorem latiùs hic accipi, vt complectatur etiam
eum, qui in possessione est. Quicumque enim rem de-
tinet, eiusque restituendæ facultatem habet, hac actio-
ne rectè conuenitur, D. eod. l. officium. 9. dummodò
legitimam personam habeat standi in iudicio; nam
si seruus rem detineat, non ipse, sed eius dominus iu-
dicio conueniendus est, l. non seruum. 20. quia seruus
legitimam personam standi in iudicio non habet, supr.
10 de iudic. l. 6. & 7. ¶ Nota secundò, eum, qui rei vindica-
tione conuenitur, vtroque tempore possidere debe-
re, tam litis contestatæ, quàm sententiæ. Verumta-
men si post litem contestatam, ante sententiam sine
dolo desinat possidere, absoluitur. Contrà si tempore
litis contestatæ non possidebat, tempore sententię pos-
11 sideat, condemnatur, D. eod. l. si autem. 27. §. 1. ¶ No-
ta tertiò, possessorem non agere, sed conueniri: qua
ratione rei vindicatio distinguitur à confessoria, & ne-
gatoria actionibus, quæ æquè dantur possidenti, ac
non possidenti, D. si vsusfruct. petat. l. penultim. §. vlt.
& si seruit. vindic. l. 6. §. 1. & Institut. de action. §. æquè.
Quare cùm longè commodius sit possidere, quàm
à possidente petere: si inter duos de possessione, &
proprietate controuersia sit, priùs possessionis, quàm
proprietatis controuersia dirimi debet, l. ordinarij.
13. ex iudicio namque possessorio constabit, vter in
iudicio proprietatis sit actor, vter reus, Institut. de in-
terdict. §. retinendæ. Itaque hæc duo iudicia, petito-
rium & possessorium, iure ciuili cumulari non pos-
sunt: iure tamen canonico litium minuendarum cau-
sâ hæc cumulatio admittitur; vt docui supr. de iudi-
12 cijs, num. 18. ¶ Nota quartò, eum quoque hoc iudi-
cio teneri, qui dolo malo fecit, quominùs posside-
ret, propterea quòd dolus pro possessione est, D. h. t.
l. Iulianus. 17. §. 1. l. quòd si dolo. 22. l. qui petito-
rio. 36. in princip. l. qui restituere. 68. & de diuers.
regul. iur. l. qui dolo. 131. l. parem. 150. Necnon
eum, qui se liti offert, quasi possideat, & ita actorem
ignorantem decipit, ac litem contestari patitur, D.
13 h. t. l. 7. l. is qui se obtulit. 25. & ll. seqq. ¶ Tertio ca-
pite explanatur, quid in hoc iudicium veniat. Ve-
niunt autem I. Res principales, id est, res corporales,
vt notaui num. 1. siue sint res se mouentes, vt man-
cipia, & iumenta, l. 1. §. 1. siue mobiles, vt materia ædi-
ficij diruti, l. 2. siue immobiles, vt fundus, l. 3. l. 4. l. si
fundum. 17. & ædes, d. l. 2. l. 5. l. cùm à matre. 14. l. si in
area. 16. l. iudicia. 19. II. Accessiones. Sed hîc distin-
guitur inter bonæ, & malæ fidei possessorem. Nam
malæ fidei possessor omnes fructus, & omnes acces-
siones restituit, d. l. 1. §. 1. d. l. 5. d. l. si fundum. & l. cer-
tum. 22. bonæ autem fidei possessor extantes restituit,
d. l. certum. vbi extantes fructus dicuntur, qui alibi vo-
cantur stantes, D. solut. matrim. l. 7. §. interdum. & de
furt. l. si apes. 26. §. 1. vel pendentes, D. h. t. l. fructus
pendentes. 44. & de vsufruct. l. arboribus. 12. §. Iulianus.
l. si pendentes. 27. in princip. Item bona fide possideos
ex causa lucratiua restituit perceptos fructus merè
naturales, non industriales: qui verò ex causa onero-
sa possidet, etiam merè naturales percipiendo lucratur,
vt docui Cent. 5. q. 45. & neuter fructuum consumpto-
rum nomine tenetur, Institut de rer. diuis. §. si quis à
non domino. & de offic. iudic. §. & si in rem. Præte-
reà bonæ fidei possessor per seruum acquirit ex re sua,
vel operis eius, d. l. 1. in princip. & Institut. per quas
person. nob. acquir. §. de his. malæ autem fidei possessor
nulla ex causa per seruum acquirit, d. l. 1. §. 1. Nota
accessiones in hoc iudicium venire, non iure actio-
nis, sed officio iudicis, D. de vsur. l. neque. 15. III. Rei
æstimatio, puta quia reus rem non restituit: quo casu
iusiurandum in litem actori defertur, l. à possidenti-
bus. 21. videlicet si dolo malo reus fecit, quominùs re-
stituere possit: nam si dolo careat, in veram æstimatio-
nem damnatur: sin autem restituere possit, manu mi-
litari ei res aufertur, D. eod. l. qui restituere. 68. vbi
quod dicitur in litem iuratum sine vlla taxatione,
sic accipiendum puto, vt non taxetur à lege quanti-
tas, intra quam actor iuret; iudex tamen quantitatem
taxare possit, D. de in lit. iuran. l. 4. §. iurare. & l. 5. §. 1.
vide Centur. 3. q. 88. ¶ Quarto capite proponuntur 14
exceptiones ac defensiones rei conuenti contra acto-
rem. Hæ referuntur partim ad rem petitam, par-
tim ad eius rei accessiones. ¶ A re petita summoue- 15
tur actor, I. Si se dominum esse non probet, l. vltim.
II. Si dominium amisit, l. 3. putà quia ipsi reo rem
vendidit, & tradidit, l. inciuile. 12. aut quia vendi-
tioni ab alio factæ consensit, d. l. 3. (quo casu constat
exceptionem rei venditæ & traditæ competere, D. de
except. rei vendit. & tradit. l. 1. §. si quis rem meam)
aut quia reus eam rem à non domino emptam vsu-
cepit, siue ante litem contestatam præscripsit, l. 4. quia
post litem contestatam præscriptio non currit; sed
per litis contestationem interrumpitur, l. moræ. 26.
Vsucapio verò perficitur quidem etiam post litem
contestatam, D. pro emptore. l. 2. §. vltim. & pro do-
nat. l. 2. sed nihilominùs res victori restituenda est,
ne mora litis prosit possessori, D. h. t. l. Iulianus libro
sexto. 17. §. 1. l. si post acceptum. 18. l. præterea. 20.
& l. si à bonæ fidei. 31. III. Si mulier vindicet rem do-
talem: quia vindicatio datur marito, non mulieri, l. do-
te. 9. licet maritus habeat tantùm dominium ciuile,
mulier naturale, infr. de iur. dot. l. penult. IV. Si actor
venditori heres extitit: nam si rem vindicet, vel excep-
tione doli, l. cùm à matre. 14. vel exceptione rei ven-
ditæ, & traditæ summouetur, D. de except. rei ven-
dit. & tradit. l. 1. § 1. V. Si actor sumptus in rem à pos-
sessore factos restituere nolit: hoc autem casu distin-
guitur: nam bonæ fidei possessor per exceptionem
doli mali sumptus seruat, l. si quis sciens. 11. & l. si in
area. 16. malæ autem fidei possessor tantùm necessa-
rios sumptus repetere potest: quod verò vtiliter fecit,
auferre potest, dummodò sine detrimento corporis id
faciat, l. 5. & aliquod emolumentum inde consequa-
tur: nec enim malitiæ indulgetur eius, qui picturas
abradere vult, nullam inde vtilitatem relaturus,
D. eod. l. in fundo. 38. VI. Si actor pretium rei à pos-
sessore solutum, ei reddere nolit. Hæc exceptio repro-
batur, l. 3. & l. si mancipium. 23. Hæc dicta sint de rei 16
defensionibus pertinentibus ad rem petitam. ¶ Quod
verò ad accessiones attinet, bonæ fidei possessor re-
tinet fructus perceptos, si vel titulo oneroso possi-
deat, vel sint fructus industriales, vel ab eo consum-
pti: item retinet, acquisita per seruum ex eius ope-
ris, vel ex re sua, vt supr. docui num. 4. memb. 1. &
num. 13.

Tit. XXXIII. De vsufructu, & habitatione, & ministerio seruorum.

I. 8. sy. 22.

I. 8. ij. 12.	*X. 5. ij. 8. j.*
II. 6. ij.	*XI. 14. ij. 15.*
III. in princ. 8. j. 10. j.	*XII. in princ. 8. j. iv.*
§. j. 9. j.	*§. j. 8. j. v. 9. ij.*
IV. 4. 5. j. ij. 6. j.	*XIII. 14. j. ij.*
V. 8. iv.	*XIV. 4. 5. j. 8. princ. j.*
VI. 5. ij. 6. ij.	*XV. 9. v.*
VII. 6. iv.	*XVI. in princ. 5. j. ij. 8. p. ij.*
VIII. 6. ij.	*§. ſed neque. 8. ij. 9. ij.*
IX. in princ. 4. 6. ij.	*XVII. 9. iv. v.*
§. j. 16.	

1 A Vindicatione corporum tráſit ad vindicatio-
nem iurium incorporalium, id eſt, ſeruitutum:
quæ vel ſunt perſonales, vt vſusfructus; vel
reales, vt ſeruitutes prædiorum vrbanorum, aut ruſti-
corum. Vſuifructui ædium ſimilis eſt habitatio; in fru-
ctu autem ſerui ſunt eius miniſteria, ſiue operæ, D. de
oper. ſeruor. l. 4. Quapropter tres ſunt huius tituli par-
2 tes. ¶ Prima pars eſt de vſufructu. Triplex eſt vſusfru-
ctus, nempè formalis, cauſalis, & quaſi vſusfructus.
Vſusfructus formalis eſt verus vſusfructus à pro-
prietate ſeiunctus: qui quidem definitur, Ius vten-
di fruendi rebus alienis ſalua earum ſubſtantia, D. h. tit.
l. 1. & Inſtitut. eod. in princip. Hunc Cuiacius nudum
vſumfructum, Hotomanus merum vſumfructum
nominant. Qui verò eſt omnino cum proprietate
coniunctus, à Doctoribus non ineleganter vocatur
vſusfructus cauſalis. Quamuis enim propriè vſusfru-
ctus non ſit, D. eod. l. quod noſtrum. 63. & ſi vſusfruct.
petet. l. 5. in princip. quia vſusfructus definitio ei non
conuenit: tamen interdum appellatur vſusfructus, D.
de vſufruct. accreſc. l. 4. l. ſi proprietas. 9. & de vſu &
vſufruct. leg. l. ſi alij. 19. l. Sempronius. 26. §. ſi fun-
dus, cum ſimilibus. Eſt autem in plena proprietate,
non tanquàm in ſubiecto, ſed tanquam in ſua cauſa;
quemadmodum calor in ſole. Vt enim Sol, qui ex ſen-
tentia Ariſtotelis non eſt actu calidus, efficit in rebus
ſublunaribus calorem: ita etiam qui eſt plenæ proprie-
tatis dominus, licet vſumfructum formaliter non ha-
beat; tamen vſumfructum alteri conſtituere poteſt,
d. l. quod noſtrum. Hunc Cuiacius plenum, Hotoma-
nus mixtum vſumfructum appellant. Quaſi vſusfructus
eſt quaſi quodammodò à proprietate ſeparatus: in
his enim rebus conſiſtit, quæ vſu conſumuntur, vt vi-
no, oleo, frumento: quæ res cùm functionem in genere
ſuo recipiant, cúmque is cui harum rerum vſusfructus
legatus eſt, teneatur quandocumque idem genus red-
dere; hinc fit, vt tantum earum rerum vſumfructum
habere videatur. Hoc loco agitur de vſufructu forma-
li, & de quaſi vſufructu. Quapropter huius partis duo
3 ſunt capita. ¶ In priori capite, de vero & formali vſufru-
4 ctu diſſoluuntur quinque quæſtiones. ¶ Primò quæri-
tur, in quibus rebus vſusfructus conſtituatur? Reſ-
pondetur, conſtitui tam in rebus mobilibus, vt man-
cipiis, l. vſufructu. 9. in princip. quàm in immobilibus,
vt fundo, l. 4. d. l. vſufructu. in princip. l. antiquitas.
5 14. ¶ Secundò quæritur, quibus modis conſtituatur?
Reſpondetur, conſtitui I. In teſtamento, l. 4. ſiue vſuſ-
fructus legetur, l. penultim. in princip. ſiue legata pro-
prietate nudus vſusfructus maneat penes heredem,
d. l. antiquitas. II. Per contractum, d. l. 4. Vt per ſtipula-
tionem, d. l. pen. in princ. dotem, l. 6. locationem, l. ſi do-
mina. 10. Quod dixi de contractu, ſic eſt intelligendũ,
vt ex contractu naſcatur tantùm obligatio, D. de oblig.
& act. l. 3. in princip. quaſi autem traditione, id eſt, dum
dominus patitur fructuarium vti frui, conſtituitur
vſusfructus, D. h. t. l. 3. in princip.
6 ¶ Tertiù quæritur, quis ſit effectus conſtituti vſuſ-
fructus? Explicantur autem quatuor effectus. I. Vſu-
fructuarius ſatiſdare tenetur ſe arbitrio boni viri vſu-
rum fruiturum, & finito vſufructu reſtituturum, quod
inde extabit, d. l. 4. & D. vſusfruct. quemadmo. cauc. l.
1. in princip. II. Fructuarius poteſt omnes fructus per-
cipere, D. h. tit. l. 7. in princip. non tamen poteſt rem pi-
gnerare, l. 6. (licèt hoc quoque inter fructus referatur,
vt rem pignerare liceat, D. de vſur. l. vlt. & de diuerſ.
reg. iur. l. fructus. 72.) nec alienare, nec ſeruos manumit-
tere, l. vſufructu. 9. in princip. nec rem præſcribere, l.
neque. 8. nec vſucapere, cùm quia ciuiliter non poſſi-
det, tum etiam quia ſcit rem alienam eſſe, Inſtit. per
quas perſon. nob. acquir. §. de his autem. verſ. fructua-
rius verò. III. Dominus nudæ proprietatis rem pi-
gnerare poteſt ſaluo vſufructu. l. 2. IV. Modicæ im-
penſæ ad fructuarium pertinent, veluti vt ædes ſartas
tectas habeat: reliquæ ad proprietarium ſpectant, à quo
vſufructuarius repetet, ſi vltra quàm impendere de-
buit, impenderit, l. 7. repetet, inquam, actione manda-
ti, vel negotiorum geſtorum, argum. l. ſi abſente. 48. in
princip. D. eod. ¶ Quartò quæritur, quibus modis fi- 7
nitur, vel non? ¶ Finitur varijs modis, l. antiquitas. 8
14. & l. pen. in princip. I. Morte fructuarij, l. 3. in princ.
l. ambiguitatem. 12. in princip. & §. 1. d. l. antiquitas. d.
l. penult. in princip. Niſi vſusfructus ſit locatus a domi-
no proprietatis: nam conductore intra tempora con-
ductionis moriente non finitur, l. ſi domina. 10. II. Ma-
xima, vel media capitis deminutione fructuarij, d. l.
pen. in princip. & §. ſed neque. III. Non vtendo per
longum tempus, d. l. 1. in princip. & §. 1. IV. Aduenien-
te tempore, vſque ad quod conſtitutus fuit, l. 5. & d. l.
ambiguitatem in princip. V. Exiſtente conditione, ſi
donec ea penderet, ſit vſusfructus conſtitutus, d. l. am-
biguitatem. §. 1. ¶ Non finitur I. Morte proprieta- 9
rij, l. 3. §. 1. II. Maxima capitis deminutione fructua-
rij, l. penult. §. ſed neque. III. Defectu conditionis, ſi
vſque ad conditionem extantem ſit conſtitutus, d. l.
ambiguitatem. §. 1. IV. Morte, vel alia ratione con-
tingente in perſona filij familiâs, vel ſerui, cui vſusfru-
ctus relictus fuit: quia manet in perſona patris, vel do-
mini. V. Morte, vel alia ratione contingente in perſona
patris, cuius filio vſusfructus relictus fuit: quia manet
penes filium, l. vlt. VI. Alienatione partis ſerui, per
quem vſusfructus acquiſitus eſt, l. inter. 15. ¶ Quintò 10
quæritur, qui ſint effectus vſusfructus finiti? I. Vſuſ-
fructus extinctus ad proprietatem reuertitur, d. l. 3. in
princip. d. l. antiquitas. & Inſtit. eod. §. vlt. Videlicèt cùm
totus extinguitur: nam pars vnius fructuarij extincta,
ſæpe confructuario accreſcit, D. de iur. accreſc. tot tit.
Hæc dicta ſint de vero vſufructu. ¶ In poſteriori ca- 11
pite agitur de vſufructu omnium bonorum legato:
hoc enim legatum valere conſtat, niſi dodrantem bo-
norum excedat, alioquin per legem Falcidiam minui-
tur, D. h. t. l. omnium. 29. l. quoties. 34. §. vlt. & de vſu-
fru. ear. rer. quæ vſu conſum. l. 3. Hoc legatum conti-
net tam verum vſumfructum reſpectu earum rerum,
quæ vſu non conſumuntur, quàm quaſi vſumfructum
reſpectu pecuniæ, & aliarum rerum, quæ vſu conſu-
muntur. Duplex igitur cautio præſtanda eſt à fructua-
rio: altera de vero vſufructu, de qua dixi ſupr. num. 6.
membr. 1. altera de quaſi vſufructu, nempe de tanta
pecunia reſtituenda, cum fructuarius mortuus, vel ca-
pite minutus fuerit: quia his duobus ſolis modis quaſi
vſusfructus finitur, Inſtit. eod. §. conſtituitur. & D. de
vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum. l. in ſtipulatione. 9. & l.
ſeq. in princip. ¶ Hinc quæritur, an hæc cautio à te- 12
ſtatore remitti poſſit? Reſpondetur, non poſſe; ſed à
fructuario præſtandam eſſe, licèt teſtator eam remi-
ſerit, l. 1. Idem dicendum de cautione à vero fructuario
præſtanda: cogitur enim cauere ſe boni viri arbitratu
vſurum fruiturum, neque remitti hæc cautio in teſta-
mento.

mento poteſt, infr. vt in poſſeſſ. legat. l. penultim. Ra-
tionem Doctores afferunt, ne detur fructuario occaſio
delinquendi, id eſt, res diſſipandi, vel corrumpendi. Fa-
tentur tamen heredem, cui cauendum eſt, poſſe cautio-
nem remittere, quia vnicuique licet iuri ſuo renuncia-
re, ſupr. de pact. l. pen. Nec dubitandum, quin tacitè ab
herede remitti poſſit, D. de vſufruct. ear. rer. quæ vſu
conſum. l. tribus. 8. Eſt etiam in quaſi vſufructu ſpe-
cialis ratio, quia ſenatus per cautionem quaſi vſum-
fructum fecit, D. eod. l. 2. in fin. & Inſtit. h. t. §. conſtitui-
tur, in fin. proptereà cautio remitti non poteſt, quin
tollatur quaſi vſusfructus, & contra ſenatusconſul-
tum fiat, d. l. tribus. verſ. nec refragari: quod & d. l. 1. h.
t. indicat, dum ait, cautionem offerendam ſecundum
formam ſenatusconſulti, id eſt, ſecundum formam,
quam ſenatus tribuit quaſi vſuifructui. Hactenus de
13 vſufructu. ¶ Secunda tituli pars de habitatione duas
quæſtiones diſſoluit.

14 Primò quæritur, quid iuris habeat is, cui habitatio
conceſſa eſt: Hic dantur tres regulæ. I. Poteſt habitatio-
nem locare, l. cùm antiquitas. 13. II. Non plus iuris
habet, quàm fructuarius; nec habet dominiũ, niſi pro-
bet, eum, qui habitationem legauit, dominium legare
voluiſſe, d. l. cùm antiquitas. III. Non poteſt legare
15 proprietatem, l. habitatio. 11. ¶ Secundò quæritur,
quomodo habitatio finiatur? Reſpondetur finiri
16 morte eius, cui competit, d. l. habitatio. ¶ Tertia pars
eſt de miniſterio ſeruorum: vbi traditur, eum, cui mi-
niſterium ſeruorum relictum eſt, non habere eorum
dominium, nec poſſe eos alienare, aut manumittere, l.
vſufructu. 9. §. 1.

Tit. XXXIV. De ſeruitutibus, & aqua.

I. princ. or.	*VIII. in princ.* 9.
§. j. 5. *princ.* j.	§. j. 9.
II. 5. *ij.* *vv.* 18. *ij.*	*IX.* 9.
III. in princ. 4. 17. 18. j.	*X.* 6. 19. j. 20.
§. j. 19. *ij.*	*XI.* 13. j.
IV. 17.	*XII.* 19. j.
V. 8.	*XIII.* 6. 13. *ij.*
VI. 15.	*XIV. in princip.* 6. 13. *ij.*
VII. 5. 18. *ij.*	§ j. 9 11.

1 SEruitutibus perſonalibus ſubiiciũtur ſerui-
tutes reales, ſeu prædiales, quæ ſimplici ſer-
uitutum appellatione ſæpe ſignificantur, vt
in hac rubr. & in rubr. D. eod. & in l. locare
2 44. D. locati. ¶ Harum ratione prædia alienis præ-
diis ſeruire dicuntur. Quare ſicut alia ſunt prædia
vrbana, id eſt, ædificia habitandi cauſa extructa; alia
ruſtica, id eſt, cætera omnia prædia (quamquam area,
hortus, ſtabula, ſi ædibus coniuncta ſint, iure acceſſio-
nis inter vrbana prædia numerantur, infr. de præd.
minor. l. ſi prædium. 16. & D. commun. præd. l. 1.
in princip. & in quibus cauſis pign. tacite contrah.
l. 4 & de verbor. ſignif. l. vrbana. 198. & Inſtitut. h. t.
§. 1.) ita etiam ſeruitutum aliæ ſunt vrbanæ, aliæ ruſti-
cæ, quæ omnes denominantur à prædio dominante:
nam vrbana eſt, quam prædium, ſiue vrbanum, ſiue ru-
ſticum, vrbano prædio præſtat; ruſtica, quam ruſticum,
vel vrbanum prædium præſtat ruſtico prædio, vt
latè probaui in Methodico huius tituli, §. 14. Ruſti-
cæ ſeruitutis ſpecies eſt aquæductus, D. de ſeruit. præd.
ruſtic. l. 1. in princip. & Inſtitut. de ſeruitut. in princip.
de qua ſpecialiter agitur in multis legibus huius tituli.
Hinc titulus inſcribitur *De ſeruitutibus, & aqua*. Vn-
de apparet, duas eſſe huius tituli partes.
3 ¶ Prima pars quæ eſt de ſeruitutibus, diuiditur in
tria capita. ¶ Primo capite de ſeruitutibus in gene- 5
re tres quæſtiones tractantur. ¶ Primò quæritur, 6
quibus prædijs ſeruitus imponi poſſit? Reſpondetur,
poſſe imponi etiam prædijs prouincialibus, l. 3. 7

¶ Secundò quæritur, quibus modis ſeruitus acqui-
ratur? Vnus modus hic proponitur, præſcriptio longi
temporis, l. 1. §. 1. & l. 7. Hæc præſcriptio vt valeat, mul-
ta requiruntur. I. Requiritur, vt qui præſcribit, iuſtè
poſſideat, non vi, nec clam, nec precariò, d. l. 1. §. 1.
Intellige eum poſſidere, qui prædium dominans poſſi-
det, D. de ſeruit. præd. vrban. l. ſi ædes. 32. & facto quo-
dam ſeruitutem poſſidere videtur, vt quia immiſſum
vel proiectum in vicini ædes habet, D eod. l. ſeruitutes
20. in princip. & ſi ſeruit. vindic l. 6. §. 1. alioquin ſerui-
tutes per ſe, cùm ſint incorporales, D. h. tit. l. ſeruitutes.
14. & de diuiſ. rer. l. 1. in fin. non poſſunt poſſideri, d. l. ſi
ædes. II. Vt poſſideat longo tempore, id eſt, decem
annis inter præſentes, viginti inter abſentes, infr. de
præſcript. longi tempor. l. vlt. in fin. & D. ſi ſeruit. vin-
dic. l. ſi quis diuturno. 10. III. Vt poſſeſſio ſit continua,
non interrupta, l. 2. quod quidem in omni præſcriptio-
ne exigitur, infr. de præſcript. longi tempor. l. 2. IV. Vt
dominus prædij ſeruientis ſciat vicinum vti ſeruitute,
d. l. 2. Non obſtat d. l. vlt. infr. de præſcript. longi. tem-
por. vbi non habetur ratio ſcientiæ, vel ignorantiæ
domini, non in hac quæſtione, *an præſcriptio locum ha-
beat*; ſed in alia quæſtione, videlicèt *vtrum is, contra
quem præſcribitur, præſens, an abſens intelligatur*. Titulus
autem in hac præſcriptione non requiritur, d. l. ſi quis
diuturno. Quocirca differt ab vſucapione, in qua con-
ſtat titulum eſſe neceſſarium, Inſtit. de vſucap. §. error.
Nam ſeruitutes non vſucapiuntur: ſed is, qui prædium
dominans vſucapit, ſimul per conſequentiam acquirit
ſeruitutem ei prædio debitam, vt docui Centur. 3. q. 53.

¶ Tertiò quæritur, quomodò ſeruitus amittatur? 8
Vnus modus proponitur, non vtendo per annos de-
cem inter præſentes, aut viginti inter abſentes, l. pen.
Idem ſpecialiter de aquæ ſeruitute traditur, l. ſi tibi. 10.
& l. vlt. in princip. Sed ſpeciale eſt in ſeruitute haben-
te vſum non continuum, vt non decem, ſed tantum
viginti annorum ſpatio non vtendo amittatur, inf.
num. 13. membr. 2. ¶ Secundi capitis, quod eſt de ſer- 9
uitutibus vrbanis, tria ſunt ſegmenta. ¶ In primo ſeg- 10
mento declaratur effectus quidam ſeruitutis vrbanæ,
nimirum, vt ſi dominus prædii ſeruientis contra de-
bitam ſeruitutem ædificauerit, id in priſtinum ſta-
tum reſtituere cogatur, l. 5. ¶ In ſecundo ſegmento 11
ſpecialiter agitur de ſeruitute, *ne altiùs tollatur*: vbi
ſic diſtinguitur. Aut domus vel paries liber eſt, aut
debet ſeruitutem, *ne altiùs tollatur*. Priori caſu, quia to-
tum cœlum ſupra ædes liberas, liberum eſt, D. de ſeruit.
præd. vrban. l. 1. in princip. idcirco dominus pro libito
poteſt altiùs tollere, l. altius. 8. in princip. l. ſi in ædibus.
9. verſ. ſed ſi te in infinitum. & D. de ſeruitut. præd.
vrban. l. cuius. 24. dummodò vicinæ areæ ventum ad
paleam à frugibus ſecernendam neceſſarium non adi-
mat, l. vlt. §. cum autem. Feneſtram verò in pariete vi-
cini mei inuiti facere non poſſum, vt proſpectum ædi-
bus meis liberis apperiam: & ſi vi aut clam feneſtram
fecero, meis ſumptibus opus tollere, & parietem in
priſtinũ ſtatum reſtituere cogor, d. l. altiùs. §. 1. ¶ In ter- 12
tio ſegmento agitur de ſeruitute, *ne luminibus officiatur*.
Qui hanc ſeruitutem debet, ſi ita ædificet, vt lumini-
bus officiat, actione confeſſoria conueniri poteſt,
l. 1. in princip. etiamſi deſtructo vetere ædificio, nouum
extruat: hoc enim eandem ſeruitutem debet, D. de ſer-
uitut. præd. vrban. l. qui luminibus. 11. in princ. quia etſi
ſtricto iure inſpecto aliud ædificium, & à ſeruiente
diuerſum

ductum est, proinde liberum videri potest: tamen ex bono & æquo habetur pro eodem ædificio, D.eod.
11 l.seruitutes. 20. §.si sublatum. ¶ Tertium caput est de seruitutibus rusticis. Vbi duæ seruitutes considerantur.
12 ¶Prima est seruitus legitima, ne viciniæ areæ adimatur ædificatione ventus ad separationem paleæ à frugibus necessarius, l.vlt.§.cum autem. Legitimam voco: quia per legem constituitur, sine eorum consensu, ad quorum dominium prædia pertinent: & rusticam appello, quamuis ædibus inhæret, quia præstatur prædio rustico, id est, areæ: quoniam seruitutes à prædio dominante, non à seruiente denominantur, vt sup. notaui. num.
13 1. ¶ Secunda est seruitus eundi vel agendi per fundum alienum: de qua duo traduntur. I. Hanc seruitutem non præstari, nisi constituta sit: quia nemo potest per fundum alienum liberum inuito domino ire, agere, etsi via publica liberè vti potest, l.per agrum. 11. I I. Seruitutem eundi, seu transeundi semel in quinquennio, quia vsum non continuum habet, amitti non vtendo per tempus duplicatum, vt & cæteras seruitutes, quæ vsum intermissum habent, D. quemadmodum seruit. amitt. l. 7. id est, cùm illæ quæ vsum continuum, aut saltem quotidianum habent, non vtendo amittantur spatio decem annorum inter præsentes, viginti inter absentes, l.penultim. & d. l. 7. Hæc indistinctè amittitur non vtendo per viginti annos, l. vltim. in princip. neque enim inter absentes requiruntur quadraginta anni, sed tam inter absentes, quàm inter præsentes desidia viginti annorum eiusmodi seruitutes perimit, secundum glo. & Doctores in d. l. vltim. in princ. Absoluta est prima tituli pars, quæ est de seruitutibus.
14 ¶In Secunda parte de aqua, id est, de aquæductu. (Nam aqua accipitur pro aquæ seruitute, vt in l.liberto. 31. §.vlt.D.de negot. gest.) dissoluuntur quinque quæstio-
15 nes. ¶ Primò quæritur, an liceat aquam ducere inuito eo, in cuius loco oritur? Respondetur, non licere, l. 6. Non sufficit ergo constituere seruitutem in fundo medio, per quem aqua ducitur, nisi seruitus imponatur etiam fundo, in quo aqua oritur, quemadmodum & è contrario non sufficit primo prædio, in quo est fons, seruitutem imponere, nisi etiam prædio interiecto, per quod aqua ducitur, imponatur, D. de seruit.præ-
16 dior.rustic.l.tria prædia. 31. ¶Secundò quæritur, an liceat aquam ducere inuito eo, ad quem personalis vsus aquæ pertinet? talem enim aquæ vsum constitui posse constat, D. de seruit.præd. rustic. l. penultim. Respondetur, non licere, l. 4. Quod generaliter debet accipi, etiamsi dominus fundi, in quo aqua nascitur, aquæductum concesserit, quia proprietarius non potest vsuarij causam deteriorem facere, D.de vsu & habit.l.vlt.
17 ¶ Tertiò quæritur, quibus prædiis seruitus aquæductus imponi possit? Respondetur, posse imponi etiam prædiis prouincialibus, sicut & alias seruitutes, l. 3. in
18 princip. ¶ Quartò quæritur, quibus modis hæc seruitus acquiratur? Duo modi proponuntur. I. Contractus, & conuentio partium, d. l.3. in princip. videlicet si conuentioni accesserit quasi traditio seruitutis, D.commun.prædior. l.6. §. vltim. id est, si quis patiente domino prædii seruientis vtatur seruitute, D.de seru. l. vlt. & de actionib. empt. l.3. §.si iter. II. Præscriptio per possessionem longi tēporis non interruptam, l.2.& 7. de qua præscriptione lege suprà notata num. 5.
19 ¶ Quinto quæritur, qui sint effectus seruitutis constitutæ? I. Aqua duci potest inuito domino; qui, nisi seruitutem deberet, etiam opus facere posset, quo aquam contineret, ne in vicinum fundum irrigandi causa deriuaretur, l.si tibi. 10. Tantùm autem aquæ duci potest, quantum in seruitutem deductum est, non quantum fundus dominans desiderat: nec enim spectamus modum & quantitatem prædij dominantis, sed ipsius seruitutis constitutionem, l. non modus. 12. I I. Si prædium seruiens vendatur, ad emptorem transit cum suo onere: quare sicut venditor non poterat prohibere, quominùs aqua duceretur: ita etiam emptor prohibere non potest, d.l.3. §. 1. Simili ratione, si fundus dominans alienetur, ad emptorem transit etiam ius aquæducendæ, D. de contrah. empt. l. si aquæductus. 47. Hæc ita in aliis quoque seruitutibus obtinent, D.de seruitut. rustic. præd. l. via. 23. §. si fundus. ¶ Sextò quæritur, quibus modis hæc seruitus 20
amittatur? Vnus modus proponitur, non vtendo per statutum tempus, d. l. si tibi. id est, per decem annos inter præsentes, vel viginti inter absentes: item per viginti annos, si seruitus vsum non quotidianum habeat, sicut in alijs quoque seruitutibus obseruari suprà docui.

Tit. XXXV. De lege Aquilia.

I.4.j.	*IV.*
II.in princ.4.y.	*V.3.ij 5.*
§.j.4.iij.	*VI.4.iv.4.iv.5.*
III.3.j.	



Ctionibus realibus subiicitur personalis ex 1
lege Aquilia. Constat autem legem hîc accipi pro plebiscito: atq; hac lege actionem de damno, quod iniuria, id est, dolo aut culpâ datum est, introductam esse, ac tria esse huius legis capita, quorum secundum nec est in vsu, nec extat, D.h.t.l. 1. l.2.in princ.l.5.§.1.l.inde Neratius.23.§.si dolo.l.si seruus.27.§.huius.& §.seq.l.qui occidit. 30 .§. penult.& Instit.eod.in prin.§. iniuria. & §.seq. ¶ Di- 2
uido hunc titulum in tria capita. ¶ Primo tituli capite 3
tractantur duo casus, ad primum legis caput pertinentes. I.Si ancilla occisa sit, cum actione legis Aquiliæ directa concurrit iudicium legis Corneliæ de sicarijs, l.3. dummodò ancilla dolo malo sit occisa, d.l.inde Neratius.§.si dolo.nam culpa punitur l.Aquilia, vt paulò ante dixi, non lege Cornelia, nequidem si lata culpa sit, D.ad leg.Cornel. de sicar. l. 7. I I. Si pecora per iniuriam inclusa, & fame necata sint, datur actio legis Aquiliæ, l.penult. non directa, sed vtilis; quia non tam damnum, quàm occasio damni data est, id est, qui inclusit, non suo corpore damnum dedit, D. eod.l.item si obstetrix.§.si quis hominem.l.quemadmodum.29.§. penult.& Instit.eod.§.vlt. Hoc casu dicitur esse actio in duplum, d.l.penult. videlicet si contra inficiantem agatur: quod alijs quoque casibus ad legem Aquiliam pertinentibus obseruatur, vt mox docebo. ¶ Secundo ti- 4
tuli capite considerantur quatuor casus, quibus datur actio ex tertio capite legis. I. Si sylua sit combusta, vel excisa, l. 1. I I. Si domus sit deposita, vel incensa, l.2.in princip. I I I. Si aqua per iniuriam sit aliò deriuata, atque ita damnum datum, d. l.2.§.1. I V. Si immisso pecore alienum prædium depastum sit, hoc casu datur actio vtilis, l. vlt. quia non dicitur corpus corrumpi, cùm secundum naturalem vsum consumitur. Fuit etiam ex l. xij. tabularum actio de pastu pecoris, si in alieno agro depastum sit, D.de præscript.verb.l.qui seruandarum.14.§. vlt. vbi actio in factum significat vtilem Aquiliam, vt & D.h.t.d. l. item si obstetrix, §.si quis hominem. & d.l.quemadmodum. §. pen. ¶ Ter- 5
tio tituli capite ostenditur hanc actionem contra inficiantem esse in duplum, contra confitentem in simplum: quod quidem primo & tertio legis capiti commune est, l.penult.& vlt. & D. eod. l. 2.§.1.& d.l. inde Neratius, §.penult.& Instit. de oblig. quæ qua.ex contrac.§.vlt.& de action.§.sed furti. Expositæ sunt actiones reales, & personalis ex lege Aquilia.

Tit.

Tit. XXXVI. Familiæ erciſcundæ.

I.14.	XIV.4.13.
II 12.j.	XV.25.ij.
III.4.9.15.j.	XVI.22.j.ij.iv.
IV.12.ij.	XVII.25.iij.
V.4.22.ij.	XVIII.in princ.4.12.iij.
VI.11.	§.j.16.
VII.4.12.princ.22.p.	XIX.25.ij.
VIII.4.	XX.15.iij.16.
IX.3.6.	XXI.19.22.j.iij.
X.4.17.22.j.	XXII.25.v.
XI.4.17.	XXIII.25.iv.
XII.4.25 j.	XXIV.22.j.
XIII.in princ.12.ij.	XXV.12.ij.
§.j.12.ij.	XXVI.22.j.iij.

1 SEquuntur actiones mixtæ, inter quas pri-
mus locus meritò datur actioni familiæ er-
ciſcundæ: quia eſt de vniuerſitate, id eſt
de hereditate diuidenda: nam erciſcere
eſt vetuſtum vocabulum, quod ſignificat diuide-
re: familia verò hîc accipitur pro hereditate, id
2 eſt, pro rebus hereditarijs. ¶ Diuido hunc titulum
3 in ſeptem capita. ¶ Primo capite explicatur, qua-
lis ſit hæc actio: vbi traditur, eſſe actionem bonæ fidei,
l. non eſt ambiguum. 9. & Inſtit. de action. §. actionum.
Adde eſſe actionem mixtam; id eſt, ſimul in rem, qua-
tenus res communes diuiduntur: & in perſonam, ob
præſtationes perſonales, veluti ſi heredum vnus res
hereditarias deteriorauerit, aut ſolus fructus percepe-
rit, D. eodem l. item Labeo. 22. §. 1. & Inſtit. de action.
4 §. quædam. ¶ Secundo capite exponitur, inter quos hæc
actio detur. Inter coheredes datur, l. 3. & l. 7. putà
inter liberos defuncti, vel defunctæ: nec enim refert,
vtrùm patri, an matri ſuccedant, l. bona. 8. nec vtrùm
ſiot maſculi, d. l. bona. & l. non ideo. 12. & ll. ſeqq.
an feminæ, l. filiæ. 18. in princip. an partim maſculi, par-
tim feminæ, l. inter 11. Item nihil refert, vtrùm ſucce-
dant ex teſtamento, l. 5. & l. quoties 10. an ab inteſta-
5 to, d. l. inter. ¶ Tertij capitis, in quo declaratur quid in
6 hoc iudicium veniat, tria ſunt ſegmenta. ¶ Primum
ſegmentum eſt de rebus diuidendis. Vbi quæritur, an
fructus rerum hereditariarum in hoc iudicium ve-
niant? Reſpondetur venire: quia eſt iudicium bonæ
fidei, & fructus augent hereditatem, ſeu portionem
7 hereditariam, l. non eſt ambiguum. 9. ¶ Secundum
ſegmentum eſt de rebus adiudicandis: de quibus duæ
quæſtiones diſſoluuntur.
8 ¶ Primò quæritur, quæ res ſint adiudicandæ? Vel
9 pars rei adiudicatur, vel totum. ¶ Pars adiudicatur,
cùm iudex rem diuidit, & ſingulis ſuas partes attri-
buit, cui adiudicationi non officit, quod vnus ex
heredibus aliquid hereditarium ſubtraxerit: nihilomi-
10 nùs enim aliis ſuæ partes attribuuntur, l. 3. ¶ Totius ad-
iudicatio ad duo genera referri poteſt: nam alia non
aliter adiudicantur, quam ſi ita iudici videatur; alia
11 ſunt omnimodò à iudice adiudicanda. ¶ Ad primum
genus referuntur nomina debitorum; quæ cum ipſo
iure ex l. xij. tabularum inter coheredes pro partibus
hereditariis diuiſa ſint, non recipiunt à iudice diui-
ſionem, l. ſed iudex. quoniam exactio per partes diffi-
cilis, & incommoda eſt: alia aliis pro ſolido attribue-
12 re poteſt, D. eod. l. 2. ¶ Ad ſecundum genus referuntur
ea, quæ aliquis præcipua habere debet. Hoc autem ius
præcipua quædam de hereditate deducendi, partim
eius heredi competit, qui ſibi à defuncto prælegata,
vel per fideicommiſſum relicta præcipua habere de-
bet, l. 7. & D. eod. l. item Labeo. 22. ſalua tamen aliis
quarta Falcidiá, D. ad legem Falcid. l. quod bonis. 15.
§. penultim. vt diligentius exponam num. 22. partim
liberorum proprium eſt. Nam filius præcipua habe-
re debet. I. Dotem vxoris ſuæ: eaque in primis à bo-
nis patris, cui tradita fuit, ſeparanda eſt, l. 2. II. Peculium
caſtrenſe, l. 4. Idem obtinet in peculio quaſi caſtrenſi;
immo ex Iuſtiniani conſtitutione etiam in aduentitio,
infr. de collat. l. vltim. Quod olim conferebatur, niſi fi-
lius paternam hereditatem reſpueret, l. penultim. Pe-
culium verò profectitium omnimodo confertur: ſed
de eo filius tantùm detrahit, in quantum viuente
patre contrahens, obligatus eſt, l. certum. 13.
Nota, nihil referre, vtrum res peculij caſtrenſis ſint
mobiles, vel ſe mouentes, an immobiles: differentia
tamen quædam eſt: quia prædia non ſunt peculij
caſtrenſis, niſi occaſione militiæ ſint acquiſita, nec
ſufficit à patre donata eſſe filio in caſtra proficiſcenti:
quod in alijs rebus mobilibus, aut ſe mouentibus pla-
cuit ſufficere, d. l. 4. III. Quæ pater ipſius filij nomine
comparauit, l. filiæ 18. in princip. nam ei donaſſe cenſe-
tur, D. de donat. int. vir. & vxor. l. cùm hic ſtatus. 32.
§. 1. Et ſi quidem filius erat emancipatus, donatio ſta-
ſtim valuit: ſi verò in poteſtate patris erat, donatio
morte patris, niſi ſit ab eo reuocata, cõfirmatur, ſupr. de
inoffic. donat. l. 2. Vtroque autẽ caſu arbiter res dona-
tas adiudicat ei, cui donatæ ſunt, niſi aut collatio lo-
cum habeat, infr. de colat. l. ſi donatione. 13. (locum au-
tem habet iure Codicis, cùm pater inteſtatus deceſſit,
infr. de colat. l. 1. 2. 4. 5. iure autem nouiſſimo etiam cùm
pater teſtamentum fecit, niſi in eo prohibuerit con-
ferri, Nou. 18. cap. 6.) aut propter inofficioſi vitium do-
natio ſit infirmanda, quo caſu arbiter, priuſquàm res
donatas adiudicet, legitimam alijs attribuit: &, qua-
tenus ad eam legitimam complendam opus eſt, dona-
tionem minuit, ſupr. de inofficioſ. donat. l. 2. ¶ Secun- 13
dò quæritur, quis ſit effectus adiudicationis? Diſtin-
guere oportet: aut enim res, quæ adiudicata fuit, erat
hereditaria, aut non. Priori caſu ſtatim eius rei domi-
nium acquiritur ei, cui adiudicatur, Inſtitut. de offic.
iudic. §. vltim. Poſteriori caſu, ſi res euincatur, hic cui
euicta fuit, pro ſua hereditaria parte periculũ euictio-
nis ſuſtinere debet: pro partibus verò coheredum ſibi
adiudicatis agere præſcriptis verbis de euictione po-
teſt, niſi id actum ſit, vt res vnicuique adiudicetur eius
periculo, l. ſi familiæ. 14. Ex qua notandum, præſcriptis
verbis ex diuiſione, tanquam contractu innominato
agi, non ſolum ſi conſenſu, infr. commun. vtriuſ. iud. l. ſi
fratres. 7. ſed etiam ſi per iudicem diuiſio & adiudica-
tio facta ſit. Si tamen ſtipulatio interuenerit, quam
interponi iudex plerumque iubere debet, D. h. t. l. he-
redes. 25. §. penultim. ex ſtipulatione agetur, d. l. ſi fra-
tres. ¶ Tertium ſegmentum eſt de præſtationibus per- 14
ſonalibus. Heres coheredi tenetur, vel ob ſuum, vel ob
coheredis factum. ¶ Ob ſuum factum tenetur, I. Si quid 15
ex hereditate abſtulerit: hac enim de cauſa, non expi-
latæ hereditatis, ſed familiæ erciſcundæ conueniem-
dus eſt, l. 3. II. Si quid ex hereditate conſumpſerit, vel
deterius fecerit, l. incerti. 19. III. Si rem communem
vendiderit inſolidum. Sed hoc caſu aliis actionibus,
non familiæ erciſcundæ conuenitur, id eſt, ſi rem tan-
quam communem vendidit, mandati, vel negotiorum
geſtorum tenetur; ſi tamquàm propriam vendidit, &
pretium poſſidet, hereditas ab eo peti debet, l. in fa-
miliæ. 10. ¶ Ob factum coheredis ei tenetur, ſi is in res 16
communes bona fide ſumptus fecerit: ad eos enim re-
petẽdos, vel familię erciſcũdę agere coheres poteſt, vel
negotiorum geſtorum, l. filiæ. 18. §. 1. id eſt, familiæ er-
ciſcundæ, ſi negotium geſtum ſit indiuiduum, D. h.
t. l. heredes. 25. §. non tantum. negotiorum autem ge-
ſtorum, ſi negotium ſit diuiduum, l. in familiæ. 20. &
D. de

D. de reb. cred. l. penul. vers. earum autem summarum,
17 & supr. de negot. gest. l. 3. l. ab vno. 19. ¶ Quarto capite explicatur, quomodò hoc iudicio diuisio fiat. Ante iudicis diuisionem res sunt heredibus communes, id est, quilibet habet certam partem pro indiuiso sibi à lege vel à testatore attributam: iudex igitur earum partium io diuisione facienda rationem habet, & nihil aliud facit, quàm vt partes illæ, quæ erant pro indiuiso, iam fiant partes pro diuiso: nec alio modo diuiditur res communis. Siue ergo hereditas ex testamento delata sit, secundum testatoris voluntatem diuidi debet, l. quoties. 10. siue ab intestato, iuris dispositio seruanda est: verbi gratia, inter defuncti filios & filias portio-
18 nes æquales sunt faciendæ, l. inter. 11. ¶ Quinto capite declaratur officium iudicis, quod partim in diuisio-
19 ne, partim in adiudicatione cernitur. ¶ De diuisione hoc traditur: si pater hereditatem inter filios suos diuiserit, ac quædam indiuisa reliquerit, iudicem, qui in illis adiudicandis sequi patris voluntatem debet, hæc debere ioter ipsos filios diuidere, l. si cogitatione. 21.
20 ¶ De adiudicatione dantur duo præcepta. ¶ Pri-
21 mum præceptū est, vt, si plus vni adiudicet, quàm quod eius portionem facit, eum inuicem coheredibus in pecuniam condemnet, Instit. de offic. iudic. §. si familiæ.
22 ¶ Secundum præceptum est, vt iudex voluntatem defuncti sequatur, l. 7. Quod tamen patitur aliquot limitationes. I. Index omnino debet singulis heredibus quartam ex lege Falcidia, vel senatusconsulto Trebelliano illibatam seruare, l. quoties. 10. l. filij. 16. l. si cogitatione. 21. l. filium quem. 24. (quam exposui cent. 6. q. 51.) & l. vlt. quoniam hoc iure deductio huius quartæ fit etiam inuito testatore: sed hodie à testatore prohiberi potest, Nou. 1. cap. 2. II. Si duæ defuncti contrariæ voluntates proferantur, iudex vltimam sequetur, siue per scripturam, siue alia ratione probetur, l. 5. III. Voluntas defuncti quomodocumque declarata, atque adeo etiam in testamento imperfecto, valet tantùm inter liberos, non respectu personæ extraneæ, etiamsi extranea persona liberis sit admixta, d. l. filij, d. l. si cogitatione. & d. l. vlt. IV. Voluntas testatoris inualida non seruatur: veluti si testamentum ex causa inofficiosi fit rescissum, d. l. filij. hodie tamen voluntas in testamento inofficioso expressa, etiam eo rescisso valet, quod ad alia relicta, exceptis heredum institu-
23 tionibus, Nou. 115. cap. 3. in fi. & cap. 4. io fi. ¶ Sexto capite agitur de effectu huius iudicij, ac tractatur quæstio, si vni res adiudicata euincatur, an coheredes de euictione teneantur: cuius quæstionis solutionem ex-
24 planare anteuerti sup. num. 13. ¶ Septimum caput est de exceptionibus, quæ hoc iudicium excludunt: tres autem exceptiones proponuntur: prima factæ iam mutuo consensu diuisionis: altera rei iudicatæ: tertia trās-
25 actionis, l. t. ¶ De diuisione mutuo coheredum consensu facta hæc notentur. I. Hæc diuisio valet etiam sine scriptura, l. noo ideo. 12. Distinguitur à pacto de diuisione facienda, quod vocatur diuisionis placitum, D. de pact. l. diuisionis. 45. oam diuisio realiter, id est, partium traditione fit: atque hæc impedimento est, quominùs agatur familiæ ercisc undæ, non item conuentio de faciēda diuisione, l. si diuisionem. 15. III. Diuisio inter præsentes facta non præiudicat coheredi absenti, l. coheredibus. 17. IV. Pacta diuisioni apposita seruari inter ipsos coheredes debent, sed creditoribus hereditariis non præiudicant, l. licèt. 23. V. Error coheredum rem aliquam indiuisam, quam communem esse ignorabant, apud detinētem relinquentium, nec dominium, nec vsucapiendi titulum ei tribuit, l. seruum. 22. quoniam error non habet consensum, D. de iurisdict. l. si per errorem. 15.

Anal. Cod.

Tit. XXXVII. Communi diuidundo.

I. 3. j. 6.	*§. j. 6.*
II. 3. nj. 5. ij.	*IV. 5. j. ij.*
III in princ 3. ij. 4. 5. j. 6.	*V. 6.*

Vdicio familiæ erciscundæ rectè subiicitur iu- 1
dicium communi diuidundo: quoniam vt illo diuiditur vniuersitas, id est, tota hereditas, ita hoc diuiduntur res singulæ. ¶ Porrò dissoluuntur hoc 2
titulo quatuor quæstiones, proinde quatuor eius capita constituo. ¶ Primo capite quæritur inter quos hoc 3
iudicium competat? Præmuniendum est, iudicium cō- muni diuidundo inter eos reddi, quibus aliquid ex causa societatis, vel sine societate commune est, Instit. de action. §. quædam. Ideo non dari, si nihil commune sit, D. h. t. l. 1. nisi aliquando commune fuerit: tunc enim propter præstationes personales iudiciū vtile competit, D. cod. l. 6. §. 1. His præmunitis, sciendū est, hoc capite decidi tres casus. I. Si quis rei cōmunis partē suā alienauerit, cū nouo domino agendū, non cum eo qui alienauit, hoc autem iudicio pendente, nemo potest partē suam, cęteris inuitis, alienare, l. 1. II. Si multæ res communes erant Titio & Mæuio, ac Titius quarumdā partem suam alienauit: Mæuius earū nomine, quæ à Titio alienatæ non sunt, cū ipso Titio; aliarum nomine, cum nouis dominis agere debet, l. 3. in princ. III. Si quis rē sibi cum Titio cummunē pignori dederit, pignus non valet, nisi pro parte pignerantis: quare creditor Titio partē eius cū fructibus, quos percepit, restituere cogitur: ac iudiciū cōmuni diuidundo inter creditorem & Titiū procedet, l. 2. ¶ Secundo capite quæritur, qua ex 4
causa hoc iudicium detur? Præcipuè datur, vt res diuidatur, d. l. 3. in princ. ne quis inuitus in cōmunione maneat, l. vlt. quoniā cōmunio rixas & discordias parere solet, D. de legat. ij l. cum pater. 77. §. dulcissimis. ¶ Ter- 5
tio capite quæritur, quid veniat in hoc iudicium? Quia est mixtū, id est, tam in rem, quàm in personam, Instit. de actioo. §. quædā. idcirco in hoc iudiciū veniūt. I. Res communes, d. l. 3. nō eæ, quæ ex consensu, licèt sine scriptura, diuisæ sunt, nisi cōtra eam diuisionem restitutio, putà ob minorem ætatem detur, l. penult. II. Præstationes personales, quas aliquis petit, vel ob suum factū, quia in res cōmunes impendit, d. l. pen. vel ob factum aduersarij, qui fructus ex rebus cōmunibus vltra partē suā percepit, d. l. 2. d. l. pen. vel dolo aut culpâ aliquid in his rebus fecit, d. l. pen. ¶ Quarto capite quæritur, quis 6
sit euentus huius iudicij? Res cōmunes vel diuiduntur, d. l. 3. in princ. d. l. vlt. vel, si diuidi cōmodè non possint, ei, qui plus obtulerit, siue socio siue extraneo adiudicātur, vt iis, qui hac ratione portiones suas amittūt, pecuniā satisfiat, l. 1. d. l. 3. §. 1. Cūstat autē, eū, cui res adiudicatur, statim illius dominū fieri, Inst. de offic. iudic. §. vlt.

Tit. XXXVIII. Communia vtriusque iudicij, tam familiæ erciscundæ, quàm communi diuidundo

I. 5. ij. 6. j.	*VII. 6. nj.*
II. 5. j. 6. ij.	*VIII. 5. iv.*
III. 5. ij.	*IX. 3. j.*
IV. 4. ij.	*X. 3. ij.*
V. 4. iij.	*XI. 4. j.*
VI. 5. nj.	*XII. 4. iv.*

Vris compositoribus familiare est, quædam cō- 1
monia specialibus tractatibus subiicere, vt cōstat ex titulis, *cōmunia prædiorū, communia de legatis*, & similibus. Sic igitur in hac parte post speciales titulos familiæ erciscundæ & communi diuidundo, datur hic titulus vtrique illi iudicio communis. ¶ Hoc autem titu- 2
lo deciduntur quatuor quæstiones, idcirco quatuor sunt eius capita. ¶ In primo capite quæritur, an possit 3
agi iudicio diuisorio? Vbi deciduntur duo casus.

K I. Si

I. Si res non manserint communes, non potest agi iu-
dicio familiæ ercifcundæ, vel communi diuidundo, l.
familiæ.9. Intellige non posse agi iudicio directo: nam
vtili iudicio communi diuidundo agi potest, si res ali-
quando communes fuerunt, & præstationes persona-
les debeantur, D.commu.diuid.l. 6. §.1. Vt docui supr.
eod.tit.num. 3. in princ. II. Si in testamento scriptum
sit, omnia esse diuisa, nihilominùs heredes ea, quorum
testator mentionem in diuisione nullam fecit, inquire-
re possunt, vt reperta diuidant inter se, l.scriptura. 10.
4 ¶ Secundo capite quæritur, quid in hoc iudicium ve-
niat, vt diuidatur, vel adiudicetur, seu præcipuum ali-
cui relinquatur? Hîc considerantur res variæ, ac diuer-
sæ. I. Seruorum & adscriptitiorum, siue hi coloni, siue
inquilini sint, cognationes vel affinitates non sunt se-
parandæ, hoc est, ne vni pater, alteri filius; vel vni fra-
ter, alteri soror; vel vni vir, alteri coniux adiudicetur, l.
possessionem. II. Adscriptitij sunt serui prædiis addi-
cti, qui quidem in prædio rustico vocantur coloni, in
vrbano inquilini, Nou. Valent. de colo. vag. Colono-
rum igitur vel inquilinorum alij sunt liberi, alij serui:
sed hoc loco de seruis agitur: qui tamen à seruis an-
gustè acceptis distinguuntur: cùm quia serui non sunt
vlli prædio addicti: tum etiam quia adscriptitij, etsi re-
spectu domini sunt serui, tamen respectu aliorum pro
liberis habētur. Lege Isagogicum infr. de agric. & cen-
sit. II. Res empta ex bonis communibus, non com-
municatur, sed propria est eius, qui sibi emit. Verùm
hic cæteris pro ipsorum portionibus satisfacere cogi-
tur, l.4. III. Iudex æstimabit, apud quem instrumenta
communia manere debeant, l.5. putà apud eum, qui ex
maiori parte heres est, (ita vt exemplum aliis recogni-
tum tradat, caueátque se ipsa authentica, cùm opus
erit, exhibiturum) vel apud eum, in quem sors ceccide-
rit, vel apud communem amicum ex consensu, vel suf-
fragio electum, D.famil.ercisc.l.5. IV. Dos vel dona-
tio propter nuptias, quæ à parente filio, vel filiæ data,
ad ipsum parentem rediit, si pater posteà testamento
facto moriatur, (quo casu iure Codicis collatio cessat)
modò eius filij vel filiæ præcipua, & propria est, modò
inter omnes diuiditur. Aut enim testator liberos suos,
aut extraneos heredes scripsit. Priori casu, si alij liberi
dotem, vel propter nuptias donationem, vel aliquid
militiæ causà acceperint, hic quoque filius donatio-
nem propter nuptias, vel hæc filia dotem præcipuam
habebit. Sic tamen, ne plus accipiat, quàm illi habeant:
si verò alij nihil acceperint, hæc dos, vel donatio pro-
pter nuptias inter omnes liberos diuiditur. Posteriori
casu filius, vel filia indistinctè præcipuam habet dona-
tionem propter nuptias, vel dotem, de qua testator ni-
hil disposuit, l.vlt. quæ, quod ad decisionem prioris ca-
sus correcta est per Nou.18.cap. 6. Vbi Imperator sta-
tuit, tam ex testamento, quàm ab intestato collationem
5 fieri, nisi parens eam prohibuerit. ¶ Tertio capite
quæritur, an facta diuisio valeat? Hîc dantur quatuor
regulæ. I. Diuisio facta per arbitrum ab eo datum, qui
ius dandi non habuit, sociorum consensu confirmatur,
l. 2. II. Diuisio inter maiores vigintiquinque annis,
fraude, seu dolo, vel perperam facta, in melius refor-
matur, l. 3. Fraus & dolus pro eodem accipiuntur:
perperam facta diuisio dimsio, per quam aliquis
sine alterius dolo læsus est. Accursius putat intelligi
læsionem vltra dimidiam; quia tanta læsio requiritur
in venditione rescindenda, infr. de rescind. vendit. l. 2.
ac diuisio instar venditionis obtinet, l.1. Reformari in-
tellige officio iudicis: quia diuisio est contractus bo-
næ fidei, supr. quib. ex caus. maior. l.1. III. Si diuisio hac
lege facta sit, vt aliquis ex sociis iuret se nullum dolum
adhibuisse: eo non iurante, res indiuisæ quæri possunt,
vt diuidantur, l.6. vbi verbum *conditio* accipitur pro pa-
cto, seu lege contractus, vt alibi sæpe. IV. Diuisio im-
pletur, non solùm si possessio tradatur, sed etiam si pe-
nes eum, qui possidet, relinquatur. Vtrouis igitur mo-
do inter maiores 25. annis bona fide facta diuisio non
retractatur, l.si inter.8. ¶ Quarto capite quæritur, quis 6
sit effectus diuisionis? Tres eius effectus declarantur.
I. Vicem emptionis obtinet, l.1. II. Eius quod quisq;
accipit, pro parte socij dominium acquirit, l.2. III. Si
res vni attributa euincatur, socij de euictione tenen-
tur, nisi quis sciens rem euinci posse, eam sine cautio-
ne de euictione susceperit. Finge fundum communem
tribus fratribus, Primo, Secundo, & Tertio, à Primo &
Secundo fuisse creditori obligatum: deinde in diuisio-
ne ex communi consensu facta, hunc fundum fuisse
Tertio attributum: posteà à creditore pro partibus Pri-
mi & Secundi euictum: nam pro his tantùm partibus
pignus tenet, nec potuit Tertij pars eo inuito vel igno-
rante obligari: habétne Tertius actionem de euictio-
ne contra fratres suos? Aut ignorabat fundum esse à
fratribus obligatum, cùm eum ex causa diuisionis su-
sciperet: aut sciebat. Priori casu de euictione agit, si sti-
pulatio (vt assolet) intercessit, ex stipulatu: sin minùs,
præscriptis verbis, quæ actio ex diuisione tanquàm
contractu innominato oritur. Posteriori casu si de eui-
ctione stipulatus sit, aget ex stipulatu: si verò pactus sit,
aget præscriptis verbis: si neutrum fecit, nullam habet
actionem, l.7. Lege etiam notata sup. famil. ercisc. n.13.

Tit. XXXIX. Finium regundorum.

I. 5.	*IV. 2. 8.*
II. 5.	*V. 2. 4. 9. 10.*
III. 6. 7.	*VI. 2. 9.*

DIximus de rerum communium diuisione: 1
iam dicamus de agrorum confinium distin-
ctione: quoniam diuidere & distinguere
sunt affinia: & hinc quoque datur actio du-
plex, D.h.t.l.iudicium communi.10. & de iudic. l.in tri-
bus.13. & mixta. Instit. de action. §. quædam.

¶ Porrò hoc vocatur iudicium finium regundorum, 2
vt in rubr. id est, dirigendorum: vel finalis quæstio, l.4.
& l.vlt. & D.eod.l.in finalibus.11. vel finale iurgium, l.
5. quoniam ad fines agrorum constituendos pertinet,
D.eod.l.3.

¶ De hoc iudicio sex quæstiones dissoluuntur. 3
¶ Primò quæritur, quanta sit finium latitudo? Re- 4
spondetur, esse quinque pedum, quos à cultura li-
beros relinquere oportet, vt illac transiri, & ara-
trum circumduci possit, l. penult. ¶ Secundò quæri- 5
tur, an fines interdum mutentur? Respondetur, mutari
vel ex successionum varietate, & vicinorum con-
sensu, l. 1. & 2. vel à iudice euidentiores & commo-
diores fines constituere volente, D. eod. l. 3. ¶ Tertiò 6
quæritur, an iudex hoc iudicio aditus possit etiam de
locis prædiorum vltra fines positis aliquid statuere?
Respondetur, eum de his quoque locis statuere. I. Cùm
fines mutat, & ex vnius prædio alteri adiudicat, eum-
que, cui adiudicat, inuicem in pecuniam condemnat,
D.eod. l. 4. II. Cùm aliquis non solùm de finibus, sed
etiam de sui prædij loco quæritur, puta quia dicit fi-
nes in suum prædium ab aduersario reiectos esse: quo
casu finium quæstio cohæret quæstioni de proprie-
tate; propter adnexam quæstionem de loco ad do-
minium vnius vicini pertinente, l.3. ¶ Quartò quæ- 7
ritur, quo ordine iudex in hac controuersia dirimen-
da vti debeat? Respondetur, eum debere primùm de
possessione cognoscere, & statuere; deinde agrimenso-
rem mittere, qui agros metiatur; & eorum mensuram
ad se referat: & licet alterutra pars absit, ne agrimensor
mittatur, nihilominùs iussu præsidis agrimensor

vnà

vnà cum altera parte litigante ad loca veniet, eaq; me-
8 tietur, d.l.3. ¶ Quintò quæritur, in quantum damne-
tur, qui ex vicini agro aliquid vsurpauit? Respondetur,
9 eum duplum restituere, l.4. ¶ Sextò quæritur, an tem-
poris præscriptio agentem summoueat? Respondetur,
non obstare præscriptionem longi, l.pen. sed longissi-
mi temporis, l.vlt. Ratio est: quia hæc actio est mixta,
tam in rem, quàm in personam, Instit. de action. §.quæ-
dam. eiusmodi autem actionibus obstat præscriptio
longissimi, non præscriptio longi temporis, supr. de
10 heredit. petit. l.7. ¶ Iam verò cùm d.l.pen. semper ha-
bita fuerit obscurissima, adeo vt Petrus Baylardus,
qui se iactauit ex quouis quantumcumque difficili cō-
textu posse commodum sensum elicere; tamen inge-
nuè fassus sit se hanc legem non intelligere; Accursius
pessimè eam sit interpretatus; Alciatus in eam librum
prolixum ediderit: non abs te erit paucis huius legis
sententiam perspicuam reddere; præsertim cùm in ea
enarranda ab omnibus Doctoribus dissentiamus. Dico
igitur, cùm inter duos agros confines interiectum esse
debeat spatium quinque pedum, ac de his quinque pe-
dibus sit quæstio finalis; de locis autem vltra quinque
pedes sit quæstio proprietatis, vt supr. docui: hac lege
statui, vt summota temporis præscriptione (id est, longi
temporis: sic enim hæc constitutio per sequentem li-
mitatur,) intentio iurgij finalis quinque pedum (id est,
quæstio de finibus agrorum, qui fines concluduntur
quinque pedibus) vel intentio iurgij locorum, (id est,
actio, seu lis de proprietate locorum vltra illos quin-
que pedes) libera peragatur, id est, sine metu exceptio-
nis; quia iam diximus præscriptionem non admitti.
Ergo verbo *pedum*, subiiciendus est scilicus: & verba
illa, *præscriptione summota*, legenda quasi per parenthe-
sin: nec enim loquitur lex de præscriptione quinque
pedum, vt ab omnibus Doctoribus accipitur: sed sum-
mota longi temporis præscriptione, permittit agi tam
de finibus agrorum, quàm de locis proximis.

Tit. XL. De consortibus eiusdem litis.

1 SVperioribus iudiciis mixtis, familiæ erci-
scundæ, communi diuidundo, finium re-
gundorum, commune est, vt sæpe multi
eiusdem litis consortes sint: veluti si he-
reditas inter heredem & coheredis suc-
cessores diuidatur: hi sunt inter se consortes eiusdem
litis. Similiter si agatur de duobus fundis disterminan-
dis; & eorum vnus duobus dominis communis sit: hi
sunt consortes eiusdem litis. De his consortibus duo
statuuntur. I. Quilibet sine consorte, vel consortibus
pro sua parte potest agere, vel conueniri, l.1. II. Post
litem contestatam præsentes possunt insolidum age-
re, si absentes ratum habituros caueant: vel in solidum
iudicium subire, si caueant iudicatum solui, l.2.

Tit. XLI. De noxalibus actionibus.

I. 3. j. y. iy.
II. 3. y. iv.
III. 3. y.
IV. in princ. 3. y. iv.
§. sanè. 3. y.
V. 3. y. iv.

2 SEquitur alia actio mixta, id est, noxalis:
quatenus enim est ex delicto, est in perso-
nam; sed quatenus certæ personæ non co-
hæret, immo caput, id est, possessorem se-
quitur, D.h.t.l.qui ex pluribus.20.& l.vlt.& Instit.eod.
2 §. omnis. in rem esse videtur. ¶ Hanc non esse actio-
nis speciem, sed qualitatem à lege, vel prætore tribu-
tam actioni personali ex delicto serui, aut facto qua-
drupedis; & ex eo noxalem dici, quòd dominus seruū
noxæ dedendo, vitat necessitatem soluendæ litis æsti-
mationis, satis constat, D.h.t.l.1.Instit. eod. in princ. §.
summa.& §. seq.& D.si quadr.pauper.fecis.dicar.l.1.in
princ.& Instit.eod. in princ. & §. hæc quidem. ¶ Sed 3
hoc titulo agitur tātùm de actione noxali ex facto ser-
ui: ac declaratur, quæ requirantur, vt huic actioni lo-
cus sit. Quatuor autem requiruntur. I. Vt seruus deli-
querit, l.1. nam in filiosfamiliás hæc actio cessat, Instit.
eod.§.vlt. II. Vt sit delictum priuatum, non publicum,
D.de ædil.edic.l.quid sit fugitiuus. 17.§.noxa. Exempli
causá datur ex furto, l.1. 3.& vlt. arborib. furtim cæsis.
l.1. rapina, l. 4. in princ. quia hæc sunt priuata delicta.
Non datur ex plagio, d.l.3. vel raptu mulieris; quia hæc
sunt crimina publica, d.l.4.§.sanè. III. Vt sit delictum
à seruo commissum contra extraneum, non contra do-
minum, d.l.1. IV. Vt domino ignorante, vel prohiben-
te, vel prohibere non valente, factum sit: alinquin do-
minus non noxali actione, sed suo nomine insolidum
tenetur, quasi ipse fecerit, l. 2. l. 4. in princ. l. vlt.& D.
eod.l.2.in princ.& l.3.

Tit. XLII. Ad exhibendum.

I. 4. 6. 9. j.
II. 4. 6. 9. y. iy.
III. 7. 9. j.
IV. 6. 8.
V. 2. j. y.
VI. 6. 9. iy.
VII. 5. j. 8.
VIII. 9. j. y.
IX. 4. 6.


Ctio quoque ad exhibendum mixta dici 1
potest: quia cùm in personam sit, tamen
possessorem, seu detentorem sequitur; &
potissimum propter actiones in rem in-
troducta est, D.h.t.l.1.l.3.§. est autem. l.
7.§.si quis non possideat.& §§.seqq. ¶ Exhibere, quod 2
ad hanc actionem attinet, est rem in eadem causa præ-
stare, in qua fuit, cum iudicium acciperetur; vt quis rei
copiam habens, possit eam rem, qua velit, actione illæ-
sa persequi, D.eod.l.Iulianus. 8. §.quantum. ¶ De hac 3
actione dissoluuntur hoc titulo sex quæstiones. ¶ Pri- 4
mò quæritur, cui, & qua ex causa hæc actio detur? Re-
spondetur, ei dari, cuius interest rem exhiberi, d.l. 3. §.
sciendum, d.l.7.§. vlt. veluti si quis petat exhiberi ser-
uum, quem est vindicaturus, l.1. aut accusaturus, l.2. aut
si petat exhiberi chirographa & instrumenta ad debi-
tum, quod iam solutum est, pertinentia, l.vlt. Potissi-
mùm autem hæc actio (vt supr. dixi) introducta est ob
actiones in rem, l.1. quacumque actione in rem quis
vti velit, id est, siue dominium corporis vindicare ve-
lit, siue pignus, siue seruitutem, D.eod.d.l.3.§. est autē.
¶ Secundò quæritur, contra quem detur? Respondetur, 5
dari, I. Contra possidentem, l.5. id est, detinentem, l.
penult.& habentem exhibendi facultatem, l. 7. magis
enim facultas exhibendi, quàm possessio spectatur, D.
eod.l.5.§.pen.& vlt. An autem possideat, tempore sen-
tentiæ ferendæ spectatur, D.eod.l. 7.§.si quis non pos-
sideat.& §§.seqq. II. Contra eum, qui dolo fecit, quo-
minùs exhiberet, d.l.5. id est, quominùs exhibere pos-
set: nam verba in iure interdum potestatem significant,
D.de postul.l.1.§.ait prætor. & de statulibe. l. Labeo.
21. vers. & quod ita. ¶ Tertiò quæritur, quæ res in 6
hanc actionem veniant? Veniunt autem res mobiles,
D.de procurat. l.ad rem mobilem. 56. Vt instrumen-
ta, l. 4. 6. & vlt. vel se mouentes, vt serui, l. 1. & 2.
¶ Quartò quæritur, an exceptio rei iudicatæ summo- 7
ueat agentem ad exhibendum? Respondetur, non sum-
mouere, si ex noua causa agatur. quod etiam in rei vin-
dicatione obtinet, l. 3.& in aliis actionibus, D. de ex-
cept.rei iudic. l. & an eandem. 14. in princ. ¶ Quintò 8
quæritur, qui sint effectus huius iudicij? Distinguendi
sunt tres casus: aut enim reus exhibet in eadem cau-
sa: aut non in eadem causa, vt quia rem dete-

gioratam exhibet:aut omnino non exhibet. Primo ca-
su absoluitur:vt fit,quotiescumque arbitri iussui,id est,
interlocutioni quis obtemperat : nam hæc actio arbi-
traria est, Instit. de action. §. prætereà. Secundo casu
non tenetur actione ad exhibendum , sed in factum, l.
7. Tertio casu,si dolo vel culpâ non exhibeat, cùm ex-
hibere debeat , d.l. 7. condemnatur in id quod actoris
interest; ita vt propter culpam vera æstimatio à iudice
fiat,ob dolum deferatur actori iusiurandum in litem,
l.4.& D.de in litem iuran.l.4 §.vlt.& l.5. in princ. & §.
9 sed in his. ¶ Sextò quæritur,quæ sint affinia remedia?
Proponuntur autem hoc in titulo quatuor affinia re-
media. I. Rei vindicatio,l.3.& l. pen.cuius etiam præ-
paratoria est hæc actio ad exhibendum,l.1. & D.eod.l.
6.& 7.& de procurat.l. ad rem mobilem. 56. II. Actio
depositi,quæ ex pacto deponentis datur tertio,vel di-
recta,si deponenti successerit ; vel vtilis , si ei non suc-
cesserit , l. penult. III. Accusatio criminalis , veluti si
exhibendus sit seruus , vt accusetur , l. 2. aut si instru-
menta vi rapta dicantur : nam raptor vel ciuiliter ad
exhibendum,vel criminaliter lege Iulia de vi conueni-
ri potest,l.6.vbi inuasio accipitur pro rapina,& tribui-
tur rebus mobilibus,id est, instrumentis , cùm propriè
loquendo,rapina dicatur rerum mobilium:inuasio re-
rum immobilium,Institut.de vi bonor.raptor.§.1.

Tit. XLIII. De alea lusu, & aleatoribus.

1 A Tractatu de iudiciis mixtis non abhorret
hic titulus : quoniam ex ludo aleæ modò
actio in rem,modò in personam datur,mo-
dò denegatur.
¶ Iamuerò cum ludorum alij sint permissi, alij pro-
2 hibiti,hinc tria huius tituli capita oriuntur:primum de
ludis permissis : alterum de ludis prohibitis : tertium
3 vtriusque generis ludis commune. ¶ Primo capite de
4 ludis permissis duo quæruntur in l. 1. §. 1. ¶ Primò
quæritur,qui ludi permittantur?Respondetur,quinque
genera ludorum permitti. I. Μονόβολον. Balsamon tit.
13.Nomocan.cap. 29. putat hoc verbo significari cur-
sum:rectiùs interpretatur Cuiac.hic in Parat. singula-
rem saltum. II. Κοντομονόβολον,id est, saltum conto
suffultum : vt Cuiacius interpretatur. Balsamon dicto
loco, neglecta(vt videtur) prima vocabuli parte sim-
pliciter accipit pro saltu. III. Κονταχὴν κόντακα χωρὶς
τοῦ πόρπακος,Quintanam hastæ vibrationem sine spicu-
lo.Sic dicta est ab inuentore Quinto , vt eidem Balsa-
moni placet. IV. Περιχυτὴν,luctam. V. Ἱππικὴν, equo-
5 rum cursum. ¶ Secundò quæritur,quantâ pecuniâ lu-
dere liceat? Respondetur , eos , qui valde diuites sunt,
non posse vltra vnum aureum deponere in singulas
vices, cęteros multò minori pecunia ludere debere.
6 ¶ Secundo capite de ludis illicitis plura quæruntur.
7 ¶ Primò quæritur , qui ludi prohibeantur ? Respon-
detur , prohiberi ξύλινα ἱππικὰ, ligneos equestres , &
omnem alcę ludum,exceptis tantùm quinque ludis su-
prà nominatis. Balsamon dicto loco ait dubitatum ad
imperatorium tribunal fuisse,qualis sit hic ludus, qui-
busdam asserentibus ludum illum significari,quo pue-
ri extra circum aurigando equorum vice vtuntur ho-
minibus ; aliis contendentibus, esse ligneam fabricam
per gradus ligneos multa in medio foramina trahen-
tes in altum protensam , in cuius superiori parte qua-
tuor globuli diuersorum colorum à lusoribus pone-
bantur,& per procliue demittebantur, vt is,cuius glo-
bulus ex infimo foramine primus egrederetur , victo-
8 riam reportaret. ¶ Secundò quæritur,quibus personis
aleâ interdicatur?Respondetur,omnibus interdici, l.1.
9 in princ. ¶ Tertiò quæritur , quibus in locis ludere
non liceat?Respondetur , in omnibus locis aleam pro-
hiberi,d.l.1.in princ. ¶ Quartò quæritur,cur alea pro- 10
hibeatur ? Duplex huius prohibitionis ratio affertur.
I. Quia multi hac ratione ad inopiam redacti sunt.
II. Quia ludus blasphemias parit , præsertim eorum
qui vincuntur , d. l. 1. in princ. ¶ Quintò quæritur, 11
quibus pœnis lusus aleæ coërceatur ? Pœnæ multæ
sunt. I. Actio victori denegatur aduersus eum , qui
aleâ victus est,etiamsi lupinis vice pecuniæ positis vi-
ctus sit. II. Si victus sponte soluerit,potest id repetere
per condictionem indebiti.Hæc repetitio ipsi datur,&
heredi eius,aduersus victorem & eius heredem , etiam
vltra 30.id est,vsque ad 50.annos.Illis non condicenti-
bus,quiuis alius repetere potest, præsertim præses , vel
pater ciuitatis , vel defensor ciuitatis ; id,quod exege-
rint , in opera publica impensuri. III. Cautio lusus
causâ præstita,irrita est,& condici potest. IV. Domus
eius,in qua ligneis equestribus lusum est , confiscatur,
l.1.in princ.& l.2.in princ. ¶ Tertio capite communi- 12
ter de ludis licitis & illicitis tria traduntur. I. Horum
cura incumbit episcopo,præsidi,& patri,vel defensori
ciuitatis , l.1.in princ.& in fi. II. Prohibere hi debent
etiam cætera illicita,quæ in ludis admittuntur, vt bla-
sphemias , & periuria , l.2.in fi. III. Qui constitutio-
nem de ludis violauerit,aut violari permiserit , decem
libris mulratur,l.1.in fin.

Tit. XLIV. De religiosis, & sumptibus funerum.

I. 8. j.	*VIII.* 5. iij.
II. in princ. 5. v.	*IX.* 6. 7. ij.
§. j. 7. ij.	*X.* 8. ij.
III. 12.	*XI.* 4.
IV. in princ. 5. iij. 7. j.	*XII.* 5. j.
§. j. 6.	*XIII.* 5. ij. iij.
V. 11. j.	*XIV.* 8. j.
VI. 5. iv.	*XV.* 9. ij.
VII. 7. iij.	

VT ex aleæ lusu aliæ actiones adimuntur, aliæ 1
tribuuntur ; itaetiam ex funeratione mortui,
qua locus religiosus fit,denegari loci vindica-
tionem,& dari actionem personalē ad funeris impen-
sam repetendam,explicabitur hoc titulo. ¶ Cuius duæ 2
sunt partes. ¶ In priori parte , de religiosis dissoluun- 3
tur quinque quæstiones. ¶ Primò quæritur,an vltimo 4
supplicio affecti possint sepeliri? Respondetur,posse, l.
obnoxios. 11.Dummodò id petitum & permissum sit:
regulariter autem permittitur,D. de cadauer. punit. l.
vlt.interdum denegatur,maximè si crimine læsæ maie-
statis sint damnati,D.eod.l.1. ¶ Secundò quæritur , in 5
quem locum cadauer inferri & sepeliri possit?Hic dan-
tur quinque regulæ. I. Intra ciuitatem iure ciuili sepe-
lire mortuum non licet,l.mortuorum. 12. & D de se-
pul.viola.l.3.§.Diuus Hadrianus. sed apud nos præua-
let ius Pontificiū , quo sepultura in locis sacris admit-
titur,& probatur, xiij.q.2.c.cùm grauia. 17. II. Ius se-
pulchri hereditarij,(id est,quod quis sibi heredibusque
suis constituit,vel iure hereditario acquisiuit , D. h.t.l.
5.& l.6.in princ.)ad omnes heredes & successores per-
tinet,l.ius sepulchri.13.& D.eod.d.l. 6.in princ. necnō
ad liberos , licèt exheredatos , nisi testator iusto odio
commotus eos ibi sepeliri vetuerit , d. l. 6. in princ.
III. Ius sepulchri familiaris , id est , quod quis sibi fa-
miliæque suæ constituit , d. l. 5. ad omnes spectat, qui
sunt ex familia, necnon ad liberos licèt emancipatos,
& ad omnes heredes quamuis extraneos , ita vt diui-
sione hereditatis ad vnum heredem redigi non possit:
non ad cognatos , vel affines , vel alios, qui non sunt
heredes,l.4.in princ.l.ius familiarium. 8. d.l. ius sepul-
chri.13.& D.eod.d.l.6.in pr.IV.Libertus ius sepulchri
non

non habet, quamuis patronus sibi libertísque suis mo-
mentũ fecisse inscripserit, tantùm excipitur, nisi liber-
tas patrono successerit, aut longi tẽporis pręscriptione
iusto titulo præcedente ius sepulchri acquisierit, l.6.&
D.eod.d.l.6.vers.liberti. V. In alienum locum non licèt
inferre, & illatio locũ religiosum non facit, nisi domi-
nus ab initio consentiat, vel posteà ratum habeat, l.2.in
pr.& D.de rer.diuis.l.6.§.pen.& Inst.eod.§.religiosum.
6 ¶ Tertiò quæritur, quatenus locus illatione mortui re-
ligiosus fiat? Respondetur, non totum locum sepulturæ
destinatũ fieri religiosum, sed quatenus corpus huma-
tum est, D.h.t.l.2.§.sepulchrũ. Nam loca quæ sepulchro
cohærent, profana, & in commercio sunt, l.4.§.1.l.lo-
7 cum.9. ¶ Quartò quæritur, quæ sint iura & proprieta-
tes locorum religiosorum? De his dantur tres regulæ.
I. Vindicari non possunt, d.l.4.in princ.& D. de rei vin-
dic.l.in rem.23.§.1.l.quę religiosis.43.quia rei vindica-
rio datur domino, d.l.in rem in princ. hęc autem in nul-
lius bonis sunt, D.de rer.diuis.l.1.in princ.l.6.§.sacræ.&
Instit.eo.§.nullius. II. Religio prohibet, quò minùs
vendi vel obligari possint, l.2.§.1.& d.l.locum.& inf.
de sepul.viol.l.1.& D.de contrahen.emp.l.6.in princ.
l.hanc legem.22.l.æde.73. Quòd si pro puris vendatur,
emptor religionis ignarus habet actionem ex empto,
D.eod.l.4.l.qui officij.62.§.1.& Inst.de empt.& vend.
§.vlt.& prætoriam actionem in factum similem actio-
ni ex empto, D.h.t.l.ossa.8.§.1. Fundi autem venditioni
accedunt, si modica sint, neque nominatim à venditore
excipiantur, D.de contrah.empt.d.l.hanc legem.& de
sepul.viola.l.5. Sed locus, qui sepulchro cohæret, quia
profanus est, vt suprà diximus, vendi potest, d.l.locum.
& emptorem sequitur, D.de contrah.empt.d.l.æde.§.1.
III. Statuæ sepulchro imponi, & ornamenta monu-
8 mento instructo adiungi possunt, l.7. ¶ Quintò quæri-
tur, an corpus humanum possit aliò transferri? Hic dan-
tur duæ regulæ. I. Quod perpetuæ sepulturæ traditum
est, effodi, vel erui, vel aliò transferri non potest sine
principis, vel pontificis permissu, l.nemo.14.& D.eod.
d.l.ossa.in princip.& effodienti, vel eruenti irroga-
tur pœna sepulchri violati, D.de sepul.viol.l.vlt. Si
tamen necessaria sit translationis causa, vt quia vi flu-
minis reliquiæ contingantur, etiam præses prouinciæ
translationẽ concedere potest.l.1. II. Qui ad tẽpus, non
perpetuæ sepulturæ causa corpus alicubi deposuit, pro
libitu illud aliò trãnsferre potest, l.si necdum.10.& D.
de sepul.viol.l.3.§.non perpetuæ. ¶ Posterior tituli 9
pars est de sumptibus funerum. Funeris causa sumptus
fieri videtur, I. Quicquid corporis causa, antequàm
sepeliatur, consumitur, vt vnguenta, & vestes, D.h.t.l.&
si quis.14.§.impensa.& l.funeris.37.in princ. II. Quod
in delationem corporis impenditur, d.l.& si quis.§.fu-
neris & §.impensa.d.l.funeris in princ. vbi pro *vectiga-
lia*, quod scriptum est in libro Florentino, legendum
vestiaria, vt in Basilicis: quia pro hac delatione nullum
vectigal exigitur, l.vlt. III. Quod ad corpus custodien-
dum, vel commendandum erogatur, d.l.& si quis.§.im-
pensa. V. Pretium loci, in quo corpus humatur, d.l.&
si quis.§.funeris.d.l.funeris.in princ.& l.vlt.§.pen.
VI. Quod impenditur in sepulchri monumentum: se-
cus est, si quid amplum circa sepulchrum ædificari te-
stator iusserit, d.l.funeris.§.1. ¶ De his sumptibus fune- 10
rum duæ quæstiones hoc titulo dissoluuntur. ¶ Primò 11
quæritur, qui sumptus sint faciẽdi? Hic dantur quatuor
regulæ. I. Si testator sumptus statuit, eius voluntas ser-
uanda est, l.5.& D.de petit.hered.l.hereditas.50.§.1.
nisi modum excedat, d.l.& si quis.§.hæc actio. Quod
adeo verum est, vt olim si heres voluntatem defuncti
negligeret, hereditas ei tamquàm indigno ablata de-
ferretur fisco: sed hæc confiscatio sublata est, d.l.5.&
infr.de hisquib.vt indign.l.5. II. Si defunctus nihil hac
de re statuerit: prætor vel magistratus municipalis,
quantum impendi debeat, arbitratur pro facultatib.&
dignitate defuncti, D.h.t.l.si quis sepulchrũ.12.§.pen.&
vlt.d.l.& si quis.§.hæc actio.& l.in patrẽ.21. III. Sum-
ptus funeris neq; probabilem modum debet excedere,
d.l.hereditas.§.1.d.l.& si quis.§.hæc actio. nec ita exi-
guus esse, vt defuncto, qui fortasse locuples fuit, in-
iuria fieri videatur, d.l.& si quis.§.iudicem. IV. Or-
namenta cum corporibus condi non debent, d.l.& si
quis.§.non autem. ¶ Secundò quæritur; si legatarius 12
in morbum, vel funus defuncti impenderit, an & le-
gatum, & hanc impensam consequi debeat? Respon-
detur, vtrumque ei soluendum esse, si impensa arbitrio
boni viri facta sit, l.3.

IVL. PACII A BERIGA I. C.

ANALYSIS LIBRI IIII. CODICIS.

Tit. I. De rebus creditis, & iureiurando.

I. 18.*iij*.24.	§.*j*.15.*j*.
II. 27.	*XII.* *p*.17.18.*iv*.
III. 8.*j*.*ij*.13.	§.*j*.4.10.19.20.*j*.
IV. 6.*j*.	§. *sed iuramento*.4.
V. 8.*ij*.	§ *sin autem* 11.4.
VI. 9.24.	§. *siue autem*.22.*j*.
VII. 7.	§. *his de præsentib*. 20.*j*.*ij*.
VIII. 25.*j*.	§. *in omnib*.21.*j*.
IX. 12.*p*.*ij*.18.*p*.*ij*.	§. *vlt*.19.
X. 9.	*XIII.* 24.26.
XI. *p*.15.*ij*.	

1 EXpositurus hoc libro varios contractus, &
quasi contractus, eorúmque accidentia, &
effectus, initio dat titulum generalem *de
rebus creditis*, qui toti huic tractatui est
communis, D.eod.l.1. ac statim subiicit rubricam parti-
cularem, & primi tituli propriam, *de iureiurando*,
cuius expositio tribus de causis primo loco ponitur.
I. Propter dignitatem religionis. II. Quia hic tractatus
magis cohæret superiori titulo *de religiosis*, quàm tituli
sequentes. III. Quia hic quoque tractatus est aliquo
modo generalis, quatenus actio ex iureiurando ac-
commodatur omnibus contractibus: si quidem pro-
pter iusiurandum datur actio in factum, id est, actio
vtilis ex eo contractu, vel quasi contractu, de quo iura-
tum est, verbi gratiâ, qui iurauit se emisse, agit vtili
actione ex ex empto, qui iurauit se negotia gessisse,
agit vtili actione negotiorum gestorum: & ita de cæte-
ris actionibus dicendum, D.de iureiur.l.si duo.13.§.si
quis iurauerit.& §§.seqq. ¶ Iusiurandum ab aliis aliter 2
definitur: mihi sic videtur definiri cõmodè posse, diuini
numinis assumptio ad id, quod asseritur, confirmãdum.
¶ De iureiurando sub hoc titulo deciduntur octo quæ- 3
stiones. ¶ Primò quæritur, à quo deferatur? Responde- 4
tur, deferri vel à parte, vel à iudice, l.pen.§.1.2.3.& D.de
iureiur.l.admonendi.31. ¶ De iureiurando delato à par- 5
te duæ sunt regulæ. ¶ Prima regula est, is potest iusiu- 6
randũ cum effectu deferre, ad quem res pertinet. Exci-
pitur I. Pupillus sine tutore, D.eo.l.iusiurandũ quod ex
conuentione.17.§.1. proinde ipsi tutori ad excludẽdam

tutelæ actioné deferre iusiurandú non potest, l.4.quæ
cùm generaliter loquatur, generaliter accipi debet, id
est, siue adhuc sit tutor, vt iuretur ad excludendam fu-
turam tutelæ actionem; siue tutela finita sit, vt iuretur
ad excludendam tutelæ actionem iam natam, veluti
quia tutor testamento datus fuerat ad certum tempus,
Instit.qui testam.tutur.da.poss.§.ad certum. quod ante
pueri pubertatem finitum est; vel vsque ad certam
conditionem, Instit. quib. mod. tur.fin.§.sed etsi. quæ
priùs extitit, quàm pupillus ad pubertatem peruenerit:
nam tutelæ actio non competit ante tutelam finitam,
D.de tut.& ration.distrah.l.1.§.vlt. & l.4. in princ. Er-
go vel pupillus tutore auctore, d.l.iusiurandum quod
ex conuentione.§. 1. vel ipse tutor iusiurandum defer-
re debet, ead.l.§.si tutor.& eod.tit.l.tutor. 35. in princ.
Adolescens autem, si iusiurandum deferat, ita demum
restituetur in integrum, si in ea delatione captus sit,
D.eod.l.nam postea.9.§. si minor. II. Prodigus, & si-
miles, d.l.tutor. §. 1. sed eorum curatores deferre pos-
sunt, d.l.iusiurandum quod ex conuentione.§. si tutor.
III. Qui vult in fraudem creditorum deferre, putà vt
suis debitoribus se non debere iurantibus, minus vi-
deatur in bonis habere, d.l. nam posteà.§.sed & si quis.
7 ¶ Secunda regula est, Extraneus, ad quem res non per-
tinet, frustra iusiurandum defert, l. 7. Excipitur, nisi
dominus generaliter bonorum suorum administra-
tionem ei mandauerit, vel specialiter ei mandauerit,
vt iusiurandum deferret, vel delationem ratam ha-
buerit, vel sit procurator in rem suam, d.l.7.& D.de iu-
reiurand.d.l.iusiurandum quod ex conuentione. §. vlt.
8 & l. seq. ¶ Secundò quæritur, cui deferatur? Hîc dan-
tur duæ regulæ. I. Iusiurandum potius reo, quàm acto-
ri defertur: nisi ob personarum, vel causæ circumstan-
tias iudex actori deferendum putet, extr.de iureiurand.
c. vlt. §. 1. & ad hoc quoque pertinet causæ cognitio,
cuius mentio fit in l. 3. II. Si pupillo herede institu-
to, tutor pupilli rogatus sit fideicommissum restitue-
re: quia hoc fideicommissum valet, quasi à pupillo re-
lictum: (alioquin tutor suo nomine in testamento, ex
quo nihil accipit, fideicommisso onerari nequit, infr.
de fideicommiss.l.ab eo. 9.) iusiurandum tutori deferri
9 potest, l. 5. ¶ Tertiò quæritur, in quibus causis iusiu-
randum deferatur? Respondetur, deferri posse in om-
nibus causis, & tam super actionibus, quàm super in-
terdictis, l.3.& D.de iureiur.l.3. §. 1. Defertur etiam in
iudicio depositi, & cæteris bonæ fidei iudiciis, l. in
actione. 10. Item cùm de conditione personæ quæri-
tur, D.de iureiur. d.l.3.§. sed & si. Quare si quæstio sit
de genere & ingenuitate, vt quia dicatur aliquis non
esse ex genere defuncti; cui vult succedere, immo non
esse ingenuus: hæc quæstio iureiurando definiri potest,
l.6. vbi genus accipitur pro gente, à qua dicuntur genti-
les, qui eiusdem nominis sunt, vt Iulij, Cornelij, Valerij.
Ferè autem quælibet gens continebat plures adgnato-
rum eodem cognomine appellatorum familias, verbi
gratia, Scipiones, Syllæ, Lentuli, Dolabellæ, Cethegi,
Cinnæ, sunt diuersæ familiæ sub vna gente Cornelia
comprehensæ: omnes igitur sunt inter se gentiles, non
etiam adgnati: quia omnes eodem nomine Cornelij
appellantur; sed diuersis Scipionum, Lentulorum, aliis-
que cognominibus distinguuntur. Scipiones autem
inter se non solùm gentiles, sed etiam adgnati sunt, iti-
démque Lentuli inter se, & Dolabellæ inter se: & ita
de cæteris dicendum. Denique non omnes gentiles
sunt inter se adgnati: sed omnes adgnati sũt etiam gen-
tiles, & maior est adgnatorum, quàm gentilium con-
iunctio: ideóque in l. XII. tab. adgnati gentilibus tam
in tutelis, quàm in hereditatibus deferendis præfere-
10 bantur. ¶ Quartò quæritur, vbi, & quando deferatur?
Vel extra iudicium defertur mutuo partium consensu,
vel in iudicio, id est, vel in principio, vel in medio, vel
in fine. Finem intellige sententiam definitiuam, l. pen.
§.1. In principio & medio vel aduersarius, vel iudex in-
terloquens, defert: in sententia solus iudex deferre po-
test. ¶ Quintò quæritur, quid obseruare debet is, qui 11
iusiurandum defert? Hæc quæstio locum habet in iure-
iurando, quod in iudicio defertur; cùm enim extra iu-
dicium ex mutuo partiũ consensu præstetur, l. 1. totum
à cõsensu regitur. In iudicio autem defertur vel ab ad-
uersario, vel à iudice. ¶ Aduersarius, qui iusiurandum 12
defert, priùs de calũnia iurare debet, l.delata.9. & D.de
iureiur.l.iusiurandũ & ad pecunias.34.§. qui iusiuran-
dum. Ex quo §. colliguntur duæ exceptiones. I. Nisi pa-
tronus, vel parens iusiurandum deferat: probanda est
enim vulgata & Græcorũ lectio, quæ in eo §. sic habet:
*Hoc iusiurandum de calumnia atque patrono atque parenti
remittitur:* quæ lectio confirmatur l. si patronus. 16. D.
eod. malè autem in Pandectis Florentinis scriptum est,
neq; patrono, neque parenti. II. Nisi aduersarius tacitè, vel
expressè hoc iusiurandum remittat: quia deferẽs iusiu-
randum, non tenetur iurare de calumnia, nisi aduersa-
rius id exigat, extr.de iureiur.calumn.c.1.lib.6. Idcirco
Imperatores in d.l.delata non requirunt, vt iusiurãdum
deferẽs iuret de calumnia, sed ne per eum stet, quò mi-
nùs iuret, id est, vt aduersario exigente, iurare non recu-
set. Huic sententiæ oppono l.2.§.sed quia.supr.de iure-
iur.prop.calumn. vbi Iustinianus vetat iusiurandum ca-
lumniæ remitti, vel omitti. Respondeo, Imperatorem
ibi non loqui de iusiurandum deferente, sed de litem
mouente, vel subeunte, qui omnino secũdum eam con-
stitutionem iurare tenetur se bona fide, nõ calumnian-
di animo litigare: quod quidem iusiurandum iure ciui-
li nec expressè remitti, nec tacitè omitti potest: quam-
quam iure canonico non quidem remitti, sed tamen
omitti potest, extr. de iureiur. c.2.§.1.lib.6. Huic solu-
tioni oppono, quòd hodie vnũ est calumniæ iusiuran-
dum generale, quod semel initio litis præstatur; adeo
vt non possit ampliùs, vel de iureiurandi delatione, vel
de alia causa in eodem iudicio iurari, vt Doct. colligunt
ex Nou.49.c.vlt. Respondeo, Doct. falli, vt rectè Cuia-
cius ibi ostendit: quia Iustinianus nullum facit iusiu-
randum calumniæ generale, ad omnes causas pertinẽs;
sed dicto speciali iuriiurando de lite bona fide mouen-
da, vel suscipienda, iubet addi clausulam de probatio-
nibus in eo iudicio per calumniam ab aduersario non
exigendis: & de hac speciali causa, id est, de exigendis
probationibus, vetat ampliùs iurari de calumnia in eo-
dem iudicio, quia sufficit ab initio semel iuratum fuisse:
de aliis autem causis iterum iurari non prohibet. Suprà
dictis duabus exceptionibus adde III. Nisi is, cui iusiu-
randum delatum fuit, illud referat: quia referens iusiu-
randum, non iurat de calumnia, d. l.iusiurandum & ad
pecunias. §. datur. Hæc dicta sint de aduersario iusiu-
randũ deferente. ¶ Iudex autem deferre non debet, nisi 13
inopiâ probationum, l.3. propter quam causa dubia est,
D.de iureiur.l.admonendi.31. Additur in d. l. 3. iusiu-
randum deferri causâ cognitâ: quia nõn quotiescumq;
ob inopiam probationum causa dubia est, iudex de-
fert iusiurandum: sed aliquando reum absoluit: videli-
cet cùm par est vtriusque litigatoris causa, vel quia
contrariæ actoris & rei probationes æquales sunt (ad
quem casum malè Duarenus lib. 2. disput.c. 33. refert
decisionem d. l. 3.) vel quia neuter probauit, tunc au-
tem iusiurandum defert, cùm actor semiplenè proba-
uit, adeo vt pro eo sit non leuissima, nec necessaria,
sed leuis quædam præsumptio, supr. de edend. l. 4. &
infr.de probat.l.2.& D.de diu.regul. iur. l.in pari. 128.
& extr.de iureiurand.c.vltim.§. 1. & de regul. iur. reg.
11.lib.6. ¶ Sextù quæritur, cùm iusiurandum delatum 14
est, qui sint effectus huius delationis? Hi effectus par-
tim

tim reſpiciunt aduerſarium, qui iuſiurandum detulit,
partim eum cui delatum fuit, partim vtrunque eo-
15 rum. ¶ In perſona deferentis ſpectantur duo effectus.
I. Delationem reuocare, & ad aliam probationem
tranſire poteſt, quamdiu lis pendet, non etiam poſt ſen-
tentiam definitiuam, ſi appellatione non ſit ſuſpenſa,
vel per iudicem appellationis ſit confirmata, l. ſi quis
iuſiurandum. 11. §. 1. II. Si ſemel delationem iuriſiuran-
di reuocauerit, & ad alias probationes tranſierit, non
poteſt iterum pœnitere, & iuſiurandum deferre, ead.
16 l. in princ. ¶ In perſona verò eius, cui iuſiurandum de-
latum fuit, vnus effectus cernitur, iuriſiurandi præſta-
tio. Sed hîc quinque explicanda ſunt. 1. Quis iuret;
2. an præcisè iurare cogatur, 3. quando iurare debeat,
17 4. vbi, & coram quibus, 5. quomodò. ¶ Circa pri-
mum nota, eum iurare, cui delatum fuit iuſiurandum,
non eius heredem, qui fortaſſe non eſt æquè proba-
tæ fidei ac defunctus, vel rem minùs notam habet,
l. pen. in princ. nec procuratorem, iure ciuili inſpecto;
quamquam iure canonico procurator iurare poteſt in
animam domini, extr. de iureiurand. cal. c. 1. & vltim.
18 ¶ Circa ſecundum nota, eum, cui defertur iuſiuran-
dum, non cogi præcisè iurare; quia poteſt deferenti
ſatisfacere, vel iuſiurandum deferre, l. delata. 9. & D. de
iureiurand. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. ait præ-
tor. & §. ſeq. Vnde ponenda eſt regula, quòd is, cui
iuſiurandum delatum eſt, niſi aduerſarij deſiderio ce-
dat, iurare, aut iuſiurandum referre cogitur. Excipe
I. Niſi delatio ſit inutilis: veluti quia is iuſiuran-
dum detulit, qui deferre non poteſt. II. Niſi is, qui
detulit, de calumnia iurare recuſet, l. delata. 9. &
D. de iureiurand. l. iuſiurandum & ad pecunias. 34.
§. qui iuſiurandum. III. Niſi iuſiurandum ab eo, qui
detulit, remiſſum ſit, l. 1. id eſt, niſi ei, cui detulit, gra-
tiam fecerit contentus voluntate ſuſcepti iuriſiuran-
di, putans ſibi ſufficere, quòd aduerſarius iurare para-
tus fuerit, D. eod. l. 6. & l. penultim. IV. Niſi iuſiuran-
dum à iudice delatum fuerit in ſententia definitiua,
à qua is, cui delatum fuit, appellauit. hoc iure vete-
res vtebantur, l. pen. in princ. quia pendente appella-
tione nihil eſt innouandum, D. nihil innouat. appell.
interpo. l. vn. Nulla enim lex huic regulæ derogabat,
& iurare permittebat. Sed nouiſſimè Iuſtinianus hoc
19 permiſit, vt mox exponam. ¶ Circa tertium repeten-
da eſt diſtinctio ſuprà tradita, quòd iuſiurandum
vel in principio litis defertur, vel in medio, vel in
ſententia definitiua. Cùm enim in principio, vel in
medio delatum eſt, iurari debet ante ſententiam defi-
nitiuam. Cùm autem in ſententia definitiua eſt dela-
tum, poſt eam ſententiam iurare oportet, quamuis ap-
pellatum ſit, vel appellari poſſit, non obſtante (vt olim)
regula, quod appellatione pendente nihil debet innu-
uari, cui Iuſtinianus hac in parte derogauit: quia con-
tingere poteſt, vt lite ſeu appellatione pendente is mo-
riatur, cui iuſiurandum delatum fuit, atque ita delatio
reddatur inanis, d. l. pen. §. 1. propterea quòd iuriſiu-
randi delatio eſt perſonalis, nec poteſt ad heredem
tranſire, vt ſupr. docui: Iuſtinianus igitur veterib. legib.
hoc adiecit, vt poſt ſententiam definitiuam dicto caſu
iuretur: priores autem leges de iureiurando calumniâ
latas non corrigit, quia potius nominatim confirmat,
20 d. l. penultim. §. vltim. ¶ Circa quartum duo noten-
tur. I. Is, cui iuſiurandum delatum fuit, iurare de-
bet coram ipſo iudice, qui de cauſa cognoſcit, d. l.
penultim. §. 1. Quòd ſi abſit: quia non poteſt iure ci-
uili iurare per procuratorem, vt ſupr. notaui: idcir-
co iudicis arbitrio committitur, vtrùm malit iubere
vt abſens veniat, data dilatione certi temporis, in-
tra quod compareat, & iuramentum præſtet, vel re-
ferat, vel recuſet; an ei permittat, vt in prouincia, in
qua degit, apud acta præſidis id faciat, vt acta illa dein-
de ad ſe tranſmittantur, adeo vt interim hic litis ar-
ticulus pendeat, & ſi alij ſint, in eis pergatur; actis ve-
rò tranſmiſſis, in hoc articulo, de quo iuſiurandum
delatum fuit, procedatur, d. l. penult. §. his de præſenti-
bus. II. Citandus eſt, qui iuſiurandum detulit, vt iu-
ramenti delationi, ſiue relationi, ſiue recuſationi, per
ſe, vel per procuratorem, ſi velit, adeſſe poſſit; quam-
quam ſi nec adeſſe, nec procuratorem mittere velit,
nihilominùs eo abſente res expedietur, d. l. penult. §. his
de præſentibus. quod & in aliis litium articulis obſer-
uatur: nihil enim fieri in iudicio debet, niſi citata par-
te aduerſa, infr. de teſtib. l. penult. & Nou. 96. cap. vltim.
¶ Circa quintum duo notentur. I. Iuratur regulariter 21
tactis ſacris ſcripturis, d. l. penult. §. pen. quod vocatur
iuramentũ corporale, ſupr. ſi aduerſ. vend. l. 1. Aliud eſt
iuramentum, quod præſtatur propoſitis, non tamen
tactis ſacroſanctis euangeliis. Immo ipſa euangelio-
rum præſentia pro iureiurando habetur, ſupr. de iure-
iurand. propt. calumn. l. 2. in princ. & de iudic. l. rem
non nouam. 14. in princ. II. Iurandum eſt, vt iuramen-
tum delatum fuit, (vt putà ſi cui delatum ſit, vt per
Deum iuret, non debet per ſalutem principis iurare,
D. de iureiur. l. 3. §. vlt. l. 4. & l. 5. in princ.) dummodò
non ſit improbatæ religionis, d. l. 5. §. pen. Expoſiti ſunt
effectus, qui ſeorſum ſpectantur in perſona eius qui
detulit, vel eius cui delatum fuit iuſiurandum. ¶ Ad 22
vtriuſque verò perſonam duo ſequentes effectus reſpi-
ciunt. I. Etſi is, cui iuſiurandum delatum fuit, appellare
poteſt, vt ſupr. docui: tamen aduerſarius in hoc (id eſt,
ob hanc cauſam, quòd iudex delationem iuriſiurandi
probauit) appellare non poteſt, d. l. pen. §. ſiue autem. ob
ſupr. dictam rationem, quia non debet ei diſplicere
conditio, cuius ipſe auctor fuit. II. Iudicis arbitrio com-
mittitur, vtrùm huius cauſæ, id eſt, huius articuli, qui
ad iuſiurandum delatum pertinet, impenſæ præſtentur
ab vna parte, an ob cauſæ dubitationem ab vtraq; par-
te. Alia ratio eſt impenſarum, quæ fiunt in iter teſtium
aliunde euocatorum ad teſtimonium dicendum, quæ
omnimodò ab eo præſtantur, qui teſtes producit, infr.
de teſtib. l. quoniam. 11. ¶ Septimò quæritur, qui ſint 23
effectus iuriſiurandi præſtiti, vel remiſſi? Hoc loco
quinque ſunt declaranda. ¶ Primum eſt, an cauſa iu- 24
reiurando deciſa retractetur. Reſpondetur, per diſtin-
ctionem: aut enim iuſiurãdum ex mutua partium con-
uentione præſtitum, aut à iudice delatum fuit. Priori
caſu retractari ampliùs non poteſt: ſiue iuſiurandum
delatum fuerit extra iudicium, l. 1. ſiue in iudicio, l. 6.
vtroque enim caſu iuſiurandum habet vim tranſactio-
nis: idcirco ceſſat etiam actio ſubſidiaria de dolo, D. de
dolo. l. quòd ſi deferente. 21. propterea quòd nõ licet à
tranſactione recedere, ſupr. de tranſact. l. fratris. 10.
l. cauſas. 16. Quare ne quidem prætextu periurij cauſa
retractatur, de qua iuratum fuit, d. l. 1. Excipitur, niſi
quis legatum, vel fideicõmiſſum ſibi relictum eſſe iura-
uerit, cum teſtamentũ non appareret, deinde teſtamen-
to prolato, conſtet nihil eſſe relictũ: hoc enim caſu he-
res, quod ſoluit, repetit, l. vlt. nun indebiti condictione,
propter vim iuriſiurandi; quia debitum quodammodò
videri poteſt, quòd ex cauſa iuriſiurãdi ſolutum eſt; ſed
actione ſubſidiaria de dolo, D. de dolo. l. ſi legatarius.
23. Poſteriori caſu lis inſtaurari poteſt ab eo, contra
quem iudicatum fuit, ſi noua inſtrumenta ſe inue-
niſſe dicat, quibus ſolis nunc ſit vſurus, D. de iureiur. l.
admonendi. 31. ¶ Secundum eſt, quod remedium ex 25
iureiurando ei competat, qui iurauit. Reſpondetur,
per diſtinctionem, datis diuerſis regulis pro caſuum
diuerſitate. I. Actori, qui in iudicio iurauit rem ſibi
deberi, vel rem ſuam eſſe, ex eo iureiurandu datur
actio in factum ad exemplum iudicati, id eſt, vtilis actio

 indicati,

iudicati,l.actori.8. I I.Si reus,vel aduersario vel iudice
deferente iurauit rem non esse actoris , vel se nihil
actori debere , contra eum denegatur actio , si constet
rectè iuratum esse ; vel datur actio sub exceptione iu-
risiurandi , si dubitetur , an iurandum sit vt oportuit,
D.de iureiur. l.7.8.& 9. & Institut. de except. §. æquè.
I I I. Cùm aliquis extra iudicium iurat rem suam esse,
vel se emisse,vel deposuisse;inde habet actionem in fa-
ctum accommodatam ei causæ , de qua iurauit : veluti
vtilem rei vindicationem,vel vtilem actionem ex em-
pto,seu depositi,&c.D.eod.l.nā posteà. 9.§.vlt.l.si duo.
13.§.si quis iurauerit.& §§.seqq. I V.Si quis nullâ cau-
sâ expressâ iurauit sibi deberi , (quod Doct. informe
iusiurandum appellant).dabitur quidem in factum ex
iureiurando actio,sed nulli certæ causæ accommodari
potest, proinde hoc casu actio ex iureiurādo est species
actionis ab aliis distincta. Semper autem actio ex iure-
iurando est prætoria,Instit.de action.§.in personā.& §.
item si quis.Si verò aliquis iurauit se daturū,vel factu-
rum,hinc iure Iustinianeo nulla actio cōpetit , nisi vno
casu, cùm libertus partono munus, donū, operas se da-
turū iurauit, D.de oper.libert.l.7.& de manum, restam.
l.seruum. 36. & de libera. caus.l. vlt. & de fideiuss. l. si
quis pro eo.56.in pr.& de acceptil.l.& per iusiurādum.
13.in pr.Gaius lib.2.Instit.tit.9.§.item & alio casu.Leo
tamen Imperator Nou.72.ex iureiurando , quòd nudo
pacto adiectum est,actionem tribuit.Item iure canoni-
co omne iuramentum seruari iubetur,quod sine detri-
mento salutis æternæ seruari potest , extr. de iureiur.
26 c.cùm contingat.28.& lib.6.de pact.c.2. ¶ Tertium est,
an iusiurandum legatarij , vel fideicommissarij obstet,
quò minùs heres Falcidiam deducere possit ? Respon-
detur,non obstare:siue,cum legatum,seu fideicommis-
sum esse constaret,iurauit solidum deberi, vel Falcidiæ
locum non esse,D.de dolo.l.si legatarius.23. siue , cùm
testamentum non appareret, iurauit sibi relictum esse.
Quamuis enim hoc casu videatur potiùs solutum ex
causa iurisiurandi,quàm ex testamento,arg. l.cum qui.
30.in princ.ac lex Falcidia ad testamenta, non ad iura-
menta pertineat:nihilominùs tamen Falcidiæ locū esse
27 Iustinianus constituit.l. vltim. ¶ Quartum est, an per-
iurium iure ciuili puniatur ? Respōdetur,periurum pu-
niri,D.de do.l.nam sufficit.22.cum sim. Hæc regula li-
mitatur multis modis. I.Is demū punitur,qui dolo ma-
lo,& alterius decipiendi causâ peierat : veluti qui iurat
sibi deberi,quod non debetur;vel se non debere, quod
debet,vel,se certa die soluturū,quod posteà non soluit,
D.de iureiur. l. si duo.13.§.vlt.vel rē suam esse, quā pi-
gnerat,cùm aliena sit , D.stellion.l.vlt.Secus est,si quis
calore iracōdiæ iurauerit,(exēpli gratiâ)se seruo suo sē-
per iratum fore,l.2.&inf.ad leg.Iul.maiest.l.2.I I.Quo-
niā aliquis iurat verum esse,vel quod scit verū esse,vel
quod scit esse falsum , vel quod putat esse verum, cùm
sit falsum : vel quod putat esse falsum , cùm sit verum:
primo casu sine dubio non peierat, nec in vllā pœnam
incidit.Secūdo casu est manifestè periurus,&puniēdus.
Tertio casu dicitur quidem periurus,xxij. quæst.2.can.
homines. sed impropriè : quia propriè loquendo aliud
est peierare,aliud est falsum iurare,vt eleganter distin-
guit Cic. lib. 3. offic. cùm igitur hoc casu dolo careat,
pœna periurij cessare debet. Vltimo casu periurij reus
est, etsi verū iurauit;quia id falsum putabat,d.can. ho-
mines.ergo puniendus,d.l.si duo.§.vlt. I I I.Secundum
Doct.punitur , qui falsò iurauit per principem , d. l. si
duo.§. vlt. qui iurauit per Deum , vt ipsi colligunt ex
l. 2. Sed hæc sententia manifestam absurditatem in se
continet:nec rectè colligitur ex d.l. 2. dummodò rectè
interpungatur : oportet enim sicilicum, non punctum
subiicere verbo *habet*,ac legem coāgustare ad suum ca-
sum,id est,cùm aliquis non dolo malo , nec decipiendi
causâ,sed calore quodam,id est,amoris,vel iræ impetu
iurauit. ¶ Quintum est , quomodò periurus puniatur. 28
Pœna varia est pro qualitate delicti, & diuersitate cir-
cumstantiarū. I.Qui in re pecuniaria se dare non opor-
tere,vel dari sibi oportere,vel se certa die soluturū fal-
sò iurauit , fustigatur , præcone superdicente,*temerè ne
iurato*,d.l.qui duo.§.vlt. I I.Qui rem alienam pignerās,
suam esse falsò iurat,stellionatus crimine tenetur,& ad
tempus relegatur , infr. stellion. l. vlt. I I I. Qui trans-
actionis iureiurando firmatæ fidem frangit , infamiâ
notatur:nec tantum exceptione transactionis summo-
uetur,sed etiam pœnam promissam præstat,quamuis,si
non peierasset , contra eum non daretur cum effectu
actio,& exceptio;sed alterutiū dumtaxat , D.de pactis.
l.rescriptum.10.§.1. I V.Vir illustris, qui iurauit se iu-
dicio staturum, nec stetit,dignitate illustratus priuatur,
& tamquam plebeius punietur, supr.de dignitat.l.pen.

Tit. I I. Si certum petatur.

I. 28.*iij.*33.*iv.*	*I X.* 23.31.*v.*33.
I I. 16.17.19.	*X.*28.j.31.*iij* 35.*ij.*
I I I. 12.*ij.*	*X I.*36 j.
I V. 22.	*X I I.* 36.*iij.*
V. 26.29. *iij.* 31. *iij.* 33. *iij.* 35.j.	*X I I I.* 28 j.
V I. 31.*vj.vij.*	*X I V.* 29.*ij.*35.*iv.*
V I I. 11.	*X V.* 28.j.29.j.
V I I I. 31.*ij.iv.*34.	*X V I.* 25.*ij.iij.*
	X V I I. 35.*iij.*

SVperiori titulo docui actionem ex iureiurando 1
esse generalem,quatenus multis & diuersis cau-
sis accommodatur,de quibus iurari solet.Rectè
igitur ei subiungitur certi condictio, quæ à primis (vt
probabile est) verbis edicti dicitur etiam actio si cer-
tum petetur, D.de tritic. act. l. 1. in princ. quippe quæ
datur ex omnibus causis , ex quibus res certa petitur,
D.de reb.cred.l.certi.9.in princ.Sed quoniam aliæ cau-
sæ,ex quibus certum petitur , proprios titulos habent,
vt stipulatio,damnum,furtum, &c. nec est alius locus,
in quo agatur de mutuo : idcirco potissimùm hîc de
mutuo dicetur. ¶ Certum duobus modis definitur. 2
I. Quod ex ipsa pronunciatione apparet , quid , quale,
quantúmque sit,D.de verb.oblig. l.stipulationum. 74.
§.1. I I.Cuius species vel quantitas,quæ in obligatione
versatur,aut nomine suo, aut ea demonstratione , quæ
vice nominis fungitur, qualis quantáq; sit ostenditur,
D.de reb. cred. l. 6. Hæc definitio magis generalis est.
Prior enim, quæ ad contrahentium pronunciationem
coāgustatur, stipulationis propria videtur. ¶ Certū igi- 3
tur est,I.Species,vt Stichus hic liber.II.Certa quātitas,
vt frumenti Africi optimi modij centum,d.l.stipulatio-
num.§.1. ¶ Incertum autē est,I Genus,vt homo,D.eod. 4
l.vbi autem.75.§.1. I I.Quantitas,si non constet,quid,
qualis,&quanta sit:veluti vinum,decem,vini ampliore
decem,d.l.vbi autem.§.1.& 2.I I I.Res incorporales, vt
vsusfructus,d.l.vbi autem. §. fundi. & possessio , D. de
condict.indeb.l.indebiti.15.§.1. I V. Id quod interest,
D.si quis in ius voc. non ierit.l.vlt. & de verb.oblig.l.si
pœnam.68.V.Quod in faciēdo,aut non faciendo con-
sistit,d. l.vbi autem.§.qui id quod. ¶ Mutuum verò est 5
contractus,Instit.de iur.natur.§.sed ius quidem.vers.&
ex hoc iure.quo pecunia(id est,res numero , pondere,
vel mensurâ constans)ita datur , vt accipientis fiat , &
tantumdem ex eodem genere reddatur eo tempore,de
quo conuenit , D. de reb. cred.l. 2. & de oblig. & act.
l. 1. §. re contrahitur. & Instit. quib. mod. re contrah.
obligat. in princip. ¶ His præmunitis , diuido hunc 6
titulum in quinque capita. ¶ Primo capite de credito- 7
re dissoluuntur duæ quæstiones. ¶ Primò quæritur, 8
quis

quis possit pecuniam credere? Respondetur per distin-
ctionem inter pecuniæ dominum, & non dominum.
9 ¶ De domino datur regula, quæ deinceps producitur,
10 & limitatur. ¶ Regula est, Dominus pecuniam suam
credere potest, & eam credendo contrahit mutui obli-
11 gationem. ¶ Productio est: quia mutuum valet, vnde-
cumque creditor eam pecuniam acqoisiuerit: suffi-
cit enim, cum quacumqoe ratione esse dominum,
vt possit transferre dominium in accipientem, l. 7.
vbi deleta particula *vt*, legendum ex manuscriptis,
si propriam: quam lectionem etiam Accurs. adgnoscit:
12 & accipiendum *sit* pro *an*, vt alibi sæpe in Codice. ¶ A
dicta regula excipiuntur, I. Qui non possunt res suas
alienare, vt pupilli sine suis tutoribus, Institut quib.
alien. lic. vel non, §. admonendi. II. Qui publicum
officium administrant, vt præsides, & eorum consi-
liarij, ac domestici: nam durante officio, tam mutuo
quàm fœnori dare prohibentur, ita vt nec per se, nec
per suppositas personas id eis facere liceat, l. 3. & D.
de reb. cred. l. principalibus. 33. dummodò officium
temporalium sit: quia si officium sit perpetuum, di-
cta prohibitio cessat, D. eod. l. præsidis. 34. in princip.
13 ¶ Nota primò, si mutuum latè accipiatur, sob eo con-
tineri etiam fœnus, d. l. præsidis, §. 1. sed propriè dici
mutuum, quod est gratuitum, & sine fœnore, Plaut. in
Asin. actu. 1. scena vlt.

Nam si mutuas non potero, certum est summam fœnori.

auctor consolationis ad Liuiam,

Vita data est vtenda, data est sine fœnore nobis alumna.

14 ¶ Nota secundò, eum, qui pecuniam suam credidit,
ita demum certi condictionem sibi acquirere, si suo
nomine det: nam si alterius nomine credat, non sibi,
sed illi actionem acquirit, inf. per quas person. nob. ac-
quir. l. 2. & D. de rebus cred. l. certi. 9. §. si nummos.
15 ¶ De non domino distinguitur: quia vel suo nomi-
ne pecuniam credit quasi suam, vel nomine ipsius
domini. Priori casu mutuum non valet, D. eod. l.
2. §. pen. quia pecunia non fit accipientis, D. de diuers.
reg. iur. l. nemo plus iuris. 54. quod necessario requi-
ritur in mutuo, d. l. 2. §. appellata. Cùm igitur mutuum
nō valeat, creditor ex ea numeratione actionem nullā
habet, sed posteà nummis ab eo, cui crediti fuerunt,
consumptis, nascitur condictio, D. eod. l. nam etsi fur.
13. Vnde apparet, aliam esse condictionem ex nu-
meratione, aliam ex consumptione; & tum demum
ex consumptione nasci, cùm ex numeratione na-
ta non est. Cùm ex numeratione condictio oritur,
sine dubio est mutuum. Cùm autem condictio da-
tur ex consumptione, nulla ratio est, cur dicatur mu-
tuum, nec vlla lex vocat mutuum, qoamquam Doct.
dicunt hoc casu mutuum consumptione concilia-
16 ri, quæ sententia mihi non placet. ¶ Quæro, quid di-
cendum sit, si pecuniam alienam suo nomine credens
stipulationem adiecerit, id est, eam sibi reddi stipula-
tus sit? Respondeo, certi condictionem ex stipulatio-
ne competere, l. 2. Hoc enim casu, non re, sed verbis
obligatio contrahitur: quia non mutui; sed stipula-
tionis implendæ causa pecunia numerata videtur,
D. de verb. oblig. l. si ita stipulatio. 126. §. penultim.
& de nouation. l. 6. §. 1. & l. 7. ne ex stipulatione agen-
ti obstet doli mali exceptio, D. de dol. except. l. 2. §.
17 circa. ¶ Rursus quæro, an hoc casu, qoo alienam pe-
cuniam credens, sibi reddi stipulatus est, pecuniæ do-
minus actionem habeat contra debitorem? Respon-
deo, distinguendum esse: quia si pecunia extet, domi-
nus potest eam vindicare: si consumpta sit mala fi-
de, potest agere ad exhibendum, arg. l. rogasti. 11.
§. vltim. D. de reb. cred. Si verò bona fide consumpta
sit, is qui dominus fuit, nullam actionem habet
contra eum qui consumpsit: nisi certi condictio,
quam sup. diximus ex consumptione creditori com-
petere, sibi ab eo cedatur, l. 2. ¶ Tertiò quæro, an eo- 18
dem casu domino aliqua actio detur contra credi-
torem? Respondeo dari actionem negotiorum ge-
storum, argu. l. 5. supr. de rei vindica. & l. vltim. D.
de negot. gest. ac posse etiam alias actiones com-
petere, puta depositi, si dominus apud creditorem
pecuniam deposuerat, vel furti, si creditor eam
pecuniam surripuit, vel sciens alienam credidit.
¶ Quartò quæro, quid consequatur dominus à credi- 19
tore.? Respondeo per distinctionem: quia si creditor
mala fide pecuniam credidit, quam sciebat esse alie-
nam, furtum commisit: proinde tam ad pecuniam resti-
tuendam, quàm ad pœnam furti tenetur, Instit. de
oblig. quæ ex delic. §. vltim. sed si depositi, vel commo-
dati conueniatur: in id condēnandus est, quod deposi-
tarius, vel commodatarius præstat, quod alibi expli-
catur. Quòd si bona fide pecuniam, quam suam puta-
bat, mutuam dedit, subdistinguitur: quia si iam a de-
bitore exegit, ipsam pecuniam exactam cogitur domi-
no restituere: si verò nondum exegit, actiones suas ei
cedere cogitur, id est, certi condictionem aduersus de-
bitorem sibi competentem, l. 2. ¶ Quintò quæro, si de- 20
bitor eodem tempore à creditore ex stipulatione, & à
domino rei vindicatione conueniatur, an vtrique sit
condemnandus? Respondeo, iniquum esse, vt duobus
condemnetur, & bis idem soluat, arg. l. 4. D. de in rem
verso. Dominus igitur præferri debet, ita vt ei pecunia
restituatur, arg. l. bona fides. 31. D. depos. ¶ Sextò quæ- 21
ro, si debitor domino vindicāti pecuniam restituerit,
deinde à creditore conueniatur, an ei debeat condem-
nari? Respondeo, creditorem agentem, doli mali ex-
ceptione summoueri, D. de dol. except. l. 2. §. circa. Hæc
dicta sint de priori casu, quo non dominus pecuniam
credidit suo nomine. ¶ Posteriori casu, id est, cùm no- 22
mine domini pecuniā credidit, ipsi domino certi con-
dictionem acquirit, infr. per quas person. nob. acquir.
l. 2. Nec refert, vtrum illi reddi stipulatus sit, an non:
quia non quemadmodum certi condictio ex numera-
tione, ita etiam ex stipulatione alteri per alterum ex-
traneum aeqoiri potest, D. de verb. olig. l. stipulatio ista.
38. §. alteri. & Instit. de inutil. stip. §. si quis alij. & §. alte-
ri. Sed si dominus, quo inscio pecunia credita fuit, no-
men debitoris non probet, cùm inuitus non cogatur
cootractum de sua pecunia ab alio factum probare:
actiones suas, id est, certi condictionem ex mutuo, &
actionem hypothecariā, si mutuo pignus accessit, infr.
per quas person. nob. acquir. d. l. 2. ei cedere cogitur, qui
pecuniam credidit, iisque directis actibus sibi cessis vti
poterit. Sed etsi actiones ei cessæ non sint, tamen vti-
libus actionibus poterit experiri, l. 4. Perpurgata est
quæstio, qui possint pecuniam credere. ¶ Secundò 23
quæritur, an possint fieri duo rei credendi? Responde-
tur, posse, l. eum te. 9. & D. de duob. reis. l. eandem. 9. in
princip. Hucusque dictum sit de creditore. ¶ Se- 24
condo capite de debitore dissoluuntur tres quæstio-
nes. ¶ Primò quæritur, quibus possimus pecuniam 25
credere, seu qui possint mutuam pecuniam accipere?
Hic quatuor notanda sunt. I. Præses prouinciæ mu-
tuam pecuniam accipere potest, non gratuitam, sed
fœnebrem, D. de reb. cred. l. præsidis. 34. §. 1. Si igitur
gratuitam acceperit, mutuum iure prohibente contra-
ctum non valet, supr. de legib. l. 5. quare creditor pecu-
niam, quam credidit, vindicare poterit, si suam pecu-
niam credidit, eáque adhuc extet: sed præses quantam
pecuniam motuò accepit, tantam fisco inferre cogitur,
arg. l. aufertur. 46. §. quod à præside, D. de iu. fisci. & l.
omnis. C. Theod. de his quæ administr. II. Litigator
iudici mutuum dare ne quidem sub fœnore potest, &
si dederit, tam ipse, quàm iudex in exilium mittuntur,
l. pen.

l.penult. III. Si collectaneus(id est, vt Suidas interpretatur)nummularius pretium dederit ambienti, id est, pecuniam mutuam dederit,vt ea pecunia debitor magistratum emeret:vterque eadem exilij pœna afficitur, d.l.penult. Idem puto dicendum, si quiuis alius pecuniam crediderit : quoniam omnium eadem est ratio. Quid si pecuniam dederit , non qua magistratum emeret;sed quam suffragij nomine daret ei , per quem à principe magistratum consequebatur? Huic quæstioni satisfaciam infr.tit.prox. IV.Filiusfam. mutuam pecuniam accipere prohibetur , vt exponetur infr.ad, S.C.
26 Macedonian. ¶ Secundò quæritur, an ex mutuo fieri possint duo rei debendi:Respondetur posse, l. 5. & D.
27 de duobus reis. l.eandem.9.in princ. ¶ Tertiò quæritur,qui possint ex contractu mutui conueniri:cùm mu-
28 tuum rectè contractum est, ita vt iure valeat ? ¶ Conueniri potest,l.Qui mutuam pecuniam accepit.Nec ei prodest,quò minus efficaciter conueniatur , si dicat se in rem alienam mutuatum esse,cùm creditor ipsius accipientis contemplatione pecuniam credidit, l. eum qui.13.Item ei non prodest,quòd pecuniam mutuò acceptam,rursus alij credidit , l. non aduersus. 15. Item non potest eo se defendere , quòd obligatio , ex qua conuenitur,vnà cùm alijs ex quibus non agitur, in eodem instrumento scripta est:quia nihil obstat, quò minùs separatim ex singulis, causis licet vno & eodem instrumento comprehensis agatur : siue vnus,siue plures sint creditores,vel debitores,l.eò quòd. 10.II. Correus debendi,quàuis pecuniam ipse non acceperit,l. 5. quia duo rei pro vna persona habentur, adeo vt quod vnus accepit,alter quoque accepisse videatur,D.de sont.l.qui hominem. 34.§. 1.III. Heres debitoris , l.1.
29 ¶ Conueniri autem non potest.I.Secundus debitor, vel eius heres,à primo creditore:veluti si Titi' Meuio, Mæuius Sempronio eandē pecuniam crediderit,actio quidem datur Titio contra Mæuium,& Mæuio contra Sempronium, sed denegatur Titio contra Sempronium,quo cum non contraxit , & contra eius heredes, d.l.non aduersus. II. Qui instrumento mutui tantùm subscripsit,non intercedendi causa promisit, l.mutuæ. 14.& infr.de fideiussor.l.6. Excipitur pater, vel dominus , qui chirographo filij vel serui subscribens præter suum consensum obligatur,quod iussu, D. quod iussu, l.1.§.sed etsi serui. III. Is,cuius nomen in instrumento mutui positum est,quasi pecuniam acceperit , quæ alij numerata fuit:nisi ipse stipulanti sponte sua , non per errorem promiserit , vel pro accipiente intercesserit, vel vnà cum eo reus factus sit , vel per biennium tacuerit,id est,non sit conquestus de non numerata pecunia,l.5.
30 ¶ Tertio capite de re debita duo declarantur, vide-
31 licet quid, & quantum debeatur.¶ Vt igitur primùm intelligatur , quid debeatur, plures regulæ traduntur. I.Ex mutuo non debetur eadem species , sed idem genus, D. de reb.cred.l.2.in princip. II. Si pro pecunia, quæ mutua petebatur , species æstimata data sit, æstimatio communi consensu facta debetur,l.si pro mutua 8.III. Si aliud datum,aliud scriptum sit : id debetur, quod datum fuit:nisi id,quod scriptum est, in stipulationem deductum sit : verbi gratia si data sit pecunia numerata, & in instrumento scriptum sit,datum esse oleum : certè non oleum, sed pecunia debetur , nisi oleum promissum sit,d.l.5.vers. ac multò.& l. eò quod 10. vers. nam si. IV.Pignoris æstimatio non minuit principalem obligationem, veluti si centum creditis, datum sit pignus triginta æstimatum:nihilominùs centum debentur, & peti possunt, d.l.si pro mutua,vers. nec quicquam.& infr.de oblig.& act. l.aduersus. 10. & D. de reb. cred. l. creditor qui nonidoneum, 28. & de distract. pign. l. quæsitum 9.§.1.V.si res diuersi generis simul mutuo dentur,vt auri pōdus,& numerata pecunia,omnes debentur,l.cùm te.9.VI.Vsuræ pecuniæ creditæ debentur ex stipulatione, non nudo pacto,l.6.vt latiùs explicabitur sub tit.de.vsur. VII.Si debita pecunia per nouationem promittatur,simulque eius vsuræ promittantur;etiamsi falsa prioris obligationis causa demonstretur:tamen nouatio valet,& vsuræ debētur,veluti si cùm mihi deberes centum ex causa venditionis, nouandi causa à te stipulatus sim centum quasi debita ex causa mutui,& horum centum vsuras mihi promiseris:tam sortem,id est,centum, quàm vsuras ex stipulatione mihi debes, d.l. 6. ¶ Consequenter videndum 32
quantum debeatur,seu quantum possit peti.Hic tractatus spectatur cùm in sorte,tum in vsuris.
¶ De sorte quatuor notantur. I. Si plures sint credi- 33
tores,qui simul contraxerint, singuli pro parte tantùm agere debent,nec possunt solidum petere:nisi sint duo rei credendi , vel duo rei stipulandi ; vel vnus ab aliis procurator factus partim suo,partim procuratorio nomine agat,l.cū te.9.II. Si plures sint heredes creditoris, singuli pro partibus hereditariis agere debent,non in solidum : nisi partim suo , partim coheredum procuratorio nomine agant : nam etsi iudex familiæ erciscundæ actionem hereditariam vni heredi in solidum adiudicauerit:hic solidum ita petet,vt partim suo, partim procuratorio nomine,tanquam procurator in rem suam factus agat, D. famil. erciscun.l.3. III. Si plures sint debitores similiter singuli pro partibus conueniendi sunt:nisi sint duo rei debendi,seu promittendi, vel vnus pro aliis fideiusserit,l.5.IV. Plures debitoris heredes tenentur singuli ex lege xij. tab. pro partibus hereditariis, non habita ratione prælegatorum : non enim plus debet , cui plus prælegatum est , sed qui ex maiori parte heres institutus est , l. 1.& infr.de hered. act.l.2.Quòd si iudex in hereditate diuidenda aliquam obligationem vni pro solido attribuerit : nihilominùs creditor(quia res inter alios iudicata tertiò non nocet) singulos pro partibus hereditariis conuenire potest: sed is, cui debitum per iudicem attributum fuit,coheredes suos procuratorio nomine defendere debet, D. fam.erciscun.d.l.3. ¶ De vsuris notatur eas intra legiti- 34
mum modum deberi,quamuis vltra eum modum promissæ sint, l.si pro mutua.8. Quis autem sit legitimus modus vsurarum,traditur in l.eos.26.§.1. infr.de vsur.
¶ Quarto capite de obligationis instrumento tria notantur.I.Si aliud datum,aliud scriptum,non tamē promissum sit : scriptura obligationē rei creditæ non mutat,l.5.quia plus valet quod agitur , quàm quod simulatè in instrumento concipitur,infr. plus valere quod agitur to.tit. II. Si multæ obligationes vno instrumento contineantur, nihilominùs ex singulis seorsum agi potest,l.eò quod.10. III. Debitoris chirographū obligationem;vel creditoris apocha,solutionem vltra summam quinquaginta librarum auri non probat, nisi à tribus testibus fide dignis subscriptum sit , l.vltim.IV. Instrumento subscribens , regulariter non obligatur, l.mutuæ.14.vt exposui supr.num.29.membr.2.
¶ Quintò capite de obligationis solutione tria notan- 36
tur. I. Qui incendium rerum suarum passus est , liberatur quidem ab obligatione specierum, quæ incendio sunt absumptæ, D. de verb. oblig.l. si ex legati. 23. sed aliarum quarumcumque rerum , quæ non perierunt, obligatio non perimitur, l.incendium.11. Proinde eius quod ex causa mutui debetur , obligatio permanet; quia ex mutuo debetur genus, D. de reb. cred. l. 2. in princ. quod perire non potest. II. Solutio debiti vltra quinquaginta libras auri non probatur priuata creditoris scriptura , nisi à tribus idoneis testibus sit subscripta,vt paulò ante docui. III. Qui vnà cum alio mutuam pecuniam in rem communem accepit, & solidum

lidum creditori soluit: partem ab altero, pro quo soluit, repetet, l.si in rem. 12. actione negotiorum gestorum, D.de negot.gest.l.si communes.40.

Tit. III. De suffragio.

Princ. 2. 3. 5.	§.pen. 7.
§. j. 7.	§. vlt. ij. 6.

1 SVffragium quoque petitur actione si cer-
tum petatur, vt constat ex rubr. 29. lib. 2.
Cod.Theod. ¶Capitur autem suffragij ver-
2 bum duobus modis. I. Pro suffragatione &
intercessione apud principem alicuius rei impetrandæ
causa, l.vn.in princip.& Nou. 8. c.1.II.Pro re suffragij
nomine data, vel promissa, d.l.vn.§.vltim.& sup.de ad-
uocat. diuers. iudicior. l. laudabile. 23. §. & postquam
l. petitione. 24. in princ.& infr. de silent.l. vltim. & d.
Nou. 8.c.7. Sed quia interdum etiam ipsi principi be-
neficij obtinendi gratia aliquid offertur, hoc appella-
tur suffragium dominicum in iurisiurandi formula, d.
3 Nou.subiecta. ¶Sub hoc tit.est vna constitutio duobus
capitibus constans: altero de promissione, altero de
4 datione suffragij. ¶In priori capite deciduntur duæ
quæstiones de promissione suffragii.

5 ¶ Primò quæritur, an ex hac promissione detur
actio? Respondetur dari, dummodò quatuor concur-
rant. I. Vt actor re vera apud principem intercesserit;
alioquin diceretur fumum vendere: vt ille, quem Ale-
xander Imperator, teste Lampridio, iussit in foro ad sti-
pitem alligari, & fumo necari, præcone superdicente,
fumi venditor fumo punitur. II. Vt suffragatio habuerit
effectum, id est, vt id, quod à principe petebatur, impe-
tratum sit. III. Vt suffragium sit per stipulationem
promissum, d.l.vn.in princip. Petitur ergo suffragium
certi condictione, quę ex stipulatione oritur: & errant,
qui putant posse peti ex nudo pacto, vel cessante
stipulatione peti actione præscriptis verbis, aut actione
de dolo. IV. Ne suffragium promissum sit ob magistra-
tum prouincialem, vel officium defensoris impetran-
6 dum, d.Nou.8.c.7.& Nou.29.c.2.& Nou.161. ¶Secun-
dò quæritur, an suffragator sua auctoritate res sibi
promissas occupare possit? Respondetur, non posse,
quamuis commonitorium suffragium (id est, scriptura
promissionem suffragii continens) interuenerit, etsi
suffragator eas res temerè occupet, non solùm eas res
restituere cogitur, sed etiã ius crediti amittit, d.l.vn.§.
vlt. idcirco enim iudicia sunt constituta, ne quis per
semetipsum, sed per iudicem ius suum consequatur,
sup.de Iudæ.l.nullus.14.& D.quod met.caus.l.extat.13.
& de iudic.l.Iulianus.17.l.quippe.78. & ad leg. Iul. de
7 vi priua. l. pen. ¶ Posteriori capite de suffragii tradi-
tione quæritur, an dominium transferatur in acci-
pientem? Respondetur per distinctionem inter res
mobiles, & immobiles: illę per traditionem etiam si-
ne scriptura transferuntur, d. l. vltim. §. 1. hæ præter
traditionem etiam scripturam requirunt, vt ipsa-
rum dominium accipienti acquiratur, d.l.vn.§.pen.

Tit. IV. De prohibita sequestratione pecuniæ.

1 QVod superiori titulo diximus, neminem sua
auctoritate posse occupare, quod sibi debe-
tur; sed ad iudicem confugere debere, vt eius
ope suum consequatur, sic debet accipi, vt iudiciarius
ordo seruetur, ne quis fortè putet se statim sine proba-
tione, & sine sententia causa cognita à iudice lata con-
sequuturum quod petit. Non debet enim initium fieri
ab executione, sed prius debito probato condemnatio-
nem interuenire oportet, quàm executio sequatur, inf.
de execut. rei iudic. l. 1. & l. vltim. & D. de re iudic.l.
si cũ nulla. 58. Huc spectat, quod cõstitutione huius ti-
tuli cauetur, ne pecunia, quam quis sibi deberi conten-
dit, interim, dum iudex de obligatione cognoscit, se-
questretur. ¶Pecuniam Accurs. & Doct. hîc accipiunt, 2
pro quacumque re: qua significatione accepta cogun-
tur constitutionem huius tituli multis modis limitare,
& coangustare. Ego malo propriam significationem
accipere, vt pecuniæ verbo ea sola contineantur, quæ
pondere, numero, vel mensura constant, vt in l.2. §.
creditum, D. de reb. cred. quoniam ad huiusmodi res
pertinet dicta constitutio, vt ex sequentibus appare-
bit. ¶Sequestratio est rei controuersæ apud sequestrem 3
à contendentibus facta depositio, vt ab eo custodiatur,
& lite finita victori reddatur. Est igitur sequestre spe-
cies depositi: & sequester species depositarii, D. depo.
l.6.l.licet. 17.in princip. & de verb. signif. l. sequester.
110.& de dol.l. si quis affirmauit. 9.§. Labeo. ¶Dicitur
autem sequester; vel quia res occurrenti, & quasi eos 4
qui contendunt, sequenti, committitur, secundum Mo-
destinum in d. l.sequester: vel quia deponentes fidem
eius sequuntur secundum Gell. lib.20.c.10. ¶Huius ti- 5
tuli constitutio pecuniam ex contractu petitam, lite
pendente sequestrari vetat ob rationem suprà allatam,
ne ab executione incipiatur; quia sequestratio est exe-
cutio quædam. ¶ Aliarum rerum faciliùs sequestratio 6
conceditur, ne iudicio pendente deteriorentur, quod
periculum in pecuniam debitam non cadit, quippe
quæ in genere suo functionem recipit, D.de reb.cred.
l.2.§.1.quod nec interire, nec corrumpi potest. ¶Duo- 7
bus tamẽ casibus pecunia sequestratur. I. Si quis fratri-
bus bona conferre debens, de collatione facienda ca-
uere non possit, portioni ad eum pertinenti curator
datur, apud quem tanquam sequestrem pecunia ex ea
portione redacta manet, donec bona conferantur,
D.de collat.bonor.l. 1. §.1.si frater. II. Si actuarius pe-
cuniam militi prænumerasse dicatur: pecunia, quæ
militi stipendij nomine debetur, sequestratur vsque
ad finem litis, ne ea miles abutatur, & actuario diffi-
cilis exactio reddatur, inst. de erog.milit.anno.l.iube-
mus.16.§.1.

Tit. V. De condictione indebiti.

I.3.4.p.5.7.8 j.10.ij.13.p.	VII. 3. 5. 6. 7.
II. 9. iij.11.ij.	VIII.3. 4. iij.8.iij.9.j.
III.5.10.j.v.	IX.in princ.5.
IV.7.	§. j. ii.ij.
V.5.8 j.	X. 3.4.p. 10. iij.
VI.3 5.6.	XI. 3.5.10.j.11.ij.

SEquitur condictio indebiti: de qua dissol- 1
uuntur sex quæstiones. ¶Primò quæritur, an 2
hæc actio competat, seu qua ex causa detur?
Quinque requiruntur, vt hæc actio competat.
¶Primum requisitum est, vt sit aliquid solutum, l. 1.6. 3
7.9. penult. & vlt. vel cautum siue promissione, l.2. sine
scriptura, l.3. ¶Secundum requisitum est, vt id, quod 4
solutum, vel cautum fuit, indebitum sit, l. 1. l. pen. &
passim: nam debitum solutum, vel cautum non repeti-
tur, nisi persona, quæ soluit, vel cauit, repetitioni lo-
cum faciat, vt quia pupillus sine tutore, vel furiosus,
vel is cui bonis interdictum est, soluit, aut promisit, D.
eod.l. interdum. 29. l. quod pupillus. 41. Sed vt hoc
melius intelligatur, notandæ sunt aliquot distinctio-
nes. I. Vel purè debetur, vel sub conditione, vel in diem
certam, vel in diem incertam. Quod purè debetur,
sine dubio condici nequit. Quod verò sub conditione
debetur, pendente conditione repetitur, post condi-
tionem

tionem existentem repeti non potest,D.eod.l.sub con-
ditione. 16. in princip. l. qui id promisit. 48. l.seruo.
58.videlicet si sit conditio propriè dicta,id est, quæ an
sit extitura, incertum sit, veluti *Si nauis ex Asia vene-
rit*:nam si certum sit eam extituram, veluti *Si sol eras
orietur*, repetitioni locus non est, D.eod.l.quod si. 18.
Quod autem in diem certam, vt Kalendis Martiis,de-
betur,solutum non repetitur, licet ante diem solutum
sit, D.eod. l.in diem.10.Dies incerta dicitur; vel quia
incertum est,an sit extitura, veluti, *cum nauis ex Asia
venerit*:vel quia incertum est, quando sit extitura, ve-
luti *cum moriar*.Si priori modo incerta sit, ante diē so-
lutū repetitur, post diem non repetitur,d.l.sub condi-
tione.§.1.& d.l. qui id promisit.Si posteriori modo sit
incerta,videndū est,an certum sit debitū iri, necne:ve-
luti si cum moriar dare promisero:quia certum est,ali-
quando debitum iri,soluēs non repetam, D.eod.l.nam
si cum moriar.17.at si legatū sit *cum heres morietur*:quia
legatū non debetur,nisi legatarius heredi superstes sit,
dicendum est solutum repeti,D.de condit.& demonstr.
l.1.§.pen.II.Vel debetur naturaliter, vt ex nudo pacto;
vel ciuiliter, vt ex stipulatione: ciuilis autem obliga-
tio vel est omnino efficax,vel ei temporalis perpe-
tuáve exceptio obstat. Naturaliter debitum non re-
petitur,D.h.tit.l.naturaliter.13. l. si quod dominus.64.
Ciuiliter debitum, cui nulla obstat exceptio, sine du-
bio non repetitur. Exceptio vero perpetua, si fauore
excipientis sit introducta, vt exceptio S. C. Velleiani,
quia naturalem quoque obligationem tollit, repeti-
tioni locum facit; sin autem introducta sit odio credi-
toris,vt exceptio S.C.Macedoniani,naturalem obliga-
tionem non tollit: ideóque solutum non repetitur,
D.eod.l.si is qui 24.l.si non sortem.26.§. indebitum, l.
qui exceptionem. 40. in princip. l. si quis iurasset. 43.
& de S.C Macedon. l. sed si paterfam. 9.§. vltim. & l.
seq. & ad S.C.Velleianum.l. quamuis, 8. §. interdum.
Exceptio temporalis non facit repetitioni locum:quia
iam diximus, quod in diem debetur, si ante diem sol-
uatur,non repeti:quod si incertum sit, vtrum exceptio
temporalis,an perpetua futura sit,solutum condici po-
test, velutí si debitor pactus sit,ne conueniatur, donec
Titius consul fiat: quia Titio consulatum ineunte,
est exceptio temporalis: sed eo antequam consul fiat,
defuncto:est perpetua,D. hoc tit.l.sufficit.56 III.Fin-
ge Titium Mæuio soluisse, aut promisisse:ac distingue
tres casus:nam si quid debebatur, vel Titius debebat
Mæuio:vel Titius alij, putà Sempronio: vel alius putà
Sempronius, Mæuio.Primo casu certum est condictio-
nē cessare.Secundo casu condicitur,D.eod.l.in summa.
65.§.vltim. veluti cum falsò creditoris procuratori
solutum est, l.creditoris. 8. Tertio casu subdistin-
guitur: quia si Titius nomine Sempronij veri debito-
ris soluit (quæ de solutione diximus, eadem sunt
intelligenda de promissione,) non repetit condictio-
ne indebiti à Titio,D. eod. l.repetitio. 44. sed actione
negotiorum gestorum à Sempronio, quem pro ea
solutione liberauit, D.de negot. gest. l. soluendo. 39.
Si verò Titius suo nomine soluit, quasi ipse
deberet:ab ipso Mæuio condicit, D. hoc titulo, l. si
pœnæ. 19. §. 1. & d. l in summa.§. vltim. etiamsi quasi
heres Sempronij soluerit, cùm falsò putaret se esse
heredem, l. 5. & d. l. si pœnæ. §. 1. ¶ Tertium requi-
5 situm est, vt solutum vel cautum sit per ignorantiam,
l.3.& 6.& D.eod.l.1.§.1.& supr. de iur. & fact. ignor. l.
cùm quis.10.nam qui sciens indebitum soluit, non re-
petit,l.indebitum.9.in princip. & D. eod. d.l. 1.§.1.&
infr.ad leg.Falcid.l.error.9.quia donare censetur, D.de
diu.reg.iur.l.cuius. 53. Quin etiam si reperendi animo
sciens indebitum soluit, repetere non potest, D. h.t.l.
quod sciens. 50. quia propositum in mente retentum
nihil operatur, infr.tit.prox.l. 7. Ignorantiæ autem vo-
cabulo significatur tam error eius, qui falsò putat se
debere,l.1.5.& 7.& supr.de iur.& fact ignor.l.6. quàm
titubatio eius, qui dubitat, an debeat nec ne, l. vlt.
¶ Quartum requisitum est, vt error siue ignorantia 6
in facto,non in iure consistat,l.6.& 7.& supr. de iur.&
fact.ignor.d.l.6.& d.l.cùm quis. & infr. ad leg. Falcid.
d. l. error. ¶ Quintum requisitum est, vt ex ea causa 7
solutum vel cautum sit, ex qua per inficiationem lis
non crescat, l. 4. quemadmodum crescit ex causa iudi-
cati, Paulus lib. 1. sentent.tit. 20. proinde indebitum
quasi ex causa iudicati solutum, non repetitur, l. 1.
Quod ergo dicitur, legatum, vel fideicommissum in-
debitum solutum repeti posse,l.7.patitur exceptionem
in relictis ad pias causas, quæ per inficiationem du-
plantur,supr.de episc. & cleric. l. sancimus si quis mo-
riens 44.§.vt autem adhuc.& Inst.de oblig.quæ qua.ex
contract.§.vlt. ¶Secundò quæritur, cui hæc actio de- 8
tur?Hic dátur quatuor regulæ.I.Si quis pro se soluerit,
ipse repetit,l.5.vel hæres eius,l.1.& D. eod.l. si fundi.
12. II. Si quis quasi heres debitoris soluerit:si quidem
se heredem contendat,indebitum solutum repetit, sin
minùs, etiam debitum solutum condicit: quia ipse
nihil debet,licèt defunctus debuerit, D. eod. l. si non
sortem.26.§.hereditatis. III. Si quis pro alio soluerit,
is repetit,pro quo solutum est,l. 6. & D. eod. l. indebi-
tam.47.IV. Si duo separatim idem debitum soluerint,
non prior,sed posterior repetit: propterea quòd ante
prioris, solutionem erat debitum,posteà verò est inde-
bitum,D.eod.l.vlt.§.Titius. ¶ Tertiò quæritur, con- 9
tra quem hæc actio detur? Hic habemus tres regulas.
I.Quod solutum est,ei condicitur,cui solutum fuit,non
ei,in cuius rē & vtilitatem soluta pecunia,versa fuit,D.
eod.l his solis.49.Quare si falso creditoris procurato-
ri solutum sit,ipse procurator conueniendus est, l.cre-
ditoris. 8. II. Si fideiussor suo nomine indebitum sol-
uerit,ipse repetit à stipulatore,cui soluit:sin autem eius
nomine soluerit, pro quo fideiussit: ipse ab eo, cuius
nomine soluit, & is à stipulatore repetunt, d.l. inde-
bitam. III. Qui,cùm nihil deberet,à debitore delega-
tus,eius creditori promisit;contra eum, à quo delega-
tus fuit,condictionem habet,l.2. ¶ Quartò quæritur, 10
quid veniat in hāc actionem:id est, quid repetatur per
condictionem indebiti? Hic dantur decem regulæ. I.
Quia vel species soluitur,vel quantitas, l. vlt. idcirco
vel quod solutum est,vel tantundem repetitur,D. eod.
l.7. cùm enim quantitas indebitè soluta est, quantitas
repetitur,l.3.id est,non ipsum corpus solutum,sed tan-
tundem,D.eod.l.si pœnæ. 19 § si falsò.si verò species
soluta sit,eadem species repetitur,aut, si sit consumpta,
pretium condicitur, D. eod. l. in summa.65.§.in fru-
mento. II. Hac actione consequimur etiam naturales
accessiones rei solutæ,vt fructus & ancillæ partum,tit.
eod.l.indebiti 15.in princ. & d.l.in summa. §. ei qui.&
de vsur.l. videamus generali. 38. §. item si indebitum.
non vsuras solutæ pecuniæ, l. 1. Si quis autem vsuras
indebitas soluerit, eas rectè condicit: quia non tam-
quam accessionem rei solutæ, sed tamquam rem solu-
tam repetit, nisi naturaliter debitæ sint, d. l.si non
sortem. in princip. III. Qui duo alternatè debet,ve-
luti Stichum,aut decem, & vtrumque soluit, alterutrū
repetere potest,vtrum ipse elegerit, l.penult. nisi ante
repetitionem alterutrum perierit:tunc enim id rema-
net in soluto,quod superest,D.eod. l. cùm is qui 32. in
princip.IV.Qui indebitum promisit,liberationem con-
dicit,D.eod.l.is qui.31.& de condict. sine cau.l.3.& de
act.empt.l.5.§. :.V.Indebitæ pecuniæ interposita scri-
ptura,vt chirographum condici potest,l.3.VI.Qui rem
cuius alienus est vsusfructus,soluit, nudam proprieta-
tem repetit,d.l.indebitum,§.vltim.VII.Qui possessio-
nem

nem, vel rem alienam soluit, possessionem condicit, d.
l.indebiti. §. 1. VIII. Qui nummos communes sol-
uit, dimidiam quantitatis, non corporum partem repe-
tit, d.l. si pœnæ. §. si falsò. IX. Qui fundũ liberum tra-
didit, cùm seruitutem excipere deberet; seruitutem re-
petit, D.eod.l.sed & si.22.§.1. X. Qui, cùm centum de-
beret, putans se ducenta debere, fundum ducẽtis æsti-
matom soluit, nulla ex parte liberatur; sed habet totius
fundi condictionem: quem tamen creditor quasi iure
pignoris retinet, donec pecunia debita sibi soluatur, D.
11 eod.l.si non sortem.26.§. si centum. ¶ Quintò quæri-
tur, quibus exceptionibus, seu defensionibus reus con-
uentus se tueri possit? Hic notentur tres rei conuenti
defensiones. I. Si desit aliqua ex conditionibus, quas
supr. docui requiri, vt hæc actio competat: veluti si à
sciente, vel per errorem iuris solutum sit. II. Si cùm
dubitaretur, an esset debitum, nécne, de eo transactum
fuit data, vel promissa aliqua re seu pecunia, l. 2. & D.
eod.l.in summa.65.§.1.& supr. de iur. & fa.ignor. l. 6.
sed siue transactio falsò facta putetur, siue iure non va-
leat, siue resoluta sit, repetitioni locum esse constat, D.
eod.l.eleganter. 23. in princ. & §§. seqq. & d.l.in sum-
ma. §. 1. Item in dubio non præsumitur transactio, &
transactionis causa datum, nisi probetur, l. vlt. III. Si
quis ob rem suam sine suo mandato venditam, empto-
ri de euictione, aut de rei vitio cõquerenti satisfecerit.
Sic enim venditionem ratam habet, proinde ostendit
12 debitũ esse, quod soluit, l.indebitũ.9.§.1. ¶ Sextò quæ-
ritur, vtrùm actor indebitum, an reus debitũ probare
teneatur? Respondetur per distinctionẽ: aut enim solu-
13 tũ, aut promissum fuit. ¶ Priori casu regulariter actor
debet probare indebitum, l.1. Excipitur I. Nisi reus ne-
gauerit sibi solutum, & actor id probauerit, D.de prob.
l.cùm de indebito.25.in princ. II. Nisi is, qui soluit, pu-
pillus sit, aut saltem minor 25.annis, aut mulier, aut mi-
les, aut rusticus, aut desidia & simplicitate gaudens, vt
mirum videri non debeat eum temerè soluisse, ead.l.§.
1. III. Nisi actor pro patre debitum fateatur, & se plus
debito soluisse asserat. IV. Nisi fateatur ab initio fuis-
se debitum, & contendat se post dissolutam obligatio-
nẽ soluisse, ead.l.§.sed hæc ita. V. Nisi reus actore de-
14 ferente iurare nolit esse indebitum, ead.l.§.pen. ¶ Po-
steriori casu, si causa obligationis in cautione expressa
non sit, non præsumitur debitum, sed probandum est
ab eo, qui cautionis beneficio vti vult, nisi antecedẽ-
tem obligationis causam contineat: quo casu debitum
præsumitur, nisi per scripturam liquidò probetur esse
indebitum, ead.l.§.vlt.& inf.tit.prox.l. 1.& infr.de non
num.pecun l.3.& l.generaliter. 13.atque hæc indebiti
probatio non admittitur post biennium, nisi intra biẽ-
nium is, qui cautionẽ emisit, conquestus sit: quia bien-
nio sine querela elapso oritur literarũ efficax obliga-
tio, per quam cogitur soluere, non tanquã re & nume-
ratione, sed scriptura obligatus, infr.eod.l.si intra. 7. &
l.in contractibus.14.in princ.& Inst.de literar.obligat.

Tit. VI. De condictione ob causam datorum.

I. 3. j. 6.	*VII. 3. ij.*
II. 3. j. iv. 4. 6.	*VIII. 3. j. 5.*
III. 3. j. iv. 4.	*IX. 3. j. iv. v.*
IV. 3. j. iv. 4. 6.	*X. 3. j. iv.*
V. 3. iv.	*XI. 3. j.*
VI. 3. j. ij. iv.	

1 Causa in hoc titulo accipitur pro re, id
est, pro causa futura, seu finali, cùm pro-
priè loquendo causa vocetur, quæ est
præterita; res verò dicatur, quæ futura est,
2 D.de condict.ob turpem.caus.l. 1. ¶ Hoc
titulo de condictione ob causam dissoluũtur quatuor
quæstiones. ¶ Primò quæritur, an hæc actio compe- 3
tat? Plura requiruntur, vt hæc actio detur. I. Requiri-
tur, vt aliquid datum, l.1.2.3.6.l.dictam. 8.& ill. seqq:
vel promissum sit, l.4. II. Vt sit aliqua causa finalis, pro-
pter quam datum, vel promissum sit: alioqoin esset
simplex donatio, ex qua non datur repetitio, d.l. 6.
III. Vt ea causa fuerit expressa: quia propositum in
mente retentum nihil operatur, l.7. IV. Vt vel ea cau-
sa secuta non sit, D.eod.l.1.vel eum, qui dedit, seu pro-
misit, re integra pœniteat, D.eod. l. 3. & 5. Cùm autem
ob causam non secutam repetitur, opus est, vt causa aut
sequi non possit, (veluti si detur ob matrimonium iure
prohibitum, l.1. vel vt miles procurationem suscipiat,
l.5.) aut, si sequi possit, non casu fortuito, sed culpa ac-
cipientis secuta non sit: veluti quia pecuniam accepit,
vt creditoribus solueret, nec soluit, l.2. vel vt patroci-
nium præstaret, nec præstitit, l.4. vel vt manumitteret,
nec manumisit, l.6.& l.si liber.9.& D.eod. l. 3. §.sed si
tibi.vel accepit hac lege, ne alienaret, & alienauit, l. 3.
Quòd si casu fortuito sine culpa accipientis res secuta
non sit, repetitio cessat, l.penult. V. Ne seruus domino
dederit: nam homo quidem liber ob causam non secu-
tam rectè condicit: sed si quid seruus domino suo de
peculio dedit, nulla actione dominum conuenire po-
test. Verùm si pecuniam domino dedit, vt manumitte-
retur, fauore libertatis præses salua reuerentia domino
debita eum hortabitur, vt seruum manumittat, d.l.si li-
ber. Vbi dum Imperatores aiont seruum contra domi-
num nullam habere actionem, quamuis hoc generali-
ter, & de quacumque actione vere dicatur; tamen mihi
videntur potissimum respicere ad duas actiones, quæ
ex eiusmodi causis competere solent: nam qui ob cau-
sam dedit, re non secuta, vel quod dedit, repetit condi-
ctione ob causã; de qua actione hic tractatur: vel præ-
scriptis verbis agit in id, quod sua interest, D. de rer.
permut.l.1.§.vlt.(vbi *non*, & *sed* accipi debẽt pro *non so-
lum, sed etiã*; vt aliis quoque nonnullis Pandectarũ locis
accipiũtur) & de præscr.verb.l.5.§.1. ¶ Secundò quæri- 4
tur, cui hæc actio competat? Respondetur, ei cõpetere
qui dedit, l.3.vel promisit, l.4.& heredi eius, l.2.& d.l.3.
¶ Tertiò quæritur, contra quem competat? Responde- 5
tur, eum teneri, cui datum, vel promissum fuit, & here-
dem eius, l.dictam.8. ¶ Quartò quæritur, quid in hanc 6
actionem veniat? Hîc distinguitur inter datum, & pro-
missum: datum enim repetitur, siue sit pecunia, l.1. siue
certum corpus, vt prædium, l.2. Intellige, cùm pecunia
data est, repeti eandem quantitatem. Cùm autem cor-
pus datum est, repeti eandem speciem, vt superiori tit.
exposui. Promissi verò liberatio condicitur, l.4.

Tit. VII. De condictione ob turpem causam.

I. 4.	*V. 3. ij. 4.*
II. 3. ij.	*VI. 3. ij.*
III. 3. ij.	*VII. 3. ij.*
IV. 3. ij.	

Etiam in hoc titulo causa accipitur pro re, 1
id est, pro causa futura, vt in tit. superiori,
D.h.t.l.1. ¶ Agitur autem hîc tam de turpi 2
datione, quàm de turpi cautione. Vterque
casus est tripertitus: vel enim turpitudo est ex vna par-
te, vel ex altera, vel ex vtraque. ¶ Cùm igitur turpiter 3
datũ est: aut turpitudo est ex parte dantis, aut accipiẽ-
tis, aut vtriusque. I. Casu cessat repetitio: vt eius, quod
meretrici datum est: licèt enim mulieri turpe sit mere-
tricem esse, non tamen meretrici turpe est, pecuniam
accipere, D.eod.l.4.§.sed quod. Simile est, quod ait le-
no apud Terentium in Phormione act.3.sce.2.

Iste me fefellit: ego isti nihilo sum aliter, ac fui.

II. Casu, ne quis ex sua turpitudine lucretur, datum repetitur, licet causa secuta sit, propter quam datum fuit, l. 4. & D. eod. l. 1. §. vlt. l. 2. & l. 4. § quoties. Veluti si miles veteranus pecuniam dedit, ne inter tyrones retraheretur: quo casu, quia per concussionem pecunia à milite extorta est, non solùm pecunia restituitur, sed etiam concussionis pœna irrogatur, l. 3. quæ est pœna extraordinaria, D. de concuss. l. 2. Similiter qui pecuniam accepit, vt rem subtractam, vel pecora abacta restitueret; tam pecuniam, quàm rem, seu pecora, licèt mortua sint, vel quouis casu fortuito perierint, restituere debet, l. penult. & vlt. quia fur rei interitu regulariter non liberatur, vt seq. tit. docebo. III. Casu repetitio cessat: quia in pari causa melior est conditio possidentis, l. 1. & D. eod. l. 3. l. 4. in princ. & §. 1. Veluti si quis vxoris prostituendæ causa pecuniam acceperit,
4 l. 5. ¶ Cum autem turpiter promissum, seu cautum est: similiter aut turpitudo est ex parte cauentis, aut eius cui cauetur, aut vtriusque. I. Casu, cùm turpitudo promissutis non debeat alteri nocere, liberatio non condicetur. Immo ex ea cautione actio danda est stipulatori, qui turpitudine vacat. II. & III. casibus, si nondum solutum sit, & turpi ex causa promissum, seu cautum esse constet, actio ex ea cautione denegatur, l. 5. aut si de eo dubitetur, an turpitudo subsit, actio quidem dabitur; sed per doli mali, vel in factum exceptionem reus se tueri poterit, D. eod. l. pen. & turpitudine probata absoluetur, l. 1. Verumtamen ex hac causa solutum non repetitur, ob supradictam rationem: quia in pari causa melior est conditio possidentis, d. l. 5. & d. l. penultim.

Tit. VIII. De condictione furtiua.

I. 2. 3.	*II.* 2. 9.

1 Condictio furtiua est actio personalis, ex furti delicto, rei persecutoria, Instit. de oblig. quæ ex delict. §. vlt. odio furum introducta, quò pluribus actionibus teneantur: cùm secundum regulam iuris domino detur tantùm vindicatio, non condictio, D. vsufruct. quemad. cau. l. vlt. in fin. & Inst. de
2 act. §. sic itaque. ¶ Hoc titulo de condictione furtiua duo declarantur. I. Si plures rem simul surripuerint, singulos in solidum teneri: ita vt actori detur electio conueniendi, quem velit: nec vnius conuentione, sed solutione cæteros liberari, l. 1. quatenus bona fides non patitur, idem sæpius exigi, D. de diuer. reg. iur. l. bona fides. 57. Alia ratio est actionis furti in duplum, vel quadruplum: quæ cùm sit pœnalis, ea tenentur omnes in solidum, d. l. 1. nec vnus soluens, alios liberat: quia pro suo delicto soluit, & omnes ex suo delicto tenentur. II. Furem hac actione teneri etiam post interitum rei furtiuæ, l. 2. Ratio est, quia fur semper est in mora, D. eod. l. vlt. Interitu autem speciei debitor non liberatur, nisi ante moram perierit, D. de verb. oblig. l. si ex legati. 23. Excipitur, nisi ante rei interitum fur eam domino obtulerit, vel obligatio nouata fuerit: quoniam his modis mora purgatur, d. l. 2. & D. eod. l. in re furtiua. 8. in princ. & l. parui. 17.

Tit. IX. De condictione ex lege, & sine causa, vel iniusta causa.

I. 2.	*III.* 12.
II. 9. 11.	*IV.* 9.

1 Res esse huius tituli partes ipsa rubricæ verba ostendunt.
2 ¶ Prima pars est de condictione ex lege; quæ est actio personalis, competens ex obligatione; quam noua lex introduxit, non cauens, quo actionis genere experiri oporteat, D. de condict. ex le. l. vnic. Noua lex dicitur, quæcunque est xij. tabulis posterior, D. de cap. minu. l. 7. in princ. Quæ verò actio similiter, (id est, non indicato obligationis genere) à prætore introducitur, non vocatur condictio ex lege; sed actio in factū, D. de præscript. verb. l. quia. II. Exemplum speciei, ex qua datur condictio ex lege, est in l. 1. quam paucis explicabo. Vlpius primipilus, id est, primi ordinis centurio, qui annonæ exercitui præbendæ curam gesserat (hæc enim cura primipilis mandari solebat: vnde etiam appellatione primipili significatur, infr. de cohort. princip. l. 3. l. 7. & l. seq.) ex ea causa fisco reliqua debebat. Eidem Vlpio Titius pecuniam cum vsuris in diem certam debebat: ante diem obligationis Titianæ, cùm Vlpius à fisco vrgeretur, vt sibi satisfaceret; quæsitum est, an Vlpius à Titio possit ante diem obligationis petere, quod sibi debetur, vt inde soluat fisco, quod ei debet ex causa primipilari? Prima facie non videtur posse: quia cùm obligatio Titij sit in diem, & nondum dies venerit, regula iuris exactionem impedit, D. de verbor. signif. l. cedere diem, 213. in princ. Hæc ratio regulariter obtinet, ac valet in condictione certi, quæ secundum iuris regulas ex proposito contractu oritur: sed fauore causæ primipilaris, vt fisco ex hac causa satisfieri possit, non obstante dicta ratione, Imperatores respondent, Titium, si modò soluere possit, cogi Vlpio ante diem soluere. Tantus enim est huius causæ fauor, vt etiam mulieri dotem repetenti fiscus in hac causa præferatur, infr. de primipil. l. 3. & filius ob administrationem paternam teneatur, etiamsi patri heres non extiterit, infr. eod. l. vlt. Aliarum causarum fiscalium non est tantus fauor: vnde ne fiscus quidem ante diem exigere potest, infr. de jur. fisc. l. 6. ¶ Nota igitur primò, vt debitor cogatur 3
ante diem soluere, tria requiri. I. Vt hoc fiat in gratiam fisci in causa primipilari. II. Vt primipilaris debitor non possit aliter fisco satisfacere, quàm si id, quod sibi in diem debetur, exigat. III. Vt debitor, à quo ante diem exigitur, soluere hoc tempore possit.
¶ Nota secundò, hac ratione non lædi debitorem, licèt 4
ante diem soluat; quia in casu proposito fœnebrem pecuniam debebat, & solutione sortis sine dubio sistitur cursus vsurarum. Quòd si mutuum gratuitum accepisset, cum Accursio dicendum, ita ei consuli, vt ante diem soluat deducto commodo medij temporis, id est, tanta quantitate deducta, quanta ex illius temporis vsuris colligeretur, arg. l. si constante. 24. §. quoties. D. solu. matrim. ¶ Nota tertiò, in casu proposito non 5
agere fiscum contra Titium, vt vulgò interpretantur; sed actionem dari Vlpio: quoniam Imperatores ad Vlpium rescribentes inquiunt præsidem prouinciæ moniturum Titium, vt debitum repræsentet. Quòd si fiscus ageret, hoc munus non iniungeretur præsidi, sed procuratori Cæsaris, qui præest causis fiscalibus. Quod autem in lege subiicitur, *vt fisco debita pecunia exsoluatur*, finem indicat, propter quem Titius Vlpio soluere cogitur; nimirum vt eâ pecuniâ Vlpius fisco satisfaciat. Fateor quidem inter priuilegia fisci hoc esse, vt possit agere contra debitorem sui debitoris non negantem se debere, infr. quand. fisc. vel priua. l. 3. & 4. sed nego hoc dici in d. l. 1. ¶ Nota quartò, Vlpium non agere 6
certi condictione, quæ ex mutuo, seu fœneratitio contractu oritur; quia malè ante diem ageret; sed condictione ex lege: alioquin dicta l. 1. ad hunc titulum non pertineret, & nulla sub hoc tit. esset lex de condictione ex lege. ¶ Secunda tituli pars est de condictio- 7
ne sine causa, de qua dissoluuntur quatuor quæstiones. ¶ Primò quæritur, an hæc actio competat? Di- 8
cendum est, vt hæc actio detur, duo requiri. I. Vt aliquid

aliquid datum, vel promissum sit, D. de condict. sine
causa, l. 1. II. Vt causa nulla sit; vel quia ab ipso initio
nulla fuit, vel quia secuta non est, vel quia finita est,
d. l. 1. §. siue, & l. 4. Quin etiam rectè agitur, si causa in-
iusta sit, d. l. 1. §. vlt. quia quæ causa iniusta est, nulla est.
9 ¶ Secundò quæritur, cui hæc actio detur? Responde-
tur, dari ei, qui soluit, l. 2. & D. de condict. sine caus. l. 2.
& l. vlt. vel promisit, l. vlt. & D. de condict. sine caus. l. 1.
in princ. & l. 3. necnon eorum heredibus, arg. l. 1. & l. 2.
supr. de condict. indeb. & l. 2. supr. de condict. ob turp.
10 caus. ¶ Tertiò quæritur, contra quem detur? Respon-
detur, dari contra eum, qui aliquid accepit, D. de con-
dict. sine caus. l. 2. vel cui promissum fuit, D. eod. l. 3. &
contra eorum heredes, arg. l. dictam. 8. supr. de condict.
11 ob caus. ¶ Quartò quæritur, quid per hanc actionem
repetatur? Respondetur, repeti I. Quod datum fuit, si
dationis causa nulla sit, D. de condict. sine caus. l. 2. & l.
vlt. II. Obligationem, seu liberationem, si promissum
sit, & nulla sit causa promissionis, D. eod. l. 1. in princ.
III. Cautionem, id est, instrumentum obligationis:
siue ab initio nulla fuit causa, veluti quia cautum fuit
mutuæ pecuniæ nomine, quæ à creditore numerata
non fuit, l. vlt. siue causa finita sit; quia debitor soluit,
12 quod debebat, l. 2. ¶ Tertia tituli pars est de condictio-
ne ex iniusta causa. Hìc causa accipitur in significatio-
ne propria, id est, pro causa præterita, veluti cùm stipu-
latio per vim facta est, D. de condict. ob turp. caus. l. 7.
Hac actione repetitur, non solùm quod solutum fuit,
d. l. 7. Sed etiam fructus, licèt consumpti: qui verò ex-
tant, vindicantur, l. 3.

Tit. X. De obligationibus, & actionibus.

I. 11. *iij.*	*VIII.* 12.
II. 11. j.	*IX.* 14. 15. *ij.*
III. 13. *iv.*	*X.* 9. 13. *v.*
IV. 5.	*XI.* 13. *iv.*
V. 13. *j.*	*XII.* 15. *iij.*
VI. 8.	*XIII.* 15. *ij.*
VII. 13. *v.*	*XIV.* 13. *v.*

1 MVtui, & promutui effectus specialis est con-
dictio, de qua hactenus dictum est: effectus
autem generales sunt obligatio, & actio; de
2 quibus nunc dicendum. ¶ Obligatio est iu-
ris vinculum, quo ad aliquid dandum, vel faciendum
tenemur. Diuiditur autem in naturalem (id est, iuris
gentium,) & ciuilem. Naturalis obligatio est, quæ solo
naturali, id est, æquitatis vinculo continetur, nec iure
ciuili confirmatur, D. de solut. l. Stichum. 95. §. natura-
lis. Ciuilis est, quæ iure ciuili actionem parit, & à Iu-
stiniano definitur, Iuris vinculum, quo necessitate ad-
stringimur alicuius rei soluendæ secundum nostræ ci-
3 uitatis iura, Inst. de oblig. in princ. ¶ Actio est ius per-
sequendi in iudicio, quod sibi debetur, D. h. t. l. nihil.
4 51. & Instit. de action. in princ. ¶ Hoc titulo dissoluun-
5 tur quatuor quæstiones. ¶ Primò quæritur, an bonæ
fidei ratio habeatur in omnibus contractibus, siue in
omnibus obligationibus, quæ ex contractibus oriun-
tur? Respondetur, in omnibus bonæ fidei rationem ha-
beri, l. 4. Hæc regula videtur repugnare vulgatæ diui-
sioni contractuum, & obligationum bonæ fidei, &
stricti iuris: nam si in omnibus bona fides spectatur,
omnes bonæ fidei esse videntur. Pro solutione dico,
verbum *bona fides* esse homonymum: quod intelligitur
ex regula dialectica ab Aristotele tradita 1. Topic. c. 15.
partic. 3. quoniam habet duo contraria inter se diuer-
sa: & modò opponitur stricto iuri, Instit. de act. §. actio-
num: modò malæ fidei, id est, dolo malo, D. de dol. l. nõ
debet. 11. §. 1. & l. seq. & manda. l. idémque. 10. in princ.
Cùm igitur dicimus, alios esse contractus bonæ fidei,
alios stricti iuris, perspicue bonam fidem opponimus
stricto iuri. In proposita verò regula, qua dictum est,
in omnibus contractibus bonam fidem spectari, bona
fides opponitur malæ fidei, id est, dolo malo. Perinde
igitur hæc regula valet, ac si diceremus, omnes contra-
hentes dolum malum præstare, licet non omnes cul-
pam præstent. ¶ Ac vt distinctiùs, & perfectiùs vis hu- 6
ius regulæ intelligatur, notandum est, multis modis
accidere, vt bona fides in contractibus spectetur; quia
multis modis reperitur dolus in cõtractibus: aut enim
dolus est in persona, quæ aliquid mala fide facit: aut est
in re ipsa; videlicèt cùm aliquis fraudatur sine dolo
malo aduersarij. Rursus vel dolus spectatur in contra-
ctu bonæ fidei, vel stricti iuris. Denique vel dat causam
contractui, quia deceptus cõtraxit, cùm alias non esset
contracturus: vel incidit in contractũ. Hinc statuendæ
sunt quatuor speciales regulæ sub illa generali contẽ-
tæ. I. Siue dolus contractui stricti iuris causã dederit,
siue in cũ inciderit, siue in re ipsa sit; cõtractus ipso iu-
re valet, & actionem parit, sed inefficacẽ: quia per exce-
ptionẽ eliditur, inf. de inutil. stipul. l. pen. & D. de verb.
oblig. l. si quis cùm aliter. 36. II. Bonæ fidei cõtractus,
cui dolus causam dedit, ipso iure non valet, D. de dolo.
l. 7. in princ. III. Dolus incidens in contractum bonæ
fidei purgatur, & vindicatur per actionem ex eo con-
tractu: quoniam exceptiones insunt in iudiciis bonæ
fidei, infr. de rescind. vend. l. 5. & D. de dolo. l. si quis
affirmauit. 9. in princ. & de actionib. empt. l. Iulia-
nus. 13. & de legat. infr. l. huiusmodi. 84. §. qui ser-
num. Non obstat l. 1. supr. de dolo. vbi dolus inci-
dens in contractum mandati, qui bonæ fidei est, pur-
gatur actione de dolo: quia verbum *de dolo* non si-
gnificat prætoriam actionem de dolo subsidiariam:
sed indicat id, de quo agitur: quasi Imperatores dice-
rent, actione mandati agi de dolo fideiussoris, qui
contra fidem mandati fecit. Vide Cent. 2. quæst. 54.
IV. Cùm dolus non est in persona, sed in re, contra-
ctus bonæ fidei valet, nec rescinditur, D. de minorib.
l. in causis. 16. §. penult. & locati. l. item si pretio. 22.
§. vltim. Excipitur venditio, quæ, si venditor læsus
sit vltra dimidium iusti pretij, rescinditur ex l. 2. infr.
de rescind. vendit. Hanc autem legem malè Docto-
res vulgò producunt ad omnes alios contractus, cùm
tantum produci debeat ad contractus similes; vt ad
permutationem: & ne quidem in emptore læso obti-
neat, vt docui in tractatu de emptione, & venditione,
cap. 14. num. 413. & 414. ¶ Secundò quæritur, cui 7
detur actio? Hìc dantur tres regulæ. ¶ Prima regula 8
est, Cessa actione personali, tacitè intelliguntur cedi
pignora cum sua causa, id est, saluo iure anteriorum
creditorum, l. 6. ¶ Secunda regula est, Si pigneratí- 9
tius creditor pignora sit persecutus: quod inde con-
secutus est, obligationem minuit, & in residuum
personalis actio durat, l. aduersus. 10. ¶ Tertia re- 10
gula est, Emptor nominis, cui nondum actio di-
rectè à venditore cessa est, ex rescripto Diui Pij habet
vtilem actionem contra debitorem, cuius nomen
emit, infr. de hered. vel act. vend. l. 5. 7. 8. & D. de
pact. l. si cum emptore. 16. ¶ Hæc regula producitur 11
I. Ad eum, cui nomen in dotem datum est, l. 2.
II. Ad eum, qui pro debitore soluit, D. de fideiuss. l.
cùm is. 36. & de solutio. l. Modestinus. 76. in fin.
III. Ad cessionem finitam, vt quia is, qui actionem ces-
sit, sine herede mortuus est, l. 1. ¶ Ab hoc iure exclu- 12
ditur is, cui necesse non est actionem cedere, vt dona-
tarius, & creditor, qui mutuam pecuniam dedit,
l. si quidem. 8. in qua lege deciduntur hi duo ca-
sus. Priori casu, qui in principio legis deciditur, Ti-

tius Mæuio donationis causa pecuniam accipere permisit; ac Mæuius renumerandi gratia procuratori suo mandauit,vt aliam pecuniam Titio daret, eamque Titium accipere iussit: deinde post acceptam à Mæuio pecuniam, priùs decessit, quàm Titius à procuratore aliam pecuniam sumeret: hoc casu Titius nec donatã pecuniam ab heredib.Mæuij repetere potest, cùm donatio perfecta sit,sup.de condict.ob caus.l.7.nec aliam pecuniam petere à Mæuij procuratore, quocum ipse non contraxit.Posteriori casu,qui deciditur in §.1. d.l. si quidem.debitor suo creditori debitorem suum delegauit, & priùs decessit, quàm creditor à delegato nouandi causa sit stipulatus,supple, vel litem contra eum sit contestatus, vel ab eo exegerit. Hoc casu creditor contra delegatum nullam habet actionem: quia nouatio per simplicem delegationem, nisi stipulatio à delegato, vel contra eum litis contestatio, vel exactio secuta sit,non perficitur, infr. de nouat. l. 1. & D.cod. l. delegare. 11. §. 1. Pristina igitur obligatione manente, rectè creditor heredes debitoris sui conue-
13 niet,d.l.si quidem.§. t. ¶ Tertiò quæritur,cótra quem detur actio: Hic deciduntur quinque casus. I. Qui cótraxit,non potest eo inuito, cum quo contraxit, obligationi renunciare,& ab ea discedere,l.5.Nota, legem non prohibere discessionem à contractu (sæpe enim ab eo disceditur altera parte inuita, vt accidit in mandato,D.manda.l.si mandauero. 22. §. vlt. l. si quis alicui.27.§.qui mandatum.& Instit. eod. §.rectè in societate.D.pro socio,l.verum.63.§.vlt.l.actione.65.§.renũciare.& Instit.de societ.§.manet.in deposito,inf.de rer, permut.l.4.in fin.& D.cod.l.1.§.vlt.depos.l. 1. §. si deposuero.& §.seq.& in contractibus innominatis, D.de condict.caus.dat.l.3.§.si tibi,l.5.in princ. & §. 1. & a. & & manda.l.si quis alicui.27.§.1.& de præscrip.verb.l.5. §.1.& 2.) sed discessionem ab obligatione. Quatenus enim aliquis est obligatus, per pœnitentiam non liberatur: sed eatenus potest à contractu recedere, quatenus obligatus non est. Ergo contractus ab initio sunt voluntarij; quia nemo cogitur contrahere, infr.de iure deliber.l.nec emere. 16. sed posteà sunt eatenus necessarij, quatenus obligatione aliquem adstringunt. II. Si is,qui pecuniam mutuam accepit, eam mercatoribus soluit, à quibus merces emit: certi condictio creditori datur aduersus eum, qui pecuniam credidit, non aduersus mercatores, ad quos ea pecunia peruenit,l.eum cui. 13. III. Si debitor, qui mutuum accepit,suo creditori debitorem suum delegauit, & priùs decessit, quàm stipulatione,vel litis contestatione creditor obligationem nouauerit, & in delegatum transtulerit,vel à delegato exegerit;non delegatus, sed delegantis heredes à creditore sunt conueniendi,vt paulò ante exposui. IV. Si locator debitum contraxit:colonus, qui pensionem soluit, inquietari à locatoris creditoribus non debet, l. 3. & è contrario, si colonus debitum contraxit,licèt actores locatoris interfuerint; tamen locator ex ea causa conueniri nequit, l. nimis. II. Quid si colonus pensionem locatori debeat? poteritne à locatoris creditoribus inquietari? Certis tantùm casibus potest. Vnus est,si locator nomen conductoris pigneraũit suo creditori,infr.quæ res pignori. l. 4.& D.de pigner.act.l.si conuenerit.18. Alter est, si locatore condemnato,alia pignora, vt rei iudicatæ satisfiat, non sufficiant, infr.quando fiscus vel priua.l.2.& de execut.rei iudica.l.5.& D.de re iudica.l.à Diuo Pio. 15. §. in venditione. Tertius est, si locator actionem contra colonum creditori suo cessit.Quartus est,si nouatione, aut constituto colonus creditori locatoris sit obligatus,infr.de nouat.l. pen. V. Si debitor distractis rebus,quas suo creditori obligauerat,mortuus sit, creditor hoc iure habet electionem, vtrùm malit actione personali heredes debitoris,an hypothecaria possessores pignorum conuenire, l. vlt. quemadmodum viuo debitore electionem habebat,vtrùm ipsum debitorem actione personali, an pignorum possessores hypothecaria conueniret, l. aduersus. 10. Sed nouissimo iure, hac electione creditori adempta, priùs contra debitorem,vel eius heredes, & contra fideiussores,si fideiussores accepit,agere debet:deinde si neque reus,vel heredes eius,nec fideiussores sint soluendo, ab extraneis possessoribus per actionem hypothecariam pignora poterit auocare, Nou. 4. cap. 3.Porrò eum,qui hypothecaria conuenitur,si sit extraneus bonæ fidei possessor,longi temporis præscriptio tuetur,l.7.& d.l. vlt.& infr.si aduers.creditorem præscript.oppon. l. 1.& 2. & de euict.l. si obligata. 19. Extraneo autem malæ fidei possessori datur præscriptio triginta annorum, infr.de præscript.trigint.vel quadrag.annor.l.3.& l.7.in princ. Sed debitor, eiúsque heres præscribunt annis quadraginta, d. l.7.§. 1. Posteriori autem creditori,si à priori creditore conueniatur debitore adhuc viuente, vel si post mortem eius conuentus vti velit etiam eo tempore, quo viuus debitor pignus possedit, quadraginta annis,aliàs triginta annis præscribit, d. l.7. §. sed cùm illud. ¶ Quartò quæritur, quis sit obligationis, & 14
actionis effectus? Debitor potest iudicio conueniri, & probato debito, nisi aliqua exceptione se defendat, condemnabitur,& ad solutionem vrgebitur, l.negantes. 9. per executionem rei iudicatæ,de qua infr.lib. 7. tit.53.& D.de re iudica.l.à Diuo Pio.15. ¶ Non potest 15
autem I. Per vim exigi: immo creditor, qui vim fecerit, lege Iulia de vi tenetur, & ius crediti amittit, D. quod metus causa,l. extat. 13.& ad leg.Iul.de vi priua. l.penult.& Instit.de vi bonor.raptor. §. 1. II. Per vim terreri,vt fateatur debitum,quod negat, d.l.negantes. III. Cogi, vt pro debito seruilia ministeria creditori præbeat, l. ob æs. 12. quam legem vulgò malè accipiunt,quasi vetet liberum hominem seruire creditori, cùm tantùm prohibeat eum compelli ad seruiendum. Quod autem ibi dicitur de debitore, idem statuitur de filiis debitoris, Nou. 134. cap. 7. vbi irrogatur triplex pœna creditori,qui Filios debitoris in pignus, aut seruile ministerium, aut conductionem retinet: nam & ius crediti amittit:& insuper tantum,quantum sibi debebatur, ei quem tetinuit, vel patri eius persoluit: & tanquàm incidens in legem Iuliam de vi, pœnis corporalibus afficitur.

Tit. XI. Vt actiones ab heredibus, & contra heredes incipiant.

SVperioris tituli vltima quæstio fuit, contra quem detur actio? Huc spectat regula 1
iuris antiqui, Ex contractu defuncti actio nec ab herede, nec contra heredem incipere potest,licèt contractus ita conceptus fuerit, vt in tempus mortem contrahentis secuturum obligatio collata sit: veluti, *Post mortem meam dabis?* *Post mortem tuam dabis?* Hæc regula ratione iuris nititur: quia heres succedit in vniuersum ius defuncti, D. de verb.signific.l.nihil.24.& de diuers. reg.iur. l. hereditas.62.adeo vt heres vna,& eadem persona cum defuncto esse quodammodò videatur, C. Th. de diuers. resc.l.non dubium.8.Gaius lib.2.Instit.tit.9.§. prætereà inutilis est stipulatio,quare si defunctus agere,vel conueniri non potuit,etiam heres agere, vel conueniri nõ poterit;alioquin non esset eiusdem iuris, cuius fuit defunctus.Iustinianus tamen l.vnic.h.t.hanc regulam sustulit ex bono & æquo, quò magis contractus valeant. Appellatione contractus intellige etiam quasi contractus:quia lex loquitur nominatim tam de stipulatione, quàm

quam constat esse contractum, quàm de legato, quod
debetur ex quasi contractu, Instit. de oblig. quæ quas.
ex contract. §. heres. vide l. scrupulosam. 21. infr. de con-
trahen. & commit. stipul. & §. post mortem. Instit. de le-
gat. Cætera vide in nostro Comment. ad d. l. vn.

Tit. XII. Ne vxor pro marito, vel maritus pro vxore, vel mater pro filio conueniatur.

I. 2.	*III.* 1. 2 3. 4.
II. a.	*IV.* 4.

1 AD eandem quæstionem, contra quem detur
actio, decidendam pertinet hæc regula, Ne-
mo pro alio conueniri potest, l. 3. vers. vlt.
Cuius regulæ tria exépla in hoc titulo pro-
2 ponütur; proinde tres sunt huius rubricæ partes. ¶ Pri-
mum exemplum est, quòd vxor non potest conueniri
pro marito, nec ex contractu mariti, l. 1. nec ex eius de-
licto, l. 2. nec ex suo ipsius contractu, quo pro marito
intercessit; quia S.C. Velleiani exceptionē iuuatur, d. l.
1. nec pro munere, vel honore à marito gesto, l. 3. Si ta-
men maritus primipilatum gesserit, quod est officium
annonæ militibus subministrandæ, etiam res dotales
huic obligationi sunt obnoxiæ, infr. in quib. caus. pign.
tacit. contrah. l. 4. non tamen res præterdotales, quas
paraphernales græco vocabulo solemus appellare, infr.
de priuil. fisc. l. 1. Idcirco d. l. 3. quæ de his reb. generaliter
loquitur, generaliter debet accipi: nullo munere, vel
honore, quem maritus gesserit excepto. Differentiæ ra-
tio est: quia res dotales sunt in dominio mariti, supr. de
rei vindic. l. dote. 9. ciuili scilicèt, cùm naturale domi-
nium ad mulierem spectet, infr. de iur. dot. l. pen. rerum
autem præterdotalium maritus non dominiū, sed tan-
tùm administrationem habet, D. ad leg. Falcid. l. penult.
in princip. Immo ne administrationem quidem habet,
nisi muliere cōsentiente, inf. de pact. conuent. l. hac le-
3 ge. 8. ¶ Secūdum exemplum est, quòd maritus non po-
test pro vxore conueniri, nisi pro ea intercesserit, d. l. 3.
quia non vt mulier pro marito, ita maritus pro vxore
4 intercedere prohibetur. ¶ Tertium exéplum, quod ma-
ter non potest conueniri pro filio, l. vlt. vel pro filia, d. l.
3. licet aliquid pro eo soluerit, d. l. vlt.

Tit. XIII. Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel seruus pro domino conueniatur.

I. 3.	*IV.* 1.
II. 2.	*V.* 4 5.
III. 3.	

1 EIus regulæ, quòd Nemo pro alio conueniri
potest, tria exempla superiori titulo expo-
sita sunt: alia quatuor hoc titulo subiiciun-
tur: vnde quatuor sunt huius tituli partes.
2 ¶ Primum exemplum est, quòd filius non tenetur pro
patre, nec ex muneribus patri impositis, l. 2. l. 4. excepta
primipili causa, id est, officio annonæ exercitui tribuē-
dæ, infr. de primipi. l. vlt. nec ex contractu, d. l. 4. nec ex
delicto, D. l. pen. l. crimen. 26. Item nec emancipatus,
d. l. 2. nec integri iuris cōstitutus: quia generaliter con-
stitutum est, ne filius teneatur pro patre, d. l. 4. & inf. de
primip. d. l. vlt. Item nec pro patre superstite, d. l. 4. nec
3 pro defuncto, nisi ei heres existat, d. l. vlt. ¶ Secundum
exemplum est, quòd pater non tenetur pro filio eman-
cipato, neque ex eius contractu, l. 1. neque ex munere
ab eo gesto, l. 3. neque ex eius delicto, d. l. crimen. Quid
si filius sit in potestate retentus? Constat patrem ex de-
licto filij non teneri, licet olim teneretur actione noxa-
li, Instit. de noxal. actionib. §. vlt. ex eius cōtractu teneri
actione de peculio; proinde cōdemnari peculio tenus,
Instit. de actionib. §. actiones. & §. sunt præterea. & quod
Anal. Cod.

cum eo. §. præterea. nisi filius vel in rem patris vertit,
quo casu pater tenetur de in rem verso, d. §. præterea. &
inf. quod cum eo. l. pen. & D. de in rem vers. l. 1. vel ius-
su patris contraxit, vel cōtra S. C. Macedonianum mu-
tuum accepit, l. 1. (vbi ex Codicibus manuscriptis legē-
dū, *neque contra senatusconsultum*, deleta particula *si*, quæ
in editis libris male subiicitur coniunctioni *neq*;) quo-
niam illo casu pater tenetur in solidum, D. quod iussu,
l. 1. in princ. & suo etiam nomine cōueniri potest, quasi
ipse contraxerit, Inst. quòd cum eo. §. vlt. Quod si filius-
familiàs munus gesserit: si quidem pater expresse, vel
tacitè cōsensit; vt quia filij ad decurionatū nominatio-
ni sciens non contradixit, in solidum pro filio ob suum
cōsensū tenetur: sin minùs, nō tenetur, nisi de peculio,
& de in rē verso, infr. quod cum eo. l. 1. & de filiisfami-
liàs, & quemad. pro his pat. tene. l. 1. & D. fam. ercisc. l. si
filia. 20. §. idem scribit. & de peculio, l. 3. §. vlt. & ad mu-
nicip. l. 1. in pr. ¶ Tertium exéplum est, quòd libertus 4
non tenetur pro patrono, l. vlt. quæ cùm nominatim
loquatur de cōtractibus patroni, sine dubio producēda
est ad alias causas, vt ad munera gesta, & ad delicta.
¶ Vltimum exéplum est, quòd seruus non potest cōue- 5
niri pro domino, d. l. vlt. non solum quamdiu est seruus
(quod omni dubitatione caret, cùm nulla ex causa con-
ueniri possit, quippe qui non habet legitimā personam
standi in iudicio, sup. de iudic. l. seruus. 6. & cum eo nul-
la sit actio, D. de diuers. reg. iur. l. cum seruo. 107.) sed
etiam post manumissionem; ad quem casum, vt aliquid
dubitationis contineat, puto Imperatores respexisse. Si
obiicias, per manumissionē fieri libertum; proinde hoc
exemplum non differre à superiori. Respondebo, diffe-
rentiam sumendam esse, non ex tempore quo agitur:
sed ex tempore contractus: quo tempore hic erat in
superiori exemplo libertus, in posteriori seruus.

Tit. XIV. An seruus pro suo facto post manumissionē teneatur.

I. 3. *ij.*	*IV.* 3. *v.*
II. 3. *ij.*	*V.* 3. *j.*
III. 3. *j. iv. v.*	*VI.* 3. *ij. v.*

NOn solùm pro alio cōueniri aliquis nō po-
test; sed interdū etiam pro semetipso: vt ma-
numissus ex eo, quod fecit ante libertatem.
Hic igitur titulus dictæ regulæ productio-
nem continet. ¶ Vt hæc doctrina plenior sit, notentur 2
tres distinctiones. Cùm enim quæritur, an manumissus
rectè conueniatur? I. Vel quæritur de eo, quod fecit in
seruitute; vel de eo, quod fecit post libertatem. II. Vel
conuenitur ex contractu, vel ex delicto. III. Vel conue-
nitur à manumissore, vel ab extraneo. ¶ His distinctio- 3
nibus coniunctis, dantur quinque regulæ. I. Ex contra-
ctu ante libertatem facto manumissus nō tenetur ma-
numissori, l. pen. nisi ob libertatē ei promiserit, l. 3. II. Ex
contractu tempore seruitutis facto manumissus nō te-
netur extraneo, cum quo cōtraxit, l. 2. etiamsi, dum con-
traheret, esset statuliber, l. 1. III. Ex delicto in seruitu-
te commisso non potest cōueniri à manumissore, l. vlt.
IV. Ex delicto in seruitute admisso potest conueniri ab
extraneo, in quem deliquit, l. 4. quoniam actio, quæ erat
in dominū noxalis, fit directa in manumissum, Inst. de
noxa. action. §. omnis. V. Ex quocumq; facto (id est, tam
ex contractu, quàm ex delicto) si post libertatē factum
sit, libertus tā a patrono, quàm ab extraneo conueniri
potest, l. vlt. quæ loquitur de delicto in dominū admis-
so: sed cùm hoc casu detur actio, multò magis dāda est
ex delicto in extraneū admisso, & ex quouis contractu.

Tit. XV. Quando fiscus, vel priuatus debitoris sui debitores exigere possit.

I. 6.	*III.* 3. *ij.*	*V.* 8.
II. 7. *j.*	*IV.* 3. *j.*	

1 CVm dictam regulam, quòd nemo pro alio
conueniri potest, superiori titulo produxe-
rimus, eandem sequentibus titulis limita-
bimus. Hoc titulo ostenditur interdum
contingere, vt creditor debitorem sui debitoris con-
uenire possit; proinde vt aliquis pro suo creditore con-
2 ueniatur ab eius creditore. ¶ Sunt autem huius tituli
3 duæ partes. ¶ In priori parte, quæ est de fisco, osten-
ditur eum ita demum ex speciali priuilegio posse con-
uenire debitorem sui debitoris, si duæ conditiones ad-
sint. I. Liquidò constet debitorem fisci non esse sol-
uendo, l. 4. II. Is, qui conuenitur, se eius, qui fisco de-
4 bet, esse debitorem fateatur, l. 5. ¶ In posteriori parte
5 de priuato creditore considerantur duo casus. ¶ Pri-
mus casus est, cùm debitor creditori suo fuit condam-
natus: quo casu de executione rei iudicatæ duo quæ-
6 runtur. ¶ Primò quæritur, an pupillo condemnato,
executio contra tutorem fieri possit captis auctoritate
iudicis, & distractis rebus tutoris, vt inde creditori sa-
tisfiat, cùm nihil ex bonis pupilli sit penes tutorem?
Respondetur, hoc fieri non oportere, l. 1. ne tutori of-
ficium suum noceat: quia nemini debet officium suum
7 esse damnosum, D. testam. quemad. aper. l. 7. ¶ Se-
cundò quæritur, an debitore condemnato possit exe-
cutio fieri contra eius debitorem? Respondetur, vt no-
men debitoris condemnati pignori capi possit, duo re-
quiri. I. Vt aliæ res debitoris non extent, quæ pignori
capi sine quæstione possint, sicut Antoninus constituit
l. 2. quæ citatur ab Vlpiano, D. de re iudica. l. à Diuo Pio.
15. §. sic quoque. II. Vt sit nomen confessum, non con-
8 trouersum, d. l. à Diuo Pio. §. sed vtrùm. ¶ Secundus ca-
sus est, cùm debitor volẽti creditori suo nomen sui de-
bitoris dedit in solutum. Dixi *volẽti*: quia nemo inuitus
cogitur actionem, seu nomen debitoris accipere à suo
debitore in solutum, infr. de solution. l. cum a quo. 16.
Hoc casu creditor contra debitorem sui debitoris age-
re potest, non actione directa, nisi sibi à suo debitore
cessa sit, id est, nisi ab eo sit factus procurator in rẽ suã;
sed actione vtili, l. vlt. & D. de pignor. l. cùm cõuenit. 20.

Tit. XVI. De actionibus hereditariis.

I. 45.	*V.* 7.
II. 11.	*VI.* 46.
III. 9.	*VII.* 9.
IV. 10.	

1 HEreditaria actio est, quæ heredi, vel in
heredem iure successionis competit: illa à
Doctoribus vocatur actiua; hæc, passiua: ac
de vtraque hoc titulo agitur; sed præcipuè
2 de passiua. ¶ Vt hic titulus methodice explicetur, sepa-
ratim agẽdum est de defũcti creditore, qui debitori suo
3 ex asse, vel ex parte, vel nullo modo successit. ¶ De cre-
ditore, qui debitoris est heres pro parte, tria quærũtur.
4 ¶ Primò quæritur, an personali actione contra cohere-
des suos agere possit? Respõdetur, eum posse agere pro
partibus eorum hereditariis: nam pro ipsius parte obli-
gatio per successionem sublata est, l. 1. & l. pen. & sup. de
negot. gest. l. 7. & infr. de contr. iud. tut. l. vlt. & ad leg.
Falcid. l. licet. 14. & de bon. auct. iud. possid. l. 7. & de cur-
5 ction. l. 2. & D. de liberat. lega. l. si id quod. 21. §. 1. ¶ Se-
cundò quæritur, an possit agere hypothecaria: Respon-
detur, eam posse moueri contra possessorem, d. l. 1. quo-
niam est actio in rem, infr. de pignorib. l. pignoris. 18. &
D. eod. l. pignoris. 17. quicumq; igitur possideat, siue sit
6 coheres, siue extraneus, in solidum conuenitur. ¶ Ter-
tiò quæritur, si creditor, qui debitori pro parte successit,
minor sit vigintiquinq; annis, an restitutionẽ aduersus
testamẽtum petere debeat, quasi periculum sibi immi-
neat propter coheredes, qui fortasse non sunt soluẽdo?
Respondetur, ad hoc periculum vitandum non esse pe-
tendam restitutionem in integrum; sed bonorum sepa-
rationem, d. l. pen. per quam fit, vt separatim satisfiat
creditoribus defuncti ex bonis hereditariis, & credito-
ribus heredis ex bonis ipsius heredis, vt late explicatur
sub tit. D. de separationib. ¶ De creditore, qui debitori 7
ex asse successit, aut se successisse prætẽdit, quæritur, an
possit ante hereditatem debitum a possessoribus pete-
re, vt eo soluto deinde quæratur, an hereditas ad eum
pertineat, nécne? Respõdetur, non posse, l. 5. quia parti-
culari actione non est faciendũ præiudicium petitioni
hereditatis, D. de hered. petit. l. 5. §. vlt. Fieret autẽ præ-
iudicium, si iudicaretur de particulari debito, propterea
quod idem non potest simul esse heres & creditor, cùm
obligatio successione extinguatur: sicut enim pro parte
extinguitur, cùm creditor est heres pro parte, vt paulò
antè notaui: ita in totum tollitur, cùm creditor est he-
res ex asse, supr. de pact. l. 7. & D. ad Trebell. l. debitor.
59. in princ. ¶ Denique de creditore, qui debitoris he- 8
res non est, tres quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò quæ- 9
ritur, vtrùm debeat agere cõtra heredes, an cõtra lega-
tarios, vel debitores hereditarios? Respondetur, contra
heredes agendum esse, quos lex duodecim tabularum
huic oneri subiicit, l. 3. & l. vlt. quia hi soli in ius defun-
cti succedunt, D. de verb. signif. l. nihil. 24. & de diu.
reg. iur. l. hereditas. 64. ¶ Secundò quæritur, an possint 10
agere contra heredem pupillum, an actio differenda sit
in tempus pubertatis exemplo edicti Carboniani, D. de
Carbon. edict. l. 3. §. 1. Respondetur, statim agi posse, l. 4.
quoniam effectus obligationis, quæ cœpit a persona
defuncti, non est differendus ob minorem heredis
ætatem, D. quib. ex caus. in poss. ea. l. 3. in princ. nec ex
persona heredis conditio obligationis mutatur, D. de
verb. obligat. l. 2. §. ex his. ¶ Tertiò quæritur, si multi 11
sint heredes, quem debeat creditor conuenire? Respon-
detur, actione personali omnes pro partibus heredita-
riis esse conueniendos, l. 2. quia lex duodecim tabula-
rum ipso iure obligationes tam passiuas, quàm actiuas
inter heredes diuidit, supr. de pact. l. pacto. 26. & fam.
ercisc. l. 6. & D. eod. l. heredes mei. 25. §. idem iuris. &
infr. de iur. delibet. l. si te. 10. & de excep. l. 1. actionem
autẽ hypothecariã in eum solum esse mouendam, qui
pignora tenet, quoniam est actio in rem, vt sup. notaui.

Tit. XVII. Ex delictis defunctorum in quantum heredes conueniantur.

SVperior titulus est de actionibus ex cõtra- 1
ctibus: hic verò est de actionib. ex delictis.
Quæritur ergo, in quantum heres teneatur
ex delicto defuncti? Respondetur per di-
stinctionem: aut enim lis contestata fuit cum defuncto,
aut non fuit contestata. Priori casu iudicium continua-
tur in heredes, D. de iudic. l. tam ex contractibus. 57. &
de oblig. & action. l. sciendum. 58. & de diu. reg. iur.
l. pœnalia. 164. quia litis contestatio actionem perpe-
tuat, & in heredem transmittit, non solùm si sit iudi-
cium rei persecutorium, sed etiam si sit pœnale, dum-
modò nõ de corporali, sed de pecuniaria pœna agatur,
infr. de fideiuss. tut. l. vlt. & D. de oblig. & act. l. omnes.
28. l. constitutionibus. 33. & d. l. sciendũ. 58. & de iniur.
l. iniuriarum. 33. in princ. & de accusat. l. ex iudiciorum.
20. in fin. & de diu. reg. iur. d. l. pœnalia. & Instit. de perp.
& tempor. actio. §. 1. Ergo heredes hoc casu tenentur in
solidum, l. vn. id est, heres ex asse tenetur in totum, he-
redes autem ex partibus tenentur singuli pro partibus
hereditariis. Posteriori casu, heres ex delicto defuncti
tenetur, in quantum ad eum peruenit, ne ex delicto lu-
cretur, d. l. vn. & D. de calumn. l. 5. & de diu. reg. iur. l.
sicuti. 38.

ſicuti.58.Ergo ſi nihil ad eum peruēnit,nō tenetur:quia delictum finitur morte delinquentis, D. de pœn. l. ſi pœna.20.l.crimen.26.&heres in pœnam non ſuccedit, D.de ope.nou.nunc.l.pen.Sed ad primum heredem ſemel perueniſſe ſufficit,vt etiam heredis heres,ad quem nihil peruenit, teneatur, D.quod metus cauſ. l.videamus.17.

Tit. XVIII. De conſtituta pecunia.

I.6.j.10.j.12.15.	*§.j.7.10 ij.*
II.p.5.7.10.j.11.12.14.15.	*§.vlt.6.ij.*
16.j.ij.iij.	*III.13.16.iv.*

I S quoque quodāmodò pro alio conuenitur,
1 qui pro alio ſe ſoluturum conſtituit. ¶ Hic
2 titulus diuiditur in duo capita. ¶ Prius ca-
3 put eſt de conſtituto: quod nihil aliud eſt,
quàm conuentio ſine ſtipulatione,D.h.t.l.1.in princ.&
Inſtit.de actionib.§.de conſtituta.de re debita, vel alia
eius loco,d.l.1.§.an poteſt.intra certum tempus,vel ex-
preſſum,vel tacitum decem dierum ſoluenda, D. eod.
l.promiſſor Stichi.21. §.1. ita vt priſtina obligatio non
nouetur,ſed ei conſtitutoria accedat, D.eod. l. item il-
la.18.§.vlt.& l.vbi.28.& de adm.rer.ad ciui.pertin.l.3.
4 §. in eum. ¶ De conſtituto tria conſiderantur ſub hoc
5 tit. ¶Primò conſideratur id,pro quo conſtituitur:quod
debet eſſe debitum: alioquin conſtitutum non valet,l.2.
verſ.ita tamen.& D.eod.l.1.§. 1. Nec refert, vtrùm ſit
debitum purè,an in diem,vel ſub conditione, d.l. 2. in
princ.& D. eo. l.3.§.vlt.Sed cùm ſub conditione debe-
tur,eadem conditione conſtitutum, licèt purè factum,
ſuſpenditur:nam ſi decem debeantur ſub conditione,ſi
nauis ex Aſia venerit,& ea me ſiue purè, ſiue certa die
ſoluturum conſtituam, tamen ante conditionem exi-
ſtentem conueniri ex conſtituto non potero, D. eod.
l.id quod.19.in princ.quamuis ſi certa die debeatur,&
citeriore die me ſoluturum conſtituam,ob diem priſti-
næ obligationis exactio conſtituti non differtur, D.eo.
6 l.4. ¶ Secundò conſideratur perſona conſtituens, vbi
duo notantur. I. Conſtituere aliquis poteſt,non ſolùm
pro eo quod ipſe debet, ſed etiam pro eo quod ab alio
debetur,l.1. quemadmodum & è contrario non ſolùm
ei cui debetur,ſed etiam cuiuis alij conſtitui poteſt, D.
eod.l.5.§.quod exigimus. II. Si argentarij, vel alij ne-
gotiatores indefenſè (id eſt,omni exceptioni ac defen-
ſioni,qua ſe tueri poſſent, renunciantes) conſtituant,
hoc conſtitutum conſuetudine probatur,denegata ne-
gotiatori omni defenſione,l.2. §. vlt. adeo vt licèt pro
7 indebito cōſtituerit,tamen efficaciter teneatur. ¶Ter-
tiò conſideratur id quod conſtituitur.Hoc vocatur pe-
cunia: ſed pecuniæ verbum latiſſimè debet accipi pro
quacumque re: quia quælibet res in conſtitutum ca-
8 dit,d.l.2.in princ.& §.1. ¶ Poſteriori capite de actione,
quæ ex conſtituto oritur, abſolutè,& relatè tractatur.
9 ¶ In abſoluta expoſitione ſex quæſtiones diſſoluendæ
10 occurrunt. ¶ Primò quæritur,quomodò vocatur? Va-
riis modis appellatur. I. Conſtitutæ pecuniæ,l.1.l.2. in
princ. II. Conſtituta,d.l.2.§.1. III. De conſtituta pe-
cunia,D.eod. l. 5.§. Iulianus. l. promiſſor hominis.23.
l.quidam.26.§.vlt.& Inſt.de actio.§. in perſonam. & §.
ſeq. IV. De conſtituto,D.h.t.d.l.5.§.1.& l.Titius.24.&
de ſolut.l.ſi ita.59.V.Conſtitutoria, D. h.t.l.nec enim.
11 20. ¶ Secundò quæritur,quibus competat?Non ſolùm
datur ei,cui conſtitutum fuit,ſed etiam eius heredibus,
12 l.2.verſ. ſed & heredibus. ¶ Tertiò quæritur, contra
quos detur? Non ſolùm datur contra eum, qui conſti-
tuit,ſed etiam contra eius heredes,l. 1. & l. 2. verſ. ſed
13 & heredib. ¶Quartò quæritur,in quātum detur?Scien-
dum eſt, ſi plures in ſolidum conſtituerint, omnes in
ſolidum teneri:eum tamen,qui in ſolidum conuenitur,
habere beneficium epiſtolæ Diui Hadriani (quæ, cùm
loqueretur tantùm de fideiuſſorib. & mandatoribus, a
Iuſtiniano ob identitatem rationis producta eſt ad
conſtitutæ pecuniæ reos,l.vlt.)adeo, vt actor cogatur
actionem ſuam diuidere,& ſingulos pro partibus con-
uenire,qui modò ſoluendo ſint:nam ſi qui ſint inopes,
hoc cæteros onerat,argum.l.3.& l.fideiuſſor.10.infr.de
fideiuſſor.& l.ſi.contendat.28.D.eo.& §.ſi plures.Inſtit.
eod. ¶ Quintò quæritur,qualis ſit? Reſpondetur, eſſe 14
prætoriam perſonalem, l 2.verſ. neque ſit. & Inſtit. de
action.§.in perſonam. ¶. Sextò quæritur,quamdiu du- 15
ret, ſiue intra quod tempus competat? Reſpondetur,
hanc actionem eſſe perpetuam,ita vt 30.annorum me-
ta terminetur,l.1.& l.2.verſ. neq; ſit. ¶ Hucuſque cōſi- 16
deratio abſoluta:ſequitur relata,qua hæc actio confer-
tur I. Cum omnibus aliis actionibus perſonalibus. Hîc
habetur ſimilitudo, quia omnes ſunt perpetuæ, d. l. 2.
verſ.neque ſit. II. Cum actione receptitia.Olim erant
aliquot differētiæ:ſed Iuſtinianus receptitiā ſuſtulit,&
quod in ea vtilius erat,in conſtitutoriam trāſtulit,velu-
ti, vt in omnibus reb. locum habeat, & vt indiſtinctè
perpetua ſit,d.l.2.in princ. III. Cùm actione ex ſtipu-
latu.Hîc habentur duæ ſimilitudines;quia quæcumque
in ſtipulationem veniunt,etiam in conſtitutum cadūt,
& vtraque actio eſt perpetua,d.l. 2. in princ.& vtrique
obſtat exceptio diuiſionis ex epiſtola Diui Hadriani,
l. vlt. Et duæ differentiæ: quia promittitur etiam non
debitum,conſtituitur tantùm debitum; & illa actio eſt
ciuilis,hæc prætoria ob naturalem æquitatem compe-
tens,d.l.2.in princ. IV. Cum actione mandati: hîc ſi-
militudo proponitur, quia vtrique actioni poteſt obii-
ci exceptio diuiſionis ex epiſtola Diui Hadriani,l.vlt.

Tit. XIX. De probationibus.

I.6.j.iij.	*XIV.4.iij.10.*
II.1.5.j.6.ij.	*XV.6.ix.*
III.6.iij.	*XVI.6.vij.*
IV.8.p.9.j.	*XVII.5.q.6.j.9.iij.*
V.8.ij.	*XVIII.2.4.j.6.iij.*
VI.8.ij.9.ij.	*XIX.14.18.*
VII.8.ij.	*XX.8.ij.iij.*
VIII.6.ij.	*XXI.4.p.6.j.8.p.ij.*
IX.6.vj.	*XXII.6.j.*
X.6.j.4.iij.	*XXIII.6.ij.v.*
XI.6.iv.vij.	*XXIV.8.ij.*
XII.8 p.	*XXV.5.j.8.j.ij.iij.*
XIII.4.ij.	

S Vperioribus titulis expoſiti ſunt varij ca- 1
ſus,quibus alij pro aliis conueniuntur: nūc
ſciendum eſt, interdum contingere, vt ali-
quis pro ſua ipſius obligatione fruſtra con-
ueniatur,videlicet niſi obligationē actor probet: quo-
niam actore non probāte reus abſoluitur,l.2.& ſupr.de
obligat.l.negātes.9.& de eden.l.4. ¶ Probatio eſt actus 2
iudicialis,l.cùm precib.18.& ſupr. de condict. ob turp.
cauſ. l. 3. per quam fides de re controuerſa iudici fit,
ſupr.eod.l.1.& infr.de teſtib.l.ſi quādo.19.& quan.dies
leg.ced.l.1.& D.h.t.l.quingenta.12.cum ſim. vt per in-
ſtrumenta,vel teſtes,ſupr.de dilat.l.1. ¶De probationi- 3
bus hoc tit.diſſoluuntur ſex quæſtiones. ¶Primò quæ- 4
ritur,an probatio admittatur? Hîc explicatur vnus ca-
ſus,quo non admittitur,videlicet ſi probāti non proſit,
l.ad probationem.21.& inf.de reſcind.vend.l.quiſquis.
15.ac tres caſus,quibus admittitur.I. Si in inſtrumento
ſcriptum ſit aliquem donaſſe, is probare poteſt ſe non
donaſſe, atque ita inſtrumenti vim euertere, d. l. cùm
precibus.quoniam inſtrumento creditur,donec cōtra-
tiū probetur,ſupr.de iur.& fac.ignor.l.4. & D.de verb.
oblig.l.ſciendū.30.& Inſt.de inutil.ſtipul.§.ſi ſcriptum.

& de fideiuss.§.vlt.I I.Si quis ad mulierém scribēs, eam
sororem appellauerit, & huius nomine contra eam
quasi pro coherede contra fratrē petita sit actio fami-
liæ erciscundæ, nihilominùs ille ad probandum admit-
titur hanc non esse sororem, sed ancillam, l.non episto-
lis.13. III. Cùm quis affirmauit aliquem esse filium,
aut natali, siue censuali possessione nomē eius quasi filij
professus sit, aut si hic quasi illius filius nomen suum in
censum detulit: nihilominùs quæritur, an sit filius, &
5 probari potest filium non esse, l.non nudis.14. ¶ Secūdò
quæritur, an probatio sit necessaria? Hic dantur duæ re-
gulæ. I. Actore non probāte reus absoluitur, l.2.& l.vlt.
& supr.de oblig.l.negātes.9.& D.de eden.l 4. II.Quòd
fratrib.nulla status quæstio moueatur, sororem ab one-
re probandæ ingenuitatis non liberat: quia fieri potest,
vt mater modò ancilla, modò per manumissionem li-
bera fuerit, atque ita hanc ancillam, illos ingenuos pe-
6 pererit, l.matrem.17. ¶ Tertiò quæritur, quis, & quid
probare debeat? Hic dantur nouem regulæ. I. Actor in-
tentionē suam probare debet, quacumq; actione expe-
riatur, id est, siue in personam, siue in rem, siue mixta.
Nam agens ex mutuo probare debet se pecuniā nume-
rasse, l.1. Rem vindicās debet probare se esse dominum,
l.2.l.ad probationem.21. Qui iudicio liberali agit, si se,
vel alium in ingenuitatem asserat, ingenuitatem proba-
re debet, l.neque.10. & l. matrem. 17. Si verò alium in
seruitutem asserat, seruitutē probare tenetur, l.ad pro-
bationem.22. II. Reus actore intentionem suam non
probante, contrarium probare non tenetur, l.2.l.fru-
stra.8.licèt actor fateatur se probare non posse, l.actor.
23.III. Reus exceptionē, seu defensionem probare de-
bet: vt putà se soluisse, quod mutuum acceperat, l.1.vel
collegam, ex cuius persona conuenitur, tempore finiti
officij soluendo fuisse, l.3.vel falsum esse instrumentum
donationis sibi oppositum, l.cùm precib.18.IV. Repli-
cationis probatio incūbit actori: veluti si quis petat he-
reditatem ab intestato, & heres scriptus ei testamētum
obiiciat, probare debet hunc, qui scriptus est, heredem
esse non posse, vel ob testamenti vitium, vel ob aliam
quācumq; causam, l.si scriptum.11. V. Si de facto quæ-
stio sit, probatio incumbit affirmāti, non negāti, l.actor.
23.& D.eod.l. 2. VI. Qui se minorem viginti quinque
annis asserit, minorem ætatē probare tenetur, l.cùm te.
9.videlicèt si hac ætatē intentionē suam confirmet, putà
petens in integrum restitui, sup.de in integr.restit.min.
l.4.& D.de minor.l.itēa.39.in pr. & similiter si se ma-
iorem dicat, vt a curatione liberetur, se maiorē probare
debet, D.eod.l.minor.32. VII. Qui testamētum vitio-
sum esse contēdit, vitium probare debet, l.si scriptū.11.
Idē de quolibet alio actu dicendū: quia omnia in dubio
rectè gesta præsumuntur, Institut. de inutil.stipul. §. si
scriptum.& de fideiussor.§.vlt.& D.de verbor. oblig.l.
sciendū.30.VIII.Qui sibi donatum dicit, donationem
probare debet: quia donatio non præsumitur, nisi pro-
betur, l.siue.16.IX. Iusta, non vitiosa possessio trāsfert
7 onus probandi in aduersarium, l.vis eius.15. ¶ Quartò
quæritur, quomodò probetur: Ad hanc quæstionem re-
spondetur partim generaliter de quibuscūq; rebus, par-
8 tim specialiter de certis quibusdā rebus. ¶ Generaliter
datur regula: Is, cui probādi onus incūbit, probat quo-
cumq; modo potest, ac vult, dūmodò legitimis proba-
tionibus non iure improbatis vtatur, l.4.l.cùm res.12.l.
ad probationem.21.& infr.de fide instrum.l.emancipa-
tione.11.& de iure delibet.l.nec omissa.15.Exempla le-
gitimarum probationū tria sunt. I. Per testes idoneus,
l.vlt.de qua dicetur inf.tit.prox. II.Per scripturam, d.l.
vlt.de qua infr.tit.21.Excipitur 1.Nisi sit instrumētum
domesticum, id est, è domo probantis sumptum.2. Nisi
sit priuata testatio, id est, scriptura depositionē testium
continens, priuata auctoritate facta. 3. Nisi sit priuata
aduocatio, seu subnotatio, l.5.& l.7.id est, chartula, seu
libellus, in quō is, qui probandi onus s stinet, aliquid
breuiter scripsit memoriæ causa, non vt perfectā ratio-
nem cōplecteretur: vnde etiam vocatur breuis, infr.de
côuen.fis.debit.l.vlt.4.Nisi heres prubare velit ex ratio-
nibus defuncti, vel ex eo quod defuctus dixit in testa-
mento, l.6.5.Nisi sit scriptura falsi suspecta, l.pen.6.Nisi
instrumētū, quod profertur, aliud contineat, quàm quod
probandū est: nō enim instrumentū prodest recitāti, vel
producenti, sed ei, pro quo tenor scripturæ facit, l. si de
possessione.20.&l.seq.III.Per indicia certa, & indubita-
ta, d.l.vlt.veluti si ea, quę in libertatē proclamat, instru-
menta emptionis suæ domino surripuerit, præsumitur
fuisse empta, & in possessione seruitutis, d.l.si de posses-
sione. ¶ Specialiter dātur tria præcepta.I.Dominiū pro- 9
batur, vel instrumento emptionis, ex quo apparet ali-
quem rē à domino emisse, & accepisse, vel aliis legitimis
mod.l.4.II.Obligatio nō probatur creditoris scriptura,
l.5.vt rationibus creditoris defūcti, vel eo quod defūct
in testamēto sibi deberi asseruit, l.6.III.Ingenuitas pro-
batur, si quis ostendat se natū post matrē manumissam:
nō ex eo, quòd fratribus eius nulla status quæstio mo-
ueatur, l.matrem.17.nec per ingenuitatē patris, l.neque.
10.quia partus ventrē sequitur, ad cuius ingenuitatem
sufficit matrem in libertate peperisse, licèt in seruitute
conceperit: immo sufficit eam, vel cōceptionis, vel par-
tus, vel medio tēpore liberam fuisse, D. de statu homi.
l.5.§.pen.& vlt.& Inst.de ingen.in pr. ¶ Quintò quæri- 10
tur, per quem probationes proponantur: Respondetur,
per se, vel per procuratorem, l.non nudis.14.videlicèt, si
sit iudiciū, in quo procurator admittatur: nā in quibus-
dam non admittitur, Ceotur.2.q.40. ¶ Sextò quæritur, 11
quando exceptio proponi, vel probari debeat: Cùm ex-
ceptionum aliæ sint peremptoriæ, aliæ dilatoriæ, Inst.
de except. §. appellantur. hæc quæstio in vtrisque lo-
cum habet. Quare cùm subiectū quæstionis duplex sit,
exceptio peremptoria, & exceptio dilatoria; & attribu-
tum itidem duplex, nēpe, quando exceptio proponēda,
& quādo probāda sit: proposita quæstio quadripertita
est, quia bis duo faciunt quatuor, ac dissolui debet qua-
tuor regulis, quib.suas exceptiones, vbi opus erit, adiō-
gemus. ¶ Prima regula est, Exceptio peremptoria pro- 12
ponenda est quādocumque ante sententiā difinitiuam,
id est, vel antè, vel post litem contestatam, infr. senten.
rescin.nō posse, l.2.& de except.l.4.& l.præscriptionem.
8.& de fideiuss.l.fideiussor.10. & D. de condict. indeb.
l.eleganter.23.§.si quis post, quia iudex, antequàm sen-
tentiam ferat, de hac exceptione cognoscere debet, vt
sciat, vtrùm reus sit absoluēdus, an cōdānādus. Quādo-
que tamen, licèt sententia nondum pronunciata sit, ex-
ceptio perēptoria proponi nequit, videlicèt si sit con-
clusum in causa, & renunciatum aliis allegationib. vt
rectè tradit Castren.in l.exceptionem.19 h.t.Quando-
que etiam post latam sententiam licet excipere.I.Si ap-
pellatum sit, infr.senten.rescin.non pos.l.2. quoniā ap-
pellatio sententiā rescindit, D.ad S. C. Turpil.l.1.§.vlt.
II.Si contra sententiam impetrata sit restitutio in inte-
grum, d.l.2. III.Si miles excipiat, sup.de iur.& fac.ign.
l.1.IV.Si excipiatur ex S.C. Macedoniano. V. Si exci-
piatur ex S.C.Velleiano, D.de senatus. Maced.l.tamen.
11. ¶ Secunda regula est, Exceptio perēptoria est pro- 13
banda, postquàm actor intentionē suā probauit: etenim
anteà facta, inanis esset, si fortè actor nō probaret: quo-
niam actore non probāte reus vincit, quāuis nihil pro-
bet, sup.de eden.l.4.& de rei vindic.l.vlt.probatio verò
superflua nō admittitur, l.ad probationem.21.& sup.de
rescin.vend.l.quisquis. vt notaui sup.nu.4.in pr. ¶ Ter- 14
tia regula est, Exceptio dilatoria proponi debet ab ini-
tio, l.exceptionem.19. inter primordia litis, infr.de ex-
cept.l.pen.id est, ante litis ingressum, extr.eo.cap.inter
monasterium.20.quod perinde valet, ac si dicatur, ante
litē contestatā, siue ante actionē susceptā, D.de iudic.l.

ſed & ſi ſuſcepit. 52. in princip. Reus enim litem ſub-
eundo & conteſtando oſtendit ſe nolle, vt iudicium
differatur, ac propterea cenſetur renunciare omnibus
exceptionibus dilatorijs, d. c. inter monaſterium. Ex-
ceptiones huius regulæ referuntur ad tria capita: quo-
niam exceptio dilatoria interdum ne quidem ante li-
tem conteſtatam proponi poteſt, aliquando è contra-
rio proponi poteſt etiam poſt litem conteſtatam, non-
15 numquam etiam poſt ſententiam definitiuam. ¶ Ante
litem conteſtatã proponi nõ poteſt, I. Si iudex terminũ
ſtatuerit, intra quem exceptiones proponãtur, & is ter-
minus lite nondũ conteſtata ſit elapſus, ext. h. t. c. 4. II.
Si quis exceptionem dilatoriam remiſerit, eamque ex
pœnitentia velit repetere, D. de procurat. l. qui procu-
ratorem. 57. §. 1. III. Si quis poſt alias exceptiones, & al-
legationes propoſitas, vti velit fori præſcriptione,
quæ ante alias defenſiones proponi debuit: quoniam
qui de aliis diſputat, nec ſtatim iudicem recuſat, in eum
conſentire videtur, adeo vt non poſſit eum poſteà re-
cuſare, Bart. in l. quidam conſulebat num. 9. D. de re iu-
dicat. Hæc intellige, ſi poſt alias allegationes hæc ex-
ceptio ex interuallo proponatur: nam ſi proponatur
ſimul cum aliis, non habetur ratio ordinis ſcripturæ;
ſed videtur reus alias exceptiones proponere ſub ta-
cita conditione, ſi iudex competens ſit, Bart. ibid. num.
16 11. ¶ Poſt litem conteſtatam poteſt opponi exceptio
dilatoria, quæ poſt litem conteſtatam competere cœ-
pit, extr. de offic. iud. deleg. c. inſinuare. 25. quia quæ de
nouo emergunt, nouo indigent auxilio, D. de interrog.
in iur. fac. l. de ætate. 11. §. ex cauſa. nec poteſt reus litem
conteſtando videri exceptioni nondum competenti
renunciare: veluti ſi quis cum Titio litiget, & poſt li-
tẽ cũ eo cõteſtatã procurator eius nomine interueniat,
17 ſup. de procur. l. nihil. 20. ¶ Non ſolum poſt litem con-
teſtatam, ſed etiam poſt ſententiam definitiuam ſequẽ-
tes exceptiones dilatoriæ proponi poſſunt. I. Exceptio
nullitatis: veluti ſi dicatur fuiſſe iudex competens, quia
ſententia ab eo lata, ipſo iure non valet, infr. ſi à non
compet. iud. l. vltim. & ſupr. de procur. l. licet. 24. II. Ex-
ceptio excommunicationis, extr. de except. c. 1. lib. 6. III.
Exceptio inopiæ, quæ datur donatori ex ſua liberalitate
conuento, D. de re iudic. l. Neſennius, 41. §. vltim. quod
ius ad cæteros, qui non tenentur niſi in quantum face-
re poſſunt, vt maritum & ſocios, malè Doctores pro-
ducunt: quoniam à donatore ad cęteros conſequentia
non valet, D. eo. l. inter. 19. §. 1. ſed illis aliter proſpe-
ctum eſt, nimirum vt ſi exceptionem in iudicio
oppoſuerint, iudex autem exceptione neglecta eos in
ſolidum damnauerit, actioni iudicati poſſint doli mali
exceptionem opponere, D. ſo. matrimo. l. ex diuerſo. 17.
§. vltim. hæc autem non eſt eadem cum illa exceptio-
ne inopiæ, ſed noua doli exceptio, quæ non opponitur
priſtinæ actioni, ſed nouæ cauſæ, id eſt, actioni iudica-
18 tæ. ¶ Quarta regula eſt, exceptio dilatoria probari de-
bet, poſtquam actor intentionem ſuam probauerit, l.
exceptionem. 19. Idem ſup. dictum fuit de exceptione
peremptoria: quoniam in hoc vtriuſque eſt eadem ra-
tio, propterea quod fruſtra reus aliquid probaret, ni-
ſi actor intentionem ſuam probauerit. Excipitur fori
præſcriptio, quæ non ſolum proponi debet, ſed etiam
probari ante litem conteſtatam, Salic. in d. l. exceptio-
nem. quia in primis ſcire oportet, an ſit iudex compe-
tens, ad quem reus vocatus eſt, D. ſi quis in ius voca.
non ier. l. 2. in princ.

Tit. XX. De teſtibus.

I. 4. p.
II. 23. j. ij.
III. 5. iv.
IV. 22.
V. 5. ij.
VI. 5. v.
VII. 7.
VIII. 5. j.
IX. p. 12. 14. 20.
§. j. 6. j.
X. 5. iij.
XI. 5. j. viij. 8.
XII. 5. vj.
XIII. 24. 27.
XIV. 28.
XV. p. 28.
§. j. 23. ij.
§. vlt. 9. p. iij. 10.
XVI. p. 8. 9. p. j. ij.
§. j. 8.
XVII. 5. vij. ix. x. 18.
XVIII. 6. ij. 12. 23. ij.
XIX. p. 9. p. 12.
§. j. 16. iv.
XX. 22.



Robationis ſpecies vel ſolæ, vel præcipuæ, 1
ſunt duæ, per teſtes, & per inſtrumenta.
Quare cùm genere expoſito ſpecies expli-
candæ ſint, nihil intereſt, vtrum inſtru-
menta teſtibus proponantur, vt in Digeſtis, an teſtes
inſtrumentis, vt hoc loco.
¶ Hic titulus diuiditur in ſeptem capita. ¶ In primo 2
capite de producendis, & admittendis, vel non admit- 3
tendis teſtibus diſſoluuntur quinque quæſtiones
¶ Primò quæritur, an teſtes admittantur contra ſcri- 4
ptam teſtationem, id eſt, contra tabulas, vel inſtrumen-
ta ſubſcriptione teſtium confirmata? Reſpondetur, non
admitti, l. 1. Excipitur I. Niſi de fide ſcripturę dubitetur,
id eſt, niſi falſi arguatur. Paul. lib. 5. Sent. tit. 15. §. teſtes.
II. Niſi poſt teſtamentũ factum mutatio voluntatis te-
ſtatoris per tres teſtes probetur, ac trienniũ effluxerit,
inſ. de teſt. l. ſancimus. 27. ¶ Secundò quæritur, qui ſint 5
ad teſtimonium dicendũ admittẽdi? Pro ſolutione hu-
ius quæſtionis dantur plures regulæ. I. Teſtes debent
eſſe homines liberi, l. quoniam. II. Serui autem teſtes
eſſe non poſſunt, D. qui teſtam. fac. poſſ. l. qui teſtamen-
to. 20. §. ſeruus, & Nou. 90. cap. 6. Terent. in Phormion.
actu. 1. ſc. vltim. al. actu. 2. ſc. 1. ſed de eis, cùm opus eſt,
quæſtio habetur ad eruendam veritatem, & per tor-
menta interrogatur, non tamen pro domino, nec con-
tra dominum, l. ſeruus. 8. & inſt. de quæſtion. l. 1. l. 6. l.
ſeruos. 14. & D. eo. l. 3. l. Diuus. 9. §. 1. niſi certis caſib. ve-
luti pro ſuo ipſorum ſeruorum facto, d. l. 8. & infr. de
quæſtionibus, l. interrogari. 15. putà ſi ſeruus dicatur rẽ
commodato, vel depoſito accepiſſe, d. l. interrogari, vel
ante venditionem fugiſſe, D. de ædil. edic. l. quæro. 58.
§. vlt. II. Hi teſtes ſunt adhibendi, qui maiorem ſui iu-
riſiurandi (nam teſtes iurati deponunt, vt mox doce-
bo) quàm gratiæ, vel potentiæ rationem habituri ſunt,
l. 5. III. Nemo in propria cauſa poteſt eſſe teſtis, l.
omnibus. 10. IV. Domeſtici teſtes fidem non faciunt,
l. 3. V. Parentes & liberi inuicem aduerſus ſe teſtimo-
niũ dicere non poſſunt, l. 6. VI. Liberti contra patronos
non audiuntur, l. libertorum. 12. VII. Inimici à teſtimo-
nio dicendo repelluntur, l. ſi quis. 17. VIII. Participes
criminis non poſſunt de eo crimine teſtificari, d. l. quo-
niam. IX. Qui pecuniam accepit, vt teſtimonium dice-
ret, idoneus teſtis non eſt, l. ſi quis. & D. eo. l. 2. §. penult.
X. Qui teſtes pro ſe produxit, non poteſt eoſdem con-
tra ſe poſteà productos reprobare, niſi probet poſt pri-
mam productionem inter ſe & illos graues inimici-
tias ortas eſſe, vel eos ab aduerſario pecuniæ datione,
ſiue promiſſione corruptos eſſe: eorum tamen teſti-
monium falſi arguere non prohibetur. Denique exce-
ptio contra horum teſtium perſonas, niſi ex noua cau-
ſa non admittitur, contra eorum dicta admittitur, d. l. ſi
quis. ¶ Tertiò quæritur, quot teſtes ſint producendi? 6
Hic notentur tres regulæ. I. Vnus teſtis non ſufficit
ad probandum, ſed ſecundum communem doctorum
opinionem à qua Cuiacius receſſit, ſemiplenè probat,
& locum facit delationi iuriſiurandi ad ſupplendam
probationem: in cauſa verò fiſcali nullomodo probat,
quia ne auditur quidem, l. iuriſiurandi, 9. §. 1. vbi pro
facile, quod eſt in vulgatis, ex M. S. & C. Theod. lego, *fiſ-*
cali

ali. I I. Vbi lex nominatim plutes teſtes non tequirit, duo ſufficiunt, D. cod. l. vbi. 12. Intetdũ etgo plures requiruntur, vt in teſtamẽtis tequirũttur ſeptẽ teſtes, Inſt. de teſt. §. ſed cùm paulatim: & §. vlt. & ad ptobandam ſolutionem debiti in ſcriptis contracti, niſi adhibetur ſcriptuta, opᵘ eſt quinque idoneis teſtib. l. teſtiũ. 18. III. Non plures iudex admittere debet, quã ad cauſam pro-
7 bandã ſint neceſſarij, D. cod. l. 1. §. vltim. ¶ Quartò quæritur an reus cogatur actori exhibere teſtes contra ſe examinandos? Reſpondetur non cogi, l. 7. E contrario puto actorem reo cogi exhibete: quoniam hac diſtinctione vtimur in editione inſtrumentorum, vt actot reo, non teus actori edere cogatur, ſup. de eden. l. 4. 5. 6.
8 & vltim. ¶ Quintò quæritur, cuius ſumptibus teſtes producantur? Reſpondetur, ſumptus præſtandos eſſe ab eo, qui teſtes producit, l. quoniam. 11. Vt teſtes ſine ſuo detrimento teſtimonium dicant, l. 16. §. 1. quia nemini debet officium ſuum eſſe damnoſum, D. teſtam. quem. aper. l. 7. & de furt. l. ſi ſeruus. 61. §. quod verò.
9 ¶ Secundò capite de teſtibus cogendis duæ quæſtiones
10 diſſoluuntur. ¶ Primò quæritut, an aliquis cogatut eſſe teſtis? Reſpõdetur per diſtinctionẽ inter actus extraiudiciales, & iudicia: in actib. extraiudicialib. vt in teſtamentis, vel contractibus conficiendis tegularitet adhibentur teſtes voluntarij, non inuiti, niſi proptet inopiam teſtium opus ſit, vt iudex ſuam auctoritatem interponat, D. h. tit. l. curet. 21. In iudiciis verò regulariter teſtimonium dicere quiſque cogitur, & quidem tam in ciuilibus quàm in ctiminalib. cauſis, l. 16. in ptincip. & l. penult. in princip. præſertim ſi lis ſit ſuper eo, quod continetur inſtrumento, cui conficiendo interfuerunt, l. 15. §. vltim. Excipiuntur I. Perſonæ, quæ ſpecialiter vetantur teſtimonium dicete, d. l. 16. in princip. de quibus dixi ſupt. quæſt. 2. I I. Quibus ſpecialiter conceſſum eſt, ne teſtimonium dicete cogantur, vt cognati vſque ad ſeptimum gtadum, vir & vxor, ſocer, gener, vitricus, ptiuignus, D. cod. l. 4. & de grad. l. vlt. in princ. I I I. Perſonæ illuſtres, & ſuperilluſtres, d. l. 16. in princ. de quib. dignitatib. vide Iſag. C. de dignitatib. num. 5. & 6. Immo hæ quoque perſonæ teſtimonium dicere coguntur, ſi aut teſcripto principis iubeantur, d. l. 16. in princip. aut inſtrumento conficiendo adfuerint, & de re inſtrumento illo comprehenſa teſtimonium eorum
11 deſideretur, d. l. 15. §. vltim. ¶ Secundò quæritur, à quo teſtes cogantur teſtimonium perhibere? Reſpondetur, cogi à iudice competẽte, id eſt, ab eo cuius iuriſdictioni ſubiecti ſunt, alioquin impunè ei non parerent, D. de iuriſdict. l. vltim. Qui tamen ſe in aliquo ſiue publico, ſiue priuato inſtrumento teſtes adhiberi paſſi ſunt, ſi poſteà de re inſtrumento illo comprehenſa lis oriatur, & ad teſtimonium dicendum vrgeantur, fori præſcriptione vti non poſſunt, ne hi lædantur, qui eius te-
12 ſtimonio egent, l. 15. §. vlt. ¶ Tertiò capite de iuramento à teſtibus præſtando tres quæſtiones diſſoluuntur.
13 ¶ Primò quæritur, an teſtes iurare cogantut? Hîc datur regula, quod iurare coguntur, l. Iuriſiurãdi. 9. in princ. l. teſtium. 18. l. ſi quando. 19. in princip. & ext. eod. cap. 5. & iij. q. 9. can. pen. & xxij. q. 1. can. 1. Nec ſufficit teſtem interrogari ſub eo iuramento, quod antea domino ſuo præſtitit, ſed opus eſt ſpeciali iureiurando de teſtimonio perhibendo, alioquin probatio nulla eſt, arg. cap. penult. extr. de iureiuran. Mynſing. Centur. 2. obſet. 3. Niſi iuſiurandum ab aduerſa parte ſit remiſ-
14 ſum, extr. h. tit. cap. his quæſtionib. 39. ¶ Secundò quęritur, quid teſtes curare debeant? Reſpondetur, eos debere iutare ſe de re propoſita omnem & ſolam veritatem dicturos, iij. q. 9. cap. penultim. & xxxv. q. 6. cap. 5. 6. 7. 8. & ext. de accuſat. cap. qualiter. 17. & cap. ſeq.
15 ¶ Tertiò quæritur, quando iurare debeant? Reſpondetur, eos debere iurare, priuſquam teſtimonium dicant, d. l. iuriſiurandi in princip. & extr. eod. cap. fraternitatis. 17. Si igitut iniutati teſtimonium dicunt, deinde iurent ſe verum depoſuiſſe, teſtimonium non valebit ſecundum Cinum & Salicetum: quorum ſententiæ
ſubſcribo. ¶ Quarto capite de teſtimonio perhibendo duæ quæſtiones occurrunt. ¶ Primò quæritur, 16 17
vbi teſtimonium dicendum ſit? Reſpondetur per diſtinctionem. Aut enim teſtes producuntur in cauſa criminali, & omnino ad cauſæ iudicem venire debent, nec alitet audiuntut, Nou. 90. cap. 5. in fi. & ext. h. tit. cap. 3. Aut in cauſa ciuili: & ſubdiſtinguitur: quia vel ibi ſunt, vbi litigatur, vel abſunt. Prioti caſu regulariter coguntur ad iudicem de cauſa cognoſcentem venire, vt apud eum teſtimonium dicant, l. quoniam. 11. l. 16. in princip. & l. penultim. in princip. Excipiuntur I. Honeſtæ mulieres, ſupt. de iureiut. propter calumn. l. 2. §. ſin autem. & Nou. 124. cap. 1. & ext. de iudic. cap. 2. lib. 6. I I. In dignitate conſtituti, d. l. 2. §. ſin autem. & D. de iureiur. l. ad perſonas. 15. vt epiſcopi, Nou. 123. cap. 7. & Profeſſores, infr. de profeſſorib. & med. l. 6. I I I. Aegroti, & ſenes, & pauperes, extr h. tit. c. ſi qui teſtium. 8. niſi pauperibus ſumptus à producente ſuppeditentur, d. l. quoniam. & indemnitas ſeruetur, quia non debet eis officium ſuum eſſe damnoſum, D. teſtam. quemadmodum aper. l. 7. I V. Qui ſemel ad iudicem vocati venerunt, & cùm intra quindecim dies non examinarentur, abierunt: nunc autem iterum eadem de cauſa vo-
cantur, l. pen. §. 1. ¶ Secundò quæritur, quid teſtes depo- 18
nere debeant in teſtimonio perhibendo? Reſpondetur, eos omnem, & ſolam de te propoſita veritatem dicere debere, vt conſtat ex iis, quæ de iureiurando teſtium
ſuprà dixi, num. 13. ¶ Quintò capite agitur de reproba- 19
tione teſtimonij, vel teſtium, vt ſciamus, quibus ex cauſis probatio per teſtes facta repellatur. Cauſę plures ſunt, ſed ad duo capita teferuntur: vel enim reprobatio ſumitur à peſona teſtis: vel à teſtimonio
prohibito, l. ſi quis teſtib. 17. ¶ Perſonæ obiici poteſt, 20
quòd non ſit idoneus ad teſtimonium dicendum, ſecundum ea quæ expoſita ſunt in diſſolutione ſecundæ quæſtionis, cap. 1.
¶ Teſtimonio duo poſſunt obiici. I. Quod eſt falſum, vt 21
quia contrarium per teſtes honeſtiores & fide digniores probatur, quoniam his potiùs fides haberi debet, l. iuriſiurandi. 9. in princip. & D. eod. l. ob carmen. 21. §. vltim. vel quia ipſe teſtis in teſtimonio dicendo variauit & aduerſus fidem ſuæ teſtationis vacillauit,
D. eod. l. 2. I I. Quòd ad probandum non ſufficiat. ¶ Di- 22
citur autem teſtimonium ad probandum non ſufficere
duabus de cauſis. ¶ Prima cauſa eſt, quia teſtis non eſt à 23
iudice examinatus, ſed nuda teſtatio in iudicio proponitur, id eſt, priuata ſcriptura cõtinẽs teſtis depoſitionẽ, l. 4. & D. eod. l. 3. §. idẽ Diuus. & § ſeq. Quòd ſi apud arbitrum examinatus teſtis fuerit, olim dubitabatur num ei depoſitioni fides apud iudicem ordinarium habenda eſſet. Iuſtinianus conſtituit, vt depoſitio teſtium apud arbitrum compromiſſarium facta in iudicio ordinario probet, ſupr. de recept. arbitr. l. penultim. §. penult. niſi compromittentes aliter inter ſe pacti ſint, vel teſtes ſint ſuperſtites, & is contra quem teſtimonium profertur, eos iterum examinari velit, l. vltim. De teſtibus autem, qui apud ſuum iudicem teſtimonium perhibent, vt deinde acta cauſæ ad iudicem mittantur,
dictum fuit, ſup. cap. 2. quæſtione. 2. ¶ Secunda cauſa 24
ſpectatur in re probanda, de qua dantur quatuor regulæ. I. Ingenuitas non probatur ſolis teſtibus, idcirco curare debet, qui ingenuitatem probare vult, vt inſtrumenta, & alia argumenta adhibeat, l. 2. I I. Cognatio probatur per tres teſtes, quibus inſtrumenta ſuffragantur, vel per quinque teſtes ſine inſtrumentis, l. 15. §. 1. idem puto dicendum de ingenuitate,

vt

vt per hanc l. 15. derogetur dictæ l. 2. III. Solutio obli-
gationis in scriptis contractæ probanda est per scri-
pturam, quæ vocatur apocha, vel securitas : nec proba-
tur per testes, nisi sint quinque testes idonei,
& omni exceptione maiores, vel apochæ amissio, seu
casus, quo amissum probabile est, vt incendium, aut
25 naufragium probetur, l. testium. 18. ¶ Sexto capite
agitur de testibus falsi suspectis, ac statuitur, vt eruen-
dæ veritatis causa quæstioni subiiciantur, l. 13. quod est
accipiendum de testibus plebeijs, Nou. 90. cap. 1. nam
milites, decuriones & personæ in dignitate constitutæ
non torquentur, infr. de quæstion. l. milites. 8. l. Diuo.
11. l. decuriones. 16.

26 ¶ Septimo capite de testibus ob falsum testimo-
nium puniendis, & damnandis tres quæstiones dissol-
27 uuntur. ¶ Primò quæritur, an sint puniendi? Respon-
detur, esse puniendos, D. h. t. l. qui falsò. 16. & iij. q. 9.
can. nihilominus. 16. & iv. q. 3. c. si testes. 4. §. item qui
falsò. si dolo malo, non per errorem testificati sunt,
Nouel. 90. cap. 1. & extr. de crimi. falsf. c. accedens. 8.
28 ¶ Secundò quæritur, quo iudicio, & quomodò sint pu-
niendi? Respondetur, tam criminaliter, quàm ciuiliter
damnari posse, d. l. 13. ita vt alterum iudicium per alte-
rum non tollatur, inst. ad leg. Cornel. de falsf. l. penult.
& quan. ciu. act. crim. præiud. l. vnic. Criminale iudiciū
est duplex : alterum de periurio, alterum de falso, d.
l. 13. & D. ad leg. Cornel. de falsf. l. lege. 9. §. penult. l. eos
17. in princ. Ciuiliter autem damnantur vel data actio-
ne in id, quod interest ei, qui falso testimonio læsus est,
vel officio iudicis in ipsa causa, in qua falsum testimo-
nium prohibitum est, d. l. 13. Eam verò actionem puto
esse condictionem ex lege, D. de condict. ex. leg. l. vn.
29 ¶ Tertiò quæritur, à quo iudice damnentur, & punian-
tur? Respondetur, puniri posse, non solùm à iudice, cu-
ius iurisdictioni subiecti sunt, sed etiam ab eo, apud
quem testimonium falsum dixerunt, denegata omni
fori præscriptione, l. nullum. 14. quia testimonium di-
cendo censentur fori præscriptioni renunciare, l. 15. in
princip. & falsum dicendo delinquunt, consequenter
ratione delicti forum sortiuntur, cuius fori alioqui
non essent, supr. vbi de crimin. agi oport. l. 1. & Nou.
69. cap. 1. Si tamen iudex pedaneus sit, plebeios qui-
dem testes modicè castigare potest. Sed si grauius pu-
niendi sint, perfectum vigilum adhibebit, d. l. 15. in
princip. vbi prætor plebis vocatur ex Nouel. 13. qui
alibi in Digestis, & Codice appellatur præfectus vigi-
lum. Nec mirum hanc nouam appellationem reperiri
in Codice : quia verba illius l. 15. non sunt legislatoris,
qui fuit Codice, aut saltem Nouellis antiquior, sed
eius qui legis sententiam compēdiosè expressam retu-
lit in Basilica, vnde in Iustinianeum Codicem loco
authenticæ legis, quæ desideratur, translata sunt. Quòd
si testis in dignitate sit constitutus, adeò vt eum iudex
pedaneus punire non possit, causam ad eum referet, à
quo iudex datus est, vt statuitur ead. l. 15. in princip.

Tit. XXI. De fide instrumentorum, & amissione eorum, & apochis, & antapochis faciendis, & de his quæ sine scriptura fieri possunt.

Rub. 3.
I. 15.
II. 9.
III. 9.
IV. 15.
V. 15.
VI. 15.
VII. 15.
VIII. 15.
IX. 18. j.
X. 15. 18 j.
XI. 8. 15.
XII. 18. j.
XIII. 16.
XIV. 9.
XV. 13.
XVI. 12.
Princ. 12.
§. j. 12.
§. *pen.* 12. 17. ij.
§. *vltim.* 12. 17. ij.
XVII. 17.
XVIII. 9.
XIX. 17. j.
XX. 11. j. iij.
XXI. 8. 9.
XXII. 5.


Vm dictum sit de testibus, consequenter agi- 1
tur de instrumentis. Instrumentorum appel-
latione intellige omnes scripturas aliquid
probantes : alias huius verbi significationes vide in
Isagog. D. h. t. §. 2. ¶ Hic titulus diuiditur in quatuor 2
partes. ¶ Prima pars est de fide instrumentorum, id est, 3
de probatione, quæ fit per instrumenta. Cùm enim vo-
cabulū, *fides*, sit homonymū, hîc pro probatione accipi-
tur: vide, supr. de summa trinit. & fide cathol. §. 15. ¶ In 4
hac parte dissoluuntur duæ quæstiones. ¶ Prima quæ- 5
stio est, an quis cogatur, non contra se, sed contra alium
exhibere instrumentum, seu quamcumque scripturam?
Respondetur, cogi. Sed excipitur, I. Nisi iuret sibi inde
in rebus suis damnum imminere. II. Nisi iuret se eam
scripturam non habere, l. vltim. in princ. III. Nisi ro-
getur contra eum edere, contra quem non cogitur te-
stimonium dicere, d. l. vltim. §. 1. IV. Nisi antea exhi-
buit, & iterum edi desideretur, cùm vel non sit iusta
causa iterum editionis petendæ, quod iudicis arbitrio
committitur: vel iuret se amisisse, aut alia de causa non
posse amplius edere, d. l. vltim. § penultim. V. Nisi quis
in alio iudicio edi instrumentum desiderat, quàm in
quo causa agitur, d. l. vltim. §. [illegible], nec nulli. VI. Nisi
is qui edi petit, sumptus editionis præstare nolit, eod.
§. Extra hos casus punitur contumacia non edentis,
quia cogitur omne damnū inde contingens ei resarci-
re, qui edi petiit, d. l. vltim. in princip. Hæc omnia
non solùm in regia vrbe, sed & omnib. alijs locis ob-
seruari iubentur, d. l. vltim. §. vltim. ¶ Secunda quæstio 6
est, an instrumentum probet? Respondetur, vt instru-
mentum probet, quatuor requiri. ¶ Primum requisitum 7
est, ne sit priuata, seu domestica scriptura, sup. de pro-
bat. l. 5. 6. 7. ¶ Secundum requisitum est, vt scriptura, 8
id contineat, quod est probandum, puta factam emā-
cipationem, l. emancipatione. 11. Nam instrumentum
non ideo prodest alicui, quod ab eo productum est,
sed illud probat, quod scriptura continetur, sup. de
proba. l. si de possessione, 20. & l. seq. ¶ Tertiū requisitum 9
est, vt instrumentum sit certum, & indubiæ veritatis.
Quid enim, si falsum dicatur? l. 3. & l. penultim. (vbi
obiter notatur sententiam de falso instrumen-
to contra aliquem latam, tertio, qui eo instrumento
vti vult, non nocere, l. 2. propter vulgatam regulam,
Res inter alios acta vel iudicata, Tertio nec prodest,
nec nocet, infr. lib. 7. t. 56. & 60.) Quid si instrumenta in-
ter se contraria aliquis proferat? hoc certè casu sibi in-
uicem obstant, & neutri scripturæ fides habetur, l. scri-
pturæ. 4. Cum autem dubium instrumentum non
potest in loco iudicij confirmari: confirmatio alio loco
fieri, & ad iudicem referri poterit, l. iudices. 18. ¶ Huc 10
refer etiam casum, quo manus negatur, id est, negatur
aliquē scripsisse instrumentū: de quo casu duo sunt ex-
plicanda, videlicèt quomodò manus probetur, & quæ
sit pœna manum suam negantis. ¶ Quod ad primum 11
attinet, manus probatur, per comparationem litera-
rum : quia si comparatio ostendit duas scripturas esse
eiusdem manus, & constat alteram esse scriptam ma-
nu Titij, certè necesse etiam alteram à Titio exaratam
esse. Nota, vt hoc modo, id est, per comparationem
scriptura confirmetur, tria requiri. I. Scriptura, per
quam dubia confirmatur, certa esse, & omni dubita-
tione carere debet. Quapropter Iustinianus compa-
rationem fieri non vult, nisi ex scripturis publicis, aut
ex chirographis trium testium subscriptione, & eorum
vel

vel ſaltem duorum ex his depoſitione comprobatis, l.
comparationes. 20. aut ex ſcriptura, quam aduerſarius
anteà pro ſe produxerat: quia qui ſcripturæ pro ſe fi-
dem haberi voluit, ei fidem etiam contra ſe habere de-
bet, Nou. 49. cap. 2. II. Qui ſic probare vult, iurare debet
ſe alijs idoneis probationibus deſtitui, ac ſe nihil ma-
liciosè machinatum eſſe ad veritatem occultandam.
Nou. 73. cap. 7. §. εἰ δὲ οὐδὲν ἕτερον: ſi verò nihil aliud.
Qui verò hanc probationem requirit: & manum ne-
gat, niſi probetur, non iurat tunc de calumnia, id eſt, ſe
bona fide hanc probationem requirere, quoniam ab
initio litis generaliter iurauit, ſe in toto iudicio nul-
lam probationem per calumniã requiſiturum, Nou. 49.
c. 3. III. Qui literas comparat, & examinat, iurare debet,
ſe neque lucri, neque inimicitiarũ, neque gratiæ & fa-
uoris cauſa comparationem inſtituere, d. l. comparatio-
12 nes. ¶ Quod ad pœnam ſpectat, propter manus inficia-
tionẽ irrogandam, Iuſtinianus in l. 16. quatuor caſus di-
ſtinguit: aut enim manum ſuam negat reus principalis:
aut qui pro eo interuenit, vt tutor, vel curator: aut
actor principalis: aut qui pro actore interuenit. Pri-
mo caſu, ſi reus per literarum collationem conuinca-
tur, pœnam 24. aureorum pendit. Si verò teſtimonio
tabellionis, vel teſtium redarguatur, præter dictam pœ-
nam, priuatur beneficio vtendi exceptione non nume-
ratæ pecuniæ, d. l. 16. in princip. Sed ex Nou. 18. cap. 8.
ſiue reus manum ſuam, ſiue pecuniam, quam ſe acce-
piſſe ſcripſit, reuera accepiſſe neget: ſi deinde legitima
probatione conuincatur, in duplum damnatur. Sin au-
tem iureiurando ſibi delato, per pœnitentiam fateatur,
quod negauerat: tunc in ſimplum damnatur, & in im-
penſas ab aduerſario poſt dictam negationem in litem
factas: & inſuper qui falsò negauit, ſe accepiſſe pecu-
niam, non poteſt ſolutione debiti facta ſe tueri, quò
minùs condemnetur. Secundo caſu ipſe tutor, vel cu-
rator, 24. aureorum pœnam luit, ſed exceptio non nu-
meratæ pecuniæ minori non denegatur, quamuis ta-
bellionis & teſtium teſtimonio tutor, ſeu curator con-
uictus ſit, d. l. 16. §. . Tertio caſu actor, qui manum ſuã,
vt apocham à ſe conſcriptam negauit, ſimiliter puni-
tur, vt ſup. reum puniri diximus, id eſt, ſi ex compara-
tione literarum redarguatur, 24. ſolidos præſtat: ſi le-
gitima probatione conuincatur, propter dictam 24.
ſolidorũ pœnam, non poteſt amplius negare ſibi ſolu-
tum fuiſſe, ſed omnino ſcripturæ ſtare cogitur, d. l. 16.
§. pen. Quarto caſu tutor, vel curator, qui manum ſuam
negauit, dictam pœnam 24. aureorum pendit, minor
autem nihilominùs vti poteſt exceptione non numera-
tæ pecuniæ, ſi fortè ei competat, d. l. 16. §. vltim.
13 ¶ Secunda quæſtio eſt, quatenus inſtrumentum probet,
id eſt, vtrùm firmior ſit probatio per teſtes, an per in-
ſtrumenta? Reſpondetur nihil referre vtro modo pro-
betur: in exercendis enim litibus eadem eſt vis vtriuſ-
que probationis, id eſt, ſiue proferatur inſtrumentum
rectè conſcriptum, & ſubſcriptum, ſiue teſtes compe-
tenti numero producantur, & à iudice examinentur,
l. in exercendis. 15. Quod quidem regulariter non ſem-
per verùm eſt: ſiquidem lex interdum per ſcripturam,
non per teſtes probationem admittit, ſupr. tit. prox.
l. 2. & ſup. de mandat. princ. l. 1. & ſi mi. ſe maior. dixe. l. 3.
& infr. de non numer. pecun. l. generaliter. 13. Quid
autem ſi hæ probationes ſint inter ſe contrariæ? vtrùm
maiorem fidem ſcripturæ, an teſtibus iudex habe-
re debet? Hac de re non poteſt dari certa re-
gula: quia circumſtatiæ poſſunt efficere, vt vel hæc, vel
illa probatio firmior ſit: quocirca arbitrio iudicis eſt
committendum, vt ipſe diſpiciat, vtram probationem
14 potius ſequi debeat in ſentẽtia ferenda, Nou. 73. cap. 3.
15 ¶ In ſecunda parte de inſtrumentorum amiſſione diſ-
ſoluuntur duæ quæſtiones. ¶ Primò quæritur, an in-
ſtrumenti amiſſio noceat: putà an obligatio, vel libera-
tio inſtrumento contenta extinguatur? Reſpondetur,
nõ nocere, dummodò illius ſcripturæ tenor alia ratio-
ne probetur. Hęc regula bifariam producitur. Nam ob-
tinet in omni ſcripturę genere; vt in inſtrumento obli-
gationis, l. 1. & l. 5. venditionis, l. cùm inſtrumentis. 10.
ſolutionis, l. 4. dominij, l. ſi conſtiterit. 8. honeſtæ miſ-
ſionis, l. 7. in natali profeſſione, l. 6. & in actis emanci-
pationis, l. emancipatione. 11. II. Etiam in his caſibus,
in quibus ſcripturæ interpoſitio neceſſaria eſt, dum-
modò vel ſcripturæ amiſſio, vel caſu quo amiſſam fuiſ-
ſe probabile eſt, legitimè probetur, ſup. tit. prox. l. teſtiũ.
18. ¶ Secundò quæritur, an liceat de amiſſione inſtru- 16
menti, & de eius tenore proteſtari, vt hac proteſtatio-
ne, quandocumque opus erit, vti quis poſſit? Reſpon-
detur licere, dummodò adhibeantur teſtes rei non ig-
nati. Qui igitur caſum, puta incendium, quo inſtrume-
tum amiſit, in teſtationem redigere vult, eos teſtari de-
bet, quibus de incendio conſtat: & qui tenorem in-
ſtrumenti vult in teſtationem referre, eos teſtari debet,
qui rem inſtrumento contentam non ignorant, l. apud.
13. ¶ Tertia pars eſt, de apochis, quibus credito- 17
res fatentur ſe pecuniam debitam recepiſſe; & de an-
tapochis, quibus debitores fatentur ſe pecuniam debi-
tam ſoluiſſe. Pecuniæ verbum latè accipio pro qua-
cumque re, vt in l. pecuniæ verbum. 178. in princip. &
in l. pecuniæ nomine. 222. D. de verb. ſignif. In hac par-
te duo traduntur. I. Is, cui annua penſio, ſeu reditus, vel
vſuræ ſoluuntur, ne quando ſolutione à debitore ne-
gata ius ſuum vacillet, ac præſcriptione infirmetur,
duplici remedio vti poteſt: hoc eſt, vel apochæ exem-
plum ab eo qui ſoluit, ſubſcriptum: vel antapocham
ab eo accipere: quamquam ſi neutrum accipiat, nihil
præiudicij ſibi facit, l. plures. 19. II. Qui apocham ſe
ſcripſiſſe falsò negat, puniendus eſt, l. 16. §. penultim.
& vltim. vt ſupra expoſitum fuit, §. 11. verſ. tertio caſu,
& verſ. quarto caſu.
¶ Quarta pars eſt de his, quæ ſine ſcriptura fieri poſ- 18
ſunt. Talia multa ſunt: vt diuiſio, l. inſtrumentis. 9.
venditio, l. cùm inſtrumentis. 10. traditio, donandi cau-
ſa, l. non idcirco. 12. Arræ datio, l. contractus. 17. §. 1.
(vbi obiter, & propter titulum additur effectus ar-
rarum, cùm is qui arras dedit, vel accepit, contractum
implere recuſat: quoniam ille arras perdet, hic dupli-
catas reddit) hypotheca, & nuptiæ, D. h. tit. l. 4. & de
pignoribus, l. 4. Hæc igitur, & alia id genus ſcripturam
non requirunt, niſi inter partes conuenerit, vt in ſcri-
ptis redigantur: quo caſu adeò ſcriptura eſt neceſſaria,
vt ante eam omnino perfectam actus non valeat, d. l.
contractus in princip. Quamuis autem hæc ſine ſcri-
ptis regulariter fieri poſſint, non eſt tamen inutile ſcri-
pturam probationis cauſa adhibere, d. l. 4. D. h. tit. & d. l.
4. D. de pignor.

Tit. XXII. Plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur.



Ontractus à ſcriptura non pendent, cùm 1
quia ſine ea fieri poſſunt, vt in extrema
ſuperioris tituli parte fuit expoſitum, tum
etiam quia ſi inſtrumentum per ſimulatio-
nem conceptum ſit, veritas ſcripturæ præ-
ualet, l. 1. ſiue ſimulatio ſit in perſona; vt quia ſcriptum
ſit alium egiſſe, quod alius egit, l. 4. aut mulierem
emiſſe, quod maritus emit, l. 2. ſiue in re; vt quia ſcri-
ptum ſit, filiofam. frumentum, aut vinum fuiſſe cre-
ditum, cum pecunia credita fuerit, arg. l. 7. §. mutui, D.
de S. C. Macedo. ſiue in contractu; vt quia ſcriptum
eſt, rem fuiſſe venditam, cùm eſſet pignerata, l. 3. vel
cùm locari debuerit, vt in ſpecie l. vltim. vbi Titio

mandaſti

mandasti, vt fundum tuum locaret:is autem in gratiam Mæuij sic instrumentum concipi curauit, quasi fundum Mæuio vendideris : ac fingens locationis instrumentum esse, tibi subscribendum obtulit: túque ei fidem habens, non lecto instrumento subscripsisti. Hoc igitur casu neque scriptura tibi nocet, quia veritas ei præualet: neque subscriptio, quia deceptus à Titio subscripsisti. Denique nec venditio, nec locatio dici potest: quoniam hi contractus mutuo consensu perficiuntur: ac neque tu in venditionem consensisti, nec Mæuius in locationem : constat autem connentionem non valere, nisi in eundem contractum vtraque pars consentiat, D. de reb. cred. l. si ego. 18.

Tit. XXIII. De commodato.

I. 6.	*III. 5. 7. j. 8. ij.*
II. 7. j.	*IV. 7. j 8. iij.*

1 CVm de mutuo, & promutuo, & variis
corum effectibus atque accidentibus
dictum sit: consequenter agitur de com-
modato. ¶ Commodatum est contra-
2 ctus, D. de pact. l. 7. §. 1. quo res gratis
vtenda datur, D. h. t. l. 1. §. 1. & Instit. quib. mod. re con-
trah. oblig. §. item is cui. certi vsus gratia, vt vsu illo fi-
nito, D. h. t. l. in commodato. 17. §. sicut. & extr. eo. cap.
vnic. eadem species restituatur, d. §. item is cui. & D. de
reb. cred. l. 2. in princ. & de oblig. & action. l. 1. §. is quo-
que cui. ¶ Ex hoc contractu datur actio commodati
3 directa, & contraria: quarum illa commodanti cōpetit
aduersus commodatarium; hæc commodatario contra
eum qui cōmodauit. Sed omnes leges huius tituli sunt
de actione directa : de qua deciduntur quinque quæ-
stiones. ¶ Primò quæritur, cui hæc actio detur? Respō-
4 deo dari I. Ei, qui commodauit, quamuis fur, aut præ-
do sit, D. eo. l. ita vt. 16. & de iudic. l. non ab iudice. 64.
in princ. II. Heredibus, aliisque successoribus, vt aliæ
quoque actiones ex contractibus, D. de probat. l. si pa-
ctum. 9. & de acquir. hered. l. heres in omne. 37. ¶ Se-
5 cundò quæritur, contra quos detur: Respondetur, dari
non solum contra commodatarium, sed etiam contra
eius heredes, l. 3. ita vt si plures sint heredes, singuli pro
hereditariis partibus conueniātur, nisi fortè eorum ali-
quis rei restituendæ facultatem habeat, qui quidem in
6 solidum tenetur, D. eod. l. 3. §. heres. ¶ Tertiò quæritur,
qua ex causa detur? Respondetur, dari ob dolum, aut
culpam commodatarij, qui regulariter diligentiam
exactissimam præstat; quia ipsius tantùm gratia con-
trahitur; proinde tenetur de dolo, & omni culpa siue
lata, siue leui, siue leuissima: casum verò fortuitum, seu
vim maiorem non præstat, D. eod. l. 5. §. nunc viden-
dum est, & l. in rebus. 18. in princ. & de oblig. & action.
l. 1. §. & ille. & Instit. quib. mod. re contrah. oblig. §. item
is cui. Tribus tamen casibus dolum tantùm præstat, &
latam culpam. I. Si ita pactus sit. II. Si commodator
suâ tantùm causâ commodauit: veluti si sponsus spon-
sæ, quò honestiùs culta ad se deducatur; aut ludos edēs
prætor scenicis vestimenta commodauerit. III. Si vl-
trò, non rogatus quis commodauit, d. l. 5. §. interdum.
Duobus casibus præstat etiam leuem culpam. I. Si
vtriusque gratia res commodata sit: veluti si cùm duo
essent amicos communes inuitaturi, alteri cœnæ curā
suscipienti alter in eum vsum vasa commodauerit, d.
l. in rebus. versat si vtriusque. II. Si ita inter contra-
hentes conuēnit: quia contractus pactis informantur,
D. de pact. l. 7. §. quin immo. & ab eis legem accipiunt,
D. deposi. l. 1. §. si conuenit. Duobus casibus tenetur
etiam ob casum fortuitum. I. Si de eo præstando pa-
ctus sit, l. 1. II. Si commodatarij culpa interuenerit:
veluti si argentum, quod in cœnæ vsum commodatò
accepit, secum peregrè tulerit, & hostium, aut latronū
incursu amiserit, D. h. t. l. 5. §. quod verò. & §. sed inter-
dum. & de oblig. & act. l. 1. §. & ille. & Instit. quib. mod.
re contrah. oblig. §. item is cui. ¶ Quartò quæritur, 7
quid in hanc actionem veniat? Hac actione commoda-
tarius restituere cogitur, I. Rem quā cōmodatò acce-
pit, l. 2. 3. & vlt. Debet autem loco & tempore, de quo
conuenit, restituere, D. eod. l. 5. in princ. & qualis fuit,
cùm commodaretur: nam quæ deterior redditur, non
videtur reddita, D. eo. l. 3. §. 1. Siue igitur non restituat,
siue deterioratam restituat, damnatur in quantū actor
in litem iurauerit, d. l. 3. §. in hac actione. & D. de iudic.
l. non ab iudice. 64. in princ. II. Fructus ex ea re per-
ceptos, D. de vsur. l. videamus generali. 38. §. si posses-
sionem. III. Quæstum ob eam rem factum : quia rei
periculum ad commodantem spectat : & qui periculū
subit, ad eum debet lucrum pertinere, D. h. t. l. is qui. 13.
§. 1. Hoc regulariter verum est. Excipitur, cùm re surre-
pta commodatarius furti egit, & duplum, vel quadru-
plum est consecutus : hoc enim sibi retinet; quia hoc
casu periculum subit, cùm electio sit domini, vtrùm
commodati contra commodatarium, an furti contra
furem agere malit; & commodatario electo rei pericu-
lum ipsius commodatarij est, C. de furtis, l. vlt. §. 1. & §.
penult. ¶ Quintò quæritur, quibus exceptionibus seu 8
defensionibus se tueri commodatarius hac actione
conuentus possit? Competunt autem ei plures defen-
siones. I. Si dolo, & culpa careat, cùm tantùm dolum
& culpam præstet, vt sup. docui. Vt putà, si seruus com-
modatus senectute, aut morbo, sine culpa commodata-
rij deterior factus, aut mortuus sit, commodatarius
non tenetur, D. h. t. l. 5. §. quod verò. II. Si nondum
vsus finitus sit, cuius gratia res commodata fuit, D.
eod. l. in commodato. 17. §. sicut. & extr. eod. cap.
vnic. Quocirca si quis rem alteri commodauerit,
vt is suo creditori pignori daret : soluto debito,
consequenter liberato pignore hæc actio datur, l. 3.
Sed etsi commodatarius luere pignus nolit, ob cul-
pam tenetur : Si verò creditor nolit pignus restituere,
licèt sibi debitum solutum, vel oblatum sit, commoda-
tarius ad hoc tantùm tenetur, vt actionem pignerati-
tiam aduersus creditorem commodatori cedat, D. eo. l.
5. §. rem tibi dedi. III. Si actor sibi inuicem debeat,
& condemnandus sit in pecuniam ob rem amissam,
vel deterioratam: hoc enim casu compensationi locus
est, D. eod. l. in rebus. 18. §. vltim. quamquam prætextu
compensationis res commodata retineri non potest, l.
vltim. vide inst. de compensat. §. 13.

Tit. XXIV. De pigneratitia actione.

I. 7. ij. 8. ij.	*§. j. 9. j.*
II. 8. ij.	*VIII. in princ. 7. iij. 9. iij.*
III. in princ. 8. ij.	*§. j. 7. ij.*
§. j. 7. ij. 8. iv.	*IX. 7. iij. 12. 13. ij. iij.*
IV. 9. ij.	*X. 7. j. 9. iv. 12.*
V. 7. iij. 8. iv. 9. iij.	*XI. in princ. 7. j. 8. j.*
VI. 7. iij. 9. iij. 13. iij.	*§. j. 13. v.*
VII. in princ. 7. ij. iij.	*XII. 7. j. 8. j. ij. 9. iv.*

Ergit in expositione contractuum, qui 1
re perficiuntur : & cùm de mutuo &
commodato egerit, consequenter tra-
ctat de pignore, ex quo nascitur actio
pigneratitia directa, & contraria. Cùm
enim pignus quinque modis obligetur, videlicèt con-
tractu, D. de pact. l. 1. §. vltim. (qui inter eos numeratur,

qui re perficiuntur, Instit. quib. mod. re contrah. oblig. §. vlt.) nudo pacto, D. hoc t. l. 1. in princ. & de pact. l. si tibi. 17. §. de pignore. testamento, D. h. t. l. non est mirum. 26. in princ. missione in possessionem, ibid. & infr. de prætor. pign. & captione ex causa iudicati, infr. si in caus. iudic. pign. capt. sit. Hîc de eo solo pignore agitur, quod ex contractu descendit: cuius pignoris proprium est, vt pariat actionem pigneratitiam, de qua hoc titu-
3 lo tractatur. ¶ Pignus igitur, quod in præsentia consideratur, est contractus, quo res creditori obligatur, & traditur in rei creditæ securitatem, Instit. quib. mod. re
4 contrah. oblig. d. §. vlt. ¶ Pigneratitia verò actio capitur duobus modis. I. Angustè, & propriè pro actione ciuili in personam, quæ ex contractu pignoris oritur, D. h. t. l. si rem alienam. 9. §. omnis. & Instit. quib. mod. re contrah. oblig. §. vltim. cum sim. II. Latè, vt non solùm hanc actionem, sed etiam hypothecariam (quæ est prætoria, Instit. de action. §. item Seruiana. in rem, infr. de pignorib. l. pignoris. 18. & D. eod. l. pignoris. 17. ex nuda etiam conuentione competens, D. de pact. l. si tibi. 17. §. de pignore.) suo ambitu complectatur, infr. si alien. res pigno. l. 5. & D. ad exhib. l. 3. §. est autem. & quib. mod. pign. solu. l. Titius. 9. in princ. & de except. rei iudi. l. duobus. 19. & l. penult. §. 1. Sed hoc loco sumitur
5 in significatione propria, & angusta. ¶ Quoniam igitur hæc actio duplex est; directa, & contraria: & alia affinia remedia debitori, ac creditori competunt: hinc oriuntur tria huius tituli capita: primum de actione pigneratitia directa; alterum de contraria; tertium de
6 affinibus remediis. ¶ Primo capite de actione directa
7 dissoluuntur tres quæstiones. ¶ Primò quæritur, qua ex causa hæc actio competat? Tria requiruntur, vt hæc actio detur. I. Vt debitum sit solutũ, vel creditori oblatum, & eo nolente accipere, obsignatum & depositum, l. nec creditores. 10. l. penult. in princ. & l. vlt. vel alia quacumque ratione creditori sit satisfactum, D. eod. l. si rem alienam. 9. §. omnis. II. Vt creditor non restituat pignus, l. si nulla. 8. §. sanè. vel pignoris accessiones, vt fructus ex pignore vltra debitam quantitatem perceptos, l. 1. aut restituat pignus deterioratum: debet enim rem talem restituere, qualis erat, cùm obligaretur, l. 3. §. & si agrum. l. 7. in princ. III. Vt creditor dolum, vel culpam commiserit: præstat enim in pignore dolum, & culpam latam, & leuem; non leuissimam, & multò minùs casus fortuitos, l. 5. 6. 7. in princ. l. si nulla. 8. in princ. l. pignus. 9. & D. eod. l. si cùm venderet. 13. §. vlt. & l. seq. & Instit. quib. mod. re contrah. oblig.
8 §. vltim. ¶ Secundò quæritur, quid in hanc actionem veniat? Hac actione petitur. I. Rei pigneratæ restitutio, l. penult. in princ. & l. vltim. & Institut. quib. mod. re contrah. oblig. §. vltim. II. Fructus pignoris, D. hoc tit. l. si pignore. 22. §. si prædo. & de fideiuss. l. Paulus. 59. siue naturales, siue ciuiles sint, l. 2. & 3. in princ. iis exceptis, quos creditor vel cum vsuris pecuniæ creditæ compensat (quod non solùm ob pactum expressum, sed etiam ob tacitum obtinet: veluti cùm debitor, qui pignus dedit, gratuita pecunia vtitur: est enim tacita quædam antichresis, vt creditor pignore vti possit, & iure vsurarum fructus percipiat, D. in quib. caus. pign. tac. contrah. l. cùm debitor. 8.) vel in sortem debitam imputat: non solùm autem imputat, quos percepit, sed etiam quos percipere debuit, ac neglexit, d. l. 3. in princ. Denique fructus vel debitum æquant, vel excedunt, vel exceduntur. Primo casu compensatione inuicem facta, neque creditor pecuniam creditam repetit, neque debitor fructus pignoris petit, l. 1. in princ. Secundo casu superflui fructus redduntur; d. l. 1. vers. εἰ δὲ καὶ πλείονες, quòd si fructus. Tertio casu obligatio minuitur, d. l. 2. & residuum debitum solui debet, l. vltim. quia compensatio fit tantùm in quantitate concurrente, infr. de compensat. l. 4. III. Superfluum pretij, si creditor pignus pluris vendiderit, quàm sibi deberetur, vnà cum vsuris; si aut id fœnori dedit, aut eo est vsus, aut moram in restituendo commisit, D. hoc tit. l. 6. §. vltim. & l. 7. infr. de distract. pignor. l. vltim. IV. Quod debitoris interest, rem amissam, l. 5. vel deterioratam non esse, l. 3. §. 1. si fortè dolo, aut culpa creditoris sit amissa, vel deterior facta.
¶ Tertiò quæritur, quibus exceptionibus, seu defen- 9
sionibus creditor hac actione conuentus, se tueri possit? Defensiones hæ proponuntur. I. Exceptio debiti, id est, si neque creditori solutum, nec aliter satisfactum sit, nec oblatum quod debetur. Vide supr. §. 7. articul. 1. II. Exceptio pignoris ex pacto conuento à creditore distracti. Hoc pactum non omnino obstat, quominùs rectè moueatur actio pigneratitia, l. 4. sed tantùm facit, ne creditor teneatur ipsam rem restituere, quam permissu debitoris vendidit: tenetur tamen superfluum pretij restituere, si pluris vendidit pignus, quàm sibi deberetur, vt suprà docui. III. Si res periisse, aut amissa esse dicatur; dummodò id re vera contigerit, & creditor dolo, ac culpa careat, l. 5. l. 6. l. si nulla. 8. IV. Præscriptio longissimi temporis, id est, triginta annorum, supr. de constit. pecu. l. 2. vers. neque sit. & infr. de præscript. trigin. vel quadrag. an. l. 3. in princ. quod tempus non currit antequàm actio nascatur (id est, antequàm debitum solutum, vel oblatum, vel creditori satisfactum sit, vt docui supr. §. 7. memb. 1.) Quia contra eum, qui non potest agere, præscriptio non currit, supr. de inoff. testam. l. contra. 16. & infr. de anna. except. l. 1. §. vlt. Præscriptio verò longi temporis creditori, & eius heredibus denegatur, l. nec creditores. 10. & l. vltim. quia iam diximus actionem pigneratitiam esse personalem: actionibus autem personalibus hæc præscriptio opponi nõ potest, infr. quib. nõ obiic. lon. temp. præscr. l. 5. ¶ Secundo capite de actione pi- 10
gneratitia directa, quæ creditori datur aduersus debitorem, quæritur quid in eam veniat? Creditor hac actione petit, I. Necessarios sumptus in rem pigneratam factos, l. 7. §. creditor. & D. eod. l. si necessarias. 8. in princ. & l. si seruos. 25. II. Quod sua interest non esse deceptum in pignore, D. eo. l. 1. §. vltim. l. cum debitore. 32. l. si pignore. 36. & de fideiussor. l. si in pignore. 54.
¶ Tertio capite non tractatur de actione pigneratitia; 11
sed de affinibus remediis: quorum alia debitori competunt, proinde sunt affinia pigneratitiæ directæ: alia creditori tribuuntur, idcirco sunt affinia pigneratitiæ
contrariæ. ¶ Debitori, præter actionem pigneratitiam 12
directam, datur rei vindicatio etiam contra creditorem: quia debitor manet dominus rei, quam pignerauit, l. pignus. 9. Constat autem rei vindicationem dari domino, D. de rei vindic. l. in rem. 23. in princ. contra quemcumque possessorem, qui rem detinet, eiúsq; restituendæ facultatem habet, D. eod. l. officium. 9. Sed quamuis ipso iure debitor pignus à creditore vindicare possit: tamen, durante causa pignoris, ab eo per exceptionem pignoris summouetur, l. nec creditores. 10. vbi onus probandæ obligationis iniungitur creditori, & onus probandæ solutionis ad infirmandam pigno-
ris exceptionem imponitur debitori. ¶ Præter actio- 13
nem autem pigneratitiam contrariam, creditori datur I. Exceptio pignoris aduersus debitorem rem vindicantem, vt modò dixi. II. Actio hypothecaria, quæ est vindicatio pignoris, d. l. nec creditores. & D. de pignor. l. si fundus. 16. §. in vindicatione. III. Actio personalis, qua pecuniam sibi debitam petit ex principali obligatione, cui pignus accessit, l. 6. & d. l. pignus. 9. IV. Interdictũ Saluianum, inf. de precar. l. 1. V. Facultas occupãdi pignoris vel ex pacto, vel ex iudicis permissione, l. pen. §. 1. Extra has causas nõ potest pignus occupare;
quia

quia non debet sibi ipsi ius dicere,supr.de oblig.& act.
l.negantes. 9.& infr.de conuen.fisci debit.l.pen. Vnde
creditor rem pigneratam auferens tenetur vi bono-
rum raptorum, infr. vi bonor.raptor. l. 3. Quin etiam
ex pacto possessionem ingrediens, si debitor resistat,
iudicis competentis auctoritatem adhibere debet, vt
eius auctoritate possessionem nanciscatur, infr. de pi-
gnor. l. 3.

Tit. XXV. De exercitoria,& institoria actione.

I. 7. 11. 18. j.	*IV.* 2. 7. 8.
II. 7. 8. 12. 18. j. ij.	*V.* 10. 13. 14. 15. 17.
III. 4. 6. 7. 8.	*VI.* 13. 14. 15. 16.

1 EX contractibus iam expositis,nempe mu-
tuo,commodato,pignore, non solùm per
nosmetipsos obligamur; sed etiam per
alios: vel quia eos alicui negotio præpo-
suimus, vnde oriuntur actiones exercito-
ria,& institoria; vel quia sunt in nostra potestate,vt se-
2 quenti titulo explicabitur. ¶ Huius tituli duæ sunt
perspicuæ partes; quarũ prior est de exercitoria actio-
ne.Hæc est actio prætoria, Instit. quod cum eo, qui in
alien.§.eadem.quæ ex contractu magistri nauis (vide-
licèt si ex ea causa contraxit, cui præpositus est, D. de
exercit.act.l.1.§.non autem.)datur in exercitorem, qui
magistrũ naui præposuit, etiamsi mulier præposuerit,
l.4.non enim mulier obligatur pro magistro, vt dici
possit locum esse Velleiano senatusconsulto; sed per
magistrum. Alibi didicimus magistrum esse,cui totius
nauis cura incumbit, d. l. 1. §.magistrum.Exercitorem
verò esse eum,ad quem obuentiones, & reditus ex na-
ui perueniunt, siue sit dominus, siue nauem per auer-
sionem conduxerit,d.l. 1. §. exercitorem. Cùm autem
in d. l. 4. dicatur, mulierem teneri exercitoria actione
ad similitudinem institoriæ:caue inde colligas instito-
riam esse vetustiorem exercitoria: quoniam è contra-
rio dicitur in mulierem competere institoriam exem-
plo institoriæ,D.eod.l.7.§. 1. tantùm igitur ex his locis
colligere oportet,harum actionum eandem esse ratio-
3 nem quod ad hoc,vt in mulierem æquè dentur. ¶ Po-
sterior pars, quæ est de actione institoria, diuiditur in
4 tria capita. ¶ Primum caput est de ipsa actione insti-
toria,quæ ex verbis edicti comperit: nam hæc quoque
est actio prætoria, D.h.t.l. 1. & Instit. quod cum eo. §.
eadem.Non tamẽ in institorem,vt exercitoria in exer-
citorem competit; sed ex contractu institoris datur in
eum,qui institorem præposuit, d. l.1.dummodò ex ea
causa contraxerit,cui præpositus fuit, vt mox docebo.
Est autem institor,qui tabernæ, vel cuiuis negotiatio-
ni præpositus est,ex eo dictus, quòd negotio gerendo
5 instat,D.eod.l. 3.4.5. ¶ De hac institoria actione sub
6 hoc tit. dissoluuntur quatuor quæstiones. ¶ Primò
quæritur,cui hæc actio detur?Respondetur,dari ei, qui
cum institore contraxit, veluti qui apud eum depo-
7 suit, l. 3. ¶ Secundò quæritur, contra quem detur?
Respondetur, dari contra eum,qui institorem præpo-
8 suit,l.1.2.3.4. ¶ Tertiò quæritur,qua ex causa compe-
tat?Respondetur,dari ex contractu institoris,l.4. dum-
modò ex ea causa,cui præpositus est,contraxerit,l. 2.&
9 3. ¶ Nota primò, seruum negotiari vel in merce do-
minica,vel in peculiari: ac magnam esse differentiam,
vtrùm in hac,an in illa negotietur: quia negotiatio in
merce dominica pertinet ad actionem institoriam;ne-
gotiatio verò in merce peculiari locum facit actioni
tributoriæ,non institoriæ,D.eod.l.sed si pupillus.11.§.
10 penul. ¶ Nota secundò, eum negotiari, qui fœnus
exercet,nõ eum qui mutuum accipit: vnde præsides,&
Anal. Cod.
milites mutuam pecuniam accipere possunt, cùm fœ-
nerare,& negotiari prohibeãtur,D.de reb.cred.l.prin-
cipalibus.33.& l.seq.& infr.negot.ne milit.l.vn.Et ser-
uus præpositus pecuniis fœnerandis locum facit actio-
ni institoriæ,D.h.t.l. 5. §. Labeo.Cùm autem mutuum
accipere iussus, nulli negotiationi præpositus est, non
datur in dominum actio institoria ex verbis edicti, sed
vtilis ad illius exemplum,l.5.&D.eod.l.penul.in princ.
¶ Nota tertiò, si alicui negotiationi præpositus pecu- 11
niam mutuetur, non nasci actionem institoriam, nisi
vel in gratiam negotiationis, cui præpositus est, mu-
tuum accipiat,cùm mutuari non sit prohibitus, D.eod.
l.5.§.non tamen.cum trib.§§§.seqqq.vel ei nominatim
permissum sit, vt mutuum sumat,l.1. ¶ Quartò quæ- 12
ritur,in quantum hæc actio detur? Respondetur, dari
in solidum, l. 2. quod in exercitoria similiter obtinet,
Instit.quod cum eo.§.eadem. ¶ Secundo capite de vti- 13
li actione institoria, quæ dicitur dari ad instar actionis
institoriæ,l.vlt.vel ad eius exemplum,l.penult.quatuor
quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò quæritur,per quem 14
aliquis huic actioni obnoxius reddi possit? Responde-
tur,hac actione aliquem teneri, non solùm per seruum
suum,d.l.vlt.sed etiam per hominem liberum, cui mã-
dauit,vt contraheret,d.l.penult.& D.de actioo.empt.l.
Iulianus.13.§.si procurator.quod & in actione instito-
ria ex verbis edicti competente, & in exercitoria simi-
liter obtinet,Instit.quod cum eo.§.eadem. ¶ Secundò 15
quæritur, ex qua causa nascatur? Duo coniunctim re-
quiruntur, vt hæc actio competat. I. Contractus eius,
per quem quis huic actioni sit obnoxius, l. vlt. vt mu-
tuũ,l.pen.vel emptio,& venditio,d.l.Iulianus.§. si pro-
curator. vbi rectè vocatur vtilis actio ex empto: quia
institoria, vel quasi institoria non est species actionis;
sed qualitas alicui actioni adiecta. Sic in l.pen.est vti-
lis certi condictio, quæ ex mutuo oritur. Porrò hæc,
quæ ex mutuo datur,modò est institoria,videlicèt cum
institor vel domino permittente,vel in causam,cui est
præpositus,mutuum accepit,vt docui supr. §. 10. mo-
dò quasi institoria, nimirum cùm is, qui non est insti-
tor,pecuniam est mutuatus,d.l.penult.vt exposui supr.
§.10. ¶ Tertiò quæritur,in quantum detur?Responde- 16
tur,dari in solidum, d.l. vlt.quod & de institoria,& de
exercitoria notaui,supr.§.12. ¶ Quartò quæritur,si du- 17
bitetur de voluntate, seu mandato domini, id est, an
iusserit mutuò pecuniam accipi, vtri incumbat onus
probandi? Respondetur, eum probare mandatum de-
bere,qui agit, d.l.pen. secundum regulam iuris, quòd
actor suam intentionem probare debet, supr.de eden.
l.4.& de probat.l.1.l.actor. 23. & D.eo.l.verius. 21. &
Instit.de legat.§.non solùm.in fin.& actore non probã-
te reus absoluitur,sup.de eden. d.l.4. & de rei vindic. l.
vlt.& de probat.l.2. ¶ Tertio capite proponuntur affi- 18
nia quædam remedia. I. Actio de peculio, l.1. & 2. II.
Actio de in rem verso,d.l.2.

---

*Tit. XXVI. Quod cum eo,qui in aliena potestate est,
negotium gestum esse dicetur, vel de peculio, seu
quod iussu,aut de in rem verso.*

I. 7. j. 12. j. 13. j. 14. 18. 19. j. 20. 23. 24. 25.	§. j. 10.
II. 6.	*VIII.* in princ. 18. 19. j.
III. 23. 24. 25. 26.	§. j. 5.
IV. 7. ij.	*IX.* 6.
V. 13. j.	*X.* 8. ij.
VI. 8. j.	*XI.* 11. j. 12. j 13. ij.
VII. in princ. 11. j ij. 12. j. 13. ij. 15. 22. 23. 24. 25. 26.	*XII.* 10. j. 13. ij. 22. 23. 24. 25.
	XIII. 7. j. 16. 17. 18. 19. ij.

1 HVius tituli nexum exposui sup.tit. prox.§.1.
Diuisio autem in quatuor partes manife-
sta est. Prima est generalis,de his,quæ cum
filiisfamiliarum,aut seruis gesta sunt:in re-
liquis specialiter explicantur quædam actiones ex ha-
rum personarum contractibus in patrem , vel dominũ
2 competentes. ¶ Prima pars tribus capitibus contine-
tur:quorum primum ad filiumfamiliâs , secundum ad
3 seruum , tertium ad extraneum pertinet. ¶ In primo
igitur capite tractatur de contractu,& quasi contractu
4 filiisfamiliâs. ¶ De contractu duæ quæstiones dissol-
5 uuntur. ¶ Primò quæritur , si filio mutuam pecuniam
accipiente,pater pro eo fideiusserit,an ex ea fideiussio-
ne conueniri possit? Dubitationem facit senatuscon-
sultum Macedonianum , ex quo datur exceptio , non
solùm ipsi filiofam.mutuanti,sed etiam patri eius,& fi-
deiussori,D.de S.C.Macedon.l.sed si paterfam.9.§.non
solùm.quare siue vt pater , siue vt fideiussor conuenia-
tur, exceptione vti posse videtur. Sed contrarium ve-
rius est,l.si mandator.8.§.1; quia fideiubendo consen-
sit:paternus autem consensus Macedonianum cessare
facit,infr.ad S.C.Macedon.l.2.& l.vlt.&D.eod.l.si tan-
6 tùm. 12. ¶ Secundò quæritur , an ipse filius , qui con-
traxit,conueniri possit?Respondetur per distinctionẽ:
aut enim est adhuc in patris potestate ; aut factus est
sui iuris,putà morte patris.Priori casu iure tenetur,l.si
ex alio. 9. quia filiusfam. ex omnibus causis æquè ac
paterfam.obligatur,& conueniri potest , D.de iudic. l.
tam ex contractibus. 57. & de oblig. & act.l.filiusfam.
59.excepto mutuo, d.l.si ex alio. quod senatusconsulto
Macedoniano prohibitum , D.de S.C.Macedo. l. 1. &
Instit. h. t. §. penult. Posteriori casu: si heres patris sit,
pro parte hereditaria tenetur:& si sit heres ex asse, te-
netur in solidum. Si verò heres non sit,vt quia pater-
na hereditate abstineat; nõ tenetur nisi ex edicto præ-
toris,in quantum facere potest,l.2.& d.l.si ex alio.9. &
7 D.h.t.l.2. ¶ Quasi contractus duo considerantur. I.Si
filiusfam.tutor,aut curator datus sit: pater de peculio,
& de in rem verso tenetur , nisi voluntate patris filius
sit decurio creatus , deinde eum magistratus tutorem,
vel curatorem dederint;quo casu pater tenetur in soli-
dum,l.1.& infr.de filiisfam.& quemad.pro his pat.ten.
l.vlt.quod ratione patriæ potestatis obtinet : nam si fi-
lium emancipasset , quamuis posteà decurionem fieri
consensisset,tamen ob munus ab eo gestum non tene-
retur , infr. eod. l. 1. II. Si pater mutuatus filio iusserit
pecuniam à creditore accipere ; filius pecuniam acci-
piendo non obligatur,nec conueniri potest , nisi here-
ditario nomine , si patri heres extiterit , l.4.ipse autem
pater non quod iussu , sed directè certi condictione
conueniri potest,quẽadmodũ & dominus,qui mutua-
tus iussit pecuniam seruo numerari,D.quod iussu.l.vlt,
8 in princ. ¶ In secundo capite duo contractus à seruo
facti considerantur. I. Seruus mutuam pecuniam ac-
cipiens , vice vsurarum creditori concessit habitanda-
rum ædium facultatem. Hæc concessio sine domini
consensu facta non valet , l. 6.Ex mutuo verò constat
dominum de peculio teneri,& de in rem verso , si pe-
cunia in rem eius versa sit ; & quod iussu, si consensit.
De quibus actionibus posteriùs dicetur. II. Seruus,in-
scio dominu, res ad dominum pertinentes Titio ven-
didit,& tradidit;quæritur,an emptor dominus fiat,aut
saltem res vsucapiat , seu longo tempore præscribat?
Respondetur per distinctionem : quia si seruus libe-
ram peculij administrationem habens , rem peculia-
rem alienauit , alienatio tenet,nec potest à domino re-
scindi; sed dominium emptori per traditionem acqui-
ritur:aliàs alienatio non tenet,nec res vsucapi,vel præ-
scribi potest; immo si res mobiles sint,furtiuæ fiunt,&
emptor furti actione tenetur : quia cùm venditoris
conditionem non ignoraret , & sine domini consensu
à seruo emerit,mala fide possidet, l.si liberam.10. ¶ In 9
tertio capite ostenditur,si quis in rem alienam suo no-
mine mutuam pecuniam acceperit, dominum negotij
conueniri à creditore non posse , nisi aut contractum
ratum habuit,aut in rem eius pecunia versa est,l.7. §.t.
¶ In secunda tituli parte de actione de peculio decidũ- 10
tur quinque quæstiones. ¶ Primò quæritur , cui hæc 11
actio detur? Respondetur , dari I. Ei , qui cum alieno
seruo , d.l.7.in princ.aut ancilla, l.cum ancilla. 11. aut
cum filio,siue filiafamiliâs , D.eod.l.1.§.de eo. l. & an-
cillarum.27.in princ.& Inst.de actionib.§.actiones.aut
cum eo,quem aliquis bona fide possidebat, d.l.1.§.vlt.
& l.seq.negotium gessit,d.l.1.§.verba,id est,contraxit,
d.§.actiones.vel quasi contraxit, D.de negot.gest.l.6.§.
sed si ego. II. Eius heredibus cæterisq; successoribus,
d.l.7.in princ. ¶ Secundò quæritur , contra quem de- 12
tur? Respondetur,dari I. Contra patrem, l.1.vel domi-
num,l.7.in princ.d.l.cum ancilla.& l.penult. II. Con-
tra eum,qui pro domino habetur , id est,contra bonæ
fidei possessorem,D.eod.l.1.§.vlt. (ex his causis,ex qui-
bus ipsi per bona fide possessum acquiritur , alioquin
contra ipsum dominum agere oportet , D.eod.l.eo tẽ-
pore.50.§.vlt.) & contra fructuarium , vel vsuarium,
D.quan.de pec.act.an. est. l.1.§. vsufructu.Similiter ex
quibus causis seruus eis acquirit,D.h.t.l.2.Ergo secun-
dum causarum distinctionem modò agendum contra
verum dominum , modò contra bonæ fidei possesso-
rem,vel fructuarium , siue vsuarium : si tamen pecu-
lium,quod ad eum spectat, qui conuenitur , non suffi-
ciat,ex residuo peculio,quod ei non acquiritur , cre-
ditoribus satisfaciendum est: quia qui cum seruo con-
trahunt,totum eius peculium intuentur , D.eod.l.hinc
quæritur.19.§.1.l.si creditor.37.§.vlt. II. Contra here-
des,D.eod.l.si quis seruum.29.in princ.l.quæsitum.30.
§.1. ¶ Tertiò quæritur, quibus ex causis detur? Sunt, 13
I, Filiifamiliâs contractus,Instit.de action. §. actiones.
Veluti si pro aliquo fideiusserit,l.5. vel quasi cõtractus,
putà si tutelam,vel curam gesserit,l.1. II. Serui,l. pen.
contractus,d.§.actiones.vt mutuum,l. 7. in princ. & l.
vlt,vel quasi contractus.Quæ diximus de filiofamiliâs,
& seruo,eadem obtinent in filiafamiliâs , & ancilla , l.
cum ancilla. 11.& D.de pecul.l.1.§.de eo.l. 3. §. parui.
& l.ancillarum. 27. in princ. & de pecul. l. filiusfami-
liâs. 14. ¶ Quartò quæritur, in quantum detur? Satis 14
constat non dari in solidum, sed peculio tenus , Instit.
de actionib. §. actiones. & quod cum eo. §. prætereà.
Idcirco distinguitur ab actione in solidum competen-
te,l.1. ¶ Quintò quæritur,quamdiu duret? Responde- 15
tur,quamdiu filius,vel seruus est in potestate,esse per-
petuam:eo verò mortuo , aut emancipato , seu manu-
misso,annalem esse,d.l.7.in princ.& D. quan. de pecul.
act.ann. est. l.1. in princ. ¶ In tertia parte de actione, 16
quæ vocatur quod iussu , l. vltim. in princ.deciduntur
quatuor quæstiones ; quanquam secunda duplex erit,
qua diuisa fient quinque quæstiones. ¶ Primò quæri- 17
tur , quo iure sit introducta? Respondetur esse intro-
ductam edicto prætoris,D.de pecul. l. t. §. 1.& Instit.
quod cum eo.§.si igitur, idcirco dicitur actio prætoria,
l.vlt. in princ. ¶ Secundò quæritur , cui , & contra 18
quem detur? Respondetur , ei , qui cum filiofam. aut
seruo alieno contraxit , aduersus patrem , vel domi-
num competere , l. t. l. si mandator. 8. in princ. & l.
vltim. & Instit. quod cum eo. §. si igitur. ¶ Tertiò 19
quæritur , quibus ex causis competat? Causæ eædem
sunt,quæ actionis de peculio ; nempe I. Filiifam.con-
tractus,l.si mandator. 8.in princ. vel quasi contractus,
vt tutela,vel cura gesta,l.1.II. Serui contractus,vt mu-
tuum,l.vltim.& quasi contractus:sed illud huius actio-
nis proprium est,vt iussus patris,vel domini accesserit,

D.quod

D.quod iussu. l. 1. in princip. & Institut.quod cùm eo.
d. §. si igitur. Iussus autem in præsentia latè accipitur
pro quocumque consensu, adeo vt etiam ratihabi-
tio patris, vel domini hanc actionem pariat, d.l.1.§.1.
20 §.sed & si mandauerit.& §.si ratum. ¶ Quartò quæri-
tur, in quantum detur? Respondetur dari in solidum,
l. 1. & D.quod iussu, d. l. 1.in princip.& Institut.quod
cum eo, d.§. si igitur. Videlicèt quatenus iussit: nam
si dominus seruo iusserit, mutuò quinquaginta su-
mere; ille autem sexaginta sumpserit, actio quod ius-
su non dabitur nisi in quinquaginta, D.quod iussu.l.3.
21 de cæteris decem erit actio de peculio. ¶ In quarta
parte de actione de in rem verso dissoluuntur sex
22 quæstiones. ¶ Primò quæritur, quo iure sit intro-
ducta? Respondetur, esse actionem prætoriam, ex
edicto competentem, l. 7.in princip. & l. penultim. &
23 D. de pecul. l. 1. §. 1. ¶ Secundò quæritur, cui detur?
Respondetur, ei dari, qui cum filiofamiliâs, aut seruo
alieno contraxit, vel quasi contraxit, l. 1. l. 3. l. 7. in
24 princip. & l. penultim. in princip. ¶ Tertiò quæritur,
contra quem detur? Respondetur, dari I. Contra pa-
trem, d.l. 1. vel dominum, dictis lll. 3. 7. in princip. &
penultim. I I. Contra heredes, d. l. 7. in princip.
25 ¶ Quartò quæritur, quibus ex causis detur? Ea iis-
dem causis datur, ex quibus actio de peculio, id est, ex
contractu, vel quasi contractu serui, aut filijfamiliâs.
Quasi contractus filijfamil. est in l. 1. contractus serui
in l.3.7.in princip.& penultim.Sed huius actionis pro-
prium est (quod ipso actionis nomine indicatur) vt
in rem, id est, in vtilitatem patris, vel domini versum
26 sit, ddd. lll. 3. 7. in princip. & penultim. ¶ Quintò
quæritur, quid in eam veniat? Respondetur, venire id,
quo actori debetur, vsque ad quantitatem in vtili-
27 tatem patris, vel domini versam, d.l.3. ¶ Sextò quæ-
ritur, quamdiu duret? Respondetur, esse perpetuam,
d.l.7.in princ.& D.de in rem verso, l.1.§.1.

Tit. XXVII. Per quas personas nobis acquiritur.

I. in princ. 13 j.	*II. 13 ij. iij.*
§. j. 5.	*III. 9. ij.*

1 CVm dictum sit, per quas personas obli-
gemur, iam dicendum per quas è con-
trario acquiramus: quia contrariorum ea-
2 dem est scientia. ¶ Huius tituli duo sunt
3 capita. ¶ Prius caput est de seruis: qui
4 quidem aut nostri sunt, aut alieni, aut communes. ¶ De
5 seruis nostris tres quæstiones occurrunt. ¶ Primò
quæritur, quid per eos nobis acquiratur? Respondetur,
omnia per eos acquiri, nempe possessionem, domi-
nium, & obligationem, l. 1. §. 1. & Institut.eod. §. item
nobis. & per quas person.nobis oblig.acquir. in princ.
6 ¶ Secundò quæritur, quibus ex causis per eos nobis
acquiratur? Respondeo, ex omnibus causis acquiri, ijs
exceptis, ex quibus fructuario, vel bonæ fidei posses-
7 sori acquiritur, vt mox notabo. ¶ Tertiò quæritur,
quomodò acquiratur? Respondeo, acquiri ipso iure,
etiam dominis inuitis, vel ignorantibus, excepta here-
ditate, quam seruus domino non acquirit, nisi iussu
eius adeat, ne dominus ignorans, vel inuitus oneribus
hereditariis subiiciatur, quare aditio serui non valet,
nisi iussus domini præcesserit, D.de acq.hered.l. si quis
8 mihi bona.25.§.iussum.&Inst.h.t.§.item nobis. ¶Serui
autem alieni nobis non acquirunt, nisi eos bona fide
possideamus, vel in eis vsumfructum, aut vsum habea-
mus, & ex re nostra, vel operis suis acquirant, Inst. eod.
§.de his autem.& §.pen.& per quas person.nob. oblig.

acq.§. 1.& 2. ¶ Serui communes vnicuique domino- 9
rum pro rata dominij portione acquirunt. Excipitur
I. Nisi seruus iussu vnius ex pluribus dominis stipule-
tur, vel aliud negotium gerat: ei namque soli acqui-
rit, qui iussit. II. Nisi vni nominatim stipuletur, seu
negotium gerat: nam huic soli acquirit, D.de stipular.
seruorum. l. 5.& Institut. eo. §. vltim. & per quas per-
son.nob.oblig.acq. §. vlt. Quid ergo si vnus dominus
stipulari iusserit, seruus autē alteri domino stipuletur?
Si quidem ille iussit nominatim sibi stipulari, iussus
nominationi præualet: at si simpliciter stipulari iusse-
rit, non adiiciēs vt sibi stipuletur; ei acquiritur, cui dari
seruus stipulatus est, l.vlt. III. Nisi res alicui domino-
rum acquiri nō possit: hoc enim aliis solis solidum ac-
quiritur, D.de stipul.seruor.l.si communis.17.& Instit.
eod.d.§. vltim. ¶ Posterius caput est de hominibus li- 10
beris: qui vel nostro iuri subiecti sunt, vt filij, vel à
nobis bona fide possidentur, vel sunt extranei. ¶ Filij 11
familiarum olim parentibus æquè acquirebant, ac ser-
ui dominis suis acquirunt. Sed hodie distinguuntur
diuersa peculiorū genera: adeo vt ex peculio castrensi
vel quasi castrensi nihil patri acquiratur, ex profecti-
tio plenum dominium ei acquiratur. Ex peculio au-
tem aduentitio regulariter proprietas ad filium spe-
ctat, vsusfructus patri acquiritur, Institut. h.t. §. 1. &
per quas personas nobis oblig.acquir.in princip. Qui-
busdam tamen casibus filius plenum ius etiam in ad-
uentitiis habet, patri autem nihil acquiritur. I. Si quid
filiofamiliâs donatum, vel relictum sit hac lege, vt in-
de nihil patri acquiratur, Nou. 117. c. 1. II. Cùm pater
& filius simul succedunt ab intestato, Nouel. 118.
cap. 2. III. Si liberi partem bonorum paternorum,
vel maternorum ob diuortium temerè factum acci-
piant, Nouel. 134.cap. 11. IV. Si pater vsumfructum
filio remiserit, infr.de bon.quæ lib.l.6.§.sin autem res.
V. Si seruus filiofamil. donetur hoc pacto, vt statim
eum manumittat, C.eo.l.vlt.§.vlt. VI. Si filius patre dis-
sentiente hereditatem adeat, d.l.vltim.§.1. VII. Si pa-
terna hereditas ob nuptias incestas à patre contractas,
ad liberos deuoluatur, Nouel. 12. cap.2. ¶ Homines 12
liberi à nobis bona fide possessi, ex iisdem causis nobis
acquirunt, ex quibus per seruos alienos bona fide pos-
sessos, vel in quibus vsumfructum habemus, nobis ac-
quiri diximus: differentia tantùm est, quòd ex aliis
causis serui dominis suis, homines liberi sibi acqui-
runt, Institut. per quas person. nob. acquir. §. de his
autem. & per quas person.nob.oblig.acq.§.1.&2. ¶Per 13
homines autem liberos, qui nec nostro iuri subiecti
sunt, nec à bonis bona fide possidentur, regulariter
nihil nobis acquiritur, Institut.per quas person. nobis
acquir. §. penultim. Excipitur, I. Possessio, & per eam
dominium, vel vsucapiendi facultas, l. 1. in princip. &
Institut. d §.penultim. II. Certi condictio, si quis no-
stro nomine pecuniam crediderit, l.2. III. Actio hypo-
thecaria, si dicto mutuo pignus, vel hypotheca accesse-
rit, d.l.2. IV. Condictio indebiti, si quis nostro nomi-
ne indebitum soluerit, supr. de condictione indeb.
l. 6. Præter hæc, ex alterius pacto sæpe doli exceptio
acquiritur, vt ex pacto procuratoris, D.de pactis, l. res-
criptum.10.§.vltim.tutoris, D.eod.l.tutoris. 15. patris,
D.eod.l.& hered. 21.§.nos autem. fideiussoris, D. eod.
l.idem.25.§. vltim.

Tit. XXVIII. Ad S.C. Macedonianum.

I. 5. j.	*§. sane. 5. iij.*
II. §. j. iij. v. iv.	*VI. in princ. 3. 4.*
III. 5. iv.	*§. j. 3.*
IV. 5. iij.	*VII. in princ. 5. iij.*
V. in princ. 5. v.	*§. sin autem. 5. ij.*

1 ACtionibus suprà expositis non solùm accidit, vt per alios competant, sicuti proximis titulis docuimus: sed etiam vt quibusdam exceptionibus summoueantur, vt senatusconsulti Macedoniani, senatusconsulti Velleiani, non numeratæ pecuniæ, vt com-
2 pensationis, de quibus deinceps dicendum. ¶ De senatusconsulto Macedoniano (quod in odium Macedonis fœneratoris factũ est, D.h.t.l.1.in princ.) tria declaran-
3 tur: proinde huius tituli tria sunt capita ¶ Primo capite explicantur casus, quibus huic senatuconsulto est locus. Casus verò sunt, cùm filiusfamiliâs, vt nepos, aut pronepos mutuam pecuniam accepit, l.6. Intellige pecuniam numeratam: quia neque in aliis rebus mutuò datis hoc obtinet, nisi fraus senatusconsulto facta sit, D.eod.l.7.§.mutui. nec in aliis contractibus, nisi similiter in fraudem senatusconsulti facti sint. D.eod.l.3.§.
4 pen. ¶ Secundum caput est, de effectu senatusconsulti, quod obligationem & actionem ex mutuo non tollit ipso iure, sed inefficacem reddit propter exceptionem, tam contra patrem, si conueniatur de peculio, d.l.6.in princ. quàm contra ipsum filiumfam. qui mutuatus est, si conueniatur actione directa, id est, certi condictione, D.eod. d.l.7. §. si filius. cum sim. Fideiussori quoque, & mandatori succurri constat, d.l.7.§.1.& l.sed si paterfamiliâs.8.§.non solùm. Item heredibus, d. l. 7. §. quamquàm. Sed si manifestum sit, creditorem contra senatusconsultum fecisse, actionem à prætore denegari, ne frustra litigetur, vult senatus, D.eod l.1. in princ. Idcirco modò dicitur denegari actio, modò dari exceptio:
5 vt notaui in Isagogico, D.eod.§.4. ¶ Tertio capite proponuntur casus, quibus senatusconsultum cessat. I. Si cùm paterfam. publice videretur, aut cum se patremfam. affirmaret, creditor ei non temere fidem habens, pecuniam mutuam dedit, quoniam exceptio senatusconsulti nemini obstat, nisi sciuerit, aut scire potuerit eum, cui credebat, esse filiumfam. l.1.& 2.& D.eod. l.3. in princ & §. 1. & 2 & l.Iulianus. 1 . I I. Si filiusfam. erat miles, quia censetur mutuum accepisse in causam peculij castrensis, in quo senatusconsultum cessat, l.vlt. §.1. I I I. Si voluntate patris contraxit, l.2.l.4.l.5.§.sane. quòd adeo verum est, vt etiam ratihabitio patris, d. l. vlt. in pr. quamuis tacita, faciat cessare senatusconsultum, D.eod.l.si tantùm 12.& l.si filiusfamiliâs. § IV. Si non mutuum accepit, sed aliter contraxit, putà rem emit, & pretium promisit, l. 3. Idem dicendum, si aliam quantitatem, quàm numeratam pecuniam mutuatus est, nisi fraus senatusconsulto facta sit, vt supr. §. 3. notaui. V. Si in eam rem, quæ patris oneribus incumbebat, pecuniam accepit, l.2. veluti si cùm alibi studiorum, aut legationis causa degeret, ad accessores sumptus, quos paterna pietas non recusaret, pecuniam mutuatus est, l.5.in princ.& D.eod.l. 7. §.quod dicitur. aut dotem pro sorore, patre diu absente, promisit, d.l.7. §.sed etsi filiusfamiliâs. Idem est, si in aliam causam mutuatus, postea in rem patris vertit, d. l. 7. §. proinde. VI. Si suæ potestatis factus, obligationem nouauit, aut aliter debitum adgnouit, l.2.

Tit. XXIX. Ad senatusconsultum Velleianum.

I. 4 j. 15.16.j. 17.iv.21.iij. 23.iij.
II. 16.j.17.j.23.j.
III. 12 j.11.16 j 17.j.
IV. 4.j.9.10.16 j.
V. 2 iij 7.14.15 ij 19.j.23.iij.
VI. in princ.21.j.
§.j.13.21.j.
§ vlt.17.j.21.j.
VII 4 ij.7.16.ij.
VIII. 13.17 j 18.29 j 30.
IX. 1.15.17.j.21.iij.
X. 1.4.8.9.13.17.j.21.ij.
XI. 21.v.
XII. 23.v.
XIII 21.iv.
XIV. 4.iij 5.13.17.j.24 ij.
XV. 4. ij 13.17.j.
XVI. 4 j 17.j.19 j.
XVII. 17.j.19.ij.
XVIII. 8.17.j.23.iij.
XIX. 9.17.j.21.iv 26.
XX. 4.ij.17.j.
XXI. 21.iv.
XXII. 24 j.
XXIII. in princ.23.ij.27.
§.j.23 ij.
§ vlt.20.j.
XXIV. 23.iv.
XXV. 23.v.

HVius senatusconsulti appellatio duplex est: 1
nam I. A causa efficiente vocatur Velleianum, vt in hac rubr. quia Marco Silano, & Vellcio Tutore cõsulibus factum est, D.h.t. l.2.§.1. I I. A materia dicitur de intercessionibus feminarum, quia mulieribus intercedentibus data exceptione succurrit, l.quamuis.9.l.si aduersarius.10. & D. eod. l.si mulieri.15. ¶ Huius tituli duo sunt capita: quorum 2
priori ius ciuile, posteriori ius prætorium continetur.
¶ Priori capite de S.C.Velleiano dissoluuntur quinque 3
quæstiones. ¶ Prima quæstio est, quibus hoc senatus- 4
consulto succuratur? Respondetur succurri I. Mulieri, l.1.l.4.l.si mulier.16.& passim. I I. Eius heredibus, l. 7. & l.heredes.20. I I I. Fideiussoribus ab ea datis, l. mulierem.14.qui eius mandato se obligauerunt, l.si vxor. 15. Vnde apparet, hanc exceptionem, non personæ, sed rei cohærere, D.de except.l.7.§.1.alioquin ad alios non trasiret, sed soli mulieri cõpeteret, D.de diuers reg.iur. l.in omnibus causis. 68. ¶ Secunda quæstio est, quibus 5
ex causis beneficio senatus sit locus? Certum est, hoc senatuscõsulto intercessiones mulierũ infirmari, l.mulierem.14.& passim. Hæc sententia producitur quatuor modis. ¶ Primò producitur ad quemcumque interce- 6
dendi modum: multis enim modis mulier intercedere potest: quia vel res suas, vel semetipsam pro alio obligat: & omnes ad senatusconsultum pertinent, D. eod. l.2.§.pen. ¶ Res suas obligat, cùm eas pignerat, vel hy- 7
pothecæ supponit, D.eod.l.quamuis.8.in princ. & l.vlt. §.1.& infr.de distract.pign.l.mulier. 11. aliive eas obliganti consentit, l.5.& 7. ¶ Semetipsam obligat, vete- 8
rem, aut nouam alterius obligationem in se suscipiens, l feminis.18.& D.eod.d.l quamuis.§.1. ¶ Nouam sus- 9
cipere dicitur, cùm pro alio, qui obligari debebat, rea fit, l.4.l.cùm ad eas.19.& D.eod.d.l.quamuis.§.pen. veluti fundum pro marito conducens, l. si aduersarius, 10. ¶ Veterem alterius obligationem mulier suscipit, 10
cùm aut eam in se transfert, aut participat, d. l. 4.
¶ Transfert duobus modis. I. Cùm nouationis causa 11
pro alio expromittit, d. l quamuis. §. si conuenerit. I I. Cùm pro alio iudicium suscipit, D.eod.l.2.§. vltim.
¶ Participat multis multis. I. Si pro alio fideiubeat, 12
l.3.& D.de fideiuss.l.3.l. si Titius. 48. in princip. I I. Si cui mandet, vt alteri pecuniã credat, vel pro eo fideiubeat, D.h.t l.6.& 7. I I I. Si se pro alio soluturam constituat, D.de pecu.constit.l.1.§.1. IV. Si alieno nomine in arbitrum compromittat, D. de recept qui arbitr. recept. l. non distinguemus.32.l.si mulier. V. Si in iure interrogata responderit intercedendi animo se esse heredem, D. h. t. l. si mulier in iure. 23. vel seruum suum esse, D.eod.l.si mulier intercedendi.26. ¶ Secũdò 13
producitur, vt obtineat, pro quacumque persona mulier intercesserit: vt pro patre, l. si paternam. 8. pro filio, l.3.l.6.§.1.pro marito, l.si aduersarius.10. l. mulierem. 14. & l. seq. ¶ Tertiò producitur, vt hoc benefi- 14
cium mulieri detur, apud quemcumque intercesserit. Datur enim mulieri etiam contra mulierem, l. 5. & contra minorem vigintiquinque annis, nisi actio, quæ in priorem debitorem, pro quo mulier intercessit, minori est restituenda, ob illius debitoris inopiam inanis esset, D. eod. l. si apud. 12. ¶ Quartò produci- 15
tur, vt

tur,vt mulieri ſuccurratur,etiãſi ex cauſa interceſſionis
ſoluerit : non ſolutum repetere poteſt, licèt ſine inter-
ceſſione, donandi cauſa ſoluens non repetat, l. 1.&
l. quamuis. 9. quia ſenatus mulierib. intercedentibus,
16 non donantibus ſuccurrit, D. eod. l. 4. §. 1. ¶ Tertia
quæſtio eſt, qua in re mulieri ſuccurratur? Reſponde-
tur liberari I. Perſonam mulieris,ſi ſe obligauit, l. 1.2.
3.4. & paſſim. II. Pignora, ſi res mulieris pigneratæ
fuerint, l.5. & l.7. Denique omnis omnino obligatio,
& omnis contractus, quo mulier interceſſit, ad S. C.
17 Velleianum pertinet, D.eod.l.2.§.pen. ¶ Quarta quæ-
ſtio, quomodò mulieri ſuccurritur? Multis modis ei
ſuccuritur. I. Si conueniatur, exceptione Velleiani ſe
tueri poteſt,l. 2. l. 3. l. ſi paternam.8.l.mulierem.14.&
ſex legib.ſeqq. & D. eod.multis locis. Ideóque dicitur
mulier non teneri,l.6. §. vlt. quia non tenetur efficaci-
ter,l.quamuis.9. cùm beneficio Senatuſconſulti ſe tue-
ri poſſit, l.ſi aduerſarius. 10. II. Si manifeſta ſit inter-
ceſſio contra ſenatuſconſultum facta, denegatur con-
tra eam actio,D.eod.l.2. §. 1. III. Si rem ſuam vindi-
cet, oppoſitam pignoris exceptionem replicatione
ſenatuſconſulti ſummouere poteſt, D. eod. l. vir vxo-
ri.17.§. vltim. & l.vltim. §. item ſi mulier. IV. Condi-
ctionem repetendi cauſa habet, ſi contra ſenatuſcon-
ſultum obligata, ex ea cauſa ſoluerit, aut debitorem
ſuum delegauerit,quia delegatio vim ſolutionis habet,
18 l.1.& D.eod.l.quamuis.8.§. interdum. ¶ Quinta quæ-
ſtio eſt,quibus caſibus ſenatuſconſultum ceſſet? Caſus
multi ſunt, ſed ad duo ſumma genera referuntur: aut
enim ceſſat in contractu maſculi, aut in contractu fœ-
minæ. Maſculus ad ſenatuſconſultum non pertinet,
quod iam diximus eſſe de interceſſionibus femina-
rum: quare omnimodò obligatur, etiam cùm pro alio
intercedit:adeo vt ſi ſimul cùm femina intercedat;ſub-
ducta per ſenatuſconſultum perſona mulieris, maſcu-
lus efficaciter obligatus maneat,l. ſi paternũ. 8. Mulier
autem regulariter quidem iuuatur S. C. ſed interdum
ſecus eſt,vel quia non eget eius beneficio,ſed ipſo iure
tuta eſt:vel quia è contrario efficaciter obligatur. Cùm
ipſo iure tuta eſt;id eſt, vel iure cõmuni accidit,vel iu-
re ſpeciali, & ex priuilegio: item cùm efficaciter obli-
gatur, id vel ideo contingit, quia non interceſſit, vel
quia interceſſio non infirmatur Velleiano. Hæc igi-
tur quatuor ſunt deinceps explicanda. I. Quibus caſi-
bus mulier iure cõmuni tuta ſit. II. Quibus caſibus ex
priuilegio ſibi ſpecialiter indulto ſit tuta. III. Quib.ca-
ſibus obligetur,quia nõ intercedit. IV. Quibus caſibus
19 intercedens obligetur. ¶ Iure communi tuta eſt,id eſt,
eo iure, quod etiam in maſculos quadrare poteſt, I. Si
alius,putà maritus, res mulieris ſine eius conſenſu pi-
gnori dedit, l. 5. II. Si interceſſio non ſit vera, ſed ſi-
mulata:veluti ſi marito mutuam pecuniam accipiente,
inſtrumentum per ſimulationem ita ſit conceptum,
20 quaſi mulier mutuata ſit,l.ſi cùm pater. 17. ¶Ex ſpecia-
li autẽ priuilegio tuta eſt,I.Si eius interceſſio non ſit in
publicum inſtrumentum à tribus teſtibus ſubſignatum
redacta,l.antiqua.23.§. vlt. II. Si pro marito interceſ-
21 ſit,Nou.134.cap. 8. ¶ Non intercedens obligatur, vt
ſequentibus caſibus. I. Si filiorum ſuorum bona admi-
niſtrans, eorum tutoribus indemnitatem promiſerit,
& fideiuſſores,aut pignora dederit,l. 6.in princ. Secus
eſt, ſi tutore ſe excuſare volente, ipſa ſe interpoſuit,
& indemnitatem ei promiſit,d.l.6.§. 1. aut tutores pe-
tijt,& periculum in ſe ſuſcepit, d.l. 6. §. vlt. II. Si fun-
dum conduxit. Secus eſt, ſi cùm maritus conduceret,
ipſa ſe obligationi ſubiecit, l. aduerſarius. 10. III. Si
pro alio non obligata ſoluit, l. 1. veluti ſi rerum ven-
ditarum pretium pro marito ſoluit,l.4. verſ.ſed ſi præ-
dia.Secus eſt, ſi contra ſenatuſconſultum obligata ſol-
uit,l.quamuis.9.IV.Si pecuniam ſuo nomine mutuata
eſt,licèt ea tota, vel pars eius in rem mariti verſa ſit,
l. ſi fœnebris. 13. Secus eſt, ſi creditor, qui cum alio
contrahere propoſuerat, perſonam mulieris quaſi
magis idoneæ elegerit, l. cùm ad eas. 19. V. Si pi-
gnus, vel hypothecam remiſit, D. eod. l. quamuis. 8.
in princip. etiamſi marito remiſerit, l.etiam. 11. Exce-
pta hypotheca rerum dotalium, quæ remitti à mulie-
re non poteſt, infr.de rei vxor. act.l.vnic.§.& cùm lex.
Porrò renunciatio ſeu remiſſio, quamuis generaliter
facta,tamen coanguſtatur ad eos contractus, perſonas,
& res, ſuper quibus facta eſt, in aliis verò locum non
habet, l. iubemus. 21. ¶ Intercedens autem mulier 22
obligatur, vel ab initio, vel ex poſtfacto. ¶ Ab initio 23
obligatur, I. Si res principaliter ad eam pertineat, ve-
luti ſi pro ſuo creditore promittat, l. 2. & D. eod.l.ali-
quando. 13. in princip. II. Si pretium interceſſionis
accepit,id eſt,ſi pecuniam accepit, vt intercederet,ſiue
in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis interceſſerit; dummodò,
ſi ſine ſcriptis interceſſit, creditor probet eam ali-
quid pro interceſſione accepiſſe: nam ſi hoc in inſtru-
mento publicè conſcripto, & à tribus teſtibus ſubſi-
gnato ſit expreſſum, omnino pro vero habetur, nec
eſt opus,vt à creditore probetur: eiuſmodi namque in-
ſtrumentum firmiſſimam præſumptionem facit,contra
quam probatio non admittitur, l. antiquæ.23.in prin-
cip. Quamuis autem mulier hoc caſu efficaciter obli-
getur, eamque creditor conuenire poſſit: quod ta-
men ab ea propter inopiam non poterit exigere, ni-
hilominùs ab antiquo debitore, pro quo mulier in-
terceſſit, exigere poterit, d. l. antiquæ. §. 1. III. Si
decepit creditorem, qui ignorauit eam intercedere,
l. 1. l. 5. Quia ſenatuſconſulti exceptio per doli ma-
li exceptionem ſummouetur, vt conſtitutum eſt,
l. feminis. 18. à Diuo Pio & Seuero, D. eod. l. 2. §.ſed
ita. IV. Si cui, vt ſeruum manumitteret, ſeſe obliga-
uerit,l. penultim. V. Si maior vigintiquinque annis
pro dote ſe obligauerit, l.ſi dotare. 12.& l. vltim. ¶ Ex 24
pòſt facto obligatur, cùm initio non teneretur effica-
citer. I. Si maior vigintiquinque annis interceſſit, &
poſt biennium eam interceſſionẽ confirmauit,l.ſi mu-
lier. 22. II.Si ei ſucceſſit, pro quo interceſſerat, l.mu-
lierem. 14. Hactenus de ſenatuſconſulto Velleiano.
¶ Sequitur edictum prætoris: cuius partes duæ ſunt. 25
¶ In priori parte prætor interpretatur, ſeu producit ſe- 26
natuſconſultum, vt obtineat, non ſolùm cum mulier
pro alio ſe obligante interceſſit, ſed etiam cùm pro
alio, qui obligandus erat, obligationem ita in ſe ſuſci-
pit,vt ſola obligetur, l.cùm ad eas. 19.quem caſum po-
ſui ſup.§.9.¶In poſteriori parte prætor ſuccurrit credi- 27
tori contra eum,pro quo mulier interceſſit, & contra
eum actionem dat, D.eod. l.1. §. vltim. id eſt, vel ſer-
uat,vel parat, l.antiquæ. 23. verſ. ſin verò. ¶ Seruat in 28
eum, qui interceſſione mulieris liberatus non fuit, vt
quia mulier pro eo fideiuſſit. ¶ Parat in eum, qui 29
propter interceſſionẽ mulieris non tenetur,quod duo-
bus caſibus contingit. I. Si mulier pro eo expromiſit,
& nouatione facta obligationem in ſe tranſtulit,prætor
reſciſſa obligatione mulieris, actionẽ in eum reſtituit,
D.eod.l.quamuis.8.§. quamquam, l. ſi mulier. 14. quæ
inde vocatur reſciſſoria, l. ſi mulier. 16. vel reſtitu-
toria, l. ſi paternam. 8. & D. eod. d. l. quamuis. §. ſi
mulieri, & §. ſeq. & l.aliquando. 13. §. vltim. Inſuper
appellatur actio priſtina, d. l. quamuis, §. quoties. &
noua, d. l. aliquando. §. 1. & vtilis, d. l. quamuis. §. ſi
conuenerit. cùm enim actio reſtituitur, eadem eſt
actionis ſpecies, ſed qualitas noua eſt: quia cùm an-
teà directa eſſet, nunc eſt vtilis. Et in id compe-
tit, in quod ille teneretur, ſi pro eo mulier non in-

tercessisset, d. l. si paternam. II. Si cum alio, putà
cum Titio contracturus, mulieris personam elegit,
eiúsque fidẽ sequi maluit, prætor in Titium actionem
non restituit, quæ numquam competiit, sed vtilem
instituit, d. l. quamuis. §. pen. Hanc alij vocant in-
stitoriam, alij rectiùs institutoriam, vt exposui in com-
ment. ad hanc rubr. num. 53. & in Isag. D. eod. §. 8.
30 ¶ Præter has actiones personales, prætor dat credito-
ri actionem hypothecariam tam ad persequenda pi-
gnora, quæ pro obligatione mulieris ab eo, pro quo
mulier intercessit, data sunt, quàm ea, quæ pristinæ
obligationi accesserant, d. l. si paternam. Caue putes
actionem hypothecariam restitui: quia etsi nouatio
efficax non solùm principalem obligationem tollit,
sed etiam pignora liberat, infr. etiam ob chirogr. pe-
cun. pign. tene. pos. l. vn. & D. de nouat. l. nouatione. 18.
tamen post nouationem inefficacem pignora obligata
manent, D. h. t. d. l. aliquando. §. 1.

Tit. XXX. De non numerata pecunia.

I. 1.4.j.10.ij.
II. 5.
III. 4.j.10.j.
IV. 7.v.
V. 4.j.7.iv.
VI. 7.iij.
VII. 4.j.10 iv.
VIII. 3.4.iij.9.j.ij.
IX. 5.9.j.iv.10.ij.
X. 9.j.
XI. 7.ij.
XII. 3.4.j.
XIII. 7.iv.
XIV. in princip. 5.9.j.ij.iv.
§.j.1.5.7.j.8.
§.*super.* 4.ij.9.j.iv.
§.*penultim.* 10.v.
§.*vltim.* 5.9.j.
XV. 3.9.j.ij.iij.10.iij.
XVI. 4.j.9.v.

1 SEquitur exceptio non numeratæ pecu-
niæ. Verbum pecuniæ latiùs accipitur,
vt complectatur etiam ea, quæ nec pon-
dere, nec numero, nec mensura con-
stant, vt supr. de constitut. pecun. l. 2.
§. & neminem. & D. de verbor signif. l. pecuniæ ver-
bum. 178. in princip. & l. pecuniæ nomine. 222. Nu-
meratur autem pecunia, vel obligationis contrahen-
dæ gratiâ, vt cùm mutuò datur; vel distrahendæ, vt
cùm debita soluitur: proinde non numerata dicitur,
vel quià non credita, vel quia non soluta est, l. 1. l. in
contractib. 14. §. 1. & infr. si pignor. conuent. numer.
pecun. se. non fuer. l. 1. Hinc oritur exceptio non nu-
meratæ pecuniæ, cuius species est exceptio non nu-
meratæ dotis, de qua in d. l. in contractib. §. 1. &
§. vltim. in fin. & infr. de dote caut. non numerat.
2 ¶ Hoc titulo de exceptione non numeratæ pecuniæ,
3 dissoluuntur quinque quæstiones. ¶ Primò quæritur,
cui detur hæc exceptio. Non solùm datur ei, qui pe-
cuniam accepisse dicitur, sed etiam eius heredibus,
l. si intra. 8. d. l. in contractibus. in princip. & illis, qui
pro eo intercesserunt, l. tam mandatori. 12. quin etiam
4 eius creditoribus, l. penult. ¶ Secundò quæritur, cui
hæc exceptio opponi possit? Opponitur I. Credito-
ri agenti, vel ex mutuo contra suum debitorem, l. 5. &
7. (licèt hypotheca huic tractatui accesserit, l. 3. aut iu-
reiurando firmatus sit, l. vltim.) vel actione hypothe-
charia, l. 1. vers. eadémque. & infr. si pignor. conuen.
numerat. pecun. secu. non fuer. l. 1. vers. eadémque.
vel ex stipulatione contra fideiussorem, vel mandati,
contra eum, cuius mandato pecuniam credidit, d. l.
tam mandatori. II. Debitori apocham producen-
ti, d. l. in contractibus. §. super. III. Heredibus cre-
ditoris, l. si intra. 8. & eadem ratione heredibus de-
5 bitoris. ¶ Tertiò quæritur, in quantum hæc exce-
ptio detur? In id datur, quod is, qui excipit, non ac-
cepit, quare si nihil accepit, in totum excipit: si verò
plus in cautionem contulit, quàm accepit, cautio vsque
ad datam summam est efficax: verbi gratiâ, si octo acci-
piens, cautionem duodecim aureorum dedit, in qua-
tuor exceptio valebit, l. 2. l. cùm vltrà. 9. d. l. in contra-
ctibus. §. 1. ¶ Quartò quæritur, quibus ex causis hæc 6
exceptio denegetur? Hæ partim sunt pro creditore,
partim pro debitore, partim vtrique communes. ¶ Cau- 7
sæ pro creditore sunt quatuor. I. Si agat ex instrumen-
to depositi, d. l. in contractib. §. 1. II. Si petat, quod si-
bi transactionis causa promissum est, l. si transactio-
nis. 11. III. Si eum conueniat, qui in locum debitoris
fuit substitutus, l. 6. IV. Si ob causam debiti præce-
dentem cautio emissa sit, l. 5. quæ causa si in cautione
specialiter sit expressa, vera præsumitur, nisi contra-
rium per certissima argumenta scriptis inserta probe-
tur, l. generaliter. 13. V. Si is, qui cautionem debiti emi-
sit, eius fidem adgnouit, partem sortis aut vsurarum
persoluens, l. 4. ¶ Causæ pro debitore sunt duæ. I. Si 8
se tueatur apocha publicarum functionum, d. l. in con-
tractib. §. 1. & infr. de apoch. public. l. vltim. II. Si se
tueatur instrumento solutæ dotis, d. l. in contractib. §. 1.
¶ Causæ communes videntur esse quinque. I. Si statu- 9
tum tempus sit elapsum, nec intra illud vlla querela
proposita fuerit, l. si intra. 8. l. cùm vltra. 9. l. adseuera-
tio. 10. & l. penult. Statutum verò tempus regulariter
est biennium, d. l. in contractib. in princip. & Instit. de
liter. oblig. sed cum priuatis apochis exceptio opponi-
tur, mensis definitus est, d. l. in contractib. §. super.
Post dictum tempus elapsum, si interim nulla querela
intercessit, nullo modo admittitur exceptio, neque non
numeratæ pecuniæ, neque doli mali, vt docui in
comment. ad d. l. si intra. Qui igitur vult sibi prospice-
re, & hanc exceptionem perpetuare, querelam non nu-
meratæ pecuniæ intra dictum tempus, denunciatio-
nibus in scripto missis ei manifestare debet, cui exce-
ptionem oppositurus est: quòd si ille, vel absit, vel ma-
gistratum gerat, vt facilè adiri non possit, apud iudi-
cem competentem querela manifestãda est; aut si iudi-
cis copia non sit, episcopum adire, & per eum quere-
lam ei, cui opponenda est, manifestare licet, quod
etiam in querela non numeratæ dotis obtinet, id est,
vt similiter querela, vel ei quem dotem numerasse
scriptum est, vel iudici, vel episcopo secundum tradi-
tam distinctionem manifestetur, d. l. in contractibus,
§. vltim. & supr. de episcup. audient. l. si præsens. 21.
II. Si is cui primò, & principaliter exceptio compete-
bat, ea vsus non sit. Hæc causa reprobatur, quia nihilo-
minùs alij vti possunt eadem exceptione, vt eius here-
des, d. l. si intra, d. l. in contractibus, in pr. fideiussores,
& creditores, l. pen III. Si alius hac exceptione vsus, iu-
dicio victus sit. Hæc causa reprobatur, d. l. pen quia res
inter alios iudicata tertio nec prodest, nec nocet, infr.
quib. res iudic. non noc. l. 2. & l. vltim. & inter alios
iudica. l. 1. IV. Si nulla scriptura interuenerit. Hæc
causa quibusdam Doct. probatur, existimantibus non
aliter esse locum exceptioni non numeratæ pecuniæ,
quàm si ex instrumento agatur, vt in d. l. in contractib.
in princ. & §. super. & infr. tit. prox. l. 6. & Instit. de liter.
oblig. Contrariam sententiam rectè defendit Bart. in
l. 3. hic: quia si ex stipulatione agatur, hæc exceptio ge-
neraliter, nulla facta scripturæ mentione conceditur,
tur, d. l. cùm vltra, & Institut. de exceptio. §. idem
iuris. V. Si cautioni, siue instrumento iusiurandum
adiectum fuit. Hæc causa reprobatur, l. vltim. 10
¶ Quintò quæritur, quæ sint remedia huic exce-
ptioni affinia? Quinque hoc titul. proponuntur, sed ita
vt quatuor concedantur, vltimum denegetur. Sunt
autem

autem hæc. I. Doli exceptio, l. 3. II. Exceptio in factum, d. l. cum vltra. III. Replicatio non numeratæ pecuniæ, l. pen. velut si quis rem suam vindicet, & possessor excipiat se eam pignori accepisse, nec solutam sibi pecuniam fuisse: rectè actor replicabit de non numerata pecunia: quia non debet ipse solutionis causa numerare, quod sibi crediti causa numeratū nō fuit, l. 1. & inf. si pignor. conuent. num. pec. secu. non fuer. l. 1. IV. Condictio obligationis, l. 7. Hæc est incerti condictio, id est, condictio sine causa, D. de condict. si. cau. l. 3. vel indebiti, sup. de condict. indeb. l. 3. qua dicitur condici obligatio, d. l. 7. vel liberatio, D. d. l. 3. vel cautio, seu scriptura, sup. d. l. 3. V. Delatio iurisiurandi. de qua notandum est, eum, qui non potest excipere de non numerata pecunia, similiter non posse deferre iusiurandum, d. l. in cōtractibus. §. pen. vbi vel pro *offerre*, legendum deferre, vel oblatio pro delatione accipi debet, Græci sic habēt. *Ἐν οἷς δὲ οὐκ ἔξεστιν ἀναργυρίαν ἀντιτιθέναι, ἢ ἐντὸς τριάκοντα ἡμερῶν μόνον ἀντιτιθέναι, μηδὲ ὅρκος ἐπιφερέσθω*, idest, *In quibus autem non licet non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere, vel dumtaxat intra triginta dies opponere, nec iusiurandum deferto.* Quod de triginta diebus dicitur, ad priuatas apochas pertinet, vt notaui sup. §. 8. memb. j.

Tit. XXXI. De compensationibus.

I. 10.	*IX.* 14. iij.
II. 13. p.	*X.* 14. j.
III. 9. p. 12. j. ij. iv. v. vj.	*XI.* 8. 15. iij.
IV. 1. 15. j. ij. iij.	*XII.* 15. iij. v.
V. 14. j. 15. iij. iv.	*XIII.* 12. ij.
VI. 14. j.	*XIV.* in pr. 1. 13. p. 14. v. 15. j.
VII. 12. iij. 13. p.	§. j. 13. ij. 14. iv.
VIII. 13. p.	§. vltim. 13. j.

1 SVperioribus exceptionibus attexitur compensatio: quia vt illæ obligationibus anteà
expositis obstant, ita etiam hæc & quidem olim ope exceptionis in iudicijs stri-
ctis, ipsæ iure in iudicijs bonæ fidei; hodie
tamen in omnibus ipso iure, l. 4. & l. vlt. in princip.
& D. eod. l. posteaquam. 21. & Instit. de actionib. §. in
bonæ fidei. ¶ Compensatio à pendendo dicta est:
2 quia veteres, antequam nummi cuderentur, pecuniam,
vt aurum, & argentum, appendebant. ¶ Est autem
3 verbum homonymum: quia vel compensantur, quæ in-
uicem debētur, D. h. t. l. 1. & Inst. de action. d. §. in bonæ
fidei. & §. penult. vel id, quod creditor loco rei debitæ
accipit, cum ipsa re debita compensare dicitur, infr. de
rei vindic. l. 6. & de hered. inst. l. 6. & de solut. l. si operas.
20. & D. de pign. actio. l. Gaius. 39. Sed hoc loco prior
significatio sumi debet. ¶ In qua significatione cōpen-
4 satio definitur, debiti & crediti inter se contributio, D.
5 h. t. l. 1. ¶ Huius tituli duo sunt capita. ¶ Priori capite
6 explicatur, quibus casibus compensatio admittatur, vel
non: vbi dissoluuntur tres quæstiones. ¶ Primò quæri-
7 tur, cui personæ, siue cui agēti compensatio possit op-
poni, vel nō? Hic agitur de pupillo, & de fisco, seu repu-
blica. ¶ Pupillo exceptionem posse opponi constat, l. si
8 tutores. 11. ¶ Fisco quoque regulariter opponi potest,
9 l. 3. necnon reipublicæ, D. eod. l. vlt. quoniam in hac iu-
ris parte inter fiscum & rempublicam nihil interest.
¶ Sed excipitur primò, nisi quis ab alia statione
10 conueniatur, & ab alia sibi debitum compensare velit,
l. 1. stationes fiscales sunt mansiones, in quibus officia
fiscalia consistunt, Cuiac. in l. 1. infr. ne fiscus rem
quā vend. euin. sed metonymicōs accipiuntur pro offi-
cijs fiscalibus, quæ sunt inter se distincta, neque con-
fundi debent: vt quia alius vectigalia exigit, alius tri-
buta, &c.
¶ Excipitur secundò, nisi conuentus à fisco intra 11
duos menses aliquid sibi inuicem deberi minimè pro-
bet, D. de iur. fisci, l. aufertur. 46. §. qui compensatio-
nem. ¶ Excipitur tertiò, nisi quis à fisco conueniatur 12
ex aliqua ex sequentibus causis, I. Ex kalendario, l. 3. id
est, quia pecuniam à fisco mutuatus est: nam kalenda-
rium est codex rationes pecuniæ creditæ continens,
D. de reb. cred. l. penult. & de legat. iij. l. qui filium. 64.
sic appellatum à kalendis; quoniam à kalendis in ka-
lendas solebant veteres pecuniam credere, ac fœnori
dare. II. Ob debitum vectigal, l. 3. aut publicas pen-
sitationes, l. penult. id est, annonam, vel tributum, vel
stipendium, d. l. 3. (vbi frumenti vel olei publici pecū-
nia causam annonariam significat,) & D. de iur. fis. d. l.
aufertur. §. vt debitoribus. Vectigal est, quod pro his
quæ importantur, aut exportantur, & quod ex salinis,
aut fodinis debetur, D. de verb. sign. l. inter publica. 17.
Onus verò, quod agris imponitur, si in speciebus con-
sistat, appellatur annona: si in corporibus consistat, vt
auro, argento, ære, equis, vestibus, vocatur tributum:
stipendium autem personam onerat, vnde Tertullia-
nus in Apologetico, *Si agri tributo onusti, viliores. hominum capita stipendio censa, ignobiliora.* III. Ex causa
venditionis à fisco, vel republica factæ, ex qua pretium
soluere oportet, l. 7. & D. de iur. fis. d. l. aufertur. §. vt de-
bitoribus. IV. Ob alimenta debita, l. 3. vbi Doct. in-
telligunt alimenta ei relicta, qui reipublicæ inseruit:
ego latiùs accipio, vt omnia alimenta reipublicæ reli-
cta contineantur, siue inde alendi sint, qui reipublicæ
inseruiunt, siue alij quicunque, vt pueri, puellæ, senes,
infirmi, D. de legat. j. l. si quid relictum. 117. & l. ciui-
tatibus. 122. V. Ob pecuniam in alios quoscumque
certos vsus relictam, d. l. 3. VI. Ex causa fideicom-
missi fisco, vel ciuitati relicti, ead. l. 3. ¶ Secundò quæ- 13
ritur, cui actioni, siue in quo iudicio compensatio op-
ponatur? In quocunque iudicio, & cuicumque actioni
opponi potest, l. vlt. in princ. vt actioni iudicati, l. 2. ex
vendito, l. 7. ex testamento ad consequendum legatum,
l. si propter. 8. Excipitur I. Repetitio possessionis te-
merè ab alio occupatæ, l. vlt. in fi. siue condictione, si-
ue vindicatione, siue interdicto repetatur, glo. ibi. II.
Actio depositi directa, l. vltim. §. 1. vers. excepta. &
infr. de pos. l. penultim. & Institut. de action. §. in
bonæ fidei. III. Actio commodati directa, quatenus 14
res commodata repetitur, supr. de commodat. l.
vltim. ¶ Tertiò quæritur quod debitum com-
pensationis causa opponi actori possit? Hîc quatuor
spectantur. I. Causa debiti, vbi notandum, ex quacun-
que causa debitum ad compensationem faciendam
prodesse, vt ex causa fideicommissi, l. 5. rerum amota-
rum, l. 6. indebiti soluti, quod condici potest, l. quo-
niam. 10. II. Persona, quæ debet: vbi notandum, id
compensari, quod ipse actor, non quod alius debet, D.
eod. l. cùm militi. 16. in princip. III. Persona, cui debe-
tur, vbi notandum, id compensari, quod actor reo con-
uento, non quod alij debet, l. eius. 9. & D. eo. l. in rem.
18. §. 1. IV. Ipsum debitum: quod, vt compensandum
sit, debet esse liquidum, l. vlt. §. 1. & vel naturale, D. eo.
l. 6. vel ciuile efficax sine metu exceptionis, D. eo. l.
quæcumque. 14. V. Actio, qua id peti potest: vbi no- 15
tandum, ex quacūque actione fieri compensationem,
d. l. vlt. in princip. ¶ Posteriori capite de effectu com-
pensationis quatuor notantur. I. Compensatio vim
solutionis habet, & ipso iure obligationem tollit, l. 4.
& l. vltim. in princip. & D. eod. l. posteaquàm. 21. &
Inst. de actionib. §. in bonæ fidei. II. Ex eo tempore vim
habet, ex quo inuicem debetur, d. l. 4. III. Obligationem
tollit

tollit in concurrente quantitate: proinde modò in totum obligationem tollit, modò pro parte, d.l.4.l. 5.l.si tutores.11.l.inuicem.12.IV. Vsurarum cursum impedit, quod ad quantitatem compensatam, d.l. 5. etiamsi debitum vsurarium cum non vsurario compensetur, D.eod.l.cùm alter.11.& l.seq. V.Pignus non liberatur, nisi tota obligatio per compensationem sublata sit: sed cum pro quantitate concurrente fiat compensatio, residuum offerri, & creditore accipere nolente obsignatum deponi debet, vt rectè pignus repetatur, d. l. inuicem.

Tit. XXXII. De vsuris.

I. 5.	*XVII.* 3.ij.10.j.
II. 3.ij.7.15.j.	*XVIII.* 8.
III. 6.p.	*XIX.* 15.j.
IV. 6.p. 12.j.	*XX.* 10.j.
V. 13.	*XXI.* 17.
VI. 15.j.	*XXII.* 6.p.
VII. 8.	*XXIII.* 3.j.ij.
VIII. 12.ij.	*XXIV.* 7.ij.
IX. 12. iij. 15.j.	*XXV.* 3.j.
X. 10.iij.	*XXVI.* *in princ.* 16.j.
XI. 15.j.	§.j. 10.j.
XII. 3.j.6.ij.	§.*vltim.* 10.j.
XIII. 7.p.16.ij.	*XXVII.* *in princ.* 10.j.
XIV. 3.ij.10.j.	§.j. 10.iij.
XV. 3.j.10.j.	*XXVIII.* 3.iij.
XVI. 3.ij.10.j.	

1 OBligationibus, quæ re contrahuntur, initio huius quarti libri expositis, varia accidentia subiecta sunt: quibus nunc adduntur vsuræ: nam vsurarum obligatio sortis obligationi accedit. Quod enim principaliter debetur, sors appellatur: quod verò accedit, nec ex sorte, sed propter sortem debetur, id si sit eiusdem generis cum sorte, propriè vocatur vsura: si diuersi generis, impropriè hoc nomine
appellatur: vt mox exponam. ¶ Quatuor quæstiones
2 de vsuris hoc titulo dissoluuntur.
¶ Primò quæritur, quid cui accedat, id est, in qua
3 re sors, in qua vsuræ consistant? Hic tria notare oportet. I. Sors consistit in quantitate, id est, vel in pecunia numerata, l. cum allegas. 15. cum sim. vel in corporibus quantis. Vt auro, & argento, l. pro auro. 25. vel in speciebus, vt frumento, hordeo, l. frumenti, 12. oleo, aliisve fructibus, l. oleo. 23. Fallet te dicta l. pro auro. si ex ea colligas vestimenti vsuras deberi. Quid ergo est, quod lex ait, pro auro, & argento, & veste facto chirographo licitas solui, vel promitti vsuras? Alij putant deberi, seu præstari vsuras æstimationis. Ego verò sic legem accipio, vt adiectio vestis non obstet, quo minùs auri & argenti vsuræ debeantur, licet ipsius vestis deberi non possint. II. Vsura accedit vel eiusdem generis, quæ propriè dicitur Vsura, vt cum pecuniæ accedit pecunia, l. 2. cùm sim. oleo oleum, d.l. oleo. vel diuersi generis, vt pecuniæ triticum: l. cum non frumentum. 16. Hæc non est propriè vsura, sed vice vsuræ percipitur; vt accidit in antichresi, id est, cùm creditor vice vsurarum fructus pignoris percipit, l. si ea lege. 17. vel domum sibi pigneratam inhabitat, l. si ea pactione 14. III. Vsuræ in sortem conuerti non possunt, proinde vsuræ vsurarum nullo modo deberi possunt, l. vltima.
¶ Secundò quæritur, quibus ex causis vsuræ præsten-
4 tur? Causæ plures sunt. ¶ Prima causa est, stipulatio, licèt
5 in scriptis redacta non sit, l. 1. Hinc datur actio ad vsu-
6 ras petendas, l. 3. & 5. ¶ Secunda causa est pactum, ex quo regulariter non datur actio, D. de pactis. l. 7. §. Sed cùm nulla. & §. seq. sed retentio, vel quia vsuræ solutæ fuerunt (ideóque non possunt repeti per condictionem indebiti, l. 3. & D. de condict. indeb. l. si non sortem 26. in princip. vbi indebitæ dicuntur, quæ non debentur ciuiliter, sed tantum naturaliter,) vel ratione pignoris in vsuras obligati, l. 4. & l. pignoribus. 22. Sunt autem certi casus, quibus vsuræ ex pacto peti possunt. I. Si pactum sit incontinenti adiectum contractui bonæ fidei, vt emptioni & venditioni, infr. de pact. int. emptor. l. 5. locationi & conductioni, D. eod. l. cùm quidam. 17. §. ex locato. mandato, D. manda. l. qui negotia. 34. in fin. deposito, D. depositi, l. Cuius 24. in fin. & l. Publia. 26. §. 1. II. Si vsuræ speciebus accedant, vt vino, oleo, frumẽto, l. frumenti. 12. III. Si ciuitati debeantur, D. eod. l. etiam. 30. IV. Si debeantur argentario, Nou. 136. c. 4. & 5. V. Cùm creditor sortis periculum in se recepit, vt fit in pecunia traiectitia, id est, quæ trans mare vehenda creditur, D. de nautico fœno. l. 5. & l. 7.
¶ Tertia causa est, mora debitoris, propter quam, licet 7
vsuræ in actionem non veniant, tamen si iudicium bonæ fidei sit, in condemnationem veniunt officio iudicis, vt in iudicio negotiorum gestorum, l. in bonæ fidei. 13. vel locati, D. locati, l. quæro. 54 in princip. & ex cæteris bonæ fidei contractibus, D. h. t. l. mora. 32. §. in bonæ fidei. Quare per se peti non possunt: & si iudex condemnationem in vsuras prætermiserit, actor vt eas consequatur, appellare debet: alioquin nullas vsuras petere potest, nisi ex causa iudicati, d. l. in bonæ fidei. videlicet si damnatus intra quatuor menses sententiæ non satisfecerit, infr. de vsur. rei iudica. l. 2. Quod autẽ dixi ex mora vsuras deberi in iudiciis bonæ fidei, latiùs debet accipi, I. Vt idẽ obtineat in legatis & fideicommissis, quæ licet, bonæ fidei non sint, tamen quod ad hoc causis bonæ fidei comparantur, D. h. t. l. 3. & l. vsuræ. 34. & sup. in quib. caus. rest. in int. necess. non est, l. 3. II. Vt non solùm intelligatur mora propriè dicta, quæ fit ex persona, id est, cùm debitor à creditore interpellatur congruo loco & tempore, D. h. t. d. l. mora. sed etiam mora minus propriè dicta, quæ re fieri intelligitur; vt cùm pupillo debetur, D. eo. l. 1. §. vlt. & cùm emptor rem accepit, nec pretium soluit, l. 2. & infr. de action. emp. l. 5. & D. eod. l. Iulianus. 13. §. veniunt. item cùm negotiorum gestor pecuniam absentis administrauit, l. si mater 24. & D. de nego. gest. l. litis. 37. §. 1. siue eam fœnori dederit, D. eod. l. atquin. 19. § penult. siue in suos vsus cõuerterit, D. eod. l. qui sine 38. siue otiosã habuerit, cùm dominus eam fœnerare solitus esset, D. h. t. l. qui semisses. quia omnem diligentiam adhibere debet, d. l. si mater. id est, diligentiam exactam, ita vt non tantum dolum præstet, sed etiam latam & leuem
culpam, supr. de negot. gest. l. tutori, 20. ¶ Quarta cau- 8
sa esse videtur, si aliquandiu vsuræ præstitæ sint, quasi in posterum quoque similiter præstari debeant. Sed hæc causa reprobatur, quia nec in futurum propterea debentur, l. 7. & solutæ, si sors debeatur, imputantur in sortem, D. de condict. indeb. l. si non sortem in princ. alioquin repetuntur condictione indebiti, l. indebitas. Aliter accipiuntur, quàm in d. l. si non sortem in princip. Nam ibi dicuntur indebitæ, quæ non debentur iure ciuili, sed tantum naturaliter: hic verò indebitæ
vocantur, quæ nullo iure debentur. ¶ Tertiò quæritur, 9
quantum vsurarum nomine deberi possit? Earum quantitas partim iure, partim conuentione partium defini-
tur. ¶ Quod ad ius attinet, quantitas vsurarum tribus 10
modis limitata & coarctata est. I. Regulariter vsuræ non possunt deberi maiores semissibus, sed excipiuntur pauci casus. Nam illustres personæ non possunt exigere maiores trientibus: mercatoribus & negotiatoribus

toribus concessum est, vt besses stipulentur in traiectitia pecunia, in qua creditor periculum sortis subit, & in speciebus mutuo datis, (vt vino, oleo, frumento) quarum æstimatio varia & incerta est, permittuntur vsuræ centesimæ, l. eos. 26. §. 1. & 2. & l. penult. in princ. Nota primò, hanc vsurarum limitationem prodesse non solùm debitori principali, sed etiam ijs, qui pro eo intercesserunt, vt fideiussoribus, & mandatoribus, l. constitutionibus. 20. Nota secundò, ne quidem pœnæ nomine vltra quantitatem legitimarum vsurarum promitti aut deberi posse, l. cùm allegas. 15. & l. seq. Nota tertiò hanc definitionem non obtinere in antichresi: siue creditor vice vsurarum domum inhabitet, quia non videtur illicitum fœnus contrahere, sed vilius domum conducere, l. si ea pactione. 14. siue fructus fundi percipiat, propter incertum fructuum euentum, qui interdum possunt legitimam vsurarum quantitatem excedere, interdum minus continere, l. si ea lege. 17. Vsuræ Vsurarum deberi non possunt, vt supr. notaui, §. 3. memb. 3. I I I. Vsuræ vltra sortis quantitatem deberi nequeunt: quare qui centum mutuo accepit, si centum nomine vsurarum soluerit, vsuræ sistuntur, adeo vt quod posteà soluerit, in sortem imputetur, vnde fit, vt cum ducenta soluerit, nihil amplius debeat: & hoc est quod dicitur, eum qui duplũ quantitatis mutuatæ soluit, nihil amplius debere, D. de condict. indeb. l. si non sortem. 26. §. 1. & de naut. fœno. l. 4. §. 1. adeo vt creditor ne quidem per retentionem pignoris aliquid vltra duplum consequi possit, l. penultim. §. 1. Quod verum est iure Codicis tum demum, cùm vsurarum summa eo tempore, quo soluitur, duplum debitę quantitatis excedit: nam diuersis vicibus solutæ non imputantur in duplum, l. vsuræ. 10. Sed hodie indistinctè omnes vsuræ, atque adeo etiam eæ, quæ per partes soluuntur, in duplum imputantur, Nou. 121. & 138. Hæc definitio neque annuo reditu locum habet, neque in pecunia reipublicæ debita, quasi hæc quoque ad annuum reditum referatur. Hæc Cuiacio non probantur existimanti idem esse vsuram, & annuum pecuniæ reditum. Ego cùm Iustinianum inter hæc distinguere videam, in eo discrimen constituendum puto, quod emptor annui reditus, non potest sortem exigere, quippe cui nihil aliud, quàm reditus debetur: is verò, qui
11 vsuras percipit, sortem repetere potest. ¶ Conuentio partium quantitatem vsurarum terminat: quia vel maiores, vel minores promitti possunt, dum tamen quantitas iure definita non excedatur. Possunt etiam conuentione partium intra legitimum modum augeri,
12 vel minui. ¶ Augentur, cùm quis minores vsuras, & sub conditione, si hæ intra certum tempus non soluantur, maiores stipulantur: veluti, *vsuras trientes singulis kal. Ianuarijs dabis? Dabo. Nisi kal. ianuarijs dederis, vsuras semisses dare spondes? Spondeo.* De hoc casu nota I. Si ex interuallo de maioribus vsuris conuenerit, pignus in minores vsuras acceptum non censeri in maioribus repetitum, si hoc expressum non sit, l. 4. I I. Si debitor minores vsuras sua die, id est, kalendis non obtulit, sed post kal. soluit, creditorem, qui sponte minores vsuras post kalendas accepit, videri à conuentione de maioribus vsuris præstandis recessisse, l. quamuis. 8. I I I. Si debitor sua die minores obtulit, sed eas creditor, vel creditoris tutor accipere noluit, maiores vsuras non deberi: quia licèt maiores promiserit; si minores non soluerit, tamen, cùm per eum non steterit, quò minùs solueret, perinde habetur ac si soluisset, l. si per te
13 9. ¶ Minuuntur, non solùm expressè, sed etiam tacitè: tiam si is, qui maiores stipulatus est, aliquot annis (id est, triennio, arg. l. 1. infr. de fideicomm. & l. 3. inf. de apoc. public.) minores acceperit, tacitè pactus videtur de maioribus non petendis. Vnde pacti exceptio petenti maiores vsuras obstat, quamuis sit defensor ciuitatis, l. 5. Non obstat l. Imperatores. 37. D. de pact. vbi dicitur debitori reipub. pecuniam, quam debet, remitti non posse: cùm quia non loquitur de vsuris, sed de sorte, quæ appellatione pecuniæ significari solet, vt in l. lecta. 40. D. de reb. cred. & aliis locis: tum etiam quia minores vsuras soluens, non tam cum defensore ciuitatis, quàm cum ipsa republica pactus videtur. Contra si is, qui minores promisit, maiores per errorem soluit, id quod amplius soluit, quàm debebat, in sortem imputatur, D. de solut. l. creditor. 102. §. vltim.
¶ Quartò quæritur, quibus modis fiat, vt creditor desinat posse vsuras exigere? Multis modis hoc accidit, 14
qui ad tria capita referuntur: aut enim vsurarum cursus sistitur, ita vt præteriti quidem temporis vel solutæ sint, vel debeantur: sed in futurum non debeantur: aut ne quidem præteriti temporis exigi possunt, licet solutæ non sint: aut præteriti temporis deberi desierunt, sed in futurum debentur. ¶ Cursus vsurarum sistitur 15
sequentibus casibus, quibus sublata principali sortis obligatione, consequenter tollitur etiam accessoria vsurarum obligatio, D. de diu. reg. iur. l. nihil dolo. 129. §. 1. & l. cum principalis. 178. I. Cùm debitor totam pecuniam debitam cum vsuris, si quæ debentur, creditori obtulit, eóque nolente accipere obsignauit, & in publico (id est, in sacris ædibus, vel vbi iudex cõpetens deponi iussit,) deposuit, l. 2. l. 6. l. si per te 9. l. ex prædiis. 11. l. acceptam. 19. II. Cùm vsurarũ nomine duplum mutuatæ quantitatis solutum est, vt exposui supr. §. 10. memb. 3. I I I. Cùm obligatio principalis nouata est, D. de nouat. l. nouatione. 18. l. emptor. 27. ¶ Duobus 16
autem casibus vsuræ ne quidem præteriti temporis exigi possunt. I. Si actio principalis præscriptione longissimi temporis summota sit, l. eos. 26. in princip. I I. Si vsuræ non actione, sed officio iudicis continebantur, (quia propter moram debebantur ex causa bonæ fidei, vt supr. exposui. §. 7.) & condemnatio sortis sine vsuris secuta sit. Nouata enim per sententiam obligatione vsuræ in futurum non debentur, infr. deposi. l. 4. nisi ex causa iudicati post quatuor menses à die sententiæ computandos, l. in bonæ fidei. 13. & infr. de vsur. rei iud. l. 2. & 3. Præteriti verò temporis vsuræ, quæ officio iudicis accedebant, creditori perierunt, sublata illa actione, sine qua dictum iudicis officium non consistit, d. l. in bonæ fidei. coniun. quæ scripsi supr. §. 7. in princip. ¶ Denique cum vsuræ temporis præ- 17
teriti soluuntur, eius temporis deberi desinunt, & in futurum nihilominùs debebuntur. Quid ergo si debitor soluens non expresserit, vtrùm sortis, an vsurarum nomine soluat? Creditor in vsuras imputare poterit, l. si vsuras. 21. quia cum debitor nec ante solutionem, nec incontinenti post solutionem, elegerit, in quam causam solueret, electio ad creditorem transfertur, immo & neutro voluntatem suam exprimente, solutum primo in vsuras: deinde si forte debitas vsuras excedit, in sortem imputatur, infr. de solut. l. 5. nisi vsuræ tantum naturaliter debeantur: tunc enim imputatur in sortem, non in vsuras, D. eod. l. 5. §. Imperator.

Tit. XXXIII. De nautico fænore.

I. 13. ij. 4. j. | *III. 2. j. ij.*
II. 4. j. | *IV. 1. 2. iv.*



Oenus nauticum est vsura pecuniæ tra- 1
iectitiæ. Pecunia traiectitia est, quæ trans mare vehenda creditur, D. h. t. l. 1. periculo creditoris, l. 1. id est, vt si debitor eam ad locum destinatum perferre non potuerit, sed amiserit, liberetur: quod cùm sit contra naturam mutui, supr. si cert,

cert.per.l.incendium.11.& D.de oblig.& act.l.1.§.&il-
le.& Instit. quibus mod.re contrah. obligat. §. item is
cui.non obtinet,nisi ita inter partes conuenerit, l. vlt.
2 vers.fine. ¶ Proprium igitur huius pecuniæ traiecti-
tiæ est, vt periculum ad creditorem pertineat. Quod
limitatur quatuor modis. Nam creditor periculum su-
bit. I. Naufragij, incendij, piratarum, non eius quod
culpâ debitoris contingit: putà quia merces illicitas in
nauem imposuit, & omnium confiscationem passus
est,l.3. II. Nauigationis, de qua conuenit:nam si debi-
tor locum nauigij non seruauit, sed aliò nauem dire-
xit, periculum ad creditorem non spectat,d.l.3.III.Ex
die,quo nauigari conuenit,non antea, D. cod.l. 3. IV.
Donec nauis ad destinatum portum perueniat, non
3 posteà,l.vlt. ¶ Effectus huius periculi, quod creditor
ex conuentione subit, duplex in nautico fœnore spe-
ctatur. I. Hoc fœnus debetur etiam ex nudo pacto,
D.eod.l.5.& l. 7. II. Hæc vsura non cadit sub commu-
nem vsurarum obseruationem,l.1. de qua obseruatio-
ne dictum fuit supr.tit.prox.§.10.sed potest esse maxi-
4 ma,id est,centesima,supr. cod.l.cos. 26. §. 1. ¶ Quo-
niam igitur hi effectus pecuniæ traiectitiæ attribuun-
tur,non quatenus trãs mare vehenda est, sed quatenus
periculo creditoris data est, hîc duo colliguntur.I.
Quando periculum ad creditorem non pertinet,hi ef-
fectus locum non habent:nec interest vtrùm ab initio
sine creditoris periculo credita sit,an postea periculum
eius esse desierit, l. 1. & 2. & D.eod.l.4. in princip. II.
Etiam in alijs causis, in quibus creditor periculum su-
bit,ijdem effectus obtinent:veluti si piscatori in appa-
ratum piscatorium erogaturo pecuniam crediderit: vt
si pisces ceperit, pecuniam reddat:si non ceperit, non
reddat,D.eod.l.5.

Tit. XXXIV. Depositi vel contrà.

I.in princ.4.ij.5.j.	*VII.6.j.*
§.j.8.j.ij.	*VIII.4.iv.6.j.8.j.*
II.5.ij.	*IX.13.4 ij.6.ij.*
III.5.ij.8.iij.	*X.5 ij.iij.*
IV.5.ij.	*XI.in princ.6.iij.*
V.9.	*§.j.7.*
VI.1.9.	*XII.3.*

1 EX contractibus nominatis, qui re perfi-
ciuntur, explicandus superest contractus
depositi, seu depositi actio,quæ ex eo nas-
citur. Deponere est commendare, l. 6. & l.
cum hereditas.9. id est, tradere custodiendum,D.eod.l.
1.in princip. gratis, Inst. de manda. §. vltim.ipsa igitur
species deponenti restituenda est, D. de reb.cred.l.2.in
princip.& de obl.& act.l.1.§.is quoque. Quare depo-
situm est contractus, quo res gratis constituenda, ac
reposcenti restituenda traditur. Ex quo cùm duplex
detur actio:directa depositori contra depositarium, &
contraria depositario contra eum qui deposuit:de so-
la directa hoc titulo agitur:quem in duo capita diuido,
prius de directa actione depositi in genere, posterius
de actione sequestraria, quæ est species actionis depo-
2 siti. ¶ De directa actione in genere deciduntur qua-
tuor quæstiones.

3 ¶ Primò quæritur,cui hæc actio detur: Distinguen-
di sunt tres casus: aut enim filiusfam. deposuit, aut
seruus,aut paterfamiliâs. Primo casu pater actione di-
recta, vel eo absente filius actione vtili depositum re-
petit, D.h.t.l. Iulianus. 19. & de iudic.l.si longius. 18.
§.1.& de oblig. & act.l. filiusfamiliâs suo. 9. Secundo
casu potest quidem depositarius seruo repetenti depo-
situm reddere, nisi sciat vel scire possit dominum non
consentire, D.eod.l.quod seruus,11. sed actio depositi
domino acquiritur,D.eod.l.1.§.si seruus meus.nisi quis
in seruo vsumfructum habeat, & res ad eum pertineat:
tunc enim actio depositi fructuario dabitur, d.l.1.§. si-
mili.Similiter cùm is,qui ab aliquo bona fide posside-
tur,rem ad eum pertinentem deposuit, actio bonæfidei
possessori redditur,d.l.1.§. non solum.Item cùm seruus
hereditarius rẽ deposuit,actio futuro heredi acquiritur,
l.cùm hereditas 9.& D.eod. d.l. 1.§.item si seruus.Ter-
tio casu datur actio, non solùm ei qui deposuit, sed
etiam eius heredibus,& cæteris successoribus,vt bono-
rum possessoribus, & ei cui ex Trebelliano restituta est
hereditas,D.h.tit.l.1.§. hæc actio.Quid ergo si duo de
hereditate contendant,vtroque se solum,& ex asse he-
redem asserente, vtri res est restituenda?Ei, qui paratus
est depositarium aduersus alterum defendere, quod
onus si neuter subire velit, depositarius iudicium subi-
re non cogitur; sed res in æde deponitur, donec de
hereditate iudicetur,d,l.1.§.apud Iulianum. Quid si ex
pluribus heredibus, vnus, vel aliqui repetant?Distin-
guendum est inter rem diuiduam, & indiuiduam.Nam
si diuidua sit, singulis partes sunt reddendæ,pro here-
ditariis scilicet portionibus.Et si pecunia sit in sacculo
obsignata, sacculum coram prætore, vel honestis per-
sonis resignare, & partem petenti, seu partes petenti-
bus soluere oportet: deinde sacculum iterũ obsignare,
& depositario reddere: vel, si is suscipere nolit,in sa-
cram ædem deferre.Sed si res sit indiuidua, tota vni ex
duobus heredibus,vel maiori parte ex pluribus heredi-
bus(maior autem pars intelligitur potius pro quantita-
te portionum hereditariarum,quàm pro numero here-
dum)restitui debet,dummodò de depositario aduersus
alios defendendo idoneè satisdetur:satisdatione autem
non præstita, si depositarius liberari velit, res erit in
ædem deponenda,d.l. 1.§.si pecunia.& l. si plures.14.in
princip. Quid si vnus partem suam, vel plures suas
partes à depositario receperunt, & res posteà pe-
riit,vel depositarius ad inopiam redactus est,tenentur-
ne qui partem suam acceperunt, eã cum suis coheredi-
bus communicare? Nullo modo: quia non debet ne-
gligentia diligentibus nocere, l. vlt.hîc enim obtinet
quod dicitur,ius ciuile vigilantibus scriptum esse, D.
quæ in fraud.credit.l.pupillus.24.
¶ Secundò quæritur, contra quem hæc actio detur? 4
I.Datur contra depositarium,D.h. t. l. si plures 14.§. 1.
& de oblig.& act. l. 1. §.is quoque.& Instit.quib. mod.
re contrah.oblig. §.penultim.II.Datur contra eius he-
redes:qui quidem ex dolo defũcti tenentur singuli pro
partibus hereditariis: ex proprio autem heredis facto
is solus tenetur, qui fecit, l.1. l.cùm hereditas.9. & D.
eod. l.in depositi. 9. d.l.si plures.§.1.& l.si duo 22.III.
Datur contra patrem,vel dominum, qui depositarium
in potestate habet: quo casu est actio de peculio, D.
de pecul. l. 5. in princip. IV. Denegatur contra eum,
cui pecuniam depositam depositarius credidit, l.si is
qui.8.
¶ Tertiò quæritur, quid in hanc actionem veniat? 5
Hic tria traduntur. I. In hanc actionem venit dolus &
lata culpa:nõ culpa leuis;multò minùs casus fortuitus,l.
1.& D.cod.d.l.si plures.§.1 l.si sine.20.& l.quod Nerua.
32. & de oblig. & act.l.1.§.is quoque.& Inst.quib.mod.
re contrah.oblig.§. penultim. II. Non solùm res vi,&
potestate actionis restituenda est, l. qui depositum.
10. id est, eadem species quæ deposita fuit, D. de reb.
creditis,l.2.in princip.& de oblig.& act. d.l.1.§.is quo-
que.& Institut.quib.mod.res contr.oblig.d.§.penultim.
sed etiam vsuræ ex mora accedunt officio iudicis, vt in
cæteris bonæ fidei iudiciis, præsertim si in vsus suos
conuertit, l. 2. 3. 4.& D.eod.l.Lucius Titius Sempro-
nio.24.l.die.25.§.1.l.Quintus.28.& l. si sacculum. 29.
§.1. Is quoque vsuras debet, qui de eis præstandis
pactus

pactus est, d.l. Lucius Titius Sempron.aut ex pecunia
apud se deposita vsuras percepit,d.l.Quintus. I I I.Dā-
natum infamia sequitur,d.l.qui depositum,& D.de his
6 qui not. infam.l. 1.vers. qui pro socio. ¶ Quartò quæ-
ritur, quibus exceptioonibus reus conuentus se tueri
possit, vel non? Quatuor defensiones considerantur.
I. Si depositarius dicat se pecuniam apud se depositam
alij credidisse: ideóque in illum actionem transferri
petat. Hæc defensio reprobatur l.7. & 8. I I. Si à seruo
hereditario rem acceperit: quia cùm hic seruus nullius
sit,D.de diuis.rer. l. 1. in princ. nemo esse videtur, cui
actio acquiri possit.Hæc quoque defensio reprobatur:
quia hereditas personam domini defuncti repræsen-
tat,D.de hered.instit.l.non minùs.21.§.1.& Inst. eo. §.
seruus etiā.ideirco actio hereditati acquiritur,&per eā
heredi postea adeunti competit, l. cùm hereditas. 9. &
D.eod. l. 1. §.item si seruus. I I I. Si depositor inuicem
depositario debeat:nam compensatio ipso iure obliga-
tionem tollit,vel minuit,supr. de compens. l. vltim. in
princ.& Instit.de actionib.§.in bonæ fidei.Hæc defen-
sio reprobatur: quia compensatio in hoc iudicio non
admittitur,ne vllo pretextu rei depositæ restitutio im-
pediatur,l.penult.in princ.& supr.de compens.d. l. vlt.
§.1.& Instit.de action. d. §. in bonæ fidei. I V. Si quis
depositario denunciauerit, ne rem deponenti resti-
tuat.Hæc denunciatio vel temerè fieri potest(quo casu
denuncians rei periculum subit, & vsuras trientes de-
positori præstat,Nou. 88. cap.1.) vel ex iusta causa, vt
quia fit à domino rei, quam prædo deposuit: debet
enim potiùs domino,quam depositori restitui,D.h.t.l.
bona fides. 31. §. 1.
7 ¶ Vt exceptio ex hac causa valeat, duo requirun-
tur. I. Vt in hac denunciatioue adhibiti sint testes,
& scriptura. I I. Vt sine dolo depositarij facta sit:
quod ipse suo iureiurando confirmare tenetur: hoc
est, iurare debet se non curasse in fraudem eius, qui
deposuit, vt aliquis sibi denunciaret, ne depositum
redderet.Sed & si hæ duæ conditiones adsint, ideóque
exceptio valeat, tamen ab actore elidi potest cautione
idonea, id est, satisdatione præstita de depositario ad-
8 uersus deounciantem defendendo,l.pen.§.1. ¶ Quin-
tò quæritur, quæ sint huius actionis affinia remedia?
Tria hoc tit. proponuntur. I. Actio ad exhibendum, l.
1. §. 1. I I. Rei vindicatio, d.l. 1. §. 1. & l. si is qui. 8.
I I I. Actio furti.l.3.& D. eo.l.si sacculum.19.in princ.
Hæc dicta sint de priori capite.
9 ¶ Transgrediamur ad posterius caput de actione
depositi sequestraria, quæ in sequestrem competit,
D. eod. l. 5. §. 1. Sequester est, cui duo, vel plures
rem controuersam, singuli in solidum certa condi-
tione custodiendam, ac reddendam tradunt, D. eod.
l. 6. & l. licet. 17. in princip. Hic igitur legem deposi-
tionis seruare, l. 6. proinde impleta conditione depo-
sitionis rem restituere tenetur, & eo nomine ab eo
qui deposuit, conueniri potest, l. 5. actione depositi
sequestraria,D.eo.d.l.5 §.1.vel præscriptis verbis,D.de
dolo. l. si quis affirmauit. 9. §. Labeo. quæ actio cum
actione sequestraria concurrit,quemadmodum & cum
vulgari actione depositi,D.de præscrip. verb. l.si apud
18. Quòd si instrumentum contractus,& obligationis
apud sequestrem depositum fuerit, & secundum le-
gem depositionis debitori reddendum sit, sed seque-
ster in eo reddendo moram faciat,tamen debitor solu-
tione debiti tutus est, l. 5. nec instrumentum non-
dum receptum,ei nocet: quia debiti solutione factum
est inutile & inane,supr.de condict.ex leg.l.2.& inf.de
solution.l.inductum.22.

Tit. X X X V. Mandati, vel contrà.

I. in princ. 5.p.12.j.iv.	*X I I I.* 10.y.
§.j.6.y.	*X I V.* 5.v.
I I. 5.j.12.y.14.	*X V.* 15.
I I I. 5.vy.	*X V I.* 5.v.10.y.iy.
I V. 5.vy.8.12.j.	*X V I I.* 6.y
V. 5.vj.10 j.	*X V I I I.* 5.y.11.iv.
V I. 6.j.12.y.	*X I X.* 5.iv.10.v.
V I I. 5.iy.12.iy.	*X X. in princ.* 5.vy.
V I I I. 5 iy.12.iy.13.14.	§.j.2.6.y.12 j.
I X. 10.j.	*X X I.* 5.p.10.y.iv.
X. 5.j.y.12 y.	*X X I I.* 5.vy.
X I. 5.p.10 j.y.	*X X I I I.* 5.vij.
X I I. 5.p.9.	*X X I V.* 5.vy.

SVperiores tituli huius quarti libri sunt de 1
contractibus,qui re perficiuntur, & de eo-
rum accessionibus variis:sequentes omnes
sunt de contractibus, qui consensu perfi-
ciuntur;nempe mandato,societate,emptione, & ven-
ditione,locatione,& conductione, & emphyteusi. Ex
his duo magis respiciunt ad personas, quàm ad res,
nempe mandatum, & societas: idcirco vel vnius con-
trahentis morte finiuntur, Instit. de mandat. §. item si
adhuc.& de societa.§.soluitur. alij magis respiciunt ad
res; ideóque morte contrahentium non extinguuntur;
sed ad heredes transeunt, Instit. de locat. & conduct.
§. adeo. & §. vltim. ¶ Mandatum est contractus con- 2
sensu constans, D. h. tit.l. 1. in princ.& de obligat. &
action. l. 2. quo dominus negotium bona fide geren-
dum,D.h.tit.l.idémque.10.in princ. gratis, l. si contra.
20.§.1.D.eod. l. 1.§.vltim.& de præscript.verb. l. si tibi.
22. & Institut. h. tit. §. vltim. suscipienti procuratori
committit, d. l. idémque. §. si quis ea.& D.de proxe-
net. l. 2. ¶ Ex hoc coutractu duplex mandati actio 3
oritur: altera directa, quæ datur mandatori coutra
mandatarium:altera contraria, quæ datur mandatario
contra mandatorem. Vtraque in hac rubrica propo-
nitur. ¶ Diuiditur autem totus titulus in quatuor 4
capita. ¶ Primo capite explicatur, quid mandari pos- 5
sit. Mandantur autem negotia gerenda,l.1. in princip.
l.procuratorem. 11.l.cùm mandati. 12. l. in re manda-
ta.21. Exempla hæc habentur. I. *Mando tibi, vt pro me
fideiubeas*,l.2.l.si pro ea.10.II.*Mando tibi,vt pro me man-
des*;putà mandes Titio,*vt pecuniam actori,vel procuratori
meo credas*,d.l.si pro ea.l.post solutionem.18.I I I.*Man-
do tibi,vt pecuniam Titio*,l.7.*vel seruus meus credas*,l.si tibi.
8. I V. *Mando tibi vt rem tuam Titio vendas*, l.pretij.19.
V. *Mando tibi,vt equos illos emas*, l.si secundum. 14. vel
vt merces emas, l.ad comparandas. 16. V I. *Mando tibi,
vt bonorum possessionem meo nomine petas*, l.5. V I I. *Man-
do tibi actionem mouendam*, l. 3. vel *suscipiendam*, D. de
procutat.l.filiusfamiliâs.8.in princip. & §. 1. vel *causas
appellationis exercendas*, l.4. Sed hîc cauendum, ne quis
litis incertum redimat,l.si contra.10.Quocircà si actio
vendatur, siue alio titulo oneroso transferatur: is, cui
actio creditur,non plus per eam consequi potest,quàm
pretij nomine, vel alio titulo dedit ei, qui actionem
mandauit: quamquàm per donationem rectè actio
transfertur: sed vili pretio actionem vendere, & resi-
duum iusti pretij donare non licet, l. per diuersas. 22.
& ll. seqq. vbi nota, vltimā legem,quæ Græca est,ve-
teribus Doctoribus incognitam, tollere exceptio-
nes admissas d. l. per diuersas. & l. seq. ¶ Secundo 6
capite exponitur, quomodò mandatum contraha-
tur. Vbi duo traduntur. I. Non solùm expresè, sed
etiam tacitè contrahi potest,l.6.& D. eod. l. 6.§.si pas-

ſus. II. Gratis contrahitur, l. ſi contra. 20.§.1. vt no-
taui ſuprà in definitione mandati: quoniam hic con-
tractus originẽ ex officio,& amicitia trahit: contraria
verò eſt officio merces, D.eod.l. 1.§.vlt.Interueniente
igitur certa mercede,eſt locatio,& conductio. Si verò
ſit incerta merces,eſt contractus innominatus,Inſtit.h.
t.§.vltim.& D.de præſcript.verb.l. ſi tibi. 22. Salarium
autem non obſtat,quominùs ſit mandatum gratuitum,
ſicut nec honorariũ, D.eod.d.l.6.in princ.& l. 7. Nota
hæc quatuor inter ſe differre,*pretium,mercedem, honora-
rium,ſalarium*.nam *pretium* eſt rei æſtimatio: *merces* eſt
æſtimatio vſus,vel operæ:*honorarium* eſt, quod hono-
ris,& gratitudinis, ſeu remunerandi gratiâ ſimpliciter
offertur:*ſalarium* eſt,quod ob eandem cauſam offertur
ratione habita ad certum tempus, vt ſalarium annuũ.
Conſtituitur autem ſalariũ vel certum, vel incertum.
Certum non petitur actione mandati, ſed cognitione
extraordinaria, D.h.t.l. 7. quemadmodum & honora-
rium,D.de extraordinar.cognit.l.1.§.in honorariis.Id-
circo in l.1.in fin.h.t.dicitur, de ſalario apud præſidem
prouinciæ cognitionem præberi,id eſt, præſidem non
dare iudicem, ſed ipſum extra ordinem cognoſcere.
Salarij autem incerti promiſſio non valet, idque peti
nequit, l. ſalarium. 17. & D.eod. l. qui mutuam. 56.§.
7 penult. ¶ Tertio capite declarantur quatuor effectus
mandati.Primus reſpicit ad poteſtatem mandatarij:ſe-
cundus ad poteſtatem mandatoris: tertius ad obliga-
tionem mandatarij, & actionem mandati directam:
quartus ad obligationem mandatoris, & actionem
mandati contrariam: de quibus ordine dicendum.
8 ¶ Ad primum effectum refertur, quod dicitur in l.
4. vbi pater filio emancipato actionem mandauit
contra ſuos debitores: deinde ipſemet re integra
contra eoſdem egit: quod quidem facere pro libitu
potuit; quia res erat integra, id eſt, quia filius nòn-
dum egerat,nondum litem conteſtatus erat,D.de pro-
cur.l.antè litem.16.poſt litem verò à procuratore con-
teſtatam mandator id facere non poteſt,niſi causâ co-
gnitâ iudex id permiſerit, D. eod. l. poſt litem. 17. in
princ.propterea quòd is,qui litem conteſtatur, fit do-
9 minus litis,ſupr.eod.tit.l. procuratoribus. 22. ¶ Pote-
ſtas autem procuratoris à mandato pendet, cuius for-
mam,& legẽ bona fide cuſtodire debet, nec eius fines
poteſt excedere:ſed quidquid contra, vel præter man-
datum egerit,nullam vim habet,l.cùm mandati. 12.&
D.eod.l.5.in princ.l.poteſt.41.& Inſt.eod.§. is qui exe-
quitur.Caue tamen putes, quotieſcumque procurator
aliquid facit, quod mandato expreſsè comprehenſum
non ſit, eum continuò fines mandati excedere: quia
cùm mandatum nudo conſenſu,atque adeo etiam taci-
tè contrahatur, vt ſuprà docui:ea quoque procurator
facere poteſt,quæ tacitè ei mádata cenſentur,vt expo-
10 ſui ſupr.de procurat.num. 4. memb. 2. ¶ Sequitur, vt
de procuratoris obligatione videamus:de qua hęc tra-
duntur. I. Non ſolùm tenetur eorum nomine, quæ
geſſit;ſed etiam ob ea,quæ neglexit, l. procuratorem.
II. Malè geſti exemplum eſt, ſi cauſam ſibi commiſ-
ſam læſit, l.cùm per procuratorem. 9. Neglecti exem-
plum eſt,ſi bonorum poſſeſſionem non petiit,cùm hoc
ei mandatum eſſet,l.5.alioquin ſi mandatum non eſſet,
id ei imputari non poſſet: quia (vt nupertimè notaui)
fines mandati excedere nec debet, nec poteſt. II. Non
tantùm præſtat dolum,ſed etiam culpam: non tamen
caſum fortuitum, l.procuratorem. 11.l.à procuratore.
13.l.ad comparandas.16.l.in re mandata. 21. III. Te-
netur in id quod mandatoris intereſt, d. l. ad compa-
randas. IV. Non ſolùm in pecuniam condemnatur,
ſed etiam infamiâ notatur ob fidem ruptam, d. l. in re
mandata. V. Vſuras debet ex ſtipulatione, vel mora,
non tamen vltra modum iure permiſſum, l.pretij. 19.
¶ Tandem de mandantis obligatione tres quæſtiones 11
diſſoluuntur. ¶ Primò quæritur, quid mandator ſol- 12
uere mandatario teneatur? Reſpondetur teneri,I. Pro-
curatori reddere impenſas ab eo factas,l.ſi contra. 20.
§. 1.ſiue de ſua ſubſtantia, ſiue pecuniam ab alio mu-
tuò acceptam erogauit, l.1. etiamſi in litem impende-
rit,& ſine ſua culpa victus fuerit, l.4. II. Ei,qui pro ſe
interceſſit,reddere pecuniam ab eo ſolutam, l. 2. & 6.
Ante ſolutionem autem ab eo conueniri nequit; niſi
aut bona ſua dilapidare cœperit, aut ille ſine ſua culpa
damnatus ſit,aut ita ab initio conuenerit,vt etiam an-
te ſolutionẽ agi poſſit,d.l.6.&l.ſi pro ea.10. III.Red-
dere pecuniam ſuo mandato alij creditam, l.7.& 8.
IV. Soluere vſuras pecuniæ,quam procurator impen-
dit, l. 1. vel quas is ſoluit, qui dari mutuò mandauit:
verbi gratiâ, te ſciente, & conſentiente mandaui Ti-
tio, vt tibi pecuniam crederet:non ſolùm inter me, &
Titium; ſed etiam inter me & te oritur actio
mandati: quare ſi Titius meo mandato pecuniam tibi
crediderit;deinde eam contraria mandati actione à me
exegerit, eandem ego à te ſimiliter contraria manda-
ti actione repetam cum vſuris poſt tuam moram,
l.poſt ſolutionem. 18. quia mandati actio eſt bonæ fi-
fidei, Inſtitut. de action. §.actionum. conſequenter in
hoc iudicium vſuræ ex mora veniunt,D.de vſur.l.mo- 13
ra. 32. §. in bonæ fidei. ¶ Secundò quæritur, an hæc
obligatio tranſeat in heredem? Reſpondetur,tranſire, 14
l.ſi tibi.8. ¶ Tertiò quæritur, ſi obligationi principali
pignus acceſſerit, qua actione pignus perſequi poſſi-
mus? Reſpondetur, pignus peti poſſe vel actione hy-
pothecaria,d.l.ſi tibi.vel actione mandati, l. 2.vbi hoc
tam expreſsè traditur, vt miret Cuiacium id negare.
De pignore igitur vel in rem agitur, vel in perſonam:
& quemadmodũ actio hypothecaria poteſt concurre-
re cum actione pigneratitia,ſi pignus traditum fuerit;
ita etiam poteſt concurrere cum actione mandati, ſi
tantùm de pignoris obligatione conuenerit ſine reali
traditione. ¶ Quartum caput eſt de modis, quibus 15
mandatum finitur. Vnus modus hîc proponitur, mors
mandãtis,ſi re integra moriatur,l.mandatum. 15.& D.
eod.l.inter.26.in princ.& de ſolut.l.vltim.nec ſit man-
datum de re poſt mandantis mortem facienda,putà de
monumento ei faciendo, D.h.t.l.ſi verò non remune-
randi.12. §. vltim. Idem eſt, ſi re integra mandatarius
moriatur. Veruntamen ſi quis ignorans mandatorem
deceſſiſſe,mandatum exequatur, mandati agere pote-
rit,ne iuſta ignorantia ei noceat, d. l. inter.in princ.&
Inſtit.eod. §.item ſi adhoc. Res autem integra dicitur,
antequàm negotium geri cœperit,D.de iuriſdictio.l. 6.
& de condict.cauſa dat.l.5.in princ.& de pollicit.l.1.§.
cœpiſſe.

---

*Tit. XXXVI. Si ſeruus extero ſe emi man-
dauerit.*



Ic titulus eſt pars ſuperioris:quia ſpeciem 1
quandam mandati declarat, id eſt, cùm
ſeruus extraneo mandat,vt ſe emat. Vel
autem ſimpliciter ita mandat:vel hoc ad-
iecto,vt ab emptore manumittatur. Prior
caſus hîc deciditur, & in l. cùm ſeruus. 54. j. reſpond.
D. mandati. Poſterior in d. l. cùm ſeruus. verſ. ſed ſi
in hoc. Hoc mandatum ſecundum regulas iuris
non valet: quia ſi valeret, vel ex ſerui, vel ex do-
mini perſona valeret: quorum neutrum dici poteſt.
Non valere ex perſona ipſius ſerui mandantis, hac
ratione oſtenditur: quia facilius ſuſtinetur manda-
tum hominis liberi,quàm ſerui: & quod homo liber
mandare

mandare nequit, multò minus seruus mandare potest:atqui homo liber frustra mandat se emendum:ergo multò magis seruus frustra se emendum mandat. Non valere ex persona domini: vt stipulatio serui ex persona domini sustinetur, inde probatur, quòd dominus non potest mandare, vt à se ematur: ergo nec seruus mandare potest, vt à domino ematur. Hoc igitur serui mandatum non videtur valere. Et sanè antequàm venditio sequatur, inutile est. Sed venditione secuta, cur non detur actio ex empto vendito? ergo etiam mandati agi poterit: quia cùm mandatum in gratiam futuræ emptionis fiat;nec tam id agatur,vt sit ex mandato actio, quàm ex empto vendito propter mandatum: æquitas suadet,vt mandati quoque hæc actio detur. Quare ex dicto serui contractu dominus habet actionem ex vendito ad pretium consequendum: quia obligatione non liberatur emptor, si nummos peculiares à seruo acceptos domino numeret; sed de sua pecunia soluere debet. Idem dominus mandati agere potest, vt seruus manumittatur, si id actum sit in mandato contrahendo, id est, si seruus se emi,& manumitti mandauit.Quid si id actum non sit? Poteritne dominus mandati agere,vt recipiat seruum? Ita poterit, si nec seruus ab emptore sit manumissus, nec ipse ex vendito agat: nam hæ duæ actiones sunt inter se contrariæ;mandati de seruo recipiendo,& vẽditi de pretio consequendo: quandoquidem per hanc venditio impletur, per illam resoluitur. Quare non vtráque,sed alterutrâ actione:id est,quam elegerit dominus vti potest,l.vnic.& d.l.cùm seruus.

Tit. XXXVII. Pro socio.

I. 5.j. 9.j.	*V.* 7. 11.p.
II. 8.	*VI.* 5.y.
III. 4. 8.9.j. 12.j.	*VII.* 11.j.
IV. 8.9. y.12.j.	

1 Sicut societas est similis mandato:quia vter-
que contractus nudo consensu perficitur;
& in vtroque magis spectantur personæ,
quàm res,vt docui sup.mandati.num.1. ita
etiam actio pro socio est similis actioni mandati:sed eo
differt,quod actio mãdati est directa,&contraria;quo-
niam alter principaliter obligatur,id est, mandatarius:
alter per consequentiam quandam, ratione æquitatis,
nempe mandator: actio verò pro socio vtrinque dire-
cta est; quia vtriusque contrahentis eadem est ratio,
2 Inst.de pœna temer.litigan §.ex quibusdam. ¶ Quam-
uis autem inscriptio huius tituli ab actione sumatur;
tamen etiam de contractu, qui est actionis causa,disse-
ritur. Est autem societas, contractus solo consensu cõ-
stãs,D.de oblig.& action.l.2.in princ.& Inst. de oblig.
ex consensu.in princ.de re,vel negotiatione, D.h.t.l.5.
in princ. & Instit.eod. in princ. honesta, D. eod.l.nec
prætermittendum.57.& de contrah. empt. l. quod sæ-
pe.35.§.veneni.eiusque lucro,vel damno communicã-
do, D. h. t. l. si non fuerint.29.& l.seq.& l.si vnus.67.
3 ¶ Hic titulus diuiditur in quatuor capita. ¶ Primo ca-
4 pite explicatur, qualis contractus sit societas. In hoc
contractu fides exuberare dicitur,l.3.id est, bonæ fidei
contractus est:nam bona fides hic accipitur pro æqui-
tate;vt patet argumento à contrario, quoniam stricto
iuri opponitur,Instit.de actio.§.actionum. æquitas au-
tem cùm in contractibus,supr.de oblig.& action.l.4.&
obligationibus,D.de diuers.reg.iur.l.bona fides.57.im-
mo in omnibus spectetur,supr.de iudic.l.placuit.8.po-
tissimùm in bonæ fidei contractibus requiritur: idcir-
5 co dicitur in his exuberare. ¶ Secundo capite exponi-
tur,quomodò societas contrahatur. Duo casus hic de-
ciduntur. I. Si ita conueniat, vt vnus pecuniam, alter
operam conferat:societas valet,l.1.& possunt inter so-
cios constitui partes lucri æquales; quia sæpe alicuius
opera pro pecunia valet,Instit.h.t.§.de illa.vers.nam &
ita. II. Non solùm purè, sed etiam sub conditione so-
cietas contrahi potest,l.penult. ¶ Tertio capite agitur 6
de effectu societatis, id est, actione pro socio: de qua
tres quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò quæritur, quã- 7
do competat?Respondetur,competere post societatem
finitam, l.5. Similis ratio est actionis tutelæ, quæ non
datur, nisi post tutelam finitam, D. de tutel. & rat.di-
strah.l.1.§.vltim. ¶ Secundò quæritur, contra quem 8
detur?Respondetur,dari contra socium,l.2.& eius suc-
cessores, l.3. siue ex testamento, siue ab intestato suc-
cesserint,l.4. ¶ Tertiò quæritur, quid in eam veniat? 9
Respondetur, venire I. Præstationes personales, quas
actor petit vel ob suum factum; vt quia pretium rei in
commune emptæ soluit,& ex ea debitas pẽsiones præ-
stitit, l. 1. vel ob factum socij, qui solus emolumenta
percepit;ideóque partem actori restituere debet,d.l. 3.
II. Rei communis diuisionem, quæ secundum con-
uentionem,& legem societatis fieri debet,l.4. Quam-
quam magis ob præstationes personales, quàm ob re-
rum communium diuisionem, de qua communi di-
uidundo agitur, hæc actio pro socio introducta est,
D. eod. l. 1. ¶ Quarto capite agitur de modis, qui- 10
bus societas soluitur. Duo modi hoc titulo propo-
nuntur. ¶ Primus modus est renunciatio, l. 5. & D. 11
eod. l. 4. §. 1. l. verum 63. in fin. & Institut. eod. §.
manet. quia nemo inuitus in societate manere com-
pellitur, supr.commu. diuid.l.vltim.Hic duo sunt no-
tanda. I. Si inter socios sit aliquis furiosus: eius cura-
tor aliis sociis,& illi curatori renunciare possunt, l.vlt.
II. Qui fraudulenter societati renunciauit,ne lucrum,
quod ad se mox peruenturum intelligebat,sociis com-
municaret,nihilominùs id communicare cogitur: ne-
que autem ipse aliud lucrum,quod non captauit,com-
municare tenetur:neque ei socij aliquid communicãt,
quod post dictam renunciationem acquisiuerint, d.§.
manet. ¶ Secundus modus est mors socii, D. eod. l.4. 12
§.1.& d.l.verum.§.vltim. & Instit. eod. §. soluitur. Vbi
similiter duo notanda. I. Heres socij, licèt actione pro
socio teneatur,l.3.& 4.tamen socius non est, D. eod.l.
heres.40.& nequidem ex pacto transire societas ad he-
redem potest,excepta vectigalium societate, D. eod. l.
adeo. 59. in princ. II.Si plures socij sint,societas mor-
te vnius etiam inter superstites finitur, nisi in contra-
henda societate aliter conuenerit;nam ex pacto socie-
tas inter superstites manebit,Instit.eod.d.§.soluitur.

Tit. XXXVIII. De contrahenda emptione,& venditione.

I. 17.	*IX. in princ.* 13.21.y.
II. 5. 12.	§. j. 14.16. j.
III. 14. 16. j.	*X.* 7. 8. y. 16. j.
IV. 7.8.y.	*XI.* 14.
V. 9.	*XII.* 15.20.21.j.
VI. 19. 21.iv.	*XIII.* 16. y.
VII. 21.ty.	*XIV.* 10.
VIII. 20. 21. y.	*XV.* 13.

Post mandatum, & societatem, qui contractus 1
consensu perficiuntur, & ad personas respi-
ciunt,exponendi sunt contractus, qui similiter
perficiuntur consensu; sed eorum vis magis in rebus,
de quibus contrahitur,quàm in personis cernitur:nẽpe
emptio,& venditio;locatio,& cõductio, & emphyteu-
sis. ¶ Emptio,& venditio est contractus solo consensu 2
constans,D.de oblig.& act.l.2.Inst.h.t.l.in princ. & de

obligat.ex consensu.in princ. vt emptori, certo pretio,
Instit .hoc tit.in princ.& §.1.dato,D.de action.empti.l.
ex empto.11.§.& in primis. &de rer.permut. l.1.in pr.
rem habere liceat, D. de euictionib. l. venditor. 8.
3 ¶ Quia verò prolixus est hic tractatus de emptione,
& venditione;in multos titulos, vt & in Digestis, est
distributus:quibus de contrahenda emptione, & ven-
ditione,de eius contractæ effectibus,& de eiusdem ae-
4 cidentibus disseritur. ¶ Cùm autem in contrahenda
emptione spectentur emptor, & vẽditor; res quæ emi-
tur,& venditur;modus,seu forma contrahendi, & lo-
cus,quo contrahitur:de rebus prolixè agetur titulis se-
quentibus: cætera hoc titulo considerantur: & obiter
adducuntur quędam de effectu emptionis,& venditio-
nis;& de causis,propter quas aliquis falsò credere pos-
set venditionem rescindi. Itaque hic titulus diuiditur
in sex capita.

5 ¶ Primo capite,quod est de venditore,quæritur, an
furiosus vendere possit? Respondetur, eum tempore
furoris non posse vendere; quia non potest consenti-
re:sed,si habeat dilucida interualla, eo tempore, quo
furor intermissus est,posse vendere, si sit maior vigin-
tiquinque annis,l. 2. Quid si minor sit? Sine curatore
vendere non potest. Quòd si adhibito curatore vẽdat,
restitui contra venditionem poterit,supr.de in integr.
6 restit.minor.l.3. ¶ Secundo capite,quod est de empto-
re,quæritur primò; quis possit emere? Hîc dantur duæ
7 regulæ. ¶ Prima regula est:Rei suæ emptio non valet,
l.4.l.si mater.10 & D.eod.l.suæ. 16. in princ. & de pi-
gnerat.actio,l.debitor.40.in princ.& de diuers.reg.iur.
l.neque pignus.45.in princ. Nec refert, vtrùm emptor
sciat rem suam esse, an ignoret, d.l.suæ. Intellige em-
ptionem proprietaris:nihil enim vetat,quominus rem
nostram ab alio emamus respectu possessionis, in qua
ille potior sit:hac enim ratione non tam rem nostram,
quàm alienam rei nostræ possessionem emimus,D.h.t.
l.si in emptione.34.§.rei suę.Item intellige emptionem
puram:quia facta sub conditione valet,si pendente cõ-
ditione dominium rei emptor amiserit, D. eod. l.exi-
8 stimo. 61. & de legat. j.l. cætera. 41. §. tractari. ¶ Ex
eo, quod dictum est, emptionem rei suæ non valere,
colligitur I. Debitorem frustra emere pignus à credi-
tore, d.l. debitor.in princ. quia rem pignerando, eius
dominium non transfert,sed retinet, infr.de pignerat.
actione.l.pignus.9.II.Donatarium à donatore,vel eius
herede frustra rem donatam emere: nullam enim vti-
litatem hæc emptio ei affert,nisi aut donatione domi-
nus factus non sit, aut donatio inofficiosa dici possit,
d.l.4.III. Si mulier rem suam à marito emat quasi rem
mariti, hac simulata conuentione veritatem non mu-
9 tari,d.l.si mater. ¶ Secunda regula est: Tutor rem pu-
pilli, vel curator rem adolescentis emere non potest,
d.l.si in emptione.§.vltim.nisi palàm,& bona fide(quod
& in eius vxore obtinet)emat,l.5. à contutore,vel cõ-
curatore,qui solus administrare potest,vel illo auctore
emat à minore, D.de auctor.tut.l. 5. §. item ipse. & de
administrat.tut.l.Titium.47.in princ.& de reb.eor.l. 5.
§. illud. vel emat à pupilli creditore pignus distrahen-
10 te,D.de auctor.tutor.d.l.5. §.penult. ¶ Secundò quæ-
ritur, an aliqui in emptione sint præferendi, si fortè
plures separatim emptioni se offerant? Olim proximi
& consortes extraneis præferebantur:sed hoc priuile-
gium est sublatum;quia iniquum visum est, dominum
11 non posse rem suam vendere,cui velit,l.penult. ¶ Ter-
tio capite declaratur, quomodò emptio & venditio
12 contrahatur,vel non. ¶ Contrahitur consensu,l.2.Sed
13 de hoc consensu tria quæruntur. ¶ Primò quæritur,
qua de re sit?Respondetur esse consensum,seu conuen-
tionem de rei venditæ pretio,l.empti.9.in princ. & D.
eod.l.2.§.1.& Instit.eod.in princ.& quidem certo, In-
stit.eod.§. 1. Vnde si quantitas pretij conferatur in ar-
bitrium alterutrius contrahentis, contractus non va-
let,D.eod.l.quod sæpe.35.§.1. sin autem conferatur in
arbitrium tertij,ita demum valet,si ille pretium defini-
uerit,l.vltim.& Instit.eod.d.§.1. ¶ Secundò quæritur, 14
an hic consensus sit necessarius? Respondetur esse ne-
cessarium: cùm quia regulariter nemo inuitus emere,
aut vendere cogitur, l. inuitum.11.& infr. de iur.deli-
ber.l.nec emere.16.exceptis certis casibus, quos enar-
raui in tractatu de emption.& vendition. num.213. &
aliquot sequentibus:tum etiam quia nullus est contra-
ctus sine consensu,D.de pact.l.1.§.conuentionis.Deni-
que quia nisi de pretio conueniat, non erit venditio,
sed potiùs donatio, l.3.l.empti.9.§.1. ¶ Tertiò quæri- 15
tur,an solus consensus ad emptionem,& venditionem
perficiendam sufficiat? Respondetur sufficere, adeo vt
nec rei traditione opus sit,D.de rer.permut. l.1.§. item
emptio.nec pretij solutione,nec arrarum datione,D.h.
t.l.2.§.1.Instit.eod.in princ.nec verbis, D.de oblig. &
action.l.2.nec scriptura,l.non idcirco. 12.& D.de obli.
& action. d.l. 2. nec contrahentium præsentia,ead.l.2.
& Instit.de oblig.ex consen.vers.ideo. nec fideiussore,
d.l.non idcirco.Excipe, nisi conuenerit, vt in scriptis
contraheretur: tunc enim venditio non est perfecta,
nisi scriptura sit confecta, & omnibus partibus ita ab-
soluta,vt nihil ampliùs desideretur,sup.de fid.instrum.
l.contractus.17.& Inst. h. t.in princ. ¶ Vitia verò,pro- 16
pter quæ hic contractus non valet, duo proponuntur.
I. Si mutatio: si quis simulet se vendere, quod donat:
tunc enim donatio est,non venditio,l.3.l.empti. 9.§.1.
aut si rem suam emens,simulet se alienam emere, quo
casu actus non valet,l.si mater.10.II. Si contractus cõ-
feratur in arbitrium emptoris, aut venditoris: veluti,
Hæc res tibi empta esto.si volueris: vel,*si voluero*, l.in ven-
dentis.13.& D.eod.l.7.vel,*quanti velis*. D. eod. l. quod
sæpe.35.§.1.Hæc tamen venditio valet, *si intra certum*
diem tibi placuerit,tibi empta esto,Instit.eod. §. penultim.
¶ Quarto capite agitur de loco contractus: & quæri- 17
tur,an res alio loco vendi possint,quam vbi sunt? Re-
spondetur posse,l.1.

¶ Quinto capite declarantur duo effectus huius con- 18
tractus. ¶ Primus effectus est pro emptore; in quem 19
dominium rei emptæ per traditionem ex causa vendi-
tionis factam transfertur,l.6. ¶ Secundus effectus est 20
pro venditore,cui emptor, qui rem accepit, nec pre-
tium soluit, nõ rem restituere,sed pretium soluere co-
gitur,l.si non donationis.8.l.non idcirco. 12. ¶ Sexto 21
capite continentur quatuor causæ, propter quas falsò
aliquis credere posset, venditionem rescindi, cùm re-
scindi propterea non debeat. I. Si venditor statim ac
contractus perfectus est, protestetur se pœnitere, d.l.
non idcirco. II.Si pretium non sit solutum ab empto-
re,d.l.si nõ donationis.& l.seq.in princ. III. Si emptor
simulet se rem habere ex causa donationis, l.7.IV. Si
inter venditorem, & emptricem nuptiæ contrahan-
tur,& diuortium sequatur,l.6.

Tit. XXXIX. De hereditate, vel actione vendita.

I. 5.*iij.*	*VI.* 5.*j.*
II. 5.*iij.*	*VII.* 7.10.*ij.*
III. 9.	*VIII.* 10.*j.ij.*
IV. 4.	*IX.* 8.10.*ij.*
V. 5.*ij.*	

IN contrahenda emptione non solùm spe- 1
ctantur emptor, venditor, modus contra-
hendi,& locus contractus, de quibus supe-
riori titulo dictum est; sed etiam res, quæ
emitur,& venditur: quapropter subiiciuntur quinque
tituli

2 tituli de rebus, quæ in hunc contractum cadunt. ¶ Hu-
3 ius tituli duæ sunt partes perspicuæ. ¶ Prima pars est
de hereditate vendita, vbi duæ quæstiones tractantur.
4 ¶ Primò quæritur, an hereditatis venditio valeat, si
venditor ab emptore deceptus, minorem eius quan-
titatem esse existimauerit, quàm reuera esset? Sic au-
tem distinguitur: Aut hic emptoris dolus dedit cau-
sam contractui, aut incidit in contractum, id est, aut
heres non erat hereditatem venditurus, nisi ab em-
ptore deceptus fuisset; aut, cùm venditurus esset, in
eo deceptus est, vt viliori pretio venderet. Priori casu
venditio ipso iure non valet, D. de dolo l. 7. in princip.
Quare si heres nondum res hereditarias emptori tra-
didit, actione ex empto conueniri non potest, vt eas
tradat; quemadmodum nec actiones hereditarias ce-
dere cogitur. Si verò eas tradidit, suo iure earum
persecutionem habet, l. 4. (vbi notanda est phrasis il-
la, quæ vix constare potest, *iudicio conueniri non com-
pellitur*, pro, iudicio conueniri non potest) id est, eas
iure dominij vindicare potest: quia cùm venditio nul-
la sit, nuda traditio dominium in emptorem transfer-
re non potuit, D. de acquir. rer. domin. l. numquam.
31. in princip. Posteriori casu contractus valet; sed do-
lus purgatur actione ex vendito, qua venditor in-
demnitatem consequitur, D. de dolo l. si quis affirma-
uit. 9. in princip. Item si emptori mandauerat, vt vires
hereditarias excuteret, isque falsam quantitatem re-
nunciauit; est locus actioni mandati, D. mandat. l. si
mandauero. 42.
5 ¶ Secundò quæritur, qui sint venditionis effectus?
Vbi dantur tres regulæ. I. Venditor est dominus re-
rum hereditariarum, donec eas emptori hereditatis
tradat; idcirco potest interim eas alij vendere, ac tra-
dere; sicque ad eum dominium transferre; sed ob id
emptori hereditatis tenetur in id, quod interest, l. 6.
II. Emptor contra debitores hereditarios agere potest
vel actionibus directis sibi à venditore mandatis, vel
vtilib. suo nomine, l. 5. ex rescripto Diui Pij, D. de pact.
l. si cum emptore. 16. in princip. III. Emptor, si à cre-
ditoribus hereditariis, vel legatariis, seu fideicommis-
sariis conueniatur, non cogitur iudicium suscipere:
sed nec de eo suscipiendo cogitur satisdare vendito-
ri, nisi hac lege emerit hereditatem. Verùm illi contra
heredem agere debent, hic contra emptorem regre-
dietur actione ex vendito, l. 2. Excipitur, nisi fiscus he-
reditatem vendiderit: tunc enim onera in emptorem
ex priuilegio fisci transferuntur, l. 1.
6 ¶ Secunda pars est de actione vendita: de qua dis-
7 soluuntur quatuor quæstiones. ¶ Primò quæritur,
an actio vendi possit? Respondetur, actiones, seu
nomina debitorum, vt possunt pignerari, ita etiam pos-
8 se vendi, l. 7. ¶ Secundò quæritur, quæ actiones ven-
di possint? Respondetur omnes vendi posse, tam in
9 rem, quàm in personam, l. vltim. ¶ Tertiò quæritur,
an in hac venditione requiratur consensus eius, contra
quem competit actio, quæ venditur? Respondetur,
non requiri; quia etiam eo ignorante, vel inuito, ven-
ditio tenet, l. 3.
10 ¶ Quartò quæritur, qui sint venditionis effectus: Hic
notentur tres regulæ. I. Rerum, quæ in obligatione
sunt, dominium ad emptorem actionis non pertinet,
l. penultim. II. Emptor actionis, non minùs quàm em-
ptor hereditatis, de quo supra diximus, nec minùs
quàm venditor, cui nomen debitoris pigneratum est,
vel directam actionem sibi à venditore mandatam
seu cessam, vel ea cessione cessante, vtilem suo nomi-
ne mouere potest, l. 7. & seqq. III. Qui actionem
emit, non plus ea consequi potest, quàm pretij
nomine dedit, supr. mandati. l. per diuersas. 22. &
ll. seqq.

*Tit. XL. Quæ res venire non possunt; & quæ ven-
dere, vel emere vetantur.*

I. 2.	*III. 3. ij.*
II. 3. j.	*IV. 3. iij.*

PErgit Imperator in considerandis rebus, 1
quæ emuntur & venduntur, & hipertitum
titulum proponit. ¶ Prima pars docet, 2
quæ res vendi non possunt. Vbi priuatis in-
terdicitur commercio purpuræ, tam in lana, quàm in
serico: quia solius principis vsui destinata est: vnde
etiam eius fucandæ, id est, tingendæ facultas priuatis
adimitur, l. 1. hoc enim officium ad baphios pertinet,
de quibus inf. lib. 11. tit. 9. de vestibus holoberis. Purpu-
ra ex conchyliis colligitur; siue sint purpuræ, siue mu-
rices, vt dicta l. 1. ostendit. Cæterùm à purpura Vlpia-
nus separat coccum, & granum tinctorium, D. de legat.
iij. l. si cui lana. 70. §. vlt. vbi purpuræ varia esse genera
testatur: ideircò dicta lex loquitur de purpura blatta,
oxyblatta, & hyanthina. Addit autem sanctionem irro-
gantem pœnam capitis cum bonorum cõfiscatione iis,
qui contra hanc cõstitutionem deliquerint. ¶ Secunda 3
pars est de iis, quæ vendere, vel emere vetantur, id est,
de rebus, quas priuati nec vendere, nec emere possunt:
nam disiunctio pro coniunctione accipitur, quod in iu-
re non est nouum, D. de verbor. signif. l. sæpe. 53. & cum
Cuiacio in hac rubrica legendum *quæ*, non, *qui*. Tria
verò sunt, quæ nec emere, nec vendere licet. I. Seri-
cum à barbaris emere nemo potest, præter comitem
commerciorum, l. 2. quia non est liberum commer-
cium cum barbaris, vt inter ciues Romanos: qua ratio-
ne dicendum nec barbaris posse quempiam vendere
sericum. Sed hæc prohibitio prætermissa est, propterea
quòd illis temporibus sericum apud barbaros erat, non
apud Romanos, qui serò illud à Persis acceperunt.
II. Capitalis pœna irrogatur ementibus, aut vendenti-
bus annonam popularem, id est, panes, quibus princeps
populum Romanum alebat, l. 3. III. Annona militaris,
seu frumentum, quod ad alendum exercitum mittitur,
nec emi, nec vendi potest. Qui emerit, aut vendiderit,
si honestior sit, deportationem, & bonorum publica-
tionem patitur: si sit vilis persona, capitali supplicio
afficitur, l. vltim.

Tit. XLI. Quæ res exportari non debeant.

I. j.	*II. ij.*

EXportare ad solum barbaricum, aut barbaris 1
vendere non licet. I. Vinum, oleum, & quod-
nis liquamen, l. 1. II. Arma: quæ si quis bar-
baris vendiderit, bonis confiscatis capitalem
pœnam sustinet, l. 2.

Tit. XLII. De eunuchis.

I. j.	*§. Barbaræ. iij.*
II. in princ. ij.	

HIc titulus continet tres regulas. I. In orbe 1
Romano eunuchum faciens, capite puni-
tur, l. 1. & D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 4.
§. vltim. & seruus qui eunuchus factus
est, confiscatur, d. l. 1. vbi *in orbe Romano*, non signifi-
cat ius, vt in l. in orbe. 17. D. de statu homin. sed lo-
cum. In hac significatione serui, & barbari possunt esse
in orbe Romano: in illa nequaquam. Aequè ac
castrantes puniuntur, qui thlibias faciunt, D. ad
leg. Cornel. de sicar. l. 5. Thlibiæ sunt extritis

testiculis.Qui verò seruum castrandum tradiderit, dimidiæ bonorum partis confiscatione punitur, D. eod. l.6.Similiter Dominus Leuit. cap. 22.ver.24.prohibet, ne Israëlitæ in suis terris homines castrent, aut thlibias, vel eunuchos faciant. I I. Romanum hominem, siue in Romano, siue in barbaro solo eunuchus factus sit, ad dominium alicuius transferre non licet; qui verò eum venditionis, alióve titulo transtulerit, & qui acceperit, necnon qui instrumentum alienationis conscripserit, & qui vectigal eo nomine exegerit, grauissimè puniuntur, l.2. in princ. I I I. Barbaræ gentis eunuchus in barbaro solo factus, in commercio est, & à quocumque emi, ac vendi potest, d.l.2.§.Barbaræ.

Tit. X L I I I. De patribus, qui filios suos distraxerunt.

I. 2. 3. | *I I. 4.*

1 Hic titulus regulam continet, eiusque produ-
2 ctionem, & exceptionem. ¶ Regula est:
Liberi à parentibus alienari non possunt,
3 l. 1. ¶ Productio duplex est. I. Nec venditio, nec donatio, nec pigneratio, nec vlla alienatio valet. I I. Etiamsi quis bona fide accipiat, existimans esse
4 seruum, tamen alienatio non valet, d.l.1. ¶ Excipitur, nisi pater inopià coactus, filium, vel filiam sanguinolentos, id est, recens natos vendiderit: hoc enim casu venditio valet; & emptor fit eius, quem emit, dominus, sic tamen, vt siue venditor, siue venditus, siue quiuis alius pretium, aut aliud mancipium emptori offerat, hic vel inuito emptore retrahatur in pristinam ingenuitatem, l.2.

Tit. X L I V. De rescindenda venditione.

I. 6. ij.	*X. 6. j.*
I I. 6.j.9.10.11.12.	*X I. in princ.7.*
I I I. 2.	*§.sanè.17 j.ij.*
I V. 6.j.7.	*X I I. 6.ij.7.*
V. 4.6.	*X I I I. 4.*
V I. 17.v.	*X I V. 17.iv.*
V I I. 5.j.17.v.	*X V. 4.7.15.*
V I I I. 6.j.ij. 7.9.12.13.15. 16.	*X V I. 8. 12.*
	X V I I. 5. iij.
I X. 17.iij.	*X V I I I. 5.ij.*

1 Postquàm de contrahenda emptione, & venditione, & de rebus, quarum emptio contrahitur, dictum est; consequenter effectus contractæ emptionis, & venditionis sunt enarrandi: quorum primus est, vt contrahentes ita obligentur, vt regulariter cogantur contractui stare. Sunt tamen quædam exceptiones, quæ ad duo summa genera referuntur: aut enim alterutra parte inuita contractus rescinditur, aut ex communi consensu infirmatur. De primo genere est hic titulus; de secundo
2 titulus sequens. ¶ Rescindi hic contractus alterutra parte inuita regulariter non potest, nec ratione temporis, nec ex rescripto principis, nec fauore fisci, l.3. ex iusta tamen causa quandoque rescinditur. Rescissionis causæ, siue veræ & iustæ, siue iure improbatæ, partim spectantur in persona cõtrahentis, partim in causa venditionis, partim in pretij quantitate, partim in consequentibus iam contractam emptionem & venditionem. Quapropter huius tituli capita quatuor sunt.
3 ¶ Primo capite in persona contrahentis duo spectan-
4 tur; ætas, & conditio. ¶ De ætate venditoris notandum, si maior sit viginti quinque annis, venditionem non rescindi, l.5.vers.quòd si iure.l. si maior.13. l.quisquis. 15.eum verò, qui, cùm esset minor vigintiquinque annis, adhibito curatore vendidit, in integrum contra factam venditionem restitui: at si sine curatore vendiderit, contractum ipso iure non valere, supr.
de in integr.restitut. minor. l.3. ¶ De conditione con- 5
trahentis tria traduntur. I. Emptio, aut venditio à milite iure facta, non rescinditur fauore militiæ, l. 7. I I.Palatini prohibentur vestes, aurum mancipia à priuatis emere, &, si emant, iacturam pretij faciunt, l.vlt. I I I. Si decurio munerum, quæ subire tenetur, vitandorum causâ, clam omnia sua bona vendat, & aufugiat: venditio rescinditur, & emptor fugæ conscius res cum fructibus restituit, & pretium perdit: fugitiuus autem conquiritur; &, si deprehendi possit, ad curiam retrahitur: eique si intra annum curiæ restituatur, bona redduntur: sin minùs, anno elapso curiæ addicuntur, l. penultim. & infr. de decurion. l. quamuis. 51. & de prædi. decurion. l. 1. pre-
tium autem confiscatur, glos. in d. l. penultim. ¶ Se- 6
cundo capite tres vendendi causæ considerantur. I. Dolus emptoris: qui si causam contractui dederit, ipso iure venditio non valet, D. de dolo. l.7. in princip. si verò in contractum inciderit, venditio tenet: ideóque venditor rem vindicare non potest: sed in integrum aduersus venditionem restituitur, l. dolus. 10. vt & in aliis bonæ fidei iudiciis accidit, supr. quib. ex caus. maior. l. 3. Potest etiam ex vendito agere, D. de dolo. l. si quis affirmauit. 9. in princip. & hac actione consequi, vt venditio rescindatur, l.5. quoniam ex vendito etiam ad rescindendam venditionem agitur, l. 2. & infr. de action. empti. l. 6. vt & actione ex empto, D. eod. l. ex empto. 11. §. si quis virginem. Porrò dolus non ex quantitate pretij, sed ex qualitate facti probatur, l.4. & d. l. dolus. id est, ex calliditate & insidiis emptoris, l. si voluntate. 8. I I. Metus: quo illato si quis vendere cogatur, rata venditio non est, l. 1. & d. l. si voluntate. I I I. Necessitas rei familiaris: sed sciendum est, venditionem non propterea rescindi, quòd vrgentibus necessariis sumptibus, vel
vrgente ære alieno facta sit, l. non idcireo. 12. ¶ Tertio 7
capite agitur de pretij quantitate: vbi traditur venditionem non rescindi ob exiguitatem pretij, licèt venditor rem minori pretio vendiderit, quàm ipse emerat, d. l. 4. vel quàm in instrumento venditionis scriptum sit, l. venditor. 11. in princ. vel quàm res valeat, l. si voluntate. 8. l. quisquis. 15. Huc spectat etiam d. l. non idcirco. si cum Cuiacio negationem expungamus illo loco, *non viliore pretio.* Sed hoc postremum di-
ctum patitur duas exceptiones. ¶ Primò excipitur, 8
nisi propter publicum debitum res sub hasta gratiosè venditæ sint, l. si quos. 16. dummodò debitor fisco
in solidum satisfaciat, infr. de iur. fisci. l. 3. ¶ Secun- 9
dò excipitur, nisi venditor sit læsus vltra dimidiam
iusti pretij, l. 2. & d. l. si voluntate. 8. in fin. ¶ Nota 10
primò, non omnimodò venditionem rescindi, sed ita demum si emptor nolit supplere, quod iusto pretio deest: verùm enim horum fiat, in arbitrio est emptoris: qui tamen non auditur, si tantum supplere velit, quantum deest dimidiæ parti iusti pretij: licèt enim ab initio conuentio de dimidia parte iusti pretij contractum sustineret; tamen cùm de viliori pretio ab initio conuenit, non vsque ad dimidiam, sed vsque ad integrum iustum pretium supplere emptor debet,
d.l.2. ¶ Nota secundò, etiamsi nummus vnus desit 11
dimidiæ parti iusti pretij, tamen venditori succurri, vt est communis Doctorum opinio; quæ satis probatur per d.l.2.

¶ Nota tertiò, iustum pretium esse, quo res verè 12
æstimatur: vnde etiam vocatur verum pretium, d. l.2.

Res

Res autem non æstimantur ex sua natura (alioquin
seruus pluris æstimaretur, quàm fundus, vel ædes,
vel pretiosissima gemma, Couarru. libr. 2. variar.
resolut. capit. 3. numer. 4. Valasc. consult. 43. num. 3.)
nec ex alicuius affectione, (quia verum serui mei pre-
tium non augetur, eò quòd possum eum magno pretio
vendere patri ipsius naturali, D. ad leg. Aquil. l. si ser-
uum meum. 33. & ad leg. Falcid. l. in lege. 62. §. 1. &
l. seq.) sed ex qualitate, & ex fructu, quem afferunt, l. si
quos. 16. & D. de reb. eor. l. penultim. in princip. & de
legat. 3. l. si fundum. 92. in princip. Cùm autem rerum
pretia pro temporum & locorum diuersitate varient,
D. de eo quod certo loc. l. 3. Plin. lib. 33. cap. 13. iu-
stum pretium in hac quæstione dicitur, quo res in lo-
co & tempore contractus æstimatur, d. l. si volunta-
te. in fin. & infr. de administration. tut. l. vltim. §. vltim.
& D. de iur. fisc. l. 3. §. Diui. & extr. de testib. c. cùm
13 causa. 42. ¶ Nota quartò, succurri venditori auctori-
tate iudicis, d. l. 2. id est, actione ex vendito, si con-
tractus nondum sit impletus: vel restitutione in inte-
grum, si iam impletus sit: vt probaui in tractat. de em-
ptione & venditione. axiom. 403. Et hoc solo casu,
quo venditio per restitutionem rescinditur, verum est,
quod scribit Harmenop. lib. 3. titul. 3. §. 80. & 83.
agendum esse intra quadriennium; quoniam hoc est
tempus petendarum restitutionum, supr. de tempor. in
14 integr. restitur. l. vltim. ¶ Nota quintò, emptorem, si
supplere velit, quod iusto pretio deest, vsuras quo-
que pro ea pretij parte præstare debere, quia percepit
omnes fructus, infr. de action. empt. l. 5. & supr. de vsur.
l. 2. Si verò malit à contractu recedere, rem cum fru-
ctibus restituet, & pretium cum vsuris medij tempo-
ris accipiet, arg. l. patri. 27. §. 1. D. de minorib. Harme-
nop. d. tit. 3. §. 82. & 83. Fiet igitur in quantitate con-
currente compensatio, argum. l. emptor. 65. in princip.
D. de rei vindic. Recipiet etiam impensas necessarias,
& vtiles, bona fide in rem emptam factas, vt docui in
d. tracta. de emptione & venditione, axiom. 412.
15 ¶ Nota sextò, suprà dicta obtinere in venditione fa-
cta à maiore vigintiquinque annis: qui quidem vendi-
tionem à se factam rescindere non potest prætextu vi-
lis pretij, si intra dimidiam læsus sit, d. l. si voluntate.
& l. quisquis. 15. minor verò etiam hoc casu aduersus
venditionem restituitur, infr. de prædi. minor. l. si qui-
dem. 11. & D. de minor. l. 7. §. quæsitum. túncque om-
nimodò rem suam recipit: nec datur emptori electio,
vt supplere possit, quod iusto pretio deest, ac rem re-
16 tinere, D. eod. l. patri. 27. §. 1. ¶ Nota septimò, non
succurri emptori, qui carissimo pretio emit, vt dixi-
mus succurri venditori, qui vilissimo pretio vendi-
dit: quamuis enim Doctores communiter producant
remedium d. l. 2. ad emptorem: tamen eorum senten-
tiam refutaui in d. tractat. de emptione & venditione,
axiom. 413. Et insuper docui axiom. seq. dictam l. 2.
non esse producendam ad omnes alios contractus, sed
secundum Cuiacium libr. 16. Obseruation. cap. 18.
dumtaxat ad contractus venditioni similes. Quòd si
placeat producere remedium d. l. 2. ad emptorem:
tunc occurrit quæstio, quomodò læsio in emptore
accipi debeat? Alij læsionem vltra dimidiam iusti pre-
tij accipiunt, si emptor vltra iustum pretium soluat
aliquanto amplius, quàm eius semissem: veluti si pro
re æstimata viginti, soluat triginta vnum: alij verò, si
res non valeat dimidia parte pretij soluti: veluti si
res valeat viginti; & emptor soluerit quadraginta
vnum. Priorem interpretationem probat Accursius,
posteriorem Cuiacius: & mihi quoque hæc verior
videtur; quia magis conuenit analogiæ iuris, & na-
turę emptionis & venditionis: sicut enim venditor ac-
cipit pretium, ita emptor accipit rem: quare cùm læ-
sio venditoris spectetur in pretio; consequens est,
vt læsio emptoris spectetur in re empta. ¶ Quar-
to capite considerantur quinque consequentia emp- 17
tionem & venditionem, propter quæ contractus
non infirmatur. I. Si emptor pretium non soluerit,
venditio non infirmatur; sed, nisi emptor probet se
soluisse, cogitur soluere, l. venditor. 11. §. sane. II. Idem
dicendum, si pretium cum debito venditoris per
errorem facto sit compensatum, d. §. sane. quia cum
obligatio venditoris sit inefficax, eique condictio in-
debiti competat, supr. de condict. indeb. l. 3. & D. eod.
l. is qui 31. certè compensatio non valet; conse-
quenter emptoris obligatio manet, qua pretium sol-
uere tenetur. Interdum tamen ob pretium non solu-
tum venditio rescinditur, videlicèt ex lege contractus,
infr. de action. empt. l. 6. vt ex lege commissoria, infr.
de pact. int. emptor. l. 7. & D. de leg. commissor. l. 1.
III. Si emptor aliud pro pecunia debita volenti ven-
ditori soluerit, (inuito namque aliud pro alio solui
non potest, D. de reb. cred. l. 2. §. 1.) venditio non fit ir-
rita: quamuis enim ab initio pretium in alia re, quàm
in pecunia numerata constitui non possit, infr. de rer.
permutat. l. penultim. & D. de contrah. empt. l. 1. §. 1. &
Institut. eod. §. item pretium. tamen ex pòst facto aliud
loco pecuniæ consentienti venditori rectè soluitur,
l. pretij. 9. quia peruulgata est iuris regula, in contra-
ctibus initium spectari, D. deposi. l. 1. §. idem Pompo-
nius. & §. si seruus. & mandat. l. si procuratorem. 8. in
princip. & pro socio, l. si id quod. 58. §. si filiusfami-
liâs. & de verbor. obligat. l. si filiusfamiliâs. 78. in
princip. & de diuers. regul. iur. l. non omne. 144.
§. 1. IV. Si emptor legi venditionis non satisfecit, ve-
luti si prædium hac lege emit, vt reipublic. debitum
solueret, nec soluit: ideóque ipse venditor reipublic.
satisfecit; venditio ob hanc causam non fit irrita, sed
emptor venditori tenetur in id quod interest, l. ea con-
ditione. 14. V. Qui rem vendidit, pretium se restitu-
turum offerens, venditionem rescindere nequit, licèt
sit miles, l. 7. immo ne quidem si duplum emptori
offerat, l. 6.

Tit. XLV. Quando liceat ab emptione discedere.

SVperiori titulo dictum est de venditione 1
alterutro contrahente inuito rescindenda:
nunc dicendum de eadem mutuo consen-
su infirmanda. ¶ Hîc dantur quatuor re- 2
gulæ. I. Re integra, vtriusque partis consensu vendi-
tio dissoluitur: quia nihil est tam naturale, quàm
vnumquodque dissolui eo modo, quo ligatum est.
Constat autem rem esse integram, donec res trada-
tur, vel pretium soluatur, licèt arræ datæ fuerint. II. Re
non integra, non potest nudo consensu venditio in-
firmari, & effici, vt obligatio ad rei, vel pretij restitu-
tionem nascatur. III. Rebus in integrum restitutis so-
lus consensus venditionem infirmat. IV. Dissoluta
nudo consensu venditione, arræ sunt emptori red-
dendæ, l. 1. & 2. & D. de pact. l. 7. §. adeo. l. ab emptio-
ne. 58. & de diuers. regul. iur. l. nihil tam na-
turale. 35. ¶ Nota primò, datis arris non desinere 3
rem esse integram: quoniam arræ non pertinent ad
essentiam venditionis, sed ei accedunt, D. de con-
trah. empt. l. quod sæpe. 35. in princip. & Institut. eod.
in princip. datio namque arrarum est contractus per
se, supr. de fid. instrument. l. contractus. 17. ¶ Nota 4
secundò, arras repeti vel actione ex empto, vel con-
dictione ob causam, vel condictione sine causa,
D. de action. empt. l. ex empto. 11. §. Is qui vina.

vel præscriptis verbis, tamquàm ex contractu inno-
minato, glos. in d.l.2. in verbo, *recuperare.*

Tit. XLVI. Si propter publicas pensitationes venditio fuerit celebrata.

I. 2. 3. iv.	*III. in princ. 2. 3.) y.*
II. in princ. 3. j. 4.	*§. sin autem. 4.*
In fin. 5.	*§. vlt. 3 iy.*

1 HIc quoque titulus pertinet ad tractatum
2 de infirmanda venditione. ¶ Datur autem
hîc regula: Venditio ob non solutum tri-
butum facta, non reuocatur, l. 1. & l. 3. in
3 princ. ¶ Hæc regula producitur, vt obtineat, I. Siue
cessatum sit in tributo pecuniario soluendo, siue in
collatione auri, aut argenti, aut vestium, quæ singulis
annis solui debebant, l. 2. in princip. & l. 3. in princip.
II. Siue venditus sit fundus, siue mancipium, siue alia
quæcumque res, d.l. 3. in princ. III. Siue per officium
procuratoris Cæsaris, siue per officium præsidis ven-
dita res sit, d. l. 3. in fin. IV. Siue dominus pretium
offerens velit rem vindicare, siue creditor hypotheca-
riam actionem moueat; quia omnibus creditoribus
4 potior est fiscus in tributis exigendis, l. 1. ¶ Excipitur,
nisi solemnitas, quam ius requirit, seruata non sit: vt
quia venditio sine auctoritate præsidis, vel per dolum
seu gratiam non iusto pretio facta est, l. 2. vel res mi-
noris 25. annis sine legitimi defensoris præsentia di-
5 stracta est, d.l. 3. vers. sin autem. ¶ Vtrùm autem rectè
facta sit venditio, & consistere debeat, an secus se
res habeat, apud iudicem competentem tractari de-
bet, d.l. 2. in fin.

Tit. XLVII. Sine censu, vel reliquis fundum comparari non posse.

I. 3 ij iv.	*III. 2. 3. y. iy. v.*
II 3 3 y.	

1 EXpositus est primus emptionis & venditio-
nis contractæ effectus, nimirum vt con-
trahentes cogantur implere contractum,
nec possint ab eo resilire, nisi certis casibus:
sequitur secundus effectus venditi fundi proprius, vt
onus soluendi censum, aut census reliqua transfera-
tur in emptorem, nec maneat penes venditorem.
2 ¶ Primùm igitur datur hæc regula, l. vlt. ¶ Deinde
3 adiiciuntur quinqoe eius productiones. Nam onus
transfertur ad emptorem, I. Non solùm vt soluat tri-
buta futura, sed etiam reliqua præteritorum, l. 2.
II. Etiamsi inter contrahentes conuenerit, vt onus pe-
nes venditorem maneret, siue hac de re pacto nudo
conuenerit, l. 2. & 3, siue stipulatione, l. 1. Non est ta-
men hæc conuentio prorsus inutilis: quia licèt fisco,
cui census debetur, non præiudicet, tamen inter ipsos
contrahentes valet. Quocirca emptor tenetur quidem
fisco, sed habet regressum contra venditorem, qui fis-
co secundum conuentionem non satisfecit, argum.
l. inter. 42. & l. epistola. 52. §. pactum. D. de pact.
III. Quod dictum est de venditione, obtinet etiam
in donatione, vt scilicèt onus transferatur in donata-
rium, nec maneat penes donatorem, l. vltim. IV. Idem
obtinet in datione dotis, l. 1. V. Hæc oneris translatio
fit, etiamsi professio censualis non sit translata, l. vltim.
nam forma censuali continetur, non solùm qualis sit
fundus, & quid sit eius modus, & quos vicinos ha-
beat, sed etiam quis sit eius dominus, D. de censib.
l. 4. VI. Productio additur, Nouel. 17. capit. 8. in fin.
siue emptor sit soluendo, siue non: sed differentia in-
ter hos duos casus est; quòd cùm emptor est soluen-
do, translatio tributorum simpliciter fit: cùm autem
non est soluendo, translatio fit periculo venditoris:
& hoc apud acta significatur: idcirco præses inquirit,
an emptor sit soluendo, nécne, d. Nou. 17. cap. 8. in fin.

Tit. XLVIII. De periculo, & commodo rei venditæ.

I. in princ. 3.	*IV. 4. y. 5. 7.*
vers. auctor. 6 y. iy. iv.	*V. 8. j.*
II. 7.	*VI. 8. y.*
III. 5.	

TErtius effectus contractæ emptionis & 1
venditionis respicit periculum & commo-
dum rei venditæ: de quo cùm in genere,
tum in specie agitur: proinde huius tituli
quatuor capita constituo. ¶ Primo capite datur gene- 2
ralis regula, quæ deinceps producitur, & limitatur.
¶ Regula est, Periculum & commodum rei venditæ 3
post perfectum contractum ad emptorem pertinet,
l. 1. & infr. titul. proxim. l. sicut. 12. D. hoc tit. l. neces-
sariò. 8. in princip. & Institut. de empt. & vendit. §. cùm
autem emptio. ¶ Hæc regula producitur, vt obtineat, 4
I. Etiamsi nec res tradita sit emptori, nec pretium so-
lutum venditori, d. §. cùm autem. II. Etiamsi scriptu-
ra facta non sit, dummodò sine scriptis contrahatur,
l. 4. alioquin antequam scriptura perfecta, & subscri-
ptio ei adiecta sit, Iustinianus constituit, vt venditio
pro perfecta non habeatur, supr. de fid. instrum. l. con-
tractus. 17. & Institut. de empt. & vendit. in princip.
consequenter periculum ad emptorem non pertinet,
d. l. necessariò. in princ.
¶ Ab eadem regula excipitur, nisi dolus, l. 3. aut cul- 5
pa venditoris, putà mora in re tradenda præcesserit,
d. l. 4. ¶ Secundo capite specialiter consideratur peri- 6
culum euictionis. Vt venditor emptori de euictione
teneatur, multa requiruntur. I. Vt res sit iudicio
euicta, infr. de euiction. l. 3. Quod adeo verum est,
vt nec sufficiat litem esse contra emptorem contesta-
tam, nisi etiam sententia contra eum lata sit, D. de
rei vindic. l. vtique. 16. in princip. nec rem sine iudice
per vim esse emptori ablatam, infr. de action. empt.
l. vltim. aut ab eo sine iudiciali contentione traditam,
infr. de euictio. l. si cum quæstio. 17. ne quidem si ius-
su arbitri tradita sit, D. eod. l. si dictum. 56. §. 1. II. Vt
causa euictionis sit vetustior venditione: quia casus
post venditionem contingentes, ad venditorem non
pertinent, l. 1. vers. auctor. & D. de euict. l. Lucius. 11.
in princip. III. Vt emptor venditori denunciarit, vt
ipse venditor per se, vel per alium, causæ agendæ ades-
se possit, d. l. 1. vers. auctor. & infr. de euict. l. emptor. 8.
l. si controuersia. 9. l. si cùm quæstio. 17. l. si parentes. 20.
l. empti actio. 21. l. si permutationis. 29. & D. eod. l. si
fundo. 53. §. 1. & supr. vbi in rem actio. l. 1. & infr. de
sentent. & interlocut. omn. iudic. l. libera. 8. Suffi-
cit autem quandocumque esse denunciatum, dum-
modò nec post, nec prope condemnationem denun-
ciatum sit, D. de euiction. l. si rem. 29. §. vltim. In-
terdum tamen hæc denunciatio non est necessaria,
nimirum si inter contrahentes conuenerit, ne de-
nunciatione opus esset, sed vt venditor etiam de-
nunciatione omissa euictionem præstaret, D. eod.
l. Herennius. 63. in princip. aut si venditor ab-
sit, vel ignoretur vbi sit, aut per eum stet,
quominùs denuncietur, D. eod. l. si ideo. 55.

§. 1. l. si

§. 1. l. si dictum. 56. §. simili. & §. seq. I V. Vt præsente
emptore iudicatum sit: quia si nec per se, nec per alium
iudicio adfuerit, non tam ob malam causam, quàm
propter absentiam victus esse videtur, l. 1. vers. auctor.
& D. de euiction. d. l. si ideo in princip. Hæc de eui-
7 ctione dicta sint. ¶ Tertio capite specialiter agitur de
periculo deteriorationis. Finge rẽ mensura cõstantem,
vt vinum, oleum, frumentum deterioratam, vel omni-
no corruptam esse, quæritur, vtrum hoc damnum ad
emptorem respiciat, an ad venditorem? Hæc quæstio
deciditur in l. 2. vbi sic distinguitur: Aut res vendita est
in singulas mensuras, aut vno pretio, quæ venditio
per auersionem fieri dicitur, D. h. tit. l. 4. §. 1. & 2. Gallicè
en blot. Priori casu periculum pertinet ad venditorem:
quia venditio ante mensuram non est perfecta, d. l. 2. in
princip. vt pote quæ quasi sub hac condictione facta
est, vt in singulas mensuras vinum, aut frumentum, aut
oleum venditum intelligatur, quare tunc venditio
perficitur, cùm mensura fit, D. de contrah. empt. l. quod
sæpe 35. §. in his. Excipitur, nisi per emptorem stetit,
quominùs sua die mensura fieret, l. 4. & D. eod. l. 5. in fin.
Posteriori casu quia statim venditio perfecta est, tan-
tùm custodiam venditor præstat, D. hoc tit. l. 4. §. 1. pe-
riculum autem mutationis statim ad emptorem tran-
sit, d. l. 2. vers. cum autem. vbi imperator supponit cla-
ues cellæ vinariæ traditas fuisse; quoniam ita contige-
rat: vnde venditio non solùm perfecta, sed etiam im-
pleta fuerat; quia clauium traditio facit, vt ipsa res ven-
dita tradita intelligatur, D. de acquir. possess. l. 1. §. pen.
& Institut. de ret. diuisio. §. item si quis merces. vide-
licet si cella, cùm eius claues traderentur, in conspe-
cta erat, D. de contra. empt. l. clauibus. 74. Cæterùm
etiam re nondum tradita periculum rei venditæ
transit ad emptorem, D. hoc tit. l. 1. §. 1. Nisi vinum ita
venditum sit, vt degustetur (tunc enim donec emptor
deguitet, periculum ad venditorem spectat, quia ante
degustationem non est venditio perfecta, D. eod. l. 4. §.
1.) aut sua natura sit vinum corruptum, cuius bonita-
tem venditor affirmauit; aut venditor sciens vinum
non duraturum, emptorem non admoouit, infr. tit.
prox. l. sicut. 12. & D. hoc titul. l. si vina quæ in do-
lijs. 15.
8 ¶ Quarto capite duo interitus exẽpla proponũtur. I. In-
cendium: quo si res vendita absumatur, periculum est
emptoris, l. pen. I I. Mors ancillę vẽditę: licet enim antè
mortua, quàm emptori tradita sit, tamen periculum est
emptoris, qui nihilominùs pretium soluere cogitur,
nisi aut venditor in ancilla tradenda moram commi-
sit, aut ancilla ex præterito vitio, id est, quod venditio-
ne sit vetustius, decessit, l. vltim. Ex qua nota contra
Cuiacium, non solum rei, sed etiam pretii periculum
ad emptorem pertinere: quod confirmat Iustinianus,
Institut. de emption. & vendit. §. cùm autem. & pluribus
probaui in tractat. de emptione, & venditione, axio-
ma. 286.

Tit. X L I X. De actionibus empti, & venditi.



Vartus emptionis & venditionis effectus 1
est actio: quæ quidem duplex est: altera
empti, quæ datur emptori contra vendi-
torem, D. h. t. l. ex empto. 11. in princip. al-
tera venditi, quæ datur venditori contra
emptorem, D. eod. l. Iulianus. 13. §. ex vendito. ¶ Duæ 2
sunt igitur partes huius tituli.

¶ Prima pars est de actione ex empto, cuius variæ 3
causæ proponuntur, simulque explicatur, quid ex sin-
gulis causis hæc actio persequatur. ¶ Prima causa est, 4
si venditor rem venditam nondum emptori tradidit;
quo casu tria notanda occurrunt. I. Emptor vel heres
eius aut petit sibi rem tradi à venditore, siue ab herede
eius, l. si pater. 8. aut solui quod sua interest, l. 4. l. cùm
venditorem. 10. Pretium verò ob eam causam repetere
non potest, l. sicut. 12. in fi. I I. Venditor ante traditio-
nem est pleno iure dominus rei venditæ, licèr simula-
ta sit traditio, & quasi factæ traditionis vectigal sit ex-
solutum, d. l. si pater. Quocirca si ancilla vendita, &
nondũ emptori tradita manumittatur à venditore, li-
bera fit: emptori autẽ aduersus venditorem datur actio
personalis ex empto in id quod interest: sin autem ven-
ditor post traditionem manumittat, nihil agit: quia li-
bertatem ancillæ alienatæ tribuere nequit: quare eam
vindicare emptor potest, l. si ancillam. 11. I I I. Vendi-
tor cogitur præcisè rem tradere, si modò tradere possit,
& emptor hoc malit, quàm accipere, quod sua inter-
est, Instit. de donat. §. aliæ. vers. & ad exemplum. Paulus
lib. 1. sentent. tit. 13. §. si id quod. vide tracta. de emptio.
& venditione, axioma. 232. I V. Si emptur, qui rem sibi
tradi petit, nondum precium soluerit, iudex eodem
iudicio curabit, non solùm vt res emptori tradatur, sed
etiam vt pretium venditori soluatur, d. l. si pater in fi.
¶ Secunda causa est, si fructus rei venditæ non tra- 5
dantur emptori: quia post perfectum contractũ ad em-
ptorem spectant, l. fructus. 13. in princip. & l. penult.
¶ Tertia causa est, si emptor de quantitate rei traditæ, 6
putà frumenti, aut viui, conqueratur, quasi minus tra-
ditum sit, quàm tradi debuerit: vbi notandum, empto-
ri tantum deberi, quantum venditum fuit, l. sicut. 12.
§. 1. non plus, nisi quid ex pacto, aut ex venditoris
mora accesserit, l. vltra. 15. ¶ Quarta causa est, si de 7
qualitate rei traditæ emptor conqoeratur: putà si dicat
vinum esse corruptum. Hæc querela regulariter iusta
non est, d. l. sicut. in princip. sed certis casibus admitti-
tur: veluti si conuenit vt certæ qualitatis vinum
veoditor præstaret, d. l. sicut. §. 1. Coniun. notata supr.
tit. prox. num. 8.

¶ Quinta causa est, si res emptori fuit adempta. Hîc 8
distinguitur: nam si res per iudicem fuit euicta, ven-
ditor de euictione tenetur, vt docui supr. tit. prox. num.
7. re autem per vim ablata, aut emptore per vim de
fundo expulso, non datur actio contra venditorem,
sed interdictum vnde vi, contra eum qui expulit, l. vlt.

¶ Sexta causa est, si maior capitatio debeatur, quàm 9
prædij venditor dixerit: quo casu ita demum emptor
rectè agit: si modum capitationis ignorauit, l. si mi-
nor. 9. quod etiam in reliquis vectigalium obtinet, D.
de publican. l. 7. in princ. Cùm autem venditor de capi-
tatione, vel tributo, aliòue rei venditæ onere nihil
pronunciauit, non tenetur, nisi sciens reticuit, D. h. t.
l. si sterilis. 21. §. 1. Capitatio præstatur pro colonis,
& seruis, vel brutis animalibus, quæ in prædio sunt.
Duplex enim functio, seu præstatio est: altera terrena,
altera animalis, infr. de agric. & censit. l. penult. §. vlt.
Terrena præstatur ratione ipsius prædij; vt tributum,
quod in pecunia consistit; & annona, quæ consistit in
speciebus, vt vino, oleo, frumento: de quibus infr. sub
tit. de annonis & tribut. Functio animalis seu capi-
tatio est census capitis; quo onere plebs vrbana libe-
ratur,

9 ratur.infr.de capitat.ciu.cenf.exim.l.vn.¶Septima cau-
sa est, si seruorum venditor nolit emptori cauere, id est,
repromittere se seruos traditurum, vel non esse fugiti-
uos, esse sanos, non esse errones, esse noxa solutos, l.
emptor. 14 de quibus cauere iubetur edicto ædilium,
D.de ædil.edi.l.1.§.1.& l.si vēditor.28.hęc igitur cautoi
peti potest actione ex empto.D.h.t.l.ex empto.11.§.ani-
maliū.quemadmodū & cautio de dupla, D.de ædilit.edi.
l. quod si nolit. 31. §. quia assidua. Quòd autem de ser-
uo tradendo cauendum sit, videtur esse locus singula-
10 ris in d.l.emptor. ¶Octaua causa est, si perfecto, & im-
pleto contractu, id est, soluto pretio, ac re tradita, ven-
ditor arras, quas ab emptore accepit, ei non restituat,
hoc casu emptor non vindicat arras, licet de his resti-
tuendis pactus fuerit; quia hoc pactum non tribuit rei
vindicationem, sed præparat, id est, informat persona-
lem actionem ad arras repetendas competentem, l.3.
nimirum actionem ex empto, vel condictionem sine
causa, D. eo. l. ex empto. 11.§.is qui vina.vel actionem
præscriptis verbis, argum.l.2.infr.de pact.inter empto.
& vendit.& l.6.D.de rescin.vendit.Hucusque de actio-
11 ne ex empto. ¶Secunda tituli pars de actione ex vendi-
12 to duas quæstiones dissoluit. ¶ Primò quæritur, qualis
sit hæc actio? Respondetur, non esse in rem, sed in per-
sonam: quia venditor aduersus emptorem non habet
13 actionem in rem, sed personalem ex empto, l. 1. ¶Se-
cundò quæritur, quid in hanc actionem veniat? Mul-
ta autem veniunt. I. Pretium, l.6. l. fructus. 13. §. ven-
ditor.& D. eod. l. Iulianus. 13. §. veniunt. siue solutum
non sit, supr. de rescind. vendit. l. venditor. 11. in fi. siue
pecuniam venditoris emptor ei ignoranti soluerit: ve-
luti si is, qui seruos emit, de seruorum peculio pre-
tium soluerit venditori ignoranti, vnde solueretur, l.
7. Quod si pars tantum pretii soluta sit, residuum re-
ctè petitur, l. 2.& l.5. II. Vsuræ vel ex pacto, vel post
moram soluendo pretio factam ab emptore, d. l. fru-
ctus, §. venditor. & inf. de pact. int.empt.& vendit.l.
initio, 5. cui res tradita est, l.curabit, 5.& d. l. Iulia-
nus. §. veniunt, & supr. de vsur.l.2.& D.eod.l.liberali-
tatis. 16. §. 1. III. Fructus ante venditionem percepti
ab emptore, qui venditioni non accesserunt, l. 2. in fi.
Post perfectam autem venditionem fructus ad em-
ptorem spectant, l. penultim. IV. Sumptus bona fide
in rem venditam facti à venditore, d. l. penultim. V.
Rescissio contractus ex iusta causa, vt quia venditor
est læsus vltra dimidiam iusti pretij, sup. de rescind.
vendit. l. 2. vel ex lege contractus, l.6. veluti si ita con-
uenit, vt oblato à venditore pretio discedatur ab
emptione, infr. de pact. inter emptor. l.2.

Tit. L. Si quis alteri, vel sibi sub alieno nomine, vel aliena pecunia emerit.

I. 11.	*§. si verò.* 3.
II. 4.	*VII.* 5. 6.
III. 12.	*VIII* 10. 13.
IV. 9.	*IX. in princ.* 10.
V. 9.	*§. eo etiam.* 7.
VI. in princ. 11.	

1 NOndum absolutus est tractatus de actio-
nibus empti, & venditi: sed exponendi
sunt varij casus, quibus quæritur, an, &
cui detur actio ex empto? Hi casus refe-
runtur ad tria summa genera; vnde su-
2 muntur tres partes huius tituli. ¶ In prima parte aliquis
3 emit alteri. Hic deciduntur quinque casus ¶ Primo
casu maritus emit nomine vxoris, tamquam illius ne-
gotia gerens: hinc non datur actio ex empto: nec vi-
ro, quia noluit sibi emere: nec mulieri, quia non po-
test ei per maritum actio acquiri. Si tamen vendi-
tor sponte sua rem tradiderit, contractus confirma-
tur, ita vt rei dominium ei acquiratur, cui à domi-
no tradita erit: siue viro, siue mulieri tradita fuerit,
l.6.§.si verò.

¶ Secundo casu pater fundos emit nomine filij, 4
quem in potestate habebat; posteà eidem emancipa-
to tradidit, vel (quod traditionis vim habet) passus
est, vt filius emancipatus in possessione esset: quæritur,
quis sit effectus huius emptionis, & traditionis: Emptio
nomine filij facta, vim donationis habet, arg.l.cùm hic
status, 32.§.1. D.de. donat.int. vir. & vxor. nec est inu-
tilis, quia non extraneo, sed ei, quem in sua potestate
habebat, pater emit: secuta autem traditio filium do-
minum facit, l. 2. quia tunc temporis erat sui iuris: alio-
quin, si in potestate mansisset, donatio non statim va-
luisset, sed morte patris eam non reuocantis confirma-
retur, supr. de inoffic. donation. l.2. ¶ Tertio casu is, qui 5
in mea potestate est, rem emit: mihi igitur actionem
ex empto acquirit, l.cùm per eos. 7. nec refert vtrum
sibi, an mihi emerit, quia indistinctè mihi actionem
acquirit: vt accidit etiam, cùm seruus stipulatur, D.de
stipul.seruor.l.1.in princip.& Instit.eod.§.1.

¶ Quarto casu meus procurator meo mandato, & 6
in meam gratiam sibi emit: actionem igitur ex empto
sibi acquirit, quam mihi cedere tenetur: ergo aut
ipse aget, aut is, cui mandauerit: & hac ratione dicor
posse adire iudicem, vel per ipsum procuratorem, qui
emit, vel per eum, cui procurator actionem mandaue-
rit: non quòd agatur meo nomine, sed quia in rem
meam agitur, d.l.cùm per eos: nam & me in rem meam
procuratorem facere sine dubio potest. ¶ Quinto ca- 7
su aliquis emit per nuncium, vel per epistolam: hic
contractus valet, l. vlt. §. 1. quia cùm emptio, & venditio
nudo consensu contrahatur, nec verbis, nec præsentia
contrahentium opus est, D.de obligat. & action. l. 2.
Obiter nota differentiam inter procuratorem, & nun-
nuncium: quia procurator contrahit, nuncius non con-
trahit, sed dominus per nuncium contrahere dicitur,
sicuti per epistolam: est enim nuncius quasi epistola
loquens: & epistola est quasi nuncius mutus.

¶ Ex dictis collige, aliquem dici alteri emere tribus 8
modis: vel enim emit nomine alieno, vt in primo, &
secundo casu: vel sibi emit in gratiam alterius, vt in
quarto casu: vel nuncius non tam emit, quàm nunciat
alterum emere, vt in postremo casu. ¶ In secunda ti- 9
tuli parte aliquis sibi emit sub alterius nomine, id est,
per simulationem curauit, vt alterius nomen in in-
strumento scriberetur, quasi ille emisset: sed veritas
pręualet, tot.tit.supr.plus valet.quod agit.ergo actio ex
empto acquiritur ei, qui emit: non ei cuius nomen in
instrumento positum est: quod quidem declaratur duo-
bus casibus. Priori casu emptor adhibuit nomen so-
crus, l. 4. Posteriori casu adhibuit nomen vxoris: quæ
si ex eo, quòd instrumentorum custodia ei commissa
est, proprietatem rei emptæ sibi vsurpet, & filiæ suæ
donet, nihil agit, sed rem cum fructibus mari-
to restituere tenetur, l. 5. ¶ In tertia parte aliquis sibi 10
emit aliena pecunia: sibi igitur, non ei cuius pecunia
fuit, actionem ex empto, vel rei traditæ possessionem
& dominium acquirit, l.penultim.nihil enim prohibet
quominùs alio pecuniam numerante, in alium à ven-
ditore transferatur dominium, l.vltim.in princip. Huc
referuntur tres sequentes casus. ¶ Primus casus est, cùm 11
mariti consentientis pecunia vxor rem emit, & res ipsi
mulieri traditur: hoc casu maritus non habet actionem
nisi aduersus mulierem de pecunia recipienda, in quā-
tum ipse pauperior, & illa locupletior facta est, l.6. in
aliis casibus, quibus coniux coniugi donat, D.de donat.
int.

int. vir. & vxor. l. 5. §. cùm igitur: quia maritus dictam pecuniam, qua mulier rem emit, ei donasse censetur. Heredi quoque mariti actio ad pecuniam repetendam cõpetere potest, l. 1. videlicet nisi maritus donationem reuocauerit, D. de donat. int. vir. & vxor. l. cùm hic sta-
12 tus. 32. §. ait oratio, & §. sed vbi. ¶ Secundus casus est, cùm filij emerunt, & in instrumento scriptum est, matrem pecuniam numerasse venditori, hoc casu similiter actio ex empto acquiritur filiis, non matri, l. 3.

13 ¶ Tertius casus est, cùm quis communi pecunia rem emit, hoc casu actio ex empto huic soli datur, qui emit: socius autem non partem rei vindicare, sed pro pecuniæ parte ad se spectante agere in personam potest, d. l. pen. vers. cum itaque, videlicet actione pro socio, vel communi diuidundo.

Tit. LI. De rebus alienis non alienandis; & de prohibita alienatione, vel hypotheca.

I. 6. 11. v.	*V. 7. 11. iij. iv.*
II. 8. 11. iij. v.	*VI. 4. 9. 11. j. ij.*
III. 6. 11. iv.	*VII. 12.*
IV. 10. 11. j. iij.	

1 Nter effectus emptionis & venditionis vltimo loco ponitur alienatio: quia non oritur immediatè ex venditione, sed potiùs ex traditione, quæ ex causa venditionis fit, Instit. de rer. diuis. §. venditæ. in hunc autem finem venditio contrahitur: vnde si in contrahendo id agatur, ne rei dominium ad emptorem trãseat, emptio & venditio dici non potest,
2 D. de contrah. empt. l. penultim. §. vltim. ¶ Porrò cùm res aut in totum alienari prohibeantur, aut in totum alienari possint; aut pro parte possint alienari, pro parte non possint: hinc dantur tres tituli: quorum hic est primus, in quo de his rebus agitur, quæ alienari prorsus nequeunt, vel quia sunt alienæ, vel quia, licet nostræ sint, tamen earum alienatio nobis est interdicta.
3 Duæ sunt igitur partes huius tituli. ¶ Prima pars est de rebus alienis non alienandis: vbi ponitur generalis regula, & explicantur speciales casus, qui sub ea re-
4 gula continentur, vel ab ea excipiuntur. ¶ Regula est, Nemo rem alienam vendendo, facit domino præiudicium, l. 6. Notanda est differentia inter venditionem, & alienationem. Venditio personam venditoris obligat, rem non afficit, ideoque rei alienæ venditio valet, D. de contrah. empt. l. rem alienam. 28. cum simil. alienatio respicit ipsam rem, quam ad alium transfert, quod is, qui dominus non est, facere non potest: quia nemo plus iuris ad alium transferre potest, quàm ipse habeat, D. de diuers. regul. iur. l. nemo plus iuris. 54. Qui igitur rem alienam vendit, sibi nocet, qua se obligat, & de euictione tenetur: sed domino non nocet, quia rem non transfert ad emptorem. Non me latet, alienationem interdum accipi pro venditione, vt infr. de iur. emphyteut. l. 1. in princip. adhibito §. adeo. Institut. de locat. sed propriè loquendo distinguuntur, vt dixi.
5 ¶ Casus speciales, qui ad dictam regulam aliquo modo pertinent, in hoc titulo quinque proponuntur.
6 ¶ Primus casus est, cùm extraneus rem vendidit: vbi sic distinguitur. Aut emptor sciebat rem esse alienam, aut ignorabat. Si sciebat, vsucapere propter malam fidem non potest: idcirco rem domino vindicanti restituere cogitur, l. 1. & nec ab eo pretium recipit, supr. de rei vindic. l. 3. & l. si mancipium. 23. nec de euictione actionem habet aduersus venditorem, infr. de euictio. l. si status. 18. nisi de euictione nominatim conuenerit, infr. eod. l. si fundum. 27. Si verò ignorabat, vsucapere potest: vsucapione igitur perfecta, antiquus dominus non potest ab eo rem vindicare, sed pretium à venditore potest petere, d. l. 1. actione negotiorum gestorum, quæ similiter datur, si dominus venditioni consenserit, supr. de rei vindic. d. l. 3. vel si res interierit, D. de negot. gest. l. vlt. Sed & ante vsucapionem exceptione dominum vindicantem summouere potest: si is venditori successerit, & vel hereditario, vel suo nomine rem petat: quamquam & aliud remedium emptor habet, vt rem vindicari patiatur, postea contra ipsum, qui vindicauit, tanquam venditoris heredem, de euictione agat, l. 3. ¶ Secundus casus est, cùm pater 7
fundum filij emancipati vendidit. Hæc venditio non nocet filio, nisi aut cõsenserit, aut patri successerit, aut emptor præscriptione tutus sit, l. 5. Quod lex ait de successione, hanc vim habet, vt rem à defuncto venditam heres vindicare non possit: quia exceptione rei venditæ & traditæ summouetur, perinde ac si ipsemet vendidisset, ac tradidisset, D. de except. rei vend. & tradi. l. 1. §. 1. De præscriptione autem lex loquitur: quia tractat de fundo: vsucapio verò propriè & angustè accepta refertur ad res mobiles. Cæterùm siue sit præscriptio cum titulo, siue sine titulo, quod ad hoc vt dominus vindicans summoueatur, nihil interest. ¶ Ter- 8
tius casus est, cùm maritus rem vxoris vendidit, hæc venditio mulieri non nocet, quamuis decepta instrumentum emptionis signauerit, ignorans quid eo contineretur: sed excipitur, nisi aut venditioni consenserit, aut emptor rem vsuceperit, seu longo tempore præscripserit, l. 2.
¶ Quartus casus est, cùm is rem vendidit, qui 9
ratione officij potestatem vendendi habet: hoc casu, nisi aliud obstet, venditio valet, l. 6. veluti si tutor, aut curator vendiderit, D. de furt. l. interdum fur. 56. §. penultim. aut præside permittente exactor tributorum, supr. si propt. public. pensit. l. 2. ¶ Quintus casus est, cùm mulier rem mari- 10
ti in solutum eius creditori dedit: de hac enim datione, in solutum idem dicendum, quod de venditione: etenim mulier nec marito, nec eius heredi filio præiudicium facere poterit: filius igitur potest rem vindicare; nisi aut in maiori ætate constitutus ratum habuit; aut res ei creditori, cui in solutum data fuit, pignerata erat, isque ratione pignoris distraxit, l. 4.
¶ Ex dictis colliguntur quinque exceptiones dictæ 11
regulæ. I. Si creditor pignus vendiderit, d. l. 4. & 6. II. Si quis ex officio distraxerit, d. l. 6. III. Si dominus ab initio consenserit, l. 2. & 5. vel posteà ratum habuerit, d. l. 4. IV. Si dominus venditori successerit, d. l. 3. d. l. 5. V. Si emptor rem vsuceperit, vel præscripserit, l. 1. & l. 2.
¶ Secunda tituli pars est de his, qui res suas alienare 12
non possunt; quoniam alienatio vel iure, vel testamento, vel contrahentium pacto prohibita est. Ius prohibet res alienari, vt lex Iulia fundum dotalem; Institut. quib. alien. lic. vel non. in princip. Interdum testator alienari prohibet, infr. de vsucap. pro empto, l. a. quæ prohibitio ita demum valet, si in alicuius, putà familiæ, vel posterorum gratiam facta sit; alioquin tanquam nudum præceptum nullam vim habet, infr. de fideicommiss. l. 4. & D. de legat. j. l. filiusfamiliàs. 114. §. Diui, & de legat. iij. l. pater. 38. §. Iulius. Pacto impeditur alienatio, cùm non est pactum nudum, & per se, sed contractui, vel traditioni appositum: veluti si tibi tradam fundum hoc pacto, ne eum alienes, l. vltim. & supr. de condictio. ob caus. l. 3. Cæterùm nudum pactum per se factum, ad hoc non sufficit, D. de pact. l. penultim. Vide Cent. 1. q. 11. His ita expositis, quæritur, quis sit effectus huius prohibitionis, qua alienatio interdicitur? Iustinianus constituit, vt hæc omnia prohibita intelligantur; dominij translatio, serui manumissio, vsusfructus constitutio, hypothecæ vel pignoris nexus, seruitutis impositio, emphyteusis, d. l. vlt.

d.l.vltim.Laté itaque sumitur alienandi verbum: nam propriè significat tantùm dominij translationem, infr. de fund. dota.l. 1. Alias huius vocabuli significationes retuli Isagog.Decretal.de reb. ecclesiæ alien.num.3.

Tit. LII. De communium rerum alienatione.

1 DIximus de rebus, quæ nullo modo alienari possunt: iam dicamus de his, quæ possunt alienari pro parte. Hæ sunt res communes. Aut igitur aliquis vendit, & tradit partem suam, quam habet pro indiuiso, aut totam rem sibi cum alio communem. Priori casu alienatio omnino valet, l. 3. Posteriori casu valet pro parte, quæ ad venditorem spectat: pro altera verò parte alienatio non tenet; ac traditio non nocet socio, l.4. Idcirco is partem suam ab emptore, cui res tradita fuit, rectè vindicat, l.1. emptor autem de euictione agit contra venditorem, l.vltim. Excipitur, I. Nisi emptor rem vsuceperit, aut præscripserit, d.l.1. II. Nisi fiscus rē vendiderit: nam quò faciliùs partem suam vendere possit, ei concessum est, vt totum vendat, ita vt socius pretium partis suæ accipiat, l.2. & inf. de vendit. rer. fiscal. l. vn. Aliud iuris est, si priuatus, qui pro parte est dominus, putà vnus ex heredibus, rem communem vendat: licet enim emptor à venditore delegatus fisco sit; & secundum hanc delegationem, partem fisco soluerit, reliquum se soluturum promiserit; tamen alienatio pro partibus coheredum non tenet, d.l.2.

Tit. LIII. Rem alienam gerentibus, non interdici rerum suarum alienatione.

POstquàm dictum est de rebus, quæ vel
1 nullo modo, vel tantùm pro parte possunt alienari: superest, vt dicamus de iis, quæ in totum alienari possunt. Hæ sunt res in dominio vendentis constitutę, etiamsi alicui sint obligatæ. Hac ratione tutores, vel curatores, quorum omnia bona constat esse tacitè pupillo, vel adolescenti obligata, licèt iudicio tutelæ, vel negotiorum gestorum iam damnati sint, tamen res suas vendere possunt, cum sua tamen causa, id est, saluo iure pignoris, l.vn. & infr. de distract. pign. l.si debitor. 12. & D. de contrah. empt. l. alienatio. 67. Ergo easdem res etiam pignerare fisco, vel priuato possunt cum suo onere, id est, saluo iure pignoris anterioris, d.l. vn. quia quod vendi potest, etiam pignerari potest, D. de pign. l.sed & quod. 9. §.1. & l.si is qui bona 11. §. vsusfructus. vers. vltim.

Tit. LIV. De pactis inter emptorem & venditorem compositis.

POstquàm de contrahenda emptione, & de
1 contractæ effectibus dictum est; eiusdem contractus accidentia sunt explicanda.
¶ In primis huic contractui, vt & cæteris,
2 accidunt varia pacta: de quibus generaliter traditur, pacta tempore contractus facta, seruari debere, nisi eis per posteriora pacta derogatum sit, l.penultim. priora namque pacta per posteriora, non quidem tolluntur ipso iure; sed tamen ope exceptionis eliduntur, D. de pact. l. si vnus. 27. §. pactus ne peteret. ¶ Specialiter autem considerantur varia pacta. 3
¶ Primum pactum est, vt nisi venditori res præstetur, 4
cuius obtinendæ causa fundum paruo pretio vendidit, ipsius fundi dominium ad venditorem reuertatur. Magna est vis huius pacti; quia sine hoc pacto venditor ob rem sibi non præstitam non posset contractum dissoluere, sed tantum eam rem, vel quod sua interest, petere, supr. de rescind. vendit. l. ea conditione. 14. sed propter dictum pactum repetit fundum vnà cùm fructibus, l.6. non tamen rei vindicatione, si fundum tradidit, atque ita eius dominium transtulit; sed actione ex vendito, l.3. Nota: in d.l.6. non legendum *conueniat*, sed, *conuenit*: eoque verbo non significari consensum iuris auctorum, sed conuentionem, seu pactionem inter emptorem, & venditorem. ¶ Secundum pactum 5
est, vt emptor pretij tardiùs soluti vsuras præstet: quod pactum ad hoc valet, vt etiam sine mora vsuræ debeantur, & quidem iure actionis, id est, per actionem ex vendito informatam pacto, si pactum insit contractui, vtpotè factum incontinenti, sicut in specie, l. 5. nam sine hoc pacto vsuræ non debentur, nisi ex mora: tuncque debentur officio iudicis, non iure actionis: sed nihilominùs etiam à fideiussore debentur, si in omnem causam fideiussit, d.l. 5. & D. loca. l. quæro. 54. in princip. Nota in hac de vsuris quæstione tres casus considerari posse: aut enim de his pactum factum est incontinenti, aut ex interuallo, aut nihil de his conuenit. Primus, & tertius casus modò decisi sunt. Secundo casu pactum non valet ad agendum: sed tantùm exceptionem parit, adeo vt venditor cogatur rem tradere emptori, nisi emptor vsuras, de quibus conuenit, persoluat, D. de contrah. emptio. l. pacta conuenta. 72. in princip. ¶ Tertium pactum est, ne emptor in loco empto monu-
mentum faciat, vel aliter eum iuri humano eximat. Hoc 6
pactum valet, cùm rei alienationi adiectum est, l.vltim. sed si nudum pactum per se factum sit, non valet, D. de pact. l. penultim. vide Centur. 1. q. 11.
¶ Quartum pactum est lex commissoria, id est, vt nisi 7
intra diem, de qua conuenit, pecunia venditori soluatur, res sit inempta, D. de leg. commissor. l.2. De hoc pacto plura notanda occurrunt. I. Vel de toto pretio fit, si nihil solutum fuit; vel de residuo, si pars soluta fuit, l. 3. & D. de leg. commissor. l. 4. in princip. & §. 1. II. Vis huius pacti non est, vt venditio contrahatur sub conditione, si pretium intra certum diem soluetur: sed vt purè contracta, resoluatur sub conditione, si pretium intra certum diem non soluetur, D. eod. l. 1. & pro empto, l. 2. §. Sabinus. III. Hoc pactum est pro venditore: idcirco venditoris electio est, pretio sua die non soluto, vtrùm malit pretium petere, an à cōtractu recedere, D. de leg. commiss. l.2. & 3. Statim autem ac lex commissa est, id est, statim ac emptor in pactum ob pretium non solutum incidit, venditor eligere debet, vtrum eorum malit: alterutro autem electo non potest variare, d.l.4. §. eleganter. Siue igitur post diem soluendo pretio præstitutam venditor pretium petierit, D. eod. l.penult. siue eius partem, D. eod. l.6. §. vlt. vsurásue acceperit, non potest amplius vti pacti beneficio, l.4. IV. Cùm ob pretium sua die non solutum res fit inempta: si quidem venditor non precariam rei possessionem emptori tradiderat, non potest eam rem vindicare, ne ex pacto videatur recipere dominium, quod in emptorem transtulerat: sed aget ex vendito, licèt venditio rescissa sit. Si verò precariam possessionem tradiderat, rem vindicabit, quia non videbitur dominium recipere, sed nunquàm amisisse, l.3. & 4. & D. de contrah. empt. l. 6. §. 1. & de l.g. commiss. l. 4. in princip. & l. vlt. V. Emptor non solùm rem restituit, sed etiam fructus, atque adeo etiam

fructus

fructus, quos percepit, antequam lex committeretur,
D.eod.l.5.nisi partem pretij soluerat;quia pro ea partë
fructus retinebit,d.l.4.§.1.
8 ¶ Quintum pactum est de arris, quod vocatur pa-
ctum arrale,supr.de actio.empt.l.3.hic autem conside-
ratur coniunctum cum lege commissoria, vt & in d. l.
vltim. D.de leg.commissor.Veluti si tibi vendam fun-
dum hoc pacto,vt,nisi intra certum diem pretium sol-
uas,res sit inempta, & arras mihi datas perdas. Hoc
9 quoque pactum valet,& iure probatur, l. 1. ¶ Sextum
pactum est, vt, si venditor intra certum tempus pre-
tium restituerit,res sit inempta, vel, vt res ipsi vendi-
tori restituatur: quod etiam dici potest pactum com-
missorium; quia parum interest, vtrùm pretium solu-
tum nó sit,an quod solutum est, restitutum sit.De hoc
pacto tria traduntur. I. Ex eo datur actio venditi, &
præscriptis verbis, l. 2. Nam actio præscriptis verbis
non est subsidiaria, sed potest concurrere tam cum
actione ex vendito, D. de contrab.empt.l. Labeo.50.
quàm cum actione ex empto, D.de rescind.vendit.l.6.
II. Si emptor latitet,ne ei pretium restitui, siue offerri
possit: venditor denunciatione, oblatione, & consi-
gnatione, ac depositione pecuniæ, sibi consulere po-
test,l.7. III. Post pretium oblatum, quicquid ad em-
ptorem ex re peruenit, restitui vnà cum re venditori
debet, d. l. 2. quæ à Doctoribus malè accipitur, quasi
tractet de pacto de retrò vendendo: aliud enim est,
venditionem rescindi,& resoluto contractu rem resti-
tui venditori: aliud est, stante priori contractu, rem
retrò vendi. Hoc autem pactum de retrò vendendo
exposui in tracta. de emptione, & venditione, axio,
357.memb.8.

Tit. LV. Si seruus exportandus veneat.

I. 4. j. iij.	*IV. 3. ij.*
II. 3. j. 4. j. 5.	*V. 3. j.*
III. 4. ij.	

1 HOc titulo,& duobus,qui proximè sequun-
tur, pacta quædam de mancipiis venditis
proponuntur. Hoc igitur titulo declaran-
tur effectus pacti, vt seruus venditus ex-
2 portetur. ¶ Aut hoc pactum solum intercessit: aut ei
adiectum est pactum de manu inijcienda,vt,nisi seruus
exportetur, venditori liceat manus in eum inijcere,
eúmque abducere: aut adiecta est stipulatio pœnalis.
3 ¶ De simplici pacto, vt seruus ab emptore exportetur,
duo traduntur.I. Qui à domino venditur,vt de ciuita-
te sua exportetur,nec in ea ciuitate, nec in vrbe Roma
morari debet.Et qui de aliqua prouincia est exportan-
dus,in Italia morari non debet,l. vlt. quamuis expor-
tandus ab Italia possit in prouincia morari, D.eod.l.2.
II. Si quis asserat se à seruis suis hoc pacto venditum
fuisse quasi seruum, & ab emptore manumissum esse:
donec intentionem suam probet, pro libertino habe-
tur.Quòd si intentionem suam probauerit, serui affi-
4 ciuntur supplicio capitali, l.penult. ¶ Cum autem pa-
cto de seruo exportando adijcitur pactum, vt nisi ser-
uus exportetur,venditori competat manus iniectio, id
est, liceat seruum abducere: distinguuntur tres casus:
aut enim seruus versatur in loco interdicto,aut est ma-
numissus in loco interdicto, aut est manumissus extra
locum interdictum. I. Casu venditor potest manus in-
iicere,& seruum abducere,l.1. in fi.nisi eius voluntate
seruus in locum interdictum venerit,l.2.in fin.vbi do-
minus vocatur is,qui fuit dominus tempore venditio-
nis,id est,venditor,vt & in l.1.D.eod. II. Casu manu-
missio non valet:quia contra pactum venditionis liber
fieri non potest,l.3. III. Casu manumissus ad liberta-
tem peruenit: sed si posteà veniat in locum interdictū;
in perpetuam seruitutem retrahitur, & fisco vindica-
tur,l.1. ¶ Denique cùm pacto de seruo exportando ad- 5
iicitur stipulatio pœnalis,veluti, *nisi seruum exportabis,*
pœna nomine centum dare spondes? Si emptor legi non
paruerit,id est,seruum non exportauerit, seruus confi-
scatur,& pœnam venditor ab emptore actione ex sti-
pulatione rectè petet,l.2.

Tit. LVI. Si mancipium ita venierit,ne prostituatur.

I. 4.	*III. 2.*
II. 3.	

HOc pactum consideratur tribus modis. I.Si 1
simpliciter factum sit. II. Si adiectum sit
pactū,vt,si ancilla prostituatur, libera fiat.
III. Si adiiciatur pactum, vt si ancilla pro-
stituatur, venditor manus iniiciendæ potestatem ha-
beat. ¶ Primo casu emptor in legem venditionis com- 2
mittit, etsi sub spe ministrandi in caupona ancillam
prostituat,l.vlt. ¶ De secundo casu tria traduntur in l. 3
2. I. Pactum valet, licet in instrumento venditionis
non sit insertum;nec refert,vtrùm sit scriptum,an non
scriptum. II. Existente pacti conditione, id est, si an-
cilla prostituta sit, libertas ei secundum pactum com-
petit,& mulier fit liberta venditoris,nisi venditor pro-
stitutioni consenserit,D.de in ius vocan.l.sed si hac le-
ge.10.§.1.vide Centur. 1. q.65. III. Causa agenda est
coram iudice competente, apud quem mulier officio
militari est exhibenda. ¶ De tertio casu quatuor tra- 4
duntur in l. 1. I. Si sine venditoris consensu mulier sit
prostituta,venditor manus iniicere, & abducere eam
poterit. II. Si venditore consentiente id contigerit,
mulier libertatem consequitur. III.Mulier producen-
da est ad prætorem, qui de liberali causa ius dicit, vt
coram eo lis ordinetur. IV. Etiamsi ancilla ab empto-
re rursus alij vendita sit,ac per plures emptorum per-
sonas ambulauerit,tamen vis dicti pacti primæ vendi-
tioni appositi non euanescit;adeo vt,licet vltima ven-
ditio dictum pactum adiectum non habeat,tamen pa-
ctum primæ venditioni appositum, perinde vim suam
exerat,ac si primus emptor prostituisset.

Tit. LVII. Si mancipium ita fuerit alienatum, vt manumittatur,vel contrà.

I. 7.	*IV. 6.*
II. 3.	*V. 8.*
III. 5.	*VI. 4.*

DVæ sunt partes huius tituli: quia duo vendi- 1
tionis pacta de manumissione explicantur;al-
terum affirmatiuum,alterum negatiuum: sed
illi adiunguntur casus quidam similes. ¶ In priori igi- 2
tur parte traduntur variæ species. ¶ In prima specie 3
mancipium venditum est hac lege,vt ab emptore ma-
numittatur.Huius pacti vis est, vt, nisi emptor manu-
mittat, mancipium ad libertatem perducatur ex con-
stitutione Marci, & Commodi ad Aufidium Victori-
num, l.1. Quæ constitutio non extat,sed eius sæpe in
iure fit mentio. Hoc autem casu emptor est patronus,
perinde ac si manumisisset, D. de in ius vocan. l. sed
si hac lege. 10. in princ. ¶ In secunda specie dicto 4
pacto adiecta est conuentio pœnalis; vt nisi emptor
manumiserit, centum aureos pœnæ nomine præstet
venditori. Hoc casu non manumittente emptore,
similiter libertas competit, perinde ac si emptor
manumisisset, idcirco pœna peti non potest, l. vltim.

cuius postremus versiculus, quia non caret obscuritate, breuiter est enarrandus. Ait *cum*. Accipe, *cum*, pro, qnia. Ratio namque in hoc versiculo affertur, cur pœna peti non possit: nimirum quia conditio conuentionis pœnalis defecit: si quidem conuenit de pœna præstanda, si ancilla non manumitteretur: hæc autem ex constitutione Diui Marci habetur pro manumissa. Ait *non mutata venditionis voluntate*. Nota, venditorem posse mutare voluntatem. Quod si contingat, dicta constitutio cessat, & mulier non peruenit ad libertatem, D. de seru. exportan. l. 3. nisi ab emptore manumittatur, D. eod. l. quæsitum. 8. vel tam emptor, quàm venditor sine herede decesserint, D. qui si manumiss. ad libert. peruen. l. 1. Ait *conditionis*, id est, pacti, seu legis venditioni appositæ: nam conditio pro lege contractus sæpe accipitur. Ait *potestatem*. Ex codicibus manuscriptis lege, *potestate*. Sensus enim est, vi & potestate dicti pacti suppleri defectum manumissionis. Ait *post*. Aduerbium est, non præpositio apposita participio *factum*. Interpretare *post*, id est, *post tempus*, intra quod emptor manumittere debuit; nec tamen manumisit. Ait, *manumittentis factum*; id est, manumissionem: quia manumissio in facto consistit. Ait *repræsentari*. Dicitur manumissio pacto repræsentari: quia pactum efficit, vt manumissio, quæ facta non est, pro facta habeatur. Ait *optima ratione*; id est, fauore libertatis: rationem æquitatis intellige, non rationem stricti iuris. Ait *placuit*. Subaudi *Diuis Marco & Commodo*: quibus quod placuit, vim legis habet, D. de const. princip. l. 1. in princ.
5 & Institut. de iur. natura. §. sed & quod. ¶ In tertia specie ancilla septemnis vendita est hoc pacto, vt, cùm ad vicesimum quintum ætatis annum peruenerit, libera esset. Mulier anno vigesimo sexto filium peperit: deinde vigesimum septimum ætatis suæ annum agens, ab emptore manumissa est. Quæritur quando libertas mulieri competierit, & quis sit status filii ex ea nati? Respondetur, constitutionem Diui Marci, & Commodi hoc etiam casu locum habere, licet dictum non fuerit, vt manumitteretur; sed vt libera esset. Anno igitur vigesimo quinto libertatem consecuta est, consequenter ingenuum peperit, & frustra est manumissa
6 anno vigesimo septimo, l. 3. ¶ In quarta specie, Titius Mæuio Stichi domino pretium ipsius Stichi dedit hoc pacto, vt à Mæuio intra mensem manumitteretur. Ad hunc casum constitutio Diui Marci producitur; adeo vt Stichus, si intra mensem à Mæuio non manumittatur, nihilominùs liber fiat, l. 4. Aliud dicendum, si res aliqua data sit pro seruo manumittendo, non serui pretium: tunc enim constitutio cessat: & vel res data repetitur condictione ob causam; vel agitur præscriptis verbis, vt seruus manumittatur, vel quod intereft præstetur, supr. de condictio. ob cau. l. 6. & l. si liber. 9. & D. de manumission. l. si quis ab alio. 19. & de libera.
7 cau. l. Paulus. 38. §. 1. ¶ In quinta specie Patroclus Stichum seruum suum Hermiæ donauit hoc pacto, vt si quindecim annis seruisset, ad iustam libertatem perduceretur: posteà eundem Stichum Sempronio vendidit. Quæritur, cùm Stichus quindecim annis Hermiæ seruisset, an liber sit? Constitutio quidem Diui Marci de venditione loquitur, nõ de donatione, D. de verbor. oblig. l. qui Romæ. 122. §. Flauius. verumtamen producta tandem est etiam ad donationem, D. qui sine manumiss. ad liber. peruen. l. penult. Stichus igitur libertatem ex dicta constitutione est consecutus, etiãsi ante conuentionis prædictæ tempus Patroclus decesserit: nec nocet secuta venditio; quia cùm post alienatum seruum à Patroclo facta sit, non præiudicat Hermiæ iam domino effecto. Illud seruo noceret, si Patroclus, antequam libertas competeret, voluntatem mutasset,
8 l. 1. ¶ In posteriori tituli parte, mancipium venditum est hac lege, ne ad libertatem perduceretur, adiecta pœna, si contra pactum ad libertatem perduceretur. De hac conuentione tria traduntur in l. penult. I. Etiamsi emptor seruum manumittat, tamen liber non fit: quia conditio serui personæ inhærens, non potest facto emptoris mutari. II. Dicta pœna ab emptore, qui manumisit, deberi non potest: quia non commisit in legem venditionis, cùm manumiserit quidem, sed ad libertatem non perduxerit: comprehensum autem in venditione sit, ne ad libertatem perduceretur. III. Procurator Cæsaris non est iudex competens; quia tantùm præest causis fiscalibus, supr. vbi cau. fiscal. l. 5. nec habet iurisdictionem inter priuatos, supr. de iurisdict. l. t. & D. de appellat. l. ex consensu. 13. §. 1. Hîc finem titulo imponerem, nisi obscuritas vltimi versiculi d. l. pen. interpretationem desideraret. Ait *litera*, id est, *rescriptum principis*. Consuluerat Marinus principem, & ab eo responsum tulerat: ex eius responsi verbis ostendit Imperator eausam priuatam esse, proinde non pertinere ad procuratorem Cæsaris. Ait *personæ*, id est, personæ priuatæ, de cuius causis non cognoscit procurator Cæsaris. Sed quæ est hæc persona priuata? Ipse emptor. Et hoc est, quod lex subiicit, *si non ipse manumiserit*. hæc etiam sunt verba sumpta ex ipso rescripto principis, quibus verbis significatur factum emptoris, id est, manumissio. Ait *continent*. Duplex hîc lectio est: altera affirmatiua, altera negatiua. Accursius vtramque adgnoscit. Ego affirmatiuam probo: & sic interpretor: rescriptum principis expressè continet factum personæ priuatæ, nempe emptoris, id est, manumissionem.

Tit. LVIII. De ædilitiis actionibus.

I. 11.	*IV. in princ. 12. j.*
II. 2. iij. 3. iij. 5. iv. 10. j 13.	*§. idem. 12. ij.*
III. 10. ij. iv.	*V. 10. iv.*

Emptio, & venditio ciuiles actiones parit, 1
empti, & venditi, suprà expositas: his autem quasi pedisequæ, & παρακολουθήματα accedunt actiones ædilitiæ, redhibitoria, & æstimatoria, supr. de veter. iure enucl. l. 2. §. quartus. & in constitutione Græca, §. τὸ δὲ ἐφεξῆς. hoc titulo enarrandæ.

¶ De actione redhibitoria nota I. Ex eo dici redhi- 2
bitoriam, quòd res venditori redhibetur, id est, redditur, D. de ædil. edi. l. redhibere. 21. in princ. vnà cùm accessionibus, D. eod. l. cùm autem. 23. §. 1. l. quòd si nolit. 31. §. restitui. emptor autem pretium recipit: quia vterque, tam emptor, quàm venditor, quodammodò in integrum restituitur, d. l. cùm autem. §. Iulianus. Vt perinde habeatur, ac si emptio, & venditio nulla intercessisset, D. eod. l. facta. 60. II. Hanc actionem potissimum dari emptori contra venditorem, D. cod. l. 1. §. 1. & 2. interdum tamen dari venditori contra emptorem, D. cod. l. item si serui. 30. in princ. III. Hanc actionem esse temporalem, ita vt sex mensibus finiatur, l. 2. Hoc verò tempus vtile est, non continuum, & à die contractus, vel, si quid venditor dixerit, seu promiserit, à die dicti, promissiue computatur, D. de ædili. edi. l. sciendum. 19. §. vlt. d. l. quòd si nolit. §. si quid ita. l. ædiles. 38. in princ. l. cùm sex. 55. Potest etiã ex pacto esse actio perpetua, d. l. quòd si nolit. §. si quid ita. ¶ De actione æstimatoria nota I. Hanc 3
actionem modò vocari æstimatoriam, modò quanto minoris, vel quanti minoris: quia per eam fit, vt re æstimata cognoscatur, quanto minoris emptor rem emere potuisset, si eius vitium nouisset: atque ita, quod amplius dedit, recipiat, D. cod. l. quoties. 61.

cum sim. II. Aliam esse actionem æstimatoriam, quæ est species actionis præscriptis verbis, & de æstimato competere dicitur, Instit. de action. §. actionum. id est, de re, quæ certo pretio æstimata data est, vt vel ipsa, vel pretium reddatur, D. de æstimat. actio. l. 1. III. Hác actionem dari intra annum vtilem, l. 2. & d. l. sciendum. §. vltim.

4 ¶ Communiter de vtraque actione nota, has actiones partim esse similes, partim dissimiles.

5 ¶ Similes sunt: quia I. Sunt ambæ ædilitiæ, D. de ædil.
edi. l. 1. §. 1. l. ædiles. 38. in princ. II. Nascuntur ex
eodem emptionis contractu, D. eod. d. l. cùm autem. §.
si seruus. & ex eisdem causis, D. de except. rei iudic. l.
si is qui heres. 25. §. 1. III. Sunt aliquo modo pœnales, d. l. cùm autem. §. si seruus. propterea quòd per
contumaciam rei non obtemperantis arbitrio iudicis
condemnatio fit in duplum, D. eod. l. redhibitoria. 45.
IV. Sunt temporales, l. 2. V. Transeunt in heredes, d.
6 l. cùm autem. §. hæ actiones. ¶ Differunt autem inter
se: quia I. Redhibitoria venditionem rescindit; æstimatoria non rescindit, vt ex suprà dictis patet.
II. Redhibitoria est sex mensium, æstimatoria est annalis, vt anteà notaui.

7 ¶ Quoniam igitur hæ duæ actiones hoc titulo con-
8 siderantur, idcirco duæ sunt tituli partes. ¶ Primæ partis, quæ est de actione redhibitoria, duo sunt capita.

9 ¶ In priori capite de seruo vendito dissoluuntur duæ
10 quæstiones. ¶ Prima quæstio est, an ob serui fugam
huic actioni locus sit? Respondetur, vt ob fugam serui venditi hæc actio competat, plura requiri. I. Vt fugerit intra sex menses: quemadmodum si agatur quanto minoris, opus est, vt fugerit intra annum: quia iam docui actionem quanto minoris esse annalem, redhibitoriam esse sex mensium: quare si seruus post annum à die contractus fugiat, neutra actio competit, l. 2. II. Vt non solùm post, sed etiam ante venditionem fugerit: nam casus venditione posteriores venditor non præstat, nisi ex pacto venditioni adiecto, l. 3. & D. de ædil. edi. l. actioni. 54. & de probat. l. 4. III. Vt emptor ignorauerit seruum, quem emebat, esse fugitiuum, D. de ædil. edi. l. si tamen. 48. §. in ædilitiis. IV. Vt emptor fugitiuum exhibeat venditori, l. vltim. aut, si culpà vacet, caueat fugitiuum persecuturum, & in sua potestate redactum, venditori redditurum; & neque per se, neque per heredem suum futurum, quò minùs eum seruum venditor habeat, D. de ædil. edi. l. redhibere. 21. §. vltim. & l. seq. Quid ergo, si seruus ab emptore fugiens, redierit ad venditorem? Iudex, perspectis omnibus facti circunstantiis, sententiam iure consentaneam proferre debebit, d. l. 3. in fin. Nam si etiam ante venditionem fugerat, venditor tenetur redhibitoriâ, nec ei seruus exhibetur, nec de exhibendo cauetur, cùm eum penes se habeat. Si verò anteà non fugerat, redhibitoria cessat, sed ser-
11 uus emptori restituendus est, vt ex dictis patet. ¶ Secunda quæstio est, quid in hanc actionem veniat? Respondetur per distinctionem. Aut enim venditor simpliciter, id est, bona fide, ignorans seruum esse fugitiuum, alióve vitio laborare: aut consilio fraudis, id est, dolo malo, sciens seruum esse fugitiuum, vel aliter vitiosum, ignoranti emptori vendidit. Ponimus emptorem ignorantem: quia scienti actio denegaretur, D. de ædil. ædi. l. si tamen. 48. §. in ædilitiis. Vt suprà notaui. Qui sciens vendidit, non solùm pretium emptori restituere tenetur, sed etiam omne damnum resarcire, quod emptor per seruum illum est passus; putà si seruus fugiens, res aliquas emptoris abstulerit, l. 1. & D. de ædil. edi. l. quæro. 58. Qui verò ignorans vendidit, pretium tantùm restituit, quemadmodum partem pretij restitueret, si ageretur quanto minoris, D. de actio. empt. l. Iulianus. 13. in princ. quod enim ibi traditur de actione ex empto, obtinet etiam in actione ædilitia, ad quam ab actione ex empto consequentia valida est, D. de ædil. edi. l.
proinde. 33. ¶ In posteriori capite agitur de fundo 12
vendito, ac datur redhibitoria ob duas causas. I. Si ex pacto venditio resoluatur: veluti si quis hac lege emerit, vt si res sibi displicuerit, sit inempta, l. 4. in princ. II. Si sit fundus pestilens, id est, habeat herbas pestilentes, & lethales, cùm hoc emptor ignoraret, d. l. 4. §. 1. & D. de ædil. edi. l. etiam. 49. nam scienti non dari actionem, suprà notaui num. 10.
memb. 3. ¶ In secunda parte agitur de actione æsti- 13
matoria, seu quanto minoris, quæ est annalis, l. 2. Computatur autem annus vtilis à die contractus, vel dicti, seu promissi, D. eod. l. sciendum. 19. §. vltim. idcirco seruo post annum fugiente, non competit, d. l. 2. vt supr. notaui num. 10. memb. 1.

Tit. LIX. De monopoliis, & conuentu negotiatorum illicito, vel artificum ergolaborumque, necnon balneatorum prohibitis, illicitisque pactionibus.

Princ. 2. j.	*§. si quis autem. 3. j.*
Vers. néve quis. 2. ij.	*§. cæterarum. 3. ij.*
§. ædificiorum. j. 2. iij.	*§. vltim. 3. iij.*


Mptionis, & venditionis contractui acci- 1
dit negotiatio: non tamen soli, sed etiam locationi, conductioni, & aliis contractibus, D. de legat. iij. l. legatis. 65. in princ. Mercatores prohibentur vti monopoliis, & pactis illicitis. Obiter & alij quidam non omnino negotiatoribus absimiles prohibentur pacta illicita facere.

¶ Hoc igitur titulo tria prohibentur, quæ publicæ 2
vtilitati repugnant, quia caritatem inducunt. I. Monopolium, id est, priuilegium, vt aliquis solus certas merces, vel res vendere possit; putà vestes, pisces, pectines, echinos, &c. Pectinis appellatione quidam putant significari genus piscis, vt apud Horatium lib. 2. satyr. 4.

Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.

Cuiacius accipit pro instrumento, quo comuntur, & diducuntur capilli. Echinus, idem est, quod hericeus, siue herinaceus, Gallicè *herisson*, Italicè *riccio*. Monopolium nequidem ex rescripto principis exercere licet, l. vnic. in princ. quia rescripta contra ius non valent, supr. de precib. Imperat. offeren. l. penultim. & si contra ius, vel vtilit. public. l. vltim. II. Negotiatorum illicitæ conuentiones, vt merces non minoris vendantur, quàm inter se statuerint. Hæc pacta, quia caritatem inducunt, & publicæ vtilitati contraria sunt, meritò reprobantur, d. l. vnic. vers. néve quis. III. Pacta artificum, & ergolaborum (id est, redemptorum, qui opus faciendum conducunt) & balneatorum, quibus inter se paciscuntur, ne opus ab aliquo inchoatum alius perficiat, vel ne eius curam aliquis suscipiat, quod alterius curæ commissum erat, d. l. vnic. §. ædificiorum. Nam similiter hæc pacta publicæ vtilitati aduersantur: &, si admittantur, contrahendi libertatem tollent, atque efficient, vt artifices (penè dixerim) tyrannicè se gerant, malè officio suo fungentes, & nihilominùs pro libitu mercedem exigentes ab iis, quos intelligent suâ operâ
carere non posse. ¶ Additur sanctio in d. l. vnic. 3
Et I. Monopolium exercentes, bonis confiscatis, in perpetuum exilium mittuntur, d. l. vnic. §. si quis autem

II. Cuiuſque artificum corporis primates, qui contra dictam prohibitionem pacta artificum admiſerint, vel fieri paſſi fuerint, quadraginta libris auri multantur, d. l.vnic.§. cæterarum. III. Officium præfecti prætorio quinquaginta libris punitur, ſi ab iis pœnas non exegerit, qui in hanc conſtitutionem commiſerint, d. l. vnic.§.vltim.

Tit. LX. De nundinis, & mercatibus.

1 EMptio, & venditio maximè celebratur in nundinis, & mercatibus. Inter hæc duo diſcrimen eſt ratione magnitudinis. Sunt enim nundinæ, magni quidam mercatus: & retrò mercatus, ſunt quaſi paruæ nundinæ: & ad nundinas conueniunt ex diuerſis territoriis, vel prouinciis: ad mercatus verò ex diuerſis pagis eiuſdem territorij. Meritò igitur *de nundinis, & mercatibus* (ſic cum Cuiacio lego, nō vt in vulgatis libris ſcriptum eſt, *mercatoribus*)
2 hoc loco tractatur. ¶ Eſt autem ſub hoc titulo ſingularis conſtitutio, quæ I. Confirmat eorum priuilegium, quibus nundinæ, aut mercatus conceſſi ſunt. II. Vetat aliquid à mercatoribus exigi ratione mercium, quas vehunt ad mercatus, vel nundinas; & ratione venalitiariorū, quos eodem ducunt. Venalitiarij hîc dicuntur ſerui venales, vt in l.1.§.1. D.de tribut. actio. Alibi venalitiarij vocantur mãgones, qui ſeruos venales habent, D.de verbor. ſignif. l. mercis appellatione, 207. Separantur ſerui venales à mercibus, d.l. 1. §.1.& mangones à mercatoribus, d. l. mercis appellatione. III. Prohibet aliquid exigi ab iis, qui nundinarum, vel mercatuum occaſione ædes, aut loca aliqua locant, & inde aliquid lucri percipiunt, adeo vt huius lucri ratione nihil præſtare teneantur. Hoc lucrum vocatur temporalis quæſtus; quia nundinarum, ſeu mercatuum tempore fit. IV. Prohibet aliquem ob debitum priuatum conueniri in loco nundinarum, quò commercij cauſa venit.

Tit. LXI. De vectigalibus, & commiſſis.

I. 11.	*VIII.* 6.j.
II. 11.	*IX.* 5. 6.j.
III. 10.j.	*X.* 4. 8.
IV. 6. j.	*XI.* 6.j. 10.ij.
V. 4. 5. 6. ij.	*XII.* 4.8.
VI. 4. 5.	*XIII.* 8.
VII. 4. 6. j. 7.	

1 NIſi pro mercibus, aut ſeruis venditis vectigal ſoluatur, res incidit in commiſſum: proinde agendum eſt de vectigalibus, & commiſſis. Vectigal hîc dicitur, quod pro negotiatione, vel tranſlatione mercium, aut ſeruorum venalium, fiſco, vel reipublicæ, ſeu publicanis, qui à fiſco, vel republica conduxerunt, præſtari debet. Cùm autem res venales partim importentur, partim exportentur, Ariſtot. lib. 1. Politic. cap. 6. conſequenter vectigalium alia ſunt εἰσαγωγικὰ, pro iis, quæ importantur, alia ἐξαγωγικὰ, pro iis, quæ exportantur, Strabo.lib.vlt. Niſi ſoluatur, res (vt dixi) in commiſſum incidit, id eſt, regulariter fiſco committitur.
2 ¶ Duæ ſunt igitur partes huius tituli: altera de vecti-
3 galibus; altera de commiſſis. ¶ Prima pars, quæ eſt de
4 vectigalibus, diuiditur in quinque capita. ¶ Primo capite exponitur, qui vectigal ſoluere teneatur, vel non. Hîc datur regula, Omnes vectigal ſoluere tenentur, tam prouinciales, l. 5. quàm alij homines priuati, l.6. immo etiam perſonæ militares, l.7. Nec valent reſcripta, quibus immunitas à vectigalibus dependendis tribuitur, d.l.6.l.vectigalia. 10.& l.penult. Excipiuntur nauicularij, qui ſibi rem gerunt, id eſt, qui ſuas, non
alienas merces vehunt, d.l.6.in fin. ¶ Secundo capite 5
declaratur, quarum rerum nomine vectigal præſtatur. Hîc datur regula, Ob quaſcumque res vectigal præſtari, d.l.6. veluti pro traductione animalium, l.vſurpationem.9. de cuius lectione, & ſententia poſteriùs dicam. Hæc regula limitatur, vt obtineat in iis, quæ negotiationis causâ vehuntur: ſecus eſt, ſi ad proprium vſum, vel ad fiſcum, vel ruris gratia inferantur, l.5.& l.6.verſ.
vectigalium. ¶ Tertium caput eſt de his, qui vectigal 6
exigunt. Hi verò ſunt I. Publicani, qui vectigalia conduxerunt, l. 4. & infr.de locato. l. 7. ideóque vocantur conductores, vel mancipes, l.ſi quis 11. quia manu ſublata ſignificabant ſe à populo vectigalia conducere, Feſtus in verbo, *manceps*, vel octauarij, l.à legatis.8. quia octauas vectigalium nomine exigunt, l.7.& infr.de locato, d.l.7. Quidam vocantur alabarchæ, id eſt, qui vectigal alabarchiæ exigunt. Alaba eſt atramentum. Phauorinus, ἄλαβα, μέλαν, ᾧ γράφομεν. inde alabarchiæ vectigal, l. vſurpationem. 9. quod Latini ſcripturam vocant. Legendum igitur in d. l. vſurpationem. cum Cujacio lib. 8. Obſeru.cap.37. *alabarchia*, non, *arabarchia*. Item legendum, *Auguſtamnicam*, non, *Auguſtaneam*, & *præbitione*, non, *prohibitione*. Præbitionem namque ſolitam appellat, functionem, ſeu præſtationem vectigalis. II. Miniſtri publicanorum, qui vocantur
ſtationarij, l. 5. ¶ Quarto capite exponitur, quantum 7
vectigalis nomine ſoluatur. Paulò antè dixi eſſe octauam, l. 7. & infr. de locato. l. 7. vltra quam exigens publicanus mittitur in exilium, infr. tit.proxim. l. 4.
¶ Quinto capite indicatur vſus, ſeu finis vectiga- 8
lium. Exiguntur autem, vel vt inferantur ſacro principis patrimonio, l. vltim. ſeu ſacris largitionibus, l. penult. vel vt ciuitatum, & curiarum neceſſitatibus ſa-
tisfiat, l.vectigalia. 10.& d.l.vltim. ¶ In ſecunda titu- 9
li parte, quæ eſt de commiſſis, deciduntur duæ quæ-
ſtiones. ¶ Primò quæritur, quam ob cauſam incida- 10
tur in commiſſum, id eſt, res, quæ vectigal debet, fiſco committatur? Cauſæ duæ ſunt notandæ. I. Omiſſa profeſſio, D.de publican.l.vlt. §. quoties. & §.licet. Interdum tamen ob hanc cauſam ceſſat pœna commiſſi, vt cùm aliquis non dolo, ſed per errorem non eſt profeſſus apud publicanum, d. l. vltim. §. Diui quoque fratres. Quandoque pœna remittitur, onere iniuncto ſoluendi vectigalis, vt militi, l.3.& pupillo, cui intra menſem licet vectigal ſoluere, ac pœnam commiſſi, in quã incidit, vitare, D.de publican.l.7. §.1. II. Emptio, aut venditio ſalis facta ab homine priuato, ſiue mancipe, l.
ſi quis.11. ¶ Secundò quæritur, quando commiſſum 11
peti poſſit? Reſpondetur, peti poſſe intra quinquennium: nam huic petitioni obſtat quinquennij præſcriptio, l. 2. Si tamen ſeruus ante quæſtionem commiſſi motam ſit manumiſſus, non expectatur quinquennium; ſed ſtatim ceſſat commiſſi quæſtio; ne libertas præſtita reuocetur, l.1.

Tit. LXII. Vectigalia noua inſtitui non poſſe.

I. j. ij.	*III.* ij.
II. ij.	*IV.* v.

DE nouis vectigalibus notanda quinque ſunt. 1
I. Noua vectigalia non ſunt inſtituenda, niſi ob reipub. neceſſitatem, l. 1. II. Solus princeps noua vectigalia imponere poteſt, l. 1.& 3. Quare nec decreto ciuitatum inſtitui poſſunt, l.2. nec auctoritate præſidis, vel procuratoris Cæſaris, D. de publican.l. vectigalia. 10. in princ. III. Qui ſine permiſſu principis noua vectigalia inſtituit, tenetur lege Iulia de ambitu, D. de leg.Iul.amb.l. vnic. §. penultim.

IV. Qui

I V. Qui ea exercet, id est, exigit, tenetur lege Iulia de vi publica, D. ad leg. Iul. de vi public. l. vlt. V. Publicanus, qui exegit nouum vectigal, aut superexegit; in exilium mittitur, & vectigalia locantur alteri, facta licitatione coram præfecto prætorio, l. vlt.

Tit. L X I I I. De commerciis, & mercatoribus.

I. 5. ij.	*I V. 3.*
I I. 4	*V. 5. iij.*
I I I. 5. 3.	*V I. 3.*

1 NEmini dubium esse potest, quin commercium, & mercatura ad tractatum de emptione, & venditione rectè referantur: si quidem commercium est emẽdi, vendendique inuicem ius, Vlpian. tit. de domin. & acquis. rer. §. commercium. Mercator autem est, qui emendi, & vendendi negotiationem exercet. Hinc sunt
2 muntur duæ partes huius tituli. ¶ In priori parte de commercio inter ciues Romanos, & barbaros duæ
3 quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò quæritur, vbi possint inter se contrahere Romanus, & barbarus, vt Persa? Respondetur, non posse, nisi in locis, de quibus inter Imperatorem, & Persarum Regem in fœdere feriendo conuẽnit: alioquin res, & pretium confiscantur, & contrahens in perpetuum exilium mittitur: & iudices, eorúmque apparitores, per quorum limitem ad loca prohibita Romanus, vel Persa mercandi causâ commeauerit, triginta libris auri puniuntur, l. 4. in princip. & l. vltim. Excipitur, I. Qui legatum Persarum comitantur, nisi sub specie legationis diutiùs in Romanis prouinciis morentur, nec legatum ad suos redeuntem comitentur, d. l. 4. §. 1. I I. Nisi adhibito comite commer-
4 ciorum negotientur, d. l. vlt. ¶ Secundò quæritur, quomodò ciues Romani cum barbaris negotiari debeant? Respondetur, sic negotiandum, vt ciuis Romanus aurum à barbaro accipiat, sed inuicem ei non det, l. 2.
5 ¶ In posteriori tituli parte de mercatoribus tria constituuntur. I. Nobiliores, & honorati, & patrimonio ditiores, à mercatura abstinere iubentur: non quia mercatura sit res sordida, sed vt facilius sit plebeiis commercium, l. 3. ex qua nota non eos, qui pecunia, sed eos, qui patrimonio diuites sunt, prohiberi mercaturam exercere, id est, qui amplissima bona immobilia possident. I I. Omnes negotiatores, etiamsi ad domum principis, vel ad viros potentes pertineant, soluant pensionem fisco ratione negotiationis debitam, l. 1. I I I. Collegiati, qui ex diuersis corporibus adsumebantur, vt incendiis, & aliis reipublicæ necessitatibus succurrerent, sint tantùm quingenti sexaginta tres. In defunctorum autem locum alij substituantur ex eodẽ corpore, l. pen.

Tit. L X I V. De rerum permutatione, & præscriptis verbis.

I. 9. ij.	*V. 7. ij. 8.*
I I. 6.	*V I. 11. 12.*
I I I. 4.	*V I I. 7. ij. 8.*
I V. 4. 7. 8. 11.	*V I I I. 4. 7. 8. 11.*

1 EMptioni, & venditioni, de qua hactenus per multos titulos dictum est, tres contractus similes reperiuntur: permutatio, locatio & conductio, & emphyteusis. Et locatio quidem, ac conductio, necnon emphyteusis omnino ad hunc locum pertinent: quoniam versamur in contractibus nominatis, qui consensu perficiuntur, in quorum numero hi contractus reponuntur: sed permutatio obiter explicatur, non solùm quia emptioni, & venditioni est similis; sed etiam quia emptio & venditio à permutatione originem duxit, D. de contrah. empt. l. 1. in princ. Ceterùm nec perficitur nudo consensu, sed rei traditione; nec est contractus nominatus, sed innominatus, D. h. t. l. 1. §. item emptio. Doctores distinguunt inter contractum *do vt des*, & permutationem: quia in illo interuenit genus, veluti, *do tibi Stichum, vt mihi des equum*: in hoc species cum specie commutatur, veluti, *do tibi Stichum, vt mihi des Pamphilum.* Ego verò cum Cuiacio existimo permutationẽ nihil aliud esse, quàm contractum innominatum *do vt des.* ¶ Hic titulus di- 2
uiditur in duas partes. ¶ In priori parte de rerum per- 3
mutatione dissoluuntur quinque quæstiones. ¶ Primò 4
quæritur, quomodò permutatio contrahatur? Quamuis sit similis emptioni, & venditioni, quæ nudo consensu contrahitur: tamen, cùm sit contractus innominatus, non potest perfici nudo consensu, sed re, d. l. 1. §. item emptio. Aliud igitur est permutatio; aliud, placitũ permutationis: permutatio est contractus, placitum permutationis est nudum pactum: permutatio fit rei, permutationis placitum nudo consensu: ex permutatione oritur actio præscriptis verbis, l. 4. & l. vlt. ex placito permutationis non datur actio, nisi stipulatio adiecta sit, quę actionem producat, l. 3. vel res secuta sit, l. 4. quia non datur actio ex nudo pacto, D. de pact. l. 7. §. sed cùm nulla. Idem de diuisionis placito traditur in l. diuisionis. 45. D. eod. ¶ Sed cur permutatio dicitur 5
contractus innominatus? nónne permutatio est nomen, quo hic contractus significatur? Omissis rationibus Doctorum, dico permutationem non esse nomen contractus: quia significat merum factum: contractus autem, licèt ratione conuentionis dicatur esse facti, D. de curat. furior. l. 7. tamen præcipua eius pars est causa, id est, vis producendæ obligationis, quæ causa in iure consistit. Vnde Labeo pro genere contractus maluit accipere obligationem, quam causam, D. de verb. signif. l. Labeo libro primo. 19. Sed cur emptio, & similia nomina significant factum, ex quo ius oritur, id est, conuentionem obligantem, proinde contractum: permutatio verò non est nomen contractus, sed significat nudum factum, nec adsignificat obligationem? Quia lex xij. tabularum mentionem fecit emptionis, & aliorum similium contractuum, ex eisque nominatim actionem dedit: nullam autem mentionem fecit permutationis, vel aliorum contractuum, quos ob hanc causam appellamus innominatos. ¶ Secundò quæritur, qualis 6
sit hic contractus? Respondetur, esse bonæ fidei, & vicem emptionis obtinere, l. 2. ¶ Tertiò quæritur, quæ 7
actio detur ex hoc contractu? I. Datur actio præscriptis verbis, vt contractus impleatur, vel id quod interest, præstetur, l. 4. in fin. l. vlt. & D. de præscript. verb. l. 5. §. 1. I I. Condictio ob causam, qua actione repetitur, quod datum est, d. l. 4. in fin. l. 5. & l. pen. & D. de præscript. verb. d. l. 5. §. 1. de rer. permut. l. 1. §. vltim. Vbi illæ particulæ, *non, sed*, accipiuntur sine dubio pro, *non solùm, sed etiam*, vt & D. de seruit. l. 5. & si vent. nomin. l. 1. in princ. & de instrum. vel instr. legat. l. quæsitum. 12. §. sed si fundus. & de aqua quotid. & æstiu. l. 1. §. quotidiana. & aliis locis. I I I. Præter dictas actiones datur actio ex stipulatu, si stipulatio interposita sit, d. l. 4. Verùm hæc actio ex stipulatione est, non ex permutatione. ¶ Quartò quæritur, cui dentur dictæ actiones, 8
& contra quem? Respondetur, dari ei, qui contractum impleuit, aduersus eum qui non impleuit, id est, ei qui rem permutationis causa dedit, aduersus eum qui accepit, non aduersus eum, cui ex causa permutationis accipiens vendidit & tradidit, l. 4. 5. penultim. & vlt. Nota, etiam heredi actionem dari, l. 1. & d. l. 5. ¶ Quintò quæritur, qua ex causa agatur? Duplex cau- 9
sa est agendi. I. Si is, qui rem accepit, inuicem

rem non dedit; vt modò docui. II. Si res euicta sit, vt enim venditor; ita etiam is, qui permutationis causa dedit, de euictione tenetur, l. 1. Ex qua nota distingui, vtrùm res; quæ euicta est, tradita fuerit ex causa permutationis, cùm esset venalis, an cùm non esset venalis: nam priori casu non datur condictio ob causam, sed tantùm actio præscriptis verbis in id quod interest: posteriori casu vtraque actio competit; & electio est actoris, vtram mouere velit. Hæc dicta sunt de per-
10 mutatione. ❡ In posteriori tituli parte de actione præscriptis verbis dissoluuntur duæ quæstiones.

11 ❡ Primò quæritur, ex quibus causis detur hæc actio? Datur I. Ex permutatione, & aliis contractibus innominatis, l. 4. 6. & vltim. & D. de præscript. verb. l. 5. excepto contractu, *facio vt des*, ex quo datur tantùm subsidiaria actio de dolo, d. l. 5. §. quòd si faciam. Ratio differētiæ est: quia ex illis cōtractibus innominatis agitur præscriptis verbis, qui alicui nominato similes sunt: ergo hæc actio datur ex contractu *do vt des*, seu permutatione, qui similis est emptioni, & vēditioni, d. l. 5. §. 1. & ex contractu *do vt facias*, qui similis est locationi, & conductioni, d. l. 5. §. at cùm do. & ex contractu *facio vt facias*, qui est similis mandato, d. l. 5. §. sed si facio. non ex contractu, *facio vt des*, qui nulli contractui nomina-
12 to est similis. ❡ Secundò quæritur, qualis sit hæc actio? Respondetur, esse incertam ciuilem, d. l. 6. & D. de pact. l. 7. §. sed etsi in alnū cum similib. Incerta est: quia non persequitur rem vel quantitatem certam, sed id quod interest, D. de præscript. verb. d. l. 5. §. 1. 2. & vlt. cum sim. Ciuilis rectè dicitur, licèt non sit ex verbis legis: quoniam est ex mente, & interpretatione legis, D. de verbor. signific. l. 6. §. 1.

Tit. LXV. De locato & conducto.

I. 24.	*XIX.* 27. *ij.*
II. 37.	*XX.* 18. *ij.*
III. 22.	*XXI.* 26. 32.
IV. 24.	*XXII.* 15. 35.
V. 22. 38.	*XXIII.* 18. *ij.*
VI. 19.	*XXIV.* 5. 6.
VII. 14. *iv.* 38.	*XXV.* 18 *ij.*
VIII. 27. *ij.*	*XXVI.* 5. 34.
IX. 31.	*XXVII.* 32.
X. 6. 13.	*XXVIII.* 8.
XI. 14. *j.*	*XXIX.* 23.
XII. 29 34. *ij.*	*XXX.* 18. *j.*
XIII. 10.	*XXXI.* 18. *ij.*
XIV. 39.	*XXXII.* 14. *ij.*
XV. 30.	*XXXIII.* 21.
XVI. 14. *iv.* 27. *j.*	*XXXIV.* 14. *ij.*
XVII. 7. 9.	*XXXV.* 18. *ij.*
XVIII. 26. 27. *ij.*	

1 CVm dictum sit de emptione & venditione, necnon de permutatione, quę emptioni & venditioni similis est: consequenter dicendum de locatione & conductione, quæ emptioni & venditioni proxima, iisdémque regulis consistere dicitur, D. h. t. l. 2. in princip.
2 Instit. eod. in princ. ❡ Locatio & conductio, est contractus solo consensu constans, D. eod. l. 1. & de oblig. & action. l. 2. & Instit. de oblig. quæ ex consen. in princ. quo quid certa mercede, D. h. t. l. 2. in princ. Instit. eod. in princ. & §. 1. vtendum siue fruendum, D. eod. l. ex conducto. 15. §. 1. l. si in lege. 24. §. colonus. l. si merces. 25. §. 1. l. si fundus. 33. vel faciendum locatur, D. eod. l. item quæritur. 13. §. 1. l. sed addes. 19. §. si quis mulie-
3 rem. l. item si pretio. 22. §. cùm insulam. l. ea lege. 51. §. 1.
4 ❡ Diuido hunc titulum in quinque capita. ❡ Primo capite de locatione & conductione in genere dissoluuntur septem quæstiones. ❡ Primò quæritur, quomo- 5
dò locatio & conductio contrahatur? Respondetur, fieri posse tam in scriptis (quo casu instrumentum impleta contractus fide euanescit, l. si cōductionis. 16.) quàm sine scriptis, l. contractus. 24. quia nudo consensu perficitur, vt supr. notaui. ❡ Secundò quæritur, quis tenea- 6
tur locatori? Respondetur, teneri conductorem, & eius heredem; siue heres in conductionem succedat, vt accidit, cùm ante finitum locationis tempus conductor moritur, l. viam. 10. & Instit. eod. §. vlt. (quocirca mortuo conductore, heres ex illius contractu conueniri debet; non vidua, nisi ipsa posteà conduxerit, vt ex suo contractu teneatur, d. l. contractus.) siue non succedat, D. eod. l. cùm in plures. 60. §. 1. ❡ Tertiò quæritur, quale 7
sit iudicium locati, vel conducti? Respondetur, esse bonæ fidei, l. præses. 17. & Instit. de action. §. actionum.
❡ Quartò quæritur, quid præstetur hoc iudicio locati 8
vel conducti? Respondetur, præstari dolum, & culpam, & diligentissimam custodiam, proinde etiam culpam leuissimam, (licèt Doctores falsò putent culpam leuissimam non præstari) non casum fortuitum, l. in iudicio. 28. & D. eod. l. item quæritur. 13. §. si gemma. & §. seq. l. si merces. 25. §. pen. & Instit. eod. §. penult. ❡ Quintò 9
quæritur, an vsuræ in hoc iudicium veniāt? Respondetur, vsuras ex mora deberi, d. l. præses. & D. de vsur. l. cùm quidam. 17. §. ex locato. non iure actionis, sed officio iudicis, D. h. t. l. quæro. 54. in princ. ❡ Sextò quæri- 10
tur, in quantum teneantur duo conductores: Hîc distinguitur: aut enim pro partibus conduxerunt, aut sunt duo rei debendi. Priori casu quilibet pro sua tantùm parte conueniri potest. Posteriori casu locator, vtrum vult, in solidum potest conuenire: sed hic potest petere, vt actio à locatore sibi cedatur contra correum, vt ab eo partem repetere possit, l. si diuisa. 13. & D. eod. l. cùm apparebit. 47. Habet etiam ex Nou. 99. beneficium diuisionis; quo fit, vt locator à singulis partes petere cogatur, si omnes sint soluendo. ❡ Septimò quæritur, 11
an alterutri conductori liceat pœnitere, & à contractu recedere? Respondetur, hoc admitti intra annum, nisi contrahentes huic beneficio renunciauerint, l. licet tēpo. 33. vbi supponitur iustam pœnitentiæ causam subesse, exemplo ædilitij edicti, vt pulchrè docet eruditissimus Cuiacius lib. 12. Obseru. cap. 38. ❡ Secundum caput, in 12
quo agitur de locatione temporali vel perpetua, diuiditur in tria segmenta. ❡ Primum segmentum est vtri- 13
que locationum generi commune: docet enim vtramque transire ad heredes, dummodò, si temporalis locatio sit, intra locationis tempus mors contigerit, l. viam. 10. & Inst. eod. §. vlt. ❡ In secundo segmento declaran- 14
tur quatuor temporalis locationis propria, quæ post finitam locationem spectantur. I. Inuitus conductor, vel eius heres non retinetur in conductione, l. inuitos. 11. II. Dominus potest eandem rem locare, cui vult: nec debet prior conductor posteriori vllam molestiam inferre, l. ne cui liceat. 32. III. Si conductor, vel eius heres rem domino restituere nolit, & in ea contumacia vsque ad sententiam definitiuam perseueret: exemplo eorum, qui alienam possessionem inuadunt, non solùm rem, sed etiam eius æstimationem restituere cogitur, quod obtinet etiam in iis, qui precariò possidentes, rei restitutionem vsque ad sententiam definitiuam differunt, l. conductores. 34. & inst. vnde vi. l. penultim. IV. Renouata conductione, etiam obligatio pignoris tacitè renouata censetur, l. legem. 16. Alia ratio est fideiussoris, qui ratione posterioris temporis non tenetur, nisi iterum se obstrinxerit, l. 7. Nam fideiussor semel liberatus non potest sine suo nouo consensu per solum rei principalis consensum retrahi in obligationem: quod etiam in pacti exceptione obtinet: nam si ex principalis

cipalis debitoris pacto exceptio fideiussori competat,
ei non potest posteriori eiusdem debitoris pacto au-
15 ferri, D. de pact.l. vlt. ¶ In tertio segmento agitur de
locatione operarum ad certum tempus; & ostenditur
hanc locationem valere, & ex bona fide seruandam
esse, l.si hi contra.. 2.quod in omnibus locationibus &
cōductionibus obtinet, D.de oblig.& l.act.2. in fin.In-
stit.de oblig. ex consen. in fin. quia hic contractus (vt
16 supr. dixi numer. 7.) est bonæ fidei. ¶ Tertium caput,
quod est de locatione rei vtendæ, seu fruendæ, diuidi-
17 tur in quatuor segmenta. ¶ In primo segmento agi-
tur de quacumque re vtenda, seu fruenda, ac dissoluun-
18 tur duæ quæstiones. ¶ Primò quæritur, qui conduce-
re prohibeantur: nam quicumque non prohibentur, si-
ne dubio conducere possunt. Prohibentur autem, I. Cu-
riales, qui quidem nec pro conductore fideiubere, vel
mandare, quemadmodum nec procurationem suscipe-
re possunt, l.curialis. 30. II. Milites: in quibus eædem
prohibitiones obtinent, quas nunc de curialibus retu-
limus, l.milites. 31.& l.vlt. Militum appellatione signi-
ficantur, qui magistris militum subsunt, & optiones, &
qui in scholis palatinis militant, d.l.vltim.vers.milites.
Sub magistris militum sunt ciues Romani, qui arma-
tam militiam exercent, supr.de offic. magist. milit. l.1.
& infr.de re milit.l.vlt.in princ. & §. vltim. Optiones
sunt auxilia fœderatorum, d.l. vlt. vers.milites. Nouel.
116.vbi fœderati a militibus distinguuntur; quia mili-
tes ibi accipiuntur angustè pro ciuibus Romanis, qui
sub dicto magistro militant. Fœderatorum duces ap-
pellantur philarchi, Nou. 102. Cuiac. ad l. 7. infr. de
exactor.tribut. Scholæ erant vndecim, d.l.vlt.vers. mi-
lites. quas recensui in Isago. infr. de priuileg. scholar.
constitutæ sub magistro officiorum, infr. eod. l. 1. & 2.
& supr.de offic.magist.offic.l. 3. In summa igitur mili-
tes fœderati, & scholares prohibentur res alienas con-
ducere; &, si contra dictam prohibitionem conducant,
ex eo contractu non datur actio, d.l.vlt.§.futuris.& mi-
litiâ conductor priuatur, infamiâ notatur, & quod post
conductionem à publico susceperit, restituit, d.l.vltim.
vers.scituros. Accusatio autem cuiuis patet, d.l.vltim.
vers.pateat. III. Rei dominus: nemo enim potest rem
suam conducere: & si per errorem conducat, non
transfert dominium in locatorem, l. qui rem. 20. qua-
propter ad probandum dominium non sufficit osten-
dere se eam rem quasi propriam locasse: conductor
enim potest dominij quæstionem mouere: & probato
dominio certum est, contractum non valere, l. ad pro-
bationem. 23. Prius tamen possessionem locatori de-
bet restituere, posteà de dominio litigare, l.si quis con-
19 ductionis. 25. ¶ Secundò quæritur, an conductor pos-
sit rem conductam alij locare? Respondetur, posse, nisi
20 ea lege conduxerit, ne alteri locaret, l.6. ¶ In secundo
segmento agitur specialiter de locatione ædium, ac
21 dissoluuntur tres quæstiones. ¶ Primò quæritur, an
inuecta illata ab inquilino in ædes conductas, sine pa-
cto expresso sint locatori obligata? Respondetur, in-
duci tacitum pignus, D.de pact.l.4. in princ. & in quib.
caus. pign.tacit.contrah.l.4.in princ.& infr. eod. l. vlt.
etiamsi ignorante domino sint res ab inquilino in ædes
illatæ, l.5. vers.quando. quoniam id fieri olim solebat:
quod autem fieri solet, id tacitè factum censetur, nisi
contrarium actum sit, D. de ædil. edi. l.quòd si nolit.
22 31.§.quia assidua. ¶ Secundò quæritur, an inquilinus
à domino expelli possit? Respondetur, non posse ante
finitum conductionis tempus expelli, dummodò pen-
sionem in solidum soluat, l. 3. alioquin expelli pote-
rit, videlicet si per biennium in solutione cessauerit,
D.h.t.l.quæro.54. §. 1.l.cùm domini. 56. Idem obtinet
in aliis locationibus, vt vectigalium, D.de publica.l.ve-
ctigalia. 10. §. 1. Tribus tamen casibus inquilinus,
etiamsi pensionem soluerit, expelli à domino potest,
qui proponuntur in d. l. 3. I. Si dominus ædibus ad
proprios vsus egeat. II. Si dominus ædes reficere ve-
lit: nam inquilinus non potest dominum impedire,
quominùs ædes reficiat: alioquin tenetur interdicto
vti possidetis. Quòd si ædes refici possint salua inquili-
ni habitatione, protestari dominus debet se non impe-
dire, ne inquilinus habitet, sed ne possideat: quia pro-
hibens reficere interuertit possessionem, D.vti posside.
l.3. §. cùm inquilinus. Cæterùm cùm ob hanc causam
inquilinus migrare cogitur, dominus ei tenetur vel ad
remissionem seu restitutionem mercedis, si necessaria
est refectio, vel quanti interest conductoris, si refe-
ctio necessaria non est, D.hoc tit.l. qui insulam. 30. in
princ. l. & hæc distinctio, 35. III. Si inquilinus malè
versetur, & ædes corrumpat: sed expulsus mercedem
sequentis temporis non debet, glos.hic. quia bona fides
non patitur, vt is domino pretium habitationis præ-
stet, quem dominus quacumque ex causa habitare non
patitur: domino autem non sufficit, quòd vel locati,
vel legis Aquiliæ actione indemnitatem consequitur,
D. hoc tit. l. si vulnerauerit. 43. & in quib. caus. pign.
tacit. contrah. l. 2. ¶ Tertiò quæritur, an hæc inqui- 23
lini obligatio, qui in re conducta malè versatus est,
putà quia ædificia destruxit, in eius heredem transeat?
Respondetur, transire, l. cùm conductorem. 29. He-
res igitur côueniri potest actione ex locato, non actio-
ne legis Aquiliæ, quæ non datur in heredem, Instit.
de lege Aquil. §. his autem verbis. & de diuers. regul.
iur.l. pupillum. 111.§. 1. nisi aut locupletior factus sit,
D.ad leg.Aquil. l.inde Neratius. 13. §. hanc actionem.
aut lis cum defuncto fuerit contestata, Institut.de per-
pet. & tempor. action. §. 1. ¶ In tertio segmento agi- 24
tur de locatione horrei: & quæritur, an dominus, qui
horreum locauit, mercium in horreo a conductore de-
positarum periculum præstet? Respondetur per distin-
ctionem: aut enim vi maiore, vt effracto à latronibus
horreo, id accidit: aut horreo illæso. Priori casu domi-
nus non tenetur, nisi custodiam nominatim in se rece-
perit: seruos tamen propter notitiam ædificiorum ex-
hibere tenetur, vt de his quæstio habeatur. Posteriori
casu tenetur, l. 1.& 4.& D.eod.l.dominus. 55. in princ.
Distinctionis ratio perspicua est: quia in locatione præ-
statur culpa etiam leuissima, non vis maior, supr. num.
8. ¶ In quarto segmento de locatione fundi dissol- 25
uuntur nouem quæstiones. ¶ Primò quæritur, quo- 26
modò contrahatur, id est, vtrùm merces tantùm in pe-
cunia numerata consistat, exemplo pretij, quod in
venditione interuenit, supr. titul. proxim.l.penultim.
& D. de contrah. empt.l.1.§.1.& Instit.eod.§.item pre-
tium. an etiam in aliis quantitatibus, vt vino, oleo, fru-
mento? Respondetur, In his quoque rebus mercedem
consistere, l.excepto. 18.l.si olei. 21. siue igitur pecunia
numerata, siue alia pecunia interueniat, vera locatio,
& conductio est, dum tamen sit merces certa. Nam
colonus partiarius non est propriè conductor: non
quia fructibus, non nummis colit; sed quia incertam
mercedem præstat, cùm certam partem fructuum in-
certorum præstet domino fundi: cùm enim plures fru-
ctus percipit, plus: cùm pauciores, minus præstat: quip-
pe qui quodam societatis iure fructus cum domino
partitur, D.h.t.l.si merces. 25. §. vis maior. ¶ Secundò 27
quæritur, quantum mercedis nomine locator à condu-
ctore exigere possit? Hic dantur tres regulæ. I. Non plus
exigitur, quàm conuênit: sed si locatio, quæ tempore
finita est, siue expressè, siue tacitè renouetur, sine dubio
etiam sequentis temporis pensiones debentur, l. le-
gem. 16. II. Conuentio, seu pactio contra regionis
consuetudinem facta, inter paciscentes seruanda est,
sed aliis non præiudicat, l. circa. 19. vbi cum Græcis,

& cum Cuiacio lib. 16. Obseru. cap. 24. legẽdum *si quid*,
non (vt in vulgatis Codicibus habetur) *si nihil*. Aliis
quoque casibus idem regulariter obtinet, vt pacta in-
ter quasdam personas facta ad alias personas non per-
tineant, D. de pact. l. si vnus. 27. §. pacta quæ turpem.
vers. ante omnia. III. Pensio propter sterilitatem re-
mittitur, seu minuitur, si modò damnum vi maiore,
& præter consuetudinem contigerit, puta cœli vitio,
aut locustarum edacitate: nec modicum, sed magnum
sit; nec pacto in se periculum conductor receperit; nec
annorum quorumdam sterilitas compensata sit cum
aliorum annorum vbertate, l. licet. 8. l. excepto. 18.
& D. eod. l. ex conducto. 15. §. si vis. l. si merces. 25.
§. vis maior. Nec refert, vtrùm conductor nummis co-
lat, an vinum, vel frumentum, vel oleum, vel quid si-
mile præstet, l. olei. 21. dummodò certam mercedem
præstet, nec sit colonus partiarius, d. l. si merces. §. vis
28 maior. ¶ Tertiò quæritur, an in fundum à colono il-
lata domino fundi obligata sint; vt suprà diximus illa-
ta ab inquilino in ædes cõductas, tacitè pignori nexa
esse domino ædium? Respondetur, non esse pignori, ni-
si voluntate domini fundi illata sint, l. 5. nam qui vult
res à colono in fundum inferri, ideo censetur hoc vel-
le, vt pignore teneantur. Sed & ex pacto procurato-
ris pignori sunt, si dominus fundi, vel mandauerit
procuratori, vt de rerum inuectarum; siue illatarum
pignore pacisceretur, vel posteà conuentionem pro-
curatoris ratam habuerit, D. de pignor. l. si inter. 21.
in princip. licèt per procuratorem obligatio pignoris
non acquiratur, D. de pignerat. action. l. solutum. 11.
§. penultim. Non est igitur ea differentia inter colo-
num, & inquilinum, quòd ex pacto tacito inquilini
res pigneratur, ex tacito pacto coloni non obligatur:
sed in vtriusque persona æquè tacitum pactum valet
ad pignus obligandum. Verùm in eo differentia posi-
ta est, quòd tacitum pactum in locatione ædium col-
ligitur ex sola rerum illatione, quæ in locatione fun-
di non sufficit; sed opus est, vt accedat voluntas domi-
ni, sicut exposui. Ratio differentiæ est: quia pactum
de rerum illatarum pignore interponi solebat in lo-
catione ædium, vt supr. notaui numer. 21. non in lo-
catione fundi, in qua sufficiebat pignus fructuum, de
quo pacisci solebant, qui fundos locabant, D. de furt.
l. si seruus. 61. §. penultim. Quoniam igitur id quod fie-
ri solet, tacitè fieri censetur, nisi contrarium expres-
sè actum sit, D. de ædil. edit. l. quòd si nolit. 31. §. quia
assidua. solebant autem, qui fundos colebant, pacis-
ci de pignore fructuum; qui verò ædes locabant, qua-
rum fructus nulli sunt, de rerum illatarum pignore
pacisci solebant: idcirco domino fundi fructus taci-
tè obligati censentur, D. in quib. caus. pign. tacit.
contrah. l. 7. in princip. domino autem ædium censen-
tur pignerata, quæ in ædes inuenta illata sunt, vt suprà
29 exposui. ¶ Quartò quæritur, si colonus in rebus suis,
quæ in fundo conducto erant, damnum vi maiore, vt
aggressura latronum, passus sit, an dominus teneatur il-
lud damnum resarcire? Respondetur, non teneri,
30 l. damnum. 12. ¶ Quintò quæritur, an locatori liceat
colonum expellere? Respondetur, non licere. Quare
si illicitè expulerit, actione ex conducto tenetur in
id quod coloni interest, in quo etiam lucri ratio habe-
tur, D. h. t. l. si fundus. 33. vers. nam etsi colonus. aut si
de pœna conuênit, pœnã colonus exiget, l. si de fundo.
31 15. ¶ Sextò quæritur, si dominus locatum fundum alij
vendiderit, an emptor colonum expellere possit: Res-
pondetur, posse, nisi ea lege emerit, ne colonum expel-
leret, aut aliquo modo locationi consenserit, l. empto-
rem. 9. & D. de vsufruct. l. arbores. 59. §. vltim. expulsus
autem colonus aget ex conducto contra locatorem, vt
consequatur quod sua interest: quod etiam in inquili-
no obtinet, D. hoc tit. l. si merces. 25. §. 1. Excipitur is,
qui conduxit à fisco: hunc enim expellere emptor
non potest; sed mercede contentus esse debet, ne fis-
cus colono teneatur, D. de iur. fisci. l. vltim. ¶ Septi- 32
mò quæritur, si fundi conductor colonis agrum co-
lentibus (hi respectu domini fundi habentur pro ser-
uis, respectu aliorum habentur pro liberis: & in hac si-
gnificatione coloni accipiuntur in tit. infr. de agric. &
censit. & aliis locis. Vt autem in specie l. 1. infr. de man-
cip. & colon. in eodem fundo sunt, dominus, emphy-
teuta, & coloni: ita in specie, quam nunc tractamus, est
dominus fundi, est conductor, & sunt etiam coloni)
ergo si his colonis conductor fundi aliquid proroga-
uerit, ac dominus posteà ex interuallo se id restitutu-
rum consenserit: quæritur, an colonus id à domino
repetere possit? Respondetur per distinctionem. Aut
enim stipulatio interuênit, & datur actio ex stipula-
tione: aut nudo pacto conuênit; & nulla actio compe-
tit, neque ex pacto, quia nudum pactum non parit
actionem; neque ex conducto, quia pactum est factum
ex interuallo, non incontinenti, proinde non potest
informare actionem ex conducto, l. si tibi. 27. ¶ Octa- 33
uò quæritur, an recedere liceat à locatione, si alius ma-
iorem mercedem offerat? Respondetur, non licere,
etiamsi merces non in pecunia numerata, sed in alia
quantitate consistat, l. si olei. 21. Fallitur ergo Accur-
sius, & quicumque alij putant non esse veram loca-
tionem, sed contractum innominatum, cùm merces
non consistit in pecunia numerata: quia constat, in
contractibus innominatis esse locum pœnitentiæ,
D. de condiction. caus. dat. l. 5. & de præscript. verb.
l. 5. ¶ Nonò quæritur, quis sit effectus finitæ loca-
tionis? Duo hic traduntur. I. Fide impleta, quia con- 34
ductor soluit quidquid ex locationis contractu debe-
bat, instrumentum euanuit, l. si conductionis. 26. con-
ductor enim ipso iure tutus est aduersus locatorem,
supr. deposit. l. 5. proinde instrumentum est inefficax, &
per condictionem sine causa reddi debet, supr. de con-
dict. ex lege. l. 2. II. Si quid conductoris in fundo fuit,
aut direptum est, id ei reddi debet, d. l. si conductionis.
ad hoc igitur tenetur locator actione ex conducto,
nisi sine eius culpa raptum ab alio fuerit, l. damnum.
12. Præterea dubitari non potest, quin conductor rem
suam à quocumque possessore vindicare possit.

¶ In quarto capite agitur de locatione operarum: ac 35
breuiter dicitur, contractum, quo operæ ad certum
tempus locatæ sunt, ex bona fide seruandum esse, l. si
hi contra. 22. nimirum quia locatio est contractus bo-
næ fidei, vt suprà docui.

¶ In quinto capite de locatione rei faciendæ tra- 36
ctantur tres species. ¶ In prima specie Epidletus ædi- 37
ficia extruenda conduxit, hic vocatur redemptor, D. de
rei vindic. l. redemptores. 39. eique datur actio ex con-
ducto: quo iudicio non solùm sortem sibi debitam
consequitur, sed etiam vsuras: quoniam est iudicium
bonæ fidei, l. 2. proinde vsuræ ex mora debentur offi-
cio iudicis, vt notaui suprà, num. 9. ¶ In secunda spe- 38
cie Hermes vectigal octauarum in quinquennium
conduxit: (nam octauæ more solito exiguntur vecti-
galium nomine, supr. de vectigal. l. 7.) Terentia-
nus verò pro Hermete fideiussit: finito quinquen-
nio idem Hermes in conductione detentus est, non
consentiente, sed cautionem, id est, instrumentum fide-
iussoriæ promissionis sibi reddi postulante Terentiano,
quæritur, an Terentianus, tamquàm fideiussor, teneatur
vltra dictum quinquennium? Respondetur, non teneri,
l. 7. quia (vt dictum est supr. num. 14. memb. 4.) fideius-
soris, qui semel liberatus est, obligatio sine nouo eius
consensu non instauratur. ¶ In tertia specie, qui fru- 39
mentum & hordeum annonæ inferendũ conduxerunt,

accepta

accepta pecunia fidem fefellerunt, id est, non intulerunt, quod promiserant, idcirco possunt actione ex locato conueniri, l. si hi qui. 14. vbi conductor pecuniam à locatore accipit, quia faciendum, id est, frumentum vehendum conduxit: cùm enim res fruenda vel vtenda locatur, conductor locatori pecuniam soluit, vt cùm quis ædes, aut fundum, aut nauem conduxit.

Tit. LXVI. De iure emphyteutico.

I. in princ. 1. 4.	§. j. 12.
§. j. 5. 6.	§. *sed ne hac occasione.* 12.
§. *ita vt.* 7.	§. *necessitatem.* 14. j.
II. in princip. 5. 6.	§. *& ne auaritia.* 14. y.
§. j. 8.	§. *pen.* 14. *sy.*
§. *vltim.* 11.	§. *vlt.* 14. *p.*
III. in princip. 6.	

1
CVm de venditione, & locatione dictum sit: superest, vt videamus de emphyteusi, quæ partim venditioni, partim locationi similis est. Quatenus enim dominium vtile transfertur in emphyteutam, venditioni: quatenus autem dominium directum non transfertur, locationi: denique quatenus solo consensu contrahitur, vtrique contractui similis est: sed eo differt, quod est contractus iuris ciuilis, vtpotè constitutus à Zenone, l. 1. cùm venditio, & locatio
2 sint iuris gentium, D. de iust. & iure, l. 5. ¶ Est igitur emphyteusis, contractus solo consensu constans, quo id agitur, vt dominio directo retento, vtile dominium trãsferatur in emphyteutã, hac lege, vt in recognitionem directi dominij annuam pensionem soluat, D. si ager vectigal. id est, emphyteut. pet. l. 1. & 2. in princip. & Institut. de locat. §. adeo. Dixi hunc contractum solo consensu constare, licet Doctores scripturam requi-
3 rant: quorum sententiam mox reprobabo. ¶ Hic titulus
4 diuiditur in tria capita. ¶ Primo capite constituitur, vt emphyteusis sit contractus à venditione & locatione distinctus: cùm olim alij putarent esse speciem venditionis, quia dominium vtile in emphyteutam transfertur: alij speciem locationis, quia dominium directum non transfertur, vt suprà dixi: sed cùm tradens in emphyteusim, dominium directum retineat, & in eius recognitionem accipiat annuum canonem quasi à conductore, non potest dici vendere: rursus cùm dominium vtile transferat, non potest dici locare: quapropter rectè dicimus esse contractum à venditione &
5 à locatione diuersum, l. 1. in princip. ¶ Secundo capite quæritur, an hic contractus scripturam requirat? Certum est, ante constitutionem Zenonis non fuisse scripturam necessariam, cùm enim alij assererent esse speciem venditionis, alij speciem locationis: vtrauis opinio verior esset, scriptura opus non erat; cùm nec venditio, nec locatio scripturam desideret. Zeno autem secundum Doctores scripturam adhiberi iubet, l. 1. §. 1. Atqui Zeno non simpliciter constituit, vt scriptura interponatur: sed vt si specialia quædam pacta inter contrahentes fiant, ea in scriptis redigantur, vt ex ipsis verbis legis patet: inquit enim Zeno, *pactionibus scriptura interueniente habitis*, d. l. 1. §. 1. & Iustin. in l. 2. in princ. *si quidem*, inquit, *aliqua pactiones in emphyteuticis instrumentis fuerint conscripta*: pactis igitur cessantibus, scriptura non exigitur. Quare cùm contractus ex sua natura, quam à iure habent, non ex pactis contrahentium, quæ infinita & incerta sunt, æstimentur: profectò dicendum est, emphyteusim nudo consensu constare. Non est ignorandum discrimẽ venditionis, & emphyteuseos. Nam venditio non requirit scripturam, nisi inter contrahentes conuenerit, vt scriptura fieret: quod & alijs contractibus cõmune est, sup. de fid. instrumen. l. contractus. 17. emphyteusis autẽ scripturam desiderat, nõ solùm si inter contrahentes conuenerit, vt scriptura interponeretur, sed etiam si quæuis pacta ad informandum contractum adhibeantur. In summa, natura huius contractus scripturam non requirit: pacta si quæ adiungantur, scripturam desiderant.

¶ Capite tertio declarantur effectus huius contra- 6
ctus: vbi sic distinguitur: Aut pacta interuenerunt, aut nulla sunt. Priori casu pacta super omnibus articulis sunt seruanda, dummodò (vt modò docui) scripta sint, d. l. 1. §. 1. l. 2. in princip. l. vlt. in princip. Posteriori casu seruanda est natura huius contractus: quæ vt intelligatur, tres quæstiones deciduntur. ¶ Primò 7
quæritur, vtrùm rei periculum ad dominum, an ad emphiteutam pertineat? Respondetur per distinctionem. Aut enim pars perijt, aut totum. Priori casu periculum est emphiteutæ, qui nihilominùs integram pensionem annuatim soluere debet sine deminutione. Posteriori casu periculum est domini, qui nihil poterit amplius exigere ab emphiteuta, d. l. 1. §. vlt. & Instit. de locat. §. adeo. ¶ Secundò quæritur, an emphyteu- 8
ta ob non solutum canonem, vel apocham solutorum tributorum non præbitam, expelli à domino possit: quoniam ei debet emphyteuta annuum canonem soluere: debet etiam publicas functiones à prædio emphyteutico debitas soluere, & apochas domino præstare: quæritur ergo, si officium non faciat, an expelli possit? Respondetur per distinctionem: quoniam expelli ante triennium nequit: si verò per triennium cessauerit, licèt à domino non fuerit interpellatus, tamen rectè expelletur: quia non interpellationem expectare, sed sponte sua offerre debet, l. 2. §. 1. atque huc transferri potest ea iuris regula, Dies interpellat pro homine: vnde cùm certa anni die pensionem soluere debeat, dies illa censetur emphytentam interpellare, & in mora constituere. ¶ Nota primò, quod dictum est 9
de triennio, obtinere in emphyteusi à priuatis constituta: quia tam in emphyteusi ecclesiastica, Nouel. 7. cap. 3. §. scire. & Nouel. 120. cap. 8. quàm in locatione, non triennium, sed biennium spectatur, D. locati. l. quæro. 54. §. 1. ¶ Nota secundò, emphyteutam posse 10
expelli etiam ex alia causa, id est, si rem deteriorem reddat, d. Nouel. 120. cap. 8. ¶ Nota tertiò si domi- 11
nus nolit pensionem, vel tributorum apochas ab emphiteuta accipere, vt ei negotium posteà facessat, quasi pensiones non soluerit, aut tributorum apochas non præstiterit, emphyteutam debere illa domino offerre, eòque non accipiente obsignare, & in publico deponere: sic enim perinde tutus erit, ac si soluisset, l. 2. §. vlt. ¶ Tertiò quæritur, an emphyteuta possit suas meliorationes alij vendere, seu ius suum ad alium transferre? Respondetur, eum non posse pro libitu alie- 12
nare, l. vlt. §. 1. sed priùs debere attestationem domino mittere, qua ei significet, quantum pretij accipere ab alio possit: vt dominus eodem pretio possit, si velit, intra duos menses emere: duobus autem mensibus elapsis, nec emente domino, emphyteuta cuiuis alij vendere potest exceptis certis personis, vt militibus, & potentioribus, d. l. vlt. §. sed ne hac occasione. ¶ Hæc ita in venditione obtinent. Cæterùm emphyteuta domino irrequisito potest rem donare, infr. de fund. patrimon. 13
l. 1. vel pignerare, D. de pigner. actio. l. tutor. 16. §. vltim. & vsumfructum alteri constituere, D. quib. modis vsusfruct. amitti. l. 1. in princip. & seruitutem imponere, arg. l. 1. §. vltim. D. de superficieb. quin etiam permutare, vt Cuiacius ad l. vlt. rectè probat: quia non, vt vendituro emphyteutæ dominus potest offerre idem pretium, ita permutaturo potest offerre eandem rem. Multò magis legare potest vel aliàs in vltima voluntate relinquere

relinquere, quia hæc lex loquitur tantùm de alienatione inter viuos. Immo de sola (vt opinor) venditione: quia promiscuè venditionis, & alienationis vocabulis vtitur, & modò nouum emphyteutam, modò emptorem appellat: sic & in l. 1. alienatio pro venditione accipitur, vel ipso Iustiniano interprete in §. adeo. Institut. de locat. & conduct. Ex dictis patet, nec si emphyteuta prędium emphyteuticum in dotem det, nec si alio quouis modo pręter vénditionem alienet,
14 requiri consensum domini. ¶ Iam dicamus de venditionis effectu. Aut emphyteuta præcepta modò tradita neglexit, aut ea seruauit. Priori casu cadit iure emphyteutico, l. vltim. §. vltim. addenda igitur est hæc causa aliis suprà expositis num. 8. & 10. propter quas emphyteuta expelli à domino potest. Posteriori casu hæc traduntur. I. Dominus tenetur nouum emphyteutam in possessionem admittere, non per conductorem, vel per procuratorem, sed per semetipsum, id est, vel per suam epistolam, vel per depositionem verbo tenus factam, vel per attestationem scripto comprehensam. Fit autem in vrbe depositio apud magistratum census: attestatio præsentibus tabularijs: in prouinciis vtraque fit apud præsides, vel ciuitatum defensores, d. l. vltim. §. necessitatem. Depositionem intellige, quæ sine scriptura fit, vt infr. de prox. sacr. scrin. l. in sacris. 12. §. quæ omnia. & §. seq. attestationem verò, seu testationem, quæ fit in scriptis, vt D. de sponsalib. l. 7. in princip. II. Dominus pro nouo emphyteuta recipiendo potest *ἐνθετικὸν* exigere, quod Doctores laudemium appellant: huius autem quantitas non excedit quinquagesimam pretij partem, d. l. vltim. §. & ne auaritia. Hoc ego puto à solo emptore deberi: quia (vt supr. notaui) hæc lex de sola venditione loquitur. Nec moueor illis verbis, *quinquagesimam partem pretij, vel æstimationis loci, qui ad aliam personam transfertur accipere*; quibus mouetur Cuiacius, quasi pretium ad venditionem, æstimatio ad alias causas referatur. Nam pretium & rei æstimatio pro eodem accipiuntur: nec aliter inter se differunt, quàm definitio & definitum: si quis enim quærat, quid sit pretium? rectè respondebitur esse rei æstimationem: sicut interrogati, quid sit merces? rectè dicemus esse vsus, vel operæ æstimationem. Denique æstimatio est genus pretij, & æstimationis addita *rei* differentia separat pretium à mercede. III. Si dominus nouum emphyteutam siue emptorem suscipere noluerit, post duos menses permittitur emphyteutæ ius suum etiam inuito domino, cui attestationem (vt suprà diximus) misit, ad alium transferre, d. l. vltim. §. penultim. tuncque nullum *ἐνθετικὸν*, seu laudemium debetur, Cuiac. ibi.

IVL. PACII A BERIGA I. C.

ANALYSIS LIBRI V. CODICIS.

Tit I. De sponsalibus, & arris sponsalitijs & proxeneticis.

I. 7.	*IV.* 2 4.
II. 2. 3.	*V.* 10.
III. 11.	*VI.* 12.



1 Væ superiori libro exposita sunt, in Digestis continentur sub generali titulo de rebus: nam quartus liber Codicis proportione respondet tertiæ parti Digestorum: hoc autem libro dicendum de personis, id est, de conuentionibus, quæ fiunt de ipsis personis, non vt præcedentes, de rebus. Porro vt de rebus, ita etiam de personis, alij sunt contractus, qui mutuo consensu fiunt, vt sponsalia, nuptię, concubinatus; alij quasi contractus, qui non habent mutuum consensum, vt tutela, Institut. de obligat. quæ qua. ex contrac. §. tutores. cui persimilis est curatio, quæ multa habet cum tutela communia. Quapropter materia huius quinti libri sunt sponsalia, nuptiæ, concubinatus, tutelæ, & curationes. Alia in horum gratiam adiunguntur; vt dotes, donationes nuptiales, & liberorum consideratio, sicut suis locis explicabitur. Initio dicendum de sponsalibus, quibus accidunt arræ, & proxe-
2 netica. ¶ Sponsalia definiuntur, mentio & repromissio futurarum nuptiarum, D. hoc t. l. 1. Dicta sunt autem à spondendo: quia veteres solebant stipulari & spondere vxores futuras. Itáque à spondendo, sponsi, sponsæ, & sponsaliorum appellationes ortæ sunt, D. eod. l. 2. & 3. Hodie tamen etiam nudo consensu sponsalia con-
3 trahi possunt, D. eo. l. 4. & l. sponsalia, 11. ¶ Arræ sponsalitiæ sunt, quæ sponsæ à sponso dantur in argumentum contractorum sponsalium, vt his impletis, id est, nuptiis contractis, reddantur, vel in donationem propter nuptias imputentur. ¶ Proxenetica, de quibus hîc 4
agitur, sunt præmia, quæ dantur consiliatoribus sponsalium, vel nuptiarum. ¶ Quoniam igitur de his tribus 5
coniunctim agitur, tres sunt partes huius tituli.
¶ In prima parte de sponsalibus dissoluuntur duæ quæ- 6
stiones. ¶ Primò quæritur, an puella desponsata possit, 7
renunciare sponsalibus, & alteri nubere: Respondetur, posse, l. 1. Intellige, eam sponsalibus impunè renunciare, si ex iuxta causa id faciat: vel arras in duplum reddere, si iustam causam renunciandi sponsalibus non habeat, vt posterius exponam, vbi agam de arris sponsa-
litijs. ¶ Secundò quæritur, quæ sint iustæ causæ, pro- 8
pter quas puella impunè sponsalibus renunciat? Hîc duæ causæ considerantur: quarum vna probatur, altera reprobatur. I. Si sponsus intra biennium nuptias non exequatur: puella elapso biennio impunè ad alia vota transit, l. 2. nisi vel aliud conuenerit, quia standum est conuentioni, extr. eod. c. sicut. 22. vel sponsus in alijs prouincijs peregrinatur: tunc enim expectatur triennium, infr. de repud. l. 2. & omnino nisi iusta causa nuptias distulerit, vt sponsi necessaria absentia, aduersa valetudo, mortes parentum, accusatio capitalis: quib. casib. tamdiu expectare oportet, quamdiu impedimentum nuptiarum manet, D. eod. l. penultim. II. Si pater puellæ mortuus sit: sponsalia nihilominus rata manent; nec possunt per tutorem, vel curatorem dissolui: quia potior est patris, quàm horum auctoritas; immo nec voluntas puellæ libera est, quia feminarum consilium sæpe ipsarum commodis repugnat, l. 4.
¶ In secunda parte de arris sponsalitijs quæritur, 9
quid iuris sit, si matrimonium vel repudio, vel morte secutum non sit? Huius igitur partis duo sunt capita.

¶ In tertia

10 ¶In priori capite de repudio ſic diſtinguitur. Aut matrimonium inter perſonas, quæ ſponſalia contraxerunt, eſt prohibitum, aut permiſſum. Si ſit prohibitum, arræ redduntur, l.5.§.1.& ſupr.de epiſcop. audient. l.ſi legibus.16.Si ſit permiſſum : aut renunciatur ſponſalibus ex iuxta cauſa ; vt propter turpem, vel prodigam, vel impudicam conuerſationem, vel religionis, ſeu ſectæ diuerſitatem, (nam falſa religio rectiùs ſecta, Græcè hæreſis, quàm religio appellatur,)vel quia vir coire nequit: aut ſine iuſta cauſa. Si ſine iuſta cauſa ſpõſalibus renuncietur, ſubdiſtinguitur. Aut enim cõtrahentes ſtipulati ſunt, vt qui temerè ſpõſalibus renunciauerit, certã penam præſtaret: aut nihil de pœna conuenit. Priori caſu pœna deberi poteſt vſque ad quadruplum, in quo datæ arræ imputantur, d.l.5.§.penultim. vltra hanc pœnam ſtipulatio non valet; quia matrimonia debent eſſe libera, d.l.5.§. vltim. & cùm matrimonia non metu pœnæ, ſed amore contrahi debeant: inhoneſtum videtur, ea, ſiue futura, ſiue iam contracta ſint, metu pœnæ obſtringi. D.de verbor.obligat.l.Titia.134.in princ. Aliud tamen Leoni viſum eſt, qui Nou.18. conſuetudine ſtipulationem pœnalem receptam eſſe ait, eamque diſertè confirmat. Poſteriori caſu, quo de pœna nihil conuenit, ſubdiſtinguitur. Nam ſi mulier maior viginti quinque annis arras accepit, deinde renunciet ſponſalibus, duplum reſtituit. Si verò in minori ætate conſtituta, per ſe, vel per tutorem, ſeu curatorem, ſiue aliam perſonam arras accepit, ſimplum reſtituit. Sed ſi pater, vel mater puellæ accepit, duplum reſtituit, d.l.5. in princip. Eadem diſtinctio obtinet ex parte ſponſi, id eſt, ſponſus maior, vel pater, ſeu mater ſponſi arras à ſe datas perdit: ſponſus minor, ſi arras dederit, eas recipit, d.l.5.§.quæ omnia. Quod ſi ex iuſta cauſa repudium mittatur, ſubdiſtinguitur : aut enim eam cauſam is qui repudium miſit, ante ſponſalia contracta ignorabat, aut ſciebat. Si ignorabat, tantùm arræ redduntur. Si ſciebat, ſibi debet imputare: & perinde habetur, ac ſi ſine iuſta cauſa repudium mitteret, d.l.5.§.his illud.

11 ¶In poſteriori capite de morte ſponſi, vel ſponſæ ſtatuitur, vt arræ datæ reſtituantur, niſi cauſam, vt nuptiæ non celebrarentur, defuncta perſona iam præbuerat, l. 3.id eſt, niſi antequam moreretur, ſponſalibus renunciauit : hinc enim ea obtinent, quæ ſuprà de repudio diximus, nulla habita ratione mortis poſteà ſecutæ.

12 ¶In tertia parte, quæ eſt de proxeneticis, lex mauult quidem proxenetam, qui nuptias conciliat, nihil eo nomine accipere: patitur tamen eos exigere, non ſine conuentione : ſed ſi conuentio interuenerit, id eſt, (vt Cuiacius ſecundum rationem iuris interpretatur) ſi præmium proxenetæ ſtipulanti promiſſum ſit : quia ex nudo pacto conſtat non dari actionem, D.de pact.l.7. §. ſed & ſi in alium. ſtipulatione autem interueniente nec vltra viceſimam partem dotis & donationis propter nuptias actionem concedit, ſi dos vſque ad ducentas auri libras conſiſtat : nec vltra decem libras auri, quantacumque ſit dotis quantitas. Si quis autem plus acceperit, reſtituere id cogitur per condictionem indebiti ; quæ heredi, & contra heredem competit: & inſuper luit pœnam decem librarum auri, l.vltim.

Tit. II. Si rector prouinciæ, vel ad eum pertinentes, ſponſalia dederint.

1 DE ſponſalibus rectoris prouinciæ, vel alîus in prouincia officium adminiſtrãtis, quem prouinciales meritò metuunt ; & eorum, qui ad illum pertinent, vt liberorum, propinquorum, conſiliariorum, quibus ipſe adminiſtrator fauit, & quoquo modo opem tulit, duo in l. vn. huius tit. ſtatuuntur. I. Vt ſi arras ſponſalitias dederint (hæ vocantur ſponſalia in hac rubrica, vt & in l.1.in fi. infr. ſi nupt.ex reſcript.pet.& pignora. l.vn. in princip.) repetere non poſſint, licet puella, vel eius parentes voluntatem mutauerint, & neque nuptias exequi, neque arras reddere velint. Alij verò officium aliquod adminiſtrantes in prouincia, nuptias tantùm, non etiam ſponſalia cum muliere eius prouinciæ contrahere prohibentur : & poſt depoſitum officium, ſi mulier ſponſaliorum fidem præſtare, ac nubere nolit, arras recipiunt, D. de ritu nuptiar. l. ſi quis officium. 38. II. Vt matrimonium perfici poſſit, non officiu durante, ſed poſt officium depoſitum, ſi puellæ conſenſus accedat, d.l.ſi quis officium.

Tit. III. De donationibus ante nuptias, vel propter nuptias, & ſponſalitius.

I. 18. *j.* 21.	*XVI.* 25. *p.*
II. 25. *p.*	*XVII.* 6.
III. 22. *ij.*	*XVIII.* 8. *ij.*
IV. 18. *ij.*	*XIX. in princ.* 3.10. j.
V. 22. *j.*	§. *j.* 3.
VI. 18. *iij.*	§. *pactis.* 12. *j.*
VII. 25 *p.*	§. *penultim.* 13.
VIII. 24.	§. *vltim.* 11.
IX. 19. 25. j.	*XX. in princip.* 3.10. *j.*
X. 25. *ij.*	§. *& ſi quidem.* 12. *ij. iij.*
XI. 25.	§. *ſimilique modo ſi facta.* 3.7.
XII. 20. 25. *iij.*	§. *ſimilique modo & ea.* 10. j.
XIII. 8. *j.*	§. *vltim.* 14.
XIV. 25. *iv.*	
XV. 25. *p.*	

DVo potiſſimum nuptias antecedebant, ſpon- 1
ſalia, & donationes : ſed hodie quædam donationes etiam ſtantibus nuptiis fieri poſſunt, vt mox docebo; poſtquam igitur de ſponſalibus; & de arris, ac proxeneticis, quæ ſponſalibus accedunt, dictum eſt : conſequenter de donationibus dicendũ, quæ inter ſponſos ſpectantur: fiunt autem partim nuptiarum, & dotis; partim nuptiarum dumtaxat contemplatione : illæ vocantur donationes ante nuptias, vel propter nuptias; quia olim tantùm ante nuptias contractas fieri poterant : hodie verò etiam poſt contractas nuptias fieri poſſunt : hæ appellantur munera ſponſalitia. Duæ ſunt igitur partes huius tituli. ¶ Prior pars, quę eſt de donationibus propter nup- 2
tias diuiditur in quinque capita.

¶ Primum caput eſt de nomine huius donationis. 3
Olim vocabatur ante nuptias, quia (vt modo dixi,) tantùm ante nuptias contractas fieri poterat. Primus Iuſtinus conſtituit, vt poſt nuptias aucta dote, etiam donatio propter nuptias augeri, vel conſtitui poſſet; non tamen illud nomen, *ante nuptias*, mutauit, l. penult. in princip. & §. 1. Poſteà Iuſtinianus ſimpliciter conſtituit, vt non ſolum ante, ſed etiam poſt nuptias contractas æquè conſtitui, atque augeri poſſit : & propter nuptias appellari iuſſit, l. vltim.in princip. & §.ſimili-
que modo ſi facta. ¶ Secundo capite agitur de hac 4
donatione conſtituenda: vbi tres quæſtiones deciduntur.

¶Primò quæritur, vtrùm ante nuptias, an ſtantibus 5
nuptijs fieri poſſit? Cui quæſtioni nuperrimè ſatisfe-
ci.¶Secundò quæritur, vtrum neceſſaria ſit inſinuatio, 6
an etiam ſine inſinuatione facta donatio valeat: Reſpondetur, inſinuationem iure Codicis eſſe neceſſariam, niſi aut facta ſit intra legitimam quantitatem, id eſt, vſque ad quingentos aureos, aut collata ſit in

minorem

minorem viginti quinque annis, l.minorib. 17.& infr.
de iur.dot.l.vltim.§.1.& infr.de donat.l.sancimus, 34.
§. his insuper. l.si quis pro redemptione. 36. §. vltim.
Sed ex Nou. 119. cap. 1. insinuatio non est necessaria.
Ex Nouel.autem. 127. cap. 1. insinuatio non est necessaria respectu mulieris; quia donatio valet, ac mulieri
prodest, licet insinuata non sit: sed est necessaria ex parte mariti, qui nihil ex pactis dotalibus lucratur, nisi donationem à se propter nuptias factam insinuari curauerit. ¶ Tertiò quæritur, quando insinuari possit? Respondetur, non solùm ante nuptias, sed etiam his con-
7 tractis posse insinuari, l. vltim. §. similique modo si fa-
8 cta. ¶ Tertio capite de effectu huius donationis duo
traduntur. I. Si sponsus sponsæ res donauerit, deinde
nuptiæ secutæ sint, creditores mariti non possint per
actionem hypothecariam res mulieri auferre, nisi hypotheca sit donatione antiquior, l. de rebus. 13. II.
Si quis in vxorem donationem propter nuptias contulerit, deinde morte mulieris solutum sit matrimonium, maritus non tenetur res donatas seruare liberis eius matrimonij: siue ad secundas nuptias transierit, siue in viduitate manserit: quemadmodum nec
mulier soluto per viri mortem matrimonio tenetur
dotem liberis seruare, siue in viduitate permaneat, siue
ad secunda vota transeat, l.si liberis. 18. Vnde nota
coniugem superstitem seruare debere communibus liberis, quod à defuncto coniuge accepit, non quod ipse
in coniugem contulit: quare mulier non dotem, sed donationem propter nuptias; contrà vir dotem, non do-
9 natione propter nuptias seruare liberis debet. ¶ Quarto capite declarantur tria huius donationis acciden-
10 tia. ¶ Primum accidens est auctio: de qua duo notentur. I. Hæc donatio potest augeri, non solum ante nuptias, sed etiam stantibus nuptiis, quod quidem Iustinus ita demum concessit, si stantibus nuptijs dos augeatur, l.penultim. in princip. Iustinianus verò simpliciter permisit, dummodò non excedat dotis quantitatem: cùm enim ita constitui hanc donationem permiserit, l. vltim. in princip. probabile est eum de
donationis augmento idem statuisse ea constitutione,
quæ desideratur, sed citatur, d.l.vltim.§.penultim. II.
Olim pro libitu dos, vel donatio propter nuptias augebatur, vel non augebatur: hodie si mulier dotem
augere velit, etiam vir cogitur augere donationē propter nuptias: & contrà si vir augere velit donationem
propter nuptias, etiam mulier cogitur augere dotem.
Quę dixi de viro & vxore; eadem intellige de alijs personis, tam ex parte mariti, quàm ex parte vxoris, Nou.
7.c.2. ¶ Secundum accidens est deminutio: vbi notandum, dotem, & propter nuptias donationem minui
11 partium consensu posse, excepto casu secundarum nuptiarum: quia in secundo matrimonio nec dos, nec donatio minui potest, ne præiudicium fiat liberis ex
priori matrimonio susceptis, d. l. penult. §. sed etsi è
contrario. & Nouel. 22. cap. 31. ¶ Tertium accidens
sunt pacta de restituenda, vel retinenda donatione
12 propter nuptias: de quibus notanda quatuor sunt. I.
Pacta de reddenda, aut retinenda dote, vel donatione
propter nuptias fieri tam ante contractas nuptias,
quàm stantibus noptijs possunt, d.l.penult. §. pactis. II.
Si pacta de donatione propter nuptias prætermissa
sint, ad hanc transferuntur pacta super dote facta, d.
l.vlt.§.1. III. Iure Codicis dos & donatio propter nuptias possunt esse inæqualis quantitatis; sed pars, quæ
ex dote vel ex donatione retinētur, debet esse æqualis,
verbi gratiâ, si maritus paciscatur de lucranda tertia
parte dotis, si mulier in matrimonio sine liberis decesserit; mulier autem paciscatur de lucranda dimidia
parte donationis propter nuptias, si vir in matrimonio
sine liberis decesserit: hoc pactum de dimidia non valet, nisi vsque ad tertiam partem, id est, præmoriente
marito sine liberis, mulier tantùm tertiam partem dotis lucratur, quia si ipsa in matrimonio sine liberis
decessisset, tantùm tertiam dotis partem maritus lucratus fuisset: disparibus enim lucri partibus in pacta
deductis, id accipimus, quod est minus, d.l.vlt. §. 1. &
infr.de pact.conuen.l. ex morte. 9. & l.penult. sed iure
nouissimo necesse est, non solùm lucra, sed etiam
quantitates dotis & donationis propter nuptias esse
æquales, adeo vt tantum donetur, quantum in dotem
datum est, & tantundem lucretur maritus ex dote,
quantum lucratur mulier ex donatione propter nuptias, Nouel. 97. cap. 1. Coniun. quæ scripsi inf. de pact.
conu.no.9.10.11. IV. Nouissimè constitutum est, vt
si dos soluta non sit, nihil mulier ex donatione propter
nuptias lucretur, & si tantùm pars dotis soluta fuerit,
pro ea tantùm parte mulier lucrum capiat, Nouel. 2.
cap. vlt. Sed vt in alijs casibus, ita etiam hoc casu si quis
oblatam dotem vel donationem accipere nolit, consignatio, & depositio vim solutionis habet, Nouel. 91.
cap. 2. ¶ Quartum accidens est hypotheca, de qua 13
constituitur, vt, cum ius hypothecæ in augenda dote
vel donatione propter nuptias contrahitur, ex eo tempore hypotheca teneat, ex quo contracta est, id est, à die
augmenti, non retrò à die dotis, vel donationis constitutæ, d.l.penult. §. iura. ¶ Quintum caput à simplici do- 14
natione, de qua dicetur infr. tit. 16. distinguit donationem propter nuptias, de qua hoc titulo agitur: quamuis
enim Iustinianus hāc fieri, vel augeri permittat etiam
stantibus noptijs, non tamen iuribus donationem inter
virum & vxorem prohibentibus derogat, d.l.vlt.§.vlt.
¶ Secunda tituli pars, quæ est de muneribus spōsalitiis,
diuiditur in duo capita. ¶ Primo capite agitur de spon- 15
salitia donatione cōstituenda: vbi tres modi cōsideran- 16
tur. ¶ Primus modus est traditio, quæ consideratur tribus casibus. ¶ Primus casus est, cùm spōsus donat spon- 17
sæ, hæc donatio valet, dummodò fiat ante nuptias, non 18
post contractas nuptias, D. de donat. int. vir. &
vxor.l.5.in princip.l.inter.27.l. cùm hic status. 32. §. si
quis sponsam.& l.pen.& D.de donat.l. 1.§.1. Hinc tria
colliguntur. I. Si sponsus donet sponsæ, postcaque res
donatas accipiat ab ea in dotem: tam donatio, quàm
dotis constitutio valet: cùm enim res ante nuptias donentur, mulieris fiunt: & cùm mulieris factæ sint, rectè
in dotem dantur: quare soluto matrimonio eædem res
rectè repetuntur, l. 1. actione ex stipulatu, infr. de rei
vxor. act.l. vn. §. 1. II. Si sponsus donet sponsæ hac
lege, vt dominium eius fiat post contractas nuptias,
donatio non valet: quia paria sunt, aliquid facere tempore licito, & conferre in tempus illicitum, l. 4. &
D.de donat.inter vir.& vxo.l.si res 12.in princip.l. cum
hic status. 32. §. si sponsus. III. Si ipsa die nuptiarum
donatum sit; nec constet, vtrum ante, an post contractas nuptias donatio facta sit: ad coniecturas & præsumptiones confugimus: quare si mulier domi suæ
munus acceperit, donatio valet: quia præsumitur ante
nuptias facta: si in domo viri acceperit, donatio non
valet, quia præsumitur facta post nuptias contractas, l.
6. ¶ Secundus casus est, cùm mater sponsi donat 19
sponsæ, id est, futuræ nurui suæ: quo casu traditur donatricem non posse pœnitere, ac donationem reuocare, l. cùm te. 9. ¶ Tertius casus est, cùm mater puellæ 20
donat illius sponso, vel marito, id est, futuro, vel præsenti genero. Hæc donatio ab initio consistit, nec potest per pœnitentiam reuocari, & si simpliciter facta
sit non adiecto pacto repetendi, si diuortium secutum fuerit, non dissoluitur ob diuortium postea secutum, l. si mater. 12. & infr.de donat.int.vir. & vxo.
l.si te 23. Obiter nota, etiam stante matrimonio socrum posse donare genero, vel nurui, quia donatio
prohibita

prohibita est tãtummodò inter virum & vxorem, necnon inter eas personas quæ ex parte viri, vel vxoris inter se ratione potestatis coniunctæ sunt: veluti si mulier donet filio, qui est in potestate mariti: inter socrũ autem & generũ, vel nurum potestatis vinculum nul-
20 lum est, vide l.3.§.qui in eiusdẽ. cum 5.paragraphis se-
21 quentib. D.de donat.int. vir. & vxor. ¶ Secundus modus est falsa dotis confessio, nempe si vir donandi animo dotem auxerit, fatendo se accepisse, quod non accepit; hæc donatio non valet, l.1. quia cùm dos sine matrimonio esse nõ possit, D.de iur. dot.l.3. profectò hæc donatio vel tempore matrimonij facta est, vel saltem
22 in tempus matrimonij collata. ¶ Tertius modus est promissio: de qua duo traduntur. I. Si quis ficto cœlibatu, cùm vxorem haberet, sponsalia cum Titia contraxerit, & sponsalium nomine se aliquid eidem Titiæ daturum promiserit: quia Titia verè sponsa dici non potest, consequenter ea, quæ sibi quasi sponsæ promissa sunt, cum effectu petere nequit, l.5. II. Mulier, quæ virum in dote decepit, si sponsalium nomine promissa
23 petat, exceptione doli mali repellitur, l.3. ¶ Secundo capite agitur de effectu validæ donationis, ac dissoluũ-
24 tur duæ quæstiones. ¶ Primò quæritur, an is, qui rem donauit, eam alienare inter viuos, aut in vltima voluntate possit? Respondetur, non posse, l.si ante.8. In cuius legis specie notandæ sunt tres circumstantiæ. I. Donator ponitur maior vigintiquinque annis, vt donatio cum effectu consistat; & neque sit ipso iure nulla, si facta sit sine curatore ab eo qui curatorem habet; neque rescindi possit per restitutionem in integrum, si facta sit curatore auctore, vel ab eo qui curatore caret, supr.de in integr.restit. maior.l.3. II. Fingitur donasse ante contractum matrimonium: quia stante matrimonio scimus donationes inter virum & vxorem prohibitas esse. Nihil autem nocet, ante sponsalia donatum esse, cùm posteà secuta sint sponsalia: quemadmodum doti non nocet, quòd ante nuptias sit constituta, si posteà nuptiæ sequantur, D.de iur. dot. l.quia autem.23.l.non enim.37.l.licet.43.§.1. III. Ponitur donator rem tradidisse donatariæ, vt dominium sit ad eã translatum. Hinc enim efficitur, vt donator non possit
25 dominium in donatariam collatum, posteà quouis titulo ad alium transferre. ¶ Secundò quæritur, an possit donatio reuocari, & id repeti, quod donatum fuit? Respondetur per distinctionem, & subdistinctiones. Aut enim pactum de rebus restituendis intercessit, aut nullum pactum interuênit. Si pactum factum fuerit, seruari debet: & quamuis donator pactus sit, vt res distracto matrimonio apud se, vel heredem suum remanerent, nihilominùs eius heres perinde res donatas & traditas repetere potest, ac si donator pactus fuisset, vt res sibi, vel heredi suo restituerẽtur, l.7. interdum enim dicitur manere, quod restituitur, Instit. de rer. diuis. §. alia. Si verò pactum non intercesserit, subdistinguitur: quia vel nuptiæ secutæ non sunt, vel secutæ sunt. Si nuptiæ secutæ non sunt, aut hoc contigit culpa donantis, aut culpâ donatarij, seu donatariæ, aut morte sponsi, vel sponsæ. Si per donantem stetit, quò minùs nuptiæ sequerentur, donatio rata est, adeo vt donator vel donatrix non repetat, quod ex ea causa tradidit: immo donatario, seu donatariæ, vel eius heredi præstare cogatur, quod nondum tradidit. Sin autem per donatarium seu, donatariam stetit, donatio vires amittit; ac donator vel donatrix potest, quòd dedit, condicere (id est, condictione sine causa repetere) vel vtili in rem actione vindicare, l.2.& l.cùm veterum.15. Cùm autem mors impedimento fuit, quò minùs nuptiæ contraherentur, donatio à sponsa facta, indistinctè infirmatur: donatio verò facta à sponso, si osculum non interuenerit, similiter infirmatur: sin autem osculum interuenerit, pro dimidia parte permanet, pro altera dimidia infirmatur, l.si tibi.11.& l.si à sponso.16. Quòd si nuptiæ secutæ sint: donatio reuocari non potest. Hæc autem regula multis modis producitur. I. Donatio non potest per rescriptum principis infirmari, l.cum te.9. II. Si inuicem donatum sit: altero rapiente quod donauit, non datur alteri repetitio eius quod donauit, sed petitio eius quod raptum fuit. Verbi gratiâ, si sponsus sponsæ mancipiũ, ac sponsæ mater iumenta sponso donauit: sponsus, qui posteà secutis nuptiis mancipium rapuit, non iumenta socrui, sed mancipium vxori restituere tenetur, l. si filiæ.10. III. Siue futuro genero, siue ei qui iam est gener, mulier donauerit: nuptiis diuortio solutis, non potest donatum repetere, nisi ea lege donauit, vt soluto matrimonio repeteret, l.si mater.12. IV. Si sponsus res matris suæ, ea consentiente, sponsæ donauerit, easque in dotem inæstimatas acceperit, deinde in matrimonio decesserit: mater eadémque heres, licèt earum rerum pretium offerat, tamen earum restitutionem vitare non potest, l.si consentiente.14.

Tit. IV. De nuptiis.

I. 32.iv.v.	*XX. 31. j.32.ij. iv.v.*
II. 32. ij.	*XXI. 24. 34.*
III. 23.	*XXII. 33.34 35.iv.*
IV. 18.	*XXIII in princ.28.j.*
V. 32.ij.35.iv.	*§. sed & liberos.28. j.35.iv.*
VI. 20.35.iv.	*§. sed etsi, talis.28.j.*
VII. 32. ij.	*§. similes.28.ij.*
VIII. 32.j.v.	*§. his illud.30.*
IX. 33. 35.iv.	*§. sed etsi à fœmina. 38.j.30.*
X. 35. j.	*§. pen.5.21.30.*
XI. 35. ij.	*§. vlt.27. 35.iv.*
XII 5.32.j.ij.	*XXIV. 34.*
XIII. 33.	*XXV. 3.*
XIV. 32. j.	*XXVI. in princ. 19.*
XV. 22. 35. iv.	*§.j. 15.*
XVI. 32.ij.	*XXVII. 6.*
XVII. 8.11.16.	*XXVIII. 25.iij.26.*
XVIII. 32.iij.v.	*XXIX. 28. j.*
XIX 8,9.10.35.iv.	

EXpositis iis, quæ nuptias antecedunt, iam 1
de ipsis nuptiis dicamus: quæ à Iustiniano definiuntur, Viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens; Inst.de patr.potest.§.1. à Modestino, Coniunctio maris & feminæ, consortium omnis vitæ, diuini, & humani iuris communicatio, D.de ritu nupt.l.1. ¶ Hic titulus 2
diuiditur in quatuor capita. ¶ Primo capite declara- 3
tur, qui sint nuptiarum capaces, vel non. Sciendum est, quia nuptiæ requirunt consensum contrahentium, idcirco furiosum, vel mente captum non posse nuptias contrahere, licèt cõtractas ante furorem superueniens furor non dissoluat, D.eod.l.oratione.16.§.vlt.& de his qui sui vel alie.iur.sunt, l.patre furioso.8. Sed dubitatur de eius liberis, quos in potestate habet: nam furiosus, aut mente captus patriam in liberos potestatem retinet, d.l.patre furioso. sed neque sine consensu patris, in cuius potestate sunt, liberi nuptias contrahere possunt, vt posteriùs dicetur: neque demens consentire potest, cùm non intelligat quid agatur, D.de diu.reg.iur. l. furiosi. 40.cum sim. Respondetur, hos liberos, tam masculos, quàm feminas, posse nuptias contrahere, licèt pater, in cuius potestate sunt, consentire non possit. Hinc quæritur. I. Quis dabit dotem, si filia furiosi vel mente capti nubat; aut donationem propter nuptias, si furiosi vel mente capti filius vxorem ducat? Respondetur, dari à curatore furiosi vel dementis.

I I. Si dubitetur de qualitate personæ, quacum nuptiæ
sunt contrahendæ, vel de quantitate dotis, aut dona-
tionis propter nuptias, quis hęc definiet: Respondetur,
hæc in vrbe definiri arbitrio præfecti vrbi, in prouin-
cia arbitrio præsidis, vtrobiq; præsentibus furiosi, vel
dementis curatore, & nobilioribus adgnatis, l. si furiosi,
& sup. de episc. audiēt. l. tam dementis. 28. & Instit. h. t.
4 vers. vnde. ¶ Secūdo capite explicatur, inter quas per-
sonas nuptiæ permittūtur, vel prohibentur: nō possunt
enim omnes nuptiarū capaces, inter se nuptias contra-
here, sed à quarūdā nuptiis abstinere oportet, Inst. eod.
§. 1. Hîc dantur præcepta partim generalia, partim spe-
cialia de contrahentiū ætate, necessitudine, potestate,
& conditione: quapropter huius capitis quinque sunt
5 segmenta. ¶ In primo segmento generaliter iubetur,
vt iuris præcepta obseruentur, l. nec filium. 12. quia iu-
stæ nuptiæ dicuntur, quas ciues Romani secundum le-
gum præcepta coëuntes contrahunt, Inst. cod. in princ.
abstinendum est autem à nefariis, incestisque coniun-
ctionibus, & omnino à nuptiis iure prohibitis, l. impe-
6 rialis. 23. §. pen. de quibus infr. tit. prox. ¶ In secundo
segmento agitur de ætate ad nuptias cōtrahendas ido-
nea. Hîc duo spectantur: nempe initium, & finis huius
ætatis. Initium est pubertas, quæ in feminis appellatur
viri potentia, Inst. h. t. in princ. Pubertas iure ciuili æsti-
matur ex annis tam in masculis, quàm in feminis: inci-
pit enim in masculis post quartumdecimum annum
completum: in feminis post duodecimum, Inst. quib.
mod. tute. fini. in princ. sed iure Canonico spectatur
habitudo corporis, id est, potestas coëundi: quia sæpe
malitia supplet ætatem, extr. de desponsat. impub. c. 3.
Finis ætatis ad nuptias contrahendas aptæ secundum
legem Iuliam & Papiam erat in masculis annus sexa-
gesimus, in feminis quinquagesimus. Vlpian. de solidi
capacit. in princ. Sueton. in Claudio, c. 23. quamquàm
aptior ad generandu est masculus post annum sexage-
simū, quàm femina post quinquagesimū. Vt enim scri-
bit Aristot. lib. 5. de historia animalium, c. 14. mascu-
lus vim habet procreādi vsque ad annū septuagesimū,
femina vsque ad quinquagesimū. Quare senatuscōsul-
tum Claudianum nuptias maioris sexagenario cū mi-
nore quinquagenariā probabat: maioris quinquagena-
riā cum minore sexaginta annis, tāquam impar, repro-
babat, Vlpia. d. tit. §. qui intra. Sed Iustinianus omnē di-
stinctionem inter mulierē maiorem vel minorē quin-
quaginta annis, necnon inter virum maiorem, vel mi-
norem sexaginta annis omnino sustulit, ac nuptias in-
distinctè probauit, l. sancimus. 27. & infr. de legit. here-
7 dib. l. si maior. 12. ¶ In tertio segmento agitur de per-
8 sonarū necessitudine, quæ quidem multiplex est. ¶ Pri-
ma necessitudo est cognatio. Cognati partim sunt de-
scendentes, id est, liberi; partim adscendentes, id est, pa-
rentes: partim transuersales in linea æquali, vt fratres;
partim transuersales in linea inæquali: atq; hi, qui sūt
in linea inæquali, vel sunt superiores, vt patruus, amita,
qui dicuntur esse loco parentum, Inst. eod. §. item ami-
tam. Vel inferiores, vt fratris vel sororis filius, filia, qui
simili ratione loco liberorum habentur. De his omni-
bus dantur præcepta ad nuptias pertinentia. I. Ex de-
scendētibus prohibemur vxorem ducere filiam, neptē,
proneptem. I I. Ex adscendentibus prohibemur duce-
cere matrem, auiam, proauiam. I I I. Ex transuersalibus
inferioribus prohibemur ducere fratris, vel sororis fi-
liam, vel neptem. I V. Ex transuersalibus superioribus
ducere prohibemur amitam, & materteram. V. Ex trās-
uersalibus in linea æquali vetamur ducere sororem, l.
nemini. 17. possumus autem ducere consobrinam, vel
9 patruelem, vel amitinam, l. celebrandis. 19. ¶ Nota pri-
mò, inter adscendentes & descendentes quocumque
gradu nuptias in infinitum prohiberi, D. eod. l. nuptiæ
consistere. 53. & Inst. eod. §. ergo non omnes. sed in d. l.
nemini. mentio nō fit descendentium vltra proneptē,
nec adscendentium vltra proauiam: quia contingere
non potest, vt in vlteriori gradu simul viuentes, & apti
ad nuptias contrahendas reperiantur, vt abauus & ab-
nepris, vel ab auia & abnepos. ¶ Nota secundò, inter 10
consobrinos, vel patrueles, vel amitinos nuptias apud
Romanos modò fuisse permissas, modò prohibitas: iu-
re Iustinianeo permitti, d. l. celebrandis. iure Canonico
non sine causa prohiberi, xxxv. q. 3. c. quædā. cùm enim
meus patruus, vel auunculus sit mihi loco patris; &
mea matertera, vel amita sit loco matris, vt suprà dixi:
consequēs est, vt eorum filij & filiæ sint mihi loco fra-
trum & sororū. ¶ Nota tertiò, cùm expressè in d. l. ne- 11
mini. prohibeantur nuptiæ cum fratris vel sororis ne-
pte; tacitè prohiberi etiam cum amita magna, & ma-
tertera magna: quia sicut æquè & in eodem, id est, in
tertio gradu referuntur fratris vel sororis filia ad pa-
truū vel auunculum, & fratris vel sororis filius ad ami-
tam vel materteram; ita etiam æquè & in eodem, id est,
in quarto gradu referūtur fratris vel sororis neptis ad
patruum magnum, vel auunculum magnum, & fratris
vel sororis nepos ad amitam magnam vel materteram
magnam. Sicut igitur in tertij gradus relatione vtrim-
que nuptiæ prohibebantur, id est, tam cum amita vel
matertera, quàm cum filia fratris vel sororis: ita etiam
in relatione quarti gradus vtrimque sunt nuptiæ pro-
hibendæ, id est, tam cum amita vel matertera magna,
quàm cum nepte fratris vel sororis, Instit. eo. §. itē ami-
tam. ¶ Nota quartò, nuptias prohiberi cum amita, vel 12
amita magna licèt per adoptionē iunctæ sint, d. §. item
amitam. Vbi hoc non dicitur de matertera; quia mater-
tera adoptiua esse non potest. ¶ Nota quintò, dissolu- 13
tā inter transuersales per emancipationem cognatio-
ne, quæ per adoptionem cōtracta erat, nuptias permit-
ti, Inst. cod. §. inter eas. inter adscendentes autem & de-
scendentes, qui per adoptionem iunguntur, nuptiarum
prohibitionem etiam post emancipationem manere,
Inst. eod. §. 1. ¶ Nota sextò, naturalem cognationem in 14
gradibus prohibitis esse nuptiis impedimento, etiamsi
tantùm sit naturalis, non ex iustis nuptiis orta, D. eod.
l. & nihil. 54. ¶ Secunda necessitudo est cognatio spi- 15
ritualis: propter quam nuptiæ iure ciuili prohibentur
inter suscipientem & susceptā ex sacro baptismo: quo-
niam ille huic est loco patris, & hæc illi est loco filiæ, l.
si quis alumnam. 26. in fi. Iure autem pontificio latius
extenditur spiritualis cognatio, & ob eam nuptiarum
prohibitio, vt exposui Isagogico Decretal. de cognatio-
ne spirituali. ¶ Tertia necessitudo est affinitas: ratione 16
cuius nuptiæ prohibētur cum priuigna, nouerca, nuru,
socru, l. nemini. 17. quia priuigna & nurus loco filiarū;
nouerca & socrus loco matrum habētur, Inst. eod. §. af-
finitatis. & §. seq. ¶ Nota primò, quamuis nouerca, aut 17
priuigna, aut socrus, aut nurus esse desierit, tamen nu-
ptiarum prohibitionē manere, d. §. affinitatis, & §. seq.
¶ Nota secundò, nuptias nobis interdici etiam cum fi- 18
lia vxoris nostræ post diuortium ex alio viro procrea-
ta, licèt propriè priuigna non sit; & cum sponsa filij, li-
cèt non sit propriè nurus; & cum sponsa patris, licèt nō
sit propriè nouerca, D. eod. l. si qua mihi. 12. §. 1. & seqq.
& Inst. eod. §. si vxor. Similiter prohibētur nuptiæ cùm
parentis concubina, l. 4. tametsi nouera non sit: quia
nouerca definitur vxor patris, D. de gradib. l. 4. §. & qui-
dem. vers. vxor. concubina verò non est vxor. Generali-
ter enim in coniunctionibus non tam spectatur, quod
stricto iure licet, quàm quod honestum est, D. de di-
uer. reg. iur. l. semper. 197. ¶ Quarta necessitudo, 19
quæ inter educatorem & alumnam spectatur, nuptiis
impedimento non est: quia non præsumitur eam vt
filiam educasse, quacum nuptias contrahit, l. si quis
alumnam

20 alumnam.26.in princ. ¶ In quarto segméto agitur de
his, qui officium in prouincia administrant. Hi cum
prouincialibus mulieribus sponsalia tantùm contra-
here possunt, non etiã nuptias, vt docui supr.tit.1. Sed
etsi nuptiæ durante officio non valẽt, tamen si officio
finito mulier in eadem voluntate perseueret, matri-
monium confirmatur, & liberi, qui posteà nati sunt, le-
gitimi dicuntur, non tanquam legitimati, sed tanquam
suscepti & nati ex legitimo matrimonio, l.6.& D. eod.
21 l.eos qui.65.§. 1. ¶ In quinto segmento consideratur
conditio personarũ: de qua generaliter traditur, ma-
trimonia, licèt inter personas dignitate impares con-
trahantur, tamen sine dotalibus quoque instrumentis
valere, dummodò contrahantur cum mulieribus inge-
nuis, quibuscum nuptiæ iure interdictæ non sint, l.im-
perialis.23.§. pen. Specialiter autem consideratur du-
plex conditio: nimirum personarum libertinarum, &
22 scenicarum. ¶ Ratione libertinæ conditionis plures
sunt nuptiarũ prohibitiones, extra quas nuptię cum li-
23 bertinis sunt permissæ, l. vxorem.15. ¶ Prima nuptia-
rum prohibitio est inter libertum & patronam, vel pa-
troni filiam, vel coniugem, (id est, quæ fuit aliquando
coniux) vel neptem, vel proneptem, l.3. Excipitur, nisi
patrona tam sit ignobilis, vt ei honestæ sint liberti sui
24 nuptiæ, D. eod.l. si patrona.13. ¶ Secunda prohibitio
est inter militem & libertinam, l.à caligato.21.vbi hæc
prohibitio producitur à milite caligato vsque ad pro-
tectorem. Caligati dicuntur milites infimæ conditio-
nis, Nou.74.cap.4.§.quisquis.& postremarum classium
milites, qui caligis vtebantur: cùm milites primæ, & se-
cundæ classis ocreas æneas gestarent, auctore Liuio
lib.2. Protectores sunt, qui armatam militiam exercen-
tes, non solùm sui corporis, sed etiam protegendi late-
ris principis curam gerunt, C. Theod. de domestic. &
25 protector, l.deuotissimis.9. ¶ Tertia prohibitio est in-
ter senatorẽ, vel senatoris filium, vel nepotem, vel pro-
nepotem, & libertã, infr.tit.prox.l.7.& D.de ritu nupt.
l.lege Papia.23.l.lege Iulia.44.in princ.l.à Diuo.58.Ex-
cipitur I. Nisi princeps specialiter nuptias permiserit,
D.de ritu nupt.l.si senatori.31. II. Nisi dignitatẽ ami-
serit. Nam etsi post contractas nuptias dignitatẽ ami-
serit, nuptiæ cõfirmantur, D.eod.l. si quis in senatorio.
27. III. Nisi post contractas nuptias senator factus
sit, l.si libertam.28.in princ. Sed hodie senator, vel alius
in quacumque dignitate positus potest libertinam
vxorem ducere, ac nuptiæ valent, dummodò instru-
26 menta dotalia conficiantur, Nou.78.cap.3. ¶ Quarta
prohibitio est inter senatoris filiam, vel neptem, vel
proneptem, & libertinum, D. de ritu nupt. l.oratio-
ne.16.in prĩnc.l.semper.42.§.1.d.l. lege Iulia.vers.néve
senatoris.licèt libertus ab ingenuo sit arrogatus, D.eo.
l.sciendum.32.quia etiam post adoptionem libertinus
manet, D.de adoptionib.l.vlt. Excipitur. I. Nisi mulier
dignitatem amiserit, vt quia corpore quæstum fecit,
vel artem ludicram exercuit, vel publico iudicio dam-
nata est, D.eod. l.senatoris.47. Secus est, si eius pater
senatu moueatur: quia casus patris dignitatem liberis
quæsitam non adimit, D.eod.l.generali.34.§.vlt.& de
senatorib.l.filiam.9. II. Nisi pater post filiæ nuptias se-
nator factus sit, l. si libertam. 18. vers. simili modo.
27 ¶ Conditione scenica agitur in l.imperialis.23.quæ nõ
solùm in futuris, sed etiam in præteritis casibus obti-
net, vt statuitur in §.vlt. Huius conditionis ratione du-
28 plex est nuptiarum prohibitio. ¶ Prima prohibitio est
inter mulierem scenicam, & personam in amplissima
dignitate constitutam, inf. tit.prox.l.7. Excipitur, I. Nisi
omissa scenica professione per rescriptum principis ab
omni macula liberetur, & nuptiæ permittantur: tunc
enim nuptiæ etiam cum illustri persona, dotalibus in-
strumentis confectis, valent, d.l.imperialis in princ. &
Aual. Cod.

liberi ex eo matrimonio geniti, sũt sui & legitimi, quã-
uis alij ex priori matrimonio liberi extent, ead. l.9.sed
& liberos. Sed etsi mulier, impetrato principis rescri-
pto, nuptias non contrahat, tamen eius existimatio in-
tegra est, ead.l.5.sed etsi tales. Hodie verò rescriptum
nõ est necessarium, sed sufficit professionem scenicam
deseruisse, l.vltim. & supr.de episcop.aud.l.sacram.33.
II. Nisi mulier dignitate aliqua à principe donata sit:
nam eo ipso, quòd dignitate à principe ornatur, omnis
macula aboletur, & nuptiæ permissæ censentur, d.l.im-
perialis. §.similes. ¶ Obiter nota, nullam mulierem 29
posse cogi, vt scenica fiat, vel vt in conditione scenica
permaneat, l. vlt. licèt in ea conditione se permansu-
ram iurauerit: quia illicitæ rei iusiurandum non est
seruandum: & si qua periurij pœna est, in eum est de-
torquenda, qui eiusmodi iusiurandum exegit, Nou.51.
¶ Secũda prohibitio est inter scenicæ filiam, & perso- 30
nam dignitate amplissima decoratam, infr.tit.prox.l.7.
Excipitur I. Nisi nata sit post maculam matris aboli-
tam. II. Nisi rescripto principis nuptiæ permittantur,
& dotalia instrumenta conficiantur, d. l.imperialis. §.
his illud.& §.seq. ¶ Tertio capite declaratur, quomo- 31
dò nuptiæ contrahantur. Vbi agitur de consensu, de
scriptura, siue instrumento nuptiali, de donatione pro-
pter nuptias, & de solemnitate. ¶ Ad consensum quod 32
attinet, in nuptiis contrahendis requiritur consensus,
I. Eius, qui nuptias contrahit, tam masculi, quàm femi-
næ: siue sit sui iuris, siue in potestate patris; nec refert,
vtrùm sit maior, an minor vigintiquinque annis, l. in
copulandis.8.l.nec filium, 12.l.neque.14. Quòd si puel-
la orbata vtróque parente, minor xxv. annis, cùm plu-
res sint eius competitores, præ pudore nolit suam vo-
luntatem expromere, iudex præsentibus eius propin-
quis deliberare debet, cui rectiùs puella societur, l. in
coniunctione.20. II. Parentis, qui nuptias contrahen-
tem in potestate habet, d. l. nec filium, d. l.in coniun-
ctione.in princ.& Inst.eod.in princ.licèt puellam, quæ
nunc nuptura est, olim exposuerit, eáque ab alio nutri-
ta sit, l.patrem.16. Sed etsi mulier, quæ cõsentiente pa-
tre diuertit, regredi ad idem matrimonium velit, no-
uus patris consensus est necessarius, l.7. Nec minùs iu-
re canonico, quàm iure ciuili requiritur, xxxij. q. 2.c.
non omnis.12.non obstat, quod dicitur, solum consen-
sum contrahentium ad nuptias sufficere, xxvij. q. 2. c.
sufficiat.2.& extr.de sponsalib.c.cùm apud.23. quia ver-
bum, *solus*, excludit concubitum, & nuptiarum solem-
nia, non consensum parentum: quandoquidem aliud
est dicere, solum consensum contrahentis: aliud, con-
sensum solius contrahentis. Denique hic consensus
adhibendus est secundum leges, d.c. sufficiat. quæ non
tantùm contrahentium, sed etiam eorum, quorum po-
testati contrahentes subiiciuntur, consensum requirũt.
Sufficit autem nudus consensus patris, etiamsi nuptiali
instrumento non subscribat, l. 2. Item sufficit tacitus
consensus eius, qui cognitis filij, vel filiæ nuptiis non
contradicit, l.5.quæ mihi contra Cuiacium videtur lo-
qui de tacita ratihabitione: quia propriè dici non pos-
sunt nuptiæ cognitæ, quæ nondum contractæ sunt. At
si pater sit furiosus, vel mente captus, adhibenda est ob-
seruatio, quam exposui suprà n.3. III. Patris, qui eman-
cipauit, si puella emancipata minor vigintiquinque
annis nubat, l.viduæ. 18. IV. Matris, si pater mortuus
sit, & puella minor nubat, l.1. & d. l. in coniunctione.
vers.si patris. V. Tutoris, & propinquorum, si puella
minor vigintiquinq; annis, patre orbata nubat, d.l.1.d.
l.in cõiunctione.vers.si patris. Puellæ tamen voluntas,
si pares sint cõpetitores, voluntati propinquorũ præ-
fertur, d.l.viduæ. Alias propinquorũ cõsẽsus nõ est ne-
cessarius in puellę nuptiis, quẽadmodũ nec curatoris, l.
in copulãdis.8. ¶ Instrumẽta verò nuptialia, seu dotalia 33

nec faciunt nuptias; nec in nuptiis contrahendis sunt
necessaria, l.si vicinis.9.l.neque.13.l.si donationum.22.
sed tantùm faciliotis probationis causâ interponun-
tur, D.de pignor.l.4.& de fid.instrument.l.4. Excipitur
iure Codicis, cùm ex concubina fit vxor, hácque ratio-
ne liberi legitimantur, infr. de naturalib. liber.l. cùm
quis.10.& matrimonium personæ in dignitate consti-
tutæ contractum cum scenica, aut scenicæ filia, vt su-
prà docui num.28.& 30.& iure Nouellarum matrimo-
nium cuiusuis illustris personæ, nisi barbaræ gentis sit,
34 Nouel. 117.cap.4. ¶ Sine solemnitate quoque, seu fe-
stiuitate, & pompa contractum matrimonium valet, l.à
caligato. 21.& l.seq. quanquam nuptiarum vocabulũ,
propriè loquendo, festiuitatem nuptialem includit;
adeo vt quod sub nuptiarum conditione relictum est,
tum demum debeatur, cùm nuptiarũ solemnitas adhi-
bita est, l.sancimus. 24. & D. de condit.& demonstr. l.
cùm fuerit. 15. Iure canonico consensus facit coniu-
gium ratum, solemnitates faciunt legitimum, xxviij.q.
35 5.can.vlt.& xxx.q.5.can.aliter. ¶ Quarto capite enar-
rantur nuptiarum effectus. I. Vxor dignitatem mariti
participat etiam post eius mortem, quamdiu non est
inferioris dignitatis marito nupta, l.cùm re.10. II. Pa-
ter nõ potest nuptam filiam retinere inuitam, sed eam
marito exhibere cogitur, l. si inuita. 11. & D. de lib.
exhiben. l. 2. per interdictum de homine libero exhi-
bendo, infr.eod.l.vlt. III. Cùm liberi in patris furiosi
vel dementis potestate constituti nuptias contrahunt:
dos, vel donatio propter nuptias constituitur à curato-
re, adhibita obseruatione, quam exposui suprà num. 3.
IV. Liberi, qui ex iustis nuptiis procreantur, sunt iusti,
& legitimi, & in potestate patris, vel aui paterni, l.5.l.6.
l.si vicinis.9.l.vxorem.15.l.celebrandis.19.l.si donatio-
num.22.l.imperialis.23.§.sed & liberos.& §.vlt.

Tit. V. De incestis, & inutilibus nuptiis.

1 NVptiæ partim sunt licitæ, quæ iure permit-
tuntur; partim illicitæ, quæ iure prohiben-
tur. Illicitarum tria sunt genera: quædam
enim sunt incestæ, seu nefariæ iure gentiũ,
quæ moribus prohibentur, nempe inter parentes & li-
beros, necnõ inter fratrem & sororem, D.de ritu nupt.
l.libertinus.8.l.sororis.39.§.1.& l.vlt. Aliæ sũt incestæ,
seu nefariæ iure ciuili, quæ legibus inter alios cogna-
tos, vel affines prohibentur, D.de quæstionib.l.5. Non-
nullæ sunt inutiles, quæ ob ciuilem tantùm rationem,
nihil à natura mutuatam vetantur, vt inter senatorem
& humilem atq; abiectam feminam, l.7. Hinc sumun-
tur duæ partes huius tituli: prior de incestis, posterior
2 de inutilibus nuptiis. ¶ In priori parte de incestis nu-
3 ptiis dissoluuntur tres quæstiones. ¶ Primò quæritur,
quæ nuptiæ sint incestæ? Hoc declaratur exemplis, ac
dantur tria exempla nuptiarum iure ciuili incestarum.
I. Cum filia fratris, vel sororis, l.vlt. II. Cum ea, quæ
fuit vxor fratris, l. 5. penult. & vlt. III. Cum sorore
4 eius, quæ vxor fuit, d.l.5. ¶ Secundò quæritur, an nu-
ptiæ incestæ valeant ex rescripto, vel cõstitutione Ba-
silisci tyranni eas confirmante? Respondetur, non va-
lere, d.l.vlt. Basiliscus fuit tyrannus, qui Zenonem Im-
peratorem expulit, & plura constituit. Sed Zeno, recu-
perato imperio, eius acta rescidit: tempus igitur, quo
Basiliscus regnauit, tyrannidis tempus appellatur tã in
d.l.vlt. quàm in l.decernimus.16.supr.de sacros. eccles.
Quare dicta l.vlt. malè in libris editis tribuitur Anasta-
sio: & inscriptio eius legis sic ex manuscriptis emẽdari
debet, vt à Cuiacio emendatur, & legendum, *Idem A.
Sebastiano præfecto prætorio.* ¶ Tertiò quæritur, quæ sint 5
pœnæ incestarum nuptiarum? Plures pœnæ tàm ma-
sculis, quàm feminis irrogantur, l. 6. I. Qui tales nu-
ptias cõtrahit, neque vxorem, neque liberos ex ea cõ-
iunctione procreatos habere creditur. II. Nec per se,
nec per alium his personis quidquam inter viuos do-
nare, vel in vltima volũtate relinquere potest. III. Dos
data, vel promissa confiscatur. IV. Extraneum heredẽ
testamento facere non potest: quia siue testatus, siue
intestatus decedat, non alios heredes habere potest,
quàm è descendentibus, si qui legitimi liberi extant,
filium, filiam, nepotem, neptem, pronepotem, prone-
ptem: ex adscendentibus, patrem, matrem, auum, auiã:
ex trãsuersalibus, fratrem, sororem, patruum, amitam:
his autem personis pro arbitrio relinquere potest, nisi
incestas nuptias suo consilio iuuerint. Sed his personis
non extantibus, bona tã viri, quàm mulieris confiscan-
tur. Hæc ita traduntur in d.l.6. Iustinianus autem Nou.
12.cap.1.constituit, vt tam cætera bona, quàm dos, sta-
tim confiscentur, nisi liberi legitimi extent, ad quos
sui iuris supplicio patris factos bona confestim trans-
feruntur, sic tamen, vt inde patrem alant. Ibidem alias
incestarum nuptiarum pœnas addit: nempe exilium, &
dignitatis priuationem, si qua dignitate præditus sit,
qui deliquit; aut verbera, si vilis persona deliquit. Iisdẽ
pœnis subiicit mulieres, si sciẽtes peccẽt. Deinde Nou.
89.c.vlt.constituit, vt ex tali coniunctione suscepti li-
beri, nequidem naturales nominentur; & vt neq; parẽ-
ti succedant, neque ab eo alantur. Verũtamen alimen-
ta eis debentur ex æquitate canonica, extr. de eo qui
dux.in matrimo.quam poll.per adulter.c.5. ¶ In poste- 6
riori tituli parte de inutilibus nuptiis dissoluũtur duæ
quæstiones. ¶ Primò quæritur, quæ sint nuptiæ inuti- 7
les? Hîc dãtur quatuor exempla nuptiarum inutilium.
I. Qui vxorem habet, nõ potest aliam ducere; quia po-
lygamia iure Romano prohibetur, l.2. II. Cum ancil-
lis non est connubium, sed contubernium; ex quo serui
nascuntur. Et graues pœnæ iure imponuntur, si decu-
rio se alienæ ancillæ iunxerit, l.3. Iure autem canoni-
co etiam cum ancillis est connubium, extr. de coniug.
seruor. c. 2. quia serui æquè ac liberi sunt nuptiarũ ca-
paces, extr.eod. c.1. Connubium ab Vlpiano definitur,
vxoris iure ducendæ facultas, tit.de his qui in potesta.
sunt.§.connubium est. In qua definitione concipienda
respicit Vlpianus ad virum, qui vxorem ducit, potiùs
quàm ad mulierẽ, quæ nubit: qua methodo Iustinianus
quoque vtitur in nuptiarum prohibitionib. enarrãdis
in tit.Instit.de nuptiis. III. Libertina, quæ à patrono
inuito diuertit, alij nubere nequit, l.1.& D. de ritu nu-
ptiar.l.in eo iure.45.& l.seq. IV. Senatores, & eorum
liberi nuptias contrahere prohibentur cum humilibus
& adiectis personis, nẽpe seruilis, aut libertinæ condi-
tionis, scenicis, tabernariis, lenocinio deditis, arena-
riis, dictarum personarum liberis, & cum ea, quæ mer-
cimoniis publicè præfuit, l.7.& D.de ritu nupt.l.oratio-
ne.16.in princ.l.lege Papia.23.l.generali. 34.§.vlt.l.le-
ge Iulia.44.l.à Diuo.58. Hæ igitur nuptiæ nõ valẽt, nisi
vel rescripto principis, D.eo.l.si senatori.31. vel amis-
sione dignitatis confirmentur, D.eod.l. si quis in sena-
torio.27. Sed nouissimo iure omnibus nuptiæ cum li-
bertis permittuntur, adeo vt rescripto principis nõ sit
opus, Nou.78.cap.3.vide sup.tit.prox.n.25. cum quin-
que sequẽtib. ¶ Secundò quæritur, quæ sit pœna inu- 8
tilium nuptiarũ? Respondetur, quicquid ex eo matri-
monio, siue ante siue post cõtractas nuptias, à muliere
in virum, vel à viro in mulierem collatum est, ei auferri
tanquã indigno, & cõfiscari. Excipiuntur tam masculi,
quã feminæ, qui iustissimo errore decepti, aut minoris
ætatis

ætaus lubrico lapsi sunt: hi namque à dicta pœna liberantur, dummodò errore comperto, aut legitima superueniente ætate, quàm primùm coniunctionem dirimant, l.4.

Tit. VI. De interdicto matrimonio inter pupillam, & tutorem, seu curatorem, filiosq; eorum.

I. 2.ij.3.	*V. 7.ij.*
II. 7.ij.	*VI. 2 ij 6.j.*
III. 2.iv.7.j.	*VII. 2.| ij.iij.iv.4 ij.5 6 ij.*
IV. 2. ij.	*VIII.7.iv.*

1 PErgit in tractatu de inutilibus nuptiis, ac
docet, ratione tutelæ, vel curationis quasdam
esse inutiles, quasdam non esse, licèt
2 prima facie inutiles videri possent. ¶ Inutiles sunt nuptiæ puellæ, I. Cum tutore, l.7. II. Cum
tutoris filio, l.1.4.6.7. vel nepote, D. de ritu nuptiar. l. senatusconsulto.59. III. Cum curatore, d.l.7. IV. Cum
curatoris filio, l.3. & d.l.7. vel nepote, arg. d. l. senatus-
3 consulto. ¶ Hæc prohibitio introducta est oratione
Marci, & Commodi, D. de ritu nuptiar. l. si quis tutor.
60. §. quamuis. & l.pen. §. sed videamus. & senatusconsulto in eius sententiam facto, l. 1. & D. de ritu nupt.
d.l. senatusconsulto. d. l. si quis tutor. & l. libertum. 64.
4 ¶ Ratio prohibitionis duplex est. I. Propter potestatē, quam in pupillā habet, vel habuit tutor, aut curator,
D. eod. l. præfectus. 64. II. Quia videntur nuptiæ fraudulenter contractæ, ne tutor, vel curator ad rationes
administrationis suæ reddēdas adigatur, l.7. & D. de ritu nupt. d.l. libertum. §.1. & l. penultim. §. sed videamus.
5 ¶ Cùm aduersus dictā prohibitionē nuptiæ contrahuntur, non solùm iure ciuili sunt inutiles, sed etiam tutor,
vel curator, & eorū filij nuptias contrahentes infamia
notantur, & extra ordinem coërcentur: dos autem data,
non actione de dote, quia non est verè dos, sed condictione repeti potest, l.pen. & D. de ritu nupt. l. non est
6 matrimonium. 66. ¶ Excipiuntur tres casus, quibus hæ
nuptiæ vtiliter contrahuntur. I. Si tutela, vel cura finita sit, & rationes a tutore, vel curatore redditæ sint, ac
tempus quoque petendæ restitutionis in integrum sit
elapsum, l.6. & D. de ritu nupt. d. l. non est matrimonium. & l. seq. II. Si pater puellæ alicui ex dictis personis eam desponsauit, vel in testamento vxorem
destinauit, D. eod. l. si tutor. 36. & d.l. non est matrimonium. III. Si consentiente puella rescriptum principis nuptias permisit, l.7. & infr. si nupt. ex rescript. pet.
7 l.1. ¶ Vtiles prætereà sunt nuptiæ, I. Quæ tutelam, vel
curam præcesserunt: non dissoluuntur enim nuptiæ, si
quis vxori suæ curator detur: sed is à cura se excusare
debet, & curare, vt alius sibi substituatur, à quo rationes
administrationis suo tempore exiget, l.3. & infr. de excusat. tutor. l.4. Nam maritus vxoris suæ curator fieri
non debet, inst. qui dare tut. vel curat. poss. l.4. & D. de
curator. furio. l. virum. 14. II. Inter adolescentem, &
curatoris filiam, l.5. III. Inter matrem pupillæ, & tutorem, vel tutoris filium, l.2. IV. Cum falso tutore, vel
curatore, aut eius filio, l.vlt.

Tit. VII. Si quacumque præditus potestate, vel ad eum pertinentes, ad suppositarum iurisdictioni suæ adspirare tentauerint nuptias.

1 QVa ratione nuptiæ prohibentur cum tutore, vel curatore, vel eorum filiis, eadem
prohibentur nuptiæ virginis, vel mulieris prouincialis cum eo, cuius iurisdictioni supposita est, & cum personis ad eum
pertinentibus, nimirum propter potestatem, quam ille
Anai. Cod.
in prouinciales habet. Quare inutiles nuptiæ sunt, nisi
post depositum officium eadem voluntas & consensus
perseuerauerit, supr. de nupt. l.6. & D. de ritu nuptiar.
l. præfectus. 63. ¶ Quòd si eiusmodi persona inuitam, 2
aut inuiti parentis filiam sibi matrimonio iungere tentauerit, eius affectus, & tentamen punitur, licet non sequatur matrimonij effectus. Pœnæ autem hæ sunt, quæ
in l.vnic. h.t. proponuntur. I. Decem libris auri multatur. II. Post finitum officium non fruitur dignitate,
quam inde consecutus erat: & si eam sibi arroget, biennio in ea prouincia habitare non potest. III. Persona,
erga quam sua auctoritate abusus est, vnà cum sua, suorúmque familia, ab eius iurisdictione liberatur, quæ iurisdictio, ordinario iudice illicitas nuptias moliente,
ad vicarium transfertur: vicario id conante, ad ordinarium pertinet: vtroque peccante, ad præfectum prætorio, quamdiu illi prouinciam administrant, tamdiu
spectat. ¶ Quamuis autem nuptiæ inter dictas perso- 3
nas prohibeantur, tamen sponsalia inter eas permittuntur, vt ex tit. 2. huius libri didicimus.

Tit. VIII. Si nuptiæ ex rescripto petantur.

I. in princ. j.	*II. ij.*
§. exceptis. j. iv.	

EX superioribus titulis intelligimus in- 1
cestas, & inutiles nuptias non consistere: sed quæritur, an rescripto principis concessæ valeant: quod perinde est,
ac si quæramus, an eiusmodi rescripta valeant? Ad quam quæstionem respondetur distinctis
quatuor casibus. I. Si cum inuita nuptiæ petitæ sint,
elicitum rescriptum non valet, tamquàm subreptitium. Quare matrimonium non tenet, ac filij legitimi,
& in potestate patris non sunt. Prætereà qui rescriptum impetrauit, bonis omnibus confiscatis deportatur, l.1. in princ. Excipitur, nisi quis à patre sibi desponsatam ambiat, d.l.1. §. exceptis. II. Incestæ nuptiæ, vt
cùm fratris, vel sororis filia, rescripto principis non
confirmantur, l.2. II. Quæ ratione tantum ciuili inutiles nuptiæ sunt, rescripto confirmantur: vt inter tutorem, vel curatorem, vel horum filium, & puellam,
quæ sub tutela, vel cura est, vel fuit, supr. de interdict.
matrim. l.pen. necnon inter senatorem, & libertinam,
D. de ritu nuptiar. l. si senatori. 31. Sed quod ad hoc vltimum exemplum attinet, eiusmodi nuptiæ iure nouissimo sunt permissæ, adeo vt rescripto principis opus
non sit, Nou.78. cap.3. IV. Rectè supplicatur principi,
& impetratur rescriptum ad hoc, vt qui sponsaliorum
fidem non præstat, arras restituat, & pœnam statutam
soluat, d.l.1. §. exceptis. Quæ verò sit hæc pœna, petatur ex l.5. supr. de sponsalib. & ex hac Analysi, supr.
eod. §.10.

Tit. IX. De secundis nuptiis.

I. 4.5.6.	*§. his illud. 17.ij.iv.*
II. 3.4.6.ij.	*§. omnibus. 17.j.*
III. in princ. 17.5 ij.v.	*§. vltim. 15.*
§. j. 21.	*VII. 17.iij.v.*
IV. in princ. 1.17.v.	*VIII. in princ. 17.iij.*
§. j. 17.vij.	*§. j. 1.15.*
§. ad maternas. 17.viij.	*§. certum. 15.*
V. in princ. 17 ij 24.	*§. talem. 1.15.*
§. j. 17.ij.	*§. in illo. 17.j.*
§. hoc obseruari. 17 ij.	*IX. in princ. 11.*
§. dominium. 17.j.v.	*§. ad hæc. 17.ij.*
§. in his autem. 17.ij.	*X. 11.*
§. vltim. 15.	*XI. in princ. 17.ij.*
VI. in princ. 11.	*§. j. 17.ij.*

1 NVptiæ aut primæ sunt, aut secundæ. Sed bi-
fariam secundæ nuptiæ accipiuntur: quia
interdum distinguuntur, non solùm à pri-
mis; sed etiam à tertiis, & vlterioribus, l. 4. in
princ. interdum complectuntur etiam tertias, l. si quis
prioris. 8. §. 1. & §. talem. adeo vt secundæ dicantur, quę-
cumque sunt post primas: sicuti secundus heres appel-
latur, qui vel in secundo, vel in vlteriori quouis gradu
ad hereditatem vocatur, D. de vulgar. & pupill. subst. l. 1.
in princ. l. ex facto. 43. §. Lucius. Gaius lib. 2. Instit. tit. 4.
2 in princ. ¶ Quia verò secundæ nuptiæ non omnino
iure probatur, sed partim prohibentur, partim toleran-
tur: idcirco transeuntes ad secundas nuptias coërcētur
variis modis. Sunt autem aliæ pœnæ nubentium intra
tempus luctus; aliæ pœnæ omnium secundarũ nuptia-
3 rum. Quocirca duo sunt huius tituli capita. ¶ Priori ca-
pite irrogātur pœnæ nubentibus intra tempus luctus,
id est, intra annum à marito perdito, l. 2. nam alij luctus
impedimento nuptiis non sunt, vt vxoris, sponsi, D. de
his qui not. infam. l. vxores. 9. parentum, liberorum,
D. eod. l. liberorum. 11. in pr. Porrò hæ pœnæ referun-
4 tur ad tria genera. ¶ In primo genere est pœna ad exi-
stimationem pertinens, nempe infamia: quę quidem ir-
rogatur, non solùm mulieri nubenti intra dictum tem-
pus, l. 1. & 2. sed etiã patri eam in potestate habenti, qui
eam nubere passus est: & ei, qui sciens eam duxit non
iussu patris, cuius potestati subiectus sit: & ei; qui fi-
lium suum in sua potestate constitutum eam ducere
passus est, D. de his qui not. infam. l. 1. vers. qui eam. l. ge-
nero. 8. d. l. liberorum. 11. §. vlt. l. qui iussu. 12. l. quid er-
5 go. 13. in princ. ¶ Ad secundum genus referuntur pœ-
næ ad ea pertinentes, quæ mulier in secundum virum
confert. Vbi duo prohibentur. I. Ne mulier secundo
marito vltra tertiam bonorum suorum partem in do-
tem det. II. Ne vltra tertiam bonorum partem ei re-
6 linquat in testamento, l. 1. ¶ Tertij generis pœnæ re-
spiciunt ad ea, quæ ad mulierem perueniunt. Vbi tria
constituuntur. I. Quæ intra annum luctus nupsit, nihil
ex testamento capere potest: sed quæ ei relicta sunt, co-
heredibus; vel, si nulli sint coheredes, legitimis heredi-
bus deferuntur, d. l. 1. II. Amittit ea, quæ à priori ma-
rito accepit: eáque ordine deferuntur decem personis
edicto prætoris comprehensis, d. l. 1. & 2. nimirum pa-
tri, matri, auo, auiæ, filio, filiæ, nepoti, nepti, fratri, soro-
ri, Instit. de bonor. poss. §. 1. vers. sunt autem. Quòd si
nullus horum exter, bona ad fiscum deuoluuntur, d. l. 1.
III. Ab intestato non succedit vltra tertium gradum,
7 ead. l. 1. ¶ His pœnis tenetur, I. Etiam ea, cuius ma-
ritus non est lugendus, vt quia perduellionis damnatus
est, aut sibi criminis conscius mortem consciuit: quia
ius nuptias intra tempus luctus prohibens, non tam
ad luctum respicit, quàm ad tempus, quo lugeri solet.
Ratio autem, propter quam nuptiæ prohibentur, est
turbatio sanguinis, d. l. liberorum. §. 1. & prolis incer-
titudo ob intempestiuas secundas nuptias contingens;
quia muliere ad secundas nuptias properante non con-
stat, vtrùm partus ex priori, an ex posteriori viro sit,
infr. de repud. l. consensu. 8. §. hæc nisi. vers. si verò cau-
sam. II. Etiam ea, quæ per diuortium à priori marito
separata est, d. l. consensu. §. hæc nisi. vers. si verò cau-
sam. III. Etiam ea, quæ intra dictum tempus luctus ex
8 stupro parit, Nou. 39. cap. 2. ¶ A dictis verò pœnis exi-
mitur, I. Quæ impetrauit à principe facultatem nu-
bendi intra dictum tempus, D. de his qui not. infam.
l. solet. 10. in princ. II. Quæ intra tempus luctus pepe-
rit ex priori marito, d. l. liberorum. §. Pomponius.
III. Quæ intra dictum tempus non fuit vxor, sed tan-
tùm sponsa, d. l. solet. §. 1. Iure autem canonico omnes
pœnæ nuptiarum intra tempus luctus contractarum
omni casu sublatæ sunt; propterea quòd Apostolus
morte viri mulierem ab eius lege, & vinculo solutam
esse pronunciat, extr. h. t. c. pen. & vlt. ¶ Posteriori ca- 9
pite coërcentur, quicumque secundas nuptias contra-
huút: quia secundæ nuptiæ potiùs tolerantur ob hu-
manam infirmitatem, quàm probantur, Nou. 2. cap. 3.
vers. optimum itaque. & Nou. 22. cap. 20. §. soluto. Has
autem pœnas non esse iure pontificio sublatas, apud
omnes canonistas in confesso est. ¶ Huius capitis tria 10
sunt segmenta. ¶ Primum segmentum est de his, quæ 11
transiens ad secundas nuptias confert in secundum
coniugem: prohibetur enim plus in secundum coniu-
gem conferre, quàm liberis prioris matrimonij relin-
quat: &, si plus conferat, id, quod amplius est, secundo
coniugi aufertur, & inter liberos primi matrimonij di-
uiditur ex Zenonis constitutione, l. 6. in princ. Excipit
Iustinianus liberos ingratos, l. pen. idem in l. quoniam.
9. in princip. Vnà cum illis admittit etiam liberos se-
cundi matrimonij: sed nouissimo iure hos excludit, re-
stituto iure Zenoniano, Nou. 22. cap. 27. ¶ In secun- 12
do segmento agitur de his, quæ coniux superstes ac-
cepit à coniuge defuncto: plerumque enim leges lo-
quuntur de matrimonio per mortem soluto, etsi idem
obtinet, cùm diuortium factũ est, vt posteriùs notabo.
¶ Hic distinguuntur duo casus. ¶ Primus casus est, cùm 13
superstes in viduitate manet, nec trãsit ad alias nuptias. 14
Quo casu alia sunt iura Codicis, alia Nouellarum. ¶ Iu- 15
re Codicis coniux superstes eorum, quæ à defuncto
coniuge accepit, plenum habet dominium, ac de his re-
bus pro libitu potest disponere, easque alienare tam in-
ter viuos, quàm in vltima voluntate: & si eas alienaue-
rit, filij nihil iuris in his habent: si verò eas non aliena-
uerit, filij res extantes accipiunt, etiamsi non sint here-
des huius parẽtis nouissimè mortui; quasi hę res fuerint
eius parentis, à quo profectæ sunt: verbi gratiâ, quod
maritus ab vxore accepit, eâ in matrimonio defunctâ
potest alienare, si in viduitate maneat: sed, nisi alienet,
filij communes, quamuis patris heredes nõ sint; tamen
eas res quasi maternas accipient, l. 5. §. vlt. l. 6. §. vlt. l. si
quis prioris. 8. §. 1. & 2. Excipitur, nisi fuit plures filij ex
eo matrimonio, quorum alij accipiant hereditatem pa-
rentis nouissimè mortui, alij heredes esse nolint: tunc
enim iis solis dictum beneficium datur, qui heredes ex-
titerunt: vt in casu suprà posito. Pone quatuor esse fi-
lios, Primum, Secũdum, Tertium, & Quartum; ac duos
patris heredes existere, Primum, & Secundum; duos à
paterna hereditate abstinere, Tertiũ, & Quartum: pro-
fectò res, quas pater ab vxore accepit, ad solos Primum,
& Secundum pertinẽt, non ad Tertium, aut Quartum,
d. l. si quis prioris. §. talem. vbi *τὸ ex parte*, non signifi-
cat partem hereditatis, sed partem filiorum: & sensus
est, si pars filiorum, id est, aliqui filij accipiant parentis
nouissimè defuncti hereditatem, hos solos admitti ad
dictum beneficium, cæteros excludi. Porrò alienatę res
à parente intelliguuntur, non solùm si venditæ, aut in
testamento specialiter legatæ sint; sed etiam per gene-
ralem heredis institutionem. Etenim qui simpliciter
heredem instituit, etiam in his rebus, quas à coniuge
prædefuncto accepit, instituere intelligitur, d. l. si quis
prioris. §. certum. ¶ De iure Nouellarum hæc noten- 16
tur. I. Ex Nou. 22. cap. 20. lucra nuptialia nisi expressè
ad alium translata, liberis reseruata censentur. Corre-
ctum igitur est, quod modò dixi de alienatione per he-
redis institutionem. II. Ex Nou. 98. cap. 1. superstes
coniux, licèt ad secundas nuptias non transeat, tamen
solum vsumfructum lucri nuptialis habet; proprietas
verò ad filios eius matrimonij pertinet. III. Ex Nou.
127. cap. 3. in his lucris nuptialibus sic distinguitur, vt
superstes coniux, qui à secundis nuptiis abstinuit, in
virili portione cum liberis suis in proprietatem con-
currat; in aliis verò portionibus nudum habeat vsum-
fructum.

fructum. Omitto quæ Leo tradit Nouel. 22. tanquàm
17 à nostro foro aliena. ¶ Secundus casus est, cùm coniux
superstes transit ad secundas nuptias. Quo casu plura
sunt notanda. I. Eorum, quæ à priori coniuge accepit,
tantùm vsumfructum habet, & administrationem: pro-
prietas verò ad liberos primi matrimonij pertinet:
proinde non potest eas res alienare, vel pignori obli-
gare; sed eas tenetur liberis seruare, l. 3. in princ. l. 5. §.
dominium. Et hoc nomine res eius sunt liberis obliga-
tæ ex ea die, qua lucrum aliquod à coniuge accepit, l. 6.
§. omnibus l. si quis prioris. 8. §. vlt. Si igitur has res pa-
rens alienauerit, quas liberis seruare debebat: liberi
possunt res extantes vindicare: consumptas heredi pa-
rentis condicere, d. l. 5. §. dominium. adeo vt ex huius
parentis rebus liberis satisfiat, d. l. 3. in princ. II. Hæc
obtinent, siue quis inter viuos, siue ex vltima volunta-
te à coniuge acceperit quouis titulo, d. l. 3. in princip.
Item non solùm cùm matrimonium solutum est mor-
te, l. 5. in princ. l. 6. §. his illud. sed etiam cùm diuortium
interuenit, l. quoniã. 9. §. 1. Nou. 22. c. 30. Item siue aga-
tur de eo, quod mulier à viro; siue de eo, quod vir à mu-
liere accepit, l. 5. in pr. Item etiamsi res mulieri dona-
tæ, in dotem conuersæ sint, d. l. 5. §. hoc obseruari. Item
siue coniux, siue alius pro coniuge dederit, d. l. 5. §. 1.
Itẽ siue liberi sint tantùm patris, siue tantùm matris, si-
ue vtriusq;, siue neutrius heredes, d. l. 5. §. in his autem.
Nou. 22. cap. 26. Item etiamsi liberi ante secundas pa-
rentis nuptias decesserint aliis heredibus relictis, l. vlt.
in princ. hoc tamen casu valet alienatio ad finem eius,
quod parens ob non extantes liberos lucratur, d. l. vlt.
§. 1. III. Si filij, quibus bona a priori coniuge accepta
parens seruare debet, liberis relictis moriantur; hi in
illorum locum succedunt, & eadem iura in dictis bo-
nis habent, l. 7. & l. si quis prioris. 8. in princ. IV. Solu-
to per viri mortem matrimonio, si res propter nuptias
donatæ sint immobiles, penes mulierem tamquàm fru-
ctuariam manent. Si sint mobiles, per arbitrum iureiu-
rando interposito æstimantur, vt vel ipsæ, vel earum
æstimatio à muliere liberis finito vsufructu restituan-
tur. Interim si mulier liberis de restitutionẽ satisdet,
ipsas res tenet, iisque fruitur, l. 6. §. his illud. dummodò
in viri hereditate extent: alioquin mulier non potest
sortem, sed vsuras trientes à liberis petere, Nou. 2. c. 4.
& Nou. 22. c. 45. Si verò mulier satisdare nolit, aut non
possit: liberi res possidebunt, dummodò matri satis-
dent se annuas vsuras trientes præstaturos; & insuper,
si omnes matre superstite moriantur, res ipsas restitu-
turos. Neutra enim parte satisdante, eædem res apud
mulierem vsque ad vitæ finem manebunt, d. l. 6. §. his
illud. V. Parens, qui res à coniuge acceptas liberis ser-
uare tenetur, eas potest iure Codicis inter ipsos pro li-
bitu diuidere; vel aliquos, siue aliquem ex his eligere,
ad quem omnes transferat, l. 3. in princ. l. 5. §. domi-
nium. & l. 7. Sed hæc electio sublata est per Nou. 2. cap.
1. & Nou. 22. cap. 25. Nota vltimum versic. d. l. 7. à Do-
ctoribus non accipi, vt à nobis accipitur, de electione,
quam diximus abrogari per cap. 1. dictæ Nou. 2. Vt
igitur vtraque interpretatio perspicua fiat, & vtra me-
lior sit, iudicari possit, finge Mæuiam ex primo marito
tres filios peperisse, Primum, Secundum, & Tertium: &
eo marito mortuo transisse ad secundas nuptias. Quas
igitur res à primo marito accepit, dictis filiis seruare
tenetur: sed pone Primum viua matre Mæuia decede-
re, tribus filiis relictis, Quarto, Quinto, Sexto; ait Im-
perator in d. l. 7. hos in locum Primi patris sui succede-
re: adeo vt Mæuia, quas res à priori marito accepit, eas
Secundo & Tertio filiis communibus, necnon Quar-
to, Quinto, & Sexto nepotibus suis seruare teneatur.
Addit Imperator, *eligendi videlicet, quos voluerint, ex libe-
ris superstitibus, nõ adempta licentia.* Hæc verba Accursius
& Doctores ita interpretãtur, quasi Imperator diceret,
Primum posse vnum, vel plures ex filiis suis, Quarto,
Quinto, Sexto, eligere, ad quem ius suũ transferat. Ego
verò ita accipio, vt imperator licentiã Mæuiæ concedat,
vt ex omnibus dictis liberis superstitibus, nẽpe Secun-
do, Tertio, Quarto, Quinto, Sexto, (nã Primus præde-
functus est) vnum, vel plures eligat, quibus dictas res à
priori coniuge acceptas restituat. Moueor quatuor ar-
gumentis. Primum argumentum est: quia Imperator in
tota ea lege de patre, & matre ad secũdas nuptias tran-
seuntibus, loquitur in numero multitudinis: vbi autem
loquitur de eius filio, vel filia præmoriente, vtitur nu-
mero vnitatis. Vnde cùm in d. vers. vltimo positum sit
verbum pluralis numeri, *voluerint*, fatendũ est, concedi
electionẽ patri, vel matri ad secundas nuptias trãseun-
ti, non filio præmorienti. Alterum argumentum est:
quoniam Imperator non ait se licentiam eligendi tri-
buere, sed non adimere: proinde intelligit licentiam, &
electionẽ anterioribus legibus concessam: quæ est ele-
ctio data patri, vel matri trãseunti ad secundas nuptias,
non filio præmorienti. Tertium argumẽtum est: quia si
Imperator filio præmorienti facultatem tribueret eli-
gẽdi aliquem ex suis filiis, minùs cõmodè adderet ver-
bũ *superstitibus*; quia neminem ex his filiis decessisse po-
suit. At si intelligamus electionẽ datã patri, vel matri,
rectè dicitur, eligi posse aliquem, vel aliquos ex liberis
superstitibus; quia posuimus aliquem iam decessisse,
nempe Primum. Sensus igitur est, portionẽ Primi mo-
rientis pertinere ad liberos eius, salua tamen electione
parenti concessa; qua vt ipse Primus, si viueret, excludi
posset, ita etiã liberi eius excludi possunt. Quartũ argu-
mentum est: quia rationi iuris minùs consentaneũ est,
vt Primus, qui nondum est à parẽte electus, aliquem ex
liberis suis eligat: nam matre eligente Secundum, aut
Tertium, frustra Primus elegisset Quartum, vel Quin-
tum. VI. Si multi sint liberi eiusdem parẽtis ex diuersis
matrimoniis: separanda sunt lucra nuptialia, ita vt sin-
gulis debeatur, quod ab eorum parente profectum est.
Quare liberi ex primis nuptiis suscepti, in lucro secũdi
matrimonij cum liberis huius secundi matrimonij non
concurrunt; quamuis parens ad tertia vota non tran-
sierit. Cætera verò, quæ à secundo coniuge accepit
coniux, qui non transiit ad tertias nuptias, huic iuri non
subiacent: sed cum aliis bonis commiscentur: & vt alia
bona deferuntur, aut pro arbitrio eius, cui sunt acquisi-
ta, disponuntur, l. 4. in princ. Nou. 22. cap. 29. VII. Si vi-
duus viduam duxerit, & in eam res aliquas contulerit;
deinde nullis ex hoc secundo matrimonio liberis reli-
ctis decesserit; mulier in his rebus plenum ius habet, li-
cèt donatoris liberi extent ex priori matrimonio suscε-
pti, d. l. 4. §. 1. VIII. Filius ex quocumque matrimonio
susceptus, res à matre acceptas, siue ex causa donationis
propter nuptias, siue ex alia quacumque causa matris
factæ fuerint, in portionem sibi à matre debitam impu-
tat, d. l. 4. §. vlt. Debitam portionẽ intelligere possumus,
vel legitimam iure naturæ debitam, vel lucrum nuptia-
le, quod mulier tenetur seruare liberis ex eo viro susce-
ptis, à quo lucrum illud accepit. Sed prior interpretatio
verbis magis conuenit: vix enim est, vt lucra nuptialia
possint appellari debita portio, cùm vniuersa liberis
seruari debeant, non eorum aliqua pars. ¶ In tertio se- 18
gmento agitur de iis, quæ mulier accipit à liberis primi
matrimonij. Hic seorsum, ac distinctè sunt explicanda
iura Codicis, & Nouellarũ. ¶ Iure Codicis distinguũtur 19
tres casus: aut enim mulier in viduitate permanet, aut
viuis filiis primi matrimonij transit ad secũdas nuptias,
aut post eorum mortem transit ad secunda vota. ¶ Pri- 20
mo casu, quo mulier in viduitate permanet, filiis sine
prole decedẽtibus succedit pleno iure, infr. ad S.C. Ter-
tull. l. 5. ¶ Secundo casu mulier, quæ ad secũdas nuptias 21

trāſit, id, quod à filio primi matrimonij poſteà moriente, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato accipit, pleno iure poſſidet, ſi nulli alij ex eodē matrimonio liberi extent: alijs verò filijs extantibus, nudum habet vſumfructum, l.3.§.illud. ¶ Tertio caſu, quo mulier poſt filij ex primo
22 matrimonio geniti mortem, ſecundas nuptias cōtraxit, non idem ius habet in omnibus bonis, quæ ab eo filio accipit: ſed in aduentitijs plenum ius, in profectitijs ſolū vſumfructū habet: quia cogitur hæc alijs eiuſdem matrimonij filijs, id eſt, defuncti fratribus, vel ſororibus ſeruare, d.l.5. ergo ſi nec fratres, nec ſorores aliquæ ſint, in his quoq; bonis profectitijs mulier plenū ius habet.
23 ¶ Nouellæ & inter ſe, & à Codice variāt. Nam ex Nou. 2. cap. 3. mulier in ſponſalitia largitate habet ſolum vſumfructū; in alijs bonis ſuccedit filijs pleno iure. Sed ex Nou.22.cap.46. in aduentitijs mater ſuccedit pleno iure: in profectitijs habet ſolum vſumfructū; & has res cogitur ad alios filios eiuſdem matrimonij, id eſt, ad defuncti fratres, vel ſorores, niſi erga ipſam, vel erga defunctum ingrati fuerint, tranſmittere. Quare hęc Nou. congruit cum Nou.2. non cum iure Codicis, quatenus nullam habet rationem temporis, quo ſecundæ nuptiæ cōtractę ſunt: nihil enim refert, vtrum viuo, an mortuo filio, mater ad ſecundas nuptias tranſeat. Rurſus congruit cum Codice, non cum Nou. 2. quatenus profectitiorum & aduentitiorū diſtinctionem iure Codicis probatam, & dicta Nou.2. ſublatam reſtituit. ¶ Hæc,
24 quæ de muliere in hoc ſegmento diximus, in viro non obtinent, qui indiſtinctè filijs ſuccedit pleno iure, ſiue ad alias nuptias trāſeat, ſiue non, vt teſtatur Imperator d.Nou.2.cap.3. vbi eadem iura matri tribuit: ſed poſteà (vt iam expoſui) correxit, d.Nou.22.cap.46. Non obſtat l.5.in princ. quæ maritum mulieri æquiparat, & eidem pœnæ ob ſecundas nuptias ſubijcit: quia non loquitur de ſucceſſione in bonis liberorum, de qua nos in præſentia tractamus, ſed de eo quod coniux ab altero coniuge accepit.

Tit. X. Si ſecundo nupſerit mulier, cui maritus vſumfructum reliquit.

Hic titulus eſt pars ſuperioris, & pertinet ad
1 ſecundum caſum ſecundi ſegmenti capitis ſecundi. Nam pœnis ſecundarum nuptiarum, quas ibi expoſui num. 17. hæc additur, vt mulier ad ſecundas nuptias tranſiens, confeſtim amittat vſumfruct. ſibi à marito legatū; ac teneatur res filijs illicò reſtituere: &, niſi ſtatim reſtituat, putà quia filij ſunt pupilli, tutore deſtituti, poſtea reſtituere tenebitur cum fructibus competentibus, l.vnic. id eſt, cum fructibus, quos percepit, ſup. de vſufruct. l.5. & qui percipi honeſte potuerunt, D. de rei vindic. l. fructus non modò 33. l.ſi nauis. 62. §.1. deductis tamen neceſſarijs impenſis, D. fam. erciſc. l. fundus qui dotis. 51. in princ. & ſolut. matrimon. l. 7. in princ. Idem obtinuiſſe in vſufructu vxori donato inter viuos, quibus caſibus donatio valet; necnon in vſufructu, quem vxor marito donauit, aut legauit, ſatis conſtat ex Nou.22.cap.32. Sed ibi Iuſtinianus huic iuri derogat, & vſumfructum per ſecundas nuptias amitti vetat, niſi hac lege donatus, aut legatus fuerit, vt ſecutis ſecundis nuptijs extingueretur. Addit Imperator ſequenti cap. 33. vſumfructum in dote, vel donatione propter nuptias conſtitutum manere penes eam perſonam, cui conſtitutus fuit, quamdiu viuit, nec poſſe ei adimi in teſtamento eius, à quo fuit conſtitutus.

Tit. XI. De dotis promiſſione vel nuda pollicitatione.

I. 6.	*III.* 6.12.
II. 10.	*IV.* 13.4.
V. 8. 9.	*VI.* 13.5.
VII. 11.	

Cum dictum ſit de nuptijs, conſequenter dicendū de dote: nam etſi nuptiæ regulariter 1
ſine dote eſſe poſſunt: tamen dos ſine nuptijs non conſiſtit, ſupr. de donat. ant. nupt. l.vlt. verſ. ſicut enim. & infr. de repud. l. pen. in princ. & D. de iur. dot. l.3. & Nou.22.c.3. ¶ Dos propriè eſt quali- 2
tas, ex qua res vocantur dotales. Sunt autē res dotales, quæ ſunt in naturali dominio mulieris, & in ciuili dominio mariti, infr. tit. prox. de iur. dot. l. pen. & D. eod. l. quamuis. 75. ac ſunt penes maritum, vt fructus percipiat, & inde onera matrimonij ſuſtineat, D. eod. l.7. cui matrimonio dos cohæret, eiúſque oneribus ſeruire debet, D. de caſtrenſ. pecul. l. dotem. 16. in princ. Adeo autem verum eſt, dotē oneribus matrimonij ſeruire, infr. tit. prox. l. pro onerib. 10. & D. famil. erciſc. l. ſi filia. 20. §. hoc amplius. l. ſi maritus. 46. & de iur. dot. l.7. in pr. & de donat. int. vir. & vxor. l. ſi quis pro vxore. 21. §. 1. & ſolu. matrim. l. ſi cùm dotē. 22. §. ſin autem in ſęuiſſimo, vt, niſi oneribus matrimonij ſeruiat, dos nulla ſit, D. de iur. dot l. ſi pater, 76. & de pact. dotal. l. cùm pater. 11.
¶ Iamuerò dos aut eſt conſtituta, aut debita. Conſtitui- 3
tur traditione, vt pecunię numeratione, inf. de dot. caut. non numer. l.1. Debetur ex promiſſione, quæ per ſtipulationem fit, vel per nudam pollicitationem, D. de ædil. edict. l. ſciēdum. 19. §. dictū. Sed propriè dicitur promiſſio, cùm quis ſtipulanti ſpondet, Inſtit. de inutil. ſtipul. §. ſi ſcriptum. vt in hac rubric. pollicitatio verò eſt ſine ſtipulatione, l.6. Cùm igitur pollicitatio dotis obligationem conſtituat, certè etiam nudum pactum ad idem valet: quia pollicitatio ſic diſtinguitur à pacto, vt quodammodò in pacto inſit: ſi quidem pactum eſt nudus conſenſus duorum inter ſe paciſcentium: pollicitatio verò eſt nudus conſenſus vnius offerētis, D. de pollicit. l.3. in pr. Sed hodie ſēper dos ex ſtipulatione debetur: quia ſiue ſtipulatio omiſſa ſit, à lege ſuppletur: ſiue inutiliter facta ſit, pro vtili habetur, infr. de rei vxor. actio. l. vn. in princ. ¶ Huius tituli duæ ſunt partes. ¶ In prio- 4
ri parte agitur de dotis promiſſione: vbi diſtinguuntur 5
tres caſus: quia modò ipſa mulier dotē promittit; modò pater eius; modò extraneus. ¶ Primus igitur caſus eſt, 6
cùm mulier nubens dotem promittit. Hæc promiſſio non valet, ſi ſimpliciter facta ſit, non expreſſa certa ſpecie, vel quantitate. Quare ſi mulier centum (exempli causâ) vel fundum Tuſculanum dotis nomine ſe daturam promittat; promiſſio valet. Hæc verò ſtipulatio, *dotem dabis? dabo.* in perſona mulieris nubentis non valet, l.1. Aliud iuris eſt, ſi pater mulieris dotē ſimpliciter promittat: quia perinde habetur, ac ſi boni viri arbitrio ſe daturum promitteret: idémque dicendum, ſi ſuo arbitratu ſe daturum ſpondeat: vtroque enim caſu dotem conſtituere tenetur pro modo facultatum ſuarum, & dignitate mariti, D. de iure dot. l. cùm poſt. 69. §. gener. Nec dubito, quin idem dicendum ſit de extraneo promiſſore, quod de patre mulieris, argum. l.3. Nam iura mulieri nubenti fauent: idcirco aliorum promiſſionem ſuſtinent, quò magis mulier dotata ſit: non item ſuſtinent promiſſionem ipſius mulieris de ſuis bonis dotem cōſtituturæ; quia mulier ex hac ſua promiſſione nullam percipit vtilitatem. ¶ Secundus caſus eſt, cùm 7
puellę pater dotem pro ea promittit. Hîc quatuor quęſtiones deciduntur. ¶ Primò quæritur, cui detur actio ad 8
petēdam dotem? Reſpondetur, actionem dari marito, nō mulieri, l.5. quia (vt ſupr. dixi) maritus ſuſtinet onera matrimonij, quibus dos ſeruire debet. ¶ Secūdò quæri- 9
tur, contra quē detur actio? Reſpōdetur, non ſolùm dari contra ſocerū, qui promiſit; ſed etiā contra ſucceſſores eius, d.l.5. ¶ Tertiò quęritur, quid in hāc actionē veniat? 10
Reſpōdetur, ſi dos & vſuræ dotis promiſſæ ſint, maritū id conſecuturū, quod oſtēderit ſibi deberi, l.2. id eſt,

non

non solùm sortem, sed etiam vsuras consequenter eius
temporis, quo sors soluta non fuit; si modò sustinuit
onera matrimonij, D. de iure dot. d. l. cùm post. §. in domum. & de doli excep. l. pater 17. in princip. nec harũ vsurarum petitionem remisit, D. de iur. dot. l. si quis
11 pro vxore. 21. §. 1. ¶ Quartò quæritur, ex quibus bonis
dos secundum dictam promissionem sit constituẽda, id est, vtrùm pater censeatur dotem promittere de suis tantùm bonis, an etiam de rebus penes se constitutis, quæ ad filiam pertinent, putà maternis, quarum filia proprietatem, pater solùm vsumfructum habet? Eadem quæstio locum habet in donatione propter nuptias, quã pater pro filio promisit. Hanc quęstionẽ per distinctiones Iustinianus decidit: Nam si pater simpliciter dotem, vel donationem propter nuptias promittat, de suis tantùm bonis promittere censetur. Si verò adiecit se tã de paternis quàm de maternis, aliisve filio, seu filię debitis se daturum, si quidem inops sit, ex illis rebus creditur promisisse, quæ ad filium, vel filiam pertinent. Si verò idoneam substantiam possideat, perinde tenetur, ac si expresśè de suis tantùm bonis promisisset, nisi expresserit, quãtum de suis, quantum de aliis bonis dare vellet: hac enim quasi pœna ob incertam promissionem afficitur, vt de sua tãtùm substantia dare teneatur. Quæ de dote vel donatione propter nuptias promissa dixi, eadem in data obtinent, si fortè pater simpliciter (putà centum) dederit, aut tam de paternis, quàm de
12 aliis bonis se dare expresserit, l. vltim. ¶ Tertius casus
est, cùm extraneus dotem promisit. Finge extraneum promisisse dotem, non expressa certa specie, vel quantitate; sed suo arbitratu; valetne hæc promissio? Ideo valet, quia res ad arbitrium boni viri redigitur, l. 3. Quoniam igitur eadem ratio est, siue quis simpliciter, siue suo arbitratu dotem promittat, quia vtroque casu dos arbitrio boni viri constituitur, D. de iur. dot. d. l. cùm post. §. gener. patet verum esse, quod sup. dixi, num. 6. valere dotis promissionem simpliciter ab extraneo
13 factam. ¶ In posteriori tituli parte agitur de pollicitatione, & nudo pacto. Vbi duo traduntur, I. Dotis obligationem quibuscumque verbis, etiam sine stipulatione, per pollicitationem constitui, l. 6. II. Etiam ex pacto tacito actionem dari, verbi gratia, si in instrumento dotali scriptum sit, fundum Tusculanum, & ædes Seianas in dotem data esse, cùm solus fundus datus sit: hinc colligitur tacitum pactum, ex quo maritus ædes petere poterit, l. 4.

Tit. XII. De iure dotium.

I. 12. *ij.* 15. *vj.*	*XIX.* 18. *iij.*
II. 18. *iij.*	*XX.* 13. *v.*
III. 13. *ij.*	*XXI.* 12. *ij.* 19. *iv.*
IV. 8.	*XXII.* 13. *ij.*
V. 12. *ij.* 19. *iv.*	*XIII.* 13. *ij.*
VI. 18. 10. *ij.*	*XXIV.* 25. *ij.*
VII. 18.	*XXV.* 25. *iij.*
VIII. 17. 19. *j.*	*XXVI.* 18. *iij.*
IX. 22.	*XXVII.* 26.
X. 12. *j.* *ij.* 20. *v.*	*XXVIII.* 5. 57.
XI. 15. *iv.*	*XXIX.* 16.
XII. 19. *ij.* *iij.*	*XXX. in princip.* 13. *j.* 20. *iij.* *iv.* 22.
XIII. 15. *vj.*	§. *omnis.* 21.
XIV. 3. 4.	*XXXI. in princip.* 10. 17.
XV. 23. 34.	§. *simili.* 10.
XVI. 9.	§. *præterea.* 14.
XVII. 13. *ij.*	
XVIII. 25. *j.*	

1 HIc titulus diuiditur in tria capita. ¶ Primo capi-
2 te de constitutione dotis dissoluuntur sex quæ-
3 stiones. ¶ Primo quæritur, an mater cogatur dotare filiam? Respondetur, non cogi, nisi ex magna, & probabili causa: vt quia mater est locuples, filia inops, & patrę orbata: vel ex causa legibus specialiter expressa, l. neque. 14. vt quia filia est orthodoxa, mater heretica, supr. de heretic. l. cognouimus. 19. §. 1. ¶ Secundò 4
quæritur, an pater possit de bonis vxoris dotare filiam communem? Respondetur, non posse, nisi vxor consentiat, d. l. neque. Nam quod dicitur, patrem cogi dotare filiam, D. de ritu nupt. l. capite. 19. seu paternum esse officium dotem dare pro filia, supr. tit. prox. l. vltim. vers. neque enim. intelligi de bonis paternis debet, non de maternis. ¶ Tertiò quæritur, an puella 5
minor viginti quinque annis nubẽs possit dotem viro dare? Respondetur, posse, curatore auctore: siue sit curator generaliter datus ad omnes res puellę administrandas, siue specialiter datus dotis constituendę causa. Nec obstat, quòd cùm rem puellæ saluam fore satisdedit, in minorem quantitatem cauit, quàm sit dotis quantitas. Hæc sententia producitur ad dotis repetitionem: etenim quo casu dos repetẽda est, mulier curatore auctore eam rectè exiget, l. mulier. 28. in princip. Producitur etiam ad donationem propter nuptias, d. l. mulier. §. 1.
¶ Nota primò differentiam inter nuptias, & dotem, 6
vel donationem propter nuptias: quia cùm curator rebus, non personæ detur: sine eius auctoritate celebratur personalis nuptiarum contractus, supr. de nupt. l. in copulandis, 8. non realis, id est, dotis datio, vel donatio propter nuptias, vt modò exposui. ¶ Nota se- 7
cundò, si puella in dote danda læsa sit, vt quia dotem vltra vires patrimonij promisit, eam posse in integrum restitutionem petere, supr. si aduers. dot. l. vn. & D. de minorib. l. si ex causa. 9. §. 1. eo non obstante, quod curatoris auctoritas interuenit, supr. si tutor, vel cura. interuen. l. 2. ¶ Quartò quæritur, an mulier possit omnia 8
bona sua in dotem dare? Respondetur, posse: quia hoc nulla lege prohibetur, l. 4. hîc igitur obtinet illa iuris regula, quemlibet de re sua pro libitu disponere posse, supr. manda. l. in re mandata. 21. Si tamen minor puella in hoc circumscripta sit, in integrum restituetur, d. l. si ex causa. §. 1. vt quia mariti qualitas non ea fuit, vt tantam dotem accipere deberet: non tantum enim facultatum dotantis, sed etiam dignitatis mariti in cõstituenda dote ratio habetur, D. h. t. l. cùm post. 69. §. gener. ¶ Quintò quæritur, an mulier partem fundi, quam 9
pro indiuiso habet, in dotem dare possit? Respondetur, nihil obstare, quominùs in dotem dare possit, l. ante. 16. Vt enim quæ in solidum est domina; totum dare in dotem potest: ita quæ est domina pro parte, eam partem dare potest: siquidem eadem est ratio totius ad totum, & partis ad partem, D. de rei vindic. l. quæ de tota 76. in princip. ¶ Sextò quæritur, an insinuatio necessaria sit, si mater, vel cognatus, vel extraneus dotem pro filia det? Respondetur, non esse necessariam. Quamuis enim respectu dotãtis sit donatio, quia ex mera liberalitate hoc facit, cùm dotare mulierem non teneatur: tamen sine insinuatione, etiam vltra quingentos aureos valet, non solùm respectu mariti petentis dotem, qui non accipit titulo lucratiuo, sed oneroso, D. de obligat. & act. l. ex promissione. 19. propter onera matrimonij, l. pro oneribus, 20. & D. eod. l. 7. Verùm etiam respectu mulieris dotem repetentis: siue ideo dotem repetat; quia consentiente eo, qui dotem dedit, stipulata est sibi reddi; siue quia nihil de dote reddenda conuenit, l. vlt. in princip. is enim, qui dotem pro muliere dat, ei donare censetur in omnem euentum, in quem sibi reddi nõ est expresse stipulatus, vel pactus, D. soluto matrimonio, l. si cum dotem. 22. in princip. Simile quid subiicit imperator de donatione propter nuptias: nam si extraneus, id est, qui eum pro quo dat, in potestate non habet, donationem propter nuptias in mulierem con-

fetat,)ita demum insinuatio est necessaria, si donatio
excedat quingentos aureos, & mulier sit maior 25.an-
nis: siue autem insinuatio prætermitti rectè potuit,si-
ue,cùm necessaria esset,adhibita sit,non solùm mulieri,
sed etiam marito prodest: adeo vt existente casu dona-
tionis restituendæ non reddatur donatori, nisi ab ini-
tio sit stipulatus; supple, vel pactus sibi reddi: sed ipsi
11 marito, d.l.vlt.§.1.¶ Secundo capite agitur de dote so-
luta, vel soluenda. Vbi distinguuntur tres casus:aut
enim res datæ sunt æstimatæ, aut datæ sunt inæstima-
12 tæ, aut dos soluta non est. ¶ De rebus datis æstimatis,
hæc notentur.I.Aestimatio vim habet venditionis, ita
vt ex empto vendito agatur, l cùm dotem. 10. & supr.
de pact.l.ex conuentione.11.&D. h. tit. l. quoties. 16.
II. Harum rerum periculum pertinet ad maritum,qui
in casum restituendæ dotis, ad æstimationem, qua ta-
xatæ sunt,reddendā tenetur,nisi pacto vel de rebus re-
stituendis conuenerit, vel electio mulieri data sit,vtrū
res,an æstimationem petere malit, l.5.d.l.cùm dotem.
l.si inter.21.& D.eodem.l.plerúmque.10. in princ.& §.
vlt.Si tamen res sint euictæ,maritus contra mulierem,
vel alium qui dotem dedit,habet actionem ex empto,
13 l.1.& D.eod.d.l. quoties. ¶ De rebus datis inæstimatis
hæc notentur.I.Harum rerum dominium est mulieris,
& mariti, non pro partibus,sed vtriusque in solidum,
D.eod. l. quamuis. 75. diuersimodè tamen, quia idem
dominium duorum esse in solidum non potest,D.com-
moda.l.5.§.vltim. ergo dominium naturale est mulie-
ris,ciuile est mariti,l.penultim. in princip. II.Nec mu-
lier,l.si prædium.23. nec alius, qui dotem pro muliere
dedit,rem dotalem alienare potest, l.res quas. 17.l.rem
quam. 22. III.Maritus seruum dotalem manumittere
potest, tam inter viuos,quàm in vltima voluntate:nec
impeditur,aut reuocatur libertas,l.3.& inf.de seru.pign.
dat. manumit. l. vltim. dūmodò maritus sit soluendo,
infr. eod. l. 1.& D. de manumiss.l.seruum dotalem.21.
De prædio dotali dicetur infr.titu.23.IV. Si res in do-
tem datę diripiatur, marito actio competit,l.de his 11.
quamuis periculum deteriorationis ad mulierem per-
tineat, D. hoc tit. l. plerúmque. 10.in princip.quod &
in aliis actionibus rerum dotalium nomine compe-
tentibus obtinet, vt marito dentur,non mulieri, supr.
de rei vindic. l. dote. 9. V. Fructus ad maritum perti-
nent,vt sustineat onera matrimonij, D.eo.l.7.in princ.
Idcirco si fructus percepit, eius lucro cedunt: si vxo-
rem capere permisit,ab ea repetere potest,in quantum
locupletior facta est, l. pro oneribus. 20. vt contingit
etiam in alijs donationibus simplicibus inter virum,
& vxorem factis, D. de donat. int. virum, & vxorem
l. 5. §. cùm igitur.& §§. seqq. & l. 7. in princip. & §. 1.
VI. Re euicta sic distinguitur: Aut pollicitatio, si-
ue promissio intercessit, aut non. Accursius & Do-
ctores communiter in l. 1. intelligunt pollicitatio-
nem, vel promissionem dotis dandæ: quidam, vt Iac.
de Arena,intelligunt euictionis præstandæ:ego vtram-
que interpretationem coniungo: nihil enim referre
puto,vtro modo promissio,vel pollicitatio interuene-
rit. Si igitur pollicitatio vel promissio intercessit,ma-
ritus de euictione agere potest, etiamsi, cùm rem ac-
ciperet, alienam esse sciret, l. si à matre.13.agit autem,
si promissio interuénit,ex stipulatu:si pollicitatio,con-
dictione,d.l.1.id est, (vt Accursius rectè interpretatur)
condictione ex lege. Quod si neque promissio, neque
pollicitatio interposita sit: subdistinguitur. Etenim
alienam esse rem sciebat, aut is, qui dotem dedit: aut
maritus,qui accepit,aut vterque:aut neuter.Primo ca-
su,si extraneus dotem dedit,de dolo: si mulier, vel so-
cer,in factum actione tenetur, d.l.1.& ibi glos.Caete-
ris casibus de euictione agi non potest, d. l. 1. vers. sin
14 verò. d. l. si à matre. ¶ Denique de dote non soluta,
præter ea,quæ dicta sunt supr. tit. prox.l. 2.& dicentur
infr.de dot.caut.non numerat. duo notantur hoc tit.
I.Si is,qui dotem dare debet, per biennium solutio-
nem differat:post hoc tempus, rerum immobilium,&
earum, quæ rebus immobilibus comparantur, annui
reditus,& panis ciuilis reditum, seu pensionem: auri
verò, & rerum mobilium æstimatarum,etiamsi rerum
singularum æstimationes non sint in vnam summam
coadunatæ,vsuras trientes præstare cogitur:rerum au-
tem mobilium inæstimatarum fructus, & omnem cau-
sam debet à die litis contestatæ, l. vlt. §. vlt. & D. de
vsur.l.videamus generali. 38. §. si actionem. II. Mari-
tus sortem dotis quandocumque petere potest, id est,
tam ante, quàm post biennium: nec potest dotis pro-
missor,reditus,vel pensiones,vel vsuras offerendo,sor-
tis solutionem differre, d.l. vlt. §. vlt. ¶ Tertio capite 15
de repetitione dotis dissoluuntur decem quæstiones.
¶ Primò quæritur, quando dos repetatur? Respon- 16
detur,soluto matrimonio repeti, non stante matrimo-
nio,infr.tit. 18. & 19. nisi maritus ad inopiam vergat:
quo casu mulier pro dote, & donatione propter nu-
ptias,& bonis paraphernalibus, non solùm habet ex-
ceptionem,si res mariti possideat;sed etiam actionem,
si non possideat; perinde ac si matrimonium solu-
tum esset: eas tamen res non potest alienare, sed ex
earum fructibus onera matrimonij sustinere; & ma-
ritum, ac liberos, si qui sunt, alere debet, saluo om-
ni iure, quod ex pactis dotalibus aut marito, aut
mulieri soluto matrimonio competet, l. vbi. 29.
¶ Secundò quæritur, quis dotem repetat? Sic di- 17
stinguitur:Aut ipsa mulier nubens dotem dedit; aut
pater, siue auus paternus; aut extraneus, vt mater,
vel alius quilibet. Primo casu ipsa mulier soluto ma-
trimonio dotem repetit,licèt sit minor vigintiquinque
annis,dummodò adhibitā curatoris auctoritate agat, l.
mulier. 28. in princip. quod obtinet etiam in masculo
minore repetente donationem propter nuptias, d. l.
mulier.§.1.Secundo casu actio est communis patri, &
filiæ; ita vt pater eam moueat consensu filiæ,D.solu.
matrimo.l.2.nisi pater cum dotem daret, incontinenti
stipulatus sit sibi reddi: quia nec pactum licèt inconti-
nenti factum, l.6. nec stipulatio ex interuallo facta,
infr.de pact.conuen.l.ex morte. 9. in fin. & D. de pact.
dotal. l. 7. quamuis ei pactum adiectum sit, naturam
dotis profectitiæ mutat, l. 7. nisi saltem ante nuptias
stipulatio facta sit,D.hoc tit.l.post nuptias. 28. & solu.
matrimon.l.quoties.29.in princip.nec obstat,quod Iu-
stinianus patri mulierem in potestate habenti actio-
nem dat ex tacita stipulatione,infr.tit.prox.l.vn. §. ac-
cedit, in fi. quia vt multarum legum correctio vitetur,
dicendum est, hanc actionem ei dati in præiudicium
filiæ, pro qua dotem dedit. Tertio casu actio mulieri
datur, nisi is, qui pro muliere dotem dedit,eam sibi
reddi stipulatus,vel pactus incontinenti sit,l.6.l.vltim.
vers.nisi ipse,& infr.tit.prox. d.§.accedit,& de pact.cō-
uent.l.ex morte.9.in fin.Nec refert,vtrùm dotem quis,
an data in dotem sibi reddi, aut se sequi, aut ad se per-
tinere stipulatus sit; indistinctè enim tam res ab initio
in dotem datas,quàm eas,quæ posteà doti adiectę sunt,
consequetur,l.etiamsi.8. ¶ Communiter de his tribus 18
casibus, quatuor traduntur, I. Dotantis stipulatio,
vel pactum ex interuallo post nuptias factum non no-
cet mulieri dotatæ, vt ex supr.dictis patet.II. Si pater,
vel extraneus, non in omnem euentum,quo matrimo-
nium solutum erit, sibi reddi dotem stipulatus sit: in
eum casum, qui est omissus, actio mulieri compe-
tit.Nam si in casum mortis stipulatus sit, diuortio se-
cuto mulier agit, & si in casum diuortij stipulatus sit,
matrimonio per viri mortem dirempto mulier dotem
repetit,D.solut.matrimo.l.si cum dotem.22.in princip.

III. Si

III. Si pater, vel extraneus dotem dans, eam soluto
matrimonio alij, quem non habet in potestate, puta Ti-
tio reddi stipulatus, vel pactus sit, nulla actio Titio da-
tur, nisi ipse sibi, dotantis consensu, stipulatus sit. Quo
tamen casu actio Titij, per exceptionem elidetur, qua-
tenus Titius ex dotantis testamento accepit, si testator
eum relictis in testamento, contentum esse, ac liberare
maritum ab obligatione dotis restituendæ voluerit, l.
2. l. cùm patrem. 19. l. si genero. 26. Sed cur imperatores
in d. l. cùm patrem, addut, *salua Falcidia*? Quia Titius he-
res à dotante institutus, non tenetur maritum liberare:
nisi salua Falcidia. Vt enim alia in eo testamento relicta
vltra dodrantem minuuntur per legem Falcidiam, ita
etiam minuitur hæc liberatio marito relicta. IV. Si is,
qui dotem dat, eam filio, vel nepoti, quem in potestate
habet, reddi stipulatus sit, vtilis actio illi acquiritur, inf.
de pact. conuen. l. 7. Idem dicendum, si ipsi mulieri, pro
qua dotem dedit, reddi stipulatus sit, D. solut. matrim.
19 l. Gaius. 45. ¶ Tertiò quæritur, quid repetatur? Hic qua-
tuor traduntur. I. Non solùm quod ab initio in dotem
datum fuit; sed etiam quod postea est adiectum, repeti
potest, ac restitui debet, l. etiamsi. 8. II. Quæ partem exe-
git, residuum petit, l. ex pecunia. 12. III. Si pecunia do-
tali fundum maritus emerit: non fundum, sed pecuniam
repetere oportet, d. l. ex pecunia. nam res nummis dota-
libus empta, non est dotalis. Vide Centur. 5. q. 53. IV.
Si res æstimatæ in dotem datæ fuerint, æstimatio repe-
titur, nisi cōuenerit, vt res ipsæ restituerentur, l. 5. l. cum
dotem. 10. l. si inter 21. vel vt repetentis electio esset
20 vtrùm mallet res, an æstimationem petere, D. h. t. l. ple-
rùmque. 10. §. vlt. ¶ Quartò quæritur, qua actione repe-
tatur? Multæ actiones ad hoc competunt. I. Actio ex sti-
pulatu, ita demum datur extraneo dotanti, si dotem si-
bi reddi stipulatus sit: ei verò, qui mulierem in potesta-
te habet, eam dotanti competit, etiamsi expressè stipu-
latus non sit, quia tacite stipulatus creditur: & similiter
datur mulieri, non solùm si expressè stipulata sit dotem
sibi reddi, sed etiam si stipulatio expressè facta non sit,
cùm vel ipsa pro se, vel extraneus pro ea dotem daret.
Extraneum autem hîc vocamus quemcumque non ha-
bentem mulierem in potestate, infr. tit. prox. l. vn. §. 1.
& §. accedit. II. Actio præscriptis verbis datur extraneo
dotāti, si dotē sibi reddi non stipulatus, sed pactus sit, l. 6.
& iof. t. prox. d. §. accedit. III. Rei vindicatio datur mu-
lieri, si res dotales extent, l. penultim. in princip. & vti-
lis vindicatio ad persequendas res dotali pecunia em-
ptas, vt docui d. q. 53. Centur. 5. IV Actio hypothecaria
locum habet, d. l. penultim. in princip. licet de hypothe-
ca expressè non cōuenerit: quia tacite hypotheca con-
trahitur, d. l. vn. §. 1. V. Actio ex vendito, si res æstimatæ
in dotem datæ fuerint, arg. l. cum dotem. 10. & D. eod.
21 l. quoties. 16. & supr. de pact. l. ex cōuētione. 51. ¶ Quin-
tò quæritur, an præscriptio contra mulierem currat,
quæ dictas actiones ei reddat inefficaces? Respondetur,
currere à die, qua mulier dotem exigere potest:
siue hoc accidat stante, siue soluto matrimonio, d. l. pen.
22 §. 5. ¶ Sextò quæritur, quibus mariti creditoribus mu-
lier dotem repetens præfertur? Respondetur, eam præ-
ferri omnibus alijs creditoribus, etiam hypothecam
anteriorem habentibus: nec puto referre, vtrùm expres-
sam, an tacitam hypothecam habeant, d. l. penultim. in
princip. & infr. qui potior. in pignor. hab. l. vltim. non
est igitur mirum, si reipublicæ, cui maritus post acce-
ptam dotem est obligatus, præferatur, l. dotis. 9. Vide
23 tracta. de pignor. axiom. 120. memb. 6. axiom. 122. 123.
¶ Septimò quæritur, quid agentem probare oporteat,
vt iudicio obtineat? Respondetur, probandum dotem
datā esse, l. cùm citra. 15. nam etsi dotale instrumentum
scriptum sit; tamen dotem repetenti opponi poterit
24 exceptio dotis non numeratę, infr. de dot. caut. non nu-
mera. l. 1. & l. vlt. ¶ Octauò quęritur, quomodò pro-
banda sit datio dotis? Respondetur, quocumque modò
legitimo probari, nec nocere instrumenti dotalis amis-
sionem, si alio quouis modo probari possit dotem 25
datam fuisse, d. l. cùm citra. ¶ Nonò quæritur,
quibus ex causis marito de dote cōuento exceptio de-
tur, quominus dotem restituere cogatur, sed eam reti-
nere possit, licet matrimonium solutum sit: Causę plu-
res considerantur. I. Pactum in hac specie: Titia filiæ
suæ Mæuiæ fundum deducto vsufructu donauit: mox
Mæuia tibi nubens eum fundum; ac Titia eiusdem
fundi vsumfructum in dotem dedit: cum vtraque
autem pactus es, vt si Mæuia in matrimonio de-
cederet, fundus penes te maneret: postea euenit
vt Mæuia stante matrimonio vitam cum morte
commutaret: sine dubio fundus, id est, plena proprie-
tas apud te ex pacto remanet: hoc igitur casu vsusfru-
ctus extinctus est: quia cùm proprietate est coniunctus,
nec ab ea separatur. At si Titia Mæuiæ vsumfructum
locauit ad certum tempus, & intra id tempus Mæuia
moriatur, vsusfructus morte Mæuiæ non extinguitur, l.
si socrus. 18. quia conductore intra tempus conductio-
nis moriente, non extinguitur conductio, sed heres
conductoris in ea succedit, supr. de loca. & condu. l.
viam. 10. Institut. eod. § vltim. Non obstat, quod vsus-
fructus morte fructuarij finitur, Institut. de vsufruct.
§. finitur, cùm sim. quoniam ab hac regula excipitur
vsusfructus a domino plenæ proprietatis locatus, vt
notaui in Method. de vsufructu. §. 82. memb. 5. Rursus
non obstat l. si domina. 10. supr. eod. tit. quæ varijs mo-
dis legitur, & explicatur: sed recepta lectio commodis-
simam, & perspicuam, ac dictæ l. si socrus. congruen-
tem sententiam habet, si verbum *causa* accipiatur in
sexto casu, & ad verbum *tenegandæ*, ex proximo repeta-
tur annua præstatio. sensus enim erit, quam pensionem
mulier, quæ vsumfructum a domina plenæ proprietatis
conduxerat, locatrici præstabat, eandem heredem
eius, vt vti frui possit, debere eidem locatrici præstare
II. Culpa mulieris, cui restituenda dos erat: nam si vxo-
ris culpa matrimonium soluatur, maritus dotem reti-
net, infr. de repud. l. consensu. 8. §. virum. Quid ergo, si
patronus pro liberta dotem dederit, eaque in patro-
num, & in maritum ingrata fuerit; eiusque solutum sit
matrimonium? Si quidem patronus dotem sibi reddi
stipulatus, vel pactus sit, sine dubio eam repetere pote-
rit: sin minus, quia mulieri donasse censetur, & mulie-
ris actio est, vt supr. docui, num. 17. vers. tertio casu. mu-
lier dotem propter suam culpam perdit: consequenter
dos penes maritum manet, l. si dotem. 24. Si obiicias,
patronum ob ingratitudinem libertæ, cui donauit, pos-
se donationem reuocare, infr. de reuocand. donat. l. 1. &
l. vlt. Respondebo, eum non posse reuocare in præiudi-
ciū mariti; quia maritus non accepit titulo donationis
lucratiuo, sed titulo dotis oneroso, vt supr. monui, num.
50. III. Causa stipulationis non secuta, finge mulierem,
quæ à viro stipulata est, dotem soluto matrimonio sibi
reddi, vt de ea testari posset, posteà decessisse intestatā,
teneturne maritus legitimo mulieris heredi dotem
reddere? Vtique: quia mulier non est stipulata sub con-
ditione, si testaretur: alioquin deficiente conditione
stipulatio redderetur inutilis: sed causam adiecit, pro-
pter quam volebat sibi dotem reddi, vt de ea, si vellet, 26
testari posset, l. si mulier. 15. ¶ Decimò quæritur de ef-
fectu dotis penes maritum manentis, an propterea ma-
ritus teneatur onera rerū hereditariarum subire, vt tri-
buta, & census ex iis rebus debita solueret. Respōdetur,
non teneri; sed hęc onera heredibus mulieris incūbere,
l. licet. 27. onera autem rerum dotalium ad virum spe-
ctant, qui eas est lucratus; quia semper sequuntur res
ipsas, supr. sine censu vel reliq. l. 1. & l. vltim. & D. de pu-
blica.

blica,l. 7. in princ.in funus autem mulieris maritus & heredes mulieris pro rata portione conferunt, D. de religios.l.Celsus.22.cum 5.legib.sequentib.

Tit.XIII.De rei vxoria actione in ex stipulatu actionem transfusa,& de natura dotibus præstita.

Princ, 3.	*§.itaque.7.ij.*
§.j. 3. 4.ij.	*§.cautione.7.iij.*
§.sed & si non ignoramus.4.iij.	*§.videamus.8.j.*
§.& omnes.5.	*§.quo à nobis.5.8.ij.iij.*
§.sciendum.6.j.	*§.accedit.3.8.j.iv.*
§.maneat.6.ij.	*§.& hoc.8.j.*
§.taceat.6.iij.	*§.& cùm lex.10.ij.*
§.illo.6.ij.	*§.illud.10.iij.*
§.cùm autem.5.7.j.8.v.9.	*§.penultim. 10.iv.*
§.igitur.j 6.	*§.vltim.10.v.*
§. cumque ex stipulatu 5	

1 POstremo superioris tituli capite, cùm de
effectu dotis ageremus,& qua actione re-
peteretur,quęreremus,actionis rei vxoriæ,
quæ maximè videtur huius tractatus pro-
pria esse, nullam mentionem fecimus,pro-
pterea quod Iustinianus eam substulit, &, quod in ea
2 vtile erat, in actionem ex stipulatu trãsfudit: vt ex hoc
titulo discemus,cuius partes duæ sunt.¶Prior pars,quæ
3 est,*de rei vxoria actione in ex stipulatu actionem transfusa*,
diuiditur in tria capita. ¶ Primo capite explicatur,qua
actione dos stante matrimonio petatur,vel soluto ma-
trimonio repetatur. Olim petebatur vel condictione
ex lege,vel actione ex stipulatu,supr. titu. prox. l. 1. re-
petebatur autem vel rei vxoriæ actione (idem est res
vxoria,quod dos,) vel actione ex stipulatu,l.vn.in prin.
vel præscriptis verbis, supr. tit.prox.l.6. vtroque enim
casu (id est, siue dos stante matrimonio peteretur,siue
soluto matrimonio repeteretur) ita demum ex stipu-
latu agebatur, si stipulatio intercesserat: alioquin, ad
alias actiones erat confugiendum: hodie dos peti-
tur, vel repetitur actione ex stipulatu: quoniam ex
hac Iustiniani constitutione, siue stipulatio sit omissa,
suppletur (quod & alijs quibusdam casibus rece-
ptum videtur,D.de adoption l. his verbis. 19.in fi.) si-
ue inutiliter facta sit: vtilis redditur,§.1.Excipitur, nisi
extraneus,id est, non habens mulierem in potestate,
eam dotauerit: in huius enim persona stipulatio non
suppletur: quare si pactus sit dotem soluto matrimonio
sibi reddi, non agit ex stipulatu, sed præscriptis ver-
4 bis,§.accedit.& supr.tit: prox.d. l.6. ¶ Secundo capi-
te recẽsẽtur tria priuilegia huius actionis ex stipulatu.
I. Datur etiam ex tacita,vel inutili stipulatione,vt mo-
dò exposui.II.Adiunctum habet ius tacitæ hypothecę,
tã ex parte mariti dotẽ petẽtis, quàm ex parte mulieris
dotẽ repetentis,§.1.III.Est bonæ fidei, cùm regulariter
actio ex stipulatu sit stricti iuris, §. sed etsi non igno-
5 ramus.& Instit.de actionib. §.fuerat. ¶ Tertio capite
declarantur variæ proprietates, quas hæc actio partim
habet ex sua natura,partim accepit ex rei vxoris actio-
ne,partim illi cum actione rei vxoriæ fuerunt commu-
nes,partim ei tributæ sunt hac Iustiniani constitutione
§.cum autem. §. & omnes. & §. cùmque ex stipulatu.
6 ¶ Ex sua natura tria habet.I. In ea cessat edictum de
alterutro,id est,si maritus vxori aliquid legauerit, aut
per fideicommissum reliquerit: mulier non eliget
vtrùm malit petere, legatum, seu fideicommissum, an
dotem,vt olim obseruabatur in actione rei vxoriæ,sed
vtrumque consequetur, nisi testator eam alterutro
contentam esse iusserit, §. sciendum. & similiter si à
marito heres instituta sit, prius dotem tamquam æs
alienum detrahet, deinde quartam Falcidiam ex reli-
quis bonis deducet, adeo vt vtrumque consequatur, nimirum dotem, & Falcidiam.§. igitur. & D. ad S. C. Trebell.l.cùm heres deductis. 51. l.Lucius.78.§.maritus. II. Hæc actio transit ad heredem mulieris,etiamsi maritus moram restitutioni dotis non fecerit. §. maneat. immo etiamsi mulier in matrimonio decesserit, nisi maritus ex dotali pacto decem lucretur, §. illo. Aliud obseruabatur in rei vxoriæ actione, Vlpia.tit. de doti. §. post diuortium. III. Marito ob restituendam dotem conuento, quamuis in iudicio rei vxoriæ daretur olim rerum dotalium retentio ex varijs causis, tamen aduersus actionem ex stipulatu denegatur retentio,præterquàm ob necessarias impensas in dotem factas,quàm dotem ipso iure minuunt, §.taceat.& Instit. de actionib.§.item si dote.& D.de ritu nupt.l.dote. 61. &de in.dot,l.si is qui Stichum.56.§.quod dicitur.& de pact.dotal,l.5.§.vlt.& de impens.in res dotal.fact. l. 5. in princip.& §.necessarijs.& l. penult.& de dot.prælegat. l. 5. Nota,aliam esse retentionem ad tempus quasi iure pignoris,aliam in perpetuum, vt iure compensationis,& cùm dos ob necessarias impensas minuitur,d. l.5.de dote prælega. Hodie igitur retentio iure pignoris in rebus dotalibus repetitis cessat: sed in alijs causis locum habet,vt in re vendita,D.de actio. empt.l.Iulianus,13.§.offerri.& in re commodata,D.de furtis,l.creditoris.15.§.vlt. Retentionis autem loco dantur marito alia remedia. Sed hæc latiùs explicare oportet, vt intelligatur §.taceat.in quo Iustinianus quinque generales casus proponit, quibus retentio in rei vxoriæ actione locum habebat. Primus casus est, cùm mali mores mulieris occasionem diuortio dederunt, qui si leuiores erant, maritus octauam: si grauiores, sextam dotis partem retinebat: dicebantur autem grauiores, adulteria tantum: leuiores,cęteri omnes, Vlpian.tit. de dotibus. §. morum. Neç tantum dictam retentionem maritus habebat, sed etiam actionem de moribus: sed Iustinianus hoc loco retentionem, & infr. de repud. l. penult.§.vlt. actionem de moribus sustulit. non tamen mulieris mores propterea impuniti relinquuntur: quia si suâ culpâ causam diuortij dederit, dote & lucro nuptiali multatur, infr. eod. l.consensu. 8.§.virum,& extr. de donat. int. vir. & vxor. c.4. Secundus casus est,cùm maritus mulieri stante matrimonio donauit: cùm enim donationes inter virum & vxorem prohibitæ sint, non solùm poterat vir donata repetere, sed etiam rei vxoriæ actione conuentus, de dote deducere. Idcirco in l. penultim.§.vltim.D. de donat.inter virum,& vxorem. dicitur,id, quod ante nuptias donatum est, non posse de dote deduci: quia si post contractas nuptias donatum fuisset,deduci potuisset,videlicet si dos non actione ex stipulatu, sed actione rei vxoriæ fuisset repetita. Eadem ratione in l. sin autem. 27. §. vltim.vers. quod & in area,D.de rei vindic.iudex,qui de dote cognoscit, id est,per quem dos actione rei vxoriæ repetitur,rationem habet donationis à marito factæ. Hodie non agitur rei vxoriæ actione, sed ex stipulatu:& retentio dotis ob res mulieri donatas cessat: hoc est,vir non potest dotem retinere,donec mulier res,quas donationis causa accepit,sibi restituat; nec potest doli mali exceptione mulierem dotem repetentem, & res donatas non restituentem summouere: sed habet alia remedia,id est, directã rei vindicationem, aut vtilem vindicationem, aut condictionem.Directè res donatas vindicat, si extent,quia dominus earum manet, D. de donat. int.vir. & vxor.l.4.§.vlt. & l.si donatæ.36. in princip. & l.vxor marito.55.Vtili rei vindicatione petit res, quæ in locum donatarum successerunt: veluti si mulier ex lana sibi donata vestimenta fecerit,D.eod.l.si mulier ex pecunia.29.§. 1.& l. seq. aut donata pecunia rem emerit, d.l.vxor marito.Condictione sine causa, vel ex iniusta

causa

causa maritus agit,si res donatæ consumptæ sint, quatenus tamen vxor facta est locupletior,l.si sponsus, §. vlt.& l.seq.D.de donat.inter vir.& vx.Et in hoc apparet priuilegiũ mulieribus à Iustin.datũ,ne in repetitione dotis hoc prętextu mora fieret,cùm alioquin de iure cõmuni satius sit incũbere pignori, quàm in personã agere,& meliùs retinere,quàm agere, §.furti,Instit. de obli. quæ ex delict.nasc.Tertius casus est,cùm vxor de diuortio cogitans quasdam res mariti amouet, ob quam causam sublata retentione superest actio prætoria rerum amotarum,infr.tit.rer.amot.& D. eod.Est & vindicatio, si extent, l.2.infr.rer.amotar.& l.24.D.eo. & ibi plenius explicabitur. Quartus casus est,cùm extantibus liberis cõstante matrimonio procreatis,culpa mulieris fit diuortium. Huius enim culpæ,siue doli ratione olim marito in singulos liberos singularũ sextarum dotis retentio dabatur, ita tamen,ne plures quàm tres sextas, id est, non vltra dimidiã partem dotis retineret,vt scripsit Vlp.lib.sing.rer.tit.de dot.Sed hęc deductio siue retentio meritò etiã ab Imperatore sublata est,vt quæ necessaria ampliùs nõ sit.Quod tribus argumentis conuincitur.Primũ est,quòd hæc retentio tunc locum haberet,cùm diuortia liberiora erant,& multis de causis etiam leuibus fieri permittebãtur.At cùm posteà ex cõstitutione Theodosij iunioris & Valentiniani, d.l.consensu,infr.de repud. diuortiorũ causæ coarctatæ,& cõplures sublatæ sint, consequens erat,vt & tolleretur retentio sextarũ,quę iisdem de causis pœnæ loco permittebatur.Secundũ argumentũ:Cùm retẽtio sextarũ daretur fauore liberorũ,siue vt eis cederẽt alimentorũ vice,siue hereditario iure. At vtriq; casui satis aliunde consultũ est. Nam præterquàm quòd ipse naturalis stimulus parẽtes,tam patrem,quàm matrem, auum & auiã ad liberorũ suorũ educationẽ hortatur, vt ait Imperator hoc §.vers.sileat.edita fuerãt duo S.C. alterũ Plancianũ siue Plautianũ, de partu post diuortium edito,vt agnoscatur &aducetur à parẽtibus;alterum quòd posteà factũ est Adriani tẽporibus de liberis constãte matrimonio editis alendis. Fuere & de hac re diuersa rescripta Imperatorum, vt videre est tot.tit. de agnosc.liber.D.Itaq; non erat ampliùs necessaria retẽtio.Quinimò aliquando contingebat, vt hæc retentio prętextu liberorũ iniqua esset.Quid enim si ipsis liberis aliunde amplæ suppeterẽt facultates:Quid si ipsi liberi ingrati essent? Certum est enim ob ingratitudinẽ meritò alimenta liberis denegari,vt ei qui parentẽ detulit,l.5.§.5.D.de agnosc.lib.Sicut sunt etiã iustę exheredãdi causæ diuersis legibus Codicis,& nouissimè per Nou.constit.115.c.3.& 4.Tertiũ argumentum est:quia mulier,cuius culpã fit diuortiũ,tota dote multatur,eãque tota ob solã mulieris culpã, siue liberi extent,siue nõn extẽt penes maritũ manet,inf.de repud.d.l.cõsensu,§.virũ.proinde nõ est dicendũ, sextas in singulos liberos retineri.Quintus casus est,si maritus in res dotales impẽderit.Impensarũ aliæ sunt necessariæ,aliæ vtiles,aliæ voluptariæ,D.de impẽs.in res dota.fac.l.1.2.3. 4.5.§.vlt.l.7.in pr.Necessarię dotẽ minuũt ipso iure,(id est,minuũt vniuersitatẽ ipsam,nõ res singulas, d.l.5.in pr.& D.de dote præleg.l.1.§. impẽsæ)nisi modicæ sint, & ad res tuẽdas necessariæ,D.eod.l.pen.Vtiliũ nomine dabatur marito exactio,D.de impẽs.in res dota.fac.d.l. 7.§.1.vel de dote deductio,D.eo.l.vtiliũ.8.nisi modicę essẽt,D.eod.l.omnino.12.vel sine volũtate mulieris factæ,d.l.vtiliũ. Pro voluptariis nõ habebat maritus deductionẽ,nec exactionẽ,dũmodò mulier pateretur tolli,quod separationẽ recipit,vt tabulas parietib[a] affixas, & similia,D.eod.l.pro voluptariis.9.l.in voluptariis.11. in pr.In necessariis,& voluptariis Iustin.nihil mutauit: quia neutræ deducebãtur de dote,si propriè loqui velimus;sed illæ dotẽ minuebãt,hæ tãtum detrahẽdi,quę

[a] Anal. Cod.

apposita fuerant,facultatẽ tribuebant. Vtilium nomine deductionẽ, quæ olim de dote fiebat,marito denegat;actionẽ autem dat mandati, si voluntate mulieris factæ sint;vel negotiorũ gestorum,si sine eius volũtate sint factæ. Vtiles igitur impẽsas maritus repetit etiã minimas:quia Iustinianus simpliciter dat actionẽ,non distinguens inter maiores,& minores impẽsas:nec dubium,quin possit etiã de re minima agi mãdati,vel negotiorum gestorũ,licèt in rei vxoriæ arbitrio nõ haberetur minimarũ impensarũ ratio,d.l.omnino.Hæc sũt, quæ habẽtur in d.§.taceat.de retentionibus,quæ olim fiebant aduersus actionẽ rei vxoriæ,nõ aduersus actionem ex stipulatu:proinde nõ habent hodie locũ; quia nõ de re vxoria,sed ex stipulatu agitur. ¶Tria verò ha- 7
bet actio ex stipulatu,quæ ipsi cum rei vxoriæ actione cõmunia fuerunt.I.Res dotalis immobilis statim soluto matrimonio restitui debet:alioquin ex eo tempore maritus omnes fructus restituere tenetur, §.cùm autẽ vers.cæteris videlicèt.& vers.fructibus videlicèt. II.Si res dotales æstimatę non sint:partus quidem ancillarũ ad mulierem pertinent:quia constat partũ ancillæ non esse in fructu:fœtus autẽ,& cæteri fructus pro tempore matrimonij ad maritum spectant : vltimi verò anni fructus pro rata portione mensium, quibus matrimonium stetit,vel solutum fuit,diuidũtur;& vtrique parti,mariti,inquam,& mulieris, adsignantur, §. itaque. Hanc diuisionem latè exposui in commentario ad l.7. §.Papinianus,D.solut.matrim.In rebus autem æstimatis scimus maritum pro emptore haberi:ideóq; omne earum commodum & periculum ad ipsum spectat, d. §. itaque. Lege, quæ scripsi supr. tit. prox. numer. 13. III. Si dos socero data sit, eo mortuo ad filium onera matrimonij sustinentem pertinẽt: quare si filius heres patris pro parte sit,dotem præcipuam habet : sed coheredibus, qui hereditaria actione de dote, pro quibus partibus heredes sunt, conueniri soluto matrimonio poterũt,cauet se eos defensurum, D.famil. ercisc. l.si filia. 20. §. hoc ampliùs. id est, cauet sę iudicium pro eis subiturum : quæ quidem vocatur cautio de indemnitate,D.de dot.prælega.l. 7. in princ.Hæc cautio retinet stipulationis naturam,§.cautione.hoc est, non est bonæ fidei,vt actio ex stipulatu,qua dos petitur,vel repetitur ; sed est stricti iuris. Ita sunt accipienda verba,*secundum propriã naturam ex stipulatu actionis*, in d.§. cautione.Caue enim sic accipias,quasi Imperator dicat hanc esse proprietatem,quæ secundum ius antiquum, seiungat actionem ex stipulatu ab actione rei vxoriæ: nã proprietates actionis ex stipulatu anteà docuerat: & in §.cúmque ex stipulatu.proposuit explicanda,quæ vtrique actioni cõmunia erant:atque hæc exequitur in seq.§.itaque. & in d.§.cautione. ¶Consequenter sunt 8
enarrãda,quę non inerãt olim actioni ex stipulatu,sed actioni rei vxoriæ,ex qua sũt à Iustiniano in actionem ex stipulatu trãslata.I. Si pater,qui pro filia dotẽ dedit, eam in potestate habeat,non sine eius consensu dotem petere potest,§.& hoc.& D.solut.matrim. l. 2. Si verò eam emãcipauit,actio soli filiæ competit, §. videamus. nisi ab initio pater sibi dotẽ reddi stipulatus sit,§.accedit. II.Dos à patre accepta imputatur filiæ in legitimã ad excludendã inofficiosi querelã,§.quo à nobis.III.Si filia,quę dotẽ à patre accepit,patri defuncto succedere velit,dotem fratribus conferre debet,d.§.quo à nobis. qua de re pluribus agitur in tit. D. de dot. collat. & in multis legib.tit.infr.de collationib.Nota, Imperatorẽ in d.§.quo à nobis. meritò requirere collationẽ ab intestato indistinctè; ex testamẽto autẽ ita demùm,si testator cõferri iusserit:quoniam iura Codicis sic distinguunt inter causam testati,& intestati, infr.de collat.l. 1.2.4.5.7.8.sed hæc distinctio iure nouissimo est sublata,quo cautũ est,vt tã ex testamẽto, quàm ab intestato

dos & cætera conferantur, nisi testator expresse collationem cessare iusserit, Nou.18.cap.6. I V. Dos ab extraneo constituta acquiritur mulieri, quæ soluto matrimonio dotem repetet, nisi extraneus eam sibi reddi stipulatus, vel pactus fuerit, §. accedit. in continenti, non ex interuallo, supr.tit.prox.l. vltim. vers. nisi ipse, & infr.titul.proxim.l.ex morte,9.in fin. Coniung.quæ scripsi supr.tit.prox.num. 17. vers. tertio casu. V. Maritus condemnatur in quantum facere potest, nisi ob suum dolum damnetur, §. cùm autem. & Instit. de action. §. item si de dote. V I. Actio bonæ fidei est, vt dictum fuit supr. numer. 4. membr.3.

9 ¶ Superest, vt ea declarem, quæ nec actioni rei vxoriæ, nec actioni ex stipulatu inerant; sed à Iustiniano actioni ex stipulatu tributa sunt. Olim per actionem ex stipulatu, statim ac matrimonium solutum erat, dotem restituere oportebat: per actionem autem rei vxoriç exactio earum rerum, quæ pondere, numero, mensurâ constabant, non statim fiebat; sed annuâ, bimâ, trimâ die, id est, per tres annuas pensiones. Iustinianus verò constituit; vt solæ res immobiles statim restituantur: res autem mobiles, vel se mouentes, vel incorporales, intra annum reddantur: ergo harum rerum fructus tam naturales, vt fœtus pecorum, quàm ciuiles, vt vecturæ nauium, post annum debentur: rerum verò immobilium statim, d. §. cùm autem. Sed non est obliuione mandandum, quod suprà monui, numer, 7. membr. 2, Fructus anni postremi, id est, eius anni, quo matrimonium solutum fuit, inter virum & mulierem, vel eorum heredes diuidi pro rata mensium portione, quibus matrimonium stetit, vel solutum fuit. Exposita est prior pars huius tituli, quæ est, *de rei vxoria actione in ex stipulatu actionem transfusa.*

10 ¶ Posterior pars est, *de natura dotibus præstita*: qua in parte quinque notanda occurrunt. I. Iustinianus naturam dotis constituit, partim confirmans, partim corrigens ius antiquum: & alia ex iure antiquo simpliciter accipiens, alia transfundens in actionem ex stipulatu, alia noua introducens, vt ex suprà dictis patet. I I. Lex Iulia vetuit fundum dotalem Italicum à marito alienari inuita muliere, aut hypothecæ supponi, quamuis muliere consentiente, Iustinianus hanc prohibitionem produxit ad prædia prouincialia, & ne quidem consentiente muliere alienationem permisit, §.& cùm lex.& Instit.quib.alie. lic. vel non. in princ. Quod igitur Anastasius concessit, vt mulier hypothecæ sibi competenti renunciaret, supr.ad S.C. Velleian.l.iubemus. 21. in rebus quidem mariti obtinet, & in fundo, qui æstimatus in dotem datus est, adeo vt sit in dominio mariti, & sit eius periculo; sed non in fundo inæstimato, qui propriè dicitur dotalis, d.§. & cùm lex.immo nec in fundo æstimato, si mulieris electio sit, vtrùm fundum, an æstimationem repetat, D. de fund. dota. l. quòd si fundus. I I. Fundi autem appellatione intelligere hîc oportet, non solùm prædium rusticum, sed etiam vrbanum, D. eod.l.dotale.13.in princ. I I I.Pacta dotalia, nisi contra leges, vel constitutinnes sint, seruari debent, §. illud. I V. Constitutio Theodosij, quæ est l.consensu.8.infr. de repud.& Iustiniani, quæ est l.in causis. 10. infr.eod. & Anastasij, quæ est l.si constante.9.infr.eod.& omnes aliæ leges de dotibus, quæ constitutioni huius tituli non sunt contrariæ, confirmantur à Iustiniano, §.pen. V. Hæc constitutio in iis tantùm dotibus locum habet, quæ post eam promulgatam datæ, vel promissæ sunt, §.vlt. quia leges regulariter formam dant futuris, non præteritis negotiis, supr.de legib.l.7.

Tit. X I V. De pactis conuentis tam super dote, quàm super donatione ante nuptias, & paraphernis.

I. 4.	*V I I. 5.*
I I. 8.	*V I I I. 15.j.*
I I I. 7.	*I X. 9.*
I V. 6.	*X. 9.*
V. 15.ij.	*X I. 16.*
V I. 7.	

1 Vm superiori titulo dictum sit, l. vnic.§.illud. pacta dotalia seruanda esse, & in l. 6. sup. de iur.dot.ex dotali pacto data sit actio præscriptis verbis: consequenter explicantur pacta dotalia: simúlque propter tractatuum affinitatem declarantur pacta de donatione ante nuptias, & de paraphernis. Huius igitur tituli tres sunt partes.

2 ¶ Prima pars est de pactis super dote factis: quæ vel sunt de dote reddenda, vel de dote non reddenda, vel de fructibus.

3 ¶ De pactis super dote reddenda factis tres quæstiones dissoluuntur.

4 ¶ Primò quæritur, an extraneo, qui dotem dedit, & eam soluto matrimonio sibi reddi pactus est, actio ad eam repetendam competat? Respondetur, vtilem condictionem competere, l. 1. id est, actionem præscriptis verbis, supr.de iur.dot.l. 6. dummodò pactum factum sit incontinenti, l.ex morte. 9. vers. vltim. Meritò autem hinc datur actio: quia non est pactum nudum, sed contractus innominatus, *do vt reddas*, ex quo hæc actio nascitur, d.l. 1. quæ vocatur condictio, quia est in personam: & vtilis, quia non est ex verbis legis, sed ex mente & interpretatione, D.de præscript.verb.l.5. vnde etiam appellatur in factum, D. eod. l. si tibi. 22. cum sim. omnis enim actio vtilis dici potest in factum: & retrò, omnis actio in factum potest appellari vtilis. Nota, actionem rei vxoriæ numquàm extraneo dotanti datam fuisse: actionem autem ex stipulatu ita demum competere, si incontinenti stipulatus sit: actionem verò præscriptis verbis ita demum, si incontinenti pactus sit dotem sibi reddi: quia si simpliciter dotem det, facit, vt actio mulieri acquiratur, cui posteà præiudicium facere stipulando, aut paciscendo non potest, d.l. ex morte. vers. vltim. nec dici potest, eum ex tacita stipulatione agere: quia tacita stipulatio in extranei persona locum non habet, supr. tit. prox. l. vnic. §. accedit.

5 ¶ Secundò quæritur, an ex pacto patris detur actio nepotibus, id est, si pater pro filia dotem genero dans paciscatur, vt, si mulier in matrimonio decesserit, dos nepotibus restituatur; an ex hoc pacto nepotes dotem repetere possint? Respondetur, non dari directam, sed vtilem actionem, l.7. Non datur directa: quia regula iuris est, pactum alteri quàm paciscenti non prodesse, D. de pact. l. si vnus. 27. §. pacta quæ turpem. vers. ante omnia. Sed ex bono & æquo datur vtilis actio: quemadmodum ex pacto parentis non datur liberis in potestate constitutis exceptio pacti, sed subsidiaria doli exceptio, D. eod. l. & heredi. 21. §. nos autem. Nota hoc pactum patris dotantis valere, quia factum est in casum mortis filiæ: nam in filiæ præiudicium, si viueret, pactum patris, licèt incontinenti factum non valeret, sed stipulatione opus esset, supr.de iur.dot.l.6.

6 ¶ Tertiò quæritur, an ex pacto matris detur actio filiis, si, & cùm marito dotem daret, pacta sit, vt, si in matrimonio decederet, dos filiis communibus restitueretur? Respondetur, filios non posse agere, nisi ipsi, cùm in potestate patris non essent, voluntate matris stipulati legitimè sint dotem sibi reddi, l. 4. Vt

igitur

igitur possint agere, lex tria requirit. I. Vt stipulati sint:
quia pactum matris eis non prodest. Nun obstat, quod
proximè diximus de patris pacto, ex quo liberis actio-
nem dedimus: quoniam id admisimus ratione patriæ
potestatis: constat autem matrem non habere filios in
potestate, Instit. de adopt. §. feminæ. Rursus non ob-
stat l. Gaius 45. D. de solut. matrim. vbi pactum aui
materni parit nepti vtilem de dote actionem: quo-
niam ibi specialiter hoc admittitur, ne mulier sit indo-
tata: cui ius adeo fauet, vt etiam nullo pacto, nulláque
stipulatione interueniente det ei actionem ex tacita
stipulatione, supr. tit. prox. l. vnic. §. 1. & §. accedit. Quod
ergo dicitur de illo pacto, quo extraneus mulieri nu-
benti paciscitur, non est producendum ad pactum, quo
ipsa mulier alij paciscitur. Errant igitur, qui in specie
d. l. 4. filiis dant vtilem actionem, cùm lex simpliciter
dicat, actionem eis quæri non potuisse. II. Vt rectè, &
legitimè stipulati sint: quia paria sunt, aliquid non fa-
cere, & minùs legitimè facere, infr. de legitim. hered. l.
4. & D. qui satisd. cog. l. 6. III. Vt in potestate patris
non sint: quia filius in potestate patris constitutus,
frustra ab eo stipulatur: cùm pater per eam stipu-
lationem obligari non possit, per quam sibi ratione
patriæ potestatis quæreretur, Instit. de inutilibus sti-
pul. §. item inutilis. Quocirca particula, *maximè*, in d. l.
4. *παρέλκει*, vt & Accurs. ibi notat. Dictum est de variis
7 pactis super dote reddenda factis. ¶ Sequuntur pacta
de dote non reddenda. Finge, patrem, cùm dotem pro
filia daret, pactum esse, vt, matrimonio per mortem so-
luto, dos aut pars dotis penes maritum maneret. Quæ-
ritur, an hoc pactum valeat, ita vt vi huius pacti dos
retineri possit? Respondetur per distinctionem: quia
cùm matrimonium morte soluitur: id aut mulieris, aut
viri morte contingit: aut igitur in hunc, aut in illum
casum pactio collata est. Pactum, vt mortuo in matri-
monio marito, dotem heres mariti retineat, non valet;
quia factum est in præiudicium mulieris, quæ hac ra-
tione fieret indotata. Immo ne quidem vt pars dotis,
filiorum superstitum nomine, retineatur, pacto effici
potest, l. 3. Pactum autem, vt muliere in matrimonio
decedente, dos penes maritum maneat, vtile est, & in
tota etiam dote, vel non extantibus liberis valet; quia
hoc pacto non mulieri defunctæ, sed sibimet ipse pa-
ciscens obest, l. 6. & D. de pact. dotal. l. si pater. 12.
in princ. Exposita sunt pacta ad ipsam dotem per-
tinentia.

8 ¶ Quod verò ad fructus rerum dotalium attinet,
sciendum est, eos propter onera matrimonij pertinere
ad maritum; adeo vt si maritus vxori eos capere per-
miserit, ab ea, in quantum locupletior facta est, repete-
re possit, supr. de iur. dot. l. pro oneribus 10. Quid ergo
si ita vxori capere permiserit, vt inde onera matrimo-
nij sustineret, ac mulier inde familiam aluerit? Nullam
habet maritus actionem; quia nō simpliciter donauit,
sed fructus illi oneribus matrimonij seruierunt, l. 2. &
D. hoc t. l. si pater. 12. §. 1, & de donat int. vir. & vxor. l.
si quis pro vxore. 21. §. si vxor. Coniug. quod notaui
infr. de donat. int. vir. & vxo. §. 5. memb. 4. ¶ In secun-
9 da tituli parte simul agitur de dote, & de donatione
propter nuptias. Leo namque constituit, vt inæqualis
quidem possit esse quantitas dotis, & donationis pro-
pter nuptias; non tamen lucri, quod ex dote maritus,
vel ex donatione mulier facit: vult enim hæc lucra es-
se æqualia, non arithmeticè, sed geometricè, l. ex mor-
te. 9. hoc est, quanta pars dotis muliere sine liberis in
matrimonio defunctâ cedit lucro mariti, putà tertia,
vel quarta; tanta pars donationis propter nuptias, si
maritus sine liberis in matrimonio moriatur, mulieris
lucro cedat. Finge centum esse in dote, octoginta in
donatione propter nuptias: & maritum pactum esse, vt
si mulier in matrimonio sine liberis moriatur, quarta
pars dotis, nempe vigintiquinque penes se maneant:
mulier pacisci non potest, vt ex donatione propter
nuptias amplius quàm quartam partem, id est, am-
plius quàm viginti lucretur: &, si de maiori parte lu-
eranda paciscatur, pactum omnino est inutile. Eadem
obtinent ex parte mariti, vt lucrari ex dote non plus
possit, quàm mulier ex donatione lucrari potuisset. Iu-
stinianus autem in l. penult. quærit, quid fieri oporteat,
si pacta inæqualia facta fuerint, & tanquam hoc à
Leone definitum non fuerit, constituit, vt pacta ad
æqualitatem redigantur, detractâ parte maioris lucri,
vt minori lucro fiat æquale: veluti si maritus pactus
sit de lucranda tertia parte dotis, mulier de lucranda
quarta parte donationis propter nuptias: perinde ha-
bebitur, ac si vtrimque pactum de quarta parte lu-
cranda factum fuisset. Coniunge, quæ scripsi supr. de
donat. an. nupt. §. 12. ¶ Nota primò ex hac l. penult. 10
quod obscurè dicitur, pro non dicto haberi. Ait enim
Iustinianus Leonem non adiecisse, quid fieri opor-
teat, si æqualitatem à se præscriptam vir & mulier pa-
ciscentes non obseruauerint: cùm Leo in vers. & si pa-
ctum expressè adiecerit, pactum contra id, quod con-
stituit, factum, infirmum atque inualidum esse; vt
nulla ex eo exactio fieri possit. Hæc enim adiectio ni-
mis obscura est: quia Leo non docet, vtrùm neutrum
pactum valeat, an illud tantùm, quod de maiori, vel
quod de minori lucro factum est. Et si fortè intelligat
non valere pactum de maiori parte lucranda factum;
non docet, vtrum eatenus sit inutile, quatenus excedit
licitam quantitatem, an in totum: vtroque enim modo
accidit, vt actio denegari dicatur, Inst. de manda. §. is
qui exequitur. ¶ Nota secundò, Iustinianum nouissi- 11
mè constituisse, vt æqualitas seruetur, non solum in
pactis de lucris nuptialibus, sed etiam in quantitate
dotis, & donationis propter nuptias, Nou. 97. c. 1. quo
obseruato accidit, vt lucrorum nuptialium æqualitas
sit tam arithmetica, quàm geometrica: nam si in dote
sint (exempli causâ) centum, & in donatione propter
nuptias æquè centum: sic vt 25. sunt quarta pars dotis,
ita etiam sunt quarta pars donationis. Cùm igitur
vtrimque fiat pactum de lucranda quarta parte, vtrim-
que deducuntur vigintiquinque in pactum: est igitur
æqualitas geometrica, quia vtrimque est quarta pars:
& æqualitas arithmetica, quia vtrimque sunt viginti-
quinque. ¶ Nota tertiò, in hoc tractatu non spectari 12
quantum promissum, vel in instrumenta collatum; sed
quantum datum sit. Vnde si mulier dotem promissam
non præstiterit, nihil ex donatione propter nuptias lu-
crari poterit: &, si minùs præstiterit, quàm promiserat,
pro rata portione eius, quod præstitit, lucrum capiet,
Nou. 2. cap. vlt. ¶ Nota quartò, secundum hodiernam 13
consuetudinem necesse non esse, vt æqualitas in dote,
& donatione propter nuptias, vel in nuptialibus lucris
seruetur, glo. in authen. æqualitas, hoc. t. ¶ Tertia ti- 14
tuli pars, quæ est de bonis paraphernalibus, diuiditur
in duo capita.

¶ Priori capite generaliter duo constituuntur. I. Vt 15
maritus prohibente muliere non possit has res admi-
nistrare, vel eas vllo modo attingere, l. hac lege. 8.
II. Vt pactum instrumento dotali comprehensum, vt
bona mulieris, quæ præter dotem habet, post eius
mortem ad maritum pertineant, non valeat: quoniam
hereditas testamento, non pactis datur, l. 5.

¶ Posteriori capite de cautionibus fœneratitiis, 16
quas mulier præter dotem marito dedit, vt apud
eum loco paraphernorum sint, plura constituun-
tur. I. Vt actiones penes mulierem maneant. II. Vt

maritus eas nomine mulieris sine alio mandato, & sine cautione de rato mouere possit. III. Vt vsuras, quas exegerit, circa se, & vxorem expendere possit; sortem autem vxori seruare, vel pro illius libitu distribuere debeat, IV. Vt ex quo tempore maritus pecunias exegerit, mulier tacitam hypothecā in rebus mariti habeat. V. Vt priusquàm maritus exegerit, mulier per maritum, vel per alium actiones mouere, & pecunias percipere, & cautiones, id est, syngraphas à marito recipere possit; sic tamen, vt pro receptis cautionibus securitatem, id est, apocham ei faciat. VI. Vt maritus, quamdiu penes se cautiones habet, in his & dolum & culpam præstet, ita vt tantam in his, quantam in rebus suis, diligentiam præstare debeat, l. vlt.

I. 6. iij.
II. 5. p.
III. in princ. 11. j. iij.
§ sin aut em. 13. iij.
IV. 13. j. ij.
V. 13. iij.
VI. in princ. 6. ij.
§. nec est. 4. iv.
VII. 10.
VIII. 8. iij.
IX. 4. v. 8. ij. iij.
X. 6. iij.
XI. 5. iv.
XII. 6. iij.
XIII. 5. j. 7.
XIV. 6. iij.
XV. 4. j. 6. iij. 7. 8. j.
XVI. 4. iij. 8. ij.
XVII. 12.
XVIII. 5. p. 6. j. ij. iij.
XIX. 14.
XX. 4. ij.
XXI. 12.
XXII. 5. iij 6. ij.
XXIII. 13. v.
XXIV. 6. ij.
XXV. 1. 15.
XXVI. 5 ij. 10.
XXVII. 6. ij. 11. ij.

Tit. XV. De dote cauta, non numerata.

I. 3.
II. 2.
III. 3.

1 CVm in dotali instrumento scriptum est, dotem esse datam, quæ data non est; aut hoc factum est animo donandi, aut spe dotis recipiendæ.
2 ¶ Ad priorem casum respicit l. 2, vbi maritus, qui dotem accepit, eius augendæ causâ in dotem adscripsit etiam, quod non accepit; putà acceptis centum, in instrumentum dotale ducenta contulit, quasi ducenta acceperit: posteà stante matrimonio decessit, quæsitum est. vtrùm mulier ab heredibus mariti centum repetere debeat, quia cētum in dotem dedit; an ducenta, quia ducenta dotali instrumento continentur: Respōdetur, in centum, quæ maritus non accepit, donationē esse; quia maritus donādi animo plus se accepisse fassus est, quàm re vera acceperit; quoniā igitur donatio inter virum & vxorem non valet, nisi morte donantis confirmetur, D. de donat. int. vir. & vxo. l. cùm hic status. 32. §. ait oratio. in casu proposito donatio morte mariti, à quo non fuit reuocata, confirmatur: consequenter mulier ab heredibus mariti ducenta repetere potest, d. l. 2.
3 ¶ Cùm autem spe dotis recipiendæ passus quispiā est, vt in instrumento scriberetur se accepisse dotem, quam non accepit: hoc casu, nisi posteà dotis solutio secuta sit, dotis repetitio non habet cum effectu locum, l. 1. quia datur exceptio dotis non numeratæ, quæ est species non numeratæ pecuniæ, l. vltim. vbi de hac exceptione quatuor declarantur. I. Quo casu detur. Nihil interest, vtrùm matrimonium morte mariti, vel vxoris, an diuortio solutum sit. II. Cui detur. Marito datur, & ei, quem cum marito dotem accepisse scriptum est, putà socero, horúmque heredi. III. Contra quem detur. Datur contra agentem de dote: siue mulier, siue heres mulieris eam repetat. IV. Quando, siue intra quod tempus detur. Iure Codicis datur intra annum continuum ab ea die computandū, qua vir, aut mulier obiit, aut libellus repudij missus fuit, d. l. vlt. Sed nouissimè Iustinianus ita distinguit: Aut matrimonium solutum est intra biennium: aut post biennium; intra decennium: aut post decēnium. Primo casu obtinet constitutio Codicis, & hæc exceptio est annalis. Secundo casu datur intra tres menses à soluto matrimonio computatos. Tertio casu non admittitur, nisi in integrum restitutio ei locum faciat, putà propter minorem ætatem, Nou. 100.

Tit. XVI. De donationibus inter virum & vxorem, & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione.


A Donatione propter nuptias, de qua tit. 3. & tit. 14. dictum fuit, longè differt donatio inter virum & vxorem, de qua hoc tit. disseritur. I. Quia illa per nuptias confirmatur, & sine nuptiis non consistit, Inst. de donat. §. est & aliud. hanc verò nuptiæ valere non permittunt, D. h. t. l. 1. & passim. II. Quia illa est ob causam, id est, ob nuptias: hæc verò est simplex donatio. III. Quia illa fiebat olim tantummodo ante nuptias; hodie fit vel ante nuptias, vel cōstantibus nuptiis, supr. de don. ant. nupt. l. vlt. & Instit. de donat. d. §. est & aliod. hæc autem ante nuptias est permissa, stantibus nuptiis prohibita, supr. de don. ant. nupt. l. 1. & D. h. t. l. pen. ne mutuo amore coniuges se spolient, ne concordia inter eos venalis videatur, & ne melior in paupertatem incidat, deterior ditior fiat, D. eo. l. 1. 2. & 3. in princ. Sicut autem stante matrimonio probibetur donatio inter virum & vxorem, ita constante patria potestate donatio à patre in filium collata non valet: sed vtraque donatio, tam coniugis, quàm parentis, ratihabitione confirmari potest, l. donationes quas parentes. 25. Quocirca hæc tria coniunguntur hoc titulo, donationes inter virum & vxorem, donationes à parentibus in liberos collatæ, & ratihabitio. Vnde tres huius tituli partes oriuntur. ¶ Pri- 2
ma pars de donationibus inter virum & vxorem diuiditur in tria capita. ¶ Primo capite de donatione ma- 3
riti erga vxorem dissoluuntur quinque quæstiones.
¶ Primò quæritur, an donatum sit, vel donatum præ- 4
sumatur? Hæc quæstio tractatur quinque casibus. I. Si ficta venditione maritus possessionem in vxorem contulerit, nihilominùs donatio est, l. si non verum. 15. vbi possessionis vocabulo significatur proprietas, vt in l. interdum. 78. D. de verb. signif. II. Si creditor mariti, postquàm sibi ab eo satisfactum est, pignus, quod ab illo acceperat, eo consentiente in mulierem per imaginariam venditionem transferat: simulata venditio non tenet: sed mariti donatio esse iudicatur, l. creditor. 20. III. Si maritus res emerit, & nomen vxoris in instrumentum, quasi ipsa emisset conferri curauerit: donatio non est, nisi donandi animo hoc fecerit: quare si tantùm titulo, & nomine vxoris vti voluit, res emptæ ad ipsum spectant: sin autem donandi animo fecit, non res, sed pecuniam à muliere, vel ab eius herede repetet, l. si filij. 16. IV. Quod mulier matrimonij tempore habere cœpit, præsumitur de bonis mariti habere, nisi probari possit, vnde id honestè acquisiuerit, l. 6. §. nec est. V. Si maritus negotium vxoris gerens, ei rem emerit; quia donatio non est, eam in solidum actione negotiorum gestorum de pretio obligatam habet: sin autem donandi animo fecerit, in quantum locupletior facta est, repetere poterit, l. etsi de tua. 9. ¶ Secundò 5
quæritur, an donatio à marito in vxorem collata valeat ab initio? Regulariter non valet, l. à marito. 18.

Quod

Quod ius producitur ad donationem, quam miles in focariam, id est, concubinam suam contulit, l. 2. Sed excipitur, I. Nisi ante nuptias donatum sit, l. si quidem. 13. & D. eod. l. penultim. dummodò non sit in tempus nuptiarum donatio collata: quo casu perinde habetur, ac si stantibus nuptiis donatum esset, supr. de donat. ant. nupt. l. 1. & l. 4. II. Nisi Imperator Augustæ donauerit, l. penultim. III. Nisi manumittendi causâ seruus donatus sit, id est, hac lege donatus sit, vt à muliere donataria manumittatur, l. maritus. 22. IV. Nisi maritus vxori in annos, vel menses singulos promiserit, quod illius vsibus seruiret, & ex ea causa nummi mulieri soluti sint: quia licèt mulier nummos promissos nondum solutos petere nequeat; tamen solutos reddere non tenetur, l. sicut. 21. cùm hæc non sit simplex donatio, sed ob causam, id est, propter onera subeunda, supr. de pact. conuent. l. 2. & D. hoc titul. l. si quis pro vxore. 21. §. si vxor.

6 § Tertiò quæritur, an donatio, quam maritus in vxorem contulit, ex pòst facto confirmetur? Vt confirmata dicatur, ideóque effectum habeat, plura requiruntur. I. Vt diuortium secutum non sit, l. à marito. 18. II. Vt donator præmoriatur donatariâ superstite, l. 6. in princip. d. l. à marito. & l. creditor. 22. in fin. Quid ergo si donator capitali pœna sit affectus? Siquidem vltimum supplicium sit passus, vel iure Codicis seruus pœnæ effectus, (nam pœnæ seruitutem Iustinianus sustulit Nouel. 22. capit. 8.) donatio confirmatur. Si verò deportatus sit, nondum confirmatur; quia matrimonium hac ratione non soluitur; sed mors expectanda est, l. res vxoris. 24. Quid, si donator capiatur ab hostibus, & ibi moriatur? Cùm lege Cornelia primo captiuitatis momento fingatur decessisse, donatio morte donantis confirmata dicitur, l. vltim. Quid, si dum donataria esset in potestate hostium, donator in ciuitate moriatur; posteà donataria reuertatur ab hostibus? Quia iure postliminij fingitur semper in ciuitate fuisse, quæ ab hostibus redijt, hoc etiam casu donatio firma est, d. l. vltim. III. Vt donator non reuocauerit donationem, sed in eadem voluntate perseuerauerit, l. 1. l. si maritus quondam. 10. l. si non verum. 15. id est, vel expresse eam confirmauerit, l. ex verbis. 14. vel saltem non reuocauerit, nec expressè, d. l. si non verum. d. l. à marito. nec tacite, putà rem vxori donatam alij vendens, aut donans, aut pignoris nexu obligans, l. si maritus tuus. 12. quamquàm hodie pignori constitutione non reuocatur donatio, cùm necessitatis potiùs, quàm donationis reuocandæ causâ rem pignerasse videatur, Nou. 162. cap. 1.

7 § Quartò quæritur, si donatio valeat, quis sit effectus? Respondetur, eam non præiudicare anteriori creditori, cui res fuit à marito pignerata, quia res ad donatariam transfertur cum sua causa, id est, saluo iure pignoris: sed præiudicare posteriori creditori: quia postquàm donator rem in donatariam contulit, non potest eius iuri officere, l. si quidem. 13. Excipitur fiscus, cui maritus debet ex causa primipilari: etenim, nisi ex bonis, quæ in dominio mariti manserunt, fisco satisfieri possit, a muliere ex rebus donatis tantum conferendum est, quantum sufficit ad hoc, vt fisco satisfiat, l. si non verum. 15.

8 § Quintò quæritur, quis sit effectus, si donatio non valeat? Hic plura traduntur. I. Res donatæ manent in dominio donatoris, d. l. si non verum. in fin. II. Si maritus donandi animo res nomine vxoris emerit, ab ea, vel herede eius pecuniam, non res emptas repetet, l. & si de tua. 9. & l. si filij. 16. in fin. III Mulier ad reddendum, quod accepit, in tantum tenetur, in quantum facere potest, l. si fructus. 8. & l. seq. Hæc dicta sunt de donatione mariti erga vxorem: quorum multa ad donationem vxoris erga maritum transferri possunt.

§ Secundo capite de donatione, quam vxor in vi- 9
rùm contulit, tres quæstiones deciduntur.

§ Primò quæritur, an donatio ab initio valeat? 10
Si matrimonium tenet, ipso iure donatio irrita est. Sed si matrimonium iure non valet, vtilis actio ad reuocandam donationem, tamquam in indignum collatam, conceditur, l. 7. Excipitur donatio ab Augusta in Imperatorem collata, l. penultim.

§ Secundò quæritur, an donatio ex pòst facto con- 11
firmetur? Vt confirmata & valida dici possit, tria requiruntur. I. Vt donatrix, vel sui iuris fuerit, cùm donauit, vel patre consentiente donauerit, l. 3. in princip. II. Vt præmoriatur donatario superstite: quod si contingat, nihil donationi nocet, donatricem apud hostes mortuam esse; vel donatarium, quo tempore donatrix in ciuitate moritur, esse in hostium potestate, dummodò ab hostibus posteà reuertatur, l. vltim. III. Vt in donandi voluntate vsque ad mortem perseuerauerit, d. l. 3. in prin.

§ Tertiò quæritur, quis sit donationis reuocatæ ef- 12
fectus? Respondetur, mulierem posse id, quod donauit, in quantum donatarius locupletior factus est, repetere, vel ab ipso donatario, vel ab herede eius, l. de his. 17. Idcirco, si pecunia, quam mulier marito donauit, in dignitatem adipiscendam erogata sit, non habet mulier repetitionem, quia maritus hac ratione locupletior factus non est, l. si propriis. 21.

§ Tertium caput est de donationibus factis à con- 13
iugum parentibus, vel liberis, vbi deciduntur varij casus. I. Donatio inter consoceros, qui habent virum & vxorem in potestate non valet: veluti si pater mariti donet patri mulieris, aut pater mulieris patri mariti, l. 4. II. Donatio inter eos facta, qui fuit in eorum potestate, in quorum potestate coniuges fuit, non valet: d. l. 4. III. Donatio à socero in generum collata, morte soceri non confirmatur, licet constante matrimonio moriatur, si posteà diuortium secutum sit, l. 5. nam donationes contemplatione nuptiarum factæ, per diuortium dissoluuntur, D. hoc titul. l. sed interim. 11. IV. Donatio post mortem filiæ facta ab eo qui socer fuit, statim valet, l. 3. §. 1. quia morte filij desijt esse socer, Institut. de nupt. §. affinitatis. & §. seq. V. Donatio à socru in generum, siue ante matrimonium, siue stante matrimonio collata valet, l. si te. 23. nimirum quia socrus non habet filiam suam in potestate, Institut. de adoption. §. feminæ. Hæc ratio affertur ab Vlpiano in l. 3. §. socrui, D. hoc, titul.

§ Secunda tituli pars est de donationibus à paren- 14
tibus in liberos factis, vbi vnus casus deciditur, nempe si mater filiæ suæ nuptæ donet: hæc donatio statim valet ob dictam rationem, quia mater non habet filiam in potestate, ac res donatæ acquiruntur ipsi filiæ, non eius marito, l. si constante. 19.

§ Tertia pars de ratihabitione communis est do- 15
nationibus coniugum, vel personarum coniugibus coniunctarum, & donationibus parentum: quæ cùm ab initio non valeant, morte donantis confirmari solent, vt suprà diximus. Sed vt pleniùs hoc intelligatur, sic distinguitur: Aut donator expressè donationem reuocauit, aut expressè confirmauit in vltima voluntate, aut nihil in vtramuis partem expressit. Si donationem reuocauit, sine dubio donatio confirmata dici non potest, proinde non valet. Si verò nihil dixit, subdistinguitur: aut enim donatio facta est intra quingentos aureos; aut facta vltra quingentos

aureos,insinuata est apud acta;aut facta vltra quingentos aureos,insinuata non est.Primo & secundo casu silentio donatoris tacitè confirmatur, nec potest ab herede eius reuocari.Tertio casu non confirmatur,sed est inutilis.At si expresse donator in testamento donationem confirmauit,distinguuntur idem tres casus:& primo quidem,ac secundo casu, id est, cùm donatio, vel insinuationem non requirebat,vel insinuata est, ex eo die valet, quo facta est: hic enim obtinet iuris regula, quòd ratihabitio retrò trahitur ad tempus negotij gesti: tertio casu donatio, quæ quingentos aureos excedens,insinuata non est, à die testamenti valet, nec potest ratihabitio retrò tracta donationem confirmare, propter insinuationis defectum,l. donationes quas parentes.25.

Tit. XVII. De repudiis,& iudicio de moribus sublato.

I. 12.	§.*virum*.9.iv.
*II.*4.	§.*seruus*.11.
III. 5.	§.*pen*.9.vj.
IV.7.iij.	§.*vlt.*
V.in princ 7.ij.	*IX*. 7.j.9 iij.
§.j.9.j.	*X*. 10.
§ *vlt*.7.iij.	*XI. in princ*.9.iv.
VI.8.	§.j.9.iv.
VII.8.	§ *eodem modo*.9.v.
VIII. in princ.8.9.j.	§.*hoc lucro*.9.vj.
§.j.9.iv.	§.*pen*.10.
§.*si qua*.10.	§.*vlt*.12.
§.*vir quoque*.10.	*XII*.7.ij.iv.9.ij.
§.*hæc nisi*.9.v.	

1 SPonsalia & nuptiæ, quarum genera & ef-
fectus hactenus exposuimus, repudio dis-
soluuntur: quòd olim iudicia de moribus
sequebãtur,quapropter hæc duo nunc sunt
2 explananda. Duæ sunt igitur partes huius tituli. ¶ In
priori parte agitur de repudio,cuius cùm duæ sint spe-
cies; repudium, quo dirimuntur sponsalia; & diuor-
tium,quo matrimoniũ dirimitur,D.de verb.sign.l.inter
stuprum.101.§.1. & l. inter diuortium. 191.tam genus
quàm species seorsum considerantur. Quocirca tria
3 sunt capita huius partis. ¶ Primo capite de repudio in
genere traditur,imaginaria repudia, & in fraudem do-
tantis facta non valere; veluti cùm is, qui dotem pro
muliere dedit, eam, si morte mulieris matrimonium
4 solueretur,sibi reddi stipulatus est,l.3. ¶ Secundo capi-
te de spõsalibus repudio dirimendis traditur, sponsam,
postquàm triennium exspectauit, posse præsenti spon-
so nuncium mittere,vel eo absente matrimonium cum
alio contrahere, l.2. Vide, quæ scripsi supr.de sponsal.
5 §.8. memb. 1. ¶ Tertio capite de diuortio deciduntur
6 duæ quæstiones. ¶ Prima quæstio est, quomodò fiat
diuortium? Hic duo spectantur: consensus,& libellus
7 repudij. ¶ De consensu quatuor traduntur. I. Mutuo
coniugum consensu matrimonium etiam sine iusta
causa dissolui potest,l.si cõstante.9.quia matrimonium
consensu fit,D.de diu.reg.iur. l. nuptias. 30.ac nihil est
tam naturale, quàm vnumquodque dissolui eo modo,
quo colligatum est,D.eod.l.nihil tam naturale.35.l.fe-
rè.153. Sed hoc propter matrimonij fauorem hodie
non permittitur, nisi ob vitam in castitate degendam,
Nou. 117.cap. 10. Qua de re plura vide extr.de con-
uers. coniugat. II. Pater contra filiæ voluntatem non
potest eius matrimonium dirimere, l. vlt. nisi eam ha-
beat in potestate,l.5.§.vlt.& ex magna,ac iusta causa id
faciat, d. l. 5. in princ. III. Filij diuortium non est in
potestate matris, l.4. IV. Filij & filiæ,siue in potestate
constituti, siue emancipati, non possunt in præiudi-
cium parentum, qui dotem vel donationem propter
nuptias constituerunt, vel susceperunt,diuortium sine
illorum consensu facere,l.vlt.& Nou.22.cap.19. ¶ Ad 8
libellum repudij quod attinet, cum mitti necesse est,
l.consensu.8.in pr. Non tamen necesse est, vt ei trada-
tur,vel cognitus sit,à quo diuertitur, l. 6. Nam & cùm
mulier à marito in militiam profecto, de cuius salute
sibi non constat, diuertere, & ad aliud matrimonium
transire vult, libellum repudij ad ducem exercitus
transmittit, l. 7. ¶ Secunda quæstio est, qui sint effe- 9
ctus diuortij? Hic declarantur sex effectus. I. Matrimo-
nium iure ciuili per diuortium soluitur, d. l.consensu.
in princ. & D.eod.l.1. (quamquàm iure canonico tan-
tùm separatio thori inducitur,xxxij. q.7.c. 1. & 2.) sed
mutuo consensu instaurari potest,D.de donat. int. vir.
& vxor. l. cùm hic status. 32. §. quid ergo. non tamen
altera parte dissentiente, vnde mulier inuita ad mari-
tum redire non cogitur, l.5. §.1. II. Diuortium à filiis
factum,parentibus, qui dotem dederunt, vel donatio-
nem propter nuptias, & eam in casum mortis sibi red-
di stipulati sunt, ita demum nocet, si consenserint di-
uortio;secus est,si sine eorum consensu factum sit,l.vlt.
& Nou. 22. cap. 19. III. Cùm mutuo coniugum con-
sensu matrimonium dirimitur, eorum pacta, & con-
uentiones seruantur, Nou. 22.cap.4. ac mulier post an-
num ad alias nuptias transire potest, l. si constante. 9.
Sed iure canonico nisi ipsa quoque regularem vitam
eligat,vel continentiam voueat,diuortium non admit-
titur,extr.de conuers.coniug.c.1. IV. Maritus,qui sine
iusta causa diuertit, vel iustam causam dedit mulieri,
vt à se diuerteret,dotem restituit, & donationem pro-
pter nuptias amittit,quæ quidem lucro mulieris cedit,
d.l.consensu.§.virum.& Nou. 22.cap. 15. Quòd si mu-
lier sit indotata, (nam matrimonium etiam sine do-
te constat, l. iubemus. 11. in princip. sine iusta causa
non magis dirimendum, ead.l. §. 1.quàm matrimonia,
quibus dos accessit,d.l.consensu.§.1.)quartam substan-
tiæ suæ partem ei persoluere iubetur, sic tamen, vt
quantamcumque substantiam possideat,numquam vl-
tra centũ libras auri ei præstet,d.§.1.& d.Nou.22.c.18.
Mulier autem statim post annum etiam hoc casu ad
alias nuptias transire potest,d.c.18. in fin. V. Si mulier
sine iusta causa diuertit, vel diuertendi causam marito
dedit,denuò nubere intra quinquẽnium non potest,ac
dotem, donationemque propter nuptias amittit, quæ
marito vindicantur,d.l.consensu. §. hæc nisi. Sed si in-
dotata sit,quartam suæ substantiæ partem, vel centum
libras auri, secundum distinctionem supr. de marito
traditã, persoluit, d.l.iubemus.§.eodem modo.d.Nou.
22. cap.18. VI. Quicquid ex dictis, vir,aut mulier lu-
cratur,(siue sit dos, siue donatio propter nuptias, siue
quarta substantię coniugis pars,siue centum librę auri)
liberis eiusdem matrimonij, si qui sunt, seruare tene-
tur,d.l.consensu.§.pen.d.l.iubemus.§.hoc lucro.quibus
in locis datur ei facultas eligendi vnum, vel plures, ex
dictis liberis. Sed hæc electio sublata est per Nou. 22.
cap. 25. quamuis Hugolino, & Azoni secus videatur,
quasi Iustinianus de aliis rebus in hac Nou. loquatur,
vt refert Accurs. in d. §. penultim. in verbo, *electione*
seruata, Vtrobique enim leges loquuntur de eo,
quod coniux à coniuge lucratur:nec refert, quid lu-
cretur:sed indistinctè hæc iura obtinent:idcirco Theo-
dosius in d. l. consensu. §. penultim. eo verbo, *electio-*
ne seruata, ostendit se non aliquod nouum electionis
genus introducere, sed de ea electione loqui, quæ ge-
neraliter obtinebat in bonis à coniuge ad coniugem
translatis. ¶ Iustæ autem diuertendi causæ ab eodem 10
Theodosio proponuntur in d.l.consensu.§.si qua. & §.
seq.ac repetuntur à Iustiniano,d. Nou. 22.cap.15.Quæ
loca tantùm lectione indigent, non interpretatione.

Hisce

Hisce idem Iustinianus quatuor causas adiecit : vnam
contra maritū, si per biennium coire propter natura-
lem imbecillitatem non possit,l.in causis.10.sed posteà
pro biennio triennium expectari iussit, d. Nou.22.c.6.
tres contra mulierem, videlicèt si ex industria abor-
tum fecerit, si commune cum viris lauacrum libidinis
causa sit ingressa, & si stante matrimonio de aliis nu-
ptiis contrahendis tractauerit,l.pén.§.penulr.&d.Nou.
22.cap.16.Adde quartam causam, si tam arcta sit, vt à
viro carnaliter cognosci nequeat,extr.de frigid.& ma-
lef. c. 3. & 6. Sed nouissimè Iustinianus causas repudij
paulò aliter definiuit Nou. 117. vbi causas pro marito
contra mulierem proponit cap. 8. pro moliere contra
virum c.9.& causas,ex quib. bona gratia, & sine pœna
discidium admittitur,cap. 12. Atque hæc quoque tan-
tùm lectione egent:nostra tamen illius Nouellæ Ana-
11 lysi aliquo modo ea illustrare conabimur. ¶ Porrò cùm
inter causas repudij refetantur crimina maiestatis,
adulterij, & verberum coniugi illatorum, si hæc aliis
probationibus patefieri nequeant,tam de mariti,quàm
de vxoris seruis quæstio ad eruendam veritatem ha-
12 betur,d.l.consensu. §.seruis. ¶ Hæc dicta sint de repu-
diis,quib.non tantùm sponsalia, sed etiam nuptiæ dis-
soluuntur. Alij modi, quibus matrimonium soluitur,
hoc titulo non exponuntur : tantùm fit mentio aquæ,
& ignis interdictionis, & deportationis, quæ in eius
locū successit,D.de pœnis.l.2.§.1.His modis olim ma-
trimoniom soluebatur,D.solut.matrimon. l.si quis.56.
quia cùm sit ciuium Romanorum proprium, Institut.
de nupt. in princip. cum his qui ciuitatem amiserunt,
quâles sunt deportati, D.de pœnis.d.l. 2. §.1. & de in-
terdic. & releg.l.6. in princ. consistere nequit. Sed hu-
manitatis causa, & matrimonij fauore Alexander Im-
perator matrimonium tuetur, dummodò erga depor-
tatum vxor eundem affectum retineat, l. 1. Quod &
Constantino placuisse,& sibi quoque probari Iustinia-
nus testatur,d. Nou.22. cap.13. Cùm igitur matrimo-
nium post mariti deportationem consistat:dos, quæ
soluto demum matrimonio soluenda est, infr. si dos
constit.matrim.solut.fuer.l.vnic. non videtur posse re-
peti,sed penes maritum remanere : proinde confiscari
cum cæteris mariti bonis. Verùm ne pietas mulieris in
maritum,ei noceat,ac dotem adimat, Imperator ei do-
tem conseruat,vt ei quamuis matrimonio manente re-
stituatur,d.l.1.nam etsi non regulariter, tamen ex iusta
causa etiam stante matrimonio repetitur, d.l. vn. vt in
dicto casu,& cùm maritus ad inopiam vergit, supr. de
iur.dot.l.vbi.29.Exposui primam tituli partem,quæ est
13 de repudiis. ¶ Huic cohæret secunda pars, *de iudicio de
moribus sublato.* Nam olim actio de moribus in eum,
eámve competebat, qui, quæve causam repudij dede-
rat. Cuius actionis effectus erat,vt vir contra mulierem
agens,grauiorum morum,id est, adulterij nomine sex-
tā dotis partem,ob leuiores mores,id est ob aliā quam-
cumque causam, octauam partem retineret : à muliere
autem conuentus, dotem numero, vel pondere, vel
mensura constantem, quam aliàs annua bima trima
die,id est, tribus annis vicibus reddere debuisset, pro-
pter grauiores mores cōfestim, propter leuiores tribus
vicibus per singula semestria restituere cogeretur : in
aliis verò rebus constantem, quia omnino statim post
solutum matrimonium reddere debebat, insuper qua-
driennij fructus restitueret, Vlp.tit.de dotib.§.morum.
& §. seq. Sed Iustinianus cùm hanc actionem non fre-
quentari animaduerteret, eam omnino sustulit,d.l.iu-
bemus.§.vlt.

Tit. XVIII. Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

I. 11.	*VII.* 6.7.8.ij.
II. 8.j.9.iv.	*VIII.* 7.9.j.iij.13.
III. 5.9.v.12.	*IX.* 3.9.iij.
IV. 7.8.ij.	*X.* 9.ij.12.
V. 7.8.iij.	*XI.* 7.8.j.9.iij.
VI. 11.	

Vperiori titulo dictum est de solutione 1
matrimonij : cuius solutionis cùm effectus
sit,vt dos repeti possit, consequenter agitur
de dote soluto matrimonio repetēda. ¶ Hic 2
titulus diuiditur in quinque capita. ¶ Primo capite 3
ostenditur dotem per iudicem esse repetendam ; nec
posse mulierem inuitis heredibus mariti sua auctorita-
te ingredi in possessionem rerum dotalium, l.dotis. 9.
¶ Secundo capite declaratur,quibus casibus dos repeti 4
possit. Hîc considerantur tres casus. ¶ Primus casus 5
est,cum matrimonium non valet, quód cùm multis de
causis contingere possit : vna species hîc deciditur in
l.3. cùm mulier per errorem nupsit seruo, quem libe-
rum putabat,eíque dotem dedit. Quoniam igitur nu-
ptiæ cum seruo non consistunt,supr.de incest.nupt.l.3.
ponimus autem mulierē liberam esse : filij ex eo coitu
procreati, liberi & spurij sunt. Quia verò mulier iusto
errore ducta nupsit seruo,dos non est confiscanda, sed
repeti potest,sup.de incest.& inut.nupt l.4.Et quia ipsa
mulier dotem dedit,ipsa repetere potest : nam si extra-
neus dedisset, & in casum soluti matrimonij sibi reddi
pactus, vel stipulatus esset,ipse repeteret, nisi mulier
probaret eum sibi donare in hunc casom voluisse,D.de
condict.cau. dat.l. 6. Repetit autem dotem, & si quid
aliud sibi deberi ostenderit:vt fructus,& partū ancillæ,
D.eo.l.7.§.1.nisi fructus in onera quasi matrimonij sint
cōsompti,D.h.t.l.insulā.41.§.1. Intellige eam repetere,
non à seruo, quia seruus non habet legitimā personam
stādi in iudicio,sed à domino eius;contra quē non agit
directa actione,sed de peculio, quia cū seruo cōtraxit,
eíque quasi dotem dedit:nam si domino dedisset, dire-
ctam in eum actionem haberet,arg.l.pen.& D. eod. l.si
cùm dotem.22.§.pen.Idcirco Imperator ait mulierem,
quod dedit,recipere ex peculio.Iamuerò quia, cùm di-
cimus agi de peculio,non significamus certam actionis
speciem, sed qualitatem actioni adiectam ; videndum
est,quæ sit hoc casu actio. Non est actio de dote, D.de
iur. dot.l. 3. sed condictio ob causam, supr.de condict.
ob caus.l.1.vel sine causa,D.de condict.si. cau.l. vlt. Est
tamen priuilegiaria,qoasi actio de dote:adeo vt mulier
præferatur aliis serui creditoribus:domino tamen,si ei
quoque seruus debeat,non præfertur,nisi in his rebus,
quas dotis nomine dedit,vel quæ ex pecunia in dotem
data comparatæ sunt,D.h.t.d.l.si cum dotem.§.vlt. vt
accidit etiam, cùm minor duodecim annis nupsit, &
cùm sponsa,quæ dotem dedit,non nupsit,D.de iur.dot.
l.si sponsa.74.& de reb.auctor.iudic.possid.l.quæsitum.
17.§. si sponsa. ¶ Secundus casus est, cùm matrimo- 6
nium cōsistit, tunc dos regulariter repeti nō potest,l.7.
nisi maritus ad inopiam vergat, supr. de iur.dot.l. vbi.
29. ¶ Tertius casus est, cùm matrimonium est solo- 7
tum:túncqoe dos repetitur, d. l. 7. siue solutum sit di-
uortio,l.nec maritus.8.siue morte mariti, l. vltim.siue
morte mulieris, l. 4. & 5. Quid si mulier ab hostibus
capta sit?Nec ipsa dotem repetere potest,cùm sit in po-
testate hostium : nec heres eius, quia ob spem postli-
minij nondum habet heredem,d.l.5. Sed an matrimo-
nium captiuitate soluatur, videamus. Distinguenda
sunt iura,ac tempora.Olim matrimonium captiuitate
soluebatur, D.h.t.l.si quis.56.& de diuort.l.1.& de ca-
ptiuit.l.in bello. 12. §. sed captiui. quod quidem ex ra-
tione & subtilitate iuris accidit, Nouel. 22. cap. 7.ni-
mirum quia capti ab hostibus, fiunt eorum serui, cum

seruis autem constat non esse connubium. Excipitur
ex sententia Iuliani,nisi patronus,qui libertam vxorem
duxit,ab hostibus captus sit,D.de ritu nupt.l.in eo iure.
45.§. vlt. Sed posteà nescio cui Imperatori ad fauorem
matrimonij respicienti, generaliter placuit non aliter
dissolui captiuitate, quàm si incertum sit, an captiuus
viuat, & quinquennium à die captiuitatis sit elapsum,
D.de capt.l.non vt à patre.8. & d. Nou. 22. cap.7.vers.
καὶ τοῦτο γάρ. quam sententiam, non solùm Iustinianus
probat eo.cap.7.sed etiam Tribonianus retulit in Pan-
dectas ad l.6.de diuortiis.adiiciens Iuliani verbis, ver-
siculum *& generaliter.* & quæ sequuntur vsque ad fi-
nem legis: nam stylus Tribonianum prodit, vt & Cu-
iac. notauit. & ideo ait, *generaliter definiendum est*: quia
Iulianus in præcedentibus verbis specialiter ad patro-
num respiciebat,vt constat ex d.l.in eo iure.§.vlt. Post
hæc,Leo Nou.33.constituit, vt quod Iustinianus Nou.
117.cap.11.de militantibus statuit, in captiuis quoque
obtineat,hoc est,vt coniugi,qui in ciuitate est, non li-
ceat ad alias nuptias transire, quamdiu coniux viuit,
qui in hostium potestate est, etiamsi de eius vita, vel
obitu nihil compertum sit, quod etiam iure canonico
cauetur,xxxiv.q.1.c.cùm in captiuitate.2.& extr.de se-
8 cund.nupt.c.2. ¶ Tertio capite expoonitur, quis dotem
repetat. Actio ad dotem repetendam datur I. Mulieri,
D.h.t.l.2.in princ.siue de eius bonis data sit, l. vlt. siue
pater mulieris, qui dotem dedit, agere non possit, vt
quia abest, vel est suspectæ vitæ, D. de procurat. l. fi-
liusfam.8.§. sed & filiafamiliâs. vel eius damnati bona
confiscata sunt,licèt marito heres extiterit, l.2.siue ex-
traneus,qui dotem dedit,sibi reddi nec stipulatus, nec
pactus sit,vt supr.de rei vxor.act.l.vn.§.accedit. II. Pa-
tri mulieris, à quo dos profecta est: siue filia in matri-
monio decesserit, l. 4. siue superstes sit,quo casu pater
non sine consensu filiæ potest agere, l. 7. & D. eod.l.2.
§.1.nisi ab initio sibi soli reddi stipulatus sit. Lege,quæ
scripsi supr.de iur.dot.§.17. III. Heredi mulieris:sed si
nondum sit heres, vt quia mulier apud hostes viuit,
9 nondum petere dotem potest, l. 5. ¶ Quarto capite
declaratur, à quo dos repetatur. Dotem reddere tene-
tur I. Maritus, qui dotem accepit, l. nec maritus. 8.
II. Socer, id est, pater mariti, si ipse dotem accepit,
l.penultim. III. Heres mariti,d.l. nec maritus, l.dotis.
9.& l.vltim. IV. Fiscus, si ad eum dos peruenit confis-
catis bonis, quæ ad patrem mulieris pertinebant, l. 2.
V. Dominus eius, cui mulier quasi homini libero nu-
10 psit,l.3. ¶ Quinto capite explicatur, quid,& quantum
repetatur, reddíque oporteat. Hîc dissoluuntur tres
11 quæstiones. ¶ Primò quæritur, si res æstimatæ in do-
tem datæ sint,quid reddi debeat? Respondetur, regula-
riter non res, sed pretium reddi debere, supr. de iur.
dot.l.5.& l.cùm dotem.10.sed siue decepta muliere res
viliori pretio, siue decepto marito, res maiori pretio
æstimatæ sint, iudex ad iustam æstimationem rediget,
dummodò res extent, quæ iterum æstimari possint;
alioquin restituendum est pretium dotali instrumento
comprehẽsum,l.6. Item si de rebus ipsis æstimatis red-
dendis conuênit,res ipsas reddere oportet,supr. de iur.
dot.l.si inter.21. quo casu non solùm ancillas in dotem
datas,sed etiam partum ancillarum reddere necesse est,
l. 1. Nec obstat, quòd rerum dotalium fructus mariti
lucro cedunt,supr.de iur.dot.l.pro onerib.20.quia par-
tus ancillæ non est in fructu,D.de hered.petit. l. ancil-
larum. 27. & de rei vindic. l. vetus. 68. in princ & de
12 vsur.l.in pecudum.28.§.1. ¶ Secundò quæritur,si mu-
lier ei nupserit, qui in alterius potestate est, vtrùm is,
qui in potestate habet,in solidum,an de peculio tenea-
tur? Respondetur per distinctionem: nam si dos ei data
sit,cui mulier nubebat,eius pater, l. penultim. vel do-
minus de peculio tenetur, l.3. Si verò mariti pater do-
tem accepit,in solidum tenetur,idémque dicendum, si
eius iussu dos marito data sit, D. eod. l. si cùm dotem.
22.§.penultim.Nec dubitandum, quin idem de domi-
no sit dicendum,si ipsi,vel ipsius iussu dos data sit:quia
patris, & domini eadem est ratio. ¶ Tertiò quæritur, 13
vtrùm dos repetatur in solidũ,an in quantum reus fa-
cere potest? Respondetur, per distinctionem: Nam ma-
ritus damnatur in quantum facere potest: & si postea
locupletatus sit,residuum soluere cogetur, l. nec mari-
tus.8.idémque honor socero debetur, D. eod.l. rei iu-
dicatæ. 15.§. vltim. & de re iudicat. l. sicut autem. 21.
heres autem mariti tenetur in solidum, d.l. nec mari-
tus. quod est intelligendum de herede extraneo: nam
filius communis, qui patri heres extitit, in tantùm
damnatur,in quantùm facere potest, D.h.t.l.etiam. 18.
in princip. ¶ Ex dictis obiter collige verbum, *in soli-* 14
dum, esse homonymum: quoniam ei duo opponuntur,
videlicèt de peculio, & in quantum facere quis potest,
idcirco hæc non sunt contraria, socerum teneri in so-
lidum,id est,vltra peculij quantitatem, d.l.pen. & non
teneri in solidum, id est, vltra facultates, d.l.rei iudi-
catæ.§.vlt.d.l.sicut autem.

Tit. XIX. Si dos constante matrimonio soluta fuerit.

Dictum est superiori titulo, dotem stante 1
matrimonio non posse repeti: nunc addi-
tur, eam ne quidem sponte solui posse:
quia præmatura solutio vim habet dona-
tionis: scimus autem donationem inter
virum, & vxorem non valere. Hæc ita regulariter ob-
tinent: sed ex iusta causa dos solui etiam stante ma-
trimonio potest,l.vnic.& Nouel.22.cap.39. Iustæ cau-
sæ proponuntur in l.mutus.73.§.1. D. de iur.dot. & in
l.quamuis.20.D.solut.matrimon.

¶ Quid ergo, si sine iusta causa maritus dotem stan- 2
te matrimonio soluat mulieri, deinde mulier in matri-
monio decedat? Hæc species deciditur d.l.vn.& d.Nou.
22.cap.39.quibus in locis dicitur, maritum ab heredib.
mulieris dotem cum fructibus à die solutæ dotis repe-
tere, ita vt proprietatem liberis communibus compe-
tentem non alienet,sed illis conseruet.

¶ Nota primò, liberos distingui ab heredibus mu- 3
lieris: quia ita contigit,vt mulieri extranei heredes suc-
cederent,vt quia relicta liberis legitima extraneos he-
redes instituit: nam hoc iure non est necesse,vt filij, li-
cèt non ingrati,heredes instituantur. Sed & hodie præ-
teriti,vel exheredati à matre non officiunt testamento,
nisi grati erga matrem fuerint, & per inofficiosi que-
relam, quæ quinquennio concluditur, testamentum
rescindant,& ita accipere oportet Nou. 117.cap. 3. vt
alibi docui.

¶ Nota secundò,simpliciter,& sine limitatione dici 4
fructus esse restituendos;quia indistinctè omnes resti-
tui debent marito, qui onera matrimonij sustinuit;
propter quod fructus dotis necessariò oneribus ma-
trimonij seruiunt,eatenus tamen repetuntur,quatenus
mulier inde locupletata est, supr.de iur.dot.l.pro oner.
20.Alia ratio est,si maritus,non rem dotalem, sed præ-
dium ex propriis bonis vxori donauerit: nam mulier
fructus lucratur, D.de donat. int. vir. & vxor.l.de fru-
ctib. 17. non tamen omnes, sed industriales tantùm,
D.de vsur.l.fructus.45.

¶ Nota tertiò, proprietatem competentem liberis 5
seruari: hæc autem modò est proprietas totius dotis,
modò partis, vt docui supr. de secund. nupt. capit. 2.
segment. 2.

Tit. XX. Ne fideiussores, vel mandatores dotium dentur.



Ctione de dote tenetur maritus, vel socer, vel heres, vt docui supr. tit. 18. cap. 4. non fideiussor, vel mandator, id est, qui pro marito, vel socero dotem accipiente fideiussit apud eum, cui dos restituenda est, vel huic mandauit; vt suo periculo dotem daret. Ratio est: quia cui mulier semetipsâ, & suam dotem committit, magis fidere debet, quàm extraneo: alioquin causa perfidiæ in connubio generatur, id est, mulier, aut quicumque dotem dat, hoc videtur cogitare & admittere, vt maritus vel socer fidē fracturus sit: sibi verò sufficere actionem aduersus eum, qui mandando, vel fideiubendo intercessit, l. 1. & 2. Accursius hoc loco aliquot quæstiones decidit telaru dignas. Eas igitur breuiter examinemus, sed commodiori ordine, quàm ab
2 Accursio proponuntur.

¶ Primò, cùm certum, & in legibus expressum sit, eum, qui dotem accipit, non cogi dare fideiussorem vel mandatorem, quæritur, si sponte det, an hic intercessor obligetur? Respondeo non obligari: cùm quia C. Th. de fideiussor. dot. l. vn. generaliter infirmatur dotis cautio, id est, vt ego interpretor, siue de dote soluenda, siue de ea restituenda caueatur: (quãuis Anianus eam coangustet ad mulierem viro carentem de dote soluenda) etiam, quia hęc rubr. intercessorem dari prohibet: quod
3 autem iure prohibente fit, effectu caret, supr. de legib. l. 5. & D. de fideiuss. l. cùm lex. 46. ¶ Secundò quęritur, an fideiussor beneficio huius tituli renuncians efficaciter obligetur? Respondeo secundum Azonem & Accursium, non obligari: quia legi aliquid iubenti, aut ve-
4 tanti renunciari non potest, D. de postul. l. 7. ¶ Tertiò quæritur, an fideiussor de dote conseruanda, & restituenda possit dari sponsæ ante contractum matrimonium? Cuiac. hoc admittit: quia leges de viro & vxore loquũtur, non de sponsis. Rectius Accurs. negat: quia paria sunt, contracto matrimonio facere, & in tempus matrimonij conferre, supr. de donat. ant. nupt. l. 4. Sed quid si ante sponsalia conuenerit de fideiussore dando? Harmenopulus. lib. 4. tit. 8. §. 9. existimat hoc casu fideiussorem rectè dari, & obligari. Ego dicta Accursij ratione motus generaliter puto fideiussorem non teneri, etiamsi ante sponsalia datus sit, vel de eo dando con-
5 uenerit. ¶ Quartò quæritur, an fideiussor soluto matrimonio à marito datus obligetur? Respondet Accursius eum obligari: quia hoc casu cessat ratio, & prohibitio huius tituli: atque hæc sententia expressè confirmatur, D. sol. matrim. l. si constante. 24. §. quoties, & D. de ex-
6 cept. l. 7. in princip. ¶ Quintò quæritur, an pignus datum teneat? Accurs. distinguit, & ait pignus mulieri à marito rectè dari; quia hoc est, iuri consentaneum, quo cauetur, vt omnia bona mariti sint mulieri obligata: ab extraneo amico mariti frustra dari; quia l. 1. h. t. omnem satisdationem prohibet. Ego generaliter pignus admitto: quia in eo, & prohibitio huius tituli cessat, & prohibitionis quoque ratio, ne mulier alij magis videatur fidere, quàm marito, cui semetipsam committit. Ad argumentum Accursij, quòd lex 1. omnem satisdationem prohibet: respondeo, satisdationis vocabulo ibi significari eam, quæ fit datis fideiussoribus, cùm quia hæc sola propriè dicitur satisdatio, D. qui satisd. cog. l. 1. & de stipul. prætor. l. 7. tum etiam quia hæc interpretatio non solùm rubricæ conuenit, secundum quam subiectas leges esse intelligendas, omnes fatentur, sed etiã eiusdem, l. 1. sequenti vers. si enim. ex quo satis constat imperatorem de fideiussore tantùm loqui, non de pignore. ¶ Sextò quæritur, an alius 7
possit pro marito dotem accipere, & se obligare? Respondeo, hanc quæstionem nihil dubitationis in se cõtinere: quia nulla est hoc casu intercessio: nec dubitandum, quin is ad dotem restituendam obligetur, qui eam accipit, supr. de dot. cau. non numera. l. vltim.

¶ Septimò quæritur, si extraneus pro muliere dotem 8
det, an possit fideiussorem accipere? Accurs. hæsitat. Probabilius mihi videtur, satisdationem hoc casu valere: quia & prohibitio, & ratio prohibitionis cessat: quandoquidem non in vxore, sed in extraneo fideiussorem exigente est diffidentia: lex autem mulieris tantùm diffidentiam improbat, quæ cùm semetipsam marito credat, non debet in dotis causa magis alij fidere, quàm marito. ¶ Octauò quæritur, an marito satis- 9
dari possit pro dote soluenda? Respondeo, si mulier, viro fideiussorem det, nullam esse fideiussoris obligationem, Cod. Theodos. de fideiussor. dot. l. vn. & ibi Anianus, cùm in connubio nulla perfidię occasio dari debeat, l. 2. cur enim agitur contra fideiussorem, nisi ob perfidiam coniugis dotem promissam non soluentis? Si vero extraneus dotem pro muliere expromittat, fideiussor ab eo datus tenetur, D. de iur. dot. l. cùm dotis, 55. quàm legem Doctores malè accipiunt, quasi mulier viro fideiussorem pro dote soluenda dare possit: cùm lex nominatim de expromissione loquatur, vt doctissimus Cuiacius animaduertit: constat autem expromissore dato mulierem non teneri. D. de S. C. Macedo. l. vltim.

Tit. XXI. Rerum amotarum.

I. 11.	*§. j. 3.*
I l. in princ. 5.	*III. 4. 7.*



Oniux res coniugis amouens furtum qui- 1
dem committit, sed ob reuerentiam matrimonij ne quidem post diuortium furti conueniri potest, D. h. tit. l. 1. & 2. & l. pen. sed alia remedia competunt. ¶ Primum re- 2
medium est condictio sine causa, quæ datur etiam constante matrimonio, D. eod. l. rerum quidem. 25.

¶ Secundum remedium est actio in factum, quæ similiter datur stante matrimonio, l. 2. §. constante. vbi 3
pro *etenim*, puto legendum *etiam*. ¶ Tertium remedium 4
est, rei vindicatio, si ipsæ res amotæ extent, l. vltim. & D. eod. l. ob res 24. ¶ Quartum remedium est actio 5
rerum amotarum, quæ est condictio, D. eo. l. rerum amotarum actio. 26. prætoria, l. 1. in princip. vbi legendũ *promittitur*, non *permittitur*, vt Cuiacius rectè monet.
¶ Vt hæc actio competat, duo requiruntur. I. Vt res 6
sint amotæ diuortij causa, D. eod. l. si concubina. 17. §. 1. II. Vt diuortium secutum sit, D. eod. l. vltim. & de diuor. l. vltim. §. vltim. vers. proinde. Vtraque conditio ponitur in l. rerum quidem. 25. D. h. t. Quare si mortis causa res amotæ sint: secuta morte non agitur rerum amotarum, sed ad alias actiones est confugiendum, D. eod. l. si propter. 22. §. 1. secuto autem diuortio non est directa, sed vtilis actio rerum amotarum, D. eod. l. si mulier. 21. ¶ Hæc actio in eum, qui amo- 7
uit, est in solidum, D. de re iudica. l. si rerum. 52. in heredem autem datur in quantum ad eum peruẽnit, l. vlt.
¶ Quintum remedium est, certi condictio, d. l. si concu- 8
bina, §. penult. quia hæc actio est generalis, & ex omni causa datur, ex qua certum petitur, D. de reb. cred. l. certi. 9. ¶ Sextum remedium est, actio ad exhibendum, 9
quæ competit etiam ob res mortis causa amotas, d. l. si propter. §. 1. ¶ Septimum remedium est, petitio he- 10
reditaris, ibid. qua tenetur ob res coniugis defuncti

amotas,

amotas,qui controuerſiam hereditatis facit,propterea quod pro poſſeſſore poſſidet,id eſt, mala fide, D.de heredit.peti.l.regulariter.9.l.pro herede.11.in fi.& ll.ſeq.
11 ¶ Octauum remedium eſt compenſatio, ſi is,qui res
amouit,agat,l.1.& ſupr.de compen.l.6.Ex quib.legib. puto mulierem de dote agentem pati ob res mariti ab ſe amotas compenſationem. Nec obſtat l.vn.§.taceat, ſupr.de rei vxor. act. vbi non denegatur compenſatio, ſed retentio ad tempus quaſi iure pignorum, vt ibi expoſui num.6.membr.3.

Tit. XXII. Ne pro dote mulieri bona quondam mariti addicantur.

1 SI maritus ſine ſucceſſore deceſſerit, mulier
dotis ſibi debitæ cauſa petere non poteſt, vt bona quondam mariti ſibi addicantur, l. vn. quemadmodum nec alij creditores id petere poſſunt, infr.de bon. aucto. iud. poſſid.l. 6. ſed iure communi vtitur, vt primo decreto mittatur in poſſeſſionem bonorum defuncti dotis ſeruandæ cauſa,quemadmodum alij creditores in poſſeſſionem mittuntur rei ſeruandæ cauſa: deinde ſecundo decreto iubeatur poſſidere,D.de ſolut.l.Titia. 48.& ad municipal.l.ea quæ.26.§.1.tuncque ipſa & alij creditores hæc bona diſponere poſſunt, Inſt. de ſucceſ. ſubla. in princ.eaque diſtrahere, vt omnibus, quoad eius fieri poteſt,ſatisfiat, d.l.vn.& infr. de bon.aucto.ind.poſſ. d.l.6.& l.penultim. Et hoc eſt, quod dicitur in d. l. vn. *quatenus ſucceſſionis modus patitur*, id eſt, pro viribus bonorum. Non eſt ignorandum haberi rationem ordinis & priuilegiorum, & mulierem in dote priuilegio frui, D. de rebus auct. iud. poſſid. l. quæſitum. 17.§.1. & ll.ſeqq.

Tit. XXIII. De fundo dotali.

I.in princ.2. | *II. 2.*
§. 1. 3.

1 DVæ quæſtiones hoc titulo diſſoluuntur.
2 ¶ Primò quæritur,quem fundum dotalem
alienare maritus prohibeatur? Reſpódetur per diſtinctionem: aut enim fundus in dotem datus eſt inæſtimatus, aut æſtimatus. Priori caſu propriè dicitur fundus dotalis, & alienari nequit, l. 2, & ſupr.de rei vxor.act.l.vn.§.& cùm lex. Poſteriori caſu alienari poteſt, d. §.& cum lex. niſi hac lege datus fuerit,vt electio eſſet mulieris, vtrùm repeteret, non mariti,vtrùm ſolueret,l.1.in princ.&. D. eod.l. quod ſi fundus.11. Fundi autem appellatione hîc ſignificatur tam prædium vrbanum,quàm ruſticum, D. eod.l.dotale.13.in princ.& tam totum prædium,quàm pars,d.l.
3 dotale,§.1.¶Secundò quęritur,quę alienatio prohibeatur?Alienationis verbo hic omnis actus ſignificatur,per quem dominium transfertur,d.l.1.§.1.Sed non tantùm hæc alienatio prohibetur, verùm etiam pignetatio, ſiue hypothecæ obligatio, d. l. vn.§. & cum lex. & Inſt. quib.alien.lic.vel non.in princip.Hinc ſequitur, ſi dotale prædium commune cum Titio ſit, Titium quidem poſſe iure communi prouocare maritum ad diuiſionem;quia lex Iulia ei nó obſtat,nec cogi debet in communione manere, ſupr. commu. diuid.l.vltim.ſed maritum non poſſe ad diuiſionem prouocare, tamquàm hæc ſpecies quædam alienationis ſit;præſertim quia contingere poſſet,vt fundus Titio adiudicaretur, Inſt. de offic. iud. §. eadem. quo caſu Titij fieret, Inſtitut. eod.§.vltim.

Tit. XXIV. Diuortio facto apud quem liberi morari, vel educari debeant.

CVm liberi ſint fructus matrimonij, me- 1
ritò poſtquam expoſita ſunt iura inter virum & vxorem, declarantur iura inter parentes & liberos.In primis,quia diuortio facto quæri contingit, vtrùm filij apud patrem, an apud matrem morari, & educari debeant;hoc iudicis arbitrio committitur,l.vn.& infr.tit. prox.l.3.§.1.Sed Iuſtinianus, Nou. 117.c.7. ſic diſtinguit: Aut pater diuortij cauſam præbuit, aut mater. Priori caſu filij apud matrem aluntur impenſis patris, dummodò mater ad ſecundas nuptias non tranſeat.Poſteriori caſu aluntur apud patrem impenſis matris,dúmodo mater ſit locuples, nec ſit pater inops. Nam ſi mater inops ſit,impenſas ſuppeditare nequit: & ſi pater inops ſit,apud matrem locupletem filij nutriuntur. Eandem diſtinctionem in omnibus cuiuſcumque gradus parentibus,& liberis adhibet.

Tit. XXV. De alendis liberis,ac parentibus.

I.8. | *§.1.6.*
II.8.9. | *IV.in princ.4.5.*
III.in princ.3.4.5. | *§.1.3.*

HVius tituli duæ ſunt partes. ¶ In priori 1
parte de alendis liberis diſſoluuntur qua- 2
tuor quæſtiones.¶Primò quæritur,ſi quis 3
neget ſe patrem eſſe, an alere ſit cogendus:Reſpondetur,in primis iudicem quęrere debere,an is ſit filius, qui alimenta petit, l.vltim. §. 1. non enim aliter ei decernuntur alimenta, quàm ſi filium ſe eſſe probauerit,l.penultim. in princip. Nota, cùm principaliter agitur de alimentis,& incidenter quæritur, an ſit filius? hanc incidentem quæſtionem ſummaria cognitione diſcuti, proinde veritati non facere præiudicium, ſed nihilominus proprio iudicio quæri, an reuera ſit filius,necne? D.de his qui ſui vel alie. iur. ſunt, l.penultim. non obſtante illa iuris regula,quod res iudicata pro veritate habetur, D.de ſtatu homi.l.ingenuum.25.& de diu.reg.iur. l.res iudicata.207.quia nó ſuper incidenti, ſed ſuper principali tantùm quæſtione ſententia pronunciatur, ſupr.
de ordi.iudic.l. 1. ¶ Secundò quæritur, quis alimenta 4
conſtituat,? Reſpondetur, iudicem competentem ea
decernere,l.penultim.& vltim.¶Tertiò quæritur, quá 5
ta alimenta decerni debeant?Reſpondetur,decerni pro modo facultatum,d. l.penultim. in princip. d. l. vlt. in
princip.¶ Quartò quæritur, apud quem liberi ſint alé- 6
di?Reſpondetur, ſi diuortium factum ſit,iudicem ęſtimare debere,vtrùm apud patrem, an apud matrem liberi ſint alendi,d.l.penultim. §.1.quod ſuperiori titulo
expoſui. ¶ In poſteriori parte de alendis parentibus 7
diſſoluuntur duæ quæſtiones. ¶ Primò quæritur, an 8
liberi cogantur parentes ſuos alere? Reſpondetur,cogi,ſi parentes egeant, l. 1. & liberi facultates idoneas
habeant,l.2. ¶ Secundò quæritur, quis liberos com- 9
pellat ad alimenta parentibus præſtanda:Reſpondetur, hoc ſpectare ad iudicem competentem,d.l.2.

Tit. XXVI. De concubinis.

CVm alind ſit iuſtum coniugium, id eſt,nu- 1
ptiæ;aliud inæquale, id eſt, concubinatus, infr.tit.prox.l.3.& C. Th.de collegiat. l. 1. poſtquam dictum eſt de nuptiis, & iis,quæ ad nuptias ſpectant,vt dotibus, donationibus, libetis; conſequenter agitur de concubinatu:qui iure Iuſtinianeo toleratur,D.h.tit. l. 3. §. 1. ſed à Leone damnatur, Nou.91. Iure Iuſtinianeo vel vnam vxorem habere licet, vel vnam concubinam, non duas vxores, Inſt.de nupt.

nupt.§.socrum. nec duas concubinas, Nou. 18.cap.5.
vers.& hęc dicimus.nec vxorem simul & concubinam,
l.vnic.& infr.commun.de manumiss.l.vltim.in fi.

Tit.XXVII.De naturalibus liberis,& matribus eorum,& ex quibus causis iusti efficiantur.

I.3.6.24.	*IX.in princ.* 13.14.15.j.
II.1.8.	*§.eodem scilicet.*15.v.
III.in princ. 13.15.iv.	*§.sed si quidem.*15.v.
*§. & quod.*14.15.ij.	*§.si verò,*15.v.
*§.sed & si.*13.14.	*§.illo videlicet.*15.v.
IV.15.j.iij.	*§ penult.*15.v.
*V.in princ.*18.j.ij.21.22.	*§ vltim* 12.15.iv.
*§.hi verò.*21.	*X*.19.20.j.ij.21.22.
*VI.in princ.*18..ij.	*XI.in prin.*18.20.j.ij.21.22.
*§.in posterum.*20.ij.21.	*§. & multò magis.* 20.ij.21.22.
*§.filios.*23.	*§.vltim.*21.
*VII.in princ.*20.j.21.	*XII*.4.5.8.9.20.ij.
*§.naturalibus.*4.20.ij.23.	
VIII.8.9.	

1 QVemadmodum iusti liberi sunt fructus
matrimonij, ita naturales liberi sunt fru-
ctus concubinatus;quare vt supr.post tra-
ctatum de nuptiis, dictum est de iustis li-
beris : ita hîc post titulum de concubinis,
agitur de naturalibus liberis:simul tamen agetur etiam
de eorum matribus,quia in successione coniunguntur,
2 id est, filij naturales vnà cùm matre sua in vnã vnciam
succedunt patri naturali,l.2.¶Nota primò, filios natu-
rales hîc dici, qui suscepti sunt ex concubina, vt & in
§.vlt, Institut. de nupt. etsi interdum naturales vocan-
tur, qui suscepti sunt ex iustis nuptijs, vt Institut. de
3 adopt.in princip. ¶ Nota secundò, à naturalibus di-
stingui spurios,id est,stupro,vel scortatione, vel ex in-
iustis nuptijs,vel ex iniusto concubinatu susceptos,l.1.
4 & Institut.de nupt.§.si aduersus.¶Nota tertiò,filios le-
gitimos patrem omnino certum habere, D. de his qui
sui vel alien. iur.sunt,l. 6.& de in ius vocan.l.5.spurios
verò omnino habere incertum,ideoqoe videri sine pa-
dtre,d.§.si aduersus.naturales autẽ quodammodò vide-
ri patrem habere,non omnimodò, quia nec spurij,nec
iusti sunt, l.7. in fi.& l.vltim.in fi. Medium igitur lo-
cum filij naturales tenent inter legitimos, & spurios:
meritò:quia nec ex coitu damnato,nec ex legitimo sunt
suscepti,sed ex coniunctione, quæ iure toleratur tan-
5 tùm,non probatur,vt superiori tit.notaui.¶Nota quar-
tò,in hac rub. non de filijs naturalibus agendũ propo-
ni,sed de liberis naturalibus,ne excludatur nepotes,qui
dicuntur naturales auo, siue filius legitimus ex con-
cubina, siue filius naturalis ex concubinia, siue filius
6 naturalis ex vxore eos susceperit, l.vltim. ¶ His ex-
positis, ad Analysim tituli transgrediamur. Etsi rubri-
ca duabus constat partibus:tamen commode adiunge-
mus tertiam partem de quibusdam liberis, quos lex 1.
tam à naturalibus,quàm a legitimis distinguit, adeo vt
spuriorum iure vtantur.

¶ Prima igitur pars est de liberis naturalibus,& eo-
7 rum matribus. Vbi duæ quæstiones dissoluuntur.
8 ¶ Primò quæritur, quantum ex bonis paternis cape-
re possint? Distinguuntur autem tres casus : aut enim
pater naturalis habet liberos legitimos, aut parentes,
aut neutros.Primo casu tantùm vnciam in liberos na-
turales,& eorum matrem conferre potest:vel, si solam
concubinam habet, huic semunciam relinquere po-
test.Si hunc modum excedat;id quod excedit,his abla-
tum,ad legitimos liberos transfertur. Et hoc obtinet
non solùm in naturalibus filijs, l.2.sed etiam in nepo-
tibus, l.vlt. Secundo casu distinguendum est inter ius
Codicis, & ius nouissimum. Iure Codicis idem hoc
casu statuitur, quod primo casu, d.l.2.Sed nouissimo
iure, legitimâ parenti relictâ, residuum potest natu-
ralibus liberis,& eorum matri relinqui, Nou. 89. cap.
12.Tertio casu liberi naturales ex bonis paternis olim
poterant accipere tantùm vsque ad quadrantem, C.
Th.h.tit.l.1.sed iure Codicis filij semissem, nepotes as-
sem,l.humanitatis. 8. & l. vltim. iure nouissimo tam
filij, quàm nepotes assem capere possunt, Nou. 89. 9
cap.12. ¶ Secundò quæritur, an intestato patri succe-
dant? Iure Codicis indistinctè non succedunt, d. l.hu-
manitatis,& d.l.vltim. sed ex d. Nou. 89. c. 12. succe-
dont ex sextante inter matrem & liberos in capita di-
uidendo,dummodò nec legitima proles extet, nec le-
gitima vxor.Hæc omnia ita statuta sunt de his,qui na-
turales manent,nec effecti sunt legitimi. ¶ In secun- 10
da tituli parte declaratur, ex quibus causis iusti effi-
ciantur. Vbi tria legitimationum genera proponun-
tur. ¶ Primus legitimandi modus est, per oblationem 11
curiæ:de quo dissoluuntur quatuor quæstiones.

¶ Primò quæritur,qoi possint ita filios legitimare? 12
Respõdetur,non solùm eos ita legitimare posse,qui li-
beris legitimis carent, sed etiam eos,qui habent libe-
ros legitimos, l. communium. 9. §. vlt. ¶ Secundò 13
quæritur,cuius ciuitatis curiæ offerri debent,vt legiti-
mi fiant? Respondetur per distinctionem:aut enim ge-
nitoris patria est vetus,seu noua Roma, aut alia ciui-
tas,aut aliquis vicus,seu possessio. Primo casu, cuius-
cumque metropoleos curiæ offerri potest. Secundo
casu debet offerri in ipsa vrbe, ex qua pater est oriun-
dus. Tertio casu in vrbe, cui subest vicus,vel possessio
illa,vnde pater ortum ducit,l.3,in princip. & §. vlt. &
d.l.communium.in princ. ¶Tertiò quæritur, quomo- 14
dò fiat hæc legitimatio?Respondetur, masculum legi-
timari,dum datur curiæ vel à patre viuo, vel post eius
mortem, prout in testamento pater iussit, d.l. 3.§. 1.
& d. l. communium. in princip. feminam autem legi-
timari, dum curiali datur nuptui, d. l. 3. §. vltimo.
¶Quartò quæritur, qui sint effectus huius legitima-
tionis? Hîc declarantur plures effectus.I. Qui sic legi- 15
timantur, legitima iura in successione paterna conse-
quuntur:cæteris autem patris parentibus, vel liberis,
vel adgnatis, vel cognatis legitimi successores non
sunt,l.4.& d.l.communium.in princip.II. Si filius na-
turalis, curialis conditionis vitandæ causa hereditatem
paternam repudiatit,aut donationẽ à patre sibi factam
respuerit;deinde paternas facultates in totum,vel pro
parte possidere deprehẽdatur;omnimodò licèt eas non
alienauerit,curialem fortunam subire cogitur,d.l. 3. §.
1.III. Si filios secundum patris voluntatem decurio
factus sit,non potest in fraudem curiæ paternam he-
reditatem repudiare, aut donationem sibi à patre fa-
ctam respuere;sed cogitur bona paterna suscipere, l.4.
IV.Pater filio sic legitimato potest omnia bona con-
cedere inter viuos,aut relinquere in testamento,d.l. 3.
in princip.nisi filios quoque legitimos habeat ex iusto
matrimonio procreatos:tunc enim non plus in legiti-
matum conferre potest, quàm ei legitimè nato, in
quem minimã bonorũ portionem transtulit, d.l. com-
muniũ.§.vlt. V.Ei,qui per oblationẽ curiæ legitimatus
est,intestato non succedunt patris parentes,aut liberi,
aut cognati,siue adgnati,d.l. communium, §. eodem
scilicet.sed quatuor successionis ordines constituun-
tur.In primo ordine vocantur filij, siue antea geni-
ti sint, quàm pater factus est curialis,siue postea.Sed
illa inter filios differentia est:quòd illi,qui geniti sunt,
antequàm pater esset curialis, si quidem curiales
fiant,omnia patris bona accipiunt:si verò curiales fie-
ri nolint,quarta bonorum paternorum pars eis ablata
transfertur ad curiam:qui vero postea geniti sunt,cu-
rialem

tialem fortunam recusare non possunt, d.l. communium, §.sed si quidem. In secundo ordine vocantur adscendentes, vel descendentes, vel transuersales per lineam maternam, qui se curiæ offerunt, ita vt bona defuncti, quæ à patre ad eum peruenerunt, capiant: cætera matri, si superstes sit, vel soli, vel cùm alijs coheredibus deferantur, d. l. communium, §. illo videlicet. In tertio ordine vocantur mater ex triente, curia ex besse, d.l. communium, §. si verò sine liberis. In quarto ordine bona paterna deuoluūtur ad curiam; cætera adscendentibus per lineam maternam, vel descendentibus, vel transuersalibus deferuntur, eod. §. si verò sine liberis. Quæ omnia locum habent in his, qui ante, vel post Iustiniani constitutionem curiales facti sunt, dummodò non sint ante eam mortui, d. l. communium, §. penultim. Hucusque de legitimatione per oblatio-
16 nem curiæ. ¶ Secundus legitimandi modus est, per subsequens matrimonium: de quo duo declarantur, id est, quæ requirantur, vt legitimatio procedat, & quis sit
17 eius effectus. ¶ Quæ requirantur, vt legitimatio procedat, partim spectantur in patre legitimante, partim in muliere, ex qua liberi suscepti sunt, partim in eorum coniunctione, partim in ipsis liberis, qui legitimantur.
18 ¶ In patre legitimante duo requiruntur. I. Vt legitimam vxorem non habeat, l. 5. in princ. II. Vt legitimis liberis careat, d.l. 5. in princip. & l. 6. in princip. Sed hoc in Iustiniani constitutionibus sub hoc titulo positis omittitur: quia Iustiniani voluntas est, vt etiam legitimis liberis extantibus, liberi ex concubina posteà suscepti legitimentur per subsequens matrimonium, Nou. 12. cap. vltim. nisi ex ancilla suscepti sint, Nou. 18. c. vltim. Nihil autem refert, vtrùm post matrimonium cum concubina celebratum alij liberi suscepti, superstites sint, an non sint suscepti, vel mortui
19 sint, l. nuper. 11. in princip. & Nou. 19. ¶ In muliere, ex qua suscepti sunt liberi, qui sunt legitimandi, requiritur, vt libera sit, l. cum quis 10. Nihil autem refert, vtrùm sit ingenua, an liberta, Nou. 18. cap. vltim. Nou. 78. c. 3. Quin etiam iure nouissimo ex ancilla suscepti, ita legitimari possunt, d. Nou. 18. cap. vltim. d. Nou. 78. c. vltim. dummodò non extent liberi legitimi, vt paulò
20 ante notaui. ¶ In coniunctione requiritur. I. Vt non sit coitus incestuosus, vel nefarius, l. 7. in princip. & omnino non sit iure prohibitus, sed inter eas personas matrimonium consistere possit, d. l. 7. in princip. d. l. cum quis 10. & l. seq. in princip. Quapropter iure Codicis suscepti ex ancilla non possunt hoc modo legitimari, vt paulò ante exposui; quia cum ancilla non est connubium, supr. de incest. & inutil. nupt. l. 3. II. Vt dotalia instrumenta conficiantur, l. 6. §. in posterum, d. l. cùm quis, & l. seq. in princip. & §. 1. d. Nou. 18. c. vltim. Nou. 74. capite 2. Iure tamen nouissimo idem dicendum videtur, si alio modo probari possit matrimonium cum ea contractum esse, quæ fuerat concubina: siquidem Imperator legitimationem admittit, si quis eos, quos ex concubina suscepit, in publico instrumento, vel chirographo à tribus testibus subscripto, vel in testamento, vel in actis filios simpliciter nominauerit, non adiiciens naturales, tamquàm hac ratione ostenderit se eorum matrem pro vxore habuisse, Nou. 117. c. 2. quia verba in dubio accipiuntur in significatione propria, D. de legat. iij. l. non aliter. 69. in prin. filij verò propriè dicuntur, qui ex iustis nuptijs procreati sunt, l. 7. in fin. & l. vltim. in fin. & D. de his qui
21 sui vel alien. iur. sunt, l. 6. ¶ In liberis legitimandis Zeno requirit, vt ante suam constitutionem suscepti sint, l. 5. Sed Anastasius idem beneficium post eam constitutionem quandocunique susceptis, vel suscipiendis concessit, l. 6. §. in posterum. quod & Iustino placuit, l. 7. in princip. Hanc enim legem constat non esse Iustiniani, cui vulgò in libris editis tribuitur, sed Iustini, Nou. 89. c. 7. Nihil autem refert, vtrùm ante dotalia instrumenta sint nati, an anteà concepti, posteà nati. Immo hi non legitimati, sed legitimè nati dici debent: quia tempus partus spectatur: cùm hoc filio vtilius est, quemadmodum spectatur tempus conceptionis, si hoc sit filijs commodius, l. nuper. 11. §. & multò magis. & §. & generaliter. & Nou. 89. c. 8. Aequè igitur sui & legitimi sunt, qui sunt ante nuptialia instrumēta concepti, & nati, & qui post ea concepti & nati sunt: & qui anteà sunt concepti, posteà nati, d. l. 5. in princip. l. cùm quis
10. & d. l. nuper. ¶ Effectus legitimationis est, vt le- 22
gitimati sint in potestate patris, & omnia iura legitimorum liberorum ac suorum heredum consequantur, tam inter viuos, quàm ex testamento, vel ab intestato, d. l. 5. in princip. d. l. cùm quis, d. l. nuper. in princip. &
§. 1. ¶ Tertius legitimandi modus est arrogatio, l. 6. 23
§. vltim. Hunc modum Iustinus sustulit, l. 7. §. 1. ¶ In ter- 24
tia tituli parte spurijs adnumerantur, nec legitimari possunt, qui ex ancilla, vel alia vili & abiecta muliere suscepti sunt à senatore, vel perfectissimo, vel duumviro, vel prouinciæ sacerdote, l. 5. vbi ex Nou. Martiani 4. & ex Nou. Iustin. 89. c. 15. legendum, *perfectissimos*, non, vt est in vulgaris libris, *præfectos*. Sed hanc legem Iustinianus abrogauit, d. Nou. 89. c. 15.

Tit. XXVIII. De testamentaria tutela.

I. 3. 9.	*VI.* 3. 5. 9.
II. 3. 5. 7.	*VII. in princ.* 3. 5. 9.
III. 8.	§. j. 5.
IV. 3. 9.	*VIII.* 5. 6.
V. 3. 4.	


Xpositis sponsalibus, nuptiis, & concubi- 1
natu, & cæteris, quæ cum his connexa, & affinia sunt, vt dotibus, donationibus propter nuptias, & liberis legitimis vel naturalibus, tandem de tutelis, & curationibus agitur. Cùm autem vel testamento deferantur, vel lege, vel à magistratu; perspicuum est, à testamentaria tutela incipiendum esse: quia cùm hæc locum habet, cæteræ cessant. Rursus cum hæc aliquando per se consistat, quandoque confirmatione egeat: hic titulus est de ea, quę per se subsistit: sequens verò de ea,
quæ à magistratu confirmatur. ¶ In hoc tit. dissoluun- 2
tur septem quæstiones. ¶ Primò quæritur, quis in testa- 3
mento tutorem dare possit? Respondetur, rectè dari à patre, l. 2. 5. 6. 7. in princip. (Subaudi, qui pupillum in potestate habet, D. eod. l. 1. in pr. & Institut. de tutel. §. permissum.) non à matre (sed vt tutor à matre datus admittatur, non solum opus est, vt filium pupillum mater heredem instituerit, sed etiā vt tutorem ab ea datum magistratus confirmet, l. 4. vbi probanda est lectio affirmatiua, quę habet, *quando autem eos heredes instituerit*, vt constat ex l. pero. 69. §. mater, D. de legat. ij.) nec
à patrona, l. 1. ¶ Secundò quæritur, quis tutor dari pos- 4
sit? Huc spectat talis species; Pater pupillis Titium tutorem dedit: deinde ei adiecit Stichum seruum alienum, ita vt vellet hunc fieri tutorē manēte etiā Titio tutore. Lex ait Stichum esse emendum, & manumittendū (subaudi, à pupillis Titio tutore auctore:) manumissum verò iungi Titio tanquam curatorē, l. 5. Stichus emendus est, vt manumitti possit; quia nemo potest alieno seruo libertatem dare. Manumittendus est, vt curator fieri possit. Curator fit, nō tutor, quamuis tutor datus sit: quia iam pupilli Titium tutorem habent: (hic enim, cùm liber esset, statim ac pater pupillorum mortuus

est, ad

est ad tutelam vocatus est: Stichus autem non nisi post
manumissionem admittitur) eis verò, qui tutorem ha-
bent, secundum regulam iuris alius tutor dari nequit,
5 Instit. de curatorib. §. pen. ¶ Tertiò quæritur, vtrùm
tutor, vel curator deruit in testamento, an in codicillis?
Respondetur, tutorē dari posse tā in testamento, quàm
in codicillis, l. 2. 6. pen. in princ. & vlt. (subaudi, testa-
mento confirmatis, D. h. t. l. 3.) curatorem ne quidem
6 testamento rectè dari, d. l. pen. in fin. ¶ Quartò quæri-
tur, quibus verbis tutores dentur? Respondetur, dari,
non solùm Latinis, sed etiam Græcis verbis, l. vltim.
7 ¶ Quintò quæritur, quot tutores dari possunt? Respō-
detur, vel vnum, vel plures dari posse, l. 2. dari (inquam)
vt simul tutores esse incipiant: quia (vt supr. dixi) tuto-
8 rem habenti alius tutor non datur. ¶ Sextò quæritur,
si pupillis fratribus tutores dati sint, & vnus ex fratri-
bus pubes fiat, an alij adhuc impuberes in eius tutelā
recidant? Respondetur, non recidere, l. 3. licèt enim
olim tutores hac ætate fieri possent, infr. de legit. tutor.
l. vlt. & Instit. de excus. tutor. §. item maior. tamen cùm
impuberes illi habeant tutorem ex testamento, non
potest eis frater fieri tutor legitimus, D. h. t. l. si quis. 11.
in princ. Hodie est & altera eiusdem decisionis ratio:
quia minor vigintiquinque annis tutor esse non po-
test, d. l. vlt. d. § item maior. & Instit. de fiduc. tute. in fin.
9 ¶ Septimò quæritur, quis sit effectus dati tutoris? Re-
spondetur per distinctionem. Aut enim rectè, aut per-
peram datus est: & vel gessit, vel non gessit. Rectè da-
tus, siue gessit, siue non gessit, quoniam gerere debuit,
tutelæ actione tenetur, l. 6. & 7. in princ. Non rectè da-
tus, si administratione abstinuit, non tenetur, l. 1. Si
verò gessit, negotiorum gestorum, d. l. 1. vel pro tutelæ
actione conuenitur, l. 4.

Tit. XXIX. De confirmando tutore.

I. 4.	*III.* 2.
II. 2.	*IV.* 3.

1 TRibus casibus tutela testamentaria sine
magistratus confirmatione non consistit.
2 ¶ Primus casus est, cùm tutor à pupilli
patre datus est in epistola, vel testamen-
to imperfecto. Hoc casu confirmatur à
magistratu, l. 2. & quidem sine inquisitione, D. eod. l. 6.
& remissa satisdandi necessitate, D. eod. l. 3. Excipitur,
nisi priusquam confirmetur, alium tutorem magistra-
tus dederit: nam hic à magistratu datus, tutor manet:
iudex autem competens dispiciet, an eum, quem pater
tutorem dedit, curatorem constituere debeat, l. 3.
3 ¶ Secundus casus est, cùm tutor datus est à patre
non habente pupillum in potestate, vt quia est natura-
lis, non legitimus, vel quia filium emancipauit. In pa-
tre naturali distinguitur, quia vel aliquid, vel nihil filio
impuberi reliquit. Priori casu tutor à magistratu con-
firmatur sine inquisitione, vt res pupillo à patre reli-
ctas administrare possit, l. vlt. Posteriori casu tutor non
sine inquisitione confirmatur, D. cod. l. 7. in princ. Da-
tus autem tutor emancipato, siue inquisitione confir-
matur, D. eod. l. 1. §. pen. & de testam. tut. l. 4. & Inst. de
4 tutel. §. vlt. ¶ Tertius casus est, cùm tutor datus est à
matre pupilli. Hoc casu requirimus, vt mater pupil-
lum heredem instituerit, supr. tit. prox. l. 4. (vbi tenen-
da est lectio affirmatiua, *quando autem eos heredes insti-
tuerit*, vt sup. eo. num. 3. notaui) & D. cod. l. 4. & de lega.
ij. l. pero. 69. §. mater. nec sine inquisitione tutor con-
firmatur: sed satisdatio ei remittitur, l. 1. & D. cod. l. 2.
Hactenus tutela testamentaria.

Tit. XXX. De legitima tutela.

I. 2. j. 3.	*IV.* 2. j.
II. 2. j. 3.	*V.* 2. ij.
III. 2. j. 3.	

SEquitur tutela legitima: de qua duæ quæ- 1
stiones deciduntur. ¶ Primò quæritur, qui- 2
nam ad legitimam tutelam vocentur? Hîc
dantur duæ regulæ. I. Adgnati ad tutelam
vocantur, l. 2. (intellige adgnatos proximos, Inst. de cap.
deminut. §. vlt.) vt fratres cōsanguinei, patrui, & c. l. 1. &
3. non cognati, vt auunculi, d. l. 1. immo nec adgnati
capitis deminutionem passi, d. l. 2. quia per capitis de-
minutionem desinunt esse adgnati, Instit. h. t. §. vlt. Ex-
cipiūtur fratres emancipati, qui ex constitutione Ana-
stasij perinde vocantur, ac si integri iuris essent, l. 4.
Hodie verò sublato inter adgnatos & cognatos discri-
mine, æquè coniuncti per feminas, & emancipati ad
tutelam vel curationem vocantur, atque adgnati inte-
gri iuris, Nou. 118. cap. vlt. II. Nemo potest vlla ratio-
ne tutor fieri, nisi sit legitimæ ætatis, id est, maior vi-
ginti quinque annis, l. vlt. & Inst. de fiduciar. tut. in fi. &
de excusat. tut. §. item maior. ¶ Secundò quæritur, qui 3
sint in tutela legitima? Respondetur, huic tutelæ sub-
ijci pupillos, d. l. 2. tam masculos, d. l. 1. quàm feminas,
d. l. 3.

Tit. XXXI. Qui petant tutores, vel curatores.

I. 13. ij.	§. *vlt.* 12. 13. j.
II. 9.	*VII.* 13. ij.
III. 6. ij.	*VIII.* 7. ij. 8.
IV. 10. ij.	*IX.* 5. j. 7. j.
V. 10. j.	*X.* 10. j.
VI. in princ. 6.	*XI. in princ.* 6. ij.
§. j. 5. j.	§. j. 7. ij.

TEstamentaria & legitima tutelis expositis, 1
superest datiua, siue honoraria, quæ illis
cessantibus, à magistratu constituitur. De
hac plura dicenda occurrunt, quæ hoc &
quinque sequentibus titulis explanantur. ¶ Hic titu- 2
lus tractat de his, qui petunt tutores vel curatores: ac
diuiditur in tria capita. ¶ Primum caput est de his, qui 3
tutorem petere tenentur. Hi sunt mater pupilli, & li-
bertus, D. eod. l. 2. §. 1. ¶ De matre quatuor quæstiones 4
deciduntur. ¶ Primò quæritur, an debeat tutorem filiis 5
pupillis petere? Vbi dantur tres regulæ. I. Si pupillus
tutorem habeat, mater non debet alium tutorem ei
petere: quia tutorem habenti tutor dari non potest, l.
cùm iure. 9. & Instit. de curat. §. interdum. Sed obserua-
re debet, ne tutor malè tutelam gerat, l. 6. §. 1. II. In lo-
cum eius, qui tutor esse desiit, mater alium petere de-
bet, l. 3. III. Etiam naturalibus liberis mater tutorem
petere debet, l. vlt. in princ. Intellige his casibus matrē
debere tutorem petere intra annum, Inst. de S.C. Ter-
tul. §. pen. ¶ Secundò quæritur, quales tutores petere 6
debeat? Respondetur maternam pietatem ostendere,
quales tutores petendi sint, l. 6. in princ. nempe idonei
ad tutelam gerendam, D. eod. l. 2. §. quæ autem. ¶ Ter- 7
tiò quæritur, vtrùm mater, quæ tutorem filiis pu-
pillis non petiit, puniatur, an excusetur? Hîc dantur
tres regulæ. I. Mater ob hanc causam non puni-
tur, si pupillus tutorem habebat, d. l. cùm iure. II.
Casus fortuiti matrem excusant: veluti si procurator
ad tutorem pupillo petendum à matre constitutus,

à latronibus sit interfectus: idque moram petitioni fecerit, l. cùm à matribus. 8. III. Iuris ignorãtia matrem non excusat, l. vlt. §. 3. nisi sit minor vigintiquinque an-
8 nis, supr. si aduer. delic. l. 2. ¶ Quartò quæritur, quomodò ob tutorem non petitum puniatur? Respondetur, eam priuari successione in bonis filij in ætare pupillari morientis, d. l. cùm à matribus. & D. eod. l. 2. §. 1. & Instit. de S.C. Tertull. §. penult. Hæc pœna producitur ad auiam, D. ad S.C. Tertull. l. 2. & ad omnes legi-
9 timos heredes, infr. de legit. hered. l. sciant. 10. ¶ De liberto quæritur, quomodò puniatur, si tutorem filiis patroni non petat? Respõdetur, cum deserti officij periculum subire, l. 2. id est, puniri extra ordinem, D. eo. d. l. 2. §. 1. non tamen propterea in seruitutem retrahitur; quia nõ ob desertum officium hac pœna afficitur, inf. de liber. cau. l. solo. 30. sed tum demum, cum aliquid aduersus patronum fecit, infr. de liber. & eor. lib. l. 2.
10 Dictum est de his, qui tutorem petere tenentur. ¶ Petere autem possunt; sed non tenentur, I. Cognati, vel adgnati, vt amita, l. 5. & patruus magnus, l. pen. II. Cre-
11 ditor pupilli, vt cum eo agere possit, l. 4. ¶ Iam dicendum de curatoribus petendis. Hic duæ quæstiones oc-
12 currunt. ¶ Primò quæritur, an quis cogatur adolescenti curatorem petere? Respondetur, neminem cogi,
13 nequidem matrem, l. 6. §. vltim. ¶ Secundò quæritur, qui petere curatorem possint? Petere curatorem potest, I. Adolescens sibimetipsi, d. l. 6. §. vltim. II. Litigaturus cum minore, l. 1. III. Tutor, qui vult rationes reddere, l. 7.

Tit. XXXII. Vbi petantur tutores, vel curatores.

1 CVm expositum sit, qui petant tutores vel curatores; consequenter exponitur, vbi eos petant: & constituitur, vt ibi petãt, vnde pupillus vel adolescens per patrem originẽ ducit: (quoniam origo regulariter est à patre, nisi aut filius spurius sit, aut ex speciali priuilegio alicui ciuitati indulto originem à matre accipiat, inf. de municipib. & originar. l. 3. & D. ad municip. l. 1. §. qui ex duobus) vel vbi patrimonium habet, l. vnic. Ibi autem tutorem vel curatorem dat aut præses prouinciæ, aut magistratus municipalis, d. l. vnic. & Inst. de Atil. tut. §. sed hoc iure. quia & magistratibus municipalibus ius est dandi tutores vel curatores ei, qui eiusdem municipij est, vel agri ad municipium illud pertinentis, D. de tutor. & cur. da. l. 3. & ad S.C. Tertull. l. 2. §. si mater. Videlicèt olim iussu præsidis, hodie, si facultates pupilli vel adolescentis magnæ non sint, id est, non excedãt quingentos aureos, etiam sine iussu præsidis, supr. de episcop. audient. l. [illegible] ταῖς κηδεμονίαις. 30. &
2 Instit. de Atilia. tuto. d. §. sed hodie. & §. seq. ¶ Quæro primò, si pupillus tam Romæ, quàm in prouincia, vel in duabus prouinciis facultates habeat, vbi tutorem accipiat? Respondeo, vtrobique tutorem dari, D. de testam. tut. l. si tamen. 15. & de tutor. & curat. dand. l. pupillo. 27. in princ. & de excusationib. l. propter litem. 21. §. licèt.

3 ¶ Quæro secundò, si pupillus vel minor, non in loco originis, vel patrimonij, sed alibi domicilium habeat, an ibi tutorem vel curatorem accipiat? Azo putat ibi tutorem vel curatorem ei dari per l. 1. §. vltim. D. de tut. & cura. da. Sed verius puto, pupillum vel adolescẽtem non posse alibi, quàm in altero dictorum duorum locorum habere domicilium: quia lex vn. iubet eum, si alibi moretur, patriæ, vel vbi patrimonium habet, restitui, vt ibi tutorem vel curatorem accipiat. Ideo autem lex vtitur verbo *morantur*, non verbo *domicilium habent*; quia eis non licet alibi domicilium habere; ne in pluribus locis onera subeant; quod eis accidit, qui alibi, quam in loco originis domicilium constituunt, infr. de municip. origin. l. 1. & l. vlt.

Tit. XXXIII. De tutoribus vel curatorib. illustrium, vel clarissimarum personarum.

I. in princ. 4. ij. iv. v.	*Vers. itaque. 4. iij.*
Vers. & sanè. 4. iij.	*Vers. quod tamen. 4. j.*
Vers. etsi in regendis. 4. vj.	*Vers. cæterum. 6.*
Vers. vt quem cætus.	*Vers. in prouinciis. 7. j.*
Vers. super cuius. 5.	*II. 7. ij.*

HIc quoque titulus est de tutela datiua, in qua cum spectentur plures personæ, nempe qui accipiunt tutores vel curatores, & à quibus, & quos accipiunt: in hoc titulo 1
hi, quibus tutores vel curatores dantur, sunt illustres vel clarissimi. Subaudi, vel spectabiles: quoniam spectabilitas est dignitas illustratui & clarissimatui interiecta, supr. de episc. audien. l. ὁσίοτα. 22. in princ. & Nou. 7. cap. 13. & Nou. 13. cap. 3. quod autem in vtroque obtinet, cur non etiam in medio obtineat? Dicere etiam possumus spectabiles appellatione clarissimorum cõtineri, vt speciali verbo generale subiiciatur, quasi agendum proponatur de tutoribus vel curatoribus illustrium, cæterarúmque clarissimarum personarum: quia clarissimi vocabulum interdum latè accipitur, vt etiam illustres & spectabiles cõplectatur, Nou. 71. nec nouum est in iure, vt specialibus verbis generale subiiciatur, D. ad leg. Aquil. l. si seruus. 27. §. nec negat.
¶ Quod verò attinet ad eos, qui eiúsmodi personis 2
dant, vel dantur tutores siue curatores, sic distinguitur: Aut hoc in vrbe accidit, aut in prouincia. ¶ Priori 3
casu tria considerantur, videlicèt tutorum seu curatorum nominatio, electio, & decretum. ¶ De nomina 4
tione sex traduntur. I. Tunc nominantur tutores vel curatores dandi à magistratu, cùm neque testamẽtarij, neque legitimi vlli sunt; aut hi qui testamento vel lege vocantur, legitimis excusationib. vtũtur, l. 1. vers. quod tamen. II. Nominantur in consilio apud præfectum vrbi, cui adsunt decem senatores, & prætor tutelaris, d. l. 1. in princ. III. Ad hos, qui in consilio adsunt, periculum tutelæ vel curæ non spectat: quia subsidiaria actio in eos non datur, d. l. 1. vers. & sanè. & vers. itaque IV. Nominari debẽt idonei ad tutelam vel curam gerendam, d. l. 1. in princ. V. Nominari possunt ex quolibet ordine, d. l. 1. in princ. Tres erant ciuium Romanorum notissimi ordines, nimirum senatorum, equitum, & plebis, vt significatur illo Ausonij versu.

Martia Roma triplex, equitatu, plebe, senatu.

Senatorum quoque varij erant ordines, D. de excusat. l. σπάδοντα. 15. §. εἰδέναι, id est, illustres, spectabiles, & clarissimi, vt paulò antè notaui. Ergo ex quouis ordine possunt nominari tutores vel curatores viris clarissimis: quia etiam non senatores possunt esse tutores vel curatores senatorum, d. l. σπάδοντα. §. ἂν δέ τις ἐπιτροπεύει. VI. Si vnus sufficere administrationi non videtur, plures sunt nominandi, d. l. 1. vers. & si in regendis. ¶ De 5
confirmatione & decreto notatur, nominatum confirmari, aut vnum ex pluribus nominatis idoneum eligi à toto consilio: pronunciari verò sententiã solius præfecti, d. l. 1. vers. vt quem cætus. decretum autem à prætore interponi, quo tutor seu curator inauguratur, d. l. 1. vers. super cuius.

¶ His dicto casu specialiter traditis, sciendum est, 6
cætera omnia, quæ de causis minorum aliis legibus constituta sunt, firma & incorrecta manere, d. l. 1. vers. cæterùm.

¶ Posterio

7 ¶ Posteriori casu , id est,cùm in prouincia tutor,vel
curator dandus est , duo traduntur. I. Curiales suo pe-
riculo nominant tutores,vel curatores , quia sunt sub-
sidiariæ actioni obnoxij,d.l.1.vers.in prouinciis.Intel-
lige eos nominare apud præsidem prouinciæ. II. Cu-
riales non possunt dari tutores,vel curatores personis
clarissimis,l.2.

*Tit. XXXIV. Qui dare tutores,vel curatores pos-
sunt,& qui dari non possunt.*

I. 8.	*VIII.4.vij.*
II. 4.vj.	*IX.6.*
III. 4.iv.	*X.7.ij.*
IV. 4.iij.	*XI.7.j.*
V. 4.v.	*XII.7.iij.*
VI. 3.j.ij.	*XIII.4.ij.*
VII.4.j.	

1 SVperiori titulo expositum est, qui, & à
quibus dentur tutores personis illustribus,
vel spectabilibus , vel clarissimis : nunc vi-
dendum,qui,& à quibus dētur aliis quibus-
2 cumque personis. ¶ Quamuis autem duæ tantùm par-
tes sint huius rubricæ:tamen tertia pars adiicienda est,
3 vt titulus perfectè explicetur. ¶ In prima parte decla-
ratur,qui possint, vel non possint dare tutores,seu cu-
ratores. Dare autem possunt , I. Præses prouinciæ,l.6.
eius scilicèt prouinciæ,ex qua oriundus est,vel in qua
domicilium habet is, qui datur tutor seu curator , l. 5.
II. Duumuiri,vel defensores, vel iuridicus Alexādriæ,
iussu præsidis,d.l.6.(vbi preses non prohibetur iubere,
vt magistratus municipalis tutorem det,vel sibi nomi-
net,vt ipse nominatum confirmare suo decreto possit)
& Instit.de Atil.tuto.§.sed hoc iure.aut simul cum epi-
scopo,sine iussu præsidis,si minoris facultates non ex-
cedant quingentos aureos, supr.de episc. aud. l. sanci-
mus in curationib.30.& Inst.de Atil.tuto.§.nos autem.
De hac quæstione vide Isag.D.de tut.& curat. dat.§. 3.
4 & disput.3. the. 32. ¶ In secunda parte enumerantur,
qui tutores dari possunt,vel non:ac dantur septem re-
gulæ. I. Seruus tutor dari à præside non potest , l.7.li-
cèt à testatore dari potest,ita vt libertatem cōsecutus,
tutelam suscipiat,supr.de testam.tut.l.5.& Inst. qui te-
sta.tuto.da.poss.§.1.II. Colonus principis,& aliæ per-
sonæ priuilegiatæ non possunt tutelæ muneri à magi-
stratu adstringi, l. vlt. III. Miles nulla ratione tutor,
vel curator fieri potest,ne à militia auocetur;& si erro-
re ductus,tutelam vel curam administrauerit,negotio-
rum gestorum actione tenetur,l.4.& Inst.de excus.tut.
§.idem & in milite.Veterani autē se excusare possunt,
D.cod.l.8.in princ.IV. Cæcus non cogitur esse tutor,
vel curator,l.3.sed excusatur,infr.qui morbo. l. vn.Se-
cus,si vno oculo captus sit,infr.de excusationib. l. fra-
ter.9. V.Qui non est dantis iurisdictioni subiectus , ab
eo frustrà datur tutor,vel curator, l.5. VI. Maritus nō
potest esse curator suæ vxoris,l.2. & D.de curat.furios.
l.virum.14.Immo nec sponsus sponsæ,D.de excus.l. 1.
§.vlt. VII. Creditor debitori, & debitor creditori iure
Codicis tutores,vel curatores dari possunt, l.credito-
rem.8.& infr.de excusat. l. 7. & D. de contrah.empt.l.
fistulas.78.§.1.& de admin.tutor.l.5. §.debitor. l. quo-
tiens. 9. §. sicut. Sed iure nouissimo dari non possunt,
Nou.72.c.2.excepta matre, & auia,Nou. 72. cap. 2. &
5 Nou.118.c.vlt. ¶ In tertia parte exponitur,quibus tu-
tores,vel curatores dentur:vbi agitur de pupillo, & de
6 adolescente. ¶ De pupillo datur regula , quòd tuto-
rem habenti tutor dari non potest,l.si sororis. 9. cuius
7 regulæ exceptiones traduntur titul. 36. ¶ De adole-
scente dantur tres regulæ. I. Minor viginti quinque
annis non habet legitimam personam standi in iudicio

sine curatore,vel ad vniuersum patrimonium admini-
strandum,vel in litem dato,l.in vniuersis.11.II. Cura-
torem habenti nec alius curator adiungitur, nisi causa
cognita : nec alius in locum non remoti substitui po-
test : sed si curator sit absfuturus , suo periculo potest
actorem constituere, l.curatorem. 10. Idem de tutore
traditur in §.vlt.Instit.de curatorib. III. Curator non
potest litem contestatam , aut administrationem dese-
rere prætextu specialis curatoris à se dati, l.pen. ¶ Cō- 8
muniter de pupillo,& adolescente vnum hoc traditur,
etiam de statu suo litiganti dari tutorem , vel curato-
rem,quia interim pro libero habetur,l.1.

*Tit. XXXV. Quando mulier officio tutelæ fungi
potest.*

I.1.	*III.2.j.*
II.2.ij.3.	

MVlier regulariter non potest esse tutrix, 1
quoniam hoc officium virile est , l. 1.& D.
de testam. tut. l. tutela.56.in princ. & l.vlt.
¶ Excipitur I. Ea , quæ à principe impetra- 2
uit,vt tutrix esse possit,d.l.vlt. II. Mater,l.1.III.Auia,
Nou.118.c.5. ¶ In matre,vel auia duo requiruntur,vt 3
ad tutelam liberorum suorum impuberum admittatur.
I. Vt renūciet secundis nuptiis, & quidem iure Codi-
cis cum iuramento,d.l.2.in princ. iure nouissimo sine
iuramento,Nou.94.c.1.& d.Nou.118.c.5. Nam si nu-
bere velit,à tutela abstinere debet,d.l.2.§.1. vt alius tu-
tor à competente iudice detur,d.l.2.§.vlt. & si post tu-
telam susceptam ad secundas nuptias transierit,à tute-
la remouetur,d.Nou.94.c.1.bona autem secundi mari-
ti sunt pupillis pro administratione tutelæ à muliere
gestæ,tacitè obligata,d.l.2.§.sed ne sit. II.Vt nullus sit
alius tutor testamentarius,aut legitimus,d.l.2.§. his il-
lud.Sed ex d.Nou.118.c.5.mater , & auia præferuntur
adgnatis,&cognatis,qui ad legitimam tutelam vocan-
tur. ¶ Nota , quamuis iure Nouellarum creditor, aut 4
debitor pupilli nō possit tutelam subire , tamen excipi
matrem,& auiam,vt superiori tit.docui n.5.memb.7.

*Tit. XXXVI. In quibus causis tutorem habenti tutor
vel curator dari potest.*

I.4.	*IV.4.*
II.5.	*V.5.*
III.5.	

HOc loco notandæ sunt quinque regulæ, 1
¶ Prima regula est, plures tutores eidem 2
simul dari possunt , D.de tutorib.& curat.
dat.l.simul. 23. ¶ Secunda similis regula 3
est , plures curatores simul dati possunt.
¶ Tertia regula est,Tutorem habēti tutor dari non po- 4
test,l.4.& supr.qui pet.tutor.vel curat.l.cùm iure. 9. &
qui dat.tutor.vel curat.l.si sororis.9.& inst. de curat. §.
interdum.Excipitur,nisi prior tutor mortuus sit, d.l. 4.
& supr. qui pet.tutor. l. 3. & infr.de tutor. qui satisdar.
non deb. l. 2. vel relegatus in perpetuum,d.l.4.& supr.
qui pet.tutor.l. 3.(quo casu etiam curator dari potest,
D.de solut.l.quòd si forte.14. §. quid ergo.) vel perpe-
tuo furore laboret,vel mutus,aut surdus sit,D.de tutel.
l.penult.vel suspectus remotus,d.l.4. vel in perpetuum
excusatus,d.l.4.& D.de testam. tut.l. si quis sub condi-
tione.11.§.1.(puta ob absentiam reipub.causa.l.5.&. D.
de tut.l.quæsitum.12.& de suspect. tut.l.3.§.si quis ab-
futurus.& de tut.& rat.distrah.l.si tut. reip. 9. in princ.
Nec mutat , si pro parte patrimonij excusatus sit,D.de
excus. l. propter litem. 21. §. licèt. & §§. seqq.) vel

litem habeat cum pupillo,Nou.72.c. a.qua de te dice-
5 tur,infr.tit.44. ¶ Quarta tegula est, Tutorem habenti
curatot dari non potest.Excipitur, nisi tutor sit minùs
idoneus,nec tamen fraudulentet administret,Instit.de
curat. §.penult. vel sit futiosus cum dilucidis interual-
lis,D.de excusat.l.idem Vlpianus. 12. in princ.vel non
sufficiat vniuerso pupilli patrimonio, quod in diuersis
est locis,administrando , l. 3. & l. vlt.vel ad tempus sit
excusatus,l.2.& D.de tuto.& cura.dat.l.in omnem. 15.
& l.seq.& Inst.de curat.§.pen.vel ad tempus relegatus,
D.de excusat.l.tutot.28.§.vlt.quo casu potest etiã dari
actot,D.de admin.tutor. l. sine herede, 32.§.vlt. Quin
etiam si turor in perpetuum telegatus sit, curatorem
dari posse , paulò antè notaui ex l.quòd si fortè.§.quid
ergo , D. de solutionib. Similitet si turor litem habeat
cum pupillo , alius tutot , vel curator pupillo datur,
6 Nou. 72. c. a.quod titulo 44. explanabitut. ¶ Quinta
regula est,Curatorem habenti curator dari potest , D.
7 de tutor.& curat.dat.l. ventri. 20. §. 1. ¶ Nota primò,
cùm exceptio debeat esse de regula,nos tamen à regu-
lis,quòd tutorem habenti tutor,vel curator non datur,
excepisse casus , quibus prior tutor esse desiit , putà
morte,vel exilio:quia in locum eius tutot, vel curator
substituitur,etiamsi pupillus alios tutores habeat,vt in
8 l.2. ¶ Nota secundò , tutorem habenti quandoque
posse dari curatorem , non tutorem , vt cùm pupillus
tutotem fidelem,non tamen idoneum habet, Instit.de
curat.§.pen.quandoque posse dari vel tutorem,vel cu-
ratotem,vt in casib.à me supra relatis.

Tit. XXXVII. De administratione tutorum, vel curatorum, & de pecunia pupillari fœneranda, vel deponenda.

I. 8, j.	*XIX.* 3. j.
II. 6. 8. ij.	*XX.* 10. viij.
III. 10. vij.	*XXI.* 10. v.
IV. 11.	*XXII.* 10. iij.
V. 6.	*XXIII.* 10. v.
VI. 10. iv.	*XXIV. in princ.* 10. j.
VII. 3. v.	§. j. 10. iij. ix.
VIII. 7. ij.	*XXV.* 10. ij.
IX. 7. j.	*XXVI.* 10. vj.
X. 8. iij. 11.	*XXVII.* 10. ij.
XI. 3. iij.	*XXVIII. in princ.* 10. iv.
XII. 10. v.	§ j. 5. 10. iv.
XIII. 3. ij.	§. *personis.* 10. iv.
XIV. 8. ij.	§. *ne autem.* 10. iv.
XV. 8. iv.	§. *defensionem.* 10. iv.
XVI 3. iv.	§. *penult.* 10. iv.
XVII. 3. vj.	§. *vlt.* 10. iij.
XVIII. 3. ij.	

1 EXposita sunt tria tutorũ, vel curatorum ge-
nera:quoniã alij sunt testamentarij, alij le-
gitimi,alij datiui:his autem omnibus com-
mune est, vt administrare tutelã , seu cura-
tionẽ debeant,cuius administrationis pars est pecuniæ
ad minorẽ pertinentis fœneratio,vel ad emenda præ-
dia depositio.Quare de administratione tutorum , vel
curatorũ,& de pecunia minorũ deponenda,vel fœne-
2 randa hoc loco dicendũ. ¶ Diuido hunc titulũ in qua-
3 tuor partes. ¶ In prima parte de tutoris administratio-
ne sex traduntur. I. Qui scit se tutorẽ datum,licèt ab-
sit,tamen,nisi se excusauerit,administrationi est obno-
xius,l.tutor. 19. II. Debitores pupillares cõueniri sine
caurione de rato potest,l.tutores.13.ac debet; quia suo
periculo cessat:idcitco,illis non soluentibus,ad pigno-
tum venditionem procedere debet , l.debitoribus.18.
III. Si in bona pupilli causa contrariã sententiam re-
portauit,appellare,& appellationẽ prosequi tenetur,l.
si bonã.11.IV.Res pupillares,quas alienare licet, ven-
dere,non donare potest,l.non omni.16. V.Ædificium,
quod patet pupilli in testamẽto vendi iussit,secundum
formã testamento datã vendere debet,l.7.VI.De bonis
suis testari,ac disponere , & de eis aliquid donare po-
test,non obstante tutelæ administratione , l.de succes-
sione.17. ¶ In secunda parte de administratione cura- 4
totis quatuor quæstiones deciduntur. ¶ Primò quæri- 5
tur,an,& quãdo gerere teneatur?Finge eũ, qui iudica-
tum solui cauerat,vel litẽ contestatus fuerat,in demẽ-
tiam,vel furotẽ incidere:certè curator ei datur,qui sta-
tim compelletur defensionẽ subire,l.vlt.§.1. ¶ Secun- 6
dò quæritur,an possit gerere , putà an possit exigere à
tutore,vel à concuratore?Respondetur,eũ posse exige-
re à tutore,ita vt exacta pecunia deponatur auctorita-
te præsidis,ac deinde cõuertatur in rem minoris , putà
emantur ei prædia,l.5.nõ posse autem exigere à cõcu-
ratore,quãdiu administratio cõmunis durat,l.2. ¶ Ter- 7
tiò quæritur,quia sit effectus,si curator non gessit?Hîc
dantur duæ regulæ. I.Quod curator omisit,facere co-
gitur,l.si curatores.9.II.Negligentiæ nomine dãnatur,
nisi vel ignorabat se esse curatotem,vel eius cõcurato-
res gesserunt,& sunt soluẽdo,l.etsi scilles.8. ¶ Quartò 8
quæritur,quis sit effectus,si gessit?Hîc dantur quatuor
regulæ.I. Curator non subit periculũ anterioris tẽpo-
ris,quo minor erat sub tutela , sed rationes à tutoribus
exigere debet,l. 1.II.Rationes totins administrationis
reddere nõ tenetur,nisi administratione finita, l.ratio-
nes.14.quãquàm de aliquo particulari facto etiã stante
curatione cõueniri potest,D.eo.l.cũ curatore. 26.& de
tut.& rat.distrah.l.4.§.vlt.l.si cùm adhuc,16.in fin.& de
cõtrar.iud.tut.l.1.§.finito.non tamẽ à concuratore, sed
ab eo qui in curatione est,l.2.& D.eo.l.actus.19.III.Si
libertus curationẽ filiorũ patroni sui malè gessit,dam-
num sarcire cogitur:&,si euidentẽ fraudem commisit,
extra ordinẽ punitur,l.si liberti.10. IV. Qui non sub-
scripsit vt fideiussor, sed signauit vt curator,ob eã cau-
sam non est obligatus,l.si non subscripsisti. 15. ¶ Hæc 9
ita de tutorib.& de curatoribus seorsũ traduntur : etsi
pleráq; de tutoribus dicta trãsferri possunt ad curato-
res,& cõtra de curatoribus dicta transferri possunt ad
tutores. ¶ In tertia parte cõmuniter de administratio- 10
ne tutorũ & curatorum nouem traduntur. I. Statim ac
fuerint ordinati,inuentariũ rerum omnium ad minorẽ
pertinentium corã publicis personis facere debẽt,l.tu-
tores.24.in princ.alioquin,nisi testator inuentariũ fieri
vetuerit,is,qui inuentariũ non fecit, tãquam suspectus
remouetur , & legitimis pœnis subiicitur , & infamia
notatur,inf.arbitr.tut.l.vlt.§.1. II. Eorũ auctoritas nõ
sufficit, vt pupilli, vel adolescẽtis debitor soluẽdo con-
sequatur plenissimã securitatem , nisi ex reditibus,vel
pensionibus,vel aliis eiusmodi causis debitũ,vel vsuras
non vltra bienniũ,nec vltra centũ solidos debitas sol-
uat:in cæteris enim causis requiritur etiã decretũ iudi-
cis,quod sine dãno,id est,sine impensa interponitur, l.
sancimus creatione.25.& l.pen.Hac obseruatione non
adhibita debitor soluẽs,nihilominùs,perinde ac si non
soluisset,conueniri potest;&,si solutã pecuniam minor
perdiderit,iterũ ei soluere cogitur : si verò minor eam
saluã habeat,vel ex ea locupletior factus sit , per exce-
ptionem doli mali se tueri poterit,Inst. quib. alien. lic.
vel non.§.vlt.III. Sine decreto vendere possunt vestes
attritas, & fructus,nõ res immobiles,nec alias res mo-
biles,quæ seruari possunt:sed has diligẽter seruare de-
bent:aut, si ad dissoluendũ æs alienũ minoris eas alie-
nare necesse sit,non sine decreto id facere debent,l.lex
quæ.22.l.tutores.24.§. 1.& l.vlt.§. vlt.IV. Debent mi-
norẽ defendere,d.l.vlt.in princ.& §.1.& hoc se factu-
ros promittere ab initio debent,dũ creantur,d.l. vlt.§.
pen.sed satisdare iudicatũ solui non tenẽtur:rea tamen
minoria

minoris pro hac causa obligare sine decreto possunt, d.l.vlt.§.defensionem. Nisi verò defensionē suscipiant, omne damnum, quod propterea minor passus est, ei resarcire compelluntur, & cum infamia remouentur, d.l. vlt.in princ. aliique in eorum locum substituuntur, d.l. vlt.§.ne autem. similiter apud acta declarātes se minoris defensionem suscepturos. Qui igitur tutorem, vel curatorem nominarunt, curare debent, vt is minorem defendat, vel non defendens remoueatur, & alius defensurus in eius locum substituatur, d.l.vlt.§. personis. Similiter tutores, & curatores pro minoribus agere debent, sic tamen, ne calumniosas actiones instituant, l.6. V. Dolum, & culpam præstat, non solùm in his quæ fecerunt, sed etiam in his quæ neglexerunt, l.de his. 12. l.pupillorum. 21. l.si tutoris. 23. V I. Ex eo, quòd auctoritatem minori præstant, vel aliquid pro minore faciunt, nihil præiudicij sibi faciunt, l. cùm quædam. 26. & D.de inoffic.testamen.l.aduersus. 30.§. 1. & Institut. eod.§.si tutor.& §.seq.& D. de his quæ vt indign. l.tutorem. 22. V II. Sumptus repetere à minore possunt, quos in rem eius vtiliter fecerunt, l. 3. V I I I. Eorum bona sunt minoribus tacitè obligata, tam pro his quæ gesserunt, quàm pro neglectis, l.pro officio. 10. I X. Minoris pecuniā debent ei prædia idonea emere: aut si prædia non reperiantur, quæ vtiliter minori emi possint, pecuniam fœnori dare debent, d. l. tutores. §. 1. dummodò idonei homines inueniantur, quib. pecunia
5 credi possit, infr.de vsur.pupil. l. 3. ¶ Hinc oritur vltima pars huius tituli de pecunia pupillari fœneranda, vel deponenda: deponitur enim ad hoc, vt pupillo prędia emātur, vt modò exposui. Quocirca in paruis summis, cum minoris patrimonium est exiguum, adeo vt emi prędium nō possit, huic depositioni locus non est, nisi tutor sit suspectus, D.eod.l.5.in princ. Quòd si libertus tutor liberorum patroni sui pecuniam pupillarem nec in prædiorum emptionem conuerterit, nec ad emenda prædia deposuerit, (supple, nec fœnerauerit, cùm prædia nulla essent, quæ vtiliter pupillis emi possent: idonei verò homines non deessent, quibus pecunia credi posset) à præfecto vrbis extra ordinem punitur, l.4. vt puniri solet, quotiescumque filiorum patroni tutelam, D.de suspect.tutor.l.2.& Instit.eod. §.pen. vel curam fraudulenter administrat, l.si liberti. 10.

Tit. XXXVIII. De periculo tutorum, vel curatorum.

I. 2.3.j. ij.	*IV. 3. iij.*
II. 2. iij.	*V. 2. ij. 4. j.*
III. 3. ij.	*VI. 4. ij.*

1 Administrationis susceptæ, vel neglectæ periculum ad tutores, vel curatores pertinet. Quamobrem de periculo tutorum, & curatorum tres quæstiones hoc titulo deci-
2 duntur. ¶ Primò quæritur, qui periculo subiaceant? Hic dantur tres regulæ. I. Cùm alij sint tutores administrandi causa, alij notitiæ causa dati, alij honorarij, D.de solut.l.quòd si fortè. 14.§.1. omnes quidem periculum subeunt, sed primo loco conueniendi sunt, quibus administrationis onus incumbit, l.1.& D.de administr.tut.l.3.§.cæteri. II. Huic periculo non sunt obnoxij, qui ob iustam ignorantiæ causam nesciuerunt se esse tutores, vel curatores, l.pen. III. Periculum ex persona gerentis in aliqua prouincia, non spectat ad eum,
3 qui in alia prouincia administrat, l.2. ¶ Secundò quæritur, quod periculum tutores, vel curatores præstent, id est, quas, ob causas teneantur, vel non? Hic similiter dantur tres regulæ. I. Tenentur propter dolum, l.1.& supr.tit.prox l.si liberti. 10.& infr.arbitr. tut. l. 7. II. Tenentur propter culpam, l.1.& l.3. III. Non præ-
4 stant casus fortuitos, l.4. ¶ Tertiò quæritur, cuius tem-

potis periculum subeant? Hic habentur duæ regulæ. I. Periculum præstant ex eo tempore, quo sciunt se esse tutores, vel curatores, l.pen.& D.de admin.& peric.tut. l.1.§.1.l.5.§.vlt. II. Tutor periculum præstat, donec tutelam, id est, administrationē ad curatorē transferat, l.vlt.

Tit. XXXIX. Quando ex facto tutoris, vel curatoris minores agere, vel conueniri possunt.

I. 3. ij.	*IV. 2. j.*
II. 2. ij.	*V. 2. p.*
III. 3. j.	

AD tutorum, & curatorum administrationem pertinent etiam duæ regulæ, quæ hoc titulo 1
proponuntur. ¶ Prior regula est, Ex facto tu- 2
toris, vel curatoris minor agere non potest, exceptis certis casibus, l. vlt. quibus vtilis actio minori datur, I. Si tutor, vel curator prædia minoris locauit, l.4. II. Si pecuniam minoris credidit, licèt non minori, sed sibi
reddi stipulatus sit, l.2. ¶ Posterior regula est, Ex facto 3
tutoris, vel curatoris minor conueniri non potest. Excipitur, I. Nisi pecunia, quam tutor, vel curator nomine minoris mutuam sumpsit, in rem minoris versa sit, l.3. II. Nisi is, qui tutorio, vel curatorio nomine condemnatus est, officium deposuerit, l.1.

Tit. XL. Si ex pluribus tutoribus, vel curatoribus omnes, vel vnus agere pro minore, vel conueniri possint.

VNus ex pluribus tutoribus, vel curatoribus li- 1
tem mouet, aut suscipit; vel quia litigare alij nolunt, l.1. vel quia non possunt, quia tutelæ diuisio eos ab hac actione excludit, putà quia sunt tutores rerum in alia prouincia constitutarum, l.2.

Tit. XLI. Ne tutor, vel curator vectigalia conducat.

AB hoc titulo explicare incipit ea, quæ tutoriæ, 1
& curatoriæ administrationi contraria sunt: quorum primum est publicorum vectigalium conductio. Nemo enim simul potest tutelam, vel curam administrare, & vectigalia conducere, ne aut minoris fauor obsit fisco, aut fisci fauor noceat minori. Quare si quis ante tutelam, vel curam finitam, & rationes redditas, vectigalia conducat, pœna falsi tenetur, nisi, cùm tam fisco, quàm minori satisfecerit, pœna sit ei à principe remissa. Quòd si ei, qui vectigalia conduxit, tutela, vel cura deferatur, se excusare debet, l.vn.

Tit. XLII. De tutore, vel curatore, qui satis non dedit.

I. 1. 3.6. ij.	*IV. 4.*
II. 6. iv.	*V. in princ. 1.6. j.*
III. in princ. 1.4.	*§. j. 5.*
§. j. 6. ij	

SAtisdatio quoque non præstita obstat tutori, 1
vel curatori, quominùs gerere possit, l.1.l.3.in
princ.& l.vlt. in princ. ¶ De hac satisdatione 2
dissoluuntur quatuor quæstiones. ¶ Primò quæritur, 3
quis satisdari petat: Hic datur regula, quòd minor à suo curatore satisdationē petere potest, l.1. vbi ponuntur curatores nō idonei, id est, nō locupletes: nec ipsi tātùm satisdare recusabāt, sed etiā is, qui dum magistratu fungeretur, curatores dederat, mox magistratu abierat, & desiderio minoris satisdationem desiderantis contra-

dicebat;

4 dicebar; ideóque aduerſarius minoris vocatur. ¶ Se-
cundò quæritur, quis ſatisdare teneatur? Hic datur re-
gula: Tutores, vel curatores rem pupilli, vel adoleſcen-
tis ſaluam fore ſatisdare debent, l.3. in princ. & Inſtit.
de ſatisd. tutor. in princ. Excipiuntur I. Tutores teſta-
mentarij, quoniam à teſtatore probati ſunt. II. Tuto-
res, vel curatores ex inquiſitione dati, ſeu confirmati;
quoniàm idonei iudicati ſunt. Sed ſi duo teſtamen-
to, vel ex inquiſitione dari ſint, alter alteri optionem
offerre poteſt, vtrùm malit ſatisdate, & ſolus admini-
ſtrare, an ſatis accipere, & adminiſtrationem ſatisdanti
5 relinquere, l.pen. & Inſtit. de ſatisd. tutor. in pr. ¶ Ter-
tiò quæritur, quis ſit effectus ſatisdationis præſtitæ? Ef-
fectus eſt, vt poſſit, ac debeat tutelam, vel curam admi-
niſtrare: qua adminiſtratione illud etiam continetur,
vt tutor bonorum poſſeſſionem pupillo delatam ad-
gnoſcere poſſit, l.vlt. §.1. & D. de bonor. poſſeſſ. l.7. §.1.
6 ¶ Quartò quæritur, qui ſint effectus ſatisdationis non
præſtitæ? Effectus hi traduntur. I. Qui ſatis non de-
dit, licèt ad tutelam, vel curam vocatus ſit, tamen nihil
omnino ex bonis minoris alienare poteſt, l.vlt. in princ.
id eſt, ne quidem ea, quæ rectè alienantur, quia ſeruari
non poſſunt. II. Ab adminiſtratione arcetur, l.1. III. Ab
eo geſta non valent, & ſententia aduerſus eum lata mi-
nori non præiudicat, adeo vt reſtitutione opus non ſit,
l.3. §.1. & ſupr. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt ne-
ceſſ. l.4. IV. Si præſidi iubenti ſatisdare non obtempe-
ret, remouetur: & quidem cum infamia, ſi potuit, nec
voluit ſatisdare: ſine infamia, ſi per inopiam fideiuſſo-
res non inuenit: vtroque autem caſu alius in eius lo-
cum idoneus ſubſtitui debet, qui ab heredibus aliorum
tutorum defunctorum rationem tutelæ ab illis geſtæ
repoſcet, l.2.

Tit. XLIII. De ſuſpectis tutoribus, vel curatoribus.

I. 3 j.ij.4.	*VI.* t.4.5.j.
II. 7.ij.	*VII.* 1.4.6.
III. 7.ij.	*VIII.* 4.
IV. 3.j.	*IX.* 7.j.
V. 1.5.j.	

1 ET ſi ſatisdatio neceſſaria eſt ad hoc, vt tutor,
vel curator gerere poſſit: non tamẽ quicum-
que ſatisdedit, gerere poteſt. Quid enim ſi
fraudulenter gerat, aut geſturus videtur?
Certè vt ſuſpectus accuſari, ac remoueri non obſtante
ſatisdatione poteſt, D. eod. l.5. & 6. & Inſtit. eod. §.vlt.
pendente autem accuſatione, ab adminiſtratione abſti-
2 nere debet, l.7. & Inſtit. eod. §. ſi quis autem. ¶ Hic ti-
3 tulus diuiditur in quatuor capita. ¶ Primo capite de
eo, qui accuſatur, dantur duæ regulæ. I. Omnes tuto-
res, vel curatores poſſunt tamquàm ſuſpecti accuſari,
ſiue teſtamentarij, ſiue alterius generis ſint, l. 4. &
D. eod. l.1. §. oſtendimus. & Inſtit. eod. §. oſtendimus.
Quare etiam libertus, cuius fidei, ac tutelæ filius patro-
ni commiſſus eſt, accuſari poteſt, l.1. II. Qui tutor eſſe
deſijt, non ſuſpecti crimine accuſari, ſed tutelæ iudicio
conueniri poteſt, d. l. 1. & D. eod. l.3. §. quæri. & §. ſeq.
immo ſuſpecti iudicium, ſi eo pendente tutela finita
ſit, ſoluitur, D. eod. l.pen. & Inſtit. eod. §. ſed ſi ſuſpecti.
4 ¶ Secundum caput eſt de accuſatore. Hæc accuſario
quaſi publica omnibus patet: nec ſolùm minoris pa-
rentes vtriuſque ſexus; ſed etiam cognati, & affines, &
extranei, & hi, quorum res adminiſtrantur, dummodò
non ſint impuberes, & ex conſilio neceſſariarũ perſo-
narum accuſent, l.1. & 6. & D. eod. l.1. §. conſequens. &
§. ſeq. & l.7. in princ. & Inſtit. eod. §. conſequẽs, & §. ſeq.
Tutor quoque ſuum contutorem ſuſpectum accuſare
poteſt, l.7. ac debet, D. eod. l.5. & de adm. tutor. l.3. §. cæ-
teri. nec aliter, quàm ſuſpectũ accuſando, & hac ratione
à tutela remouendo, cõſequi poteſt, vt tutela ſibi ab eo
reſtituatur, l.pen. ¶ Tertium caput eſt de cauſis, propter 5
quas aliquis tamquàm ſuſpectus accuſari, & remoueri
poteſt. Hîc dátur tres regulæ. I. Non dicitur ſuſpectus
propter inopiam, ſed propter malos mores, l.5. & 6. &
D. eo. l. ſuſpectũ. 8. & Inſt. eod. §. vlt. II. Suſpectus remo-
uetur tam ob culpam, quàm ob dolum, l.1.5.6. III. Re-
mouetur vt ſuſpectus qui malè gerit, l.1. & 6. & D. eod.
l.3. §. nunc videamus. non is, qui nihil geſſit, niſi dolo,
aut culpâ non geſſerit, D. eod. l.4. §. vlt. & Inſt. eod. §. ſuſ-
pectus autem eſt. ¶ Quartum caput eſt de effectibus 6
huius iudicij. Effectus iudicij pendentis eſt, vt accu-
ſatus adminiſtrare pendente iudicio prohibeatur, l.7. &
Inſtit. eod. §. ſi quis autem. ¶ Effectus remotionis eſt 7
duplex. I. Remotus ob dolum fit infamis, non remo-
tus ob culpam, l.vlt. & Inſtit. eod. §. ſuſpectus autem re-
motus. niſi ſit lata culpa, propter quam remotus, etſi
non notatur infamia iuris, tamen infamiam facti non
vitat, id eſt, eius pudor apud bonos, & honeſtos viros
oneratur; vt docui in Anal. Inſtit. d. §. ſuſpectus autem
remotus, & in Iſag. D. eod. num. 6. II. In locum tutoris
ſuſpecti remoti ſubſtituitur alius tutor, l. 3. & in locum
curatoris alius curator, l.2.

Tit. XLIV. De in litem dando tutore, vel curatore.

I. 1.	*IV.* 3.
II. 2.	*V.* 1.
III. 1.3.	

SI tutori lis ſit cum pupillo, ſic diſtinguitur: 1
Aut pupillus alios quoque tutores habet,
aut non. Priori caſu illis auctoribus lis pro-
cedit, l.1. & D. de teſtam. tut. l. ſi plus. 24. Po-
ſteriori caſu datur curator in litem, d. l.1. & l.vltim. &
D. de tutel. l. 3. §. ſi pupillus. & §§. ſeqq. l. 4. & 5. niſi
ſolemni, & ordinario iure agatur; quoniam ad ſo-
lemnia tutore opus eſt, D. de auctor. tutor. l. curatorem.
19. vt & ad hereditatem adeundam, D. de appel. l. cùm
in vna. 17. §.1. ideóque dandus eſt tutor, d. l. vltim. Ergo
modò datur tutor, modò curator, l.3. Sed quia hodie
omnia iudicia ſunt extraordinaria, Inſtit. de interdict.
§. vlt. Iuſtinianus ſimpliciter air dari curatorẽ, non tu-
torem, Inſt. de auctor. tutor. §. vlt. Cur ergo Nou. 72. c.2.
ait, dari tutorem, vel curatorem? An quia poteſt aliqua 2
ſolemnitas incidere, quæ tutorem deſideret? ¶ Non
ſolùm autẽ ſi lis ſit tutori cum pupillo, ſed etiã ſi cum
eo ſit, quem pupillus defendere debet, curator pupillo
datur, vt in hac ſpecie: Titius & Mæuius erant fratres,
& patris heredes: erat autem inter bona paterna præ-
dium, quod proinde vtrique commune erat: ſed ſolus
Titius totum vendidit quaſi dominus ex aſſe: deinde
mortuus eſt herede relicto filio pupillo, cui Mæuius pa-
truus tutor legitimus, vel ex teſtamento factus eſt. Non
eſt dubitandum, quin Mæuius partem ſuam prædij
vindicare ab emptore poſſit: quod ſi faciat, emptor de
euictione aget contra pupillum: nam parte euicta, rectè
de euictione agitur, D. de euictionib. l. 1. cum ſim.
Quare ſi emptor à Mæuio conueniatur, pupillo denun-
ciare poteſt, vt ſe defendat. Hæc ſpecies tractatur in l.2.
vbi Imperator dat Mæuio tria remedia: vnum contra
emptorem, duo contra pupillum. Nam Mæuius rem
vindicare poteſt ab emptore, id eſt, partem prædij ad ſe
pertinentem: quod ſi faciat, curator pupillo in litem
dari debet, vt eo auctore pupillus defendat emptorem
contra ſuum tutorem. Sed fieri poteſt, vt hac ratione
Mæuius plus noceat ſuo pupillo, quàm ſibi proſit, ve-
luti ſi Titius euictionis nomine duplum promiſerat:
etenim Mæuius ab emptore ſimplum per rei vindica-
tionem, emptor à pupillo duplum de euictione agens
conſequetur.

consequetur. Quamobrem Mæuius potest quidem suo iore, quod exposui, contra emptorem vti: humaniùs tamen faciet, si hoc casu emptorem omittat, & simplum à pupillo consequatur, vel per exceptionem compensationis, si ab eo tutelæ directa actione conueniatur, (quia inuicem sibi debetur dimidia pars pretij, quod Titius pupilli pater ab emptore exegit,) vel per actionem tutelæ contrariam, in quam ideo dicta pretij pars venit, quia Mæuius in gratiam pupilli, vt ei tamquam bonus tutor parceret, partem suam prædij vindicare ab emptore noluit, d. l. 2. scimus enim venire in hanc actionem quicquid ratione tutelæ gestæ tutori abest, D. de contract. tut. & vti. act. l. 1. in princ. & §. vlt. vel ab-
3 futurum est, D. eod. l. vlt. ¶ Siue autem tutor, siue curator in litem datus sit, pro aliis administratonis partibus periculum tutelæ, vel curationis non subit, l. 3. & sumptus in eam litem bona fide factos repetere à contutoribus potest, l. 4.

Tit. XLV. De eo, qui pro tutore negotia gessit.

I. j. | *II. j.*

1 ADministratio ad eum non pertinet, qui tutor, vel curator non est, putà quia inutiliter est datus. Quid tamen, si gerere velit? Duo hîc traduntur. I. Si agat, summoueri exceptione potest, etiamsi intensionem suam probet, l. 2. II. Rationem administrationis reddere tenetur, etiamsi mulier sit, l. 1. Intellige teneri actione protutelæ, D. h. t. l. 1. in princ. & sup. de testam. tut. l. 4. vel negotiorum gestorum, supr. qui dar. tutor. vel curator. poss. l. 4.

Tit. XLVI. Si mater indemnitatem promiserit.

I. 2. | *III. 2.*
II. 3.

1 HOc titulo tractantur duo casus, quibus mulier indemnitatem promittit: & quidem priori casu promittit pupillo, posteriori ca-
2 su promittit tutori. ¶ Prior casus est, cùm mater tutorem suo periculo dati pupillo petit, hoc casu, quia contra senatusconsultum Velleianum pro tutore apud pupillum intercedit, non obligatur efficaciter, l. 1. nisi specialiter decreto comprehensum sit, mulieris
3 periculo tutorem dari, l. vlt. ¶ Posterior casus est, cùm pupilli mater administrationem suscipiens, indemnitatem tutori promittit, hoc casu tutor nihilominùs pupillo tenetur actione tutelæ: sed quia nulla est intercessio, cùm nemo possit pro semetipso intercedere, mulier efficaciter tutori ex stipulatione obligatur: itidémque obligatur auus pupilli maternus, si administrationem suscipiens, indemnitatem tutori promittat: vel vterq; tam mater, quàm auus, si simul indẽnitate tutori promissa administrent, l. 2. & infr. arbit. tut. l. tutorem. 9.

Tit. XLVII. Si contra matris voluntatẽ tutor datus sit.

1 TVtor datus contra matris voluntatem, id est, quem dati mater pupilli testamento vetuerat, non potest administrare, sed à tutela remouetur, vel cum infamia, si dolum commisit; vel sine infamia, si dolo careat, l. vnic.

Tit. XLVIII. Vt causæ post pubertatem adsit tutor.

1 TVtor causas pupillares defendere debet etiam post tutelam finitam, donec administrationem ad curatorem transferat, l. vn. & supr. de peric. tut. l. vlt.

Tit. XLIX. Vbi pupilli educari debeant.

PVpilli educatio nulli magis, quàm matri, ei nisi ad secundas nuptias transierit, committenda videtur. Si tamen hac de re inter pupilli matrem, cognatos, & tutores controuersia oriatur: prætor, vel præses eam definiet, l. 1. habita ratione affectionis personarum, & suspicionis in eos cadentis, qui pupillo morienti successuri sunt, l. 2. Alia est igitur ratio tutelæ deferendæ, alia educationis committendæ: quia tutela ei defertur, ad quem intestati successio pertinet, Instit. de legit. patron. tut. in fin. & Nou. 118. c. 5. educatio verò non facilè ei permittitur, d. l. 2.

Tit. L. De alimentis pupillo præstandis.

I. j. | *II. ij. iij.*

PArs administrationis est alimenta pupillo 1
præstare, qua de re duo statuuntur hoc titulo. I. Alimenta à prætore, vel præside decerni debent, etiamsi pupillus status cõtrouersiam patiatur, l. 1. II. Decernuntur pro modo facultatũ, l. 2. III. Tutor plerumque petere debet, vt alimenta pupillo decernantur: sed siue non petierit, siue petere non deberit, quia interdum arcana patrimonij non sunt detegenda, nihilominùs alimenta pupillo præstita, ei boni viri arbitrio, & pro modo facultatum imputat, d. l. 2. & D. vbi pupil. educar. deb. l. 2. §. 1. Hucusque de administratione tutorum, & curatorum.

Tit. LI. Arbitrium tutelæ.

I. 4. j. 9. j.	*VIII. 2. 10.*
II. 2. 7. j. 8. ij.	*IX. 2. 4. j. 7. ij.*
III. 2. 5.	*X. 2. 4. ij. 9. iij.*
IV. 8. iij.	*XI. 2. 8. vj.*
V. 4. ij. 5.	*XII. 3. 4. ij.*
VI. 3. 4. j. ij. 8. iv.	*XIII. in princ. 9. ij.*
VII. 2. 3. 7. j.	*§. j. 8. j.*

DEinceps tractatur de actione tutelæ directa 1
& contraria: priori autem loco de directa, de qua hoc titulo dissoluuntur septem quæstio-
nes. ¶ Primò quæritur, quæ actio contra tutorem, vel 2
curatorem detur? Respondetur, contra tutorem dari actionem tutelæ directam, l. 1. l. 7. & seqqqq. contra curatorem verò vtilem actionem negotiorum gestorum, vel vtilem actionem tutelæ, l. 3. & l. 7. ¶ Secundò quæ- 3
ritur, cui hæc actio detur? Respondetur, dari minori, l. 6. l. tutorem. 9. & l. seq. & heredi eius, l. pen. ¶ Tertiò 4
quæritur, contra quem hæc actio detur? Respondetur, dari, I. Contra tutorem, vel curatorem, l. 1. & passim. Et quidem si plures gesserunt, datur electio minori, contra quem agat, ita vt ei, contra quem agit, actiones cedat contra tutores, vel curatores. Si verò vnus gesserit, primùm ipse conueniri debet: deinde cæteri, si hic non sit soluendo, l. 6. Adde l. 1. l. 2. in princ. & l. 3. infr. tit. prox. Quid si tutor indemnitatem à matre pupilli stipulatus, bona pupillaria ei commiserit? Nihilominùs tutelæ tenetur: ex stipulatu autem actionem contra matrem, & eius heredes habet, l. tutorem. 9. & supr. si mat. indemn. promis. l. 2. II. Contra heredes, & alios
successores, l. 5. 6. l. si defunctus. 10. & l. pen. ¶ Quartò 5
quæritur, apud quem agatur? Respondetur, si multi sint tutores, vel curatores, omnes mitti ad vnum, & eundem iudicem, l. 5. & D. de quib. reb. ad eund. iud. eat. l. 2.
¶ Quintò quæritur, quid in hanc actionem veniat? 6
Hoc declaratur generaliter, & specialiter. ¶ Gene- 7
raliter duo traduntur. I. In hanc actionem venit dolus, & culpa, l. 2. & l. 7. II. Tutor, vel curator per hanc actionem cogitur rationes reddere, & reliqua soluere,

 l. tutorem. 9.

8 l.tutorem.9. ¶ Specialiter ostenditur, tutorem, vel cu-
ratorem teneri ex sequentibus causis. I. Si inuenta-
rium non fecit, l.vlt.§.1. II. Si debitores minoris non
cōuēnit, & interim illi desierunt esse soluēdo, l.2. III. Si
temerè minorem paterna hereditate abstinuit, l. 4.
IV. Si rem minoris vendidit vili pretio, & sine decre-
to. Si tamē minor venditionem ratam habeat, pretium
petere potest, l.6. V. Si minoris pecunia rem sibi emit:
hoc casu minor, vel rem, vel pecuniam cum legitimis,
id est, centesimis vsuris petere potest, l. 3. & D. de ne-
got. gest. l. qui sine. 38. VI. Si post tutelam finitam in
administratione connexa perseuerauit, l. tutor. 11.
9 ¶ Sextò quæritur, quæ probationes in tutelæ iudicio
admittantur, & sufficiant, vel non? Hic tria traduntur.
I. Verba testatoris, quibus falsum sui patrimonij mo-
dum significauit, non officiunt veritati, quia in contra-
rium legitimæ probationes admittuntur. Quare tutor
totius patrimonij rationes reddere debet; nec ei pro-
dest, si pater pupilli in testamento minorem sui patri-
monij modum asseruit: quoniam testatoris quidem di-
spositioni obtemperatur, sed assertioni non omninò
creditur, l.1. & supr. commun. vtr. iudic. l. scriptura. 10.
& de probat. l.6. & infr. de testam. l.6. & D. de legat. ij.
l. Titia cùm testamento. 34. §. Gaius. Excipitur, nisi te-
stator suo iureiurando confirmauerit eum esse patri-
monij sui modum, quem dixit: quoniam assertioni te-
statoris iuratæ heredes acquiescere tenētur, non etiam
creditores hereditarij, Nou. 48. quæ non abrogat, sed
derogat dictæ l. 1. II. Confessionem suam tutor, vel
curator reuocare potest, nisi in inuentarij publicè con-
fecti scriptura confessus sit, l. vltim. in princ. III. Qui
tempore administrationis locupletatus est, non præsu-
mitur locupletatus ex bonis minoris, nisi probetur, l. si
10 defunctus. 10. ¶ Septimò quæritur, quæ exceptiones
huic actioni officiant? Respondetur, agenti nocere
trāsactionem, nouationem, acceptilationem, non præ-
scriptionem longi temporis, l. tutores. 8. quia cùm sit
actio personalis, tantùm longissimi temporis exceptio-
ne summouetur, supr. de constit. pecun. l.2. vers. & ne-
que sit. Adde non posse tutelæ agi ante tutelam fini-
tam, D. de tut. & rat. distrah. l. 1, §. vlt. l. 4. in princ. & l. si
cùm adhuc. 16. in princ.

Tit. LII. De diuidenda tutela, & pro qua parte quisque tutorum conueniatur.

I. 2. | *§. vltim. 2.*
II. in princ. 2. | *III. 2.*
§. j. 3.

1 PErgit in explicanda tutelæ actione directa,
& superioribus septem quæstionibus addit
octauam, si plures sint tutores, vel curato-
res, pro qua parte quisque conueniatur? Di-
stinguuntur autem quatuor casus: aut enim tutela (id
est, tutelæ administratio) seu curatio diuisa non est, aut
diuisa est à testatore, aut à iudice, aut communi ipso-
2 rum tutorum, vel curatorum consensu. ¶ Primo &
quarto casu datur electio minori, vtrùm malit vnum in
solidum conuenire, an singulos pro partibus, ita vt
actiones ei quem eligit, aduersus cæteros cedat, l. 2. in
princ. & §. vlt. & l. vlt. Excipitur I. Nisi post administra-
tionis officium finitum aliqui desierint esse soluendo:
quia pro horum partibus cæteri non possunt exigi, ne
eis aliena negligentia seriùs agentis obsit, l. 1. II. Nisi
vnus gessit: tunc enim priùs conueniendus est, qui ges-
sit, deinde cæteri, si hic non sit soluendo, supr. tit. prox.
l.6. III. Nisi omnes administratione abstinuerunt: quia
hoc casu ei, qui conuenitur, non est actio aduersus cæ-
teros cedenda, propterea quòd ob suam contumaciam
est damnādus, D. de admin. & peric. tutor. l. si plures. 38.
¶ Secundo & tertio casu, quilibet pro sua administra- 3
tione conuenitur, nec tenetur ex persona collegæ, nisi
dolo, aut culpa cessauerit eū suspectū accusare, d. l. 2. §. 1.

Tit. LIII. De in litem iurando.

I. 4. ij. 5, 6. | *IV. 4. 5. ij. 6.*
II. 5. 6. | *V. 6.*
III. 4. ij. 7.

QVoniam iudicium tutelæ est bonæ fidei, 1
Instit. de action. §. actionum. in eo iuratur
in litem, D. h. t. l. 4. in princ. & l. 5. in princ.
¶ Est autem iusiurandum in litem, quo 2
actor, D. eo. l. pen. ex delatione iudicis, D. eod. l. 3. l. 4. §. 1.
& §. iurare. suam litis æstimationem confirmat, quam
fortasse ob affectionem facit vltra iustum pretium,
D. eod. l. 1. ¶ De hoc iureiurando quatuor quæstiones 3
hoc titulo deciduntur. ¶ Primò quæritur, contra quem 4
iuretur? Et cùm iuretur contra eum, contra quem tu-
telæ actione directa, vel vtili agitur, patet iurari I. Con-
tra tutorem, l. 4. II. Contra curatorem, l. 3. III. Contra
eorum heredes, l. 1. & 4. ¶ Secūdò quæritur, quis iuret? 5
Ad iurandum non admittitur mater pupilli: sed iurare
potest, I. Pupillus, nisi sit impubes. II. Adolescēs, D. eod.
l. 4. in princ. III. Tutor, vel curator, si velit, sed non
cogitur, l. 1. & 2. & D. eod. d. l. 4. in princ. Tutorem, vel
curatorem intellige, non contra quem agitur, sed qui
agit pro minore, seu quo auctore minor agit. ¶ Tertiò 6
quæritur, qua ex causa iuretur? Hoc iusiurandum præ-
statur ob dolum aut latam culpam aduersarij, non ob
leuem culpam: ob hanc enim vera æstimatio fit sine iu-
reiurādo, D. eod. l. 2. §. 1. l. 4. §. vlt. l. 5. §. sed in his. Et hoc
obseruatur etiam, cùm agitur contra heredem tutoris,
vel curatoris: nam ob proprium dolum, vel latam cul-
pam, locum faciet huic iuriiurando, non ob leuē cul-
pam, l. 1. & 2. & D. de fideiuss. & nomin. tut. l. 4. in princ.
Sed iuraturne in heredem tutoris ob dolum tutoris
defuncti? Minimè, l. vlt. nisi lis cum defuncto fuerat
contestata, l. 4. & D. de fideiuss. & nom. tut. l. vltim. §. 1.
¶ Quartò quæritur, quis sit huius iurisiurādi effectus? 7
Est autē effectus, vt iudex tanti reum condemnet, quāti
actor suo iureiurando rem æstimauit, nisi ex iusta cau-
sa, vel minoris condemnandum, vel absoluendum pu-
tet, D. eod. l. 4. §. pen. Summa autem, qua tutor, vel cura-
tor minori condemnatus est, quamuis non secundum
veram rei æstimationem, sed secundum iusiurandum
in litem datum facta sit, tamen ipsius minoris, vel alte-
rius tutoris, seu curatoris pacto minui non potest: fa-
uor enim minoris ætatis facit, ne huiusmodi pactum
valeat, l. 3. & supr. de pact. l. pactum curatoris. 22.

Tit. LIV. De heredibus tutorum, vel curatorum.

I. 3. | *IV. in princ. 4. j.*
II. 2. 3. 4. ij. | *§. j. 3. 4. ij.*
III. 2. 4. ij.

QVod superiori titulo obiter didicimus, tutelæ 1
iudicium dari etiam in heredes, nunc latiùs
explorandum est, ac duæ quæstiones de here-
dibus tutorum, vel curatorum dissoluendæ. ¶ Primò 2
quæritur, qua actione teneantur? Respondetur, teneri
tutelæ, vel vtili iudicio, l. 2. id est, heredem tutoris tene-
ri iudicio tutelæ, l. 3. & sup. arbitr. tut. l. si defunctus. 10.
& l. pen. & D. de tut. & rat. distrah. l. 1. §. hanc actionem.
& D. de fideiuss. & nomin. tut. l. 4. in princ. heredem cu-
tem curatoris vtili iudicio tutelæ, vel vtili iudicio
negotiorum gestorum, quoniam his actionibus ipse
curator tenebatur, supr. arbitr. tutel. l. 3. & l. 7. & D. de
tut. & rat. distr. l. 4. §. vltim.

¶ Secundò

3 ❡ Secundò quæritur, quam ob causam teneantur? Respondetur per distinctionem: quia vel suo, vel hereditario nomine conueniuntur. Suo nomine dolum, & latam culpam præstant, supr.tit. prox.l.1. & D. de fideiuss.& nomin.tut.l.4.in princ.non culpam leuem, id est, negligentiam, d.l.4.§.1. Hereditario autem nomine ob tutoris dolum, aut latam culpam, quamuis in non faciendo consistentem damnantur, non ob leuem eius culpam, nisi lis cum defuncto contestata fuerat, vel ex damno pupilli lucrum sibi captent, aliive gratiosè cócedant, l.1.l.2.& l.vlt.§.1.&supr. tit prox.l. vltim. Quibus igitur de causis non hereditario, sed suo nomine tenentur, vt cùm agitur de instrumentis exhibendis, D.ad exhiben.l.de eo.12.§.vltim. si dolo careãt; ob tutoris dolum non damnantur, supr.tit.prox.l. penult. &
4 D.de fideiuss.& nom. tut.l.vltim.§.1. ❡ Tertiò quæritur, quid hæc actio persequatur? Hîc traduntur. I. Heres tutoris, vel curatoris tenetur restituere, quicquid ex re minoris ad se peruenit, l.vltim. in princip. II. Tenetur rationem reddere non solùm eorum, quæ defunctus gessit, sed etiam quæ neglexit, quæ tamen si contutor, vel concurator gessit, is primo loco est conueniédus, nec nisi ob eius inopiam perueniendum aduersus heredem huius qui non gessit, l. 2. & l.vltim.§.1. III. In iudicium contra heredem tutoris motum venit etiam id, quod tutor ex causa fideiussoris minori debuit, id est, quia pro minoris debitore apud minorem intercesserat, l.3.

Tit. LV. Si tutor, vel curator non gesserit.

I.in princip.3.ij.iij. | *II.in princ.3.iij.*
§.j.3.ij. | *§.j.2.*

1 TRactanti de iudicio tutelæ, vel negotiorum gestorum; quod aduersus tutores vel curatores competit, non est omittenda quæstio, an tutor, vel curator conueniri possit de eo, quod non gessit? Hîc adhibetur distinctio: quod enim aliquis non gessit, vel
2 alius gessit, vel omnes neglexerunt. ❡ Si nemo gessit,
3 omnes æquè tenentur, l. 2.§.1. ❡ Si alius gessit, tria requiruntur, vt is, qui non gessit, conueniri possit. I. Vt se tutorem vel curatorem esse non ignorauerit, sup.de adm. tut.l.etsi scisses.8.II. Vt eum, qui gessit, suspectum facere cessauerit, l.1.in princ.vel aliter minori prospicere neglexerit, d.l.1.§.1.III. Vt is, qui gessit, non sit soluendo, d.l.1.in princ.d.l.2.in princip.& sup.de adm.tut.
4 d. l. & si scisses. ❡ Ad hunc tractatum perficiendum adde, quæ scripsi ad tit.52.

Tit. LVI. De vsuris pupillaribus.

I.2.j. | *III.3.j.*
II.2.ij. | *IV.3.ij.*

1 TVtor, vel curator modò vsuras debet, modò
2 non debet. ❡ Duo casus, h. t. proponũtur, quibus vsura debet. I. Si pupilli pecuniam in vsus suos conuertit, quo casu maximas, seu legitimas, id est, centesimas vsuras pręstat, l.1. & sup.arb.tut. l.3.& D.de neg.gest.l.qui sine.38.II. Si ideo ex persona cótutoris, vel concuratoris damnetur, quia in eo suspe-
3 cti accusando cessauit, l.2. ❡ Totidẽ casus proponuntur, quibus vsuras non debet: ac I. Si pecuniam pupillarem nec idoneis hominibus credere, nec in emptionem prædiorum vtiliter collocare potuit, l.3. Coniũge, quæ tradidi, sup.t.37.num.10.memb.vlt.& n.11.II. Si minori denunciauit, cũque tandem ad iudicium prouocauit, vt rationes redderet, ac reliqua solueret: ex eo namque tempore cursus vsurarum inhibetur, l.vltim.

Tit. LVII. De fideiussoribus tutorum, vel curatorum.

I.2. | *II.3.*

DIximus de conueniendis tutoribus, vel cura- 1
toribus, & eorum heredibus: iam dicamus de eorum fideiussoribus; de quibus duæ quæstiones in præsentia sunt dissoluendæ.
❡ Primò quæritur, vtrum reus principalis (id est, tu- 2
tor, vel curator, vel eius heres,) an fideiussor sit conueniendus? Respondetur, dari electionem minori, vtrùm solum reum insolidum, an solum fideiussorem in solidum, an vtrosque pro partibus conuenire malit; non tamen posse vtrumque insolidum conuenire, l. 1. Hæc electio generaliter creditoribus competit iure Digestorum & Codicis, infr. de fideiussorib.l. 3. & 5.cum sim. & generaliter sublata est, per
Nou. 4. vbi constituitur, vt reus principalis conueniatur ante intercessores. 3
❡ Secundò quæritur, an solutione à tutore, vel curatore facta liberetur fideiussor? Respondetur per distinctionem: aut enim fideiussor simpliciter promiserat, ac se obligauerat in id, quod tutor seu curator deberet: aut promiserat rem minoris saluam fore: aut id promiserat, quod à tutore, seu curatore seruari non posset. Primò casu liberatur solutione tutoris, vel curatoris. Secundo & tertio casu non liberatur: sed ea solutione efficitur, vt quatenus solutum est, stipulatio contra fideiussorem non committatur: quare si totum solutum sit, fideiussor nihil debet; parte verò soluta in residuum tenetur, l.2. Hactenus de obligatione tutelæ directa, & de obligatione fideiussoris, quæ ei accedit: consequenter dicendum est de actione contraria.

Tit. LVIII. De contrario iudicio tutelæ.

I.j. | *III.ij.*
II.j. |

DE actione tutelæ contraria, quæ datur tuto- 1
ri contra pupillum, & vtilis competit curatori aduersus minorem, duo hic traduntur. I. Qui pupillo pro contutore, vel concuratore suo soluit, petere non potest, vt actio contra illum sibi cedatur, quia solutione actio sublata est: sed siue condemnatus nondum soluit, siue nomen emit, rectè petit, vt actiones sibi cedantur, l.1.& 2.II. Quod tutor in rem pupilli impendit, id vel iudicio tutelæ directo conuentus compensat, vel contrario iudicio petit, l. vltim. Hactenus de tutelæ actionibus.

Tit. LIX. De auctoritate præstanda.

I.2. | *IV.2.*
II.2. | *V.3.*
III.2.

POst actiones tutelæ expositas tractatur de 1
auctoritate tutoris vel curatoris: de qua duæ quæstiones dissoluuntur. ❡ Primò quæri- 2
tur, an auctoritas tutoris vel curatoris sit necessaria, seu quibus casibus sit necessaria? Respondetur, esse necessariam in actione, quæ minori competit, remittenda, l.2.& in rerum ad minorem pertinentium venditione, l. 3. & in iudicio criminali, l.4. vel ciuili, sup.si aduer. rem. iudi. l. 4. & qui legit.person.stand.in iud. l. 2. non in stipulatione pro minore facienda, l.1. quamuis necessaria sit, si pupillus alij promittat; quia sine tutore meliorem, non deteriorem suam conditionem facere potest, Inst.de auctor.tut.in princip. ❡ Se- 3
cundò

cundò quæritur, si plures sint tutores, vel curatores, an vnius auctoriras sufficiat? Respondetur sufficere, nisi quid fiat, quo rutela vel cura extinguatur: veluti si minor arrogetur: tunc enim omnium auctoritas requiritur, l. vltim.

Tit. L X. Quando tutores vel curatores esse desinant.

I.2.j.
II.2.y.
III.2.j.

1 Vm dictum sit de speciebus tutelæ, de administratione tutorum, vel curatorum; de actionibus, & de auctoritate tutorum, vel curatorum; superest, vt explicetur, quibus ex causis tutela, seu cura finiatur:
2 vel non finiatur.

¶Hoc titulo duę causę declarantur. I. Si pupillus ad pubertarem peruenerit, id est, si masculus excedat annum quartumdecimum, femina doodecimum, l. vltim. & Institur. quibus modis tut. fin, in princip. Porrò pubertate non solùm tutela finitur, sed etiam cura, si curator (vt interdum accidit, Institut. de curat. §. penultim.) pupillo datus fuerit: proinde alius curator dari debet, l. 1. & supr. in quibus causis tutor. hab. l. 2. & D. de tutor. & curator. dat. l. curatorem. 25. Cùm autem curator adolescenti datur, eo ad legitimam ætatem perueniente, (id est, cùm maior vigintiquinque annis factus fuerit,) curator esse desinit, Inst. de curat. in princip. II. Voluntas pupilli, qua sola tutelam non finiri constar, l. 2.

1 *Tit. L X I. De actore à tutore, seu curatore dando.*

Vm diffusa minoris negotia sunt, aur per ætatem, dignitatem, valetudinem, absentiã tutor, vel curator non facilè gerere potest, officium tamen tetinet: eius defectum supplet vel procurator, vel actor, siue adiutor. Procuratorem non potest dare tutor, vel curator ea sua persona, nisi litem cõtestatus sit, sed pupillus, vel adolescens ipso tutore, vel curatore auctore: quare si minor absit, vel infans sit, actorem tutor, vel curator constituet, supr. de procurator. l. neque. interposito prætoris decreto, l. vn. & D. de admin. & peric. tuto. l. decreto. 24. in princip. & quan. ea fac. tut. l. 6. Dicitur ergo actor à tutore, vel curatore constitui, siue ordinari, l. vnic. & supr. qui dare tuto. l. curatorem. 10. & infr. de appellation. l. si actor. 10. quia prætor, vel præses decreto interposito, qoem ipse tutor, vel curator velit, eius periculo constituit, Institur. de curat. §. vltim. & supt. qui da. tuto. d. l. curatorem, & D. de administ. tutor. d. l. decreto, in princip. vel tutori, seu curatori constituere permittit, D. de tutel. l. solet. 13. §. 1. Hîc est, qui vocatur adiutor tutelæ (supple, vel curationis) in d. l. solet. §. 1.

Tit. L X I I. De excusationibus tutorum, & curatorum, & de temporibus earum.

I.11.j.
II.9.
III.7.j.16.17.*iy*.22.
IV.10.j.
V.10.*y*.12.j.
VI.16.17.*iy*.19.20.21.22.
VII.11.*iv*.
VIII.11.*iy*.
IX.11.*y*.
X.6.
XI.9.20.21.
XII.13.y.
XIII.7 *y*.
XIV.13.*y*.
XV.17.j.
XVI.8.j.22.
XVII.8.y.
XVIII.*in princ*.16.28.
§.j.11.*vij*.
XIX.11.*vj*.
XX.8.*y*.22.
XXI.11.*v*.
XXII.17.*y*.
XXIII.8.*y*.
XXIV.7.*iy*.
XXV.5.

Via sæpe iusta excusatio facit, vt tutores 1
vel curatores esse desinant, hoc loco de tutorum & curarorum excusationibus agi-
rur. ¶ Huius tituli duæ sunt partes; prior 2
generalis, de excusationibus: posterior specialis, de earum temporibus, intra quæ proponi debent. Prior pars subdiuiditur in tria capita. ¶ Primum caput est de 3
causis, propter quas excusatio datur, vel non datur. Huius capitis quatuor sunt segmenta. ¶ Primum segmen- 4
tum est de causis, quæ excusationi locum faciunt. Hæ verò ad quinque genera teferuntur. ¶ Primi generis 5
causæ sunt, quæ omnino excusant; vt militia silentiariorum, qui circa latus principis in sacro palatio, vel consistorio excubias agunt, l. vlt. & infr. de silentiar. l. 3.
in fin. ¶ Secundi generis causæ excusant ad tempus, vt 6
munus exigendorum tributorũ: nam is, cui hoc incombit, quandiu tributariam rationem tractat, tandiu à
tutelis & curis vacationẽ habet, l. exactores. 10. ¶ Ter- 7
tij generis causæ à quibusdam, non ab omnibus tutelis, seu curationib. excusant. Nam I. Ingenuus excusatur à tutela libertini, non à rutela ingenui, l. 3. Libertus, qui negotia patroni sui senatoris gerit, ab aliorum tutela & curatione excusatur: aliàs libertini à muneribus ciuilib. immunitatem non habent, l. ne senatorum. 13. III. Nauicularius non excusatur à tutela, vel cura nauiculariorum, qui sont eiusdem corporis, sed aliarum personarum dumtaxat, l. penult. ¶ Quarti generis 8
excusant à quibusdam tutelis, vel curationibus dumtaxat ad tempus. Excusatur enim, I. Qui litem de hereditate, vel de omnibus bonis, vel de maiori parte habet cum minore, l. si vt allegas. 16. & D. eod. l. propter litem 21. & Instit. eod. §. item propter litem. Sed hodie quãcumque litem quis cum minore habeat, ab eius tutela vel cura tepellitur, adeo vt excusatione opus non habeat, quia nec volens admittitur, Nou. 72. c. 1. II. Frater, vel auunculus eorum, qui litem habent cum pupillo,
l. humanitatis. 23. ¶ Quinti generis causæ excusant 9
tantùm à parte patrimonij, veluti si quædam minoris bona sint in alia prouincia, adeo vt à tutore vel curatore administrari nõ possint, l. 2. l. testamẽto. 11. & D. eo
l. propter litem. 21. §. licèt. ¶ Sexti generis causæ tantum 10
à curationib. quibusdã, excusant, nec possunt tutelis accõmodari. I. Maritus vxori suæ curator dari non debet, supr. qui dare tuto. vel curat. poss. l. 2. & D. de curat. furios. l. virum. 14. quia non facile cogi posset rationes reddere. Quare si curator detur, se excusare potest, Inst. h. t. §. penult. ac debet, ne infamiæ notam incurrat, l. 4. Idem obtinet in sponso, D. eod. l. 1. in fi. & socero adultæ, l. licet. 17. II. Qui tutelam alicuius gessit, non cogitur eiusdem curator fieri inuitus, l. curatot. 20. & Inst. eod. §. qui tutelam. Excipitur libertus, qui cogitur liberorum patroni curationem suscipere, licèt eorum tutor fuerit, l. 5. nisi sua pecunia emptus & manumissus
sit, D. eod. l. libertum. 14. §. penult. ¶ Secundum seg- 11
mentum est, de causis, quæ ad excusationem non sufficiunt. Etenim non excusatur, I. Spado, l. 1. & D. eod. l. spadonem. 15. in princip. II. Vno oculo captus, l. frater. 9. quamuis cæcus excusetur, supr. qui dare tuto. vel curat. poss. l. 3. & infr. qui morbo. l. vnic. & D. eod. l. post susceptam. 40. III. Conductor prædiorum fiscalium, l. coloni 8. IV. Creditor, vel debitor minoris, l. 7. Immo hodie ad tutelam, vel curam non admittitur, Nou. 72. c. 1. V. Qui res cum minore communes habet, l. quod res. 21. VI. Qui pupillæ matrem iudicio tutelæ contrario conuenire potest, l. inusitatam. 19. quamuis igitur

eiusdem

qui tutelam alicuius geſſit, ragulariter non cogatur
eiuſdem curationem ſubire: vt paulò ante notaui: ta-
men à liberorum eius curatione non excuſatur. VII.
Allegans patrem pupilli vſumfructum omnium bono-
rum vxori reliquiſſe, non affert iuſtam excuſationis
12 cauſam, l. tutores. 18. §. Nam quod. ¶ Tertium ſeg-
mentum eſt de cauſis, quæ excuſationem alioqui com-
petentẽ adimunt. Nam à tutela vel cuta non excuſatur
vlla de cauſa, I. Libertus paternus; vel maternus, niſi ſua
pecunia emptus & manumiſſus ſit, l. 5. &. D. eod. l. li-
bertum. 14. II. Qui patri minoris ſe tutelam vel curam
geſturum promiſit, D. eod. l. ſpadonem. 15. §. 1. & Inſt.
13 eod. §. item ſi propter. ¶ Quartum ſegmentum eſt de
cauſis excuſationem non tollentibus. I. Qui ſponte ſua
tutelam, vel curam geſſit, à qua ſe excuſare poterat,
ſuum priuilegium non amittit, ſed ab alijs tutelis, vel
curationibus ſe excuſare poterit, l. voluntariæ. 12. II.
Qui iniuriæ cauſa tutor nominatus eſt, vt creationis
metu iniuriã à magiſtratib. redimat, non ſolùm excuſa-
tione, ſi quam habet, vti poteſt, ſed etiam quod in eam
rem impendetit, à nominatore recipiet, l. ſeueriter. 14.
14 ¶ Secundo capite de excuſatione proponenda diſ-
ſoluuntur duæ quæſtiones.
15 ¶ Primò quætitur, intra quod tempus excuſatio pro-
poni debeat? Huic quæſtioni ſatisfiet in poſteriori ti-
16 tuli parte. ¶ Secundò quæritur, an tutor, vel corator ap-
pellare debeat? Regulariter qui ad aliquod munus vo-
catur, non poteſt ſe excuſare, niſi appeller, D. quan.
appell. ſit, l. 1. §. 1. & de appellat. l. 4. & de vacat. mun. l.
1. §. 1. Sed ex conſtitutione Diui Marci, excipitur tute-
la, & cura: quia tutor, vel curator non appellat à tute-
læ, vel curæ delatione, ſed ſine appellatione excuſatio-
nem ſuam proponit: quæ ſi à iudice reprobetur ab ea
ſententia excuſationem reprobante, rectè appellabit,
l. tutores. 18. in princip. & Inſtit. eod. §. qui autem. & D.
eod. l. ſcire. 13. in princip. & quan. appell. ſit, d. l. 1. §. 1.
& niſi ab ea ſententia appellet, periculum tutelæ, vel
curæ ſubibit, l. 3. & 6. Nota tutorem, vel curatorem an-
te ſententiam excuſationis cauſam reprobantem appel-
lare ſecundum doctores non poſſe, ſecundum Cuia-
cium poſſe, licet appellatio non ſit ei neceſſaria. Egò
Doctorum ſententiam amplector. I. Quia tutor, vel cu-
ratot non appellat à delatione muneris, ſed à ſenten-
tia, d. l. ſcire, in princ. II. Quia fruſtra ante ſententiam
appellat, d. l. 1. §. 1. quod autem fruſtra fit, in iudiciis nõ
admittitur, ſup. de probat. l. ad probationẽ. 21. III. Quia
Iuſtinianus ſimpliciter ait tutorem, ſeu curatorem, qui
ſe vult excuſare, non appellare, d. §. qui autem. IV. Quia
Modeſtinus licentiam appellandi ei tribuit poſt ſen-
tentiam excuſationes reprobantem, d. l. ſcire. in princip.
à contrario igitur ſenſu indicat, eum non poſſe ante
ſententiam appellare. Quod non eſt ita accipiendum,
quaſi ante ſententiam appellans, excuſationes ſuas per-
dat, ſed quod appellatio nullum habet effectum, & pe-
rinde eſt, ac ſi non appellaſſet: proinde non oportet eũ
appellare, quia non eſt faciendum, quod fruſtra & ſine
17 effectu ſit, d. l. 1. §. 1. ¶ Tertio capite de iodicio, quo ex-
cuſationis cauſa examinatur, dantur tres regulæ. I. Si
iudicio pendente, minor ad eam ætatem peruenerit,
quæ eum à tutela vel cura liberat: nihilominus iu-
dicium peragetur propter temporis præteriti pericu-
lum, id eſt, vt conſtet, an tutor, vel curator teneatur ob
adminiſtrationem eo tempore neglectã, quo minorem
in tutela, vel curatione eſſe oportuit, l. quamquam. 15.
II. Si iudex excuſationem probauerit, & tutorem, vel
curatorem abſoluerit, periculum tutelæ, vel curationis
ad eum, quem iudex abſoluit, nullo modo pertinet, l. ſi
tutor. 21. III. Si iudex excuſationem reprobauerit, vel
tamquã præſcriptione temporis, (nam certa ſunt tem-
pora ad proponendam excuſationem conſtituta, quæ
mox exponam) ſummotum condemnauerit, appellari
poteſt: niſi appelletur, ſententiæ parendum eſt, l. 3. & l.
6. ¶ Secunda tituli pars eſt de temporibus excuſatio- 18
num: in qua diſſoluũtur ſex quæſtiones. ¶ Primò quæ- 19
ritur, quo iure ſit hoc tempus definitum? Reſpondetur,
eſſe definitũ cõſtitutione Diui Marci, l. 6. l. tutores. 18. in
prin. & D. eo. l. ſcire. 13. §. aliud. ¶ Secũdò quæritur, quã- 20
tum ſit hoc tempus? Reſpondetur per diſtinctionem,
aut enim tutor, ſeu curator habitat intra, aut vltra cen-
teſimum miliare ab eo loco, in quo datus eſt. Si intra
centeſimum miliare habitat, excuſationes ſuas intra
quinquaginta dies proponere debet. Si verò vtra cente-
ſimum miliare habitat, in ſingula viginti miliaria dies
vnus ei conceditur ad iter faciendum, & inſuper
ei tribuuntur triginta dies ad excuſationem propo-
nendam: ſecundum quam dinumerationem, inter-
dum reperiuntur pauciores dies quàm quinquagin-
ta, intetdum præciſè quinquaginta, interdum plures.
Pauciores ſunt quàm quinquaginta dies, cùm datus
tutor vel curator à loco, in quo datus eſt, propiùs abeſt
quadringentis miliaribus: exempli gratia, cùm diſtat
miliaribus trecentis, ad iter conficiendum habet dies
quindecim: ſiquidem habet in vicena milliaria dies ſin-
gulo; ſquindecies autem viginti efficiunt trecenta: iam
quindecim diebus adde dies triginta, efficies dies qua-
draginta quinque. Præciſè quinquaginta dies tepe-
riuntur, cùm abeſt quadringentis miliaribus: nam ad
iter conficiendum habet dies viginti, ſi quidem vice-
ſies viginti faciunt quadringenta: & viginti dieb. addi-
ti dies triginta faciunt dies quinquaginta. Plures quàm
quinquaginta dies reperiuntur, cùm abeſt vltra qua-
dringenteſimum miliare: vt putà, ſi abſit miliaribus
ſexcentis, ad iter conficiendum habet dies triginta, ſi-
quidẽ in ſingulis diebus debet conficere viginti milia-
ria, quo itinere efficiet triginta diebus miliaria ſexcen-
ta: iam adde his triginta diebus ad iter faciendum tri-
butis alios triginta dies ad excuſationem proponen-
dam conſtitutos: efficientur dies ſexaginta. Cùm igitur
dies quinquaginta, vel plures ſecundum hanc ſuppu-
tationem reperiuntur, tot conceduntur tutori vel cu-
ratori ad ſe excuſandum: cùm autem pauciores quàm
quinquaginta dies reperiuntur: vt nihilominùs quin-
quaginta dies habeat, tot ſuppleri debent, quot nume-
ro quinquaginta dierum deſunt: vt in exemplo ſuprà
relato, vbi repetiebantur dies quinque & quadraginta,
ſupplere oportet dies quinque, atque ita tutori vel
curatori dies quinquaginta ad proponendam excuſa-
tionem tribuere, l. 6. & l. teſtamento. 21. D. eod. l. ſcire
13. §. 1. & ſequentib. & Inſtit. eod. §. qui autem. In ſum-
ma, habitanti intra quadraginta milia paſſuum, dantur
dies quinquaginta: habitanti vltra quadraginta milia
paſſuum, tot dies dantur, quot per dictam ſupputa-
tionem efficiuntur, id eſt, in vicena milia paſſuum dies
ſinguli, & inſuper dies triginta: ita fit, vt tutor vel cura-
tor modò quinquaginta dies habeat, modò plures,
numquam pauciores. ¶ Tertiò quæritur, quale ſit hoc 21
tempus, id eſt, verùm ſit vtile, an continuum? Reſponde-
tur partim eſſe continuum, partim vtile. Nam quin-
quaginta dies, qui dantur habitanti intra centeſimum
miliare, ſunt continui, d. l. ſcire. §. quinquaginta. & Inſt.
eod. d. §. qui autem. illud verò tempus dierum ſingulo-
rum in miliaria vicena, quod ad iter faciendum eſt
præſtitutum, vtile eſt, d. l. ſcire. §. ſi enim. puto autem
dies triginta, qui inſuper adduntur, eſſe continuos, ar-
gum. eius quod diximus de diebus quinquaginta.
¶ Quarto quætitur, quando hoc tempus currere 22
incipiat? Reſpondetur, non currere ex die, quo tutor
vel curator datus eſt; ſed ex die, quo ei innotuit ſe eſſe
datum tutorem vel curatorem, l. 6. & D. eod. d. l. ſcire,
§. quinquaginta. & Inſtit. eod. d. §. qui autem. ¶ Quin- 23
tò quæritur,

rò quæritur, quis sit iuris effectus, si dictum tempus nondum effluxerit? Respondetur, excusationem proponi posse, l. si vt allegas. 16. l. tutores. 18. in princip. l. curator. 20. etiam si alia excusatio proposita, nec probata fuerit, d. l. scire, §. consequens. & Institut. eod. §. qui autem. Excipitur, nisi iudicatum sit tempus lapsum esse, & ab ea
13 sententia non sit appellatum, l. 3. & l. 6. ¶ Sextò quæritur, quis sit effectus illius temporis elapsi? Respondetur, excusationem præscriptione temporis summoueri, sed nihilominus tutorem petere posse, vt ob latè diffusum patrimonium curator sibi adiungatur, l. testamento. 11.

Tit. LXIII. Si tutor, vel curator falsis allegationibus excusatus sit.

I. 1. 3. | *II. 1. iij.*
II. 2. ij. |

1 VT posterior pars superioris tituli sub priori, quasi species sub genere continebatur: ita etiam hic titulus, & sequentes, qui ad tutorum & curatorum excusationem pertinent, speciales sunt, & sub generali illo titulo de *excusationibus* comprehenduntur.
2. ¶ Regula iuris est, Qui falsis allegationibus excusatus est, nihilominus tutelæ periculo est obnoxius, Inst. de excusat. §. vlt. Hæc regula complectitur tres casus. Si quis causam excusationis sibi competentem allegauerit: veluti si tres liberos se habere dixerit, cùm vnum haberet: aut si dixerit se esse maiorem septuaginta annis, cum esset minor, l. 1. I. Si falsò dixerit se non attigisse tutelã, vel curam, l. 2. quæ ad eas solas causas pertinet, ob quas re tantum integra admittitur excusatio, veluti ob potestatem, quam tutor, vel curator habet, Institut. de excus. §. & qui potestatem. nam quidam etiã postquam se pupilli vel adolescentis negotiis immiscuerunt, rectè excusantur, vt maritus à curatione vxoris, Institut. eod. §. penultim. & is qui reipublicæ causa absfuturus est, infr. ti. prox. l. 1. & Institut. de excusat. §. item qui reipublicæ. & is quem morbus excusat, D. eod. l. & non tantùm. 11. I I I. Si causam quasi iustam proposuerit, quæ iusta non est, l. vltim. veluti si ideo excusationem obtinuerit, quod tres liberos haberet in Italia, vel in prouincia: cum ibi quatuor, hic quinque liberi requirantur ad hoc, vt patet à tutela vel cura excusetur, Institut. eod. in princip.

Tit. LXIV. Si tutor, vel curator reipublicæ causa aberit.

I. 1. 2 y. | *II. 3.*

1 ABsentia reipub. causa duobus casibus spectatur: aut enim tutor, vel curator absfuturus est reipublicę causa; aut tutela vel cura absenti defertur: hæc vocatur noua tutela, l. 2. & Institut. de excusat. §. item qui reipublicæ. quo-
2 niam est absentia posterior. ¶ De priori casu hæc notentur. I. Non excusatur in perpetuum, sed ad tempus, id est, quamdiu reipublicæ causa abest: reuersus autem recipit statim tutelam, vel curationem, D. de excusat. l. non solùm. 10. §. quas denique, & Instit. eod. §. item qui reipublicæ. I I. Si excusetur, interim tutelæ periculo liberatur: si se excusare negligat, absentia reipublicæ causa ei non prodest, quominus periculum sustineat: & hoc tantùm consequi potest, vt priori loco is conueniatur, qui administrauit, l. 1. I I I. Etiamsi excusetur, & à periculo ad tempus liberetur, non tamen tutor esse desinit; ideoque non alius tutor, sed eius loco curator interim datur, D. de tutor. & curat. dat. l. in omnem 15. & l. seq. & Institut. de excusat. d. §. item qui reipublicæ. ¶ Posteriori casu non solùm quamdiu 3 reipublicæ causa abest, sed etiam, ex quo abesse desiit, intra annum continuum à tutelis & curationibus immunitatem habet, l. 1. & D. de excusat. d. l. non solùm, in princ. & §. 1. & §. annus.

Tit. LXV. De excusationibus veteranorum.

I. 2. 3. ij. | *II. 3. 4. 5.*

VEterani sunt, qui legitima viginti annorum 1 stipendia confecerunt: quibus cõfectis honestam dimissionem merentur. Nam missionum, quibus milites soluuntur militia, quinque sunt genera, quia totidem sunt earum causæ. I. Honesta, quæ legitimis stipendiis confectis, vel beneficio principis ante ea confecta tribuitur. I I. Causaria, quæ propter aduersam valetudinem, id est, animi vel corporis vitium laboribus militiæ liberat. I I I. Ignominiosa, cùm quis propter delictum sacramento soluitur. I V. Cùm quis euitandorum munerum causa, à quibus milites (vt constat ex l. penultim. infr. quan. prouo. non est necess. & l. vltim. infr. de his qui non imple. stipen. sacram. solut. sunt.) immunitate fruuntur, nomen militiæ dedit. V. Cùm quis litem habens, ideo militiæ se dedit, vt sub obtentu militiæ pratiosiorem se aduersario faceret, D. de his qui not. infam. l. 2. §. ignominiæ, & de re militari, l. 4. §. non omnis, l. milites agrum. 13. §. missionum. Ergo veteranis, qui legitima stipendia compleuerunt, varia priuilegia conceduntur, & inter cætera à tutelis & curationibus excusantur. De hac veteranorum excusatione quatuor quæstiones hoc titulo deciduntur. ¶ Primò quæritur, quinam excusen- 2 tur? Duo requiruntur, vt aliquis hoc titulo fruatur. I. Vt honestam, vel causariam, non ignominiosam missionẽ obtinuerit, l. 1. & D. de excusat. l. 8. §. 1. & §. ita autem. nã qui ignominiosè dimissi sunt, non excusantur, nisi a tutelis in vrbe gerendis, propterea quod in vrbe morari non possunt, d. l. 8. §. scribit. Reliqui etiam, qui litis causa, vel munerum vitandorum gratia, nomen militiæ dederunt, ideoque missi sunt, excusationem mereri non videntur. I I. Vt viginti annorum stipendia confecerit, l. 1. videlicet vt in perpetuum excusetur: nam qui etiis dimissus est, aut nullo modo, aut tantùm ad tempus excusatur: etenim qui intra quinquennium militia solutus est, non excusatur: qui post quinquẽnium, immunitatem habet vnius anni; qui post octo annos, biennij: qui post duodecim annos, triennij: qui post sexdecim, quadriennij: qui verò post viginti, in perpetuum: vt dixi, excusatur, d. l. 8. §. qui autem intra. ¶ Se- 3 cundò quæritur, à quorum tutela excusentur? Respondetur per distinctionem inter filios commilitonum seu conueteranorum, & alios quoscumque siue paganos, siue commilitonum, aut conueteranorum nepotes. Nam ab horum tutela & cura omnino excusantur: ab illorum verò tutela vel cura non excusantur, nisi quamdiu tutelam vel curam gerunt: vnam enim eiusmodi personarum, non plures simul suscipere compelluntur, l. 2. & D. de excusat. d. l. 8. in princip. & §. quæsitum. ¶ Tertiò quæritur, intra quod tempus se excu- 4 sare possunt? Respondetur, eos debere excusationem suam proponere intra solemnia tempora, d. l. 2. quæ exposui supr. de excusat. §. 20. ¶ Quartò quæritur, apud 5 quem debeant excusationem suam proponere? Respondetur, excusationem proponendam esse apud iudicem competentem, d. l. 2.

Tit. LXVI. Qui numero liberorum se excusant. 1

I. 2. 3. iij. 3. | *II. 2 3. 4.*

Dux

1 DVæ quæstiones hoc titulo dissoluuntur, qui-
2 bus tertiam adiiciam. ¶ Primò quæritur, qui
liberi prosint parenti, vt à tutela vel cura ex-
cusetur? Vt autẽ ad hoc prosint, plura requiruntur. I. Vt
sint filij seu filiæ, vel nepotes seu neptes ex filio defun-
cto. Nam nepotes ex filia nõ prosunt auo materno, sed
patri suo, vel auo paterno. Ac nepotes ex filio supersti-
te non prosunt auo, sed patri suo, l. 2. & D. de excus. l. 2.
§. non solum. & Inst. eod. vers. item nepotes. II. Vt eo
tempore, quo eorum parens tutor datur, nati & super-
stites sint: quia neque hi, qui sunt in vtero, prosunt, ne-
que iam mortui, nisi pro patria pugnantes in acie ce-
ciderint, l. 1. & 2. & D. de excus. d. l. 2. §. oportet, §. qui
autem, & §. numerũ, & l. bello. 18. & Inst. eod. vers. filij
autem. III. Vt sint legitimi & naturales: non tamen
refert, verùm sint emancipati, an in potestate retenti,
D. eod. d. l. 2. §. legitimos, & Instit. eo. in princ. Adoptiui
autem non prosunt: sed dati in adoptionem, patri suo
naturali prosunt, Inst. eo. vers. sed adoptiui. Item hi, de
3 quorum statu dubitatur, non prosunt, l. 1. ¶ Secundò
quæritur, quot liberi excusent? Hîc notentur duæ re-
gulæ. I. Romæ tres, in Italia quatuor, in prouinciis
quinque liberi excusant, l. 1. & Inst. de excus. in princ.
II. Nepotes, vel neptes ex filio defuncto locum eius
supplent, & in eius locum succedunt: idcirco quot-
quot ex vno filio sunt, pro vno computantur, D. eo. d. l.
4 2. §. non solùm, & Inst. eod. vers. item nepotes. ¶ Tertiò
quæris, à qua tutela, vel curatione excusent? Respõdeo
à quacumque excusare, siue sit testamentaria, siue legi-
tima, siue datiua, D. de excusat. d. l. 2. §. hoc autem, & l.
pen. §. si à prætore. & ab aliis quoq; muneribus perso-
nalibus, infr. de his qui num. liber. l. 3. pen. & vlt. & Inst.
de excusat. vers. si enim. Excipitur tutela filij. Finge ali-
quem habere tres filios, ex his vnum emancipatum,
eius ætatis, vt curatorem accipere debeat: ab aliorum
quidem tutelis & curationibus excusabitur, sed à filij
sui curatione se excusare non debet, D. eod. l. amicissi-
mos. 36. §. 1.

Tit. LXVII. Qui morbo.

1 MOrbum Sabinus definiuit, habitum cuius-
que corporis contra naturam, qui vsum eius
ad id facit deteriorem, cuius causâ natura
nobis eius corporis sanitatem dedit. Id au-
tem alias in toto corpore, alias in parte accidere dixit:
morbum autem à vitio differre, quia balbus sit potiùs
vitiosus, quàm morbosus. Hanc Sabini doctrinam re-
fert, non probat Vlpianus, D. de ædil. edic. l. 1. §. sed
sciendum. Nos cum Galeno morbum definiamus af-
fectum præter naturam, qui actiones lædit, siue impe-
2 dit. ¶ Sicut igitur actiones partim tribuuntur toti cor-
pori, partim corporis parti, partim animæ: ita tria sunt
morborum genera. Quidam sunt morbi totius corpo-
ris, vt febris: alij partis corporis, vt cæcitas: alij animi,
vt insania. ¶ Hos omnes morbos à tutela, vel cura ex-
3 cusare ostendit l. vnic. h. t. in qua proponuntur tres
partium morbi, cæcitas, surditas, & muti vitium: vnus
animi, nempe furor: vnus totius corporis, perpetua va-
letudo. Quæ omnia exempla proponuntur etiam in l.
4 post susceptam. 40. in princ. ¶ De aduersa valetudine
tria notentur. I. Ita demum excusat, si talis sit, vt admi-
nistrationi sit impedimento, D. de excusat. l. non solùm.
10. §. vlt. & Inst. eo. §. item propter aduersam. II. Non
solùm à tutela suscipienda excusat, sed etiam à susce-
pta, D. eo. l. & non tantùm. 11. & d. l. post susceptam. in
princ. III. Perpetuus morbus excusat in perpetuum,
temporalis ad tempus, D. eo. l. idem Vlpianus. 12. in
princ. & interim curator loco valetudinarij ad tem-
pus excusati datur, d. l. non solum. §. vlt.

Tit. LXVIII. Qui ætate.

TVtelas, vel curationes gerere tenentur, qui 1
sunt maiores 25. annis, minores 70. Nam
minores 25. cùm aliorum tutela, vel cura
egeant, ne quidem volentes ad tutelam vel
curam aliorum gerendam admittuntur, ideóque non
egent excusatione, sup. de legit. tut. l. vlt. & Inst. de ex-
cusat. §. item maior. quamdiu scilicèt minores sunt: nã
cùm minori tutela, vel cura iniungitur, tunc eam reci-
piet, cùm ad legitimam ætatem peruenerit, & inte-
rim curator loco eius datur, D. eo. l. non solùm. 10. §. si
libertus. & Inst. qui testam. tuto. da. poss. §. furiosus. Ma-
iores autem 70. annis excusantur, l. vnic. & Inst. de ex-
cusat. d. §. item maior. exemplo valetudinariorum, de
quibus superiori tit. diximus: quia senectus idem facit,
quod morbus: ac non ineleganter dici potest senectu-
tem esse morbum naturalem, morbũ esse senectutem
adscititiam, Aristot. lib. 5. de generat. animal. cap. 4.

Tit. LXIX. Qui numero tutelarum.

VT numerus tutelarum, vel curationum à 1
noua tutela vel cura excuset, multa requi-
runtur. I. Sint tres tutelæ vel curæ, l. vnic.
id est, tres tutelæ, vel tres curæ, vel duæ tu-
telæ, & vna cura, vel vna tutela & duæ curæ, D. de ex-
cusat. l. 2. §. vlt. Quod ita accipi oportet, vt tria sint one-
ra: nam tres tutelæ trium fratrum indiuisum patrimo-
nium habentium, pro vna computantur, D. eod. l. 3. &
Inst. eod. §. item tria. & patrimonium pupilli ita amplũ
& diffusum esse potest, vt eius tutela periinde excuset,
ac si tres tutelæ essent, D. eo. l. si is qui. 31. §. vlt. Deni-
que non tam spectamus numerum tutelarum, quàm
onerum. Vnde tutelas non administrationis causa, sed
perfunctoriè susceptas (vt cùm honoris, vel notitiæ
causa tutor constitutus est, D. de adm. tutor. l. 3. §. cæte-
ri. & de solut. l. quòd si fortè. 14. §. 1.) non excusare con-
stat. l. vnic. II. Hæc tria onera sint in eadem domo: nec
refert, vtrùm omnia incumbant patri, an omnia filio,
vel partim patri, partim filio: nam onera patris excu-
sant filium, & onera filij, quæ voluntate patris subit,
excusant patrem, D. eo. l. 4. §. si pater. & l. seq. III. Non
sint affectatæ: nam qui sciens sibi impositum iri aliquã
tutelam, aliam captauit, vt ab illa excusaretur, excusa-
tionem non meretur, Inst. eo. d. §. item tria. IV. Non
sint finitæ. Nam tutela vel cura finita, etiam si rationes
eius nondum redditæ sint, non excusat, l. vnic. Idem
est, si prope finem sit. Nam si tantùm sex menses dura-
tura est, vt quia pupillus tanto tempore ad pubertatẽ
perueniet, non magis excusat, quàm si iam finita esset,
D. de excusat. l. non tantùm. 17. in princ. ¶ Nota pri- 2
mù, numerum tutelarum vel curationum à noua tute-
la, vel curatione excusare, non ab aliis muneribus ciui-
libus, infr. de excusat. muner. l. 1. ¶ Nota secundò, duas 3
causas imperfectas, licèt coniungantur, tamen non ex-
cusare: veluti si quis duos filios habeat, & duas tutelas
administret, l. vn. vers. sed imperfectæ.

Tit. LXX. De curatore furiosi, vel prodigi.

I. 1. 13. j.
II. 1. 17.
III. 8. 18.
IV. 15.
V. 5. ij.
VI. 13. ij.
VII. p. 13. iij.
§. j. 13. iij.
§. sin verò. 16. j.
§. sin autem ex aliis. 16. ij iij.
§. sed cum antiquitas 14. ij.
§. & si quidem. 4 j. ij. 14. j ij. iij. iv. 19. ij.
§. sin autẽ testamentũ. 5. j. 7. j. 9. 10. 11. 14. j. ij iij. iv. 19. ij.
§. talis. 14 iij. 16. iv.
§. sin autem in furore. 16. iv.
§. sin autem ipse.
§. pen. 7. ij. iij.
§. vlt. 9. 11. 14. ij.



1 Vm dictum sit de iis, qui ratione ætatis
accipiunt tutores, vel curatores: conse-
quenter dicendum de his, qui ratione
morbi, seu vitij accipiunt curatores. Ete-
nim curatores dantur, non solùm minori-
bus 25. annis, sed etiam maioribus, qui rebus suis su-
peresse non possunt, D. h. t, l. 2. vel propter corporis
morbum, vt quia muti, aut surdi sunt, aut perpetuo
morbo laborant, Inst. de cur. §. sed & mente captis, vel
propter animi vitium, vt quia sunt furiosi, vel prodigi,
de quibus in hac rubr. dicendum proponitur: sola au-
tem l. 1. de prodigis loquitur, sed omnes leges huius ti-
tuli de furiosis pertractant. Furiosorum appellatione
continentur etiam mẽte capti, l. 2. quamuis propriè lo-
quendo distinguantur, Instit. de curat. §. furiosi. & §. seq.
quia furiosus stimulis furoris agitatur, l. pen. vers. sin
autem. mente captus verò sine furore desipit, ac fatuus
est, D. de postul. l. 2.

2 ¶ Cùm autem curator, vel testamento, vel lege,
vel à magistratu detur: primùm de his singulis spe-
cialiter dicetur, mox quædam omnibus commu-
nia enarrabuntur. Testamento dari intellige, non
quòd datio valeat ipso iure, sed quia confirmatur à
magistratu, D. h. t. l. vlt. in princ. & Instit. de curat. §. 1.
Nam testamento datus, & à magistratu confirmatus,
non inter datiuos, sed inter testamentarios connume-
rari debet: alioquin testamentaria datio non confirma-
retur: proinde tamquàm testamentarij præferuntur le-
gitimis, quibus datiui cedũt. Hinc est, quòd tit. de con-
firmando tutore, tam in D. quàm in C. præfertur titu-
lo de legitimis tutoribus, seu de legitima tutela.

3 ¶ Hic titulus diuiditur in quatuor capita. ¶ Primo
4 capite de curatore testamentario duo specialiter tra-
duntur. I. Curator, quem parens liberis vtriusque se-
xus furiosis, siue heredibus institutis, siue exhere-
datis in testamento dedit, ad curationem admittitur,
l. vlt. §. & si quidem. non quia datio curatoris testa-
mentaria ipso iure teneat, sed quia cõfirmatur decreto
prætoris, vel præsidis, vt modò exposui. II. Non te-
netur satisdare rem pupilli saluam fore, quia iudicio
patris idoneus electus est, d. l. vlt. §. & si quidem. &
5 Institut. de satisd. tutor. in princip. ¶ Secundo capite
agitur de curatore legitimo. Nam curatore testamen-
tario cessante, putà quia furiosi parens testamentum
non fecit, ad legitimam curationem vocatur. I. Ex lege
xij. tabularum adgnatus proximus, d. l. vlt. §. sin autem
testamentum. & Inst. de curator. §. furiosi. II. Ex con-
6 stitutione Anastasij frater emancipatus, l. 5. ¶ Tertio
capite de curatore datiuo deciduntur quinque quæ-
7 stiones. ¶ Primò quæritur, quibus casibus detur? Tres
casus proponuntur, quibus dari debet. I. Si furiosi pa-
rens testamentum non fecerit, d. l. vlt. §. sin autem te-
stamentum. quod dictum latè accipi debet, vt perin-
de sit, ac si Imperator diceret, curatorem furioso dari à
à magistratu, quotiescumque nullus est curator testa-
mentarius, vel quia parens testamentum non fecit, vel
quia in testamento nullum curatorem dedit, vel quia
curator in testamento datus, viuo testatore decessit,
Inst. de curator. §. quod autem. II. Si datus curator de-
cessetit. III. Si datus curator remotus sit tanquàm su-
spectus: his enim casibus alius in eius locum subroga-
tur, d. l. vlt. §. pen. Nec dubitandũ, quin idem obtineat,
si curator vel testamentarius, vel legitimus decesserit,
remotúsve sit. Addi facilè potest IV. Casus, si legiti-
8 mus curator excusatus sit. ¶ Secundò quæritur, quis
petere debeat, vt curator furioso detur? Ad hanc quæ-
stionem referenda est l. 3. quæ hoc onus iniungit filio
9 furiosi. ¶ Tertiò quæritur, quis curatorem det? Furio-
so curatorem dat in vrbe præfectus in senatu, si furio-
sus sit nobilis persona: vel solus, si furiosus nobilis non
sit: in prouincia præses, episcopo, ac trib. primatib. præ-
sentib. d. l. vlt. §. sin autem testamentum. quam consti-
tutionem in futuris tantùm casibus obtinere iubet Im-
perator in §. vltim. Porrò cùm alij sint primates curiæ,
alij primates plebis, vt exposui supr. de episc. audien. §.
8. artic. 18. omnino videtur hic locus esse accipiendus
de primatibus curiæ. ¶ Quartò quæritur, quis detur? 10
Respondetur, dandum esse curatorem, qui sit optimæ
atque integræ existimationis, d. l. vltim. §. sin autem te-
stamentum. ¶ Quintò quæritur, quomodò detur? Hic 11
tria præscribuntur. I. Vt curator detur ex inquisitio-
ne. II. Vt ita demum iubeatur satisdare rem furiosi
saluam fore, si substantiam idoneam non possideat.
III. Vt creatio celebretur propositis sacris scripturis,
d. l. vlt. §. sin autem testamentum. quam obseruationem
in futuris tantum casibus Imperator requirit, d. l. vlt.
§. vltim.

¶ Quarto capite proponuntur, quæ omnibus dictis 12
curatoribus, id est, testamentariis, legitimis, & datiuis
communia sunt. Hic tres quæstiones deciduntur. ¶ Pri- 13
ma quæstio est, quinam ratione furoris, vel prodigali-
tatis accipiant curatorem? Hic dantur tres regulæ.
I. Curator datur furiosis, vel prodigis perfectæ æta-
tis, l. 1. & Instit. de curat. §. furiosi. quia si minores sint
25. annis, curatorem accipiunt ratione ætatis, non ra-
tione prodigalitatis, vel furoris, D. de tutelis. l. 3. §. 1.
II. Qui dilucida habet interualla, perpetuò in curatio-
ne est, sed auctoritas curatoris tempore dilucidi inter-
ualli nulla est, l. 6. III. Qui est in potestate parentis,
curatorem habere non potest: sed parens, dùm viuit,
omnia administrat, d. l. vlt. in princ. ac motiens potest
secundum Iustinianeam constitutionem (quæ est l. hu-
manitatis. 9. infr. de impub. & al. substit.) furioso substi-
tuere quasi pupillariter, d. l. vlt. §. 1. ¶ Secunda quæstio 14
est de officio & potestate curatoris, I. In iurando, siue
enim à testatore, siue à lege, siue à magistratu curator
datus sit: in vrbe apud præfectum vrbi, in prouincia
apud præsidem, episcopo & tribus primatibus præsen-
tibus, (intellige primates curię, vt supr. notaui) actísque
interueniẽtibus, ac tactis sacrosanctis scripturis iurare
debet se omnia rectè, & ex vtilitate furiosi acturum; &
neque omissurum ea, quæ furioso vtilia putauerit; ne-
que admissurum ea, quæ inutilia existimauerit, d. l. vlt.
§. & si quidem. & §. sin autem testamentum. II. In sa-
tisdando rem furiosi saluam fore. Hic, reprobato iure
antiquo, quod obscurum & implicatum erat, d. l. vltim.
§. sed cùm antiquitas. Iustinianus constituit, vt testa-
mento curator datus non satisdet, d. l. vlt. §. & si qui-
dem. legitimus autem, vel datiuus, si idoneam habeat
substantiam, similiter non satisdet. Si verò minus in
bonis habeat, ab eo satisdatio, quoad eius fieri possit,
exigatur, d. l. vlt. §. sin autem testamentum. hæcque in
futuris casibus obseruari iussit, d. l. vlt. §. vlt. III. In in-
uentario faciendo. Siue enim sit curator testamenta-
rius, siue legitimus, siue datiuus, inuentarium rerum
ad furiosum pertinentium publicè & accuratè fieri
debet, d. l. vltim. §. etsi quidem. & §. seq. Quin etiam ea,
quæ post administrationem susceptam furioso acqui-
runtur, in inuentarium conferri debent, d. l. vlt. §. tali.
IV. In administrando. vbi generaliter obseruare debet,
ne furioso vtilia prætermittat, néve inutilia admittat,
d. l. vlt. §. & si quidem. vers. & actis. & §. sin autem te-
stamentum. vers. ipso autem. Specialiter autem obser-
uare debet, vt rectè se gerat in defendendo, in acqui-
rendo, in alienando, & in restitutione petenda: de qui-
bus singulis diligentiùs dispiciamus.

¶ In primis non ad furiosi matrem, sed ad curato- 15
rem defensio pertinet: quare si furiosæ mater ali-
qua instrumenta cum genero fecerit, isque deinde
diuortium fecerit, instrumenta illa furiosæ non
nocent,

nocent, l. 4. Vbi ex MM.SS. legendum, *repudiante furiosam sui iuris constitutam marito.* nam vulgata lectio, *repudiante furiosa sui iuris constituta maritum*, non solùm falsam sententiam continet, sed etiam ipsis verbis cótextus contrariam; siquidem in contextu dicitur, diuortium tantùm à viro, qui sanæ mentis est, fieri posse,
16 non à muliere furiosa. ¶ De his autem, quæ furioso sui iuris constituto acquiruntur, notentur sequentes regulæ. I. Pareoti suus heres existit ipso iure, d. l. vlt. §. sio verò. nec est opus auctoritate curatoris, Inst. de hered. quæ ab intest. defer. §. sui autem heredes fiunt. II. Furiusus extranei hereditatem adire, vel bonorum possessionem petere oequit, d. l. vlt. §. sin autem ex alia. III. Curator furiosi pro eo booorum possessionem petere potest, ac debet, d. §. sin autem ex alia. IV. Quicquid ad furiosum quocumque titulo peruenit, curatori committitur, & in inuentarium confertur, d. l. vlt. §. tali. Exitus autem hic est: Aut furiosos resipiscit, aut in furore moritur. Si resipiscat, & acquisitionem admittat, omnia ei à curatore restituuntur, d. §. tali. Sin autem respuat, hæc ab eius bonis omnino separantur, & perinde habeutur, ac si ad furiosum deuoluta non fuissent. Vbi notandum, si hereditas à furioso repudietur, eam vel sobstituto deferri, vel ab intestato his, qui mortis furiosi tempore propinquiores sunt ei, ad cuius bona vocantur: vel denique, aliis deficientibus, deferri fisco. Si verò in furore moriatur, distinguendum inter hereditatem, & legata ac fideicommissa: quia hæc merum lucrum continent, illa etiam onera complectitur. Itaque hereditas separatur à bonis furiosi, & aliis defertur, quibus à sanæ mentis facto repudiatam deferri diximus: legata verò & fideicommissa aliis furiosi bonis adiunguntur, d. l. vltim. §. sio autem in furore.

17 ¶ De alienatione sciendum est, orationem Seueri, qua prohibitũ fuit, ne res minorum immobiles alienentur sine decreto prætoris vel præsidis, productá esse ad res furiosi. Quocirca fundus furiosi pignori obligari sine decreto non potest. Sed si ob pecuniam in rem furiosi mutuò sumptam, pignori nexus sit, & ea pecunia sit in rem furiosi versa, efficax est actio personalis contra furiosum, ne cum iactura aliena locupletetur: nec nocet huic actioni, quòd pignus non tenet: quia principalis obligatio ab accessoria non pendet, & principalis vtilis per accessoriam inutilem non vitiatur, l. 2. Sed hae
18 de re plura dicentur tit. seq. ¶ Denique si quid malè gestum in furiosi oegotiis curator deprehendat, id in pristinum restitui petet, l. 3. vbi dicitur per curatorem restitui, quod per iudicem curatore postulante restituitur. Sic actor dicitur condemnare, qui sententiam condemnatoriam contra reum obtinet, D. de his qui not. infam. l. 6. §. mandati. & administr. tut. l. 2. in princ. & is dicitur tutorem tamquam suspectum remouere, quo accusante iudex remouet, supr. de suspect. tutor. l. 6. In eadem l. 3. dicitur restitui causâ cognitâ: quoniam omnis restitutio causæ cognitionem desiderat, D. de in integr. restit. l. 3. Hæc autem restitutio petitur ex generali clausula, D. ex quib. caus. maio. l. 1. in fio.

19 ¶ Tertia quæstio est, quis sit effectus susceptæ à curatore administrationis. I. Curator officio suo rectè fungi debet, de quo proximè dictum fuit. II. Eius bona sunt tacitè furioso obligata, l. vltim. §. etsi quidem. & §. seq.

Tit. LXXI. De prædiis, & aliis rebus minorum sine decreto non alienandis, vel obligandis.

I. 8. *j. ij.*
II. 7. j. 8. j. 10. j.
III. 7. j. 10. *j.*
IV. 10. j. *ij. vj. vij. viij.* 15.

Anal. Cod.

ij. iv.
V. 9. 14.
VI. 10. j. 11.
VII. 10. *iij.*
VIII. 10. *ij.* 15. j. *ij. iv.*
IX. 7. j. 10. j. 15. j. *iij.*
X. 15. *ij.*
XI. 7. *iij.* 10. j. 13. 15. j *ij.*
XII. 10. j. 11.
XIII. 4. *ij.*
XIV. 15. *ij.*
XV. 7. *iij.* 10. *iv.* 15. *ij.*
XVI. 7. *ij. iij.* 15. *ij. iv.*
XVII. 4. *iij.* 8. *iij.*
XVIII. 10. j. 11.

Postquàm seorsum de diuersis tutorom, & 1
curatorum generibus tractatum fuit, deinceps duo illis omnibus communia declarantur: nempe decretum in reb. alienandis, vel obligandis interponendum, & actio subsidiaria: sed de hac dicetur titulo vlt. nunc de decreto dicamus, quod hæc rubrica requirit in prædiis (id est, rebus immobilibus,) & aliis rebus (subaudi, mobilibus, quæ seruando seruari possunt, supr. de admin. tut. l. lex quæ. 22.) minorum (id est, pupillorum, vel adolescentium in tutela, vel curatione constitutorum: supple, & aliarum personarum, quæ in curatione sunt) alienandis, vel obligandis: quamuis enim alienationis vocabulo latè sumpto, etiam obligatio, id est, pignoris nexus cótineatur, supr. de reb. alien non alieu. l. vlt. tamen propriè loquendo distinguuntur, quoniam alienatio translationem dominij significat, vt Instit. quib. alien. lic. 10 princ. & alibi. Sed breuitatis studio in sequentibos appellatione alienationis etiam nexum pignoris complectar.

¶ Hoc titulo dissoluũtur tres quæstiones. I. An decre- 2
tum prætoris, vel præsidis in rebus minorum, & similium personarum sit necessarium. II. Quo modo decretũ interponi, & alienatio permitti debeat. III. Quo casu decretũ requiratur. IV. Quis sit effectus decreti
interpositi, vel omissi. ¶ Pro dissolutione primæ quæ- 3
stionis, notandæ sunt quinque circunstantiæ: res, quæ alienatur; persona cuius res alienatur; persona alieoans;
modus alienandi; & causa alienandi. ¶ Prima igitur 4
circunstantia spectatur in re alienata: de qua tria sunt notanda. I. Oratione Seueri, & senatusconsulto in eius sententiam facto cautum est, ne minorum prædia rustica, vel suburbaoa sine decreto prætoris causa cognita interposito alienentur, vel obligentur, D. h. t. l. 1. Idem cautum fuisse de mancipiis rusticis testatur Constantinus in l. lex quæ. 22. supr. de administr. tut. vbi hoc ius produxit ad prædia mancipiaque vrbana, necnon ad quascumque res mobiles, quæ seruando seruari possunt: alienari autem sine decreto permisit ea, quæ seruando seruari non possunt, vt vestes vsu detritas, seu corruptas: item animalia superuacua. II. Non solùm prædia, in quibus minores, vel furiosi, vel similes personæ plenum dominij ius habent, sed etiam emphyteutica alienari sioe decreto nequeunt, l. etiam. 13. vbi hoc generaliter statuitur tam de prædiis datis in emphyteusim à priuatis personis, quæ propriè vocantur emphyteutica, quàm à ciuitate, quæ appellantur vectigalia, D. si ager vectigal. id est, emphyt. petat. l. 1. siue à principe, quæ nominantur patrimonialia, quia dantur ex priuato patrimonio principis, infr. de fund. patrimon. l. possessores. 12. III. Si prædium inter minores commune sit, neque distrahi, neque diuidi sine decreto potest: at si minori & maiori sit commune, minore ad diuisionem prouocante decretom requiritur, maiore prouocante non est opus decreto, l. pen. & D. eod.
l. 1. §. & sunt. vers. si cómunis. ¶ Secuoda circunstantia 5
spectatur in ea persona, ad quam res alienanda pertinet. Sciendum est, orationem Seueri, & S.C. loqui tantùm de pupillis, d. l. 1. §. & sunt. vbi pupillorum appellatione cootinérur etiam adolescentes, quomodo pupilli vocabulũ alibi quoq; accipitur, vt sup. si sæp. in int. rest.

postul.l.a.& D.de ritu nuptiar.l.sciendum.ao. sed hoc
ius productum est etiam ad alias personas, quæ cura-
toribus subiici solent,vt furiosos & prodigos,supr. tit.
6 prox.l.2. ¶Tertia circumstantia in personis alienantib.
cernitur.Nam huc ius mudò obtinet,modò cessat, pro
7 diuersitate personarum alienantium. ¶ Decretum re-
quiritur, I. Cùm tutor vel curator alienat,l.a.l.3.l.& si
is. 9. II. Cùm pupillus tutore auctore, l. si prædium.
16. III. Cùm adolescens,l.si quidem.11.l.si minor.15.
8 & d.l.si prædium. ¶ Sed non est opus decreto, I.Cùm
pignus à creditoribus venditur, l. 1. & a. II. Cùm
ex causa iudicati pignus captum distrahitur, d.l. 1.
III. Cùm socios maior 25.annis minorem ad diuisio-
9 nem prouocat,l.pen. ¶ Quarta circumstantia est mo-
dus alienandi.Iam docui decretum requiri non solùm
in alienatione propriè dicta, sed etiam in obligatione,
seu nexu pignoris,vt hæc rubr.ostendit,l. 5. & expres-
sum est in oratione Seueri, D.eod.l.1. §.& sunt. Adde,
10 idem obtinere in resolutione donationis,l.7. ¶ Quin-
ta circunstantia est causa alienandi, Sciendum est, de-
cretum requiri, I. In venditione facienda,l.4.l.6. & l.si
quidem.11.Quod obtinet,etiamsi vẽdat curator,l. etsi
is. 9. idémque minoris pater,l.3.Item quamuis res pi-
gnori nexa vendatur,l.a.exceptis duob.casib.quos no-
taui supr.n.8.memb.1. & a.Item si ob æs alienum sol-
uendum vendatur, l.ob æs.12.& l. vlt. II. In donatio-
ne conferenda, l. 4.licèt propter nuptias donetur, vel
dotis causa,supr. de adm. tuto. l. lex quæ. 22.in princ.
& infr.si ma.fac.al.fac.si decr.l.vlt.§.cùm autem. (nam
dos quoq; appellatur donatio,sup.de donat.ant. nupt.
quamuis non sit gratuita,sed propter onera matrimo-
nij detur,supr.de iur.dot.l.pro oneribus. 20. & D.eod.
l.si is qui.56.§.1.& de pact.dot.l.cum pater.11.ideóque
inter causas onerosas connumeretur, D. de oblig. &
action.l.ex promissione.19.) vel spõsaliorum nomine,
quod munus sponsalitium vocatur,l.prædia.8.Simplex
autem donatio rerum ad minorem pertinentium, ne
quidem cum decreto valet,infr.si maior fact.alien.rat.
hab.l.vlt. §. cùm autem. III. In donatione minori fa-
cta resoluenda,vt paulò antè notaui. IV. In datione in
solutum, l.si minor. 15. V. In rei communis diuisione,
nisi maior minorem ad diuisionem prouocet.vide sup.
num.4.membr.3.VI. In transactione. VII. In permu-
tatione. VIII. In alio quouis alienandi modo, l. 4.
Absoluta est prima quæstio, an decretum sit necessa-
11 rium. ¶ Secunda quæstio est,quomodò permitti alie-
natio debeat?Respondetur, hoc non posse fieri per li-
bellum, quia causæ cognitionem requirit: opus igitur
est,vt apud acta causis alienationis probatis,decretum
legitimè interponatur,l.6.l.ob æs.12. (vbi partic. *tan-
tùm* cum sequentib.illis verbis,*causa cognita*, non cum
præcedentib. *ob æs alienum* coniungi debet) & l.vltim.
quæcumque enim causæ cognitionem desiderant,non
possunt expediri per libellum, sed requirũt decretum,
D.de offic.proconf.l.nec quicquam. 9.§.1. Hoc decre-
tum in prouincia interponitur à præside, in vrbe à
prætore,d.l.6.d.l.ob æs.Hic prętor vocatur Constanti-
nianus in l. vlt. quæ ad Constantinopolin pertinet, in
qua vrbe sub Constantino tres prætores fuerunt, Fla-
uianus, Constantinianus, & triomphalis, C. Th. de
prætorib. l. 5. Sub Constantio quinque, quorum pri-
mus vocatur Constantinianus,tertius Flauialis, C.Th.
eod.l.ex quinque.13.Non dubito,quin ex his quinque
vnus à Constantio introductus, vocatus sit Constan-
tianus,C.Th.eod.tit.l praetores. 25. Sub Valentiniano
fuerunt quatuor,C. Theo. l.ineundi. 20.Sub Gratiano
octo,Constantinianus,Constantianus,Theodosianus,
Arcadianus,triumphalis,Augustalis,Romanus,laurea-
tus, d. l. prætores.Sed Valentinianus Iunior tres tan-
tummodò prætores creari iussit, cuius constitorio à
Iustiniano in Codicem relata est,supr.de offic. prætor.
2. Horum igitur trium vnus fuit Constantinianus, d.
l.vlt.alij duo fortasse fuerunt Flauialis & triumphalis:
quoniam Valentinianus veterem prætorum nume-
rum restituit.Romæ autem duo prætores erant,infr.de
appellat.l.si apud.17.nempe prætor vrbanus,qui inter
ciues Romanos ius dicebat:& prætor peregrinus, qui
ius dicebat inter peregrinos,vel inter ciuem Romanũ
& peregrinum,D.de orig.iur.l. 2. §. cùmque consules.
& §.seq.&de dolo.l.si quis affirmauit.5.§.pen.Theoph.
in §.prætorum.Instit.de iure natura. ¶ Tertia quæstio 12
est,cùm decretum requiritur, quis sit effectus decreti
interpositi, vel omissi? ¶ Decreto rectè interposito, 13
alienatio tenet:sed si minor sit læsus, purà quia res vi-
li pretio distracta sit, causa cognita, ex tit.de minorib.
in integrum restituetur,l. si quidem.11. ¶ Si verò de- 14
cretum falsis allegationibus impetratum sit, alienatio
non tenet,l.5. ¶ Denique si decretum omissum fuerit, 15
I. Alienatio rescinditur, l.& si is.9,Intellige rescissio-
nem facti,non iuris:quoniam alienatio iure prohiben-
te facta est,l.prædia.8.l.si quidem.11.& D.eo.l.1. pro-
inde ipso iure non valet, supr.de legib.l. 5.sed factum
rescinditur, dum restitutio eorum, quæ tradita sunt,
hinc inde fieri iubetur. II. Minor rei perperam alie-
natæ dominium retinet,d.l.prædia. d.l.si quidem. l. si
minor.15. & l.si prædium. 16. eámque vindicare po-
test,l.4.l.prædiorum.10.vnà cum fructibus,l.vtere.14.
& d. l. si prædium. quæ verò non extant,condici pos-
sunt,d.l.si prædium.Hæc est condictio,quæ ex rei con-
sumptione nascitur, D. de reb. cred.l.rogasti.11.§.vlt.
l.nam etsi fur.13.l.non omnis.19.§.1. III. Emptor pi-
gnora, quæ curator pro euictione ex rebus propriis
obligauit,actione hypothecaria persequi potest,d.l.etsi
is.9. IV. Minor rem vindicans, restituere inuicem te-
netur, quod ex pecunia emptoris in vtilitatem suam
versum est,cum vsuris,& sumptus necessarios vtilésve
ab emptore in eam rem factos,d.l.4.d.l.prædiorum, d.
l. si prædium. Quæ de minore dixi, eadem de cæteris
personis in curatione constitutis, vt furiosis,& prodi-
gis,intelligenda sunt.

Tit. LXXII. Quando decreto opus non sit.

I. ij.	*III. ij.*
II. iij.	*IV. j.*

Regula superioris tituli, qua dictum fuit, 1
alienationem rerum ad eos, qui in tutela
vel curatione sunt,pertinentium, non va-
lere sine decreto causa cognita interposi-
to,patitur aliquot exceptiones, quæ ad duo genera re-
feruntur: quandoque enim alienatio statim ab initio
valet:quia decreto non est opus: quandoque non va-
let,quia contra Seueri & senatus prohibitionem facta
est, sed ex pòst facto confirmatur. Decretum non re-
quiritur sequentibus casibus. I. Si res, quæ alienatur,
sit vestis detrita, vel animal superuacuum, vel quid-
uis aliud, quod seruando seruari non possit, l. vlt. &
supr.de admin.tut.l.lex quæ.22.§.vlt.vide sup.tit.prox.
num.4.II. Si alienatio fiat secundum voluntatem pa-
tris,vel testatoris,ex cuius bonis res ad minorem per-
uenit, l. 1. & l.3. III. Si princeps alienari permiserit:
quia permissio principis pro decreto habetur, l. 2. Hi
tres casus hoc tit.proponuntur. Quibus adde IV. Ca-
sum,vt qui tutorio vel curatorio nomine iudicium su-
scipit,rem minoris obligare possit pro cautione iudi-
catum solui,sup.de adm.tut.l.vlt.§.defensionem.

Tit. LXXIII. Si quis ignorans rem minoris esse, sine decreto comparauerit.

l. 2.

I. 2.	*III. 2.*
II. 2.	*IV. 2. 3. 4.*


1 Xpositi sunt casus, quibus alienatio re-
rum ad minores similésve personas per-
tinentiom, ab initio valet: sequuntur ca-
sus, quibus ex pòst facto confirmatur: qui
quidem duo sunt: alter enim spectatur in
eo, ad quem res transiit, temporis præscriptione mu-
nito: alter in ipso minore, qui maior factus, alienatio-
nem ratam habuit. De priori priùs dicamus: de qua
2 dissoluuntur quatuor quæstiones. ¶ Primò quæritur,
an is, qui rem minoris accepit, præscribere possit? Res-
pondetur, per distinctionem: quia si bona fide accepit,
ignorans rem esse minoris, vt quia tutor, vel curator
eam quasi suam vendit, præscriptio locum habet: nec
solùm is, qui à tutore, vel curatore emit, præscribere po-
test, l. 1. sed etiam secundus emptor, qui à primo empto-
re emit, l. 3. necnon qui emit à donatario, si forte tu-
tor, vel curator rem donauit, l. vlt. Qui verò mala fide
3 accepit, non præscribit, d. l. 1. ¶ Secundò quæritur,
quanto tempore præscribatur? Respondetur, per di-
stinctionem inter possidentem titulo oneroso, vt em-
ptorem; & possidētem titulo lucratiuo, vt donatarium.
Emptor præscribit quinquennio, infr. tit. prox. l. vlt. in
princ. etiamsi à donatario emerit, id est, ab eo, cui tutor
vel curator rem donauit, l. vlt. Donatarius præscribit
decennio aduersus præsentem, viginti annis aduersus
4 absentem, infr. tit. prox. l. vlt. §. cùm autem. ¶ Tertiò
quæritur, cōtra quem hæc præscriptio currat? Hic dan-
tur tres regulæ. I. Contra minorem, cuius res alienata
est, quamdiu est minor, non currit. II. Contra eundem,
ex quo maior factus est, currit. III. Contra heredem
pergit currere, si sit perfectæ ætatis, non si sit minor
25. annis. Finge rem filij minoris 25. annis venditam
esse contra senatusconsultum: deinde Titium de ea non
conquestum obiisse anno ætatis suæ vigesimo octa-
uo completo: iam igitur ex quinquennio, quo præscri-
ptio perficitur, triennium effluxit: biennium superest;
intra quod nisi heres Titij quæstionem moueat, præ-
scriptio complebitur. Sed finge hunc heredem esse
minorem 25. annis: certe hoc biennium interim non
currit, dum est minor: sed tum demū, cùm ad perfectam
5 ætatem peruenerit, l. vlt. & infr. tit. prox. l. vlt. ¶ Quartò
quæritur, si res non præscripta repetatur, quid sit resti-
tuendum? Respondetur, per distinctionem: quia malæ
fidei possessor rem restituit cum fructibus, bonæ fidei
possessor sine fructibus, l. 2. Dictum est de præscriptio-
ne: consequenter dicendum de ratihabitione.

Tit. LXXIV. Si maior factus, alienationem factam sine decreto ratam habuerit.

I. 4.	*III. in princ. 5.*
II. 2. 5.	*§. cum autem. 5.*


1 Lienatio rerum ad minorem pertinentium
facta contra senatusconsultum, id est, sine
decreto, etsi ab initio non valet, tamen ex
pòst facto confirmatur, si maior factus eam
ratam habuerit, vt hoc tit. exponitur, qui differt à tit.
45. lib. 2. vt species à genere: ille enim est de quocunq;
actu, quem maior factus ratum habuit: hic specialiter
2 agitur de alienatione sine decreto facta. ¶ Porrò du-
plex est confirmatio: nimirum expressa, & tacita; qua-
rum illa statim valet, hæc statuti temporis excursum re-
3 quirit, l. 2. ¶ De expressa nota primò, si quis per erro-
rem, id est, ignorans se læsum vltra dimidiam iusti pre-
tij, venditionem ratam habuerit: in arbitrio esse empto-
ris, vtrùm malit iustum pretium supplere, an rem resti-
tuere, & pretium solutum recipere, l. 1. in cuius specie
ita contigit, vt res venderetur heredi, qui creditori mi-
noris successerat, siue eius heredis tutori: quare cùm
emptor deberet residuum iusti pretij, & inuicem ei ex
causa contractus fœneratitij deberetur, recte lex com-
pensationem vsque ad concurrentē quantitatem indu-
cit, si emptor rem emptam retinere velit: quòd si malit
rem restituere, & pretium recipere, iubet lex eum resti-
tuere rem cum fructibus: ei verò fœnebrem pecuniam
solui cum vsuris competentibus, id est, quæ intra mo-
dum lege definitum, supr. de vsur. Leos. 26. §. 1. promissę
stipulanti fuerunt, supr. eod. l. 3. ¶ Nota secundò diffe- 4
rentiam inter venditionem viliori pretio factam, quæ
ab initio valet, & posteà rescinditur ex l. 2. supr. de res-
cind. vend. & eam, quæ ab initio non valet, ac posteà per
errorem rata habetur: nam illo casu res restituitur sine
fructibus, secūdum communem Latinorū sententiam,
quam probaui in tract. de empt. & vend. num. 412. hoc
casu etiam fructus restituuntur, l. 1. videlicèt à malæ fi-
dei emptore, qui sciens rem esse minoris, emit sine de-
creto, supr. tit. prox. l. 2. Prætereà illo casu pretium re-
stituitur sine vsuris, d. num. 412. hoc casu de vsuris pre-
tij nihil statuitur: sed existimo fauore minoris ætatis
non esse vsuras restituendas, nisi eatenus, vt minor ex
iactura emptoris non fiat locupletior, D. de condict. in-
deb. l. nam hoc natura. 14. ¶ Tacita confirmatio fit, cùm 5
statuto tempore maior factus tacuit, l. 2. & sup. tit. prox.
l. 1. in fin. & l. 3. id est, toto quinquennio, si res vendita
sit, l. vlt. in princ. vel longo decem, aut viginti anno-
rum tempore, si res donata fuerit, d. l. vlt. §. cùm au-
tem. quia tanto tempore emptor præscribit, vt su-
periori titulo docui.

Tit. LXXV. De magistratibus conueniendis.

I. 2. 3. 5. j. 7. ij 8. j.	*IV. 2. 5. j.*
II. 5. ij.	*V. 2. 3. 5. j.*
III. 5. j 8. ij.	*VI. 6.*


Vm duo generaliter sint introducta, quò 1
magis ijs, qui in tutela vel curatione sunt,
prospiciatur, interpositio decreti, & actio
subsidiaria; dictumque hactenus sit de de-
creto; superest, vt de subsidiaria actione dicamus: de qua
dissoluendæ sunt quatuor quæstiones. ¶ Primò quæ- 2
ritur, qualis sit actio, quæ ex hoc titulo competit? Res-
pondetur, esse actionem vtilem subsidiariam, l. 1. 4. 5.
id est, vtilem actionem tutelæ, D. eod. l. vlt.
¶ Secundò quæritur, quibus detur? Respondetur, 3
dari his, quos ius in tutela, vel curatione esse voluit, vt
pupillis, & adolescentibus, l. 1. & 5.
¶ Tertiò quæritur, contra quos detur: Respondetur 4
per distinctionem inter tutelam vrbicam, & prouincia-
lem. ¶ In prouincia datur I. Contra magistratus mu- 5
nicipales, id est, duumuiros, qui tutorem vel curatorem
non idoneum dederunt, vel nominarunt, (modò nam-
que dant, modò præsidi nominant, vt ipse præses det,
supr. qui dat. tutor. vel curat. poss. l. 6.) nec idoneos fi-
deiussores acceperunt, l. 1. 3. 4. 5. Hinc sumpta est hæc
rubrica de magistratibus conueniendis. II. Contra di-
ctorum magistratuum heredes. Hi dolum & latam
culpam præstant, non negligentiam, siue ex sua perso-
na conueniantur, D. eod. l. 4. siue ex persona defuncti,
id est, nomine hereditario, l. 2.
¶ Romæ datur I. Contra scribam, qui non idoneum 6
fideiussorē accepit, l. vlt. II. Cōtra heredes scribę ex his
causis, ex quibus diximus dari contra heredes duumui-
rorum: quoniam eadem est ratio. ¶ Non datur autem 7

I. Contra maiores magistratus, (vt prætores, vel præsides) qui tantùm dare solent tutores, vel curatorem, non nominare, nec satisdationem exigere, D. eod. l. 1. §. 1. & Instit. de satisd. tutor. §. vlt. II. In ordinem decurionum, D. h. t. l. t. in princ. III. Aduersus fideiussores, qui magistratui tutorem, vel curatorem danti promiserunt hoc nomine indemnitatem: nam hi non tenentur dicta actione subsidiaria, sed actione ex stipulatu, quia ex sua promissione conueniuntur, vt & cæteri fideiussores: hæc ex stipulatu actio est directa; siue ipse magistratus agat, qui stipulatus est; siue pupillus actionem sibi à magistratu cessam moueat: si verò pupillus, non facta sibi a magistratu cessione agat, non est actio directa, sed vtilis, l. 1. ❡ Quartò quæritur, quæ beneficia magistratui subsidiaria actione conuento competant aduersus minorem? Duo beneficia ei dantur. I. Beneficium ordinis: quia priùs tutorem, vel curatorem, & eius heredes, ac fideiussores excutere oportet, quàm conueniantur hi, quos actione subsidiaria teneri diximus: in fideiussoribus autem excutiendis etiam reuocanda sunt per actionem Paulianam, quæ fraudulenter alienarunt, l. 1. II. Beneficium diuisionis, si ambo collegæ, qui tutorem, vel curatorem dederunt, seu nominarunt, soluendo sint, l. 3. Absolutus est tractatus de tutelis, & curationibus: quocum liber quintus Codicis simul finem accipit. 8

IVL. PACII A BERIGA I. C.
ANALYSIS LIBRI VI. CODICIS.

Tit. I. De seruis fugitiuis, & libertis, mancipiisq; ciuitatum artificibus, & ad diuersa opera deputatis, & ad rem priuatam, vel publicam pertinentibus.

I. 3.	*V. 7.*
II. 5.	*VI. 6.*
III. 4.	*VII. 9.*
IV. 6.	*VIII. 8.*

1 Ic sextus liber est de omnibus successionibus, tam ciuilibus, quàm prætoriis, & tam ex testamento, quàm ab intestato, & tam in bonis libertinorum, quàm ingenuorum. Quoniam igitur libertis lege duodecim tabularum succedebant patroni, initio huius libri totum ius patronatus consideratur: quod quidem tribus partibus constat: partim enim spectatur in operis, partim in bonorum successione, de qua hoc loco præcipuè agitur, partim in obsequiis. Ab operis incipiendum. Opera definitur, diurnum officium, D. de oper. libertor. l. 1. Debentur autem operæ vel à seruis, vel à libertis: vnde duo sunt separati tituli, alter de operis seruorum, alter de operis libertorum: quorum ille tantum in Digestis, hic etiam in Codice extat. Ab ingenuis hominibus præstari quidē sponte possunt, D. de vsufr. l. 3. vt à mercenariis, sed deberi non possunt, D. de obseq. paren. & patron. præstan. l. pen. & de fideiuss. l. si quis. 56. hoc est ingenuus, etsi potest operas suas certi temporis locare, supr. de locato. l. si hi. 22. vel promittere, D. de oper. libert. l. quotics. 24. tamen se alteri subiicere ita non potest, vt ab eo, cùm libuerit, operæ indicantur, sicut libertis indicuntur, & priusquàm indicantur, non debentur, D. eod. l. si quis hac lege. 13. §. iudicium. & d. l. quoties. Cùm hæc ita se habeant, in hac parte Codicis agitur ex professo de operis libertorum, & obiter propter tractatus affinitatem de operis seruorum. Ergo hic titulus ad seruorum, & libertorum operas respicit: de seruis enim fugitiuis ideò hic agitur; quatenus seruorum fuga dominis officit, quò minùs eis à seruis operæ præstentur.

2 ❡ Tres sunt tituli partes: quarum prima est de priuatorum hominum seruis fugitiuis: de quibus dantur quatuor regulæ.

❡ Prima regula est: Seruus fugitiuus sui furtum facit, proinde nec vsucapi, nec longo tempore præscribi potest, l. 1. & D. de furt. l. ancilla. 60. & Instirut. de vsucap. §. furtiuæ. Ne intelligas longi temporis præscriptionem cum titulo, quæ est species vsucapionis, & in solis rebus immobilibus locum habet, Instirut. de vsucap. in princip. sed præscriptionem sine titulo, quæ datur vel ei, qui seruum bona fide acceptum tamdiu possedit, infr. de præscript. long. temp. l. 2. vel ipsi seruo tamdiu bona fide in libertate morato, infr. de long. temp. præscript. quæ pro libert. l. 1. & 2. 3

❡ Secunda regula est: Si seruus fugitiuus ad barbaros transierit, grauiter punitur, ita vt vel pes ei amputetur, vel in metallum detur, vel alia graui pœna afficiatur, l. 3. Sed pœna abscissionis membri, præterquàm vnius manus, sublata est per Nouel. 134. capit. vltim. 4

❡ Tertia regula est: Ad officium præsidis pertinet, vt domini seruos suos fugitiuos requirere possint: ideóque si res exegerit, apparitorem eis dare debet: permittendum est enim dominis, vt in quæcumque prædia seruorum quærendorum gratia ingrediantur, & cubilia scrutentur, l. 2. & D. eod. l. 1. §. hoc senatusconsultum, & l. 3. ❡ Quarta regula est: Qui seruū fugitiuum sciens suscepit, punitur, vt explicatur in l. 4. quæ tantùm lectione eget. Si verò suscipiens contendat se esse dominum, vel cauerit, vt fugitiuus, quem recepit, in libertatem proclamet, de fugitiuo quæstio habetur veritatis eruendæ causa, l. 6. 5 6

❡ In secunda parte de seruis, aut libertis artificibus ad rempublicam pertinentibus, statuitur, vt in ea ciuitate, ad quam pertinent, omnino permaneant, nec valeat venditio, si exportandi veneant: nec solùm punitur, qui eos solicitauit, sed etiam defensor ciuitatis, qui rem neglexit, l. 5. ❡ In tertia parte de seruis publicis ad diuersa opera deputatis statuitur, vt si dominus alienis, & priuatarū ancillarum consortiis se adiunxerint: tam ipsi, quàm vxores eorum (quæ rectiùs vocantur contubernales, siquidem seruorum est contubernium, non matrimonium, supr. de inceft. nupt. l. 3.) & liberi confestim ad pristinam conditionem, & laborem retrahantur, l. vlt. ❡ Quarta pars est de seruis ad rem principis priuatam, vel publicam pertinentibus: nam alia est substantia principis publica, id est, fiscalis: alia priuata, supr. vbi senato. vel clariss. l. vlt. & infr. de quadrien. præscr. l. vlt. vers. sed scimus. Sed de seruis ad rem priuatam pertinentib. nihil hoc tit. specialiter traditur. De seruis autem fiscalibus est l. pen. vbi duodecim libris argenti multatur, qui seruum fiscalem occultauit. 7 8 9

Tit. II.

Tit. II. De furtis, & ſeruo corrupto.

I. 3.j.15.j.16.j.iv.	*XIV.* 14.j.16.ij.
II. 4.16 ij.	*XV.* 12. ij.
III. 13.iv.	*XVI.* 3. j.12.j.
IV. 17.18.	*XVII.* 16.v.
V. 4.	*XVIII.* 16.vj.
VI. 3.j.iv.	*XIX.* 3.j.iv.14.ij.
VII. 3.j.	*XX.* 16.vij.18.
VIII. 3.j. 5.12.j.15.ij.16.ij.	*XXI. in princ.* 13.j.16.ij.
IX. 6.16.iij.	§.j.13.ij.
X. 3.j.5.12.j.16.ij.iv.	*XXII.* 16.viij.
XI. 13.iv.14.ij.	*In princ.* 11.j ij.
XII. 3.j.5.12.j.14.j.iij.16 j.ij.	§.j.11.ij.14.j.16.ij.
XIII. 16.j ij.	§.*vlt.* 11.ij.13.iij.14.j.

1 NOn ſolùm ſi ſeruus fugerit, ſed etiam ſi ab aliquo ſurripiatur, vel corrumpatur, eius operis dominus non fruetur: cùm igitur de ſeruorum fuga dictum ſit, conſequenter dicendum proponitur de furtis, & ſeruo corrupto: & cùm ſeorſum ac diſtinctè de his duobus delictis tractatur, tum etiam inter ſe conferuntur, & ſimul conſiderantur.
2 Quocirca tres ſunt partes huius tituli. ¶ Prima pars
3 de furtis diuiditur in tria capita. ¶ Primum caput eſt de furto committendo. Vt furtum commiſſi dicatur, quatuor requiruntur. I. Vt res in furtum cadat, quod quidem rerum mobilium proprium eſt, D. de furt. l. verum. 25. in pr. & Inſtit. de vſucap. §. vnde. & §. quod autem. Appellatione autem mobilium intelligo etiam res ſe mouentes. Nam furtum fit, vel quantitatis, vt pecuniæ, l. 7. & l. falſus. 19. vel rei mobilis inanimæ, vt veſtimentorũ, Inſt. de oblig. quæ ex delict. §. item ſi fullo. vel rei ſe mouentis, vt gallinarum, anſerum, Inſtit. de rer. diu. §. gallinarum. ſerui, l. 6. & l. ſi ſeruum. 16. ancillæ, l. etiam. 8. l. ancillæ. 12. filijfamiliâs, Inſtit. de oblig. quæ ex delic. §. interdum etiam. II. Rei contrectio, D. de furt. l. ſi quis vxori. 52. §. neq; verbo. nec opus eſt, vt res amoueatur, ſed vt quoquo modo contrectetur, Inſtit. d. tit. §. furtum autem fit. Itaq; in l. theſauros. 15. D. ad exhib. intelligẽdum eſt, theſaurum non ſolùm non eſſe loco motum, ſed etiam non eſſe cõtrectatum: quod etſi initio legis non exprimitur, tamen ex ſequentib. & ex ratione iuris facilè ſuppletur: ferè enim theſaurum abſconditum contrectamus, vt eum eruamus, proinde loco moueamus. Et in d. l. 6. dum ait, *contrectet, vel apud ſe detinuerit*, diſiunctio poteſt accipi pro coniunctione, D. de verb. ſign. l. ſæpe 53. ſed malo referre ad præcedentia illa verba *vendiderit, ſeu donauerit, vel alio modo alienauerit*, quàm ad proximum verbum *contrectet*: quod & verborum tempora ſuadent, (alioquin debuiſſet dicere *detineat*, eodem tempore, quo *contrectet*) & ratio iuris confirmat. Legis igitur ſententia eſt, eum, qui ſeruum alienum contrectauit, furti teneri, ſiue eum alienauerit, ſiue detinuerit. Secundum hæc intelligere oportet, quod dicitur, furtum committi mancipiis ab-
1 ductis, vel venumdatis, d. l. etiam. & l. ſi abducta. 10. l. ſi ſeruum. 16. depoſitum recipiendo, vel æs alienum exigendo ſine domini voluntate, l. falſus. 19. vel re nummis alienis empta, l. 1. & cætera eiuſmodi, à quibus numquàm abeſt contrectatio. III. Voluntas furandi, Inſtit. de vſucap. §. vnde. & de oblig. quæ ex delic. §. placuit. Voluntas enim & propoſitum delinquentis maleficia diſtinguit, D. de furt. l. qui iniuriæ. 53. in princip. IV. Vt domino inuito res contrectetur, d. l. 6. d. l. falſus. 19. & Inſtitut. d. §. placuit.

4 ¶ Secundum caput eſt de ſuſpicione furti. Nam qui rem alienam detinet, ſi furti ſuſpicionem euitare vult, auctorem ſuum, à quo emit, laudare debet, alioquin, ſi à tranſeunte ignoto ſe emiſſe dicat, ſuſpicionem furti non vitat, l. 5. immo nec ſi à fure emit, l. 2. niſi ſcilicet oſtendat ſe bona fide emiſſe.

¶ Tertium caput eſt de effectibus furti. Primus ef- 5
fectus eſt, quòd res furtiua non poteſt vſucapi, antequàm vitium purgetur, id eſt, antequàm res in poteſtatem domini reuertatur, l. etiam. 8. l. ſi abducta. 10. quod & in partu ancillæ furtiuæ obtinet, ſi apud furem conceptus, vel ſaltem editus ſit. Secus eſt in eo, quem ancilla furtiua apud bonæ fidei poſſeſſorem concepit, & peperit, l. ancillæ. 12. & infr. de vſucap. pro emptore. l. 3. & D. de furtis. l. qui vas. 48. §. ancilla. ¶ Se- 6
cundus effectus eſt, quòd rei periculum ad furem ſpectat, quia fur ſemper eſt in mora, niſi oblatione moram purgauerit, l. ſubtracto. 9. & D. de condict. furti. l. in re. 8. in princ.

¶ Tertius effectus eſt actio furti, & condictio fur- 7
tiua: nam rei vindicatio, quæ cum his actionibus concurrit, non ex furto, ſed ex dominio oritur: ideóque in ea non ſpectatur, an ſit fur, qui conuenitur, ſed an poſſideat, Inſtit. de oblig. quæ ex delict. §. vlt. & de action. §. ſic itaque.

¶ De condictione furtiua dictum fuit ſupr. libr. 4. 8
titul. 8.

¶ De actione furti quatuor quæſtiones diſſoluun- 9
tur.

¶ Primò quæritur, cui, & contra quem hæc actio de- 10
tur? Hîc traduntur plura axiomata: quorum alia pertinent ad actorem, alia ad reum ſpectant, alia vtrique communia ſunt.

¶ De actore ſunt duo axiomata. I. Actio furti datur 11
ei, cuius intereſt rem non eſſe ſurreptã, l. vlt. in princip. & D. de furt. l. cuius. 10. nec quicquam refert, vtrùm ſit dominus, an non, Inſtit. de oblig. quæ ex delict. §. furti. Excipitur primò mulier, quæ ob rem dotalem ſurreptam non agit furti, licèt eius interſit rem non ſurripi: quoniam hæc actio datur marito, D. de furtis. l. interdum. 49. Excipitur ſecundò creditor, qui ob rem debitoris ſibi non pigneratam, ſi ſurrepta ſit, non agit furti, quamuis aliunde creditum ſeruare non poſſit, d. l. interdum. Excipitur tertiò is, cuius ex turpi cauſa intereſt, D. eod. l. tum is. 11. quia non debet ex ſua improbitate actionem conſequi: vt malæ fidei poſſeſſor, D. eod. l. itaque. 12. §. 1. & depoſitarius, qui in re depoſita dolum commiſit, D. eod. l. eum qui. 14. §. is autem. II. Re commodatario ſurrepta, electio datur domino, vtrùm commodati contra commodatarium, an furti contra furem agere velit: poſt electionem autem variare non poteſt, præterquàm vno caſu, quatenus ſi ignorans rem eſſe ſurreptam, commodati egerit, poſteà de furto certior factus poteſt cõmodatarium dimittere, & furem conuenire. Commodatarius autem furti non agit, niſi eum commodator elegerit, rem actione commodati repetens, l. vlt. in princ. Quòd verò commodatarius actione furti conſequitur, id domino, à quo commodatum accepit, reſtituere non tenetur, d. l. vlt. §. 1. Quid ſi rem ab extraneo commodatam vxor commodatarij ſurripuerit? Si maritus ſoluendo ſit, dominus maritum actione commodati, maritus vxorem non furti, ſed rerum amotarum conuenire poteſt, ſin autem ſoluendo non ſit, domino datur electio, vtrùm malit contra virum commodati, an contra mulierem furti agere: &, ſi contra virum commodati agat, ille contra vxorem rerum amotarum actionem habebit, d. l. vlt. §. vlt. Quod dixi, viro contra mulierem dari actionem rerum amotarum, intellige ſoluto matrimonio: quo ſtante non rerum amotarum agere, ſed rem condicere debet, D. rer. amotar. l. rerum quidem. 25.

¶ De reo ſunt duo axiomata. I. Non ſolùm qui ma- 12

 la fide

I. Contra maiores magistratus,(vt prætores, vel præsides) qui tantùm dare solent tutorem, vel curatorem, non nominare, nec satisdationem exigere, D. eod. l. 1. §. 1. & Instit. de satisd. tutor. §. vlt. II. In ordinem decurionum, D. h. t. l. 1. in princ. III. Aduersus fideiussores, qui magistratui tutorem, vel curatorem danti promiserunt hoc nomine indemnitatem: nam hi non tenentur dicta actione subsidiaria, sed actione ex stipulatu, quia ex sua promissione conueniuntur, vt & cæteri fideiussores: hæc ex stipulatu actio est directa; siue ipse magistratus agat, qui stipulatus est; siue pupillus actionem sibi à magistratu cessam moueat: si verò pupillus, non facta sibi a magistratu cessione agat, non est actio directa, sed vtilis, l. 1. ¶ Quartò quæritur, quæ benefi- 8
cia magistratui subsidiaria actione conuento competant aduersus minorem? Duo beneficia ei dantur. I. Beneficium ordinis: quia priùs tutorem, vel curatorem, & eius heredes, ac fideiussores excutere oportet, quàm conueniantur hi, quos actione subsidiaria teneri diximus: in fideiussoribus autem excutiendis etiam reuocanda sunt per actionem Paulianam, quæ fraudulenter alienarunt, l. 1. II. Beneficium diuisionis, si ambo collegæ, qui tutorem, vel curatorem dederunt, seu nominarunt, soluendo sint, l. 3. Absolutus est tractatus de tutelis, & curationibus: quocum liber quintus Codicis simul finem accipit.

IVL. PACII A BERIGA I. C.

ANALYSIS LIBRI VI. CODICIS.

Tit. I. De seruis fugitiuis, & libertis, mancipiisq́; ciuitatum artificibus, & ad diuersa opera deputatis, & ad rem priuatam, vel publicam pertinentibus.

I. 3.	*V. 7.*
II. 5.	*VI. 6.*
III. 4.	*VII. 9.*
IV. 6.	*VIII. 8.*

1 Ic sextus liber est de omnibus successionibus, tam ciuilibus, quàm prætoriis, & tam ex testamento, quàm ab intestato, & tam in bonis libertinorum, quàm ingenuorum. Quoniam igitur libertis lege duodecim tabularum succedebant patroni, initio huius libri totum ius patronatus considesatur: quod quidem tribus partibus constat: partim enim spectatur in operis, partim in bonorum successione, de qua hoc loco præcipuè agitur, partim in obsequiis. Ab operis incipiendum. Opera definitur, diurnum officium, D. de oper. libertor. l. 1. Debentur autem operæ vel à seruis, vel à libertis: vnde duo sunt separati tituli, alter de operis seruorum, alter de operis libertorum: quorum ille tantum in Digestis, hic etiam in Codice extat. Ab ingenuis hominibus præstari quidē sponte possunt, D. de vsufr. l. 3. vt à mercenariis, sed deberi non possunt, D. de obseq. parent. & patron. præstan. l. pen. & de fideiuss. l. si quis. 56. hoc est ingenuus, etsi potest operas suas certi temporis locare, supr. de locato. l. si hi. 22. vel promittere, D. de oper. libert. l. quoties. 24. tamen se alteri subiicere ita non potest, vt ab eo, cùm libuerit, operæ indicantur, sicut libertis indicuntur, & priusquàm indicantur, non debentur, D. eod. l. si quis hac lege. 13. §. iudicium. & d. l. quoties. Cùm hæc ita se habeant, in hac parte Codicis agitur ex professo de operis libertorum, & obiter propter tractatus affinitatem de operis seruorum. Ergo hic titulus ad seruorum, & libertorum operas respicit: de seruis enim fugitiuis ideò hic agitur; quatenus seruorum fuga dominis officit, quò minùs eis à seruis operæ præstentur.

2 ¶ Tres sunt tituli partes: quarum prima est de priuatorum hominum seruis fugitiuis: de quibus dantur quatuor regulæ.

¶ Prima regula est: Seruus fugitiuus sui furtum fa- 3
cit, proinde nec vsucapi, nec longo tempore præscribi potest, l. 1. & D. de furt. l. ancilla. 60. & Instit. de vsucap. §. furtiuæ. Ne intelligas longi temporis præscriptionem cum titulo, quæ est species vsucapionis, & in solis rebus immobilibus locum habet, Institut. de vsucap. in princip. sed præscriptionem sine titulo, quæ datur vel ei, qui seruum bona fide acceptum tamdiu possedit, infr. de præscript. long. temp. l. 2. vel ipsi seruo tamdiu bona fide in libertate morato, infr. de long. temp. præscript. quæ pro libert. l. 1. & 2.

¶ Secunda regula est: Si seruus fugitiuus ad barba- 4
ros transierit, grauiter punitur, ita vt vel pes ei amputetur, vel in metallum detur, vel alia graui pœna afficiatur, l. 3. Sed pœna abscissionis membri, præterquàm vnius manus, sublata est per Nouel. 134. capit. vltim.

¶ Tertia regula est: Ad officium præsidis pertinet, vt 5
domini seruos suos fugitiuos requirere possint: ideóque si res exegerit, apparitorem eis dare debet: permittendum est enim dominis, vt in quæcumque prædia seruorum quærendorum gratia ingrediantur, & cubilia scrutentur, l. 2. & D. eod. l. 1. §. hoc senatusconsultum, & l. 3. ¶ Quarta regula est: Qui seruū fugitiuum sciens 6
susceperit, punitur, vt explicatur in l. 4. quæ tantùm lectione eget. Si verò suscipiens contendat se esse dominum, vel curauerit, vt fugitiuus, quem recepit, in libertatem proclamet, de fugitiuo quæstio habetur veritatis eruendæ causa, l. 6.

¶ In secunda parte de seruis, aut libertis artificibus 7
ad rempublicam pertinentibus, statuitur, vt in ea ciuitate, ad quam pertinent, omnino permaneant, nec valeat venditio, si exportandi veneant: nec solùm puniatur, qui eos solicitauit, sed etiam defensor ciuitatis, qui rem neglexit, l. 5. ¶ In tertia parte de seruis publicis ad 8
diuersa opera deputatis statuitur, vt si domibus alienis, & priuatarū ancillarum consortiis se adiunxerint: tam ipsi, quàm vxores eorum (quæ rectiùs vocantur contubernales, siquidem seruorum est contubernium, non matrimonium, supr. de incest. nupt. l. 3.) & liberi confestim ad pristinam conditionem, & laborem retrahantur, l. vlt. ¶ Quarta pars est de seruis ad rem principis 9
priuatam, vel publicam pertinentibus: nam alia est substantia principis publica, id est, fiscalis: alia priuata, supr. vbi senato. vel clariss. l. vlt. & infr. de quadrien. præscr. l. vlt. vers. sed scimus. Sed de seruis ad rem priuatam pertinentib. nihil hoc tit. specialiter traditur. De seruis autem fiscalibus est l. pen. vbi duodecim libris argenti multatur, qui seruum fiscalem occultauit.

Tit. II.

Tit. II. De furtis, & seruo corrupto.

I. 3.j.15.j.16.j.iv.	*XIV.* 14.j.16.ij.
II. 4.16.ij.	*XV.* 12. ij.
III. 13.iv.	*XVI.* 3. j.12.j.
IV. 17.18.	*XVII.* 16.v.
V. 4.	*XVIII.* 16.vj.
VI. 3.j.iv.	*XIX.* 3.j.iv.14.ij.
VII. 3.j.	*XX.* 16.vij.18.
VIII. 3.j.5.12.j.15.ij.16.ij.	*XXI. in princ.* 13.j.16.ij.
IX. 6.16.iij.	§.j.13.ij.
X. 3.j.5.12.j.16.ij.iv.	*XXII.* 16.viij.
XI. 13.iv.14.ij.	*In princ.* 11.j ij.
XII. 3.j.5.12.j.14.j.iij.16 j.ij.	§.j.11.ij.14.j.16.ij.
XIII. 16.j ij.	§.*vlt.*11.ij.13.iij.14.j.

1 Non solùm si seruus fugerit, sed etiam si ab aliquo surripiatur, vel corrumpatur, eius operis dominus non fruetur: cùm igitur de seruorum fuga dictum sit, consequenter dicendum proponitur de furtis, & seruo corrupto: & cùm seorsum ac distinctè de his duobus delictis tractatur, tum etiam inter se conferuntur, & simul considerantur.
2 Quocirca tres sunt partes huius tituli. ¶ Prima pars
3 de furtis diuiditur in tria capita. ¶ Primum caput est de furto committendo. Vt furtum committi dicatur, quatuor requiruntur. I. Vt res in furtum cadat, quod quidem rerum mobilium proprium est, D. de furt. l. verum. 25. in pr. & Instit. de vsucap. §. vnde. & §. quod autem. Appellatione autem mobilium intelligo etiam res se mouentes. Nam furtum fit, vel quantitatis, vt pecuniæ, l. 7. & l. falsus. 19. vel rei mobilis inanimæ, vt vestimentorũ, Inst. de oblig. quæ ex delict. §. item si fullo. vel rei se mouentis, vt gallinarum, anserum, Instit. de rer. diu. §. gallinarum. serui, l. 6. & l. si seruum. 16. ancillæ, l. etiam. 8. l. ancillæ. 12. filijfamiliâs, Instit. de oblig. quæ ex delic. §. interdum etiam. II. Rei contrectio, D. de furt. l. si quis vxori. 52. §. neq; verbo. nec opus est, vt res amoueatur, sed vt quoquo modo contrectetur, Instit. d. tit. §. furtum autem fit. Itaq; in l. thesauros. 15. D. ad exhib. intelligẽdum est, thesaurum non solùm non esse loco motum, sed etiam non esse cõtrectatum: quod etsi initio legis non exprimitur, tamen ex sequentib. & ex ratione iuris facilè suppletur: ferè enim thesaurum absconditum contrectamus, vt eum eruamus, proinde loco moueamus. Et in d. l. 6. dum ait, *contrectet, vel apud se detinuerit*, disiunctio potest accipi pro coniunctione, D. de verb. sign. l. sæpe 53. sed malo referre ad præcedentia illa verba *vendiderit, seu donauerit, vel alio modo alienauerit*, quàm ad proximum verbum *contrectet*: quod & verborum tempora suadent, (alioquin debuisset dicere *detineat*, eodem tempore, quo *contrectet*) & ratio iuris confirmat. Legis igitur sententia est, eum, qui seruum alienum contrectauit, furti teneri, siue eum alienauerit, siue detinuerit. Secundum hæc intelligere oportet, quod dicitur, furtum committi mancipiis abductis, vel venumdatis, d. l. etiam. & l. si abducta. 10. l. si seruum. 16. depositum recipiendo, vel æs alienum exigendo sine domini voluntate, l. falsus. 19. vel re nummis alienis empta, l. 1. & cætera eiusmodi, à quibus numquàm abest contrectatio. III. Voluntas furandi, Instit. de vsucap. §. vnde. & de oblig. quæ ex delic. §. placuit. Voluntas enim & propositum delinquentis maleficia distinguit, D. de furt. l. qui iniuriæ. 53. in princip. IV. Vt domino inuito res contrectetur, d. l. 6. d. l. falsus. 19. & Institut. d. §. placuit.

4 ¶ Secundum caput est de suspicione furti. Nam qui rem alienam detinet, si furti suspicionem euitare vult, auctorem suum, à quo emit, laudare debet, alioquin, si à transeunte ignoto se emisse dicat, suspicionem furti non vitat, l. 5. immo nec si à fure emit, l. 2. nisi scilicèt ostendat se bona fide emisse.

¶ Tertium caput est de effectibus furti. Primus ef- 5
fectus est, quòd res furtiua non potest vsucapi, antequàm vitium purgetur, id est, antequàm res in potestatem domini reuertatur, l. etiam. 8. l. si abducta. 10. quod & in partu ancillæ furtiuæ obtinet, si apud furem conceptus, vel saltem editus sit. Secus est in eo, quem ancilla furtiua apud bonæ fidei possessorem concepit, & peperit, l. ancillæ. 12. & infr. de vsucap. pro emptore. l. 3. & D. de furtis. l. qui vas. 48. §. ancilla. ¶ Se- 6
cundus effectus est, quòd rei periculum ad furem spectat, quia fur semper est in mora, nisi oblatione moram purgauerit, l. subtracto. 9. & D. de condict. furti. l. in re. 8. in princ.

¶ Tertius effectus est actio furti, & condictio fur- 7
tiua: nam rei vindicatio, quæ cum his actionibus concurrit, non ex furto, sed ex dominio oritur: ideóque in ea non spectatur, an sit fur, qui conuenitur, sed an possideat, Instit. de oblig. quæ ex delict. §. vlt. & de action. §. sic itaque.

¶ De condictione furtiua dictum fuit supr. libr. 4. 8
titul. 8.

¶ De actione furti quatuor quæstiones dissoluun- 9
tur.

¶ Primò quæritur, cui, & contra quem hæc actio de- 10
tur? Hîc traduntur plura axiomata: quorum alia pertinent ad actorem, alia ad reum spectant, alia vtrique communia sunt.

¶ De actore sunt duo axiomata. I. Actio furti datur 11
ei, cuius interest rem non esse surreptã, l. vlt. in princip. & D. de furt. l. cuius. 10. nec quicquam refert, vtrùm sit dominus, an non, Instit. de oblig. quæ ex delict. §. furti. Excipitur primò mulier, quæ ob rem dotalem surreptam non agit furti, licèt eius intersit rem non surripi: quoniam hæc actio datur marito, D. de furtis. l. interdum. 49. Excipitur secundò creditor, qui ob rem debitoris sibi non pigneratam, si surrepta sit, non agit furti, quamuis aliunde creditum seruare non possit, d. l. interdum. Excipitur tertiò is, cuius ex turpi causa interest, D. eod. l. tum is. 11. quia non debet ex sua improbitate actionem consequi: vt malæ fidei possessor, D. eod. l. itaque. 12. §. 1. & depositarius, qui in re deposita dolum commisit, D. eod. l. eum qui. 14. §. is autem. II. Re commodatario surrepta, electio datur domino, vtrùm commodati contra commodatarium, an furti contra furem agere velit: post electionem autem variare non potest, præterquàm vno casu, quatenus si ignorans rem esse surreptam, commodati egerit, posteà de furto certior factus potest cõmodatarium dimittere, & furem conuenire. Commodatarius autem furti non agit, nisi eum commodator elegerit, rem actione commodati repetens, l. vlt. in princ. Quòd verò commodatarius actione furti consequitur, id domino, à quo commodatum accepit, restituere non tenetur, d. l. vlt. §. 1. Quid si rem ab extraneo commodatam vxor commodatarij surripuerit? Si maritus soluendo sit, dominus maritum actione commodati, maritus vxorem non furti, sed rerum amotarum conuenire potest, sin autem soluendo non sit, domino datur electio, vtrùm malit contra virum commodati, an contra mulierem furti agere: &, si contra virum commodati agat, ille contra vxorem rerum amotarum actionem habebit, d. l. vlt. §. vlt. Quod dixi, viro contra mulierem dari actionem rerum amotarum, intellige soluto matrimonio: quo stante non rerum amotarum agere, sed rem condicere debet, D. rer. amotat. l. rerum quidem. 25.

¶ De reo sunt duo axiomata. I. Non solùm qui ma- 12

la fide rem alienam vendit, l.etiam. 8. l. si abducta. 10. l. si seruum, 16. sed etiam qui sciens rem à non domino emit furti actione tenetur, l.ancillæ. 12. & in dubio præsumitur mala fide emisse, siue à fure emerit, siue venditorem non exhibeat, vt paulò antè notaui. §. 4. II. Heredes furis non tenentur actione furti, l. furti. 15. quamuis teneantur condictione furtiua, D. de condict. furt. l. in condictione. 9. Differentiæ ratio est, quia hæc actio est rei persecutoria, illa est pœnalis, Institut. de oblig. quæ ex delict. §. vltim. proprium verò pœnalium actionum est, vt in heredem non dentur, D. de ser. corrupt. l. hæc actio. 13. in princ. & Institut. de perp. & temp act. §. 1.

13 ¶ Vtrique, tam actori, quàm reo, communia sunt sequentia axiomata. I. Pro quo noxali furti actione aliquis tenetur, aduersus alium furti actionem non habet: & contrà, qui aduersus alium furti actionem habet, noxali furti actione conueniri non potest. Quare seruum alienum bona fide possidens, si ab eo furtum patiatur, furti actionem non habet: sed ob furtum alij factum, noxali furti actione quasi dominus tenetur. Postquàm verò eum possidere desiit, noxali furti actione conueniri ab alio nequit: sed ipse, si furtum ab eo passus sit, contra eius dominum habet noxalem furti actionem, l. penultim. in princip. II. Cuicumque liber homo bona fide possessus furtum fecerit, ipse directa furti actione tenetur, noxalis verò actio locum non habet, d. l. penultim. §. de eo. III. Si vxor marito rem surripiat, ne quidem matrimonio posteà soluto, furti actione conueniri potest, l. vltim. §. vltim. & D. rer. amo. l. 1. & 2. sed (vt & supr. notaui §. 11. membr. 2. in fin.) stante matrimonio res condicitur, post diuortium rerum amotarum agitur, D. eod. l. rerum quidem. 25. Quòd si res, quam vxor surripuit, non erat mariti, sed ei commodata fuerat, ita demum mulier à domino actione furti conueniri potest, si maritus non sit soluendo, d. l. vltim. §. vltim. vt exposui d. §. 11. membr. 2. IV. Furti actio datur priuigno contra vitricum, l. 3. (vbi ponitur res, quam vitricus surripuit, nondum fuisse Deo à priuigno dicata, alioqui non esset furtum, sed sacrilegium, nec priuigni interesset rem non surripi, ideóque furti agere non posset) vel nouercam, l. de his. 11. vbi, quia priuignus erat pupillus, eius tutori furti agere permittitur. Absoluta est prima quæstio, cui, & contra quem detur actio furti.

14 ¶ Secundò quæritur, quid in eam veniat? Hîc tria notantur. I. Hæc actio est merè pœnalis, l. ancillæ. 12. l. eos qui. 14. l. vltim. §. penult. & vlt. & Institut. de oblig. quæ ex delict. §. vltim. II. Ob furtum nec manifestum est in duplum, ob manifestum in quadruplum, l. de his. 11. & l. falsus. 19. & Institut. d. tit. §. pœna. & de actionib. §. in duplum. §. quadrupli. §. sed furti. §. item actio. III. Qui ancillam surripuit, etiam partus apud se editi nomine actione furti tenetur, d. l. ancillæ.

15 ¶ Tertiò quæritur, quibus exceptionibus, seu defensionibus agens furti summoueatur? Duæ exceptiones proponuntur, quibus alias duas adiiciam. I. Ratihabitionis, veluti si tua pecunia, seruis tuis mandantibus, quidam sine tuo consensu prædia sibi comparauerunt, furti quidem actione sunt obstricti: sed si mandati per seruos quæsitam actionem moueas, cum hac ratione factum seruorũ probes, & contractui consensum tuum præbeas, iniquum est, vt furti pœnam consequaris, l. 1. II. Transactionis: nam qui de furto transegit, furti agere cum effectu non potest, quamquàm si partem rerum surreptarum non ex causa transactionis accepit, furti agere, vel residuum vindicare, aut condicere non prohibetur, l. post decisionem. 8. immo & qui de furto transegit, rem condicere potest, D. de condict. furti. l. 7. in princip. III. Iusiurandi. Hæc exceptio ei, qui iureiurando sibi delato iurauit se furtum non fecisse, prodest, siue furti, siue condictione furtiua conueniatur, nisi quasi heres furis condictione conueniatur, D. de iureiur. l. si duo. 13. §. idem Iulianus. IV. Pacti. Hæc non est exceptio iuris, sed facti: quia pactum ne furti agatur, legitimum est, & actionem ipso iure tollit, D. de pact. l. si tibi. 17. §. 1.

¶ Quartò quæritur, quæ sint affinia & concurren- 16
tia remedia? Nouem eiusmodi remedia proponuntur. I. Condictio furtiua: de qua tria traduntur. Vnum est, quod etiam suprà attigi, si tua pecunia, seruis tuis mandantibus, quidam sine tuo consensu prædia sibi comparauerint, electionem tibi dari, vtrùm contra eos mandati, an furti, vel condictione furtiua agere velis: quia si mandati agas, probas quod gestum est, proinde tuus consensus furtum excludit, l. 1. cum furtum non fiat, nisi inuito, supr. §. 3. membr. 4. Hoc notaui secutus vulgatam lectionem. Quamquàm mihi magis placet Græcorum lectio, secundum quam in d. l. 1. nulla fit mentio condictionis furtiuæ. Alterum est, non solùm ancillam surreptam, sed & eius partum apud furem editum condici posse, quemadmodum & vindicari potest, & eo nomine furti agere licet, l. ancillæ. 12. Tertium est, parte rerum surreptarum, non transactionis nomine accepta, residuum condici, aut vindicari posse, l. post decisionem. 13. II. Rei vindicatio, l. etiam. 8. cuius eadem ferè ratio est, quæ condictionis furtiuæ: ideóque coniunguntur, d. l. ancillæ. & d. l. post decisionem. & de vtraque possunt intelligi generalia verba, l. 2. l. si abducta. 10. l. eos. 14. l. apud. 21. & l. vltim. §. penultim. III. Actio vi bonorum raptorum, l. subtracto. 9. IV. Accusatio plagij, cùm seruus surreptus est, d. l. si abducta. V. Expilatæ hereditatis, quæ denegatur in vxorem, vt & actio furti, l. quamuis. 17. & D. expil. hered. l. 5. sed hæ actiones non concurrunt; quoniam eo casu expilatæ hæreditatis agitur, quo furti agi non potest, D. eod. l. 2. §. 1. VI. Actio in factum ex edicto de incendio, ruina, naufragio, l. in eum. 18. VII. Actio de seruo corrupto, l. si quis. 20. de qua mox dicemus. VIII. Commodati, l. vltim. IX. Mandati: quam ex persona serui quæsitam docui cum actione furti, & condictione furtiua ita concurrere, vt altera actione electa, altera, siue aliæ tollantur, l. 1. Vide supr. §. 15. membr. 1. & hoc §. 16. membr. 1. Absoluta est prima tituli pars de furtis.

¶ In secunda parte de seruo corrupto traditur, 17
eum, qui seruum solicitauit, hac actione teneri, si seruum deterioris animi fecerit, l. 4. Vt enim corrupto serui corpore, datur actio legis Aquiliæ; ita corrupto animo, agitur serui corrupti.

¶ Tertia pars communiter de vtraque actione tractat, tam furti, quàm serui corrupti. Hîc duo considerantur: solicitatio, quæ seruum corrumpit: & occultatio, quæ furtum arguit. Si seruus tantum solicitatus & deterioris animi factus sit, tantùm agitur de seruo corrupto. Si quis solicitatum occultauit, tam serui corrupti, quàm furti tenetur, d. l. 4. Si verò nec deteriorem fecerit, nec occultauerit, ratio iuris euincit, eum neutra actione teneri. Si quis tamen seruum alienum solicitauerit, vt res domini surriperet, & ad se deferret, seruus autem domino rem significauerit, & eius permissu res ad solicitatorem, vt in crimine deprehenderetur, detulerit, etsi nec seruus corruptus est, sed eius probitas & integritas apparuit, nec furtum consentiente

consentiente domino admitti potuit, proinde solicitator stricto iure absoluendus videtur: tamen, vt occasio solicitandorum seruorum præcidatur, Iustinianus eum vtroque crimine condemnat, l. si quis. 20. & Inst. de oblig. quæ ex delic. §. sed etsi credat.

Tit. III. De operis libertorum.

I. in princ. 2. 5.	VII. 6. iv.
§. j. 5.	VIII. 6. ij.
II. 6. iij.	IX. 2.
III. 6. v.	X. 4.
IV. 2. 5.	XI. in princ. 3 j.
V. 6. vj.	§. j. 6. ij.
VI. in princip. 5.	XII. 5.
§. j. 5. 6. j.	XIII. 3. ij.

1 HActenus magis de operis seruorum, quàm libertorum dictum est: nunc de operis libertorum quæstiones quinque sũt dissol-
2 uendæ. ¶ Primò quæritur, qua ex causa debeantur? Causa duplex est, aut enim seruus manumittitur inter viuos, aut ei libertas in vltima voluntate relinquitur. De priori casu sciendum est, alias esse operas officiales, quæ in officio exhibendo consistunt; alias artificiales, seu fabriles vt pictorias: illæ naturaliter à liberto debentur, quamuis promissæ non sint, D. de condict. indeb. l. si non sortem, 26. §. libertus. hæ verò ita demum debentur, si tempore manumissionis sint interpositæ, l. 1. in princip. id est, si statim ac manumissus est, patrono operas se præstaturũ iurauit, aut promisit: non enim obligatur ex promissione aut iureiurando in seruitute, vel ex interuallo post manumissionem factis, D. h. t. l. 7. & de manum. testam. l. seruum 36. & de liber. cau. l. vltim. & de fideiussor. l. si quis pro eo. 56. in princip. & de acceptil. l. & per iusiurandum. 13. in princip. Illud quoque requiritur, ne nimis onerent libertum: nam prætor infirmat quæ libertatis onerandæ causa libertis imponuntur, l. 4. & D. eod. l. 2. in princip. Posteriori casu operæ debentur, si hoc modo libertas data sit seruo, vt operas heredi præstet: quia modum impleri necesse est, infr. de his quæ sub modo. l. vltim. Quid ergo, si is, cui seruus diurnum quiddam præstare solebat, ei libertatem in testamento sic dederit? *Gerum seruum meum post triennium à die mortis meæ computãdum manumitti volo, ita tamen vt præstet heredibus meis, sicut me viuo præstabat*. debebitne manumissus operas heredibus? nequaquam: quia quod testator iussit eum heredibus præstare, vt sibi præstabat, eo triennio terminatur, quo heredibus seruire debet: vt enim cùm esset seruus, testatori diurnum præstabat, ita in seruitute constitutus per triennium heredibus præstare debet: eóque triennio exacto, & diurno heredibus præstito
3 libertatem consequetur, l. Titius. 9. ¶ Secundò quæritur, quis operas debeat? Eas debet, I. Manumissus, vel manumissa, non eius liberi, quoniam eis operæ nec sunt impositæ, nec imponi possunt, cùm ingenui sint, l. quod ex liberta. 11 in princip. II. Qui libertum alienum operas patrono debentem suscepit, ideóque impediuit, quo minus patronus à liberto operas conse-
4 queretur, l. vltim. ¶ Tertiò quæritur, cui operæ debeantur à liberto? Officiales soli patrono seu patronę debentur, non eius coniugi, nec transeunt ad heredem: fabriles, & quæ quasi in pecuniæ præstatione consistunt ad heredem transeunt, & iubente patrono præstari alij possunt, l. liberti. 10. & D. eod. l. 6. l. operæ in rerum. 9. §.
5 1. l. si libertus. 27. ¶ Quartò quæritur, quid patronus ex hac operarum obligatione consequi possit? Aut consequitur operas, l. 1. in princip. aut aliud pro operis ex communi consensu, d. l. 1. §. 1. Ergo & pretium operarum propter liberti consensum petere potest: siue patronus volente liberto operas eius locauerit, (nam hoc etiam casu pretium operarum capere videtur, D. eod. l. patronus. 25. §. vlt.) siue ipsi liberto, certo pretio, quod non immodicum sit, ne libertatis onerandæ causa promissum videatur, operas futuras vẽdiderit, quo casu ius patronatus amittit, l. 4 Cessante autem liberti cõsensu, patronus pretium pro operis ab eo petere non potest, nisi in causam alimentorum sibi propter inopiam à liberto cognitione extraordinaria debitorum, d. l. 1. §. 1. aut ob operas sua die non præstitas, quarum æstimatio præstanda est, l. 6. §. 1. Sed neque mercedem regulariter exigere potest, d. l. 6 in princip. & D. eod. d. l. patronus. neque libertum cogere, vt secum habitet: multò igitur minus à patroni filio potest cogi, vt cum eo commoretur, vel adigi ad seruiendi necessitatem, l. pen.
¶ Quintò quæritur, quib. defensionib. libertus de- 6
fendi possit, quominus operas patrono præstet? Defensiones hę sunt. I. Si duos filios in potestate habet, vel diuersis temporibus habuit, d. l. 6. §. 1. II. Si liberta patrono, l. libertæ, 8. vel alij voluntate patroni nupsit, l. quod ex liberta. 11. §. 1. III. Si manumissus sit ab eo cui traditus fuit manumittendus, l. 2. IV. Si suis nummis emptus fuit à manumissore, l. 7. V. Si manumissor ab extraneo pecuniam accepit, vt seruum manumitteret, l. 3. secus est, si ab ipso seruo accepisset, vt exponam, infr. tit. prox. §. 10. memb. 2. VI. Si ex causa fideicommiss. manumisit, l. 5. Exposita est prima pars iuris patronatus, quæ in operis consistit.

Tit. IV. De bonis libertorum, & iure patronatus.

I. 11. j. ij. ix.	§. τούτων τοίνυν. 5. 6. j.
II. 11. xij.	§ τῶν δὲ ὑπὲρ τοὺς ἑκατόν. 6. j. ij. v.
III. in princ. 12. j. iij.	§. ταῦτα. 7.
§. j. 12. j.	§. ἐπειδὴ δὲ δοκοῦσι. 6. ij. iij. iv. v.
§. ita tamen. 12. iij.	§. ἐὰν δὲ παντελῶς. 7.
§. pen. 12. iij.	§. ὥσπερ γάρ. 7.
§. vlt. 11. p.	§. ὅσοι δέ. 6. iij.
IV. in princ. 3.	§. ἐὰν δὲ τελευτήσωσιν. 6. iv.
§ j. 12. j.	§. ἐὰν δὲ εἷς τῶν δύο. 8. vi.
§. καὶ ὅτι δέ. 11.	§. καλάσθωσαν. 8 ij.
§. εἰ δὲ καί τις τὴν ἑαυτοῦ. 11. vj. vij.	§. καὶ καλέσωσαν. 8. v.
§. εἰ δὲ καὶ προσλαβὼν. 12. ij.	§. ἐὰν δὲ ἐκτὸς 6. j. 8. ij.
§. εἰ δὲ καί τις ὑπέρ τινος. 11. j. ij.	§. εἰ δὲ καὶ τελευτήσωσιν. 8. vj.
§. εἰ δὲ καὶ ἀργυρίου. 11. iij. iv.	§. ἐπειδὴ δὲ ἡ παλαιά. 9.
§ εἰ δὲ καὶ ἀναφωνήσαντες. 11. xj.	§ εἰ δὲ ὁ πάτρων. 7. ij.
§. εἰ δὲ καὶ ὁ τιμηθεὶς. 11. v.	§. σωζέσθω. 6. ij.
§. εἰ δὲ καὶ υἱός. 11. viij.	§. pen. 6. ij.
	§. 8. j.

SEquitur secunda pars iuris patronatus, 1
quæ ad bona & successionem libertorum pertinet. Hæc præcipua est, & ex professo in hac parte Codicis tractatur, vt supr. docui: quamobrem adiungitur etiam generalis inscriptio de iure patronatus. Duæ sunt igitur partes huius rubricæ: prima de bonis libertorum, altera de iure patronatus: sed quia contextus agit etiam de bonis filiorum liberti: idcirco tres huius tituli par- 2
tes facere libet. ¶ In prima parte de bonis liberto- 3
rum duo iura proponuntur, vetus, & nouum. ¶ Ius vetus, quod ante Iustinianum obseruabatur, tripertitum erat: nempe lex duodecim tabularum, edictum prætoris, & lex Papia, l. vlt. in princ. quæ quidem explicantur Instit. de success. libert. nempe lex duodecim tabularum in princip. tituli, ius prætorium in §. 1. lex Papia in §. posteà. Hæc eadem exponebantur à Iustiniano etiam initio d. l. vltim. cuius tantum epitomen habemus

4 bemus ex Basilicis. ¶ Iure nouo, quod Iustinianus con-
stituit, sic distinguitur: Aut libertus est minor, aut ma-
ior centenario: id est, vel minus habet centum aureis
in bonis, vel habet centum, aut vltra centum aureos:
rursus libertus aut testatus, aut intestatus decessit.
5 Quatuor igitur sunt casus. ¶ Primo casu, cùm libertus
minor centenario testamentũ fecit, ius patronatus ces-
sat, dicta l. vltim. §. τούτων τοίνυν. & Institut. de success.
6 libert. §. sed nostra. ¶ Secundo & tertio casu, cùm li-
bertus minor, vel maior centenario decessit intestatus,
ei succedunt, I. Liberi, d. l. vlt. §. τούτων τοίνυν. & §. seq.
& Institut. de success. libert. d. §. sed nostra. naturales li-
cet in adoptionem dati: & tam masculi, quàm feminæ,
d. l. vltim. §. ἐὰν δὲ θετός. I I. Fratres, & parentes, d. l. vlt.
§. τῶν δὲ ὑπὲρ τὸν ἑκατόν. & §. ἐπειδὴ δὲ δοῦλοι. & Inst.
de grad. cogn. §. illud. I I I. Patroni, d. §. ἐπειδὴ δὲ δοῦλοι.
Qui si duo sint, æqualiter succedunt, etsi ex dispari-
bus partibus domini fuerant, d. l. vltim. §. ἴσοι δέ. Eodem
iure pater succedit filio, quem emancipauit, d. l. vltim.
§. πατέρα. Sed qui aliàs pro patronis habentur, veluti
qui se patronum esse iurauit, cùm non esset, & qui pa-
troni cum liberto collusionem detexit, tantum patro-
norum honore fruuntur, ius verò succedendi in bonis
liberti non habent, d. l. vltim. §. penultim. I V. Patrono-
rum liberi proximiores vsque ad quintum gradum,
d. l. vlt. §. ἐπειδὴ δὲ δοῦλοι: qui si plures sint, siue ex eo-
dem patrono, siue ex diuersis patronis descendentes,
semper in capita succedunt, d. l. vlt. §. ἐὰν δὲ πλειστόνων
ὦσιν. V. Patronorũ cognati proximiores vsque ad quin-
tum gradum, in capita, d. l. vlt. §. τῶν δὲ ὑπὲρ τὸν ἑκατόν,
& §. ἐπειδὴ δὲ δοῦλοι, & Institut. de gradib. cogn. §. illud,
7 & de success. libert. §. sed nostra. ¶ Quarto casu cùm li-
bertus maior centenario testamentum condidit; nisi
liberi vel heredes instituti sint, vel cõtra testamentum
(vt per inofficiosi querelam) ad successionem veniant,
(nam liberi semper patronum excludũt, si extent, & ad
liberti successionem veniant) omnino patronis, vel pa-
tronorum liberis vsque ad quintum gradum debetur
tertia pars bonorum liberti sine grauamine, & sine
dilatione; ita vt nec legata à se relicta præstent, nisi qua-
tenus aliquid sibi vltra trientem relictum est; & si sub
conditione triens ei relictus sit, conditio pro non scri-
pta habeatur: quæ verò legata patronus non præstat,
ea alius heres, siue solus heres sit, siue patroni coheres,
præstat, deducta Falcidia, quæ est quarta pars eius por-
tionis, ex qua fit heres: quapropter heres ex asse non
potest Falcidiæ nomine retinere vltra sextantem: quia
cùm triens detur patrono, heres bessem consequitur,
cuius quarta pars est sextans, d. l. vltim. §. ταῦτα. §. ἐὰν δὲ
πολλῶν. & §. ὥσπερ γάρ. & Institut. de success. libert.
8 d. §. sed nostra. ¶ Communiter autem de dictis casibus
hæc notentur. I. Liberi patronorum eadem iura habẽt
in libertos orcinos, quæ in cæteros libertos cõpetunt,
d. l. vlt. §. vlt. I I. Liberi patronorum vel libertorum
adoptiui pro extraneis habentur, d. l. vltim. §. ἐὰν δὲ θε-
τός. Naturalibus autem ius patronatus cõceditur, tam
masculis, quàm feminis, etiam in adoptionem datis, d. l.
vltim. §. καλῶς ἐθεσπίσαμεν. I I I. Liberi à patrono iusta de
causa exheredati, nihilominùs ad liberti intestati
successionem suo ordine vocantur: sed ab intestato ius
patronatus prætendere non possunt, d. l. vltim. §. εἰ δὲ
ὁ πάτρων. I V. Extranei patronorum heredes ad liberti
intestati successessionem non vocantur, d. l. vltim. §.
εἰ δὲ καὶ τελευτήσωσιν. V. Patroni, & patronorum liberi
iure ciuili hereditatem adire possunt, aut petere bono-
rum possessionem contra tabulas, vel vnde legitimi, &
similiter cognati patronorum petere possunt bono-
rum possessionem vnde cognati, aliis bonorum pos-
sessionibus, quæ olim eis competebant, sublatis, d. l. vlt.
§. καὶ καλῶς ἐθεσπίσαμεν: & Instit. de bon. possess. §. sed eas.

V I. In successione in bonis libertorum locus est iuri
accrescendi, & successorio edicto: nam repudiantium
portio cæteris eiusdem ordinis accrescit, & nemine
eius gradus successionem amplectẽte, hi vocantur, qui
in sequenti gradu vel ordine sunt, & ita deinceps vs-
que ad vltimum ordinem, id est, vsque ad quintum co-
gnatorum gradum, d. l. vltim. §. ἐὰν δὲ ὡς τῶν δύο. Hæc
dicta sint de bonis libertorum. 9
¶ In secunda tituli parte de bonis ad filios liberto-
rum post patris manumissionem genitorum pertinen-
tibus duo iura exponuntur, d. l. vltim. §. ἐπειδὴ δὲ ὁ πα-
λαιός. vetus, & nouum, vtroque iure successio defertur
patronis in bonis filiorum liberti ingenuorum sine
testamento, & sine cognatis defunctorum. Sed duo
sunt inter hæc iura discrimina. I. Olim succedebant
tantùm iure prætorio per bonorum possessionem:
hodie fieri possunt heredes, non tamen iure patrona-
tus, (quomodò enim ingenui patronos haberent?) sed
ex Iustiniani constitutione. I I. Olim non solùm pa-
troni succedebant, sed etiam patronorum cognati, &
patronorum patroni: hodie soli patroni ad successio-
nem vocantur. ¶ In tertia parte de iure patronatus 10
exponuntur varij casus, quibus aliquis iure patronatus
non gaudet, vel quia ei tanquam indigno eripitur, vel
ob suum consensum. ¶ Tanquam indignus priuatur 11
iure patronatus, l. 3. §. vltim. I. Qui serui nummis eum
emit, & manumisit, l. 1. & d. l. vltim. §. εἰ δὲ καί τις ὑπὲρ τι-
νός. suis nummis emi seruus impropriè dicitur fauore
libertatis, cùm seruus nihil suum habere possit: sed suis
nummis emi dicitur, quotiescumque emptor de suo
nihil impendit, sed aliunde pretium venditori soluen-
dum accepit, D. de manumiss. l. 4. §. 1. I I. Qui à vindicā-
te seruum in libertatem, cùm eum iudicio vicisset, pre-
tium serui accepit: sic enim seruus libertatem obtinet;
dominus verò ius patronatus non habet, d. l. vltim.
§. εἰ δὲ καί τις ὑπὲρ τινός. Alia ratio est eius, qui cum ser-
uo suo de pecunia sibi danda pactus est, vt eum manu-
mitteret: quamuis enim pecuniam accipiat, tamen om-
nia iura patronatus retinet, l. 2. & infr. de obseq. patro.
præstan. l. 3. Multum igitur interest, vtrùm à seruo, an
ab extraneo pecuniam acceperit. Si à seruo, ius patro-
natus habet; si ab extraneo, non habet. Quapropter in
l. 3. supr. tit. prox. nominatim ponitur dominum ac-
cepisse pecuniam ab extraneo, vt operæ non debean-
tur, & pecunia pro operis soluta repetatur condictio-
ne indebiti. I I I. Qui pecuniam pro operis à liberto sti-
pulatus est, d. l. vltim. §. εἰ δὲ καὶ ἀργύρια. I V. Qui liber-
tum, vel libertam adegit ad iusiurandum de nuptiis
non contrahendis, aut liberis non procreandis, eod.
§. V. Qui fideicommissam libertatem non præstitit,
ideóque eo absente seruus beneficio prætoris ad liber-
tatem peruenit, d. l. vltim. §. εἰ δὲ καὶ ὁ τὴν μνηστείαν. V I. Qui
ancillam prostituit: non solùm enim fit libera, sed etiam
iuri patronatus non obnoxia, d. l. vltim. §. εἰ δὲ καί τις
τὸν ἑαυτοῦ. V I I. Qui libertum, vel libertam ægrotos
dereliquit, & nec alimenta præbuit, nec in Xe-
nodochium misit, nec vllam eius curam habuit,
eod. §. V I I I. Patroni filius, qui libertum capitali cri-
mine accusauit, vel in seruitutem trahere conatus est,
d. l. vlt. §. εἰ δὲ καὶ υἱός. I X. Is cuius bona sunt confisca-
ta: ius enim patronatus transfertur ad fiscum, l. 1. X.
Qui patitur libertum malitiam, aut dignitatem susci-
pere, d. l. vlt. §. καὶ ὅτι δέ. X I. Qui cum liberto se inge-
nuum asserente collusit, d. l. vltim. §. εἰ δὲ καὶ ἀναφωνή-
σαντος. X I I. Qui patitur libertum cum ancillis vel co-
lonis dominicis consortium habere, l. 2. ¶ Voluntate 12
sua ius patronatus tollit, I. Qui hoc ius remisit, l. 3. in
princip. & §. 1. & l. vlt. §. 1. Sed nihilominus reuerentia
manumissori debetur, & ius contra libertum ingratum
non perit, d. l. 3. §. penultim. I I. Qui ancillam vsque ad
mortem

mortem ſuam habens in contubernio,nihil de eius ſtatu diſpoſuit:ipſa enim libera fit,& filij,quos ex patrono procreauit,ſunt ingenui,&ſuum peculium ab omni iure patronatus liberum obtioent,d. l. vltim. §. ἁ δὲ καὶ πρὸς πάθων. III. Qui paſſus eſt libertum natalibus reſtitui : hoc enim modo omne ius patronatus tollitur,l. 3.in princip.& reuerentia manumiſſori deberi deſinit, & ingrati actio in manumiſſum competere amplius non poteſt,d.l.3.§.penultim. Nam libertus ad ingenuitatem perducitur,d.l.3.§. ita tamen, & infr.de iur. aur. anul.l.1.& 2.& D.de natal.reſtit. l.2.l.3. & l.vlt.§.1.Idcirco ſine cõſenſu patroni , vel filiorũ eius reſtitui non debet,D.eod.d.l.2.in fi.& l.penultim.& vltim.in princ, Eorum autem conſẽſu etiam hi reſtitui poſſunt,quibus ius patronatus remiſſum eſt , quoniam ea remiſſione ingenuitatem , & cætera,quæ reſtirutionis propria eſſe diximus,non ſunt conſecuti,d.l.3.§. ita tamen.& §.ſeq.

Tit.V.Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta ſit.

I, 2. j. 4.	*Verſ.verum.2.ij.*
II. in princip.3.	

1 EX ſuperiori tit.didicimus legitimam, id eſt,
trientem bonorum liberti deberi patrono.
Nunc ſciendum eſt , ſi libertus in fraudem
patroni,ne legitimam conſequi poſſit , bo-
na ſua alienauerit, eam alienarionem reuocari. De hac
igitur reuocatione tres quæſtiones hoc titulo diſſol-
2 uuntur. ¶ Primò quærirur,quis alienationem reuoca-
re poſſit?Hæc facultas datur, I, Patrono,l.1. II. He-
redi patroni,D.eod.l.1.§.hæc actio. niſi patronus alie-
3 nationem ratam habuerat,l.2.verſ. verùm. ¶ Secundò
quæritur,qua actione alienatio reuocetur?Diſtinguendi
ſunt duo caſus .Nam ſi libertus teſtatus deceſſit,Fa-
biana actio competit , D. eod. l. 3. §.patronum.Si verò
deceſſit inteſtatus , datur Caluiſiana ,l.2.in princip.&
D.eod,d.l.3. §. ſi inteſtatus. Vtraque actio eſt prætoria,
D.eod.l.1.in princip.perſonalis, d.l.1. §.hæc actio. per-
4 petuò,d.l.3.§.1.eandem poteſtatem habens. ¶ Tertiò
quætitur,in quantum alienatio reuocetur? Non omni-
no reſcinditur , ſed quatenus neceſſe eſt , ad hoc , vt
patronus legitimam conſequatur,l.1.

Tit.VI.De obſequijs patrono præſtandis.

I.3.j.	*V.3.ij.*
II.2.j.	*VI.2.iij 3.j.4.j.*
III.2.ij.3.j.	*VII.3.ij.iij.4.ij.*
IV.1.3.j.4.ij.	*VIII.3.j.*

1 SVpereſt,vt agatur de obſequijs,in quibus
tertia pars iuris patronatus conſiſtit. Ob-
ſequium vocamus honorem, quem liberi
parentibus,vel liberti pattoois exhibent,
l.4.& D.h.tit.l.2.& l.7.§.vltim.Sed hic tit.
eſt tantùm de obſequiis patrono præſtandis,de quibus
diſſoluuntur tres quæſtiones. ¶ Primò quæritur , qui
2 liberti debeant hæc obſequia?Hîc tria traduntur. I.Li-
berta , quæ conſentieote patrono alij oupſit , patrono
obſequia non debet , dummodò nuptiæ iure valeant,
l.2. vbi priorem Accurſij interpretationem probo , vt
diſiunctio pro coniunctione accipiatur : quia conſen-
ſus patrono non nocet , ſi nuptiæ iure non conſiſtant,
D. de oper. libert. l. ſicut. 48. §. 1. II.Qui cum domi-
no de pecunia ei danda, vt manumitteretur , pa-
ctus eſt, & manumiſſus pactionem (id eſt , pecu-
niam , de qua conuenit) ei dedit , nihilominus ei
obſequia debet , l. 3. hoc enim caſu ius patronatus te-
net,quamuis aliud iuris obtineat,cùm extraneus pecu-
niam domino dedit , vt expoſui ſupr. de bon.libert.§.
10. membr. 2. III.Liberti obſequia debent patronis,
ſiue ab eis operæ ſint impoſitæ , ſiue non , l. 6. ¶ Se- 3
cundò quæritur,quibus obſequia debeantur à libertis?
nam de obſequijs,quæ liberi parentibus præſtant , hîc
non agimus.Debentur I Patrono,l.1.3. 4. 6. & patro-
næ,l.vltim.II. Liberis pattoni,l.penult.quamuis dam-
nati crimine capitali , l. 5. & D.de iur.patron. l.4.III.
Priuignis patroni,ſeu patronæ, d. l.penultim.vbi rectè
Accurſius interpretatur libertum et facere iniuriam,
cui debita obſequia non præſtat. ¶ Tertiò quæritur, 4
quæ obſequia debeantur ? Horum genera duo ſunt.
I. In faciendo:non vt liberti ſeruile miniſterium exhi-
beant,ſed vt conſuetum obſequium præſtent , l.6. II.
In non faciendo;veluti vt ab iniurijs temperent,l.pen.
& cum patrono litigantes omni verborum atrocita-
te abſtineant,l.4.

Tit. VII.De libertis,& eorum liberis.

I, 2. j. 6.	*III. 1. 2.j.ij.3.j.*
II. in princ.1.3.j.4.5.7.j.ij.	*IV. 1. 3.j.ij.4.7.j.*
5.j. 7.ij.	

LIbertus, niſi patrono debita obſequia præ- 1
ſtet,iogratus eſt,D. de iu.patron. l. ingratus
19 & ingrati actione tenetur,l.3. quæ actio
etiam in libertorum filios ingratos compe-
tit , l. vltim. Hac fine de libertis , & eorum liberis hîc
tractatur , ac de libertis quidem io omnibus legibus
agitur;de filiis autem libertorum in l.2.in princip.& in
l.vltim.Omnia verò ad ingrati actionem referuntur,de
qua deciduntur ſex quæſtiones, ¶ Primò quæritur, 2
quibus hæc actio detur?Reſpondetur,dari, I. Patrono,
l.3.niſi ex cauſa fideicommiſſi manumiſerit,l.1.II. He-
redibus patroni,d.l.3.non tamen extraneis,ſed tantùm
liberis patroni,D. de verb.ſig.l. ſciendum.70.verſ.item
in lege & Nou. 78.cap.2.glo.in d.l.3.in verb. quibus.
¶ Secundò quæritur, contra quos detur?Reſponde- 3
tur dari.I.Contra libertos,l.2.in princip.l.3.& l. vltim.
II. Contra libertorum filios, d.l.vltim ¶ Tertiò quæ- 4
ritur, qua ex cauſa detur?Reſpondetur,dari ob ingrati
vitium,d.l. 2.in princip. d. l. vltim. id eſt, ob offenſam
quamuis leuem,d.l.2. in princ. & omoino ob non pre-
ſtita obſequia, vt initio huius tituli notaui , etſi Cuia-
cius ob deſerta obſequia hanc actionem denegat.
¶ Quartò quæritur, quis ſit iudex competens ? Reſ- 5
pondetur, non ſolùm ius dicentem, ſed etiam iudicem
pedaneum poſſe de hac cauſa cognoſcere , d. l. 2. in
in princip. ¶ Quiutò quæritut , qualis ſit hæc actio? 6
Reſpondetur,eſſe extraordinariam,l.1.Fuit olim & or-
dinaria actio ex lege Ælia Sentia,D.de verb. ſignif.d.l.
ſciendum.verſ. item in lege. ¶ Sextò quæritur,qui ſint 7
effectus huius actionis & iudicij?I. Reus in ſeruitutem
retrahitur , d. l. 2. in princip. & d. l. vltim. & d.
Nou.78. capi. 2. II. Libertis in ſeruitutem redactis,
eorum filij in libertate procreati,liberi manent: poſteà
verò ſuſcepti,ſerui ſunt,d.l.2.in princ.III.Qui in con-
ſilio principis vindicta manumiſſus , in ſeruitutem ob
ingrati vitium redactus eſt , manumitti ſine permiſſu
principis non poteſt,d.l.2.§.1.

Tit. VIII.De iure aureorum anulorum, & de natalibus reſtituendis.

I ij.	*Verſ.natalibus.ij.*
II.in princ.j.	

EXpoſitis tribus partibus iuris patronatus, viden- 1
dum eſt , an hoc ius tollatur liberto ad ingenui-
tatem promoto. Duobus modis libertus ad ingenuita-
tem peruenit,

tem peruenit, I. Si ius aureorum anulorum à principe impetret, fit ingenuus saluo iure patronatus, D. de iur. aureor. anulor. l. penultim. & vltim. Quare dum viuit, imaginem potiùs, quàm statum libertatis habet, l. 2. in princip. vbi legendum *libertatis*, non *libertinitatis*: ac libertatis verbo significatur, *κατ' ἐξοχὴν* plenissima libertas: id est, ingenuitas: vt liberorum appellatio ingenuos significat, D. de iust. & iur. l. 4. & Inst. de libert. in princ. II. Si natalib. à principe restituatur, d. l. 2. vers. natalibus. & D. de natal. restit. l. 3. Nam solus princeps natalibus restituit, non ordo decurionum, l. 1. Hoc casu omnia iura patronatus tolluntur. Nouissimè autem Iustinianus constituit, vt qui ad libertatem perducuntur statim vi solius manumissionis (id est, sine speciali permissu principis) ius aureorum anulorum habeant, & intelligantur natalibus restituti, atque esse ingenui, saluo tamen iure patronatus, Nou. 78. cap. 1.

Tit. IX. Qui admitti ad bonorum possessionem possunt, & intra quod tempus.

I. 10. 11. 12. 13. 20.	*VI.* 21.
II. 18.	*VII.* 14.
III. 15.	*VIII.* 20.
IV. 18. 20.	*IX. in princ.* 16. 17. 20.
V. 18. 21.	§. 3. 19.

1 SVperioribus huius sexti libri titulis tractatum est de successione in bonis libertorum, & obiter de alijs partibus iuris patronatus: deinceps agitur de successione in bonis ingenuorum: quæ vel iure prætorio defertur, vel iure ciuili. Successio ciuilis est hereditas: prætoria est bonorum possessio: nam prætor non facit verum heredem, sed bonorum possessorem, Instit. de bon. poss. vers. quos autē. qui in omnib. est loco heredis, D. eo. l. 2. & de bon. poss. cont. tab. l. cùm emancipatus. 13. in princip. & de diu. reg. iur. l. prætor. 117. adeo vt etiam appellatione heredis bonorum possessor, D. de cond. & demonstr. l. in condicionibus. 19. §. si patronus. & appellatione hereditatis bonorum possessio contineatur, D. de
2 verb. signif. l. hereditatis. 138. ¶ Rectè igitur Doct. statuunt ius bonorum possessionis non esse sublatum, aut correctum per Nou. 118. quæ tantum de ciuili ab
3 intestato successione loquitur. ¶ Vt à vocabuli expositione incipiam, bonorum appellatio duplex est: altera naturalis, altera ciuilis. Naturaliter bona intelliguntur deducto ære alieno, D. de verb. signif. l. subsignatum. 39. §. 1. quia naturaliter bona ex eo dicuntur, quòd beant, D. eod. l. bonorum. 49. æs autem alienum, & si qua sunt alia onera & incommoda, minimè beant, sed potiùs beantati officiunt. Sed hîc bonorum appellatio ciuiliter sumitur, vt omnia commoda & incommoda complectatur, D. de bon. poss. l. 1. & l. 3. in princip.

4 ¶ Possessionis vocabulum est homonymum: neque idem significat rerum & bonorum possessio: illa est detentio quædam maximè in facto consistens, D. si is qui liber esse ius. l. 1. §. Scæuola. & de captiu. l. in bello 12. §. facti. & propriè est tantùm rerum corporalium, D. de action. empt. l. 3. §. si iter. & de acquir. poss. l. 3. in princip. hæc merum ius significat, & etiam sine rebus corporalibus constat, D. de bonor. possess. l. 3. §. 1.

5 ¶ Quod autem Azo hîc num. 1. scribit, aliud esse, bonorum possessionem, aliud possessionem bonorùm, & eo vocabulo significari ius, hoc significari factum; nimis est argutum: immo possessio bonorum, pro bonorū possessione sumitur in l. 4. §. 1. D. de offic. ei*. Quin etiam interdum concisè possessio appellatur, D. de bonor. pos. cont. tab. nōnumquā. 8. & quis or. in bon. poss. seru. in rubr. & de acquir. hered. l. Pannonius. 86. in princ. & apud M. Tullium in Topicis, in definitione hereditatis. Illud verū est, cùm aliquis in possessionē. bonorū mitti dicitur, vt in §. si quis tutor. Inst. de suspect. tut. factum quoddam significari, vt nimirum is custodiæ causâ in possessione sit, D. vt in possess. legator. l. 5. in princ. & quib. ex causis in possess. eat. l. cùm legatorum. 12. ¶ Bonorum possessio, de qua hîc agitur, ab 6
Vlpiano definitur ius persequendi retinendique patrimonij, siue rei, quæ cuiusque cùm moritur, fuit, D. de bon. poss. l. 3. §. bonorum. Ait ius. Propriè quidem ius dicitur, quod est obiectum iustitiæ, vt ius naturale, gentium, & ciuile: sed cùm ad alia transfertur, D. de Instit. & iur. l. penultim. tum ad ea, quæ in iure consistunt, vt seruitutem, obligationem, actionem, hereditatem, D. de diuis. rer. l. 1. §. quædam. quæ significatio est hoc loco accipiēda. Ait, *persequendi retinendique*. Persequimur, id est, petimus, quæ non possidemus: retinemus autem, quæ possidemus, Institut. de action. §. æque. & de interdic. §. retinendæ. sicut igitur heres, si hereditatem non possideat, petitionem hereditatis: si possideat, retentionem habet: ita etiam bonorum possessor, quem diximus esse vice heredis, non possessorum bonorum petitionem habet, quæ vocatur possessoria hereditatis petitio, D. lib. 5. tit. 5. possessorum autem retentionē. Et quod de Carboniana bonorū possessione dicitur in l. 3. §. parui. & §. seq. eam dari tam possessori, quàm non possessori, id in omnibus bonorum possessionibus obtinet. Ait, *patrimonij siue rei*. Etsi rei appellatio latiùs patet, quàm patrimonij; quoniam ea quoque complectitur, quæ extra patrimonium sunt, D. de verb. signif. l. 5. in princ. & Institut. de rer. diuis. in princ. tamen hoc loco manifestè per sequentia verba coangustatur ad ea, quæ sunt in patrimonio. Poterat etiam dicere, *pecunia*: quia pecuniæ verbum ad eas res pertinet, quæ sunt in nostro patrimonio, d. l. 5. & ita accipitur in illa lege xij. tabularum; *Paterfamilias vti super pecunia tutelàve sua legassit, ita ius esto*. relata ab Vlpia. tit. de tutel. §. testamento. Cic. de inuentione, lib. 2. & ad Heren. l. 1. Eodem modo accipitur in l. Falcidia, D. ad leg. Falcid. l. 1. Fortassis autem dixit *patrimony siue rei*, vt indicaret bonorum possessorem non solùm aduersus eum, qui totum defuncti patrimonium tenet, sed etiam aduersus eum, qui vnā rem possidet, habere possessoriam hereditatis petitionem: idque exemplo heredis, D. de hered. petit. l. regulariter. 9. & l. seq. item bonorum possessorem non solùm posse totum patrimonium retinere, sed etiā quamlibet eius partimonij rem. Ait, *quæ cuiusque cùm moritur fuit*. Sic in hereditatis definitione dicitur, *quod defunctus habuit mortis tempore*, D. de verb. sign. l. nihil est aliud. 24. quia successio, quādocumque quis succedat, ad mortis tempus refertur, & cum eo continuatur, D. de diu. reg. iur. l. omnis hereditas. 138. in princip. & l. omnia. 193. vnde quæ olim ad defunctum pertinebant, & ab eo adhuc viuente sunt amissa, ad successorem non pertinent; quia successio tantùm in his bonis locum habet, quæ erant
mortis tempore. ¶ De bonorum possessione multa 7
explicantur in Codice, quæ partim ad eam acquirendam, partim ad eam repudiandam, partim ad eius effectum pertinent. De acquirenda bonorum possessione cùm in genere, tum in specie agitur. Generaliter tria tractantur: videlicet qui acquirant, intra quod tempus acquirant, & quid acquirāt: quorum duo priora capita in hoc titulo enarrantur; tertium in sequentem titulum reijcitur.

¶ Quocirca duæ sunt partes huius tituli. ¶ Prior 8
pars est, *qui admitti ad bonorum possessionem possunt*. Vbi 9
deciduntur tres species. ¶ Prima species est in l. 1. cùm
bonorum possessio delata est filiofamiliâs: vbi de filio, 10
& de patre quæritur. ¶ De filio datur hæc regula: Fi- 11
lius

filiusfam. bonorum poſſeſſionem ſibi delatam petere poteſt etiam patre ignorante. Hæc regula ſecundum ius vetus,& ſecundum ius nouum explicari poteſt. Iure veteri differentia eſt notabilis inter hereditatem, & bonnrum poſſeſſionem: quia filiusfam. hereditatem non poteſt adire,niſi iuſſus patris præcedat, D. de acquit.hered.l.ſi quis mihi bona.25.§.iuſſum. & ad S. C. Trebell.l.ſeruo.65.in princ.bonorum autem poſſeſſionem petere poteſt inſcio patre; quia hæc petitio ratihabitione patris confirmatur,D.de acquit.hered.l. 6.§. 1. Generaliter enim prætor æquitatem ſecutus, in bonorum poſſeſſione alicui acquirenda, rati habitionem eius,cui acquiritur, admittit, D. ad S. C. Trebell. d. l. ſeruo.in princ. & de bon. poſſ. l. 3. §. acquirere.& ratrem habe.l. penult. Sed nihilominùs tam in bonorum poſſeſſione, quàm in hereditate conſenſus patris eſt neceſſarius: quia niſi pater ratum habeat, fruſtra filius bonorum poſſeſſionem petit, D. quis or. in poſſeſſ. ſeru.l. vltim. §. 1. Iure autem nouo tam hereditatem, quàm bonorum poſſeſſionem filiusfam. acquirere poteſt etiam inuito patre:nam Iuſtinianus conſtituit, vt, ſi pater cõſentiat,vſumfructum per filium acquirat;ſin minùs, filius ſibi acquirat pleno iure,infr.de bon.quæ lib.l.vlt.in princ.Non obſtat l. 1. §. vlt. infr.de an. except.quia ibi non agitur de bonis acquirendis, ſed de actionibus mouendis.

12 ¶ De patre datur hæc regula: Bonorum poſſeſſio, quam filius ignorante patre petiit, etiam patri emolumentum affert, ſi pater ratum habeat. Hæc regula interpolationem Triboniani præ ſe fert:iure enim antiquo acquirebatur ſoli patri: iure nouo, hoc eſt,ex Iuſtiniani conſtitutione filio acquiritur proprietas, patri emolumentum,id eſt, vſusfructus. Idcirco in lege dicitur acquiri etiam patri: nam hæc particula, *etiam*, quam implicatiuam vocant, oſtendit non ſolùm filio, ſed etiam patri aliquid acquiri. Sed quid, ſi pater ratum non habeat?Iure antiquo neque patri, neque filio quicquam acquirebatur,D.quis or.in poſſ.ſeru. d.l.vlt. §.1.quod Imperatores in l.1.expreſsè indicarunt,antequàm eius verba à Triboniano mutarentur, & ad nouum ius accommodarentur. Videotur enim ſcripſiſſe *emolumentum allatura, ſi ratam petitionem pater habuerit.* Tribonianus autem inſeruit illa verba, *etiam patri*: Quoniam hodie ratihabitio patris non eſt neceſſaria ad hoc, vt emolumentum afferat, ſed ad hoc vt patri emolumentum afferat: quia ſi ratum habeat, per filium acquiret vſumfructum. Si conſentire noluit, plenum ius acquiritur filio, vt modò expoſui ex d. l.vltim.§ 1.

13 ¶ Ex dictis regulis Imperatores colligunt tertiam regulam: quæ etſi ad poſteriorem rubricæ partem pertinet: tamen quia cum ſuprà dictis coniuncta eſt, & inde pendet, nunc à me explicabitur. Aiunt igitur Imperatores dictam bonorum poſſeſſionem tranſacto tempore amitti:videlicèt ſi nec petita, nec adgnita ſit. Nam tempus petendæ bonorum poſſeſſionis vtile eſt: ideóque non currit, niſi peti poſſit, D. quis or. in poſſ. ſeru. l. 2. in princ. & §. 1. Cùm igitur dictum ſit, bonorum poſſeſſionem poſſe peti, ac petitionem poſſe ratam haberi: meritò addimus, niſi hæc facta ſint, id eſt, ſi bonorum poſſeſſio non ſit petita, ſed omiſſa, vel petitionem pater ratam non habuerit, hanc bonorum poſſeſſionem elapſo ſtatuto tempore, de quo in poſteriori parte huius tituli dicetur, amitti, atque aliis deferri, D. de ſucceſſo. edic. l. 1. §.quib. Hîc differentia inter ius vetus, & ius nouum ex ſuprà dictis manifeſta eſt: quia iure veteri, ſi filius petat, pater ratum non habeat; non ſolùm pater, ſed etiam filius bonorum poſſeſſionem amittit:iure autem nouo ſolus pater amittit,filius verò plenum ius acquirit.Quid,ſi filius non petat?Iure antiquo hæc bonorum poſſeſſio ad irritum recidit: iure nouo pater poteſt eam petere inuito filio,ita vt ſoli patri acquiratur,non filio, infr.de bon. quæ lib. d. l.vltim. in princip. Hæc dicta ſint de prima ſpecie.

¶ Secunda ſpecies eſt in l. 7. cùm bonorum poſſeſ- 14
ſio delata eſt pupillo,qui eſt maior infante, id eſt, maior ſeptem annis, infr. de iur. delibe. l. ſi infanti. 17. in princ. Hîc diſtinguuntur tres caſus. aut enim pupillus eſt in poteſtate patris, aut tutoris, aut, cum ſui iuris ſit, tutore caret. Primo caſu pater poteſt bonorum poſſeſſionem petere etiam ſine conſenſu filij, infr. de bon. quæ lib. l. vltim. §. vbi autem pueriles, & D. de bon. poſſ. l. ſeruus. 7. §. 1. filio autem petente conſenſus patris requiritur, infr. de iur. delib.l. ſi infanti.17. §. vltim. Secundo caſu ſimiliter vel tutor petit ſine pupillo, vel pupillus tutore auctore, l. 7. & infr. de iur. delib. d.l.ſi infanti. §.vltim.& D.ad S. C. Trebell. l. ſeruo. 65. §. ſi pupillo.& de bon.poſſ. d. l. ſeruus, §. 1. & l. ſi pupillo. 11. & Inſtitut. de auct. tut. §. 1. Tertio caſu pupillus petere poteſt, ac datur ei bonorum poſſeſsio cum effectu, dummodò qui eam dat, illius ætatem non ignoret, d. l. 7. d. l. ſi infanti, §. vltim. Mater autem impuberis pro eo petendæ bonorum poſſeſsionis facultatem non habet: quamquàm ſi ea petente prætor euidenter voluit bonorum poſſeſsionem impuberi dari, dicendum eſt ei acquiri, D.de bon. poſſ. l. pen.quemadmodum & petente ſeruo.Quid mirum? Cùm etiam abſenti & non petenti bonorum poſſeſsio dari poſsit, ſi hoc ipſum prætor non ignoret,D.eo.l.ſeruus.7.in princ.

¶ Tertia ſpecies eſt, cùm bonorum poſſeſsio delata 15
eſt infanti: ipſe quidem infans bonorum poſſeſsionem adgnoſcere non poteſt, d.l. ſi infanti, §. ſin verò vel non ſit. ſed eius nomine alius poteſt, l. 3. id eſt, pater, ſi ſit in poteſtate patris, d. l.ſi infanti.in princ. vel tutor, ſi ſit ſub tutore, d. l. ſi infanti, §. parente. & infr.de bon. poſſ. contr.tab. quam præ. lib. pollic.l. 2. & D.ad S. C. Trebell. d. l.ſeruo. §. ſi pupillo. Hæc de prima tituli parte dicta ſint.

¶ Secunda pars eſt de tempore petendæ;ſiue ad- 16
mittendæ adgnoſcendæque bonorum poſſeſsionis.
Hæc tria confundo, petere, admittere, & adgnoſce-
re: quia etſi olim ſolemni petitione opus erat, infr.
commun.de ſucceſſ.l. 1. & 2.tamen hodie ex conſtito-
tiunibus principum ſufficit quocumque modo apud
competentem iudicem agnoſcere,ſiue admittere bo-
norum poſſeſsionem, l.vltim. in princ. & Inſtitut.de
bon. poſſ. §. vlt. Hîc quinque quæſtiones diſſoluun-
tur. ¶ Primò quæritur, an bonorum poſſeſsio quan- 17
documque peti poſsit? Reſpondetur, petendam eſſe
intra ſtatuta tempora, l. vlt. in princ. ¶ Secundò 18
quæritur, quænam ſint hæc tempora? Reſpondetur,
libetis & parentibus ad petendam bonorum poſſeſ-
ſionem dari annum vtilem, cæteris centum dies vti-
les, l. 2.& 4. & D. de ſucceſ. edi.l. 1. §. quod dicimus.
& §.largiùs.& Inſtit.de bon.poſſ. §.cùm igitur. Proin-
de hoc tempus non currit,niſi bonorum poſſeſsio de-
lata ſit, d.l.2. & ſciat quis non ſolùm ſibi delatam eſ-
ſe, D. quis or. in poſſ. ſeru. l.2. ſed etiam ex quo capi-
te ſeu parte edicti ſit delata, l. 5. & inſuper præto-
ris copia ſit, apud quem petatur, D. quis ordo in
poſſ. ſeru. l. 2. §. dies. & §§. ſeqq. ¶ Tertiò quæri- 19
tur, ſi quis intempeſtiuè bonorum poſſeſsionem,
nondum ſibi, ſed alteri delatam adgnouerit, velu-
ti ſi, dum filius petere poteſt, adgnatus petat, dein-
de filio repudiante, vel omittente deferatur ad-
gnato ex ſucceſſorio edicto; an illa intempeſtiua

petitio adgnato prosit, eique sufficiat ad acquirendam
bonorum possessionem, Imperatoi ex bono & æquo
constituit, vt perinde prosit, ac si suo iempore petitum
20 esset, l. vlt. in fi. ¶ Quartò quæritur, si intra statuta tē-
pota noo petatur, nec adgnoscatur, an tempore elapso
amittatur; Respondetur, amitti, l. 1. (quam supr. expo-
sui) proinde ad successores eius, cui delata fuerat, non
21 transmitti, l. 4. ¶ Quintò quæritur, an ignorantia ex-
cuset eum, qui intra statutum tempus non petiit, oee
adgnouit bonorum possessionem? Respondetur per di-
stinctionem: quia iuris ignorantia noo excusat, ne qui-
dem mulierem, l. 6. facti verò ignoranria excusat, l. 5.
Obiter nota, iuris ignorantiam excusare mulierem in
damuo vitando, non in lucro captando, supr. de iur. &
fac. ign. l. quamuis. 11. & l. vlt. & D. eod. l. error. 8.

Tit. X. Quando non petentium partes petentibus accrescant.

1 HVius iituli oexum exposui superiori tit.
2 num. 6. ¶ Ex hoc tit. intelligimus, in bo-
norum possessiouibus esse locum iuri ac-
crescendi: quod confirmatur, D. de bon.
poss. l. 3. §. vlt. & ll. seqq. & de bon. possess.
sec. tab. l. 2. §. pro qua. & Instit. de bon. poss. §. & si intra.
Idem in hereditatibus obtinet, infr. de cadu. toll. l. vn.
§. his ita. & D. de acq. hered. l. qui ex duabus 53. §. 1. &
3 de suis & legi. l. si ex pluribus. 9. ¶ In specie singularis
constitutionis sub hoc tit. positæ, quidam intestatus
decessit relictis pluribus liberis emancipatis: qui oon
vocantur hoc iure ad legitimam successionem, sed tā-
tùm ad bonorum possessionem vnde liberi, Instit. de
heredit. quæ ab intesta. defer. §. emancipati. quamquam
ex Nou. 118. vocantur etiam ad legitimam successio-
nem. Ex his quidam bonorum possessionem omiserūt;
proinde sunt tempore exclusi: alij bouorum possessio-
oem pro suis partibus petierunt. Ait lex partes omis-
sas iis solis pro rata portione accrescere, qui petierant.
Iidémque his accrescunt portiones repudiantium, D.
4 de bonor. poss. l. 4. ¶ Nota primò bonorum possessio-
nem pluribus deferri vel in eodem ordine & gradu,
vel in diuersis. Priori casu simul defertur omnibus. Et,
si omnes petant, inter se partes faciunt, si omnes re-
pudient vel omittant, eorum portiones sequentibus
deferuntur ex successorio edicto. Si alij petant, alij re-
pudient vel omittant, horum portiones solis petenti-
bus accrescunt, vt iam exposui: & si alij sint coniun-
cti, alij disiuncti, multùm interest, vtrùm aliquis ex
coniunctis, an ex disiunctis portionem suam omit-
tat, vel repudiet. Nam portio coniuncti accrescit solis
coniuoctis, portio verò disiuncti omnibus æquè accre-
scit, tam coniunctis, quàm disiunctis, inf. de cadu. toll.
l. vnic. §. his ita. Posteriori casu non defertur om-
nibus simul, sed successiuè secundum ordinem edi-
cti, D. de succes. edi. l. 1. in princ. §. si intra. §. sed vi-
dendum. & l. 2. & Institut. de bon. poss. §. etsi intra.
5 ¶ Nota secundò (quoniam ius accrescendi tam
ex testamento, D. de acquir. hered. d. l. qui ex dua-
bus. quàm ab intestato locum babet, D. de suis & le-
git. d. l. si ex pluribus.) ex testamento ita demum esse
locum iuri accrescendi, si nemo sit ei substitutus, qui
repudiauit, vel omisit: quia substitutio est potioi iu-
re acctescendi, D. de bon. possess. sec. tab. l. 2. §. pe-
nult. propterea quòd substitutio est ex voluntate ex-
pressa testatoris: ius accrescendi ex tacita & præsum-
pta voluntate: ideóque tacito iure accrescere dicitur,
D. de acquir. hered. l. seruus communis. 67. & in ea he-
reditatis parte, quam quis iure accrescendi accipit,
quasi substitutus appellatur, D. de lega. ij. l. si Titio.
61. §. 1. Quamquam etiam in bonorum possessione
contra tabulas, quæ datur contra voluntatem defun-
cti, ius accrescendi locum habet, D. de bon. poss. contr.
tab. l. si duobus 12. in princ. quo casu dici non potest se-
cundū voluntatem defuncti accrescere. ¶ Nota tertiò, 6
id, quod accrescit, ipso iure accrescere etiā inuito, infr.
de cadu. toll. l. vnic. §. his ita. & de impub. & al. substit.
l. 6. & D. de acq. hered. l. si quis heres. 35. in princ. l. qui
ex duabus. 53. §. 1. & de bon. poss. sec. tab. l. 2. §. si duo.
nec opus est partem accrescentem petere vel adguo-
scere, sed sufficit bonorum possessionem semel ad-
gnouisse, D. de bon. poss. l. 6. in princ. ¶ Nota quar- 7
tò, si is, qui portionem suam acquisiuit, eam amit-
tat, in ea non esse locum iuri accrescendi, D. quem-
adm. seru. amit. l. aquam. 16. vers. item si quis. & de
acq. hered. l. si minor. 61. & Nou. 1. cap. 1. Cùm au-
tem suus heres, qui ipso iure est heres, D. de lib. &
post. l. in suis. 11. beneficio prætoris vtens, se abstinet:
eius quidem portio coheredi accrescit: sed hic potest
à tota hereditate abstinere: adeo vt propter alium ha-
beat, quod per suam personam habere non poterat:
nisi creditores sint eius portione contenti: tuoc enim
à portione accrescente, non ipse coheres, sed credito-
res hereditarij debent abstinere, D. de acq. hered. l.
cum hereditate. 55. Sanè vsusfructus proprium est, vt
& non acquisitus, & post acquisitionem amissus ac-
crescat, D. de vsufru. accresc. l. 1. §. penult. ¶ Nota 8
quintò, quod dicimus, portionem non petentis, alijs
accrescere, qui petierunt, siue adgnouerunt bonorum
possessionem, D. de bon. libert. l. 2. in princ. & de suc-
cesso. edi. l. 1. §. quibus. & Instit. de bon. poss. §. cùm igi-
tur. ita esse intelligendum & limitandum, vt aliquis
ideo non petierit bonorum possessionem, quia succe-
dere ooluit: quid enim vetat, omissa bonorum pos-
sessione hereditatem accipere, si quis simul vocetur
iure ciuili ad hereditatem, & iure prætorio ad bono-
rum possessionem, vt suus, vel legitimus heres? Quo
casu certum est, cessare ius accrescendi. Quocirca
constitutio huius tituli, quæ iuri accrescendi locum
dat, in specie recitanda ponit legitimam successionem
cessare, nimirum quia erant liberi emancipati, vt su-
prà dixi.

Tit. X I. De bonorum possessione secundum tabulas.

l. 3. | *ll. 2.*

HActenus io genere dictum est de acquiren- 1
da bonorum possessione: deinceps eius
species explicantur: cúmque aliæ sint bo-
oorum possessiones ex testamento, aliæ ab
intestato, Instit. de bon. possess. in prine. & §. 1. meritò
sumit initium ab his, quæ deferuntur in causa testati:
quoniam hæ cęteris ab intestato delatis sunt potiores,
D. eo. l. 6. §. 1. & si tab. testam. nul. extab. l. 1. in princ.
Sunt autem ex testamento duæ bonorum possessio-
nes: contra tabulas, & secundum tabulas, d. §. 1. con-
tra tabulas est potior, infr. tit. proxim. l. 2. & D. de bon.
poss. sec. tab. l. 2. in princ. qua ratione in Digestis prio-
ri loco explicatur: nam & in edicto perpetuo posita
fuit ante bonotum possessionem secundum tabulas.
Vnde primum edictum vocatur, D. de Carbon. ed.
l. scriptus. 12. vel prima pars edicti, in qua præ-
tor bonorum possessionem contra tabulas promit-
tit, D. eo. l. 4. & de bon. libert. l. 2. §. 1. l. filius qui. 42.
§. cùm filius. Verumtamen bonorum possessio secun-
dum tabulas æquior & fauorabilior est; cùm defuncti
volunta

voluntatem tueatur, quam bonorum possessio contra
tabulas impugnat, & euertit. Idcirco in Codice pri-
mo loco exponitur bonorum possessio secundum
2 tabulas. ¶ In qua deferenda prætor quatuor exigit.
I. Vt tabulæ extent, vel aliquando extiterint, D.h.t.l.1.
§.sufficit, & §.seq. Quid ergo, si quis facto testamento
nuncupatiuo decesserit? Hoc testamentum non valet
iure prætorio, sed tantùm iure ciuili, Inst.de testam. §.
vlt. ergo non datur ex hoc testamento directa bono-
rum possessio, quæ est secundum tabulas, ex verbis
edicti, sed vtilis, l.2.& D.eo.l.si ita scriptum.8.§.vltim.
secundum nuncupationem, infr.de bon.poss.cont.tab.
libert.l.1.& de codicill.l. vlt. vers.ita vt, II. Vt tabulæ
signatæ sint septem testium signis, d.l.2.& D.eo.l.7. sic
enim testamentum iure prætorio valet, Instit. de te-
stam.§. sed prædicta. III. Vt sint tabulæ supremæ, id
est, post quas testator aliud testamentum non fecerit,
D.h.t.l.1.§.1. IV. Vt testator tam testamenti facti,
quàm mortis tempore, testamenti factionem habuerit,
d.l.1.§.exigit.

3 ¶ Quamuis autem testamentum falsum, vel ruptum,
vel irritum, vel iniustum dicatur, dummodò nec vitij
quicquam in forma testamenti externa appareat, nec
posteriori testamento ruptum dicatur, prætor dat bo-
norum possessionem secundum tabulas: quæ quidem
erit cum re, id est, cum effectu, si pro testamento: sine
re, si contra testamentum iudicatum fuerit, Vlpian. tit.
quemadm.testam.rump.§.si septem, Quid ergo, si à sen-
tentia contra testamentũ lata appellatum fuerit? Quo-
niam appellatio sententiam rescindit, D. de his qui
not.infam.l.6.§.1.& ad S.C.Turp.l.1.§. vlt. ac perinde
est, ac si iudicatum non fuisset. Quapropter non est lo-
cus bonorum possessioni ab intestato, putà proximita-
tis nomine, l.1. quo verbo significatur bonorum pos-
sessio vnde cognati, D.vnde cognati, l.3.& 4. & de suis
& legit.l.item prætor.8.in princ.& Inst.de legit. adgn.
succeß.§.cęterùm.vers.sed quia.& de succeß.cognat.§,
eos.& §.vlt.

Tit. XII. De bonorum possessione contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur.

I. 8. 9. | *II. 5. 6. 8. 9.*

1 POstquàm dictum est de bonorum posses-
sione secundum tabulas, consequenter
agitur de bonorum possessione contra
tabulas: quæ cùm detur liberis, parenti-
bus, & patronis, D. h. t.l.1.& si à paren.
quis manum.sit.l.1.hic tit.est de ea, quæ datur liberis:
sequens tit.de ea, quæ datur patronis.
2 ¶ In hoc tit. deciduntur tres quæstiones. ¶ Primò
3 quæritur, an bonorum possessio contra tabulas detur
suo postumo? Nos pleniùs explicemus, quibus hæc bo-
norum possessio detur. Nota primò, dari omnibus li-
beris præteritis, aduersus testamentum patris, vel alius
parentis masculi per lineam paternam adscendentis:
non aduersus testamentum matris, vel ascendentium
per lineam maternam; quia horum silentium & præ-
teritio vim exheredationis habet, D.h.t.l.4. §.ad testa-
menta. & Inst.de exhered. liber. §. vlt. exheredatis au-
tem hæc bonorum possessio denegatur, D.h.t.l.nõ pu-
tauit.8. Quare ad aliud remedium, id est, ad querelam
inofficiosi testamenti confugere debent tam exhere-
dati, D. eo. l. si post mortem 10. §.pen.quàm à matre,
4 vel auo materno præteriti, d.§.vlt. ¶ Nota secundò,
his, qui sunt in adoptiua familia, dari bonorum posses-
sionem contra tabulas patris adoptiui, D. h. t. l. 1.in
princ.non patris naturalis, nisi ab eo sint heredes scri-
pti, & per alios edictum sit commissum, D.eo.d.l. non
putauit.§.in adoptionem. 11. in princ. ¶ Nota tertiò, 5
hanc bonorum possessionem dari tam suis, quàm emã-
cipatis. Intellige dari emancipatis contra tabulas pa-
tris naturalis, non patris adoptiui, si pater adoptiuus
emancipauit, D.eod.l.1.§.& sui iuris.quia emancipatio
omnia iura per adoptionem quæsita tollit, D.de adopt.
l.in omni.13.Sed notanda est differentia inter suos, &
emancipatos: quoniam emancipati præteriti omni ci-
uili remedio destituuntur: ideóque hoc prætorium re-
medium est eis necessarium: quod non est suis heredi-
bus necessarium, quia testamentum ipso iure nullum
dicere possunt, & ita ab intestato succedere: vtile ta-
men est, cùm ad impediendam bonorum possessionem
secundum tabulas, quam prætor dat etiam ex testa-
mento iniusto, vt superiori tit.docui num.3. non ta-
men dat, si solus sit bonorum possessioni contra tabu-
las, l.2.& D.de bonor.sec.tab.l.2.in princ.tum etiam ad
infirmandum totum testamentum: quod si propter filij
præteritionem nullum dicatur, à substitutione incipit,
sola institutione reprobata, quotiescumque filius à pri-
mo gradu est præteritus, à secundo exheredatus, D.h.t.
d.l.non putauit, §.à primo. & de lib.& postu.l. 3.§.vlt.
¶ Nota quartò, hanc bonorum possessionem dari non 6
solùm natis viuo testatore, sed etiam suis postumis;
qui etsi testamentum, in quo sunt præteriti, adgnatiu-
ne rumpunt; tamen etiam bonorum possessionem pos-
sunt contra tabulas petere exemplo suorum heredum,
de quibus supr.dixi, l.1.& D.eo.l.1.§.hæc autem. ¶ Se- 7
cundò quæritur, an tutor infantis possit bonorum pos-
sessionem petere. Respondetur posse, d.l.2. lege notata
ad tit.qui admitt. num. 15. ¶ Tertiò quæritur, si bo- 8
norum possessio contra tabulas petita siue adgnita sit,
qui sint effectus. I. Cessat bonorum possessio secun-
dum tabulas, l.2.vt exposui supr.nu. 5. II. Legata non
præstantur, nisi personis in edicto exceptis, id est, libe-
ris, vel parentibus, l. 1. item vxori vel nurui legatum
dotis nomine, D.de lega.præstan.l. 1. Intellige his per-
sonis legata præstari à filio emancipato, non à suo he-
rede, nisi hic, cùm sit heres institutus, edicto per fra-
trem emancipatum commisso, contra tabulas bono-
rum possessionem petat, D.eod.l.is qui in potestate.15.
in princ.

Tit. XIII. De bonorum possessione contra tabulas liberti, quæ patronis liberisque eorum datur.

I. 2. 4. 5. | *II. 3.*

DE bonorum possessione, quæ datur pa- 1
trono cõtra tabulas liberti, quatuor quæ-
stiones dissoluuntur. ¶ Primò quæritur, 2
an detur ei, qui ex causa fideicõmissi ma-
numisit? De hoc meritò dubitatur: quia
hæc bonorum possessio est pars iuris patronatus, is au-
tem, qui ex causa fideicommissi manumisit, quædam
iura patronatus habet, vt ius succedendi ab intestato,
D.de bon.libert.l.qui ex causa.29.in princ.& de suis &
legit.l.3.§.1.& ne sine venia in ius vocetur, D.de in ius
vocan.l.is quoque.9.quædam non habet, vt quia ope-
ras imponere, vel impositas petere nequit, d. l. qui ex
causa in princ. nec ingrati libertum accusare potest,
supr.de libert.& eor.liber.l. 1. Quid ergo de bonorum
possessione contra tabulas dicendum? Placuit eam dari
etiam manumittẽti ex causa fideicommissi, l.1.& D.de
bon.liber.d.l.qui ex causa.in princ. ¶ Secũdò, cùm edi- 3
cto prætoris detur patrono post liberti mortẽ electio,
vtrùm malit ab herede accipere, quæ libertatis causâ
liberto imposuerat, vt munera & operas, an bonorum

possessionem contra tabulas liberti petere;hinc quæ-
ritur,si munera & operas elegerit,an posit variare,&
petere bonorum possessionem contra tabulas?Respon-
detur non posse,l.2.Simile est,quod alibi traditur,cùm
quis iure directo ex testamēto, & per fideicommissum
ex codicillis bona petere potest,cum alterutrâ viâ ele-
ctâ non posse pœnitere,& ad alteram transire, infr.de
codicill.l.vlt. Quare hæ duæ decisiones coniunguntur
in l.vlt.C.The.de testam. & codicill. vnde sumpta est
4 d.l.vlt.infr.de codicillis. ¶ Tertiò quæritur,vtrùm hæc
bonorum possessio detur aduersus testamentum scri-
ptum, an aduersus nuncupatiuum? Respondetur, ad-
uersus testamentum scriptum esse bonorum possessio-
nem cõtra tabulas,aduersus nuncupatiuum esse bono-
rum possessionem contra nuncupationem, l.1.Sic igi-
tur differunt contra tabulas, & contra nuncupationē,
vt tit.xj. dixi differre secundum tabulas, & secundum
5 nuncupationem. ¶ Quartò quæritur,quantum auferat
patronus per hanc bonorū possessionem contra tabu-
las? Respondetur,eū non auferre omnia bona,sed tan-
tùm portionem legitimam sibi competentē, d.l.1,quæ
iure antiquo erat dimidia, ex Iustiniani verò constitu-
tione est tertia,Inst.de success.libert.§.1.&§.sed nostra,
vers.sin autem sine liberis. & olim erat cum onere le-
gata exceptis personis soluendi pro rata portione,D.de
condit.& demonstr.l. 4. in princ.hodie est sine onere,
d.§.1.vers.ita fine.Alia ratio est liberorum,qui per bo-
norum possessionem contra tabulas omnia bona aufe-
runt,D.de bon.possess.cont.tab.l.cùm emancipatus.13.
in princ.legata verò personis in edicto exceptis solue-
re ita demum tenentur,si sint emancipati, vt docui in
calce tituli præcedentis.

Tit. XIV. Vnde liberi.

I. 2. 3. 5. 6.	*III. 2. 4. 6.*
II. 6.	

1 Ost bonorum possessiones ex testamen-
to,dantur bonorum possessiones ab intē-
stato,D.si tab. testament. nul.extab.l.1.in
princ. inter quas primum locum tenet
bonorum possessio vnde liberi, d.l.1.§.1.
2 & §.rectè. de qua tres quæstiones dissoluuntur. ¶ Pri-
mò quæritur, quibus hæc bonorum possessio cōpetat?
Respondetur,competere I.Filiis,tam suis,quàm eman-
cipatis,l.1. II. Nepotibus,licèt emancipati sint, ac pa-
tri post auum, cuius bonis nec abstinuit nec se immi-
scuit,mortuo succedere nolint: nihilominùs enim bo-
norum auitorum possessionem petere possunt, l. 3. vt
3 latiùs explicabo num.6. ¶ Nota primò,descēdentes ex
feminis ad hanc bonorum possessionem non admitti,
infr. de suis & legit.l.vlt.quia nec contra tabulas pete-
re possunt, D.de bon. possess. cont. tab.l.4.§. ad testa-
menta. his verò solis datur vnde liberi, quibus datur
contra tabulas, D.si tab.testamen. nul. extab.l.1.§. re-
ctè. & §. seq. Ergo descendentes ex feminis nec iure
ciuili antiquo, nec iure prætorio succedunt in primo
ordine, sed eis succurritur ex constitutionibus, Instit.
de hered. quæ ab intest. defer. §. item vetustas. vt ex-
plicabitur infr.tit.55.& iure prætorio vocantur ad bo-
norum possessionem vnde cognati,infr.vnde legit.l.3.
4 ¶ Nota secundò, nepotem non succedere, si eorum
pater sit superstes,nisi ille sit emancipatus, & ipsi sint
integri iuris, quo casu cum eo coniunguntur à præ-
tore, ita vt tantum omnes simul accipiant,& inter se
diuidant,quantum accipit eorum pater,D.de coniung.
cum emanc.lib.eius,l.1.§.inter ipsum.& si tab. testam.
null.extab.l.5.in princ.Filius verò defuncti nepotes ex
altero filio prædefuncto non excludit: sed omnes si-
mul succedunt, & bona in stirpes diuidunt, infr. de
suis & leg.l. 3. ¶ Secundò quæritur, quomodò bona 5
inter plures liberos diuidantur?Inter filios, tam suos,
quàm emancipatos æqualiter diuiduntur,l.1. & Instit.
de hered. quæ ab intest. defer. §. emancipati. sed inter
filium,& nepotes ex altero filio prædefuncto,iam dixi
diuisionem fieri in stirpes.Eadem diuisio locum habet
inter nepotes ex diuersis filiis prædefunctis, infr. de
suis & legit.l.2.& Instit.de hered.quæ ab intest. defer.
§. cùm filius.Quòd si filius aliquis sit emancipatus, &
ex eo nepotes sint integri iuris: hi omnes(vt nuperri-
mè dixi) à prætore coniunguntur,vel in eandem here-
ditatem,si alij filij non sint;vel in eandem portionem,
si sint etiam alij filij ita: vt quam partem filius accipe-
ret, si emancipatus non esset, ejus semissem accipiat,
alterum semissem nepotibus(id est,filiis suis) inter eos
æqualiter partiendum dimittat, D. de coniung. cum
emanc.lib. d.l. 1.§.inter ipsum.& si tab.testam.nul.ex.
tab.l.5.in princ. ¶ Tertiò quæritur,quibus liberis hæc 6
bonorum possessio sit necessaria, tanquàm exclusis à
ciuili successione? Respondetur, esse necessariam his,
qui non sunt sui heredes, præsertim si hi,qui sui here-
des sunt, successionem admittant:quoniam hi cæteros
ab hereditate excludunt,l.2.Cùm dico hanc bonorum
possessionem esse non suis liberis necessariam,non in-
telligo descendentes ex feminis, quos iam ab hac bo-
norum possessione repuli:nec solùm admitto emanci-
patos(qui siue soli sint, siue cum suis, dumtaxat iure
prætorio per bonorum possessionem succedere pos-
sunt,l.1.& Instit.de hered.quæ ab intest.defer.§.eman-
cipati.) sed etiam nepotem, qui in specie l. 3. siue
emancipatus,siue integri iuris sit, iure ciuili succedere
nequit, & ad bonorum possessionem admittitur. Sed
hæc species expositione eget. Finge auum, qui filium
in potestate,& ex eo nepotem, siue in potestate, siue
emancipatum habebat, decedere: sine dubio filius est
suus heres.Pone hunc filium, cùm bonis,nec se immi-
scuerit,nec abstinuerit, mori nepote,id est,filio suo su-
perstite.Hic nepos non vult patri,sed tantum auo suc-
cedere.Quæritur,an possit?Imperator in d.l.3. respon-
det,eum iure ciuili heredem ita fieri non posse,præser-
tim si sit emancipatus, iure autem prætorio bonorum
possessionem petere posse:quia iam scimus emancipa-
tos iure prætorio succedere, iure ciuili non admitti.
Sed qua ratione idem respondetur de nepote non
emancipato:Quia filius iure ciuili,cùm suus heres fue-
rit,ipso iure heres extitit, D.de libe. & postu.l.in suis.
11.& Instit. de hered. quæ ab intes. defer. §. sui autem
heredes etiam. consequenter nepotem ex se genitum
exclusit:iure autem prætorio non successit,quia se bo-
nis non immiscuit:quare iure ciuili inspecto,bona aui-
ta cum bonis paternis sunt confusa, & vnâ hereditate
vtraque bona continentur: iure autem prætorio bona
distincta sunt: proinde nepos sola bona auita sine bo-
nis paternis acquirere potest iure prætorio, non iure
ciuili. Porrò non succedit tanquàm suus,licèt emanci-
patus non fuerit,sed tanquàm nepos:quoniam hæ suc-
cessiones inter se differunt, D. de iniust. rup.l. 6.vers.
non fuisse. ac suitas tempore delatæ hereditatis spe-
ctatur,id est,tunc suum heredem esse oportet,cùm he-
reditas defertur,Instit.de hered. quæ ab intest. defer.§.
cùm autem quæritur. in casu autem proposito, cùm
hereditas aui intestati delata est, nepos suus heres dici
non potuit,quia filius præcedebat.Nec prodest nepoti
ad hoc,vt suus heres auo fiat,quòd filius post delatam
hereditatem mortuus est, quamuis hoc prodesset, si
ante delatam hereditatem decessisset, d. §. cùm au-
tem quæritur. & D. de suis & legitim. l. 1. §. scien-
dum.

Tit. XV. Vnde legitimi, & vnde cognati.

I. 4. 17.	*IV. 2.*
II. 4. 17.5.	*V. 5.6.*
III. 4.3.	

1 EXposita est prima bonorum possessio ab intestato, quæ vocatur vnde liberi: duæ sequentes hoc titulo coniunguntur: nempe secunda vnde legitimi, ac tertia vnde cognati. Illa concurrit cum hereditate, id est, eis defertur, qui etiam iure ciuili ad hereditatem vocantur, tit. vnde legit. l. 3. §. vlt. & Instit. de bono. poss. in princip. hæc datur etiam cessante legitima successione, vt loquitur Imperator in l. vn. supr. quan. non peten. par.

2 ¶ De legitimis vna proponitur hoc titulo quæstio, quomodò fiant heredes, vel bonorum possessores? Respondetur, non sufficere, si res hereditarias teneant; sed hoc tantùm spectari, an hereditatem, vel bonorum possessionem admiserint, l. pen. Nam heres fit, quocumque modo voluntatem suam amplectendæ hereditatis indicauerit, Instit. de hered. qualit. §. item extraneus. similique modo fit bonorum possessor, Instit. de bon.
3 poss. §. vlt. ¶ De bonorum possessione vnde cognati tria quæruntur.

4 ¶ Primò quæritur, qui ad eam vocentur? Constat vocari cognatos: quorum tria exempla proponuntur. I. Nepotes succedunt auo materno, l. 3. vbi dicuntur succedere pro virilibus portionibus, quia omnes habebant eandem matrem; id est, erant nepotes ex eadem filia: alioquin non succederent pro virilibus portionibus, sed in stirpes, infr. de suis & legit. l. 2. & 3. Et quod ait lex, *etiam iure honorario*, per eam implicatiuam particulam *etiam*, indicat eos succedere posse etiam iure ciuili, nempe ex constitutionibus. Quod vt pleniùs intelligatur, distinguenda sunt quatuor tempora. Primò non succedebant iure ciuili; sed tantùm iure prætorio per bonorum possessionem vnde cognati; nam bonorum possessio vnde liberi eis non competit. Secundò, constitutiones principum eos admiserunt cum deminutione tertiæ partis, si concurrerent cum descendentibus ex masculis, vel cum deminutione quartæ partis, si concurrerent cum adgnatis. Tertiò Iustinianus eos omnino prætulit adgnatis, abrogans illam quartæ partis deminutionem, infr. de suis & legit. l. si defunctus. 9. & l. vltim. & C. Theod. de legit. hered. l. 4. & Instit. de hered. quæ ab intest. defer. §. item vetustas. Quartò idem Iustinianus eos æquè admisit cum descendentibus ex masculis, sublata tertiæ partis deminutione, Nouel. 18. cap. 4. Sed nulla extat constitutio hos descendentes ex feminis ad successionem vocans, quæ non sit posterior d. l. 3. huius tituli. Quocirca vereor, ne particula illa, *etiam* sit adscripta à Triboniano; qui, cùm anteà scriptum esset, *iure tantùm honorario*, ita mutauit, vt nunc legitur, *etiam iure honorario*. Cæterùm ex quo vocantur constitutionibus ad hereditatem, debent etiam admitti ad bonorum possessionem vnde legitimi, D. vnde legit. l. 3. §. vltim. Hæc dicta sint de descendentibus ex feminis. II. Consobrinus succedit consobrino, nisi bona ad alium prioris necessitudinis pertineant, vt ad adgnatum, vel proximiorem cognatum, l. 1. Consobrinos propriè accipio pro duarum sororum filiis, vt sint tantùm cognati, non adgnati, D. de gradib. l. 1. §. quarto gradu, & Institut. eod. §. quarto gradu. III. Propior sobrino succedit filio consobrinæ, vel filius consobrinæ succedit propiori sobrino, l. 2. in qua mendum manifestum est, dum propiorem sobrino interpretatur natum consobrina: perinde enim est, ac si diceret patruum, id est, fratris filium: vel, auunculum, id est, sororis filium: nam propior sobrino non est filius consobrini, vel consobrinæ, sed ad eum refertur, & est filius patrui magni, vel amitæ magnæ, vel auunculi magni, vel materteræ magnæ, pater verò sobrini, vel sobrinæ: quare si tu es filius meæ consobrinæ: non tu mihi, sed ego tibi sum propior sobrino, D. de gradib. l. 1. §. vlt. & l. vltim. §. quinto gradu. vers. personæ. & Institut. eod. §. quinto gradu. Aut igitur verbum *propior sobrino* est homonymum; quod mihi probabile non videtur, cùm nullum huius homonymiæ vestigium alibi appareat: aut contextus est emendandus. Duobus autem modis emendari facilè potest: vel enim ea verba, *id est, natum consobrina*, tamquàm spuria, quæ in contextum ex imperiti hominis glossemate irrepserint, delenda sunt: aut addendum prouocabulum *te*, atque ita legendum, *Cùm te propiorem*, &c. vt sensus sit, te esse propiorem sobrinum defuncti, id est, defunctum esse filium tuæ consobrinæ. Secundum priorem lectionem filius consobrinæ succedit propiori subrino: secundum posteriorem è contrario propior sobrino succedit filio consubrinæ: sed vtriusque casus eadem est ratio: quia propior sobrino, & filius consobrinæ sunt inter se cognati in quinto gradu. Porrò filium consobrinæ ponimus, vt manifestius sit, nullam esse inter has personas successionem legitimam, ac proptereà decurrendum esse ad bonorum possessionem vnde cognati: quia si consobrini vocabulum latè accipiatur, etiam patruelem complectitur: filius igitur fratris patruelis, qui est agnatus, & legitimus, dici potest filius consobrini. Verùm si propriè, & angustè consobrini vocabulum sumatur, vt consobrini dicantur duarum sororum filij: certè consobrinus est cognatus, non adgnatus: & filius consobrini æquè est cognatus, & vocatur ad solam bonorum possessionem vnde cognati, atque filius consobrinæ.

¶ Secundò quæritur, quibus hæc bonorum pos- 5
sessio sit necessaria? Non est necessaria suis heredibus: quoniam eis competit bonorum possessio vnde liberi, & vnde legitimi, & successio legitima. Item non est necessaria iis cognatis, qui iura adgnationis habent, cùm quia possunt petere bonorum possessionem vnde legitimi: tum etiam quia possunt iure ciuili succedere. Descendentibus ex feminis olim erat necessaria, sed hodie vocantur in primo ordine ex constitutionibus principum: vt docui supr. num. 4. Prorsus autem necessaria iure Codicis est cognatis iura adgnationis non habentibus, & omni alia successione destitutis, qui propriè vocantur cognati, l. vltim. Nec refert, vtrùm sint coniuncti per feminas, l. 2. & Institut. de success. cognat. §. eos, an sint coniuncti per masculos, & capitis deminutione ius adgnationis amiserint, D. vnd. cognat. l. 5. & Institut. de sucess. cognat. §. 1. quibusdam tamen iura adgnationis ex speciali priuilegio tributa sunt, vt fratribus sororibúsque emancipatis, vel vterinis, & eorum filiis, infr. de legit. hered. l. penult. §. in his. & l. vltim. & Institut. de legit. adgnat. succ. §. hoc etiam. & de success. cognat. §. 1. sed hodie cognatis omnibus patet successio legitima, sublato inter adgnatos, & cognatos discrimine, Nouel. 118.

¶ Tertiò quæritur, qua ratione dicatur bono- 6
rum possessio esse cognatis necessaria? Respondetur, esse necessariam ex hypothesi, id est, sub conditione, si velint succedere: non necessariam simpliciter, quia non coguntur succedere, si nolint, l. vltim.

Tit. XVI. De successorio edicto.

l. 6. | *l. 7.*

1 Vm triplex sit personarum coniunctio, nempe cognatio(quo nomine etiam adgnationem complectimur)nuptiæ,& affinitas:bonorum possessio in causa intestati, vel iure cognationis competit, vel ratione nuptialis coniunctionis:iure affinitatis successio nulla est,infr.commun.de success.l.7. Expositis igitur bonorum possessionibus, quæ iure cognationis liberis personis legitimis cognatis deferuntur, priusquàm de viro & vxore dicat, quædam suprà dictis bonorum possessionibus communia vult conditor Codicis explanare, quæ ad bonorum possessionem vnde vir, & vxor minùs accommodari possunt: hæc autem sunt, edictum successoriũ,de quo est hic titulus,& edictum Carbonianum, de quo dicetur titulo sequenti. Nam per edictum successorium defertur bonorum possessio sequenti gradui,vel sequenti ordini: per edictum Carbonianum defertur liberis impuberibus: bonorum autem possessio vnde vir,& vxor neque gradus habet, neque post se alium ordinem bonorum possessionis; nec ad liberos impuberes, sed ad virum, & vxorem spectat.

2 ¶ Cùm duplex sit successio, altera vniuersalis, quæ dicitur esse in ius, siue in vniuersa bona; altera particularis & in rem, D. de pact. l. si tibi. 17. §. pactum. & de iureiurand. l.7. in fin. & l. seq. & de ædilit. edict. l.sciendum. 19.§.penult. & de dam.infect. l.fluminum, 24. & quod legator. l. 1. §. illud. in præsentia de vniuersali agimus: quæ tribus modis accipitur: nam alia est successio, qua heres, vel bonorum possessor dicitur succedere defuncto: alia, qua quis in eius, qui prior ad successionem vocabatur, deficientis locum succedit: quod quidem, vel viuo eo, de cuius bonis quæritur, vel eo defuncto & post delatam priori hereditatem, vel bonorum possessionem contingit. in prima significatione, id est, quatenus succeditur defuncto, successio bifariam capitur: nempe aut actiuè, vt illius successio esse dicatur, qui succedit defuncto, vt Nouel. 118.aut passiuè, vt eius dicatur successio, cui succeditur, vt in titul. D. de veteranor. & milit. success. & in tit. Institut. de success. libert. In secunda significatione dicitur quis succedere in locum sui heredis, vt nepos morte filij, D. de liber. & postum. l. filius à patre. 28. §. 1. l. Gallus. 29. §. num si & filius. §. videndum. & §. ille casus. Tertia significatio ad hunc titulum pertinet; de ea namque est successorium edictum, quod etiam vocatur successorium caput, D. de iur. & fact. ignor. l. 1. §. penult. quo cauetur, vt eo, cui bonorum possessio delata est, deficiente, id est, bonorum possessionem non accipiente, sequens ad eam admittatur. Hæc successio in hereditate locum non habebat:sed eam Iustinianus in adgnatis admisit,vt mox docebo.

3 ¶ Porrò gradus gradum, & ordo ordinem sequitur: ac deficiente aliquo, nec bona defuncti accipiente, eius portio iis accrescit, qui sunt in eodem gradu, Institut. de grad. §. & si intra. quòd si nemo sit in eodem gradu; tunc deficientis locum occupat, qui sequenti gradu est in eodem ordine. Si verò nemo sit ex eo ordine, successio sequenti ordini defertur. Ordines hoc iure succedentium ab intestato quatuor sunt: 1. vnde liberi. 2. vnde legitimi. 3. vnde cognati. 4. vnde vir, & vxor. Cùm igitur deficientibus liberis vocantur legitimi, & cùm deficientibus legitimis vocantur cognati, & cùm deficientibus cognatis vocatur vir, vel vxor; hæc est ordinum successio: cùm autem deficiente auunculo, qui est cognatus in tertio gradu, in eius locum succedit consobrinus, qui est in quarto gradu; & deficiente consobrino vocatur sobrinus, qui est in sexto gradu: hæc est graduum in eodem ordine successio.

¶ Inter hæc duo successionum genera notentur duæ differentiæ. I. Successio graduum est potior successione ordinum: quia priùs bona deferuntur sequentibus gradibus eiusdem ordinis, quàm sequenti ordini: ac nemo potest ad bona venire ex ordine sequenti, si quis ea petat ex ordine præcedenti: quia hunc ordinem in bonorum possessionibus prætor statuit, vt legitimi vocentur post liberos, cognati post legitimos, vir, aut vxor post cognatos, D. quis or. in possess. seru. l. 1.in princip. In legitima quoque successione constat potiorem esse gradus successionem, quàm ordinis, Institut.de gradib. §. repetitis. II. Idem sibi non succedit in eodem ordine, sed in diuersis. Exempli causâ, si filius intra statutum tempus non petierit bonorum possessionem vnde liberi, non potest ampliùs hanc petere, sed potest petere vnde legitimi, nisi sit emancipatus: & hac quoque amissa petere potest vnde cognati: quia idem est filius, & legitimus, & cognatus. Similiter patruelis, amissa bonorum possessione vnde legitimi, potest petere vnde cognati, nisi alius proximior cognatus, putà auunculus obstet: quoniam auunculus est in tertio gradu, patruelis in quarto: & auunculus est cognatus, patruelis est adgnatus: quare patruelis, si tamquàm adgnatus petat vnde legitimi, præfertur auunculo: hac verò amissa, ad bonorum possessionem vnde cognati non admittitur, nisi post auunculum, D. hoc tit. l. 1. §. sed videndum, & vn. legit. l. 2. in princip. 4

5 ¶ Nunc videamus, in quibus successio graduum locum habeat. In suis heredibus non obtinet, D. de suis & legit. l. 1. §.sciendum. nec in legitimis, ne quidem in bonorum possessione vnde legitimi, secundum ius antiquum. Sed Iustinianus successorium edictum ad legitimos heredes produxit, supr. de bon. libert. l.vlt. §. ἐν δὲ τῷ ἔθει. & Institut. de legit. adgnat. success. §. placebat. Locum verò habet in bonorum possessione vnde liberi, D. si tabul. testam. nul. extab. l. 5. §. penultim. nécnon in bonorum possessione vnde cognati, d.§.placebat. His expositis, facilior erit duarum legum sub hoc titulo positarum interpretatio.

6 ¶ In specie primæ legis Titius decessit superstitibus fratris filia furiosa, & eiusdem fratris ex eadem filia nepote: fratris filia nec bonorum possessione vnde legitimi, nec vnde cognati petita, quia furore impediebatur, decessit: ex successorio edicto bonorum possessio vnde cognati defertur fratris nepoti. Quæro, an furiosa poterat bonorum possessionem petere, vnde legitimi, vel vnde cognati? Respondeo, ipsam non potuisse petere, sed curatorem eius potuisse. Sic enim, cùm hac de re veteres dubitarent, Iustinianus constituit, supr. de curator. furios.l.vltim. §. sin autem ex alia. & §. tali. Sed nihilominùs eâ in furore defunctâ, bonorum possessio perinde ex successorio edicto defertetur nepoti fratris, ac si nomine furiosæ petita non fuisset: quia non ad proximiores furiosæ,sed ad proximiores primi defuncti,successio deuoluitur,d.l.vltim.§.sin autem in furore.

¶ In specie l. 2. duo fratres decesserunt nullis relictis liberis,nullis adgnatis: tantùm superstites fuerunt duo cognati; auunculus magnus, qui est in quarto gradu; & alius cognatus in quinto gradu, putà amitæ magnæ,vel materteræ magnæ filius, qui vocatur pro- 7

pior

pior sobrino: prolatum fuit testamentum dictorum fratrum, in quo heres scriptus erat auunculus magnus: hic post hereditatem ex testamento aditam decessit: ac posteà testamentum illud falsum esse apparuit, quæritur, an propior sobrino bonorum possessionem vnde cognati petere possit? Imperatores in d. l. 2. sic distinguunt: Aut auunculus magnus bonorum possessionem omisit, aut petiit. Priori casu sequens cognatus, id est, propior sobrino admittitur: quoniam auunculus magnus ex testamento, quod posteà falsum apparuit, adeundo hereditatem, nihil egit. Posteriori casu propior sobrino excluditur: quia proximior cognatus, nempe auunculus magnus bonorum possessionem petiit: regulariter enim priore admittente bonorum possessionem, non est ampliùs locus successorio edicto, excepto casu suprà exposito, cùm furiosi curator bonorum possessionem petiit. Non obstitit auunculo, quominùs bonorum possessionem ab intestato peteret, quòd hereditatem ex testamento adiuit: cùm enim iusto errore ductus, testamentum valere putaret, non censetur successionem ab intestato repudiasse, D. de inoffic. testam. l. mater. 59. vers. nec enim. & de hered. petit. l. legitimam. 8.

Tit. XVII. De Carboniano edicto.

I. 3. 6. j. iij.	*vers. scilicet. 6. j ij.*
II. in princ. j iv. v. vij.	

1 HVius tituli nexum cum superioribus ex-
2 posui ad rubr. præced. ¶ Hoc Carbonianum edictum est introductum ad exemplum decreti Carboniani, D. de insp. vent. l. 2. quo videtur Gn. Carbo, dum prætor esset, Gn. Pompeio puero cauisse, bonáque eius paterna protexisse, vt probabiliter Cuiacius colligit ex iis, quæ scribit Valerius Maximus lib. 5. cap. 3. exemplo 5. & libr. 6. cap. 2. exemp. 8. Quod igitur Gn. Carbo specialiter pro Pompeio puero decreuit, sic placuit, vt posteà in generale edictum transierit.

3 ¶ Carboniana bonorum possessio est decretalis extraordinaria, quæ ex edicto datur impuberi controuersiam de successione in bonis paternis ideo patienti, quia negatur esse in numero liberorum: sed ex sententia Iuliani, quæ rescripto Diui Pij comprobata est, edictum producitur ad eum, qui status controuersiam patitur, vt quia dicitur ex ancilla susceptus. Huic igitur datur vsque ad pubertatem bonorum possessio, ex quo capite ei competit, putà contra tabulas, vel vnde liberi, vel vnde cognati, (nam ad omnes edicti partes hæc bonorum possessio aptari potest) perinde ac si nullam de genere, seu statu controuersiam pateretur, & iudicium in tempus pubertatis differtur, ne in ætate pupillari, quæ insidiis malorum hominum est obnoxia, de statu periclitetur, l. 1. & D. eod. l. 1. in princ. l. 3. §. puberi. §. duæ. vers. Diuus.

4 ¶ De hac Carboniana bonorum possessione duæ quæstiones hoc titulo dissoluuntur.

5 ¶ Prima quæstio est, quæ requirantur, vt ei locus sit? Reperio septem requiri. I. Vt pupillo fiat controuersia, non ei, qui pupillarem ætatem excessit, d. l. 3. §. puberi. II. Vt moueatur duplex controuersia, id est, tam bonorum, quàm generis, vel status: nam vna harum controuersiarum huic edicto locum non facit, D. eod. l. 6. §. ita demum. III. Vt hæc status, vel generis controuersia dubia sit. Quid enim, si euidenter probetur, filium non esse? Profectò hæc bonorum possessio ei non datur, d. l. 3. §. causæ. IV. Vt de matrimonio, ex quo impubes susceptus dicitur, non dubitetur, l. 2. in princip. V. Ne fuerit neglectum edictum de custodiendo partu, d. l. 2. in princ. & D. de inspic. vent. l. 2. VI. Ne aliter, quàm per hanc bonorum possessionem impubes ad bona defuncti venire possit. Quare si heres a defuncto scriptus sit; quamuis filius, vel liber esse negetur; tamen hanc bonorum possessionem petere non potest; quia iure ordinario potest ex testamento succedere, vel adiens hereditatem, vel petens bonorum possessionem secundum tabulas, D. h. t. l. 1. §. Pomponius. & l. cùm fine. 51. VII. Vt controuersia generis, vel status cessante, succedere proculdubio possit. Quod quidem significatur in l. 2. in princ. illis verbis, *probata legitima successione*, id est, si iudici probetur, pupillum esse legitimum defuncti successorem, dummodò eius legitimus filius sit. Quid enim, si sit à patre exheredatus? Certè non potest hanc bonorum possessionem petere, licèt filius testatoris esse negetur, d. l. 1. §. Pomponius. d. l. cùm fine.

¶ Secunda quæstio est, qui sint effectus huius bonorum possessionis? I. Pupillus in possessionem mittitur vsque ad tempus pubertatis, in quod controuersia generis, vel status differtur: ita vt pupillus solus in possessione sit, si satisdederit de bonis, si contra se post pubertatem iudicatum fuerit, restituendis, vel vnà cum eo, à quo controuersiam patitur, si satis ei non dederit, l. 1. l. 2. in fin. & D. eod. l. 1. in princ. & §. 1. & l. 3. §. puberi. & §. missum. II. Pupillus vtitur rebus hereditariis, l. 2. in fin. id est, alimenta percipit, cæterasque necessarias impensas, putà in causam studiorum consequitur, D. eod. l. 6. §. non solùm. quod ei, qui impuberi controuersiam facit, licèt ob satisdationem ab eo non præstitam, simul in possessione sit, non conceditur, d. l. 6. §. qui pupillo. III. Per hanc bonorum possessionem pupillus non consequitur hereditatem, aut rerum hereditariarum dominium: quod si non expectata pubertate consequi vult, agere directa actione debet, id est, petitione hereditatis, aut rei vindicatione, l. 1. & D. eod. d. l. 3. §. missum. Quo casu id obtinet, quod in l. 1. supr. de ordin. iudic. constituitur, vt iudex, qui de hereditate principaliter cognoscit, etiam de statu, de quo principaliter fortasse cognoscere non posset, rectè non cognoscat: non vt de statu pronunciet, sed tantùm de hereditate, cuius controuersia à status quæstione pendet. Non obstat, quod supr. dixi, controuersiam in tempus pubertatis differri: hoc enim tum demum obtinet, cùm pupillo expedit, ne in ætate pupillari de statu periclitetur. Cæterùm si ei sit vtilius controuersiam non differri, vt quia defenditur à tutore idoneo, & progressu temporis probationes, quas nunc habet in promptu, posset amittere: nihil vetat quæstionem statim dirimi, d. l. 3. §. duæ. Ex dictis explicandum est, quod habetur in l. 2. in fin. vbi pupillus dicitur nouos heres constitui: quia etsi re vera per Carbonianam bonorum possessionem heres non fit, tamen pro herede quodammodò habetur, & quasi heres vtitur rebus hereditariis, & inde alitur, nec posteà restituit, quæ alimentorum causâ consumpsit, quamuis contra eum iudicatum fuerit. Qua ratione videtur quodammodò quasi nouum quoddam genus heredis constitui. IV. Hæc bonorum possessio, quam dixi esse extraordinariam, non impedit, quò minùs ordinaria petatur, vel ab ipso impubere, vel ab eo qui impuberi cõtrouersiam facit, D. eod. d. l. 3. §. vlt. l. 6. §. huic autem. l. 7. §. vlt. & l. scriptus. 14. & D. si tab. testam. nul. extab. l. 5. §. sed etsi ex Carboniano.

Tit. XVIII. Vnde vir, & vxor.

VLtima bonorum possessio ordinaria est *vnde vir*, 1
& vxor: quæ datur cessante successione parentum,

ſum,liberorum,legitima adgnatorum , & naturali co-
gnatorum (nam adgnati ſunt iure ciuili coniuncti , &
legitimi heredes : cognati verò ſunt iure naturali con-
iuncti,& honorarij ſucceſſores) excluſo fiſco , qui oon
occupat bona defuncti , niſi omnibus ſucceſſoribus de-
ficientibus.Hæc viri, & vxoris ſucceſſio dicitur eſſe iu-
ris antiqui , l. vn.id eſt , quod obtinebat ante conſtitu-
tionem quandam Theodoſij,& Valentiniani,quæ cum
parentibus, vel propinqois defuncti mariti etiam vxo-
rem vocabat in partem aliquam. Sed eam conſtitutio-
nem iidem Imperatores abrogarunt reſtituto iure anti-
quo,C.Theod.de legit.hered.l.vlt.Nouiſſimè Iuſtinia-
nus conſtituit,vt etiam cum liberis defuncti vxor ſuc-
13 cedat,ſi indotata & inops ſit,vir autem locuples deceſ-
ſerit:& ſi quidem tres ſint liberi, vel pauciores , ſucce-
dat ex quadrante:ſi plures, in virilem portionem voce-
tur.Item conſtituit , vt legatum in dictam partem im-
putetur : & vt eam liberis eiuſdem matrimonij , ſi qui
ſint , ſeruare cogatur. Idémque ſtatuit ex parte viri , ſi
vir inops noo donauerit propter nuptias, & mulier lo-
cuples deceſſerit,Nou.53.c.vlt.& Nou.117.c.5.

Tit. XIX. De repudianda bonorum poſſeßione.

I. 3. 5. | *II.* 3. 4.

1 HActenus de acquirenda bonorum poſſeſſio-
ne generaliter,& per ſpecies ttactatum eſt:
conſequenter agitur de ea repudianda , &
2 amittenda. ¶ Inter *repudiare & recuſare* Cu-
iacius ad §.extraneis.Inſtit. de hered. qualit. & ad Pau-
lum lib.4.ſentent.tit.4.in prioc.ſic diſtinguit , vt repu-
diari dicatur tantùm in iure ſolemniter , infr.de repud.
hered.l.3.& 4.recuſari quocumq; loco, & quocumque
modo,D.de acquir.hered.l.recuſari. 95. & ad S.C.Tre-
bellian.l.6.in princ. Sed hæc ſunt obſoleta:nec èſt hæc
3 diſtinctio in iure Iuſtinianeo admittenda. ¶ De repu-
dianda bonorum poſſeſſione ſub hoc tit.ſunt duæ con-
ſtitutiones : quarum poſterior reſpicit ad quæſtionem,
quis poſſit repudiare:prior eſt de effectu repudiationis.
4 ¶ Prima igitur huius tituli quæſtio eſt , ſi bonorum
poſſeſsio filiofam.delata ſit , an pater poſsit eam repu-
diare ? Imperatores in d. l. 2. reſpondeot , patrem non
poſſe repudiare in fraudem filij.Nota primò,filij appel-
latione in d.l.2.ſignificari filiumfam.vt & in l.filiæ.18.
ſupr.fam.erciſc.& in l.6.D.de pact.& multis aliis locis:
alioquin omni dubitatione quæſtio careret , ſi de filio
emancipato proponeretur. Nota ſecundò , *fraudis* vo-
cabulum duobus modis accipi,id eſt,pro dolo , vel pro
dãno,D.de pact.l.7.§.ſed ſi fraudandi.Illa vocatur fraus
in mente,ſeu conſilio;hæc verò fraus in re,Inſtit.qui &
quib.ex cauſ.manum. non poſſ. §.in fraudem. Harũ ſi-
gnificatioonum poſterior hoc loco ſumi debet , vt ſen-
ſus ſit , patrem repudiantem noo facere filio præiudi-
cium.Nota tertiò , idem obtinere in hereditate filiofa-
miliâs delata,ſupr.de iur.delib. l.cenitente.11. & D. de
acquir.herẽd.l.is qui.13.§.vlt. necnoo in legatis , ac fi-
deicommiſsis,ſupr.de fideicom. l. ex repudiatione.26.
Nota quartò,aliam eſſe rationem eorum,quæ ſeruo re-
licta ſunt : quia dominus poteſt ea repudiare,vt bono-
rum poſſeſsionem,D.de ſucceſſ.edict.l.1.§.per ſeruum.
& legatum,D.de lega.j.l.7.Non obſtat l.Titia.34.§.Lu-
cia.D.de lega.ij.vt docui Cent.6.q.4. Nota quintò , in
d.l.2.non ſimpliciter diei patrem non poſſe repudiare,
ſed non poſſe repudiare in fraudem,& præiudicium fi-
lij:nam in ſuum præiudicium repudiat,propterea quòd
filio petente bonorum poſſeſsionem, per eum non ac-
quiret vſumfructum, infr. de bon.quæ lib. l. vlt. Lege
notata ſupr.qui admit.ad bon.poſſeſ.poſſ.num.11.
5 ¶ Secunda quæſtio eſt,ſi quis (puta filius emancipa-
tus)bonorum poſſeſsionem repudiauerit, an poſsit per
pœnitentiam eam accipere , hoc prætextu , quòd ſine
aduocato repudiauit , proinde imperitiâ lapſus videri
poſsit:Reſpondetur, non poſſe , l. 1. nam qui ſemel re-
pudiauit , non poteſt ampliùs admitti , cùm ſequenti
bonorum poſſeſsio deferatur ex ſucceſſorio edicto,
D. ſi tab. teſtam. nul. extab. l. 1. §. planè ſi tempora.&
de ſucceſſ. edic.l. 1.§. qui ſemel. Nec patroni abſen-
tia iuſtam excuſatiooem tribuit,ſupr.de poſtul.l.4.quæ
cum l.1.h.t.coniungi debet.

Tit. XX. De collationibus.

*I.*7.*iv*.8.
*II.*12.*j*.14.17.
*III.*11.*j*.14.
*IV.*5.7.*iv*.11.*j*.*ij*.14.
*V.*15.17.
*VI.*7.*iv*.*v*.12.*iij*.13.*j*.
*VII.*14.
*VIII.*16.17.
*IX.*5.6.*iij*.8.13.*j*.
*X.*8.
*XI.*5.6.*ij*.9.
*XII.*7.9.*iv*.11.*j*.12.*iij*.18.
*XIII.*6.*j*.7.*j*.*iv*.
*XIV.*11.*v*.18.
*XV.*7 *iv*.
*XVI.*8.14.18.
XVII. in princ. 11. *iij*.12.*j*.*iv*.14.
§.*emancipatis*.7.*ij*.
*XVIII.*6.*j*.
*XIX.*11.*iv*.14.
*XX. in princ.*7.*iij*.8.
§.*ad hæc*.11.*iij*.
*XXI.*7.*j* *ij*.

QVia ſæpe contingit, vt liberi bonorum poſ- 1
ſeſſionem petentes,ſua in medium conferre
debeant, D.h.t.l.1. in princ. idcirco de hoc
bonorum poſſeſsionis effectu in præſentia
dicendum eſt.Effectum bonorum poſſeſsionis appello:
quia prætor noo dat bonorum poſſeſsionem ſub cõdi-
tiooe, *ſi conferatur*, ſed data booorũ poſſeſsione conferri
iubet,D.eod.l.3.in princ. ¶ Collatio eſt contributio,ſeu 2
communicatio , qua liberi ſua cum parentis defuncti
bonis commiſcent,& confundunt, vt omnium partem
debitam ſinguli io diuiſione ferant.Et ita hoc loco ac-
cipitur, ¶ Quia verò quædam ſpecialia ſunt in dote, 3
conſequenter etiam in donatione propter nuptias:id-
circo duo ſunt tituli ſeparati in Digeſtis ; alter *de colla-
tione bonorum*, alter *de collatione dotis*. Sed in Codice de
vtraque collatione agitur ſub eodem titulo , qui pro-
ptereà in numero multitudinis inſcribitur *de collationi-
bus*. Quapropter duo ſunt capita huius tituli. ¶ Primo 4
capite de collatione bonorum deciduntur quinque
quæſtiones. ¶ Primò quæritur , quo iure, & quam ob 5
cauſam collatio ſit introducta ? Reſpondetur , eſſe in-
troductam edicto perpetuo,l.emancipati.9.l.poſtumo.
11. Cùm enim prætor liberos emancipatos contra ta-
bulas paternas admittat ad bonorum poſſeſsioné,eóſq;
ſimul cum his , qui ſunt io poteſtate , participes faciat
bonorum paternorum:conſequens eſſe putauit , vt ſua
bona in medium conferant , qui appetant paterna,
D.eod.l.1.in princ.perinde enim eos ad bonorum poſ-
ſeſsionem admittit, ac ſi non eſſent emancipati : quod
iniuriam faceret liberis integri iuris , quibus hac ra-
tione pars bonorum auferrur : eſſent enim emancipa-
ti longè melioris conditionis,niſi ſua bona conferrent:
quia & partem æqualem cum ſuis heredibus accipe-
rent ex bonis paternis , & præcipua haberent , quæ
ſibi acquiſiuiſſent;cùm liberi in poteſtate retenti , pa-
tri ſuo acquiſierint. Hæc igitur eſt collationis origo:
ſed poſteà hoc ius latiùs productum eſt,& ad alias edi-
cti partes porrectum , l. 4. vt ex ſequentibus appa-
rebit. Qua de cauſa hic titulus in Codice ponitur vlti-
mo loco , cum originis , & perpetui edicti ratione ha-
bita , in Digeſtis referatur ad tractatum de bonorum
poſſeſſione contra tabulas. ¶ Secundò qoæritur , qui 6
& quibus conferant ? Hîc dantur tres regulæ. I. Liberi
emancipati conferunt,l. vt liberis. 13. in fin. quocum-
que

que modo sint emancipati, l.liberos.18 (est enim tri-
plex emancipatio, legitima, Anastasiana, Iustinianea:
quamquam legitima in desuetudinem abiit, Inst.quib.
mod. ius patr.pot. solu.§. præterea) conferunt (inquá)
emancipati & eadem ratione conferunt, qui aliter, putà
dignitate facti sunt sui iuris; quia omniū eadem est ra-
tio) fratribus integri iuris, l.6.& d.l.si emancipati,& D.
eod.l.3. II. Emancipatus confert suo postumo testa-
mentum paternum adgnatione rumpenti, l. postumó
11.III. Emancipatus emancipato non confert, d l,
si emancipati.IV.Sui non cōferunt; nisi dotem, vel do-
nationem propter nuptias, de quibus dicetur in poste-
riori parte huius tituli: quia quicquid habent, in pecu-
lio computatur: peculium autem non conferri, mox
7 docebo. ¶ Tertiò quæritur, quid conferatur? Hîc dan-
tur sex regulæ. I. Peculium non confertur, nec castren-
se, vel quasi castrense, nec aduentitium; quia hæc pecu-
lia tamquam propria manent penes eos, ad quos perti-
nent, neque communicantur fratribus, l. filiæ.12. vers.
quin autem,& l.vlt.&D.eod.l.1.§.nec castrense,& §.seq.
nec profectitium; quia non est proprium filij; sed sine
collatione in paternorum bonorum diuisionem venit,
d.l.filiæ.vers.quin autem.l.si donatione. 13.vers.nam si
is.& supr.fam. ercisc. l. certum.13. II. Ea tantùm filius
emancipatus conferre debet, quæ patri acquisiuisset, si
in potestate mansisset, D. hoc titulo,l.2.§. si duo nepo-
tes. & pro soc. l. cùm duobus. 52.§. idem Papinianus.
proinde nec bona castrensia, nec quasi castrensia, nec
aduentitia confert, arg.l.vltim. sed tantùm profectitia,
l.vt liberis.17.§.emancipatis. III. Quæcumque liberis
in legitimam imputantur, conferri debent. Sed hoc non
reciprocatur, vt quicquid confertur, in legitimam im-
putetur, l.pen.in princip. Exempli gratiâ, simplex do-
natio, quam quis à matre, vel auo materno accepit, cō-
fertur fratri, vel sorori dotem, vel donationem propter
nuptias conferenti: hoc enim constitutum est æquali-
tatis inter liberos seruandæ causa, d. l. penultim. §. ad
hæc. non tamen hæc simplex donatio cōputatur in le-
gitimam (nisi hac lege donatum fuerit, vt in legitimam
imputaretur) quia nulla constitutione statutū est, vt in
legitimam imputetur. IV. Filius ea tantùm confert, quæ
tempore mortis paternæ habuit, l. 6. non ea quæ viuo
patre habere desiit, D.eod.l4.& de dot.collat.l. 1.§.vlt.
nec ea, quæ post mortem patris acquisiuit, l. si dona-
tione, 13.l.nec emancipati.15. Hinc est, quod filiis à pa-
tre relictum non confertur, quia post mortem patris
acquiritur, l.filiæ.12.vers.quin autem.in verbo, *neque
relictum*. Quod autem pater filio, vel filiæ, quem in po-
testate habebat, inter viuos donauit, conferri debet, d.
l.si donatione, vers.nam si is. quia etsi donatio morte
confirmatur; tamen hæc confirmatio ad tempus factæ
donationis retrò trahitur, nisi defectus insinuationis
obstet, supr. de donat. inter. vir.& vxor. l.donationes
quas parentes. 25. Non obstat lex filiæ. 18. in princip.
supr.fam. ercisc.vbi donata filiæ à patre non conferun-
tur, nisi contrarium patris iudicium probetur: quia ibi
pater testamento facto decessit, vt *iudicii* vocabulum
indicat, quod sæpe pro vlt. testantis voluntate accipi
cōstat: iure enim Codicis ita obseruatur in causa testa-
ti, l.1. Quare in d.l.filiæ. verba illa, *Si non posteà contra-
rium eius iudicium probetur*, sic interpretor, nisi iudi-
cium, hoc est testamētum, quod pater posteà fecit, pro-
betur esse contrarium, id est, nisi pater in testamento
collationem fieri iusserit. Ex his igitur, quæ posteriùs
docebo, facilè intelligetur, d.l.filiæ.supr.fam.ercisc.cor-
rectam esse per Nou. 18. cap.6. Iam verò non est igno-
randum, quædam viuo patre quæsita non conferri, quia
post mortem patris debebantur, licet eo viuo soluta
sint, D.h.t.l.penultim. quædam è contrario post mor-
tem patris quæsita conferri, vel quia viuo patre
quæsita finguntur, vt accidit, cum filius, qui bona
conferenda habebat, viuo patre captus est ab ho-
stibus, & post eius mortem rediit, D. eod.l.1.§ qui ab
hostibus. vel quia viuo patre filius sub conditione cō-
traxit, quæ post mortem patris impleta est, D.eod.l.2.§.
id quoque. spectamus enim tempus contractus, non
tempus existentis conditionis: quia conditio, quando-
cumque existat, retrò trahitur ad tempus contractus,
supr.ad S.C.Maced.l.vltim.in princip.& de donat. int.
vir. & vxor. l.donationes quas parentes, 25. V. Bona
conferenda intelliguntur deducto ære alieno, l. 6. &
D.eod.l.2.§.1.& de diu. reg.iur. l. subsignatum. 39.§.1.
VI. Actio iniuriarum non confertur; quia magis vin-
dictæ, quàm pecuniæ persecutionem habet, D.h. tit.l.2.
§. emancipatus. ¶ Quartò quæritur, quibus casibus 8
conferre oporteat? Tres casus distinguuntur: aut enim
filius non succedit in ius patris, aut succedit ab intesta-
to, aut ex testamento. Primo casu non est collationi lo-
cus, etiamsi filius ex patris codicillis fideicommissum
capiat, l.à patre.10.l.filiam.16.& D.eod.l.1.§. vel maxi-
mè & §.seq. Secundo casu conferendum est, l.si eman-
cipati, 9.l penultim. in princ. Tertio casu iure Codicis
non confertur, nisi pater conferri iusserit; quia non
succedunt beneficio prætoris quasi filij, sed iure insti-
tutionis quasi extranei, l 1. iure autem nouissimo con-
fertur, nisi pater collationem prohibuerit; quia cense-
tur per obliuionem non iussisse conferri, Nou.18. c. 6.
Ergo inter leges Codicis correctas per hanc Nouellam
est l.filiæ.18.supr. fam. ercisc. in cuius specie ideo non
confertur, quia ex testamento successum est, vt paulò
antè notaui. ¶ Quintò quæritur, quæ sit pœna non 9
conferentis? Respondetur, ei denegari actiones heredi-
tarias, l.postumo.11. adeo vt bonorum possessio, quam
accepit, ob non factam collationem sit sine re. Hæc di-
cta sint de collatione bonorum. ¶ Secundo capite de 10
collatione dotis, & donationis propter nuptias dissol-
uuntur quinque quæstiones. ¶ Prima quæstio est, de 11
personis conferentibus, & de his quibus confertur,
Hic dantur quinque regulæ, I. Filia fratribus emanci-
patis solam profectitiam dotem confert, non aduenti-
tiam, d.l.4. II. Filia in potestate retenta, fratribus inte-
gri iuris quamcumque dotem confert, l.3. l.filiæ 12.id
est, tam aduentitiam, quàm profectitiam, l.4. Cui ta-
men secundum communem glossæ, & Doctorum sen-
tentiam derogat lex vltim. qua generaliter statuitur, vt
aduentitia non conferatur. Sublata igitur inter suos, &
emancipatos liberos differentia, dos aduentitia indi-
stinctè non confertur. III. Qui quæve ei parenti
succedit, à quo dotem, vel donationem propter nup-
tias accepit, eam omnimodo confert, l. vt liberis.17.
in princip. quasi profectitia sit, quæ ab eo profecta est,
cui succeditur, etiamsi matri, vel auo, seu proauo ma-
terno succedatur: quamuis alibi dos profectitia non di-
catur, nisi quæ à patre, vel auo paterno constituta est;
aduentitia verò, quæ à quouis alio data est; D. de iur.
dot.l.5.Vlpian.tit.de dot.§. 1. Hoc autem casu, quo ma-
tri, aut auo, siue proauo materno succeditur; si alij liberi
dotem vel donationem propter nuptias (secundum ea,
quæ modò exposui) conferant, alij liberi, qui non do-
tem, nec donationem propter nuptias, sed simplicem
donationem à matre, vel adscendēte per lineam mater-
nam acceperunt, hanc inuicem conferre coguntur, quo
magis inter liberos æqualitas seruetur: quamuis alias
qui matri, vel auo, aut proauo materno succedunt, sim-
plicem donationem ab illa, vel ab illo acceptam non
conferant, nisi donatio facta sit hoc pactò, vt res dona-
tæ conferrentur, l. penultim. §. ad hæc. IV. Si nepotes
ex filia prædefuncta succedant auo materno, vel auiæ
maternæ: dotem, quam mater ab illo vel ab illa accepe-
rat, auunculis, seu materteris suis cōferunt, sicut mater
conferret

conferret, si viueret, & dicto auo vel auiæ succederet:
& inuicem eis ab auunculis materterisque confertur,
sicut eius matri conferretur. Itidemque nepotes ex fi-
lio prædefuncto conferunt patruo vel amitæ donatio-
nem propter nuptias, quam pater acceperat ab auo, ei-
que vicissim à patruo & amita confertur, l. illam. 19. V.
Si is, cui conferri debuit, ante factam collationem de-
cesserit, heredi eius conferre oportet: veluti si filia fra-
tri, cùm ambo intestati patris communis heredes es-
sent, dotem non contulit, & frater decessit, eique po-
stumus natus est: huic amita (hoc est primi defuncti fi-
12 lia) dotem conferre tenetur, l. si maritus. 14. ¶ Se-
cunda quæstio est, quid conferatur? Hic dantur qua-
tuor regulæ. I. Dos, vel donatio propter nuptias (siue
data, siue tantùm promissa fuerit) conferri debet, l. 2. l.
vt liberis. 17, in princ. II. Dos profectitia confertur
omnibus fratribus: dos aduentitia non confertur,
nisi ei succedatur, à quo constituta est, vt paulò ante
docui. III. Ea demum dos confertur, quam filia habuit
mortis patris tempore, l. filiæ 12. Idem supr. dictum fuit
de bonis conferendis, l. 6. Quare non est dubitandum,
quin idem obtineat etiam in donatione propter nu-
ptias. IV. Nihil refert, vtrùm donatio propter nuptias
collata sit à sponsi parente in sponsam, an in filium hac
13 lege, vt sponsæ donet, d. l. vt liberis, in princip. ¶ Ter-
tia quæstio est, quibus casibus dos conferatur? Hic cō-
14 siderantur tres diuisiones. ¶ Prima diuisio est quinque-
pertita; aut enim filia succedit patri ex testamento, aut
patri ab intestato, aut per bonorum possessionem con-
tra tabulas, aut rescisso testamento paterno per querelā
inofficiosi, aut non succedit. Primo casu non confert
hoc iure dotem, nisi pater conferri iusserit, l. 7. iure au-
tem nouissimo confert, nisi pater conferre prohibue-
rit, vt suprà ex Nou. 18. cap. 6. docui, tractans de colla-
tione bonorum: quia dotis & bonorum, quod ad hoc,
eadem est ratio. Secundo, tertio, & quarto casib. dotem
confert, l. 2. l. 4. l. filiam. 16. l. vt liberis 17. in princ. l. illā
19. etiamsi in dotali instrumento pacta sit se ad patris
bona non regressuram: quoniam eiusmodi pactum iure
ciuili reprobatur, l. 3. & D. de suis & legit. l. vlt. propterea
quod successio est iuris publici, quæ verò sunt iuris pu-
blici nō possunt priuatorum pactis mutari, D. de pact.
l. ius publicum. 38. Hanc rationē Papinianus in d. l. vlt.
significauit, inquiens ius successionis hac ratione non
mutari, quia priuatorum cautiones legum auctoritate
non censentur. Hoc autem adeo verum est, vt nequidē
adiecto iureiurādo pactum huiusmodi confirmari pos-
sit, supr. de legib. l. 5. & D. de pact. l. 7. §. & generaliter.
Caue tamen, dicas hoc pactum esse contra bonos mo-
res: non enim ideo reprobatur, quia turpe sit; sed quia
placuit ius successionis tantùm in legis & principis,
non in priuatorum potestate esse. Quare hoc pa-
ctum ab aliqua lege, vel à principe probari, non est ab-
surdum, sicuti ob iusiurandum adiectum probatur iure
Pontificio, extr. de pact. capit. 2. lib. 6. Eadem ratione
pactum instrumento dotali comprehensum, vt filia
quæ nubebat, ex æqua portione cum fratre suo heres
patris esset, iure Iustinianico improbatur, supr. de pact.
l. pactum quod dotali, 15. à Leone autem probatur,
15 Nou. 19. ¶ Secunda diuisio est, quod vel matrimo-
nium adhuc constat, vel solutum est. Sed vtroque
16 casu dos confertur, l. 5. ¶ Tertia diuisio est, quod
cùm collatio desideratur, bona paterna vel iam diuisa
sunt inter liberos, vel nondum sunt diuisa: sed vtro-
que casu similiter confertur, l. si soror 8.

17 ¶ Quartò quæritur, quomodò dos conferatur? Tres
casus distinguuntur: aut enim mulier habet dotem, aut
dos est penes maritum: aut dos tantum promissa, non
data fuit. Primo casu dos re ipsa confertur, id est, con-
funditur cum bonis paternis, ita vt eius partem fratres
accipiant, d. l. si soror. Secundo casu confertur remis-
sione, id est, mulier ex ea portione bonorum paterno-
rum, quæ ad se pertinet, tantā partem fratribus remit-
tit, quantam ex dote fratres accipere deberent, l. 5. Quid
ergo, si solutum sit matrimonium, & maritus non sit
soluendo? Iure Digestorum mulier tantùm fratribus
confert, quantum potest exigere, id est, quatenus ma-
ritus facere potest, D. de dot. collat. l. 1. §. quod si iam.
& l. 2. iure autem nouissimo distinguitur: aut enim mu-
lier à marito ad inopiam vergente dotem potuit exi-
gere, & ei imputatur, cur non exegerit, adeo vt nihilo-
minus integram dotem conferre debeat, nisi sit mi-
nor 25. annis, quia minori ætati parcitur: aut non po-
tuit exigere, ac tenetur tantùm actiones conferre, com-
muni periculo mouendas, id est, periculo mulieris,
& fratrum eius pro singulorum portionibus. Potuit
autem mulier dotem exigere, si vel fuit sui iuris, vel
pater consensit repetitioni doris, vel fuit ampla dos,
Nou. 97. capite 6. id est, centum librarum auri, Nou.
22. capite 18. Tertio casu mulier quæ pro sua tantùm
parte hereditaria ex dotis promissione tenetur, pro
fratrum portionibus obligationem in se suscipere de-
bet, ac fratres liberare, l. 2. & D. de dot. collat. l. 1. §. pen.
Liberantur autem vel solutione, vel mulieris expro-
missione. Quid ergo, si nondum dies solutionis vene-
rit, ac maritus nouare obligationem nolit? Mulier de
fratribus defendendis cauebit idoneè, id est, datis fide-
iussoribus, vel pignoribus, D. de collat. bon. l. 1. §. iu-
bet. ¶ Quintò quæritur, quæ sit pœna mulieris dotem 18
non conferentis? Respondetur, eam nihil consequi ex
bonis paternis, l. filiam 16. quia denegantur ei actiones
hereditariæ, l. filiæ. 12. in princip. l. si maritus 14. quod
& in bonis conferendis obseruari, uotaui supr. num. 9.

Tit. XXI. De Testamento militis.

I. 7. ij.	*XI. 7. iv.*
II. 7. j.	*XII. in princ. 10. ij.*
III. 1. 5. j.	*§. sanè. 10. j.*
IV. 10. iij.	*XIII. 3. ij.*
V. 3. iv. 4.	*XIV. 5. j.*
VI. 8. j. ij.	*XV. 4. 5. j.*
VII. 5. ij.	*XVI. 3. iij.*
VIII. 7. iij.	*XVII. 5. j.*
IX. 9.	*XVIII. 3. j.*
X. in princip. 9.	

HActenus de bonorum possessionibus; con- 1
sequenter dicendum de hereditatibus, quæ
ex testamento, vel ab intestato deferuntur:
ac primùm de his, quæ deferuntur ex testa-
mento, ob eandem rationem, ob quam supr. exposui-
mus bonorum possessiones ex testamento ante bono-
rum possessiones ab intestato: quia quamdiu potest ex
testamento adiri hereditas, ab intestato non defertur,
D. de acquir. hered. l. quamdiu potest. 39. Cùm autem
alia sint testamenta militum, alia paganorum: priori
loco de testamētis militum agitur: quia milites vel iu-
re communi, vel iure militari testantur, l. 3. & Inst. cod.
in princip. & §. sed hactenus. pagani verò tantùm iure
communi testamentum facere possunt, d. §. sed hacte-
nus. & D. de lega. 3. l. nemo. 55. ¶ Hic titulus diuiditur 2
in quinque capita. ¶ Primo capite tractatur de testa 3
tore: vbi dantur quatuor axiomata. I. Pupillus, si sis tri-
bunus numeri, id est, militum in numerum relatorum,
olim testamentum facere poterat, hodie non potest, l.
vltim. II. Militi vel centurioni ob delictum militare
damnato concedi ex speciali priuilegio solet, vt teste-
tur de rebus castrensibus, proinde dicuntur testari iure
proprio, l. & militibus. 13. id est, iure militari, D. de in-
iust. rup.

iust.rupt.l.6. §. sed etsi quis.Delictum militare dicitur, quod aliquis admittit, tanquam miles, veluti si arma abiiciat, vel stationem deserat: opponiturque delicto communi, quòd æquè in paganum, atque in militem cadit, vt adulterium, D.de re milit.l.a. in princ.& l.6.in princ.I I I.Scriniarij,& apparitores magistrorum militum, quamuis in matriculis militaribus sint inscripti, tamen milites non sunt:ideoque iure militari testari nequeunt, l. scriniario.16.I V.Testamentum iure militari factum valet, siue testator in militia, siue post honestam, aut causariam, non ignominiosam missionem intra annum decesserit, l. 5.& D.eod. l.testamenta eorum.26.in princip.& Institut.eod.§.sed hactenus.

4 ¶ Secundo capite quæritur, quibus personis miles in testamento relinquere possit? Respõdetur, eum posse quemuis instituere heredem, & cuiuis legare, l.3. & l.miles.15.Idcirco deportati,& cæteri ferè omnes, quibus paganus nihil relinquere potest, ex testamento militis capere possunt. Sed etsi miles eum heredem instituat, quem instituere non potest; tamen institutio sustinetur, si talis reperiatur eo tempore, quo miles moritur, vt ab eo heres institui possit: veluti si miles seruum pœnæ heredem instituat, isque mortis tempore in ciuitate reperiatur beneficio principis restitutus, D. h.titulo l. idem est.13.§.& deportati.Et de lega.iij.l. 7.
5 §. 1. ¶ Tertio capite de modo testandi dantur duo axiomata.I.Miles testatur, quomodò vult,& quomodò potest,l.3.l.si à fratre.14.l.milites.15.Videlicet si in expeditione militari occupatus testetur,l. penult. & Inst. eod. §. sed hactenus. I I. Verba militis demonstratiua (Doctores appellant enunciatiua) disponunt, licet in testamento pagani non disponát. Finge dominum seruo suo Fortunato ita legare, *Fortunato liberto meo decem do lego.* his verbis non dat ei libertatem, sed vocat eum libertum, quasi iam sit libertatem consecutus: hoc casu si testator sit paganus, Fortunatus non fit liber, consequenter non accipit decem sibi legata: si verò testator sit miles, nisi per errorem vocauerit eum libertum, Fortunatus & libertatem directam, & decem legata consequitur, l. 7. & infr.de necessar. seru.l.2.& de lega. l. 4. Cùm autem quis seruo suo pecuniam simpliciter legat, ita vt nec libertatem ei relinquat, nec eum libertum vocet: tunc, etsi legatum iure non consistit, tamen Iustinianus ex bono & æquo iubet, vt heres ei legatum præstet, infr.de necessar.seru.l.5.§.illo.

6 ¶ Quartum caput est, de hereditate, id est, de heredum institutione, substitutione,& exheredatione.

7 ¶ De institutione dantur quatuor axiomata.I.Miles potest pro parte testatus, pro parte intestatus decedere; quamuis hoc pagano concessum non sit, l. a.& Inst. de hered.instit.§.hereditas, vers.neque enim. I I. Miles potest alium bonorum castrensiũ, alium paganicorum heredem facere,& inter eos ius accrescendi prohibere, l.1.In pagano aliud obseruatur: qui si ex diuersis bonis diuersos heredes instituat, eius voluntas non sustinetur iure directo; nihilominus enim heredes fiunt ex æquis partibus, sed trahitur ad fideicommissum: quasi res illæ singulis heredibus sint prælegatæ, D.de hered.instit. l.qui non militabat.78.in princ.Item paganus non potest inter heredes prohibere ius accrescendi, ne decedat pro parte intestatus.I I I.Miles heredem facere potest ex certo tempore, vel ad certum tempus, l.certi. 8. & D. eod. l. miles ita 41. in princip. in testamento autem pagani dies adiecta pro non scripta habetur, adeo vt heres purè fiat, D.de hered.Institut.l.hereditas ex die 34.&Inst.eod.§.heres & purè.IV.Captatoria institutio non valet, non solùm si facta sit à pagano, D.eod.l.captatorias.70.& l.seq. sed etiã si facta sit à milite, l.captatorias.11.Notà primo, captatoriam institutionem esse, quæ confertur in secretum alienæ voluntatis, d.l.captatorias. 70. id est, qua quis hereditatem, aliudve lucrum sibi, vel alteri captat, hoc est, cùm spe futuræ successionis, seu futuri lucri aliquem heredem instituit, supr. de transact. l.si maiores.25. Nota secundò, cum aliquis lucrum sibi captat, veluti, *Titius si me heredem instituerit, heres esto*, institutionem verbis senatusconsulti reprobari: cùm autem alteri captat, committi in sententiam senatusconsulti, veluti, *Titius si Maeuium heredem instituerit, heres esto*, d. l. captatorias. 70. & l. seq. Nota tertiò, institutionem ad præteritum tempus relatam, non esse captatoriam, ideoque valere, veluti, *Qua ex parte Titius me heredem fecit, ex ea parte heres esto*, D. de hered. institut.l.2.in princ.l.hoc articulo. 29.d.l.captatorias 70.& l.seq.item, *Quanta ex parte me à Titio heredem institutum recitassem, ex ea parte Sempronius mihi heres esto*, D.eod.l.Clemens. 81. §. 1. quia verbum *recitassem*, est temporis præteriti; vt verbum *instituisset*,& verbum *legasses*, D.de condit. institut. l.mulier.20.§. vltim. Hæc autem institutio, *Quanta ex parte me Titius heredem scriptum in tabulis suis recitauerit, ex ea parte heres esto*, captatoria est: quia verbum *recitauerit*, futurũ tẽpus significat, D.de his quę pro nõ scrip. hab.l.1.in fin. Nota quartò, institutionem in alienum arbitrium collatam, veluti, *Quos Titius voluerit, heredes sunto*, non esse, vt Accurs. opinatur, captatoriam, quia testator nihil lucri captat: sed alia ratione reprobari, quia heredis institutio iure ciuili à solius testatoris, non ab alterius voluntate pendere debet, D. de hered. instit.l.illa institutio.32.in princip.Iure autem canonico vltima voluntas in alterius dispositionem committi potest, extr. hoc titulo capite cùm tibi. 13. Nota quinto non esse captatorias institutiones, cùm duo, putà vir, & vxor, mutua dilectione moti, se inuicem heredes purè instituunt, d. l. captatorias. 70. & Nou. Theod. de testam. Nota sextò, Græcos male institutiones captatorias interpretari, *τὰς χάριν ἀμειβομένας ἐυςάνας, quæ gratiam rependunt.* Ecl. Basil. l. 35.tit. 9. c. 56.Harmenop.lib.5.tit. 8. §. 4.quoniam hæc institutio, *Si me heredem fecit, heres esto.* gratiam rependit: non est tamen captatoria, sed iure probatur, vt supr. ostendi. Nota septimò, non solùm captatorias institutiones, sed etiam captatoria legata reprobari, D. de lega. j. l.captatoriæ.64.

¶ De substitutione dantur duo axiomata. I. Miles 8
potest etiam extraneis heredibus in secundum casum substituere, id est, si heredes extiterint & decesserint, l.6. & D. eod. l.5.l.miles ita. 41. in princip. I I.Si miles filium vel filiam impuberem & extraneum heredes instituat,& inuicem substituat: hæc substitutio valet etiam in secundum casum: ideoque impuberi, postquã heres extitit, decedenti extraneus ex substitutione heres fit, dummodo probet hanc fuisse testatoris voluntatem, quamquam in testamento pagani aliud obseruatur: quia verba pagani generalia, quibus duo heredes inuicem substituuntur, ad eum casum coarctantur, quo vtrique heredi substitui iure potest: proinde eiusmodi substitutio secundum casum non comprehendit, d.l.6.& D.de vulg.& pupilla.l.4.§.sed si alter.

¶ De exheredatione vnum est axioma. Silentium 9
militis non ignorantis se filium, vel filiam habere, pro exheredatione valet, l. sicut 9. & l. seq. dummodò in expeditione occupatus testetur, Institut. de exher. liber.§. penultim.

¶ Quinto capite de legatis & fideicommissis dan- 10
tur tria axiomata. I. Miles non potest legare vltra vires patrimonij, l.in testamento. 12. §.sane. I I. Lex Falcidia in testamento militis locum non habet, d. l. in testamento. in princip. Hodie ne quidem in pagani testamento locum habet, si modò quartæ Falcidiæ retentionem testator prohibuerit, Nou. 1.capi.2. I I I.
Miles

Miles minor annis lege definitis, (id est, secundum legem Æliam Sentiam minor viginti annis, ex Iustiniani constitutione minor octodecim annis, Institut. qui & ex quibus causis manum. non poss. §.eadem lege. & §. vltim.) si in testamento seruum suum sine iusta causa manumittat, pagano comparatur, quia neutet sic date libertatem potest: si vero ex iusta causa, quæ in consilio de causa manumittendi cognoscente probaretur, seruum manumittat, discrimẽ est: quia hoc casu ex testamento pagani libertas per fideicommissum sustinetur, ex testemento militis iusta & directa competit, l. 4. Nouissimo autem iure, qua ætate quis testamentum facere potest, id est, masculus post quartumdecimum, femina post duodecimum annum completum, pro libitu libertatem seruis suis dare potest, siue sit miles, siue paganus: nec quæritur, qua ex causa libertatem relinquat, Nou. 119. c. 2. Hæc dicta sint de testamentis militum.

Tit. XXII. Qui testamenta facere possunt, vel non.

I. 10.	*VII.9.*
II. 11.	*§.& sicuti.8.9.*
III. 6.7.j.	*VIII.7.vij.*
§.filium 4.	*IX.6.*
IV.6.	*X.7.xv.*
V. 7. ij.	*XI.4.*
VI.ij.	*XII.4.*

1 DEinceps dicendum de testamentis paganorum: de quibus duæ quæstiones occurrunt: prior, an valeant: posterior quis sit eorum effectus. Cùm quærimus, an testamentum valeat? Prius videndum, an is qui testamentum fecit, testamenti factionem habuerit; deinde an rectè & secundum iuris regulas testatus sit, D.h.tit.l.4. In primis igitur explicare oportet, qui testamenta facere possint, vel non possint.

2 ¶ Pro solutione huius quæstionis octo in persona
3 testatoris spectantur. ¶ Primo spectatur ætas. Lex impuberibus testamenti factionem denegat: quoniam animi iudicio carent, l.4. & Institut. eod. §. præterea. id est, quia nondum plenum animi iudicium habent, Vlp. tit. de testam. §. impubes. Testamenti factio incipit initio pubertatis, vel potius in fine pupillaris ætatis: quia pubertas incipit post duodecimum, vel quartumdecimum annum completum: testamentum autem facere potest, qui ad extremam duodecimi vel quartidecimi anni diẽ peruenit, etiamsi is dies non sit cõpletus, D.eo. l.5. Finis a lege nullus definitur, quia omnibus senibus, nisi aliud impedimentum obstet, testamenti factio per-
4 mittitur, l. 3. in princip. ¶ Secundò spectatur status.
Hic de filiofam. quæritur, an testamentum facere possit? Ac datur regula, Filiusfam. testamentum facere non potest, d.l.3.§.1. Ratio est: quia testamenti factio est iuris publici, D.eod.l. 3. proinde nemini competit, nisi ei à lege, vel à principe concessa sit: lex autem duodecim tab. solis patribusfamil. concessit testamenti factionem, illis verbis, *Paterfamiliâs uti legassit, ita ius esto.* Cic. lib. 2. de Inuentione, & ad Herennium libro 1. Sed cur lex filiisfam. non concessit, vt testamentum facere possent? Quia nihil habebant, de quo testarentur, cùm omnia patribus suis acquirerent, Vlp. titu. de testamen. §. Filiusfamilias. Posteà constitutionibus principum concessum est eis plenum dominium peculij castrensis, & quasi castrensis, vnà cum facultate testandi de his peculiis, l. vltima, & Institut. hoc titulo in princip. deinde concessa est filiisfamiliâs nuda aduentitiorum proprietas, & quibusdam casibus plena proprietas, sup. de bon. quæ lib. l. vlt. Vnde quæsitum est, an saltem de his testari possint? Et verius est, non posse; quia nulla lex, nulla constitutio hæc eis permittit. Opponitur d.l. vltim. §. filijs. vbi filijfam. in his dumtaxat casibus, in quibus vsumfructum patri acquirunt, de rebus peculij aduentitij testari prohibentur: in alijs igitur casibus testari non prohibentur; sed testari possunt. Respondeo, particulam *dumtaxat*, ab emendatioribus Codicibus abesse; &, cùm Iustinianus sit optimus sui interpres, ipsum in l. penultim. h. t. vetare, ne id colligatur ex d. §. filijs. sed maneat iuris dispositio prohibens filiosfam. testari, præterquàm de peculio castrensi, vel quasi castrensi. Rursus opponitur Nou. l. 117. c. 1. vbi imperator filiisfamiliarum de rebus huiusmodi peculij aduentitij liberè disponere permittit. Respondeo, Græca Iustiniani verba omnem difficultatem tollere: non enim permittit *διατίθεσθαι*, quod est disponere, seu testari; sed *διοικεῖν*, quod est administrare inter viuos. Maneat igitur inconcussa conclusio, filiumfam. non posse testari, nisi de peculio castrensi, vel quasi castrensi. ¶ Sed quid, si 5
pater testari permittat? nihilo magis testari potest, D. h.t.l.6. in princip. Inst. eod. in princip. quamquàm permittente patre mortis causa donare potest, D. de mort. cau. donat. l. tam is. 25. §. 1. Differentiæ ratio est: quia testamenti factio est iuris publici, vt supr. dixi, donatio verò priuati iuris est: itaque pater, qui est homo priuatus, filio potest ea concedere, quæ priuati, non quæ publici iuris sunt. Hæc dicta sint de filijsfamiliâs. ¶ Ter- 6
rio spectatur qualitas animi, vt furor. Furiosi non possunt facere testamentum, quia mente carent. Sed si ante furorem, vel tempore dilucidi interualli testamentum inchoauerint & perfecerint, sine dubio testamentum valet, l. furiosum. 9. & D. eod. l. filiusfam. 16. §. 1. & Inst. eod. §. præterea. ¶ Quarto spectatur qualitas cor- 7
poris, quæ quidem multiplex est: ideóque hîc dantur plures regulæ. I. Ægrotus, modò sanam mentem retineat, non per morbum deliret, testamentum facere potest, l. 3. & D. eod. l. in aduersa. 17. II. Eunuchus testamentum, vel codicillos facere potest: non tamen habet vllum priuilegium in testamento condendo, sed salua testamentorum obseruantia, id est, iure communi testari debet, l. 5. III. Cæcus non aliter testamentum facere potest, quàm secundum formam à Iustino præscriptam, l. hac consultissima. 8. & Inst. eod. §. pen. nam quia maior est falsitatis suspicio in testamento cæci, quàm aliorum, idcirco plures solemnitates requiruntur. Itaque cæcus coram septem testibus & tabulario specialiter conuocatis profiteri palàm debet se velle condere testamentum nuncupatiuum: ac palam debet exprimere nomẽ, & dignitatem heredum, aliaque indicia omnem ambiguitatem tollentia: item exprimere, quid, & quantum singulis heredibus, & legatarijs, vel fideicommissarijs relinquat: atque hæc omnia eo ordine, quo nunc narrata sunt, obseruate, non ordinem cõuertere, nec præponere (exempli gratiâ) legata institutionibus heredum, licèt regulariter in testamentis talio ordinis scripturæ non habeatur, Inst. de lega. §. ante heredis. Insuper testamẽtum perficere debet vno contextu. Ac testamentum à tabulario coram illis septem conuocatis testibus scribi: & ab ijsdem testibus subscribi, & tam à tabulario, quàm à testibus obsignari oportet. Hæ solemnitates requiruntur etiam in codicillis à cæco faciendis. Duarum tamen solemnitatum obseruandarum necessitas remittitur: nam testamenti vel codicillorum scriptura seorsum à quouis fieri iussu testatoris potest; sic tamen, vt posteà coram testatore & testibus specialiter ad id conuocatis à tabulario legatur, & à testatore approbetur, sic deinde subscriptionem & signacula, secundum ea, quæ supr. dixi, accipiat. Præterea vbi tabulariorum copia non est, tabularius omitti potest, dummodò octauus testis adhibeatur

beamr

beatur, qui eius vice fungatur. Insuper Leo, Nou.
69.cæcis testamentum arcanum facere permittit. Ad
hæc Doctores putant has solemnitates non requiri in
testamento cæci testantis inter liberos: de qua senten-
tia dicam inf.tit.prox.n.25.I V.Surdus & mutus natu-
ra nec testamentum, nec codicillos facere, nec vllam
vltimam voluntatem condere potest.Surdus & mutus
casu,si literas calleat, testamentum sua manu scribere
potest.Surdus non mutus,siue natura siue casu laboret
hoc vitio,testamentum,vt ceteri ciues Romani,facere
potest.Mutus tantùm non surdus, siue talis sit natura,
siue casu,si scribere sciat,testamentum scribere potest:
aliàs testari nequit,l.discretis. 10.cuius summa est, vt
aliquis testari possit,opus esse,vt vel loqui vel scribere
8 possit. ¶ Quintò spectatur testãtis dignitas. Hîc datur
regula:Etiam Imperatori & Augustæ testamentum fa-
cere,& factum mutare licet, l. 7. §.1.Cùm enim prin-
ceps priuatam quandam substantiam habeat, infr. de
quadrien.præscrip.l.vlt.vers. sed scimus. quid vetat eũ
de hoc priuato patrimonio testari: Neque enim debe-
mus existimare potestatem principi dari,vt de imperio
vel imperij partibus testetur: quandoquidem testamẽ-
ta ad res priuatas pertinent.Cic. Philipp. 2. *In publicis*
actis nihil est lege grauius: in priuatis firmissimum est testa-
mentum.Non est autem huius loci quærere,an princeps
imperium alienatione deminuere,vel, (vt quidam fe-
9 cerunt)inter liberos diuidere possit. ¶ Sextò spectatur
iteratio testamenti.Nam qui testamentum fecit, etiãsi
sit Imperator,vel Augusta,vel si Imperatorẽ, siue Au-
gustam herẽdem instituerit,tamen testamentum suum
mutare,& aliud facere,aliósque heredes instituere po-
10 test,l.6. & 7. ¶ Septimò spectatur communio bono-
rum.Qui omnia bona cum alio communia habet, ni-
hilominus testamentum facere potest, l. 1. quia de sua
tantùm parte testatur,non de aliena.Nota,res dici cõ-
munes duobus modis:nam aliæ nullo modo sunt sin-
gulorum,vt res vniuersitatis,Instit. de rer.diuis.§.vni-
uersitatis.& D.eod.l.6.§.1.& de acquir.rer.dom. l. sta-
tuas.41.aliæ sunt singulorum pro partibus,veluti quæ
sunt communes sociis, aut coheredibus, aut collega-
tariis. De his igitur quilibet testatur pro sua parte,d.l.
1.de illis nullo modo testari potest:proinde monachus
non potest facere testamentum, quia nihil proprium
habet,sed res ita sunt communes monasterij,vt singu-
li monachi partem harũ rerum sibi vindicare nequeãt,
11 Nou.5.cap.5. ¶ Octauò spectatur genus mortis: quæ-
rit enim,an testamentum eius valeat, qui mortem sibi
consciuit:ac respondetur valere, nisi conscientia cri-
minis & metu pœnæ sibi manus intulerit: tunc enim
eius testamentum constitutiones irritum faciunt:qua-
re si criminis reus se interemit, eius innocentiam, vt
testamentum valeat,probare oportet, l. 2. & D.de in-
iust.rupt.l.6.§.eius qui.Hæc dicta sint de persona testa-
toris:consequenter dicendum est de forma, & modo,
quo testamentum fieri debet.

Tit. XXIII. De testamentis, & quemadmodum testamenta ordinantur.

Superiori titulo egimus de testatore: nunc 1
de ipso testamẽto dicemus,præsertim quo-
modò fiat. ¶ Diuido hunc titulum in qua- 2
tuor capita. ¶Primo capite legislator iubet, 3
vt testamentum iure fiat: quia testamentorum ordina-
tio sub certa definitione legum instituta est, l.vlt. vers.
cùm enim, id est, ius certam formam testamentis tri-
buit,quam testator mutare non potest, D. de lega. j. l.
nemo potest. 55.quia testamẽti factio est iuris publici,
D.h.t.l.3.cui derogare nemo potest,l.testandi.13. ¶Se- 4
cundo capite exponitur,quibus modis testamenta iure
fiant.Sunt autem tres modi iure testãdi. I. Coram pri-
uatis testibus. II. Apud acta cuiuscumque iudicis, vel
municipum. III. Coram principe, l.omnium. 19. De
testamento apud acta confecto nihil vlteriùs dicẽdum
occurrit. ¶ De testamento, quod coram principe fit, 5
notandum,ad eius confirmationem nec alias solemni-
tates requiri, nec rescriptum principis, d. l. omnium.
vers. nec sanè. ¶ Testamentum, quod coram priuatis 6
testibus fit,subdiuiditur in solemne, & nuncupatiuum.
¶ De testamento solemni quatuor considerantur: ma- 7
teria,verba,voluntas testatoris, & solemnitates. ¶ De 8
materia testamenti tria notentur. I. Testamentum vel
in tabulis, vel in chartis, vel in alia qualibet materia
scribi potest,D.de bon.poss.sec.tab.l.1.in princ.& Inst.
h.t.§.nihil autẽ. II. Testamentum eodem tenore scri-
bi potest in pluribus codicibus, ita vt omnes sint au-
thentici, si in omnibus reperiantur solemnitates, quæ
iure in testamentis requiruntur,Inst.eo.§.pen.& D.qui
testam.fac.poss.l.vnum.24. III. Si testamentum semel
publicatum sit,quamuis materia, in qua primùm à te-
statore scriptum fuit, id est, quamuis ipsum authenti-
cum intercidat,nihilominùs valet,l.2. ¶ De verbis te- 9
stamenti quinque regulæ traduntur. I. Non officit te-
stamento,quòd à testatore diuersis nominibus appella-
tum sit,puta testamentum, vltimum elogium, vltima
voluntas:quia superflua non nocent,l.testamẽtum. 17.
II.Heredis institutio, quæ est caput & fundamentum
testamenti,Inst.de lega.§. ante heredis. quibuscumque
idoneis verbis fieri potest,etiam Græcis, l.hac consul-
tissima.21.§.vlt.nec solùm directis & solemnibus, ve-
luti,*Heres esto*,sed etiam inflexis & precariis,veluti,*Vo-*
lo,mando,cupio vt sit heres,l.quoniam.15.III. Verba te-
statoris enunciatiua veritati non faciunt præiudicium:
siue sint verba negantia, veluti si testatrix se nihil cui-
quam donasse scripserit,l.6.siue affirmãtia, veluti si te-
stator aliquem filium vocauerit, non propterea filius
sit, quemadmodum nec si quis apud acta professus sit
nomen quasi filij, cùm filius non esset,l. 5. & supr. de
probat.l.non nudis 14.& Inst.de adopt.§. vlt.Similiter
nec professio quasi spurij à matre facta nocet filio,quò
minus legitimus & in patris potestate sit, D. de pro-
bat. l. Imperatores. 29. §. mulier. Verùm ex Iustiniani
constitutione, si quis filium suum naturalem apud
acta simpliciter filium nominauerit, eo ipso intelligi-
tur eum legitimare,Nou.117.c.2. quia filius definitur,
qui ex viro & vxore eius nascitur, D.de his qui sui vel
alie.iur.sũt,l.6.Obiter nota, veteres solitos esse nomi-

na liberorum profiteri apud acta,vt inde in quæstione
status probationes sumi possent.Iuuenalis Satyra 9.

Tollis enim,& libris actorum spargere gaudes
Argumenta viri. ————

Capitolinus in M.Antonio Philosopho, *Liberales cau-*
sas ita muniuit, vt primus iuberet apud præfectos ærarij Sa-
turni vnumquemq; ciuium natos liberos profiteri intra tri-
cesimũ diem nomine imposito:per prouincias tabulariorũ pu-
blicorũ vsũ instituit,apud quos idẽ de originibus fieret,quod
Romæ apud præfectos ærarij , vt si fortè aliquis in prouincia
natus causam liberalẽ diceret,testationes inde ferret. IV.Er-
ror in nomine,vel prænomine,vel cognomine,vel ad-
gnomine heredis aut legatarij,dũmodò de persona cõ-
ster,institutionem seu legatum nõ vitiat: quia nomina
hominũ significandorum causà reperta sunt:qui si alio
quolibet modo intelligantur,nihil interest,l.4.& D.de
bon.poss.sec.tab.l.si ita.8.§.sed & cũ.Nomen veteribus
auctoribus dicitur,quod gentem significat:cognomen,
quicquid additur nomini:nõ possunt esse plura cogno-
mina:sed posteriores,vt Charisius grãmatic⁹,quod co-
gnomini additur,adgnomen appellãt:prænomen verò
his omnibus præponitur,& est id,quod hodie vocamus
nomen propriũ.Exempli gratiâ, *Publius* est prænomẽ,
Cornelius nomen,*Scipio* cognomen, *Africanus* alterum
cognomen Ciceroni,adgnomen Charisio.Nominibus
gẽtes, cognominibus familiæ eiusdẽ gentis distingue-
bantur:vt in lege Cornelia erãt multæ familiæ, veluti
Cinnæ,Dolabellæ,Lentuli,Suræ &c. Qui sunt ex eadẽ
gente,proinde eiusdẽ nominis,vocabãtur gentiles:qui
verò erant eiusdẽ familiæ & cognominis,nõ solùm in-
ter se dicebantur gentiles,sed etiã adgnati.Ab his om-
nibus nominibus demõstratio differt. Est autẽ demon-
stratio,quæ vice nominis fungitur in re vel persona si-
gnificanda:vt , *fundus , quem à Titio emi : filius meus pi-*
ctor. Ac de demõstratione similis regula traditur, nem-
pe falsam demonstrationẽ non obesse,cùm de persona
constat,inf.tit.prox.l.5. & D. de condit.& demonstrat.
l.falsa.33.in pr. & l. seq. in pr.Quid ergo,si quis extra-
neũ heredem institués,eum falsò appellauerit filiũ,vel
fratrem suũ?Veluti,*Titius filius meus heres esto:Titius fra-*
ter meus heres esto. Distinguendum est: aut enim testator
sciebat eum non esse filiũ,vel fratrẽ;sed ita appellauit,
quia paterna vel fraterna dilectione eum prosequeba-
tur:aut errauit , putans esse verè filiũ,vel verè fratrem:
sed post eius mortem constitit non esse filium,vel non
esse fratrem.Priori casu institutio valet,D.de hered.in-
stit.l.nemo.58.§.1.Posteriori casu institutio non habet
effectum;quia non debetur instituto hereditas,l.5. Ad
quem autem pertineat,exponã tit.seq.cap.2.n.9. V.Er-
ror testamentarij, id est , scribentis testamentum , qui
omisit hæc verba,*heres esto*,non nocet institutioni: quia
minus scriptum à testamentario , plus nuncupatum à
testatore videtur , l.7. Hæc decisio locum habet,quo-
tiescumque ex aliis verbis , quæ testamentarius scrip-
sit , apparet testatorem dictasse heredis institutionem,
veluti si in testamento scriptũ sit,*Titius ex besse,Seius ex*
triente. Secus si tãtùm scriptum sit,*Titius*:quoniam hoc
vno vocabulo nihil de heredis institutione cõstat.Sed
si scriptum sit,*Titius heres*,institutio valet, quamuis de-
sit verbũ *esto*,D.de hered.instit.l.1.§.si autem.Hactenus
10 de verbis testamẽti. ¶ De testatoris autẽ volũtate vna
est regula,Qui institutionẽ & exheredationẽ fecit, nõ
codicillos,sed testamentũ facere voluit,l.codicillũ. 14.
(vbi codicillus in numero vnitatis effertur , vt & in l.
cùm antiquitas. 28. in pr.quãuis elegantiores auctores
tantùm in numero multitudinis, codicillos dicãt,D.de
verbor.signif.l.nõ est sine liberis.148.)Quare si nõ va-
leat vt testamentum , non valebit iure codicillorum,
nisi clausula codicillaris adiecta sit , D. qui testam. fac.
11 poss.l.ex ea.29. ¶ De testamentorum solemnitatibus
duo tractantur:primò, quæ sint solemnitates in testa-
mentis obseruandæ:secundò,in quibus testamentis ne-
cessariæ sint,vel non.Prima disquisitio est quadriperti-
ta : quia solemnitates testamentorum partim ad testes
pertinent,partim ad scripturam testamenti , partim ad
testatorẽ,partim ad vnum cõtextum. ¶Quod ad testes 12
attinet,tres quæstiones de eis decidũtur. ¶Primò quæ- 13
ritur,qui possint esse testes in testamento? I. Debẽt esse
ciues Romani,l.hac consultissima.21. in princ. Quare
seruus nõ potest esse testis in testamento, Inst.h.t.§.te-
stes autem.& D.qui testam.fac.poss.l.qui testamẽto.20.
in pr.& §.seruus.Tunc autem conditio testis spectatur,
cùm signat testamentum , non cùm testator moritur,
D.eod.l.ad testium.22.§.1.sed si quis eo tempore , quo
testamẽtũ signat,omniũ consensu pro libero habeatur,
nec status cõtrouersiã à quoquam patiatur,nõ propte-
reà testamentũ inutile est,quòd posteà seruus esse appa-
reat,sed ex constitutionibus principũ sustinetur , l.1.&
Instit.eod.§.sed cùm aliquis.II.Debẽt esse puberes,quia
impuberes iudicio carent, d.l.hac consultissima. in pr.
d.l.qui testamento.in pr.d.§.testes. III. Debent esse li-
terati , vt possint testamento subscribere , l. vlt.de qua
subscriptione posterius dicam. Leo autem , cui placet
subscriptionem testium non esse necessariam,Nou.42.
etiã testes literarũ expertes admittit. No.43. ¶ Secun- 14
dò quæritur , quot testes in testamentis condendis ad-
hiberi debeant?Respondetur,septem testes requiri, l.si
vnus.12.in princ.d.l.hac consultissima. in princ. l.cùm
antiquitas.28.§.cùm autem.& Inst.eod. §.sed cùm pau-
latim. Iure autem canonico valet testamentum factum
corã presbytero parœchiali , & duobus vel tribus aliis
testibus,extr.h.t.c.cũ esses.10. Itẽ, si fiat ad pias causas,
coram duobus vel tribus testibus,extr.eo.c.relatum est
quòd.11.Iure oriẽtali in vrbibus quinq; testes,in pagis
& itineribus locisq; solitariis tres testes sufficiũt,Nou.
Leo.41.& 43. ¶ Tertiò quæritur,quomodò sint testes 15
adhibẽdi?Duo hîc requiruntur.I.Vt testes sint speciali-
ter ad hoc rogati,vt testamẽto faciẽdo adsint testimo-
nij gratiâ,d.l.hac consultissima.in pr.& D.qui test.fac.
poss.l.heredes palam.21.§.in testamentis. II.Vt omnes
testes simul sint in præsentia & cõspectu testatoris,d.l.
si vnus.in pr.& d.l.cùm antiquitas, §.cùm autẽ.nisi vel
lege municipali hæc solẽnitas remittatur,l.si non spe-
ciali.9.vel tẽpore pestis testamentũ fiat, l. casus. 8. qua
lege abutũtur,qui ex ea colligunt, tẽpore pestis nõ re-
quiri legitimũ numerum testium : lex enim adeo per-
spicuè contrariũ statuit, vt mirer cuiquã hanc senten-
tiã in mentẽ venire potuisse. ¶ Quartò quæritur,quod 16
sit officiũ testium,dum testamentum conditur?Officiũ
eorum est,vt testamentũ omnes signent,& subscribãt:
hic enim est testamenti finis , quo omisso testamẽtum
est imperfectũ,d.l.si vnus.in pr. d. l. hac consultissima.
in pr.& §.finẽ.& Inst.eod.d.§.Sed cùm paulatim. & D.
qui testam.fac.poss.l.ad testiũ.22. §. si quis ex testibus.
quamquã iure Orientali neq; subscriptio , neq; signa-
cula testium necessaria sunt,No.Leo. 42. Possunt autẽ
testes vel suo,vel testatoris,vel alieno anulo,item om-
nes vno & eodẽ anulo signare testamentum, d.l.ad te-
stiũ.§.si ab ipso.& Inst.h.t.§. possunt. Illud admirabile
videtur,quod scribit Vlpianus in d.l.ad testiũ, §.signũ.
tantùm anulo signari posse , non alio impresso. Addit
autem,*dummodò habeat χαρακτῆρα*,vt excludat anulos,
quibus tantùm ornatus causa vtuntur:nam signatorius
anulus appellatione ornamenti non continetur, D.de
auro & arg.lega.l.argumento.25.& de verb.signif.l.si-
gnatorius. 74. Vsum anulorum videntur Romani ac-
cepisse à Lacedemoniis.Iuuenalis Satyr.13.

Qui Lacedemonium pytismate lubricat orbem.

Sed veteres (teste Macrobio Saturnal. lib. 7. c. 13.)si-
gnandi tantùm, non ornatus causâ anulos gestabant.

Postea

Posteà declinante morum puritate, cœperunt ornatus
causâ anulis vti. Plin. lib. 33. c. 1. *Alius deinde gēmas vio-*
lari nefas putauit: ac ne quis signandi causam in anulis esse
17 *intelligeret, solidas induit.* Hucusque de testibus. ¶ Con-
sequenter dicendum de scriptura testamenti: de qua
18 dissoluuntur tres quæstiones. ¶ Primò quæritur, an
scriptura sit necessaria in testamento conficiendo? Re-
spondetur, sine ea testamentum solemne non consiste-
re, quia solemnitatis causa requiritur, l. hac consultissi-
ma. 21. in princ. & §. 1. Alia ratio est testamenti nuncu-
patiui: quod sine scriptura constat, d. l. hac consultissi-
ma, §. per nuncupationē, & Inst. eod. §. vlt. quare si scri-
batur, non solemnitatis, sed facilioris probationis gra-
tiâ scriptura adhibetur, proinde nō est necessaria, D. de
19 pign. l. 4. & de fid. instrum. l. 4. ¶ Secundò quæritur, an
scripturæ ordo non seruatus, aut aliud scripturæ vitiū
à tabellione, vel alio scriptore admissum noceat testa-
mento? Respondetur, non nocere: veluti si institutio-
nes heredum post legata scriptæ sint, aut alia obserua-
tio à tabellione, vel alio scriptore non ex mente testa-
toris sit prætermissa, l. ambiguitates. 24. & Inst. de lega.
§. ante heredis. Quin etiam præposteri vitiū testamen-
to non nocet: veluti si ita scriptum sit, *Si post biennium*
à morte mea nauis ex Asia venerit, heres meus intra an-
num Seio decem dato, l. præposteri. 25. & Inst. de inutil.
20 stipul. §. item si quis ita. ¶ Tertiò quæritur, an deleta,
vel supra lineas scripta habeant iuris effectum? Respō-
detur hanc esse quæstionem facti: quia spectandū est,
vtrùm hæc voluntate testatoris facta sint, an sine eius
voluntate. Nam deleta ita demum propter lituram nō
debentur, si aut consultò à testatore, siue ab alio volun-
tate testatoris deleta sint, aut ante consummatum te-
stamentum ita sint deleta, vt legi non possint, l. si vnus,
12. §. 1. & D. de his quæ in test. delen. l. 1. Iure autē præ-
torio heres, cuius nomen ita deletum inconsultò est,
vt legi non possit, bonorū possessionē secundum tabu-
las petere nequit, nisi post prolatas tabulas id contige-
rit: quia tabulas testamenti oportet vel extare, vel se-
mel extitisse, D. si tab. testa. extab. l. vn. sed ea quæ supra
lineas scripta sunt, ita demum debentur, si testatoris
voluntate scripta sint, d. l. si vnus, §. 1. Dictum est de
21 scriptura. ¶ Sequitur, vt de testatore dicamus: à quo
tria requiruntur. I. Vt si scriptura proferatur clausa siue
quoquo modo inuoluta, coram testibus dicat hoc esse
suum testamentum, l. hac consultissima. 21. in princ. II.
Vt nomen heredis, vel heredum aut palam coram te-
stibus nuncupet, aut manu sua scribat, vt Iustinianus
constituit, l. iubemus. 29. & Inst. eo. §. sed his omnibus.
Sed idem Iustinianus necessitatem huius obseruatio-
nis remisit, Nou. 119. c. 9. III. Si potest scribere, per
se testamēto subscribat: sin minùs, octauum testē adhi-
beat, qui eius nomine subscribat, d. l. hac consultissi-
ma. in pr. & §. 1. & Inst. eod. §. sed cùm paulatim. Exci-
pitur testamentum holographum: nam si testator totū
testamentum sua manu scripserit; & hoc in ipsa scri-
ptura expresserit, se manu sua totum scripsisse: non est
necesse, vt per se, vel per alium subscribat, l. cùm anti-
quitas. 28. §. cùm autem. ¶ Vltimo loco traditur, testa-
22 mentum vno contextu, id est, nullo extraneo actu in-
teriecto fieri debere, d. l. hac consultissima, §. in om-
nibus, & Inst. eod. d. §. sed cùm paulatim. Vnde perspi-
cuè falsa est Doctorum sententia existimantium in te-
stamēto contrahi posse. Nec obstat, quòd pignus in te-
stamento constitui potest; D. de pigner. act. l. nō est mi-
rum. 16. in pr. quia tunc non est pignus conuentionale,
sed testamentarium: nec magis dici potest contractus,
quàm cùm missione in possessionem pignus prætoriū
constituitur. Id tamen, quod necessitas naturalis expo-
scit, putà si cibus, aut potio, aut pharmacum testatori
præberi debeat, actum testamenti nō interrumpit, nec
obstat, quò minus testamentum vno contextu factum
dicatur, d. l. cùm antiquitas. in princ. Exposui testamen-
torum solēnitates. ¶ Nunc vidēdum, in quibus testa- 23
mentis sint adhibendæ. Cùm totum hoc negotiū, quod
testamenti conficiendi gratiâ agitur, inter testatorē &
heredem, siue heredes vertatur, Inst. h. t. §. sed neq;, ma-
gis habetur hîc ratio testatoris, quàm heredis; quia ne
quidem princeps ex testamēto imperfecto aliquid ca-
pit, l. 3. Quòd autem iuris solemnitates non requiran-
tur in testamento, in quo ecclesiæ, vel alij loco pio re-
linquitur, nō est cautum iure ciuili, sed tantùm iure ca-
nonico, extr. h. t. c. cùm esses. 10. & c. seq. Iul. Clar. lib. 3.
sentent. §. testamentum, q. 6. Iam quod ad testatores at-
tinet, certum quidē est, regulariter ab omnibus testa-
torib. solēnitates testamentorū obseruari debere; quia
nemo potest facere, quò minùs leges in suo testamēto
locum habeāt, l. testādi. 13. & D. de lega. 3. l. nemo po-
test. 55. Quidam tamen excipiuntur, vt milites, & parē-
tes testantes inter liberos, & rustici: quoniam igitur de
militibus, sup. tit. 21. dictum fuit: de reliquis nunc dicē-
dum. ¶ Quod ad testamentum parentis inter liberos 24
attinet: cùm aliud sit testamentū imperfectum ratione
voluntatis, D. qui testam. fac. poss. l. si is qui. 25. & Instit.
quib. mod. test. infirm. §. pen. aliud ratione solēnitatis, l.
hac consultissima 21. §. finem. (vbi non leg. *pro infecto*,
sed, *pro imperfecto*. vt habetur in emendatioribus Codi-
cibus, & in No. Theodosij, vnde hæc lex sumpta est. nā
& Græci ita legūt, vt cōstat ex Synopsi Basil. lib. 35. tit.
2. c. 16. vbi ita scriptū est, *ἡ γὰρ μὴ ὅτω πεπραγμένη δια-*
θήκη, ἀτελής ἐστιν) & D. de leg. Corn. de fals. l. 6. in princ.
Cōmunis Doct. sententia est, testamentū inter liberos
valere, si sit imperfectū ratione solemnitatis: secus au-
tē, si sit imperfectum ratione voluntatis. Idcirco aiunt
hoc testamentū valere, si factum sit corā duobus te-
stibus non rogatis: non tamē valere, si filius in potestate
sit præteritus; aut si non omnes heredes instituti sint,
quos testator instituere volebat; aut si morte præuen-
tus, legatum aliquod non reliquit, quod relinquere
volebat, gl. in d. l. si is qui. Doct. in d. l. hac cōsultissima,
§. ex imperfecto. Clarus lib. 3. §. testamentum, q. 8. & 9.
Idémq; statuunt de testamēto ad pias causas. Clar. d. §.
testamentū, q. 7. Hæc est Doct. sentētia; quorum aucto-
ritate prætermissa, veritatē indagemus. Quatuor iura
de priuilegio testamentis inter liberos factis tributo
sunt consideranda. Primò Constantinus constituit, vt
testamentū imperfectum patris vel aui aut proaui pa-
terni valeat inter liberos suos vel emancipatus. Si verò
etiam extraneo sit aliquid relictū, huic nihil debeatur.
idémq; statuit de codicillis, siue epistola, siue alia qua-
uis scriptura: omnes enim voluntates ex bono & æquo
sustinentur, licèt solemnitatibus iuris deficiantur, sup.
fam. ercisc. l. vlt. vbi Imperatorē loqui de imperfectio-
ne ob defectū solemnitatis, non voluntatis, patet ex il-
lis verbis, *quibuscumque verbis, vel indiciis inueniantur re-*
licta: nec non ex sequentibus illis verbis, *etiam si solem-*
nitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta. Sed ani-
maduertendū est, Imperatorem non confirmare eius-
modi testamenta iure directo, sed per fideicommissum
ab intestato, vt cōstat ex illis verbis, *iudicio familiæ erci-*
scundæ, licèt ab intestato ad successionē liberi vocentur serua-
to S.C. auxilio, defuncti dispositio custodiatur. Secūdò Theo
dosius in d. l. hac cōsultissima, §. ex imperfecto. hoc ius
produxit ad testamentū matris, & aui materni, & auiæ,
ceterorúmque adscendentiū vtriusque sexus: quod &
Iustinianus testatur Nou. 107. in princ. Ergo Theodo-
sius similiter loquitur de testamento imperfecto ra-
tione solemnitatis, de quo etiam exprese locutus erat
in §. proximè præcedente. Immo secundum interpre-
tationem Cuiacij tantùm loquitur de defectu sub-
scriptionis, & signaculorum testium, non de aliarum

ſolemnitatum defectu. Quare teſtamentum à parente
inter liberos coram duobus teſtibus factum, quod ſu-
prà diximus à Doct.ſuſtineri,ſecundum Cuiacium non
valet. Ego à communi ſententia non puto recedendũ:
quoniam allegata iura generaliter loquuntur, & à Iu-
ſtiniano generaliter accipiuntur ,d.Nou.107.in princ.
Nec obſtat,quòd in d.l.hac conſultiſſima. §.finem.quẽ
proximè ſequitur §.ex imperfecto. dicitur teſtamẽtum
haberi pro imperfecto,in quo ſubſcriptiones & ſigna-
cula teſtiũ deſiderantur : non enim ſenſus eſt,hoc ſolũ
eſſe imperfectũ:ſed licèt omnia alia, quæ iure requirũ-
tur,adhibita ſint,tamẽ ob defectũ ſignaculorũ,& ſub-
ſcriptionis dici teſtamentum imperfectum.Ideo autem
ſubſcriptionis & ſignaculorũ potiùs,quàm aliarum ſo-
lemnitatũ mentionem fecit:quia hæc vltimo loco ad-
hibentur. Vult igitur Imperator, vt omnes ſolẽnitates
à prima ad vltimã adhibeantur. Eadẽ ratione in l. 6. in
pr.D.de leg.Corn.de falſ.fit tantùm mentio ſignaculo-
rũ,ac dicitur teſtamẽtum eſſe imperfectũ,quod ſignã-
tum non eſt: quoniam vltimo loco, atq; adeo etiã poſt
teſtium ſubſcriptionem teſtamentum obſignatur. Ter-
tiò Iuſtinianus ſcripturam inter liberos à parente ſine
iuris ſolemnitatibus factã valere vetat , niſi ab ipſo pã-
rente, vel ab omnibus liberis ſubſcripta ſit,No.18.c.7.
Quartò idem Iuſtinianus,d.Nou.107.cõfirmat d.Nou.
18.c.7.& corrigit d.l.vlt.ſup.fam.erciſc.& d.l.hac con-
ſultiſſima,§.ex imperfecto,h.t.reprobans teſtamentum
inter liberos imperfectũ,niſi manu teſtatoris literarum
periti ſcriptũ ſit , & corã teſtibus teſtator dixerit hanc
eſſe ſuam vltimã voluntatem.Hoc autẽ caſu etiam ex-
traneis perſonis legata & fideicõmiſſa ſolui iubet.Eiuſ-
modi verò teſtamẽtũ alio poſteriori rũpi prohibet,niſi
poſterius teſtamentum perfectum ſit,vel in ſcriptis,vel
25 nuncupatiuũ. ¶Quæro,an ea,quæ hactenus dicta ſunt
de teſtamento facto à parente inter liberos, obtineant
in teſtamẽto cæci,qui aliàs ex Iuſtini cõſtitutione, ſup.
qui teſt.fac.poſſ.l.hac conſultiſſima.8.plures quàm cç-
teri , ſolemnitates in teſtamento condendo obſeruare
debet,vt expoſui ſup.d.t.n.10.mẽb.3. Communis opi-
nio eſt,teſtamentũ cæci inter liberos valere, ſi duo te-
ſtes ſint adhibiti, ſine aliis ſolemnitatibus iuris ciuilis,
Bal.n.1.& Iaſ.n.4.in d.l.hac cõſultiſſima.Soci.lib.2.cõſ.
263.Boët.deciſ.240.n.20.Iul.Clar.li.3.ſent.§.teſtamẽtõ
q.17.n.2. Mihi ſecus videtur:quia iura probantia teſta-
mẽtũ imperfectũ inter liberos, reſpiciũt ad ius cõmu-
ne,non ad ea,quç ſpecialiter de cæcis ſtatuta ſunt:qua-
propter hçc manẽt incorrecta. Præterea Iuſtinianus in
eiuſmodi teſtamẽtis imperfectis ſcripturã manu teſta-
toris requirit,ſi teſtator literas calleat,d.No.107. ergo
nõ ſufficiunt duo teſtes. Hæc dicta ſint de teſtam.parẽ-
26 tũn inter liberos. ¶ Iã paucis agamus de teſtamẽtis ru-
ſticorũ:quibus hoc priuilegiũ datũ eſt,vt ſi eo loco te-
ſtentur,in quo literati homines rarò inueniũtur,ſecũ-
dũ conſuetudinẽ ibi receptã teſtari poſſint, dummodò
adhibeãt ſeptẽ teſtes,ſi tot reperiri poſſunt ; vel ſaltem
quinq;,ſi plures inueniri nequeũt:&,ſi qui teſtes litera-
ti ſint,pro illiteratis ſubſcribãt:& corã teſtibus volũta-
tẽ ſuã teſtator declaret,prçſertim quẽ heredẽ,ſiue quos
heredes habere velit:& de hac expreſſa voluntate poſt
teſtatoris obitũ teſtes iurati deponant , l.vlt. Hactenus
27 de teſtamẽto ſolẽni. ¶ In teſtamento nuncupatiuo cõ-
ficiendo quatuor requirũtur. I. Vt adhibeãtur ſeptem
teſtes. II. Vt ſint ſpecialiter ad hoc rogati. III. Vt hi te-
ſtes ſimul collecti ſint in præſentia teſtatoris. IV. Vt
teſtator palàm corã eis ſimul audientibus voluntatem
ſuam declaret, l.hac cõſultiſſima.21.§.per nuncupatio-
nẽ.& l.in teſtam.26.& Inſt.eod. §.vlt.& D.qui teſt.fac.
poſſ.l.heredes palàm.21.in princ.& §.in teſtamẽtis.Ex-
28 poſui,quibus modis teſtamenta ordinentur. ¶ Tertio
capite exponendum eſt,quibus in teſtamento relinqui
poſſit. Vbi dantur quinq; regulæ. I. Si in teſtamẽto iure
facto is heres inſtituatur,qui capax eſt, teſtamentu re-
ſcripto principis reſcindi non poteſt,l.ſi teſtamentum.
10. Capax dicitur is,cum quo teſtamenti factio eſt. Di-
ſtinguitur autẽ incapax ab indigno: cum enim incapax
non poſſit ex teſtamento capere,id perinde habetur,ac
ſi relictum non eſſet: proinde ad eos pertinet, ad quos
ceſſante ea teſtatoris voluntate pertinere debet;vt pu-
tà hereditas incapaci relicta pertinet ad heredes legi-
timos:& legatũ incapaci relictũ manet penes heredẽ,
quem teſtator eo legato onerauit:indignus autẽ capit
quidem,ſed id ei à fiſco aufertur,D.de his quæ vt indi-
gn.l.2.in pr.l.cum quidã.12.& l.vlt.§.1. II. Principi,&
cçteris in quacũq; dignitate conſtitutis tam hereditas,
quàm legatũ, vel fideicõmiſſum relinqui poteſt, l.non
dubium.16.in princ. III. Princeps,& viri potentes non
capiunt ex teſtamento ſine ſcriptura condito, ſi aliud
quamuis prius,in ſcriptis factum ſit,l.nolumus.20. IV.
Qui teſtamentũ dictat,ex eo capere poteſt, l.dictanti-
bus. 22. in princ. V. Teſtibus in teſtamento condendo
adhibitis teſtator poteſt relinquere , quod vult, d.l.di-
ctãtibus,§.1.id eſt,legare; vel per fideicõmiſſum relin-
quere. Idẽ autẽ heres & teſtis in eodẽ teſtamento eſſe
non poteſt,Inſt.h.t.§.ſed neque,& §. ſeq. & D.qui teſt.
fac.poſſ.l.qui teſtamento.20.in princ. ¶ Quartu capite 29
agitur de effectibus teſtamẽti. Hic quatuor conſiderã-
tur:nempe teſtamẽti confirmatio,vel infirmatio,& ta-
bularũ apertura,atque conſeruatio. ¶ Teſtamenti cõ- 30
firmationes plures ſunt. I. Cùm teſtator moritur : quia
teſtamentũ eſt iuſta volũtas eius, quod quis poſt mor-
tem ſuã fieri velit,D.qui teſt. fac.poſſ.l.1.vnde nullum
effectum teſtamentũ habet,quamdiu teſtator viuit,ſed
eius morte confirmatur,ad Hebr.c. 9. II. Cùm condi-
tio exiſtit,ſi voluntas teſtatoris ſit conditionalis : quia
dum conditio pendet , voluntas teſtatoris eſt in pen-
denti:& ea exiſtente confirmatur , deficiente fit irrita,
inſt.de caduc.toll.l.vnic.§.& cum triplici. III. Aditione
hereditatis:nam teſtamentũ, quod ab herede deſtitui-
tur,irritum fit,D.de iniuſt.rupt.l. 1. & de ſuis & legit.l.
1.in princ.& Inſt. de hered. quæ ab inteſta.defer.in pr.
IV. Voluntate heredis:qui ſi ſponte ſua voluntatem te-
ſtatoris iure non ſubſiſtentẽ adgnouerit,eam implere,
putà legata,vel fideicommiſſa,quæ iure non debentur,
ſoluere cogitur,l.non dubiũ.16.§.1. Adgnouit enim te-
ſtatoris voluntatem,non ſolùm ſi ſoluit,ſed etiam ſi ſe
ſoluturũ promiſit,inſr.ad leg.Falcid.l. vlt.niſi per erro-
rem facti ſoluerit,aut promiſerit , inſr.eod.l.error.9.&
ſupr.de iur.& fact.ignor.l.cùm teſtamento.8.Nota du-
plicem eſſe huius adgnitionis effectũ.Vnus eſt , quem
modò expoſui,vt legata inutilia cõfirmentur. Alter eſt,
vt heres , qui ſolida legata,vel fideicommiſſa non per
errorẽ facti ſoluit,aut promiſit, beneficiũ amittat legis
Falcidiæ,non ſolùm in iis,quæ promiſit aut ſoluit , d.l.
vlt.ſed etiã in aliis,quæ in eodẽ teſtamento relicta sũt,
No.1.c.3. ¶ Multis quoq; modis teſtamenta infirman- 31
tur,qui exponũtur ſub tit.D.de iniuſ.rupt.& Inſt.quib.
mod.teſt.infirm.& eò ſpectãt etiã tituli De inofficioſo
teſtamento,& de bonorũ poſſione cõtra tabulas. Hoc
autẽ loco quinq; quæſtiones decidũtur. ¶ Primò quæ- 32
ritur,an teſtamentũ iure perfectũ infirmetur lapſu tẽ-
poris,vel contraria teſtatoris voluntate?Reſpondetur,
neutra ratione ſeparatim conſiderata teſtamentũ infir-
mari,ſed vtraque ſimul cõcurrente infirmari,videlicet
ſi decenniũ poſt factum teſtamentũ viuo & teſtamẽti
facti pœnitente teſtatore fluxerit,l.ſancimus.27. ¶ Se- 33
cũdò quæritur,an prius teſtamentũ rumpatur per po-
ſterius?Hic dantur tres regulæ. I. Prius teſtamentũ per-
fectũ rumpitur per poſterius æquè perfectũ:quia nemo
poteſt cum duobus teſtamentis decedere , Inſtit.quib.
mod.teſtam.infir.§.poſteriore. II. Teſtamentum perfe-
ctum

ctum non rumpitur per posterius imperfectum: pro-
pterea quòd testamentum imperfectú, sine dubio nul-
lum est, Instit.eod.§.pen.Excipitur, nisi in priori testa-
mento extranei, in posteriori imperfecto venientes ab
intestato heredes scripti sint,D. de iniust.rupt.l.2. tunc
enim prius rumpitur: posterius autem valet, non iure
testamenti directo, sed ex causa fideicommissi ab inte-
stato,dummodò quinque testiú iuratorum depositione
probetur,l.hac consultissima. 21.§.pen. Vbi Imperator
loquitur de testamento imperfecto ratione solēnitatis,
vt & in superioribus §§. non enim vocat imperfectam
voluntatem,sed imperfectam scripturā,vt quia testium
subscriptiones,& signacula non sunt adhibita.Itē exci-
pitur, nisi posterius testamentum iure militari valeat,
D.de iniust.rupt.d.l.2. Eadem ratione excipiendum est
omne testamentum imperfectú, quod iure speciali va-
let,vt testamentú inter liberos.III. Testamentum scri-
ptum,in quo priuati heredes instituti sunt,non rūpitur
per posterius,quod sine scriptura factú dicitur, princi-
pe, aut viris potētibus heredibus institutis,l.nolumus.
34 20. ¶Tertiò quæritur,an testamentum iure factum, ex
eo infirmetur,quòd linum incisum,vel signacula ablata
sunt? Respondetur per distinctionem: quia si testator
hoc fecit, voluntatem mutasse videtur, proinde testa-
mentum infirmatur. Nec obstat,quod dicitur, sola te-
statoris voluntate testamentum non infirmari, Instit.
quib.mod.testam.infirm.§.ex eo. quoniā hoc casu non
est sola & nuda volūtas,sed ei accessit factú,quo linum
incisú fuit,aut signacula ablata sunt.Si verò vel ab alio
sine volūtate testatoris id factum sit,vel casu cōtigerit,
testamēto non nocet,l.nostram. 30.sed nec illud noce-
bit,si testator post testamentum factum,in furorē(putà
vi morbi)incidens,ea fecerit:neque enim in furore po-
situs,voluntatē mutasse videri potest, D.de iniust.rupt.
35 l.vlt. ¶Quartò quæritur,an testamentum iure factum
rescindi possit per rescriptum principis? Respondetur,
36 non rescindi,l.si testamentú.10. ¶Quintò quæritur,an
testamētum iure factú valeat,si post testatoris mortem
subtractum sit? Respondetur, nihilominùs valere,l.non
idcirco.11.Nam & bonorum possessio secundú tabulas
dari potest, dummodò constet tabulas testamenti exta-
re,licèt apertæ non sint,& vel apud furem,vel apud de-
positarium extent,D.de bon.poss.secun. tab. l. 1.§. suf-
37 ficit. ¶Quod ad tabulas testamenti aperiendas, & ser-
uandas attinet, primo Arcadius & Honorius iusserunt
aperiri & seruari apud magistrum census: adeo vt te-
stamentum non valeat, si apud alium magistratum
id fiat, l.testamenta.18. Secundò Iustinus confirmauit,
quod dictum est,testamēta aperiri, & seruari apud ma-
gistrum census: & adiecit, nihil sportularum nomine
ob id solui, si hereditas non excedat summam centum
aureorum: sed correxit, quod dictum est, testamen-
tum nó valere,si alibi aperiatur,& seruetur: iussit enim
incongruam insinuationem non abesse testamento,
l.consulta. 23. Obsignatur autem testamentum sigillo
magistri census, apud quem insinuabatur, teste Leone
Nou.44.vbi contrariam dicto iuri consuetudinem pro-
bat, iubens sigillum apponi, non magistri census; sed
in vrbe,sigillum quæstoris sacri palatij,vel magistri of-
ficiorum,vel præfecti vrbi,aliorúmve,qui iudiciis præ-
sunt: alibi verò duumuirorum, & iudicum prouincia-
rum,d.Nou.44. Cætera de testamētis aperiendis com-
modiùs enarrabuntur tit.32.

*Tit. XXIV. De heredibus instituendis, & quæ per-
sonæ heredes institui non possunt.*

I. 18.*j* | *IV.* 9.
II. 16. | *V.* 11.
III. 6.39. | *VI.* 8.
Anal. Cod.
VII. 9. | *XI.* 6.*ij*.
VIII. 18.*ij*. | *XII.* 6.*ij*.
IX. 6.*ij*.12. | *XIII.* 17.
X. 18.*ij*. | *XIV.* 13.14.

FOrma externa testamēti cōsistit in solēnitatibus 1
superiori tit. expositis: forma interna est heredis
institutio,de qua nunc dicendum est.Cùm enim totum
hoc negotium, quod testamenti ordinandi gratia fit,
inter testatorem & heredem geri videatur,Instit.de te-
stam.§. sed neque. adeo vt testamentum sit quasi vehi-
culum quoddam,transferens bona à testatore ad here-
dē,apparet,testamentum esse medium quiddā inter te-
statorem & heredē.Quapropter legislator ab extremo
per medium ad extremú transit:primo enim loco egit
de testatore:posteà de ipso testamento:nunc incipit tra-
ctare de heredibus. ¶Heres est, qui in vniuersum ius 2
succedit,quod defunctus habuit mortis tempore,D.de
verb.sign.l.nihil est.24.& de diu.reg.iur.l.hereditas.62.
Hæc definitio non solùm vero heredi cōuenit, sed etiā
quasi heredi, vt bonorum possessori: quia quicumque
in vniuersum ius succedit,loco heredis habetur,D.eod.
l.in pari.128.§.1.vt bonorum possessor,qui iure præto-
rio vice heredis habetur,D.de bon.pos.l.2.sed verus &
propriè dictus heres iure ciuili succedit, Inst.eod.in pr.
ac dicitur heres quasi herus,Inst.de hered.qualit.§.item
extraneus. ¶Heredis institutio est vltima volūtas,qua 3
hereditas alicui in testamento relinquitur iure directo.
Dixi,*vltima voluntas*:quia hereditas inter viuos dari nó
potest,vt pacto,sup.de pact.l.pactú quod dotali.15.vel
contractu, inf.de inut.stip.l.4.Dixi *in testamēto*:quia he-
res in codicillis institui nó potest,sed tantú in testamē-
to,D.de iur.codicil.l.quod per manus.10.& Inst.eod.§.
pen.Dixi *iure directo*;vt excludā fideicommissariā here-
ditatem:quā accipiēs, nó fit heres,licèt ex S.C.Trebel-
liano,loco heredis habeatur,Inst.de fideic.here. §.resti-
tuta. ¶His expositis,propiùs ad nostrú titulú acceda- 4
mus,cuius partes duæ sunt. ¶Prior pars de heredibus 5
instituēdis,diuiditur in quatuor capita. ¶In primo ca- 6
pite declaratur,qui possint heredes institui:atq; hi pro-
ponuntur,de quib.meritò dubitari poterat:de his verò,
qui institui nó possūt,dicetur in posteriori parte huius
tit.Ergo heres institui potest I.Etiā extrane⁹,l.extraneú
etiā cum.9.licèt testatori ignotus sit, l. extraneú etiam
penit⁹.11.II.Ciuitas, l.hereditas.12.III.Seruus cōmunis:
qui quidē ab vno ex dominis institui potest,vel sine li-
bertate,D.h.t.l.3.in pr.vel cú libertate: si sine libertate
heres instituatur,hereditatē alteri domino,vel aliis do-
minis,si plures sint domini,acquiret; quemadmodú &
legatú acquirit,si legatú ei sit,D.pro soc.l.verum.63.§.
si seruo.& ad leg.Falcid.l. Plautius 49.in pr.Ne dicas ei
libertatē ex Iustiniani cōstitutione tacitè relictā videri,
inf.de necess.seru.hered.inst.l.pe.& Inst.qui & ex quib.
cau.manu.nó pos.§.ideq; iuris.quia Iustinian⁹ id de ser-
uo proprio testatoris cōstituit, qui nó aliter heres fieri
potest, quàm si liber fiat:nó de seruo communi,in quo
institutio potest sine libertate exitum habere, nimirum
quia alteri domino hereditas acquiritur: si verò vnus
ex dominis seruú iusserit liberú & heredē esse,fit liber,
& sibi acquirit hereditatē: alter verò dominus iustum
pretiú accipit suæ partis,quam in seruo habebat,inf.de
cōmun.seruo manu.l.1.& Inst.de donat.§.vlt.Quid er-
go,si vnus ex dominis (finge esse militē, quò maior sit
dubitatio)cōmunem seruum heredem instituens,liber-
tum vocauerit,hoc modo, *Stichus libertus meus heres esto?*
& quid,si vulgarē substitutionem adiecerit? putà, *si Sti-
chus heres esse noluerit,vel nó potuerit,Vitalis heres esto.*Non
est dicendú,libertatem Sticho relictā videri: quamuis
fauor militis hoc admittat in seruo proprio, supr. de
testament. milit. l. 7. quia iam ostendi, serui proprij,
& serui communis diuersam rationem esse: verùm ita

distinguitur: Aut testator errauit, putans Stichum esse suum libertum, per quem nolebat hereditatem alteri acquiri: aut hęc falsa demōstratio ei excidit, cùm eū vellet, vel sibi ipsi, vel alteri hereditatē acquirere. Si quis huic distinctioni opponat, omnimodò testatorē errasse, & habuisse Stichum pro homine libero, cùm ita scripserit, *si adire noluerit*: propterea quòd voluntas videtur esse hominis liberi, non serui, qui à domino cogi potest: Imperator in contextu respondet, voluntatem etiam in seruos cadere: quia domino adire iubenti potest seruus non obtemperare, & nolle adire: quo casu aditio non valet: quod adeo verum est, vt quamuis dominus verberibus & castigatione possit seruum cogere ad adeundum, D. si quis omis. cau. testam. l. 1. §. quid ergo. tamen si seruus metu verberū fallens adeat, non faciat dominum heredem, D. de acquir. hered. l. 6. §. vlt. id est, si omnino nolit, sed tantùm fingat se velle. Vnde notanda est differentia inter voluntatem simulatam, & coactam: illa non est voluntas, hæc autem est voluntas, D. de ritu nuptiar. l. si patre. 22. Stante igitur in casu proposito distinctione prędicta, priori casu Stichus voluntate testatoris defectus, non potest adire hereditatē, cōsequenter extitit cōditio substitutionis vulgaris, ex qua vitatis heres fiet, l. 3. & D. de testam. mil. l. idē est. 13. §. si seruum. Posteriori casu, si Stichus iussu domini adeat, ei acquirit hereditatem, excluso substituto: si verò non adeat, substitutus admittetur, secundum naturā vulgaris substitutionis, d. l. 3. Rectè autē admittimus, vt Stichus domino iubente adire possit, licèt à testatore libertus vocatus fuerit: quia falsa demonstratio non magis nocet heredis institutioni, quàm legato, aut fideicōmisso, D. de condit. & demonstr. l. falsa. 33. in pr. Hæc ita obtinēt, cùm in alterutrā partē voluntas militis probari potest. Sed si dubia sit, neque cōstare possit, quę testatoris mēs fuerit: existimo hereditatem esse diuidendā inter dominū serui, & substitutū; ita vt dominus accipiat dodrantem, substitutus quadrantē, arg. l. si paterfam. 40. & l. seq.
7 D. h. t. & §. vlt. Instit. de vulg. substit. ¶ Secundo capite agitur de causa, propter quam aliquis est heres institutus: hæc autem, vel est finalis, vel procatarctica, siue im-
8 pulsiua. ¶ Ad causam finalem spectat l. 6. vbi mulier, quæ marito suo pecuniam debebat, compensandi gratiā eum ex parte heredē instituit, maritus verò vtrumque consequi volebat, id est, tam portionem hereditatis, quàm id quod sibi à muliere debebatur. Ait lex, ei aduersari tam iuris seueritatem, (id est, legem Papiam, quæ coniuges inter se ex testamento capere vetabat) quàm voluntatem defunctæ, quę noluit vtrumque marito præstari, sed hereditatem eum debito compensari.
9 ¶ Quod ad causam procatarcticam attinet, dubium est, si causa falsa sit, an institutio valeat, néene, & omnino quis sit iuris effectus; veluti si testator aliquē heredem instituit quasi filium, cùm non esset filius; vel quasi fratrem, cùm non esset frater; vel quasi libertum, cùm esset seruus. His casibus necesse est, vel hereditatem nihilominùs ad eum pertinere, qui heres scriptus est; vel institutorem haberi pro non scripta, & hereditatem aliis deferri, perinde ac si ille institutus non esset; vel eum fieri quidem heredem, sed ei tāquàm indigno hereditatē auferri. In hac quæstione supponimus testatorem errasse: nam si fratrem (exempli gratiâ) vocauit, non quia falsò putaret eum, quem heredem scribebat, esse suum fratrē, sed quia fraterna dilectione eū prosequebatur, sine dubio institutio effectū habebit, D. h. t. l. nemo. 58. §. 1. & si, cùm sciret esse suum seruum, appellauit libertum hoc modo, *Stichus libertus meus heres esto*, censetur eum cum libertate heredem instituisse, atque hoc benignè receptum est, vt heredis institutio sustineatur: in legato autē non obtinet, proinde legatum ita relictū nō valet, iof. de necess. seru. hered. instit. l. 2. Cùm autem testator errauit, & ideo heredē instituit, quia falsò putabat esse filium suum, vel fratrem, vel libertum: de hac institutione meritò dubitatur: ac dicendū, eam non valere, nec deberi hereditatē instituto, sup. tit. prox. l. 5. sed deferri substituto, l. 3. vel coheredi, l. 7. vel succedenti ab intestato, si hi deficiant: nisi partus suppositus dicatur: tunc enim aufertur tāquàm indigno hereditas, & cōfiscatur, l. 4. & D. de iur. fis. l. aufertur. 46. in pr. ¶ Tertio ca- 10
pite de modo instituēdi heredis tria axiomata tradūtur.

¶ Primum axioma est, falsa demonstratio non nocet 11
heredi instituto, quemadmodum nec legatario, D. de condit. & demonstr. l. falsa. 33. in princip. veluti si testator vxorem suā appellauerit affinem, l. 5. Hac de re dixi etiam supr. tit. prox. num. 9. membr. 4. vers. ab his omnibus.

¶ Secundum axioma est; Heredis institutio conferri 12
potest in tempus, quo aliquis morietur, l. extraneum etiam cum. 9. Quia verò hæc lex diuersas lectiones habet, & diuersis modis explicatur: operam nostrā & diligentiā requirit. Mors, cuius mentio fit in hac lege, vel est mors testatoris, vel heredis, vel extranei: testatoris autem mors duobus modis spectari potest; vel enim lex significat aliquem eo tempore, quo moritur, posse facere testamentum: vel, eum, qui testatur, institutionem posse cōferre in tempus quo morietur, vt eo tempore, quo ipse morietur, heredem esse iubeat. Quatuor igitur sunt casus, qui in disceptationem veniunt. 1. Titius, cùm moreretur, testamentum fecit. 2. *Mæuius, cùm moriar, heres esto.* 3. *Mæuius, cùm morietur, heres esto, vel, Mæui, cùm morieris, heres esto.* 4. *Cùm Sempronius morietur, Mæuius heres esto.* I. Casu testamentum valere non videtur: quasi testator morte turbatus non potuerit rectè, & certo animi iudicio de rebus suis disponere: idcirco quibusdam statutis municipalibus cauetur, vt testamentum non valeat, nisi post eius confectionem testator 24. horas vixerit. Verius tamen est, hoc testamentum, nisi aliud obstet, iure Romano valere: quia multi vsque ad extremum vitæ spiritum retinēt sanum mentis intellectū. Ideóque iure subsistunt ea, quæ seminecis & balbutiens lingua protulit, supr. tit. prox. l. quoniam. 15. Oportet autē accipere tēpus mortis, non præcisè, cùm vltimus spiritus emittitur, sed ἐν πλάτει, cùm is testatur, qui dicitur esse in discrimine vitæ, D. de legat. iij. l. Pamphilo. 39. §. 1. siue in extremis vitæ, D. de mort. cau. donat. l. Seia. 42. §. cùm pater. seu in extrema valetudine constitutus, D. de fideicom. libert. l. si pater. 47. §. vlt. II. Casu vulgò putant nullam esse dubitationem, quin institutio valeat: quia siue testator hoc expresserit, siue prætermiserit, hereditas statim à morte testatoris defertur, infr. de caduc. toll. l. vn. §. 1. non ante mortem, quia viuentis hereditas nulla est, D. de hered. vel act. vend. l. 1. Quare si in testamēto ita scriptum sit, *Titius, cùm moriar, heres esto*: Doct. putant verbum illud, *cùm moriar*, superuacuum esse, & nihil operari. Sed rectè Mudæus notat, eiusmodi institutionem non valere stricto iure, sed ex bono, & æquo sustineri posse, arg. l. qui duos. 18. §. 1. D. de manum. testam. quoniam hereditas non defertur, cùm testator moritur, sed post eius mortem, d. l. vn. §. 1. siquidem qui moritur, adhuc est in viuis: tempus enim, quo quis moritur, est extremum vitæ momentum: qua ratione libertas ita relicta, *Cùm moriar, liber esto*, iure non valet, sed benignè sustinetur, d. l. qui duos. §. 1. III. Casu, quo institutio collata est in tempus mortis heredis, Contius negat institutionem valere: quia non putat heredem, dum moritur, posse adire hereditatem. Sed fallitur: quia hereditas aditi potest nuda voluntate, Institut. de hered. qualit. §. penult. & qui in suo testamēto de hereditate sibi relicta disponit, eo ipso hereditatem adire censetur, idcirco eam ad heredem transmittit, infr. de iur. deliber. l. 6.

Alij

Alij igitur commoniter putant institutionem valere:
non tamen eodem modo omnes. Sed quidem, etsi fa-
teantur institurionem puram esse; quia hæc conditio,
cùm morietur, vel, *si morietur*, (vtriusque enim locutionis
eadem est vis, D. de verb. oblig. l. quodcũque. 45. §. pen.)
omnimodò exstitura est: proinde actus, cui est apposita,
purus est, D. de nouat. l. si pupillus. 9. §. 1. tamen existi-
mant eam aliquâ morâ suspendi, adeo vt ante mortis
tempus adire hereditatem Titius non possit, arg. l. he-
res meus. 79. in princ. D. de condit. & demonstr. sicut
enim testator potest iubere, vt heres intra certum tem-
pus adeat, D. de acquir. hered. l. si quis heres ita. 72. ita
etiam per argumentum à contrario putant eum pos-
se vetare, ne intra certum tempus adeat. Quidam verò
diem mortis pro non scripto haberi censent: quia he-
reditas ex die dari non potest, sed adiectione diei sub-
lata, heres purè fit, D. h. t. l. hereditas ex die. 34. &
Institut. eod. §. heres & purè. proinde statim post mor-
tem testatoris adire hereditatem potest. Cuiacius prio-
rem sententiam amplectitur: ego posteriorem probo,
quia necesse est in casu proposito fateri hereditatem
vel esse delatam à morte testatoris, vel non deferri an-
tequàm heres moriatur. Si defertur eo tempore, quo
heres moritur: ex eo tempore defunctus erit testatus,
& anteà intestatus: quod est absurdum. Si verò delata
est tempore mortis testatoris, statim eo mortuo potuit
adiri: quia delata hereditas dicitur, quam quis potest
adeundo consequi, D. de verb. signif. l. delata. 151. De-
nique necesse est hereditatem deferri statim ac testa-
tor decessit, ne pro parte temporis reperiatur testatus,
pro parte intestatus contra iuris principia. Nec moue-
ri debemus, eò quòd si heres sub conditione institutus
sit, conditio expectatur, nec ante eam existentem de-
fertur hereditas: hoc enim ideo fit, quia conditio, quan-
documque existat, retrò trahitur ad tempus mortis,
D. h. t. l. potest. 56. Non obstat nostræ sententiæ d. l. he-
res meus. in princip. rectè enim ibi inijcitur mora le-
gato præstando, vt expectetur tempus, quo lagatarius
morietur: quia legatum in diem, & ex die dari potest,
infr. de legat. l. vltim. & D. quan. dies legat. ced. l. 5. §. 1.
quod in hereditate non admittitur, d. l. hereditas ex
die. d. §. heres & purè. Quod autem in d. l. heres meus.
dicitur esse legatum purum, debet intelligi κατὰ τί, non
ἁπλῶς: est enim purum tantùm respectu conditionis,
quia omni conditione vacat, & statim debetur: solutio
autem differtur, quod est proprium eorum, quæ in
diem debentur, D. quan. dies leg. ced. l. si dies. 21. in
princ. & de verb. signific. l. cedere diem. 213. Rursus
nõ obstat d. l. si quis heres ita. quoniã alia ratio est, si te-
stator iubeat heredem intra certum tempus adire: alia,
si vetet; ille iussus est secundum ius, hæc prohibitio est
contra ius, id est, contra dictam regulam, quæ non pa-
titur, vt paganus pro parte temporis testatus decedat,
pro parte intestatus: quare consequentia à iussu ad pro-
hibitionem hoc casu non valet: non magis quàm si
quis ita argumentaretur, Princeps potest iubere, vt
subditi Deum colant: ergo vetare potest, ne colant.
IV. Casu dicendum est, hanc institutionem, *Cùm Sem-
pronius morietur, Mæuius heres esto*, valere, si Mæuius sit
heres extraneus: perinde est enim, ac si testator dixis-
set, *si Sempronius morietur*, D. de verb. oblig. l. quodcum-
que. 45. §. penultim. est igitur institutio conditionalis:
& vt Mæuius possit heres fieri, necesse est conditio-
nem existere, id est, Sempronium mori viuo ipso Mæ-
uio, D. de condit. & demonstr. l. 1. §. dies. l. quibus. 40.
§. quidam. l. heres meus. 79. §. 1. At si Mæuius sit suus
heres, institutio est inutilis: quia suus heres non potest
institui sub conditione, quæ non sit in eius potestate,
D. h. t. l. 4. 5. 6. in princ. l. iam dubitari. 86. & infr. tit. prox.
l. 4. His expositis, videndum quis casus decidatur in
d. l. 9. Alij aliter interpretantur, Accurs. quem pleriqoe
Doct. sequuntur, tertium casum accipit, vt probetur
hæc institutio, *Titius, cùm morietur, heres esto.* Sed quia
legis decisio proponitur tamquàm propria heredis ex-
tranei: ego puto quartum casum decidi: siquidem hoc
solo casu dicere possumus decisionem esse propriam
heredis extranei. Placet igitur recepta lectio, quæ ha-
bet, *Extraneum etiam cùm quis moreretur, &c.*

¶ Tertium axioma est: Hęc institutio, *Sempronius Plotij* 13
heres esto, non valet, nisi testator Plotio heres extiterit,
vel Plotium heredem instituerit, l. vlt. vbi Imperator
sopponit testatorem nec appellari Plotium, nec habere
filium pupillum nomine Plotium in potestate. Nam si
vocetur Plotius, sioe dubio sibi heredem instituit: aut
si filium impuberẽ hoc nomine vocatum habuit in po-
testate, ei pupillariter substituit: verba enim huic inter-
pretationi maximè conueniunt: quia qui popillariter
substituit, non sibi, sed filio pupillo heredem facit, In-
stit. de pupill. substit. in princ. Quatuor igitur sunt cã-
sus, quibus dicta institutio valet. I. Si testator vocetur
Plotius, perspicuè sibi heredem facit: ac Sempronius fit
ei heres ex testamento. II Si Plotius fit impubes filius
& in potestate testatoris, sine dubio Sempronius ex
pupillari substitutione fit heres Plotij in ætate pupil-
lari defuncti. Hos duos casus tamquàm perspicuos,
& inter veteres Iureconsultos minimè controuersos,
Iustinianus in d. l. vlt. prætermittit, ac supponit (vt dixi)
testatorem nec appellari Plotium, nec habere filium
pupillum nomine Plotium in potestate. III. Si Testa-
tor fuit heres Plotij, Sempronius fit immediatè heres
testatoris, & consequenter fit heres Plotij, quatenus
heres heredis est heres primi defuncti, d. l. vlt. & D. de
hered. petit. l. 3. & de vulg. & pupill. substit. l. paterfam.
47. in fin. & de acquir. hered. l. 7. §. vlt. & de verb. si-
gnif. l. heredis. 65. l. sciendum. 70. IV. Si testator
heredem instituit Plotium, deinde Plotio heredem
scripsit Sempronium, censetur Sempronium Plotio
vulgariter substituisse. Itaque vulgaris substitutio beni-
gnè sustinetur, vt Sempronius dicatur fieri heres Plo-
tio: id est, in locum Plotij non adeuntis: quia non so-
lùm heres defuncto, sed etiam heres, qui posterior ad
hereditatem vocatur, ei, qui prior vocatus est, succede-
re dicitur, vt in titulo de successorio edicto, & multis
aliis locis. Extra dictos casus institutio proposita nul-
lius momenti est. Quod enim veteres existimabant, in-
stitutionem valere, quasi testator in suo nomine erras-
set, quemadmodum valet, cùm erraoit in nomine he-
redis, sopr. tit. prox. l. 4. hoc Iustiniano non probatur;
quia nemo tam fatuus reperitur, qui proprium nomen
ignoret: si quis autem talis reperiatur, testamenti factio
debet ei denegari, tamquàm mente capto. Quare non
admitto disputationem Doctorum, quęrentium, si pro-
betur testatorem in suo nomine errasse, an testamen-
tum valeat? Quòd si Gaius testator ita heredem insti-
tuerit, *Sempronius mihi Plotio heres esto*: non dicam cum
Doctoribus eum in suo nomine errasse, sed vel nomen
mutasse, vel nouum nomen adsumpsisse: quia nomina
hominum mutabilia sunt, D. de legat. j. l. 4. in princ. &
cuilibet nomen suum mutare licet, dommodò id faciat
sine dolo malo, infr. de mutat. nom. l. vn. multi verò sibi
noua nomina, & cognomina adsumpserunt, vt Iacobus
Sanazarius nouum nomen, & nouũ cognomen adsum- 14
psit Actij Synceri. ¶ Quæro, si testator Plotio heres
extiterit, & alium Plotium heredem scripserit, deinde
adiecerit, *Sempronius Plotio heres esto*, vtrùm Sempro-
nius intelligatur heres Plotij tamquàm heres heredis,
an tamquàm vulgariter substitutus? Priorem interpre-
tationem accipit Baldus, posteriorem Mudæus. Baldi
sententia vera est, cùm quia, si ordinem contextus spe-
ctemus, ipse Iustinianus hanc interpretationem alteri

præpooere videtur : tum etiam quia Mudæi interpretatio maltò durior eſt,id eſt , minùs accommodatur verbis teſtamenti:ſæpe enim reperies heredem heredis appellari heredem primi defuncti,vt ſupr.notaui : nuſquam autẽ (vt opinor) is qui vulgariter eſt ſubſtitutus,
15 dicitur heres eius,cui eſt ſubſtitut⁹. ¶Quarto capite exponitur,ex qua parte heredes fiant.Vbi deciduntur duę
16 quæſtiones. ¶Primò quęritur,ſi incapax inſtituatur heres ex certa parte , eiq; coheres detur ex reſiduo,vel ex reliqua parte,vtrùm hic partẽ,an totũ obtineat: Reſpõdetur, hũc fieri heredem ex aſſe:quia reſidui,vel reliqui appellatione etiam totum continetur , l. 2. & D. eod. l.qui noo militabat. 78. §. vlt. & l.quòd ſi Mæuius. 80. quemadmodum cæterorum,& reliquorum appellatione etiam omnes ſignificantur,D.de verb.ſignif. l.cæterorum. 160. videlicèt ne defunctus contra iuris regulam pro parte teſtatus , pro parte inteſtatus videatur,
17 D.de diu.reg.iur.l.7.& Inſtit.h.t.§.hereditas. ¶ Secundò quæritur,an valeat inſtitutio ex certa re , vel certis rebus , & quis ſit eius effectus ? Hìc diſtinguendi ſunt tres caſus:aut enim vous ita inſtitutus eſt , nullis datis coheredibus:aut plures ita ſunt inſtituti, ſimiliter nullis datis coheredibus:aut vnus pluréſve ita ſunt inſtituti,eiſque adiecti ſunt coheredes ſiue ex certa parte,ſiue non expreſſa aliqua parte. Primo caſu heres fit ex aſſe, rerum mentione detracta,D.h.t.l.1. §.ſi ex fundo. Secundo caſu,omnes fiunt heredes ex æquis partibus,ſed res illæ,ex quibus heredes inſtituti ſunt, ſecundum teſtatoris voluntatem ſingulis heredibus ſalua Falcidia per iudicem familiæ erciſcundæ attribuuntur quaſi prælegatæ,D.eod.l.ex facto. 35. & l.qui non militabat, 78.in princ. Tertio caſu hi, qui ex certis rebus ſunt inſtituti,pro legatariis habentur, ideóque actiones hereditariæ eis non competunt,l.quoties.13.Receptum tamen eſt; vt per huiuſmodi inſtitutionem ex certa re,vel certis rebus ſatisfiat Nooellæ 115.iubenti,vt filij inſtituaotur heredes,alioquin inutile eſſet teſtamentum,in quo ſunt præteriti, licet eis legatum aliquid ſit : placet enim , quod ad hoc, vt teſtamentum ſuſtineatur , liberos ex certis rebus inſtitutos non haberi pro legatariis, ſed pro heredibus. Hæc dicta ſint de heredibus inſti-
18 tuendis. ¶ Sequitur ſecunda tituli pars de his,qui heredes inſtitui ooo poſſunt : vbi dantur tres regulæ. I. Deportatus heres inſtitui non poteſt , l.1.ſubaudi , à pagano : quia militi inter cætera priuilegia conceſſum eſt,vt deportatum heredem inſtituere poſſit , D.de teſtam.mil.l.idem eſt.13.§. & deportati. vt expoſui ſupr. eod. tit. num. 4. Ratio , propter quam deportatus ooo poteſt à pagano heres inſtitui, hæc eſt:quia cùm ad peregrinitatem redactus ſit , D.de in ius voc. l. ſed ſi hac lege.10.§.ſed ſi per pœnam.id eſt , cùm ciuitatem Romanam amiſerit,D.de interd.& releg.l.6.in princ. cum ſim.ideóque ἄπολις vocetur,D.de legat.iij.l.1.§.hi quibus.& de pœn.l.ſunt qoidam.17.§.1.eorum tantùm capax eſt,quę ſunt iuris gentium,noo eorum quæ ſunt iuris ciuilis,d.l.ſunt quidam.§.1. Teſtamẽti autem factio eſt iuris ciuilis,noo ſolùm actiua,d.l.1.§. hi quibus. ſed etiam paſſiua,vt oſtẽdit l.1.h.t.quæ hanc inſtitutionem habet pro non ſcripta,ita vt hereditas ad eos pertioeat, ad quos pertineret,ſi deportatus heres ſcriptus non eſſet:vt contiogit quotieſcumque incapax heres inſtitutus eſt.Secus autẽ, cùm hereditas heredi aufertur tamquàm indigno : tunc enim confiſcatur, vt explicabitur tit. 35. II. Collegium , ſiue vniuerſitas regulariter hereditatem capere non poteſt , niſi cui ſpecialiter hoc ſit permiſſum , l. collegium. 8. Sicut igitur omne collegium eſt illicitum , niſi ſpecialiter ſit permiſſum,D. de colleg.& corpor.l.3.§. 1. ita etiam omne collegium eſt incapax hereditatis,vel legati , niſi ſpecialiter conceſſum ſit , vt cum eo ſit teſtamenti factio : vt conceſſum eſt ciuitatibus,l.hereditatis.12.& eccleſiæ, ſupr.de ſacroſanc.eccleſ.l.1.noo Iudæorum Synagogæ,ſupr. de Iud.l.1.Sed antequam conſtitutiones principum de iuris rigore relaxarent,& priuilegium concederent , neque ciuitatib.relinqui poterat, Vlpian. tit. qui heredes inſtitui poſſunt , §. nec municipio. neque eccleſiæ , vt Cuiac.notat ex Ambroſ.Epiſt.31.ad Valentin.Imperatorem , & Hieronymo in epiſtola ad Nepotianum, de vita Clericorum,& Origene lib.1.contra Celſum.Sed quare collegia , atq; vniuerſitates regulariter non poſſunt heredes inſtitui ? Vlpianus dicto loco hanc rationem affert,quia ſunt corpora incerta:vt enim perſonis incertis olim hereditas , aut legatum relinqui non poterat:ita nec corporibus incertis , Iuſtinianus quidem permiſit hereditates,legata , & fideicommiſſa perſonis incertis relinqui,Inſtit. de legat. §. ſed nec huiuſmodi. collegiis autem & corporibus non generaliter hoc conceſſit , ſed quibuſdam ſpecialiter exceptis. Nec dicendum , conſtitutionem de perſonis incertis produci ad collegia,corpora , & vniuerſitates : quia iura correctoria anguſtiſſimè accipiuntur,infr.de appell. l.præcipimus.32.§.vlt. III. Incapax nec per ſe,nec per ſeruos ſuos hereditatem acquirere poteſt , l. neque. 10. quia cum ſeruis teſtamenti factio eſt ex perſona dominorum:quare ſi dominus inſtitui heres non poteſt,ſimiliter ſeruus eius inſtitui noo poterit,D.h.t.l.non minùs. 31.in princ.l.ſi alienum.49.§.1.& Inſtit. de hered. qualit.§.in extraneis.

Tit. XXV. De inſtitutionibus,& ſubſtitutionibus, ſeu reſtitutionibus ſub conditione factis.

I. 22. 24.	*VII. in princ.* 34.
II. 22.25.	*§.cùm autem.*32.y.
III. 29.	*VIII.* 12.19.
IV. 7.50.	*IX.* 11.
V. 20.	*X.* 33.
VI. 21.32.j.	



Voniã inſtitutiooi heredis,de qua ſuperiori titulo dictum fuit,conditio ſępe accidit,itidémque ſubſtitutioni tam directę,quę propriè vocatur ſubſtitutio,quàm precarię,quę propriè appellatur reſtitutio : idcirco de his conditionibus agitur in præſentia.Eſt igitur hic titulus in confinio poſitus ioter inſtitutiones primi gradus , de quibus ſuperiori titulo dictum eſt , & ſubſtitutiones , de qoibus infr.dicetur:quippe qui vtriſque commune accidens declarat. 1

¶ Pertinet autem ad conditiones propriè dictas : vt 2
conditio propriè dicatur,id eſt,vt reddat actum conditionalem,tria requiruntur , I. Referatur ad tempus futurum,non ad præſens,vel præteritum, D.de reb. cred. l.cùm ad præſens.37.& ll.ſeqq. & de coodit.inſtit.l.inſtitutio.10.§.1.& de verb.oblig.l. conditio. 100. & Inſtit. eod. §. pen. II. Conferatur in euentum incertum, id eſt,qui nec ſit neceſſarius,veluti *ſi Sol cras orietur,* D. de nouat.l.ſi pupillus.9. §.1. nec impoſſibilis , veluti , *ſi cœlum digito tetigeris* , quæ in vltimis voluntatibus pro non ſcripta habetur,D.de hered.inſtit.l.ſeruũ.50.§.1.& de cõdit.inſtit.l.6.& Inſt.de hered.inſtit.§.impoſſibilis. ſed ſit contingens,ita vt poſſit euenire, vel non euenire,veluti *ſi nauis ex Aſia venerit.* III. Accedat ex teſtatoris voluntate,à quo adſcripta eſt;non ſit eiuſmodi,vt nullo modo expreſſa , tacitè inſit ex proprietate ipſius vltimæ voluntatis, D. de condit.& demonſtr. l. conditiones extrinſecùs. 99. nam hæc extranei heredis inſtitutio,*ſi volet,heres eſto*,pura eſt,D.de hered.inſtit.l. Cornelius.69. Item hæc ſubſtitutio pura eſt , *ſi filius meus in ætate pupillari deceſſerit, Titius heres eſto* , D.quan.dies legat.ced.l.7.§.pen.

¶ Vere

3 ¶ Verè & propriè dicta conditio diuiditur in casualem
seu fortuitam, & potestatiuam,& mixtã. Fortuitæ euẽ-
tus ex fortuna, potestatiuæ ex voluntate personæ ho-
noratæ; mixtæ ex vtroque pendet, infr.de caduc.toll.l.
vnic. §. sin autem aliquid. Est igitur fortuita, veluti, *si*
nauis ex Asia venerit. potestatiua, veluti, *si in Capitolium*
adscenderit. mixta, veluti, *si Meuiam vxorem duxerit*.

4 ¶ His suppositis, accedamus ad Analysim huius ti-
tuli: cuius partes duæ sunt, prior de conditionibus in-
stitutionum, posterior de conditionibus substitutio-
num, tam directarum, quàm precariarum.

5 ¶ Prioris partis de institutionum conditionibus tria
6 sunt capita. ¶ In primo capite deciduntur quatuor
7 quæstiones generales. ¶ Primò quæritur, an suus he-
heres sub conditione institui possit? Nam de extraneo
nulla dubitatio est: quin tam sub conditione, quàm pu-
rè institui possit, Institut.de hered.instit.§. heres & pu-
rè. Respondetur, posse institui sub cõditione potestati-
ua, D.de hered.instit.l.iam dubitati.86.non sub casuali,
vel mixta, nisi in eius defectum exheredetur, l.4. Huius
iuris ratio est: quia cũ est conditio potestatiua, quodã-
modò non videtur institutio pendere: quandoquidem
filius pro libitu eam implere, & heres fieri potest: cùm
autem non est potestatiua: nisi in eius defectũ exhere-
detur: filius pendente cõditione nec est institutus, quia
tantum est in conditione, non in dispositione; nec ex-
heredatus proinde tamquam præteritus reddit testa-
mentum ipso iure nullum. Sed cùm in conditionis de-
fectum est exheredatus, non potest vllo modo dici præ-
8 teritus: ideóque testamentum valet. ¶ Nota primò,
nihil referre, vtrùm filius ponatur exheredatus in de-
fectum conditionis, sub qua est institutus, vt in d.l.4. an
exheredatus sub contraria conditione, vt in d.l.iam du-
bitati. quia si contraria conditio eueniat, hæc deficit.
Nam contraria intelligere oportet immediata, quo-
rum alterum euenire necesse est, veluti, *si nauis ex Asia*
venerit, filius meus heres esto; si non venerit, exheres esto.
Quod si ita in testamento scriptum sit, *si nauis onusta*
mercibus ex Asia venerit, heres esto; si vacua venerit, exhe-
res esto: quia fieri potest, vt nauis neque onusta, neq; va-
cua redeat, sed naufragium faciat: & in hunc euentũ fi-
9 lius est præteritus, testamentũ valere non potest. ¶ No-
ta secundò, hanc non esse conditionem potestatiuam,
sed mixtam, *si in patriam redierit*: quia fieri potest, vt
non redeat, vel quia nolit, vel quia fortuito aliquo ca-
10 su impeditus non possit. ¶ Nota tertiò, aditionem tri-
bui extraneis heredibus quasi eorum propriam, Instit.
de hered.qualit.§. extraneis. non quia suus heres non
possit adire: sed quia nõ est necesse vt adeat: cùm enim
ipso iure heres fiat, D.de suis & leg.l.in suis 11. superua-
cua est aditio: nihilominus tamen eum posse adire con-
stat, ex d.l.4.h.tit.& ex l.vltim.infr.de repud.hered.

11 ¶ Secundò quæritur, an hæc institutio, *Ille heres esto,*
secundum conditiones infr. scriptas, valeat, si posteà testa-
tor conditiones non adscripserit? Imperator in l.pen.
sic distinguit: Aut nullæ sunt in toto testamento con-
ditiones scriptæ: aut in aliqua testamenti parte scriptæ
sunt. Priori casu dicta institutio purè valet, perinde ac
si testator se conditiones adscripturum non promisis-
set: illa igitur verba *secundum conditiones infra scriptas*
pro non scriptis habentur. Hanc decisionem confirmat
Imperator decisione à simili: quia si testator vicos rei-
pub. reliquerit, eorumque fines, & certaminis formam,
quam in ciuitate seruari vellet, se alia scriptura decla-
raturum promiserit, nec tamen posteà declarauerit;
nihilominus fideicommissum reipub. deberi Papinia-
nus respondit, D.de lega.ij.l.cum pater.77. §.vlt. Poste-
riori casu conditiones in aliâ quauis testamenti parte
scriptæ, ad dictam institutionem trahuntur: non est
enim nouum, vt ex vna parte testamenti aliam partem
interpretemur, infr.de fideicommiss. l. quamuis. 15. &
D.qui testam.fac.poss.l.heredes palam. 21.§.1.in fin. &
de lega.infr.l.qui filiabus.17.in princip.l.si seruus plu-
rium. 50.§.vltim. ¶ Tertiò quæritur, quando condi- 12
tio impleri debeat, vt is cui sub cõditione aliquid reli-
ctum est, illud relictum, putà hereditatem, vel legatum
capere possit? Iustinian. respondet, quandocumque sit
impleta conditio, nihil referre, siue impleta sit viuo te-
statore, siue eo moriente, siue post mortem, l.si quis he-
redem.8. ¶ Nota primò, hæc tria tempora, testatore vi- 13
uo, eo moriente, & post eius mortem, posse ad duo re-
ferri: quia qui moritur, viuit: & hoc est extremum vi-
tæ momentum, quo aliquis moritur, D. de manum.te-
stam. l. qui duos. 18. ¶ Nota secundò, tempus illud, 14
viuo testatore, à Iustiniano intelligi post factum testa-
mentum. Vnde quærendum manet, an sufficiat condi-
tionem esse impletam ante factum testamentum: quam
quæstionem paulò post dissoluam num.18.

¶ Nota tertiò, imperatorem non loqui generaliter 15
de omnibus conditionibus: sed proponere tria exem-
pla: quorum duo priora sunt referenda ad conditiones
casuales, seu fortuitas: postremum ad mixtas. Primum
exemplum est, *Titius heres esto, si Meuius consul factus*
fuerit. Alterum planè simile est, *Titius heres esto, si Me-*
uius prætor factus fuerit. Tertium est, *Filia mea, si nupta*
fuerit, heres esto. Quod de dictis duabus conditionibus
fortuitis dictum est, generaliter in omnibus eiusmodi
conditionibus obtinet. Quod verò de nuptiarum con-
ditione hîc traditur, ad alias conditiones mixtas, vel
potestatiuas non est producendum: quia cùm nemo
debeat esse solicitus de hereditate viuentis, non potest
quis videri in Capitolium adscendere, vel aliud, quod
testator in conditione posuit, animo conditionis im-
plendæ facere, si viuo testatore id faciat: nec videtur
quis conditionem implere, nisi eius implendæ animo
id faciat: quapropter hæ conditiones post mortem te-
statoris impleri debent, D.de cõdit. & demonstr.l.2.l.si
iam facta.11.§.1. huius verò conditionis, *si nupserit*, vel
cùm nupserit, proprium est, vt testator solummodò con-
ditionem impleri voluerit, nec ad tempus eius implen-
dæ respexerit, D.eod.l.hæc conditio.10. ¶ Nota quar- 16
tò, datas decisiones locum habere in dubio: quia si te-
stator expresserit, quando conditionem impleri ve-
lit; eius voluntati, quæ in conditionibus dominatur,
stare oportet, D.eod.l.in conditionibus.19.

¶ Nota quintò, hæc omnia obtinere tam in institu- 17
tionibus, & substitutionibus, quàm in legatis & fidei-
commissis, d.l. si quis heredem. ¶ Nota sextò, si quæ- 18
ratur, an sufficiat conditionem esse impletam ante fa-
ctum testamentum? distinguendum esse: quia si testator
sciat id iam factum esse, quod in conditione ponit, &
illud factum iterari possit, opus est, vt iterum post te-
stamentum fiat: verbi gratiâ, si testator sciens Titium
in Capitolium adscendisse, ita scripserit, *Si Titius in Ca-*
pitolium adscenderit, Meuius heres esto: Mæuius fieri heres
non potest, nisi Titio iterum in Capitoliũ adscendente,
conditio impleatur. Si verò testator ignoret id factum
esse, putà Titium in Capitolium adscendisse: aut si fa-
ctam iterari non possit, veluti, *si nupserit* (quia nuptiæ
non intelliguntur posse iterari, cùm non possint fieri
nouæ nuptiæ, nisi priores dissoluantur, quam dissol-
lutionem expectare, vel ominari non licèt) dicendum
est, testatoris voluntatem quasi puram valere, quia
iam conditio extitit, d.l.hæc conditio.§.1.d.l.si iam fa-
cta.§.1. ¶ Quartò quæritur, si post testamentum viuo 19
adhuc testatore conditio sit impleta, putà Titius con-
sul, vel prætor factus sit, vel filia nupserit; deinde ante
mortem testatoris, Titius consul, vel prætor esse de-
sierit, vel filiæ matrimonium solutum sit, an conditio-
nem iterum impleri oporteat? Respondetur, non opor-
tere.

tere,d.l.si quis heredem.quia ficut conditio, quæ semel deficit,non potest amplius existere, D.de fideic. libert. l.quidam.10. in princip.ita quæ semel impleta est, non potest amplius deficere,infr.quan.dies legat.ced. l.4.& D.de vulg.& pupill.l.in substitutione.31.in princip.

20 ¶ In secundo capite consideratur vna conditio potestatiua, *si diuerterit*, quæ quia contra bonos mores
21 est, pro non scripta habetur,l.5. ¶ In tertio capite agitur de conditionibus mixtis, quæ vel impleri debent, vel pro non scriptis habentur. Hæc conditio, *si liberos susceperit*(siue sub hac conditione liberis,siue extraneis masculis, vel feminis relictum sit) fauore religionis pro non scripta habetur,quotiescumque,hi quibus relictũ est, propter religiosam vitã,vt monasticã, aut clericalem,liberos non suscipiunt;sic tantum relictum,non impleta conditione capiunt, vt de eo aliter disponere non possint,quàm in pias causas impendẽdo siue inter viuos,siue in vltima voluntate,l.6.(quæ quia græca est, in vulgatis editionibus desideratur)& supr.de episc. & cleri.l.*θεσπίζομεν μηδένα παντελῶς*,sancimus neminem omnino.53.§.*ἐν τούτῳ*,item illud.Hanc decisionem Iustinianus confirmat,Nou.123.c.37.vbi idem constituit de conditione,*si nuptias contraxerit*: quoniam vtriusque conditionis eadem est ratio. Hinc argumẽto sumpto,quidam putant non valere hanc substitutionem, *si filius meus*,vel quiuis aliusheres,*factus fuerit monachus, proximiores adgnatos substituo*, qua de re latè disputant Menoch. de pręsũp.liber.4.to.1.pręsump.83.& Facbin. lib.4.controuersiar. iur. c. 56. sed argumentum prædictum nullam vim habet:quia nec casus similis est, nec decisio similis,nec vlla ratione,vel lege potest ea sententia confirmari:standũ igitur est regulæ,quod voluntas testatoris seruanda est quasi lex,No.22.c.2.Adde,quod non cogitur filio monacho,aut clerico relinquere vltra legitimam iure naturæ debitã,C.de episc.& cler.l.adeo nobis.56.§.1. quare si vltra legitimam relinquat, vel si extraneum, heredem instituat, sine dubio poterit ei substituere,quem voluerit.Eademque ratio est, si secularem vitam degenti in eum casum substituat,quo mo-
22 nachus vel clericus fiet. ¶ Cùm autem conditio mixta non habetur pro non scripta:distinguimus inter suos heredes,& extraneos: si suus heres sub tali conditione instituatur, institutio non valet, nisi in eius defectũ,seu sub contraria cõditione sit exheredatus, vt sup. exposui nu.7.Si verò extraneus institutus sit:vel cõditio impletur, vel deficit;si impletur,non est dubitandum, quin heres institutus adire possit hereditatem,sed quæri potest, verum post impletam conditionem aditione opus sit, an eo ipso,quod conditionem impleuit, heres factus sit.Dicendum est autem, impleta cõditione non fieri eo ipso heredem, D.de condict. institut.l. et qui ita.13.nisi animo pro herede gerendi id fecerit, D. de acquit.hered.l.Antistius.62.in princip. Quod si conditio deficiat, distinguendi sunt quatuor casus: aut enim per honoratam personam stetit, quominus impleret conditionem:aut per alium stetit:aut casus fortuitus, viuo vel mortuo testatore impedimento fuit, quo minus cõditio impleretur.Pone Titium esse heredem institutum sub conditione,si Mæuium adoptauerit:fieri potest,vt Titius nolit adoptare,vel Titius nolit adoptari,vel antequam adoptio fiat,Mæuius viuo testatore, aut post eius obitum moriatur. Primo casu institutio ob conditionis defectum redditur inutilis, l.1 & 2.& infr.de cond.inser.l.3.& D.de condit.instit.l.Iulius Paulus.81.in fin.Secundo casu conditio pro impleta habetur: quia per heredem non stat, quominus impleat,l.1.& D.de condit.institut. l. 3.l.si quis.11.l.vter. 23. Tertio casu idem dicendum: quia implenda est conditio,si possit, D. eod. l. quæ sub conditione. 8. §. mortuo,& de lega.1.l.turpia. 54. §.1.& de condit.& demonstr. l. filiæ.28.in princip.id est, si sit possibilis:hoc autem casu effecta est viuo testatore impossibilis: quocirca pro non scripta haberi debet. Ne dicas heredem viuo testatore conditionem implere debuisse: quia improbè videretur solicitus de hereditate viuentis. Quarto casu institutio non habet effectum: quia conditio deficit: ac potest heredi imputari, cur non statim à morte testatoris impleuerit conditionem,infr. de condit. insert. l. 4. & D. de condit.& demonstr.l.in testamento. 31.

¶ His expositis, facile est species,quæ ad conditio- 23
nes potestatiuas pertinent, & in quatuor prioribus huius tit.legibus deciduntur, exponere. Species quatuor sunt: sed prima & secunda sunt prorsus similes, In prima auus maternus neptem ex filia: in secunda mater filiam: in tertia mater filios: in quarta pater filium suæ potestati subiectum,heredem instituit;quare in ceteris speciebus heredes extranei sunt: in quarta est suus heres. Prætereà in prima & secunda specie conditio est,*si illi nupserit*:in tertia,*si emancipati fuerint*: in quarta,*si in patriam redierit*: sed distinctiùs singulas
explicemus. ¶ In l. 1. puella heres instituta sub con- 24
ditione,*si filio Anthylli nupserit*, non aliter potest heres fieri,quàm si Anthylli filio nubat, aut per illum stet, quò minùs nuptiæ contrahantur.In hac decisione duo supponuntur.I. Anthylli filium dignum esse cui puella nubat: alioquin conditio haberetur pro non scripta:quia cum remittatur conditio,*si non nupserit*; multò magis remittenda est hæc conditio, quæ durior est, vtpote cùm non solùm aliis omnibus nubere puella prohibeatur; sed etiam ei nubere iubeatur, cui inhonestè nuptura sit, D. de condit. & demonstr.l.cùm ita 63.§.1.II. Filium Anthylli esse testatori superstitem,secundum ea,quæ paulò antè tradidi: nam si mortuus esset viuo testatore, puella ei nubere
non posset, ac nihilominùs heres fieret,vt iam docui. 25

In l.2.materfamiliâs heredem instituit sub conditione,*si sororis suæ filio*(id est, ipsius filiæ consobrino) *nupsisset*:cùm igitur his nuptiis indignus non sit, ac paratus sit eam vxorem ducere, puella non potest matri heres fieri,nisi illi nubat.Nec eget extraordinario auxilio,id est,non debet extra ordinem ei succurri, cùm
per ipsam stet, quò minùs honestam conditionem in- 26
stitutioni adscriptam impleat. ¶ Nota primò, sicut non videtur quis id posse facere,quod iure facere non potest,D.de cond.instit.l.filius.15. ita etiam dici non
egere auxilio,quo dignus non est. ¶ Nota secundò, 27
posse aliquem inuitari ad certas nuptias spe præmij,vt hereditatis, vel legati,licèt non possit metu pœnæ ad eas contrahendas constringi, D.de con. & demonstr. l.Titio centum.71.§.1.& de verb.oblig.l.Titia.174. in princip. non obstat l. si ita stipulatus fuero te sisti, 97.§.vltim.eod.tit.vbi hæc stipulatio,*si tibi nupsero*, vel *si te vxorem duxero,decem dabis*, non reprobatur, nisi causa cognita, & tunc cùm donationis causa non est probabilis:etenim si donationis causa promissum sit, cùm donatio conferatur in tempus matrimonij, iure reprobatur,D.de donat. int. vir. & vxor. l.3.§.& si stipulanti.l.cùm hic status.32. §.si sponsus.at si non donationis causa promissũ sit,vel si donationis causa sit probabilis,putà vt hac ratione ad nuptias cõtrahendas
inuitetur,dicendũ est stipulationẽ valere. ¶ Nota ter- 28
tiò, nuptias iure ciuili inter consobrinos permitti, supr.de nupt.l.celebrandis.19.& Instit.eod.§.duorum. iure autem canonico prohiberi,extr.de consang.& affin. c.penultim. ergo secundum ius canonicum hæc conditio,*si consobrino nupserit*, non est implenda, sed tanquam contra ius adscripta remittitur, vt eâ non impletâ nihilominùs heres fiat, D. de cond.Instit.l.
conditiones contra. 14. ¶ In l.3.mater filios heredes 29

scripsit

scripsit sub conditione *si à patre emanciparentur* : filij
non emancipatione,sed morte vel deportatione patris
vel alia quauis ratione sui iuris facti sunt : videbantur
igitur quasi conditione defecti , repelli ab hereditate
materna. Contrarium tamen respondetur : quia in
conditionibus voluntas testatoris dominatur , D.de
cond.& demonstr.l.in conditionibus.19.& magis spe-
ctatur,quàm verba,D eod.l.pater.101.in princip.vnde
cùm appareat,consilium matris hoc fuisse, ne heredi-
tas acquireretur patri , cuius mores suspectos habe-
bat,seu quem aliqua ratione oderat, supr. de inoffic.
testament . l. filiis. 25.l.si quis suo.33.§.legis. idemque
effectus contingat, quocumque modo filij facti sint
sui iuris, merito per interpretationem iuuamus testa-
mentum,vt videatur conditio extitisse , quocumque
modo filij sui iuris effecti sint. Eadem ratione condi-
tio,*si morte patris sui iuris fient*,his emancipatis pro im-
pleta habetur:mortis enim mentio ideo tantum facta
est,quia testator non putauit patrem emáncipaturum es-
se. Hoc autem iure vtimur , non solùm in hereditati-
bus,sed etiam in legatis,& fideicommissis , D. ad S.C.
Trebell.l.mulier quæ duobus. 22. in princip. &quan.
dies leg. ced. l. si ita. 15. Hinc interpretari debe-
mus,quod scribit Vlp. in l. fideicommissa. 11 .§. si cui.
D.de lega. iij.vbi cùm fideicommissum ita relictum es-
set filiofam. *si morte patris sui iuris fuerit effectus*.Vlp. ait.
*non videri defecisse conditionem,sed & cùm mors patris con-
tingat,quasi extante conditione ad fideicommissum admitti*,
quibus verbis non significatur post emancipationem
adhuc expectari mortem patris : sed ex voluntate de-
functi intelligi conditionem impletam:siue filius emá-
cipetur à patre, siue eius morte fiat sui iuris , quam in-
terpretationem adiuuat partic. *&*, quæ secundum do-
ctrinam Bartoli ponitur inter diuersa:sunt enim diuer-
si casus emancipatio , & mors patris: & vtroque casu
30 cõditio impleta censetur. ¶ In l.4.suus heres institutus
est sub conditione mixta,*si in patriam redierit* : ideoque
institutio non valet , quia eo eius defectum non fuit
exheredatus ,vt supr. docui. Hucusque de conditioni-
31 bus institutionum. ¶ In posteriori tituli parte agitur
de conditionibus substitutionum , & coniunctim con-
siderantur substitutiones directæ, ac precariæ. Hîc au-
32 tem explicantur quatuor conditiones. ¶ Prima con-
ditio est, *si sine liberis decesserit*:quæ, interdum cùm scri-
pta est, habetur pro non scripta:interdum è contrario,
cùm scripta non sit,tacitè adiecta censetur.Tunc habe-
tur pro non scripta , cùm persona , quæ sub tali condi-
tione onerata est,siue masculus sit,siue femina,propter
vitam religiosam vt monasticam, aut clericalem , libe-
ros non suscipit,l.6.& supr.de episc.& cler. l.*θεσπίζομεν
μηδένα παντελῶς* , sancimus neminem omnino. 53. §.
ἐπὶ τούτῳ,item illud.& hanc decisionem Iustinianus cõ-
firmat , Nou.123.c.37.vbi idem statuit de conditione,
si nuptias non contraxerit. Omissa autem subauditur &
suppletur,si quis aliquem ex iustis,vel naturalibus libe-
ris instituerit,eisque simpliciter substituerit:nam si he-
res posteà iustos liberos procreauerit, hi substitutis
præferuntur,l.7.§.cùm autem. & infr.de fideic. l. cum
acutissimi. 30. vbi probatur hac de re sententia Papi-
niani , quæ extat in l.cum auus 102. & de cond. & de-
monstr.Nota primò , liberos in conditione positos,ta-
citè vocatos censeri,& substitutos excludi , cum testa-
mentum à parente factum est , etiamsi tacitè in condi-
tione positi sint. Nota secundò discrimen inter libe-
ros,quibus substituitur,& eorum liberorum liberos
ad tacitum fideicommissum vocatos. Illi nihil refert
vtrum sint iusti, an naturales ; quod enim Papinianus
de legitimis liberis respondit,Iustinianus ad naturales,
id est,ex concubina susceptos producit:hi verò debent
esse iusti liberi,vt substitutum excludant, vt constat ex
illis verbis,*nisi ipsi liberi sine iusta sobole decesserint*.Eodem
modo liberi ad expressum fideicommissum vocati ac-
cipiuntur,D.ad S.C.Trebell.l.ex facto.17 .§. si quis ro-
gatus. ¶ Secunda conditio est,*si postumus non nascetur*. 33
Finge à testatore vxorem prægnantem ex parte,postu-
mum ex altera parte heredes scriptos, & *si postumus non
nascetur*,Mæuium substitutum esse, post patris mortem
natus postumus in pupillari ætate decessit.Oritur quæ-
stio inter matrẽ & Mæuium de hereditate impuberis.
Illa hereditatem sibi vindicat ex S. C.Tertulliano :hic
ex substitutione pupillari : quamuis enim illa verba
si postumus non nascetur , non sint verba substitutionis
pupillaris , sed vulgaris ; tamen scimus in vulgari ex-
pressa contineri pupillarẽ tacitam,infr.tit.prox.l. 4. &
D.de vulga.l.2.§.penultim.l.4. in princip. Mæuius igi-
tur videtur esse matri præferendus : quia hereditatem
petit ex testamẽto, id est,ex substitutione pupillari ta-
cita:mater autem petit hereditatem ab intestato,id est,
ex S. C.Tertulliano:scimus autẽ non esse locũ succes-
sioni legitimæ,si quis ex testamento succedere possit,
D.de acquir. hered.l.quandiu. 39. Contrarium tamen
respondet Iustinianus in l. vlt. quia Mæuius non niti-
tur pupillari substitutione expressa, quæ sine dubio
matrem excluderet , D. de inoffic.testament. l. Papi-
nianus. 8. §. sed nec impuberis. & extr. de testament.
c. 1.lib.l.6.sed tacita , quæ matri non obest, infr. titul.
proxim.l.precibus. 8. ex vulgari autem substitutione,
quæ expressa est , substitutus succedere non potest,
quia postumus statim ac natus est , ipso iure heres ex-
titit , D. de lib.& postul.l.in suis. 11.Ergo mater acci-
piet luctuosam filij hereditatem,in qua inueniet alte-
rum semissem hereditatis paternæ, cùm iam semissem
ipsa acceperit tanquam heres scripta à marito eodem-
que patre pupilli. Quid ergo , si mater post partum
editũ,viuo adhuc impubere,decesserit ? certè morien-
te impubere , substitutio pupillaris tacita , cui mater
mortua non obest, locum & effectum habebit , & ex
ea Mæuius pupillo hæres fiet,d.l. vltim. in fin.¶Tertia 34
conditio est , *si primus heres intestatus vel sine liberis de-
cesserit*.quarta huic simillima est,*si intestatus vel sine nu-
ptijs decesserit*.Finge heredem susceptis liberis decessis-
se intestatum ; quæritur , an substitutioni sit locus?
Quod prima facie dicendum videtur : quia testator
disiunctione vsus,fecit conditionem alternatam , cu-
ius alterutram partem impleri sufficit, D. de condit.
instit.l.5.& Instit.de hered.instit.§.penult.Contrarium
respondetur in l. 7.in princip. ex præsumpta volunta-
te testatoris , quæ in conditionibus dominatur, D.de
condit.& demonstr.l.in conditionibus. 19. in princip.
vnde fit , vt disiunctio accipiatur pro coniunctione,
perinde ac si testator dixisset , *si intestatus decesserit,&
liberos non susceperit*,vel,*si intestatus decesserit, & nuptias
non contraxerit*.Nec nouum est , vt disiunctio accipia-
tur pro coniunctione , vel è contrario coniunctio pro
disiunctione,D.de verb.signif.l. sæpe. 53. Illo casu vo-
catur *παραδιάζευξις* , id est , falsa disiunctio , infr. de
verb.sign.l.4.hoc casu *παρασύναψις*,vel *παρασυνάφεια*,
id est,falsa coniunctio. Fauore igitur liberorum here-
dis disiunctio accipitur pro coniunctione ; quia hi
liberi censentur magis dilecti,quàm substitutus quæ
decisio tam in suis heredibus , quàm in extraneis lo-
cum habet, d. l. 7. in princip. & D. de hered. Institut.
l. Lucius Titius qui fratrem. 85. & de reb. dub. l. si is
qui ducenta. 13.§.vltim.

Tit. XXVI.De impuberum,& aliis substitutionibus.

*I.*13.30.	*V.*12.
*II.*16.18.21.	*VI.*14.ij.
*III.*12.	*VII.*32.
*IV.*16.18.19.*p.ij.iv.*	*VIII.*9. 12. 19. *iij* 32.37. 38.36.

38.39.40.41.42.43. | *X.* 23.
IX. 33.34.35.36. | *XI.* 28.30.31.

1 SVbſtitutioois verbum hic propriè & anguſtè
eccipitur,vt in rub.præced.& ad directas here-
2 dum ſubſtitutiones coanguſtatur.¶Subſtitutio
igitur eſt ſecũdi heredis inſtitutio, D.h.t.l.ex facto.43.
§.Lucius.vel ſecũdi heredis appellatio,Gaius lib.2.Inſt.
tit.4.in pr. vel ſecuodo vlterioriue gradu facta inſtitu-
3 tio,D. h.t.l.1. ¶Nota primò inſtitutionem eſſe nomen
generis & ſpeciei:nam inſtitutio generalis diuiditur in
inſtitutionem propriè dictã,id eſt,primi gradus,& ſub-
ſtitutionem , quæ fit ſecundo, vel vlteriori gradu.Ge-
neraliter accipitur in l.Gallus.29. D.de lib.& poſtum.l.
ſi pater filio.9.l.ſi mater.33 §.1.l.poteſt,36. D. h.t.ſpe-
4 cialiter io d.l.1.eod.tit. ¶ Nota ſecundò,aliud eſſe te-
ſtamẽti locum,aliud gradum, Locus ab ordine ſcriptu-
ræ,gradus ab ordine ſucceſſionis ſumitur , D. eo.l.2. §.
pe. itaque in hoe exemplo , *Si Titius heres non erit , Seius heres eſto, Titius heres eſto* , Titius eſt ſecundo loco,ſed in
primo gradu heres inſtitutus ; Seius autem eſt primo
loco,& ſecundo gradu heres ſcriptus,d.l.2.§.ſed ſi quis
5 ita,& §.ſeq.& D.de hered.inſtit.l.ſi ita quis.28. ¶ Nota
tertiò appellatione ſecundi heredis , & ſecundi gradus
cõtineri etiam tertium, quartum,& vlteriores:quia te-
ſtator tot gradus heredum facere poteſt , quot vult, D.
h.t. l.poteſt.36.& inſtit. de vulg. ſubſtit.in princ.quem-
admodum appellatione ſecundarũ nuptiarum intelli-
guntur etiã tertiæ, & dieneeps,ſupr. de ſecund.nupt.l.ſi
6 quis prioris.8.§.1.& §.talem. ¶ Nota quartò,vt dicatur
ſecuudus heres,& ſecundus gradus,non eſſe opus,vt ſit
vna hereditas,ſed ſufficere,ſi ſit vnum teſtamentum,vt
cùm pater filio impuberi ſubſtituit, Inſt.de pupil.ſubſt.
§.igitur.Quid ergo,ſi ſubſtituat impuberi exheredato?
quomodò ſubſtitutio dieetur facta in ſecundo gradu,
cùm alius teſtatori, alius pupillo ſuceedat ? Cùm enim
nemo ante ſubſtitutum ad hereditatẽ pupilli vocetur,
hic ſubſtitutus videtur primo gradu ſuccedere.Reſpõ-
deo , eſſe hic aliquem ſucceſſionis ordinem , quatenus
inſtitutus ſtatim ſuccedit ac teſtator mortuus eſt:ſub-
ſtitutus verò non admittitur,niſi poſt mortem pupilli:
& cùm hæc pupillaris ſubſtitutio per teſtamentum pa-
ternum confirmetur, Inſtit. de pupil. ſubſtit. §. liberis.
certè oon poteſt ſubſtitutus ſuccedere pupillo , niſi
poſtquam inſtitutus teſtatoris hereditatem adierit.Hic
ſucceſſionis ordo imperfectior eſt,quàm in alijs ſub-
ſtitutionibus,in quibus eadem eſt hereditas : proinde
eius defectus ſuppletur per ordinem ſcripturæ , quem
hoc caſu ſeruare neceſſe eſt,adeò vt teſtator priùs ſibi
heredem inſtituere debeat,quàm filio impuberi ſubſti-
tuat,nec poſſit ſcripturæ ordinem inuertere,d. l. 2. §.
7 prius.& §§.ſeqq. ¶Nota quintò, omnem ſubſtitutionẽ
conferri in aliquem caſum,id eſt,iu futurum incertum
euentum, veluti , *Si primus heres non erit , ſecundus heres eſto*:quare nonnulli ſubſtitutionẽ aiunt eſſe inſtitutionẽ
conditionalem. Sed minùs commodè , quia conditio,
quæ eſt actui eſſentialis,non facit actum conditionalẽ:
ſiue eiuſmodi conditio adiiciatur legato,D.de leg.3.l.3.
& de cond.& demonſtr.l.aliquãdo.107.ſiue inſtitutioni
8 heredis,ſiue ſubſtitutioni,D.h t.l.qui liberis.8. ¶ Nota
ſextò,ſubſtitutionum caſus eſſe tantum duo generales:
primum,*Si primus heres non erit* : alterum,*ſi primus heres deceſſerit* : ſed hic ſecundus ſubdiuiditur regulariter in
duos:nempe,*ſi prius deceſſerit,quàm ad pubertatem perue-nerit*:& *ſi prius deceſſerit,quàm mẽtis compos factus ſit*.Ter-
tius additur ex priuilegio militum,*ſi pubes & mentis cõ-*
9 *pos deceſſerit*.Sũt igitur omnino quatuor caſ⁹.¶Hinc tria
ſubſtitutionũ genera iure cõmuni oriũtur,quibus quar-
tũ accedit iure ſpeciali ex militum priuilegio:ſunt autẽ
hæc ſubſtitutio vulgaris,pupillaris , quaſi pupillaris &
militaris: vulgaris eſt,quæ confertur in primũ caſum,id
eſt,ſi heres oon erit,l.precibus.8.ex eo dicta,quod vul-
gò cuilibet heredi à quolibet teſtatore fieri poteſt. Pu-
pillaris eſt,quæ fit in ſecundũ caſũ,id eſt,ſi io pupillari
ętate deceſſerit,d.l.precib. ex eo dicta,quòd liberis im-
puberibus ita ſubſtituitur à parentibus,in quorũ pote-
ſtate ſunt,Inſt.de pup. ſubſt.io pr. Quaſi pupillaris eſt,
quæ fit in tertiũ caſũ,id eſt , eũ parens cuiuuis gradus
vel ſexus, filio furioſo, vel mentecapto ad exemplum
pupilli ſubſtituit,ſi in furore deceſſerit;vel ſi prius mo-
rietur,quàm mentis compos factus ſit,l. humanitatis.9.
& Inſt. de pupill . ſubſtit.§.qua ratione.Quoniam igitur
ad exemplum pupillaris à Iuſtiniano introducta eſt:id-
circo eã vocamus quaſi pupillarẽ:Doctores autẽ vulgò
exemplarem barbarè appellant:nonnulli Iuſtinianeam
nominant.Militaris eſt,quæ fit io quartũ caſum,veluti,
ſi primus ante legitimam ætatem deceſſerit, D.eo.l.cẽ-
turio.15. Non ſunt plura ſubſtitutionum directarum&
propriè dictarum genera.Nam fideicõmiſ.non eſt pro-
priè ſubſtitutiu ; quia fideicommiſſarius non eſt verus
heres,ſed quaſi pro herede habetur. De ea verò inf. tra-
ctabitur, vbi de fideicommiſ.diſſeretur. Reciproca ſeu
breuiloqua,& compendioſa malè à Doctor.in ſubſtitu-
tioois diuiſione ponũtur quaſi ſpecies à vulgari pu pil-
lari,& quaſi pupillari diſtinctę.Nam reciprocã ſeu bre-
uiloquam vocant,cùm duo ſibi inuicem ſub verborum
breuitate ſubſtituuntur,veluti,*Titius & Mauius inuicem ſubſtituti,heredes ſunto*.compendioſam appellãt,quæ ſub
compendio verborũ multa tempora complectitur, ve-
luti:*Quandocũque Primus deceſſerit,ſecundus heres eſto*.Sed
hę inſpectiones tantùm ad verba teſtamenti reſpiciunt,
nec diuerſas ſubſtitutionum ſpecies faciunt:neceſſe eſt
enim,omnibus his caſibus quãcumque ſubſtitutionem
vel eſſe vulgarem,vel pupillarem,vel quaſi pupillarem,
vel militarem:nec vllus ſubſtitutus iure directo ſucce-
dit,niſi tãquam ſubſtitutus vulgariter, vel pupillariter,
vel quaſi pupillariter,vel militariter.Harũ verò ſpecie-
rum io eodem teſtamento , & eadẽ oratione cõiunctio
nouam ſpeciem non facit . ¶ Ex dictis, quatuor partes 10
noſtri tituli emergut. ¶ Prima pars eſt de vulgari ſub- 11
ſtitutione : de qua diſſoluuntur tres quæſtione. ¶Primò 12
quæritur,ao ſubſtitutus ad hereditatẽ admittatur?Reſ-
pondetur per diſtinctionẽ. Aut enim heres primo gra-
du inſtitutus adiuit hereditatẽ ex teſtamẽto,aut omiſit,
vel repudiauit.Priori caſu ſubſtitut⁹ repellitur,l.5.l.pre-
cibus 8.verſ.nam non eſt incerti.Poſteriori caſu admit-
titur,herede inſtituto & herede legitimo excluſis.Quin
etiã ſubſtitutus admittitur,ſi ipſe inſtitutus omiſſa ſuc-
ceſſione teſtamentaria hereditatem adierit ab inteſta-
to:quoniam eiuſmodi aditio non valet:ideoque ſi he-
res inſtitutus , teſtatoris creditor erat , actiones ſuas
perinde ac ſi non adiſſet,contra ſubſtitutum adeuntem
ſaluas habet,l.3.¶Secũdò quęritur, qua ex parte ſubſti- 13
tuti ſuccedant, cùm partes in ſubſtitutionibus expreſſę
à teſtatore nou fuerunt: Regulariter quidem ſunt par-
tes æquales,arg.§.ſi plures Inſt. de hered.inſt. ſi tamen
teſtator plures heredes partibus inæqualibus inſtitue-
rit,eoſque inuicem non expreſſis partibus ſubſtituerit,
partes expreſſę in inſtitutione cẽſẽtur tacitè repetitę in
ſubſtitutione,l.1.& D.eo.l.ſi plures.34.& Inſt.de vulg.
ſubſt.§.etſi ex diſparibus.¶Tertiò quęritur,quis ſit effe- 14
ctus ſubſtitutionis?Ab effectu ſumũtur duę differentię
inter ſubſtitutionẽ , & ius accreſcẽdi. I. Subſtitutus nõ
cogitur hereditatẽ accipere,inf.de iure delib.l.nec eme-
re.16.accreſſit autem deficientis portio etiã inuito,inf.
de caduc.toll.l.vn.§.his ita.II.Ex ſubſtitutione defertur
hereditas ſubſtituto , ſi ſit ſuperſtes, non eius heredi,ſi
ante ſubſtitutionis conditionẽ exiſtentem ſubſtitutus
deceſſerit,D.h.t.Lucius.43.in fi.& de ſuis & legit.l.ſi ex
pluribus 9. ius autem accreſcendi tranſit ad heredes,d.
l.ſi ex pluribus.Hæ differentiæ ceſſant,cùm heres inſti-
tutus

tutus, vel heredes instituti, sunt coheredibus suis substi-
tuti: quibus si substituti non essent, haberent ius accres-
cendi: tunc enim substitutio est appendix institutionis,
id est, habet vim iuris accrescendi: & si ex duobus here-
dib. inuicē substitutis vnus adierit, deinde altero repu-
diante substitutionis casus euenerit: is, qui adiuit, fit ex
substitutione heres sine noua aditione. Idcirco ei vel
inuito portio coheredis deficiētis accrescit, D. de iniust.
rupt. l. pen. §. 1. & de acquir. hered. l. si quis heres. 35. in
princ. vel eo mortuo accrescit eius heredi, D. eod. l. qui
patri. 59. Hinc patet expositio l. 6. in qua ex plurib⁹ he-
redibus institutis, & inuicem substitutis quidam adiue-
runt hereditatem, alij repudiarunt: portiones igitur re-
pudiantiū iis, qui adierunt, etiam inuitis, secundū do-
15 ctrinam modò traditā, accrescunt. ¶ Secunda pars est,
de pupillari substitutione, de qua dissoluuntur quatuor
16 quęstiones. ¶ Primò quęritur, an hęc substitutio fiat siue
verbis expressis, id est, nō expresso secundo casu, *si in pu-
pillari ætate decesserit?* Respondetur, cùm quis filio impu-
beri suæ potestati subiecto substituit, siue vtatur gene-
rali verbo *substituo*, siue verbis specialibus, & vulgaris
substitutionis propriis, videlicet, *si heres non erit*, eum in-
telligi vtroq; modo (id est, tam pupillariter, quàm vul-
gariter) substituere. Excipitur, nisi simul filio impuberi,
quem in potestate habet, & alij diuersæ conditionis, id
est, filio puberi, vel emācipato, vel extraneo substituat:
tunc enim sola volgaris substitutio facta intelligitur, ne
eadem verba respectu diuersarum personarum habeāt
diuersas interpretationes. Cùm enim in vnius heredis
persona soli vulgari substitutioni locus sit, etiam in fi-
lio impubere similiter erit tantùm vulgaris, nisi probe-
tur testatorem ei voluisse etiam pupillariter substitue-
re. Quod verum est, siue sit substitutio reciproca, l. 2. &
D. eod. l. Lucius. 45. in princ. siue ex vno tantùm latere
17 facta, l. 4. ¶ Quò meliùs hæc intelligantur, nota pri-
mò, eadem verba in eadem oratione posita, & ad diuer-
sas res, vel diuersas personas relata, modò posse accipi
in vna & eadem significatione, omnium respectu, túnc-
que vnam, non plures significationes accipi debere:
modò non posse in vna significatione sumi; túncque
plures necessariò accipiendas esse, vt in hac oratione,
*Filius meus impubes, & Titius heredes sunto: filium meum
impuberem, & Titium inuicem substituo*, verbum *substituo*
potest in vna significatione accipi, vt respectu vtrius-
que personæ significet substitutionem vulgarem. Cùm
igitur non possit efficere substitutionem pupillarem in
persona Titij, etiam in persona pupilli non faciet pu-
pillarem, sed solam vulgarem: at si Titio tantùm vulga-
riter, impuberi tātùm pupillariter substitui posset, certè
duobus modis acciperetur, id est, in persona Titij sub-
stitutionem vulgarem, in persona pupilli substitutio-
nem pupillarem efficeret: quemadmodum apud Iusti-
num lib. 3. dum ait, *& necē patris, & necem fratris, & se ab
insidiis Artabani vindicauit*, verbum *vindicauit* bifariam
accipitur, quasi diceret, necem Artabani patris sui, &
Darij fratris sui vltus est, & se ab insidiis Artabani libe-
rauit. His casibus verum est, quod Sophoclis interpres
notat, πολλάκις inquit, τὸ κατὰ τοῦ κοινοῦ λαμβανόμενον,
διαφόρως νοεῖται; id est, *sæpe quod communiter sumitur, di-
uersis modis accipitur.* Secundum hæc, repudio eorum in-
terpretationem, qui locum Virg. 5. Æneid.

——— Pelida tunc ego forti
Congressum Æneam nec dis, nec viribus æquis
Nube caua eripui ———

Sic accipiunt, vt alia ratione dicantur dij non æqui, id
est, aduersi, seu non fauentes; alia vires non æquæ,
id est, imbecilliores: verius enim est, in eadem significa-
tione sumi vtróq; casu, vt sensus sit, deos qui pro Aenea
stabant, imbecilliores fuisse diis illis, qui Achilli faue-
bant: ideóque vires Æneæ imbecilliores fuisse viribus
Achillis. Nam ex veterum sententia non omnes dij
æquè pollebant: quibus verò dij fortiores, & præstan-
tiores fauebāt, hi in bello vincebāt: quod passim testa-
tur Homerus in Iliade; & apud Euripidem ἐν ἡρακλεί-
δαις Iolaus disertis verbis affirmat, inquiens,

——— θεοῖσι δ' οὐ κακίοσι
χρώμεθα συμμάχοισιν, Ἀργείων ἄναξ.
τῶν μὲν γὰρ Ἥρα προστατεῖ, Διὸς δάμαρ.
ἡμῶν δ' Ἀθηνᾶ. φημὶ δ' εἰς εὐπραξίαν
καὶ τοῦθ' ὑπάρχειν, θεῶν ἀμεινόνων τυχεῖν.
Νικωμένη γὰρ Παλλὰς οὐκ ἀνέξεται. id est,
——— Deis non deterioribus
Vtimur auxiliaribus, Argiuorum rex.
Illis enim Iuno praeest, Iouis coniux:
Nobis autem Minerua: aio autem ad bene agendum,
Hoc etiam facere, deorum præstantiorum ope iuuari.
Nam Pallas se vinci non patietur.

¶ Nota secundò, in tractatu de vulgari & pupillari 18
substitutione quatuor esse substitutionum genera sum-
pta ex diuersis substitutionum verbis: aut enim primus
casus solus exprimitur, nempe, *si Primus heres non erit*:
aut solus secundus casus, *si in pupillari ætate decesserit*, aut
neuter, vt cùm testator vtitur generali verbo *substituo*:
aut vterque, veluti, *si Primus heres non erit, aut heres erit,
& prius decesserit, quàm in suā tutelā venerit.* Ad primum,
& secundum substitutionū genus pertinet constitutio
Diuorū Fratrum, D. h. t. l. 4. in pr. Ad solum primum cō-
stitutio Alexandri, l. 4. Ad tertium constitutio Diui Pij,
D. eod. d. l. 4. §. 1. & constitutio Seueri, & Antonini, l. 2.
De quarto genere non fuit opus aliquid constitui. ¶ De 19
primo substitutionis genere datur regula: Cùm pater
filio impuberi, vel filiis impuberibus, quos in potestate
habet, vulgariter substituit, tacite censetur etiam pupil-
lariter substituere, l. 4. & D. eod. l. 4. in princ. Hæc regula
etiam in postumis locū habet: nam si quis postumū he-
redē instituit, &, si postumus non nascetur, Titiū ei sub-
stituit; hæc est substitutio vulgaris expressa, quæ conti-
net pupillarem tacitā, sup. tit. prox. l. vlt. vers. tūc autem.
Excipitur I. Nisi pater filio impuberi alium substituat
vulgariter, alium pupillariter: hoc enim casu is, qui vul-
gariter substitutus est, nullo modo videri potest pupil-
lariter substitutus, D. eod. l. cùm ex filio. 39. §. 1. II. Nisi
quauis ratione probetur contraria testatoris volontas,
id est, nisi probetur testatorem voluisse tātùm vulgari-
ter, non etiam pupillariter substituere, l. 4. quia tota hęc
quæstio de tacita substitutione admittēda, vel repudiā-
da, est quæstio scripti & voluntatis, M. Tullio lib. 2. de
Inuent. & Quintil. l. 7. c. 6. auctoribus. Scimus autem vo-
luntatē testatoris, modò de ea cōstet, scripturæ præfer-
ri, D. de condit. & demonstr. l. in conditionibus. 19. in
pr. III. Nisi mater pupilli sit superstes: nam etsi mater
à successione in bonis filij impuberis excludatur per
pupillarē expressam, D. de inoffic. testam. l. Papinianus.
8. §. sed nec impuberis. non tamē excluditur per pupil-
larem tacitā, sed eam impedit, & substituto præfertur,
l. precibus. 8. & sup. tit. prox. d. l. vlt. IV. Nisi quis filio suo
impuberi, quē in potestate habet, & alij diuersæ condi-
tionis personæ vulgariter substituat: tunc enim (vt sup.
notaui) nō cēsetur pupillariter substituere ne eadē ver-
ba diuersimodè accipiātur, id est, in persona pupilli fa-
ciāt vulgarē & pupillarē substitutionē, in alterius here-
dis persona tātùm vulgarē, l. 4. ¶ De secūdo substitutio- 20
nis genere similis est regula: Cùm quis filio impuberi,
vel filiis impuberib. in sua potestate cōstitutis expresse
substituit pupillariter, tacitè cēsetur etiam substituere
vulgariter: quia sicut vulgaris expressa cōtinet pupilla-
rē tacitam; ita etiam è cōtrario expressa pupillaris con-
tinet tacitā vulgarem, D. eod. l. 4. in pr. Excipitur I. Nisi
sit contraria testatoris voluntas, ob rationem antè di-
ctā, quia testatoris voluntas in testamentis dominatur.

II. Nisi impuberi exheredato substituat: quia certum
est, huic tãtùm pupillariter, non etiam vulgariter sub-
21 stitui posse. ¶ In tertio substitutionis genere, id est,
cùm testator vtitur generali verbo *substituo*, distingui-
tur: aut enim testator personis eiusdem conditionis
substituit, quibus tam pupillariter, quàm vulgariter
substituere potest: aut personis diuersæ conditionis.
Priori casu verbum *substituo* vtramque substitutio-
nem complectitur, tam vulgarem, quàm pupillarem:
nec refert, vtrùm sit substitutio simplex, an reciproca,
D. eod. l. 4. §. 1. Posteriori casu interpretatio in dubio
debet accipi, quæ vtrique personæ conueniat: quare si
filio impuberi & extraneo substituitur, tantùm vulga-
ris, non pupillaris substitutio intelligitur, l. 2. & D. eod.
l. 4. §. sed si alter. l. Lucius. 45. in princ. Quòd si verbum
substituo non possit in communi significatione accipi,
sed in diuersis: veluti si quis filio impuberi, quem in
potestate habet, exheredato, & puberi heredi instituto
substituat hoc modo, *Titius filius meus impubes exheres
esto: Mæuius filius pubes heres esto: Titium, & Mæuium inui-
cem substituo*: vel, *Titio, & Mæuio Sempronium substituo*:
necesse est, verbum, *substituo* secundum doctrinam sup.
traditam (num. 16.) duas significationes recipere: ita vt
respectu Titij sola pupillaris, respectu Mæuij sola vul-
22 garis substitutio sit. ¶ Quartum substitutionum genus,
quia vtrumque substitutionis casum disertis verbis
continet hoc modo, *Si heres non erit, siue heres erit, & in
pupillari ætate decesserit*, planissimum est, & omni diffi-
cultate caret, D. eod. l. 4. in fin. Hæc dicta sint de prima
23 quæstione. ¶ Secundò quæritur, vtrùm ex hac substi-
tutione, *si vterque impubes decesserit*, vno impubere mor-
tuo substitutus ad eius portionem admittatur, an non
antè admittatur, quàm decesserint ambo impuberes?
Fuit hæc quæstio dubia apud veteres Iureconsultos.
Iustinianus autem Sabini sententiam probat, vt priori
in ætate pupillari defuncto frater succedat, &, si secun-
dus quoque impubes decedat, substitutus admittatur,
24 l. pen. ¶ Nota primò, idem obtinere in substitutione,
25 *si ambo impuberes decesserint*, D. eod. l. qui duos. 42. ¶ Notà
secundò, quamuis videatur vtrique impuberi hoc mo-
do substitui, re vera tamen substitui tantùm nouissimè
morituro, si quidem primi defuncti hereditas fratri
defertur, non ex substitutione, sed ab intestato, D. eod.
l. vel singulis. 37. & Instit. de pupill. substit. §. vel sin-
gulis. Secus in fideicommisso Paulus respondit, cùm
testator libertis fundum reliquit, & nouissimè moritu-
rum rogauit, vt eum quibusdam restitueret: censetur
enim testator duos substitutionum gradus fecisse: al-
terum, quo primus moriens colliberto superstiti resti-
tueret: alterum, quo hic vltimo loco moriens restitue-
ret: quia non aliter potest fundum restituere, nisi eum
obtineat; nec potest obtinere, nisi ratione fideicom-
missi à colliberto accipiat, D. de lega. ij. l. Titia. 87. §.
Seia. At in casu nostro sine substitutione hereditas im-
puberis, qui primus obiit, fratri defertur: proinde non
censetur frater fratri pupillariter substitutus. Ergo is,
qui pupillariter substitutus est, tantùm nouissimè mo-
rituro succedit: accipiet tamen totam testatoris here-
ditatem, si totam inueniat in hereditate secundi impu-
beris, qui fratri suo ab intestato successit; aut detra-
cta portione ad matrem pertinente, si mater superstes
primo impuberi defuncto, vnà cum secundo impube-
re successerit. Mater enim, & frater similiter succedunt,
26 infr. ad S.C. Tertull. l. vlt. ¶ Porrò dictæ decisioni, qua
substitutum à primi impuberis defuncti successione
repellimus, opponitur, quòd pluralitas resoluitur in
singularitates. Vnde si plures simul rogentur post
mortem suam fideicommissum restituere, vno mortuo
aliis superstitibus, statim pro mortui portione fidei-
commissum peti potest, D. de lega. ij. l. vlt. §. pen. & ad
S. C. Trebell. l. Lucius. 78. §. Gaio. Item si testator ita
scripserit, *Stichum, & Pamphilum Titio do lego, si mei erũt,
cùm moriar*: vno ex his alienato à testatore, alter legata-
rio debetur, D. de condit. & demonstr. l. falsa. 33. §. vlt.
Hæc obiectio mirum in modum Doct. torsit, qui pro-
pterea in contrarias sententias abiere. Ego autem, eo-
rum disputatione, & doctrina omissa, sic statuo plura-
litatẽ resolui in plures singularitates, nisi testator vsus
sit aliquo verbo, quod impediat singula membra seor-
sum, & per se accipi; vt verbo *vterque*, aut verbo *ambo*.
Cùm enim testator dicit (exempli causâ) *si vterque de-
cesserit*, vel, *si ambo decesserint*, non potest cõditio imple-
ta videri, si vnus eorum decesserit. Quin etiam cùm te-
stator tali verbo vsus est, nihilominùs cõditio in vnius
persona impletur pro eius portione, & pluralitas re-
soluitur in singularitates, si testator alia verba adiece-
rit, ad quæ illud verbum vterque, aut simile referatur,
vt in specie l. heredes mei. 57. §. 1. D. ad S. C. Trebell.
Vbi testator duobus filiis heredibus institutis, *si vterque
sine liberis decesserit*, neptem substituit: vno autem cum
liberis, altero sine liberis decedente, nepos ad huius
portionẽ admittitur: quia testator vsus est verbo *vter-
que*, non respiciẽs ad id, vt neptis ex substitutione suc-
cedat, sed vt succedat in totã hereditatẽ. Ea igitur ver-
ba Papinianus cõiectura volũtatis sic accipit, quasi te-
stator dixisset, *si vnus sine liberis moriatur, neptis in eius lo-
cum succedito: si ambo sine liberis moriẽtur, vniuersam here-
ditatem obtineto*. ¶ Tertiò quæritur, quã partem singuli 27
substituti accipiant? Hæc quæstio tractatur in l. vlt. vbi
ponuntur duæ species. ¶ In prima specie testator sibi 28
duo heredes instituit, Gaium, & Mæuium: filio autem
suo impuberi ita substituit, *Quisquis mihi heres erit, &
Titius filio meo heres esto*. Quæsitum est apud veteres Iu-
reconsultos, quomodò inter hos diuidenda sit pupilli
hereditas: vtrùm æqualiter, vt singuli trientem acci-
piant; an duo semisses fiant, quorum alter diuidatur in-
ter Gaium & Mæuium, alter Titio attribuatur. Impe-
rator priorem decisionem probat. ¶ Nota primò, Im- 29
peratorem tria supponere, quæ necessaria sunt, vt hæc
pupillaris substitutio effectum sortiatur. Vnum est,
filium impuberem esse heredem pro parte institutum,
vel exheredatum: alioquin eo præterito, testamentum
ipso iure nullum esset, Inst. de exhered. liber. in pr. Alte-
rum est, hunc filium decessisse in ætate pupillari: alio-
quin eius pubertate substitutio pupillaris extincta es-
set, Inst. de pupill. substit. in fin. Tertium est, Gaium, &
Mæuium adiuisse hereditatem testatoris: alioquin pu-
pillo non succederent; quia hæc substitutio, *Quisquis
mihi heres erit*, conditionalis est, perinde ac si testator
dixisset, *si mihi heres erit*, D. h. t. l. si pater. 9. ¶ Nota secun- 30
dò, cùm testator in substitutione partes non expressit,
multùm referre, vtrùm eos solos substituat, quos insti-
tuit, an eis alium adiiciat vel coniunctim, vel disiun-
ctim. Cùm enim solos heredes institutos substituit, eas
partes in substitutione tacitè dedisse censetur, quas in
institutione expressit, l. 1. Cùm autem heredes institu-
tos, & alium quempiam disiunctim substituit, veluti,
*Quisquis mihi heres erit, filio meo impuberi heres esto: Titius
filio meo impuberi heres esto*: quia illi sunt inter se coniun-
cti, ac Mæuius est disiunctus: idcirco vnam partem,
id est, semissem accipiunt heredes instituti Gaius &
Mæuius, alterum semissem Titius, inst. de caduc.
toll. l. vnic. §. his ita. cum verò semissem Gaius &
Mæuius pro iis portionibus inter se diuidunt, quas in
institutione acceperant: verbi gratiâ, si Gaius ex bes-
se, Mæuius ex triente heredes instituti fuerant, ita se-
mis ille hereditatis pupillaris diuidetur inter Gaium
& Mæuium, vt Gaius quatuor vncias, Mæuius duas
vncias ferat, d. l. si pater. Denique cùm heredes in-
stituti, & Titius substituũtur coniunctim: pro æquis
partibus

partibus ſuccedunt, vt in dicta ſpecie l.vlt. Gaius, Mæuius, Titius, ſinguli trientem accipiunt: non enim dici poteſt, Gaium, & Mæuium in vnam partem vocari ſine
31 Titio, quia ſunt cũ Titio coniuncti. ¶ In ſecunda ſpecie teſtator Titium vnà cùm filiis, & Sempronium heredes inſtituit vel ſibi, vt ſit inſtitutio primi gradus, vel filio ſuo impuberi, vt ſit ſubſtitutio pupillaris: nam vtriuſque caſus eadem eſt ratio. In contextu autem vulgò legitur, *heredes mihi ſunto:* ſecundum quam lectionem eſt inſtitutio primi gradus. Sed ſi deleretur verbum *mihi*, commodiſſimè intelligeretur ſubſtitutio pupillaris, vt in ſuperiori ſpecie: atque ita tota l. vltim. pertineret ad rubricam, ſub qua poſita eſt. Sed ſiue ſit inſtitutio, ſiue ſubſtitutio: duæ partes æquales fiunt, quarum altera Titio, & eius filiis, altera Sempronio tribuitur. Atqui hoc caſu Titius cum filiis ſuis, & Sempronius ſunt coniuncti: ergo diuiſio hereditatis videtur facienda in capita, vt in ſuperiori ſpecie. Reſpondet Imperator, ſpeciale eſſe hoc caſu, vt ſemiſſes fiant: quia pater & filij pene vna & eadem perſona cẽſentur. Maior igitur eſt cõiunctio inter patrem & filios, quàm cum Sempronio: nam omnes quidem ſunt verbis, & re coniuncti: ſed pater & filij ſunt inſuper naturâ coniuncti, & quodammodò vniti, proinde vnam partem
32 accipiunt. ¶ Quartò quæritur, quis ſit effectus pupillaris ſubſtitutionis? Reſpondetur, hunc eſſe effectum, vt ſubſtitutus fiat heres pupillo, excluſis legitimis eius heredibus, id eſt, qui pupillo inteſtato ſuccederent, niſi ei pater pupillariter ſubſtituiſſet, l. 7. & l. precibus. 8. verſ. ſi quidem intra. quod adeo verum eſt, vt etiam mater impuberis per expreſſam pupillarem ſubſtitutionem à filij hereditate excludatur, D. de inoffic. teſtam. l. Papinianus. 8. §. ſed nec impuberis. Alia ratio eſt pupillaris tacitæ, quæ in præiudicium matris non admittitur, d. l. precibus. & ſupr. tit. prox. l. vlt. coniunge notata ſuprà num. 19. memb. 3. Hæc dicta ſint de pu-
33 pillari ſubſtitutione. ¶ Tertia tituli pars eſt de quaſi pupillari, quam Iuſtinianus introduxit ad exemplum pupillaris, l. humanitatis. 9. Nam olim parentes liberis ſuis puberibus dementibus, ſeu furioſis teſtamentum facere, id eſt, directò in ſecundum caſum ſubſtituere non poterant, niſi ex ſpeciali permiſſu principis, D. eod. l. ex facto. 43. Iuſtinianus autem generaliter id omnibus permiſit, vt neceſſe non habeant facultatem ſubſtituendi à principe petere. Hæc ſubſtitutio, cùm ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis introducta ſit, non poteſt commodiùs exponi, quàm per collationem eum ſubſtitutione pupillari. Breuiter igitur docebo, quatenus hæ ſubſtitutiones inter ſe conueniant, vel
34 differant. ¶ Conueniunt I. Quia vtraque fit in eum caſũ, quo primus heres mortuus ſit. II. Quia vtroq; modo ſubſtituunt tantùm parentes liberis ſuis. III. Quia vtroq; modo ſubſtituitur filio etiam in legitima, nec propterea locus eſt querelæ inofficioſi; quia neutra ſubſtitutio eſt onus, ſed potius honor, & fauor, d. l. humanitatis. verſ. vt occaſione. & ſupr. de inoffic. teſt. l. ex
35 tribus. 26. ¶ Differunt autem I. Origine, quia ſubſtitutio pupillaris moribus introducta eſt, D. h. t. l. 2. quaſi pupillaris ex cõſtitutione Iuſtiniani, d. l. humanitatis. II. Quia pupillaris propter patriam poteſtatẽ, ideóque ob ciuilem rationem admittitur; quaſi pupillaris autem ob rationem naturalem, &, vt inquit Imperator, humanitatis intuitu; ſi quidem etiam iis ſubſtituitur quaſi pupillariter, qui non ſunt in pòteſtate. Atque hæc eſt III. Differentia: quia pupillariter ſubſtituit tantùm is, qui in poteſtate habet: quaſi pupillariter omnes parentes, atque adeo etiam mater, vel auus maternus liberis ſuis, quos non habent in poteſtate. Hinc quæſitum eſt, an quaſi pupillariter ſubſtitui poſſit liberis naturalibus, id eſt, ex concubina ſuſceptis, vel ſpuriis? Verba legis oſtendunt, eis ſolis ſubſtitui quaſi pupillariter, quibus legitima debetur, ne de inofficioſo agant. Quoniam igitur liberi naturales, & ſpurij non poſſunt de inofficioſo agere, niſi aduerſus teſtamentum matris, ſup. de natur. lib. l. humanitatis. 8. & l. vlt. & D. de inoffic. teſtam. l. ſi ſuſpecta. 29. §. 1. idcirco his à ſola matre, vel auo materno quaſi pupillariter ſubſtitui poteſt: quia mater ſemper certa eſt; pater verò eſt, quem nuptiæ demonſtrant, D. de in ius voc. l. 5. IV. Pupillariter ſubſtituitur impuberibus: quaſi pupillariter mente captis. Mente capti appellatione etiam furioſus continetur, ſup. de curat. furioſ. l. vltim. §. 1. Hinc quæritur, ſi idem filius ſit impubes, in poteſtate teſtatoris, & furioſus, vtro modo ei poſſit ſubſtitui? Reſpõdeo patrem pro libitu ei ſubſtituere poſſe vel pupillariter tantùm, vel quaſi pupillariter, vel vtroque modo: quia Iuſtiniani conſtitutio generaliter loquitur: & cùm mater, & auus maternus ſine dubio poſſint huic impuberi ſubſtituere, non eſt dubitandũ, quin conſtitutio etiam ad impuberes pertineat. Non excipitur autẽ pater impuberis, qui eum in poteſtate habet: ergo etiam hic poteſt pupillariter ſubſtituere. Non obſtat l. 3, D. de tutel. qua Bart. & Iaſon contrariam ſententiã adſtruũt, vbi habetur ratio ſolius ætatis, non furoris, in tutore, vel curatore dando: quoniam furioſo ibi proſpicitur à lege, vel à iudice: idcirco poterit ei, quamdocumque ad perfectam ætatem peruenerit, æquè proſpici: hîc autẽ proſpicitur à moriente; qui ſi in præſentia non ſubſtituat quaſi pupillariter, nõ poterit ampliùs poſt mortẽ ſuam ſubſtituere. Denique non dantur ſimul tutor, & curator, vel diuerſi curatores: ſed ſubſtitutionum diuerſa genera coniungi poſſe certiſſimi iuris eſt. Item quæritur, vtrùm quaſi pupillariter prodigo, ſurdo, muto ſubſtitui poſſit? Communiter hoc admittũt in prodigo: quia furioſo comparatur, D. de tut. & cur. da. l. his qui. 12. §. vlt. & de curat. furio. l. 1. in princ. in aliis requirũt ſpecialem permiſſionem principis. Ergo Doct. dictam l. humanitatis. producunt ad prodigum duntaxat. Ego in hoc quoque requiro ſpecialem permiſſionem principis: quia etſi prodigus cõparatur furioſo in curatore accipiendo, non propterea comparatur in teſtamentis, & ſubſtitutionibus: alioquin d. l. humanitatis. ad mutos, ſurdos, perpetuo morbo laborantes, & omnes, quibus curatores dari ſolent, producenda eſſet: quod nullus Doct. admitteret. V. Pupillariter ſubſtituitur etiam furioſo exheredato, D. h. t. l. 2. quaſi pupillariter ſubſtitui non poteſt, niſi minimùm legitima relinquatur, vt illa verba legis oſtẽdunt, *legitima parte ei, vel eis relicta.* VI. Pupillariter ſubſtituimus indiſtinctè quẽcumq; volumus; quaſi pupillariter non poſſumus extraneum ſubſtituere, ſi filius mẽte captus habeat liberos, vel fratres. Oportet enim ſubſtituere liberos mente capti, ſi extent: ſin minùs, eius fratres. Quòd ſi & liberis, & fratribus mente captus careat, tunc quemlibet ſubſtituere licet. Appellatione fratrum hîc intellige etiam ſorores, vt in l. fratres. 35. D. de pact. & in l. Lucius. 93. §. quæſitum. de lega. iij. & aliis locis. VI. Pupillaris finitur pubertate: quaſi pupillaris extinguitur, ſi filius mentis compos fiat, Inſtit. de pupill. ſubſtit. §. qua ratione. VIII. Quaſi pupillaris finitur, ſi filius mente captus liberos poſteà ſuſceperit, d. l. ex facto. quod de pupillari dici nequit, quia pupillus
non poteſt liberos procreare. ¶ Quæro, ſi tam mater, 36
quàm pater quaſi pupillariter ſubſtituat, vtrùm ſubſtitutio vtraque valeat, an altera alteri præferatur? Non puto vtramque valere, ne mente captus videatur cum duobus teſtamentis decedere, ſi quidem hæc ſubſtitutio cenſetur eſſe filij teſtamentum, ſed paternam ſubſtitutionem præferri: cùm quia patris priori loco mentio fit in d. l. humanitatis, dum Imperator ait,

qui, vel quæ testatur : & mox, *testatori, vel testatrici* : tum etiam quia potior debet esse pater, qui ciuilem, & naturalem potestatem in liberos habet, quàm mater, quæ tantùm habet naturalem potestatem. Naturalis enim, & ciuilis ratio simul iunctæ plus operantur, quàm sola naturalis, infr. de adopt. l. pen. vers. si verò pater. & Inst. eod. §. sed hodie. Denique maior est patris, quàm ma-

37 tris potestas in liberos, D. de curat. furio. l. 4. ¶ Quarta tituli pars est de substitutione militari. Quæ vt intelligatur, distinguẽdæ sunt quinq; species. Pone militi esse filium impuberem in potestate, vt in eadem persona omnes substitutiones considerentur. Huic filio miles substituit vel in primum casum, id est, vulgariter, hoc modo, *si filius meus heres non erit, Titius heres esto* : vel in secundũ casum pupillariter; nempe *si filius meus in ætate pupillari decesserit*: vel in casum mortis productum vltra pubertatem vsque ad certam ætatem, veluti, *si intra vigesimum quintum annum decesserit*: vel in casum mortis simpliciter, nõ expressa certa ætate, veluti, *quandocumque filius meus decesserit, Titius heres esto*: vel non expresso mortis casu, veluti, *Filio meo Titius heres esto*. Primo casu cùm miles vulgariter substituit, & secundo casu cùm pupillariter substituit, nihil est speciale in milite. Tertio casu, cùm ita filio substituit, *si intra vigesimumquintum annum decesserit*, filio moriente in ætate pupillari, similiter nihil est speciale; quia substitutio iure cõmuni valet. Filio autem decedente in adolescentia, est substitutio militaris, quæ ex priuilegio militum valet tãtùm in bonis paternis, & eorum bonorum fructibus, D. h. t. l. centurio. 15. & de testam. mil. l. miles ita. 41. in princ. Quarto, & quinto casib. quibus substitutio simpliciter facta est, non expressa certa ætate, vsque ad quã substituatur: nihil est speciale, & militis proprium, nisi filius heres extiterit, & post pubertatem decesserit: tũc enim substitutio, quamuis directis verbis facta sit, tamen sustinetur iure fideicommissi, ita vt heres legitimus succedat, & hereditatem, id est (secundum naturã fideicommissorum, D. h. t. l. coheredi. 41. §. quòd si heredem.) bona, quę pater habuit mortis tempore, substitu-

38 to restituere teneatur, l. precibus 8. ¶ Nota primò, in specie d. l. precibus. non esse locum tacitæ pupillari, quæ contineatur expressa vulgari, quia mater superstes erat: tacita namque pupillaris alios legitimos heredes excludit, sed maternæ pietati cedit, supr. tit. prox. l. vlt.

39 ¶ Nota secundò, cùm testamentum potest valere iure communi, non esse locum priuilegio militari, d. l. preci-

40 bus, d. l. centurio. ¶ Nota tertiò, errare Doct. qui verbum *expressa* in d. l. precibus. sic accipiunt, quasi lex loquatur de substitutione in eũ casum facta, in qua certa ætas expressa sit, putà *si ante vigesimumquintum annum completum filius moriatur*. Nam hæc interpretatio repugnantiam inducit inter d. l. precibus, & d. l. centurio. cuius cõciliandæ causâ frustra laborant: nec verbis legis conuenit: non enim ait lex certam ætatem esse expressam, vel substitutionem esse expressam ad certam ætatem: neq; vllo modo possumus verba ita accipere, sed ponit substitutionem expressam in secundum casũ: (vocat autem secundum casum, si heres morietur; vt primum appellat, si heres non erit, respiciens ad duos casus generales, quos exposui sup. §. 8.) quia fieri potest, vt casus secũdus exprimatur, veluti, *quandocumque filius meus decesserit*: fieri etiam potest, vt nõ exprimatur, veluti, *Filio meo Titius heres esto* Ergo ille vers. *si verò substitutio in secundum casum vel expressa, vel compendio non vsque ad certam ætatem facta reperiatur*, sic est exponẽdus, vt dicatur substitutio facta in secundum casum, non vsque ad certam ætatem, sed indefinitè: facta autẽ vel secundo casu expresso, veluti *quandocumque decesserit*: vel eo non expresso, sed compendio verborum generali oratione implicito, veluti *Titio filio meo heres esto*.

¶ Nota quartò, errare Doct. in concilianda d. l. preci- 41
bus. & d. l. centurio. I. Errat Accursius, qui putat in specie d. l. precibus. vers. vlt. verba directa trahi ad fideicommissum propter matrem superstitem: quemadmodum enim mater obstat tacitæ pupillari, vt supr. diximus, ita etiam putat Accursius eam obstare substitutioni directæ. Sed hoc argumentum claudicat: siquidem mater tacitæ pupillari officit, vt sibi prosit, & accipiat filij hereditatem: at in casu d. l. precibus, vers. vltim. frustrà officeret substitutioni directæ, & traheret ad fideicommissum, quia sibi non prodesset, cùm nihilominùs teneatur totam hereditatem substituto restituere. Ne dicas eam lucrari alia bona filij, quæ non veniunt in fideicommissum, D. h. t. l. coheredi. 41. §. quòd si heredem. quia nec in directam militarem veniunt, d. l. centurio. Item ne dicas eam lucrari quartam Falcidiam: quia Falcidia cessat in testamentis militum, D. de testam. mil. l. si certarum. 17. §. vlt. & ad S. C. Trebell. l. 1. §. denique. II. Errat Duarenus, qui lib. 2. Anniuers. disput. cap. 7. putat in specie d. l. precibus, vers. vlt. substitutum succedere iure directo: quia verba legis perspicuè ostendunt matrem succedere ab intestato, videlicèt ex S. C. Tertulliano, & restituere hereditatem substituto tanquam ex causa fideicommissi. Ideóque non tribuit substituto omnia bona filij, sed tantùm bona à patre profecta, secundum naturam fideicommissi, quod effectum habet in bonis testatoris; non in bonis filij heredis, D. h. t. l. coheredi. 41. §. quòd si coheredem. III. Errant Goueanus lib. 1. var. lect. cap. 2. & Cuiac. obseru. lib. 11. c. 25. & lib. 12. c. 27. existimantes in d. l. centurio. filio post pubertatem morienti substitutum succedere iure fideicommissi. Cùm enim lex dicat militem substituisse iure directo, & cùm substitutio iure directo valere possit, D. de test. milit. d. l. miles ita. cur trahatur ad fideicommissum? Præterea Papinianus ibi etiam fructus concedit substituto, quos constat nõ venire in fideicommissum, D. ad S. C. Trebell. l. in fideicõmissaria. 18. in pr. Ad hæc, cùm Papinianus duos casus proponat, quia filius vel in ætate pupillari, vel post pubertatem decessit, & differentias exponat; quia primo casu substitutus accipit omnia bona pupilli, secundo tantùm bona paganica; & primo casu succedit iure cõmuni, secundo succedit iure militari: cur non etiã exponeret hãc differentiam, si vera esset, quòd primo casu succedit iure directo, secundo per fideicommissum? Insuper Papinianus initio legis ponit verbum *directò*, inquiens militem directò substituisse: posteà distinguens (vt modò dixi) duos casus: priorem casum decidit per verbum *capiet*, quod in posterioris casus decisione repetendum est. Cùm igitur in priori casu capiat iure directo, etiam in posteriori casu capere debet eodem modo, ne idem verbum semel in oratione positũ, diuersas significationes, contra regulam sup. traditam, recipiat. Vera (vt opinor) dictarũ legum conciliatio inde sumenda est, quòd in l. centurio. substitutio facta est vsque ad annum vigesimum quintum: sed in l. precib. non est facta vsque ad certam ætatem, vt ex ipsis legũ verbis colligitur. Ergo illo casu substitutio etiam post filij pubertatem valet iure directo: hoc autem casu trahitur ad fideicommissum. Differentiæ ratio est: quia cùm pater in secundum casum substituit, ipsi filio testamentum facit, D. h. t. l. 2. in princ. & Inst. de pupill. substit. in princ. cùm autem fideicommissum relinquit, sibi, non filio testatur. Quamuis igitur iure ciuili testamenti factio concedatur omnibus sanæ mentis puberibus; tamen fieri potest, vt miles non putet filium suum ante certum tempus commodè testari posse (nam quidam seriùs pubescunt: & nonnullis statutis municipalibus testamenti factio ante plenam pubertatem, id est, ante annum octauum decimum denegatur) proinde

proindo velit ei vſque ad ætatem illam, qua rectè, & vt decet, teſtati poterit, directò ſubſtituere, id eſt, teſtamentum ei facere. Sed non eſt eredendum, ita militem de filio ſuo ſentire, quaſi nullo tempore ſit futurus aptus ad teſtamentum condendum, niſi fortè filius ſit mente captus: quo caſu patet ei iure communi quaſi pupillariter ſubſtituere poteſt. Hinc igitur eſt, quòd miles filio ſubſtituit vſque ad certam ætatem directò; indefinitè autem, & certa ætate non expreſſa, ſubſtituit per fideicommiſſum.

42 ¶ Nota quintò, errare vulgus interpretum, dum in d. l. precibus. verſ. ſi verò ſubſtituto. legunt, *vel compendioſa*, & inde colligunt genus quoddam ſubſtitutionis, quam vocant compendioſam, id eſt, quæ fit his verbis, *Quandocumque deceſſerit*. Nam emandatiores Codices non habent *compendioſa*, ſed *compendio*, vt ſignificetur ſubſtitutio breuiter, & verborum generalium compendio facta, ita vt ſecundus caſus non exprimatur, veluti, *Titius filio meo heres eſto*. Hæc autem verba, *Quandocumque deceſſerit*, non faciunt nouum ſubſtitutionis genus à ſuprà expoſitis diuerſum, ſed plures ſubſtitutiones continere poſſunt, vt pupillarem, & militarem ſubſtitutionem, ſicut iam docui, & quaſi pupillarem, ſi filius ſit furioſus, vel mente captus.

43 ¶ His expoſitis, d. l. precibus. intellectu, & explicatu facilis eſt. Species ita à muliere Imperatoribus propoſita fuit: Hæc mulier ex marito ſuo milite filium ſuſceperat: hunc filium miles heredem inſtituit, eique Titium directò ſubſtituit ſimpliciter, non vſque ad certam filij ætatem ſubſtitutionem reſtringens. Filius patri ſuperſtes deceſſit. Quæritur, vtrùm ei mater ab inteſtato ſuccedat ex ſenatuſconſulto Tertulliano, an Titius ex ſubſtitutione? Reſpondent Imperatores, ſpeciem imperfectè propoſitam eſſe: quia declarandum fuit, vtrùm teſtator in primum, an in ſecundum caſum ſubſtituerit, in princ. Si in primum caſum, id eſt, vulgariter ſubſtituit, ſubſtitutus repellitur; quia filius eſt ſuus heres patri, proinde ipſo iure heres exiſtit ſine aditione, & ſine omni facto, D. de ſuis & legit. l. in ſuis. 11. quare cùm ponitur patri ſuperſtes, omnimodò excludit ſubſtitutum, quemadmodum excludit alios legitimos heredes, infr. de iur. delib. l. 3. & mater ab inteſtato impuberi ſuccedit, verſ. nam non eſt. Ne dicas ſubſtitutum poſſe admitti ex tacita pupillari: quia tacita pupillaris non excludit matrem; ſed tantùm alios legitimos heredes, ſupr. tit. prox. l. vltim. Si verò teſtator in ſecundum caſum ſubſtituit: diſtinguendum eſt: aut enim filius in pupillari ætate, aut poſt pubertatem deceſſit: nam vtérque euentus ſubſtitutione continetur, ſiue teſtator ſecundum caſum expreſſerit, veluti, *Quandocumque filius meus deceſſerit, Titius heres eſto*: ſiue non expreſſerit, veluti, *Filio meo Titius heres eſto*. Si in pupillari ætate deceſſit, ſubſtitutioni locus eſt, quæ matrem excludit, verſ. ſi verò ſubſtitutio. Si poſt pubertatem quandocumque deceſſit, ſubſtitutio, quia non vſque ad certam ætatem facta eſt, vt in d. l. centurio. ſed indefinitè concepta eſt, non poteſt valere iure directo, ſed trahitur ad fideicommiſſum, quo mater ab inteſtato ex ſenatuſconſulto Tertulliano ſuccedens oneratur, & bona, quæ à patre ad filium peruenerunt, Titio ſubſtituto reſtituere compellitur, verſ. vlt. ſine deductione Falcidiæ, quia fideicommiſſum à milite factum eſt, vt ſuprà docui.

Tit. XXVII. De neceſſariis ſeruis heredibus inſtituendis, vel ſubſtituendis.

Ana l. Cod.

l. 5.	§. *j.* 8.
II l. 6.	§. *illo.* 7.
III l. 10.	§. *vlt.* 13.
IV. 12.	*V l.* 9.
V. in princ. 7.	

POſtquam generaliter de heredum inſtitu- 1
tionibus, & ſubſtitutionibus dictũ eſt, con-
ſequẽs eſt, vt diuerſa heredum genera con-
ſiderẽtur. Nã teſtator heredes inſtituit vel
ſeruos ſuos, vel liberos iam natos, vel poſtumos, vel ex-
traneos: de quibus omnibus ordine dicemus. Seruus à
domino ſuo inſtitutus, vocatur heres neceſſarius: quia
ſiue velit, ſiue nolit, heres eſſe cogitur, Inſtit. de hered.
qualit. §. 1. ¶ Huius tituli de ſeruis neceſſariis heredibus 2
duæ ſunt partes: prima de eorum inſtitutione, altera de
ſubſtitutione. ¶ Primæ partis duo ſunt capita. ¶ Prius 3
caput eſt de inſtitutione facta à domino: de qua certis 4
caſibus dubitatur, an valeat. ¶ Primus caſus eſt, cùm fa- 5
cta eſt in fraudẽ creditorum. Hæc inſtitutio valet, l. 1. in
princ. quia ſuſtinetur lege Ælia Sentia, ſi nemo alius ex
eo teſtamento heres exiſtat, Inſtit. qui, & ex quib. cauſ.
manum. non poſſ. in princ. & §. 1. Excipitur, niſi ſeruus
à domino pigneratus ſit: quia tunc libertas non cõpetit,
ne creditori præiudicium fiat, d. l. 1. verſ. ſed ſi pignori.
¶ Secundus caſus eſt, cùm ſeruus ſub appellatione li- 6
berti heres à domino inſtitutus eſt, veluti, *Stichus liber-
tus meus heres eſto*. Hoc caſu benignior interpretatio ac-
cipitur, vt perinde habeatur, ac ſi teſtator iuſſiſſet eum
liberum, & heredem eſſe, l. 2. vide quæ ſupr. ſcripſi de
hered. inſtit. num. 9. ¶ Tertius caſus eſt, cùm ſeruus ſine 7
libertate à domino ſuo inſtitutus eſt. Iuſtinianus ex bo-
no & æquo conſtituit, vt ſeruus ſit liber, & heres; quo-
niam heredẽ inſtituens, tacitè cẽſetur ei libertatẽ relin-
quere, cùm heres fieri non poſſit, niſi liber fiat. Quare
ſi eundẽ ſeruum in eodem teſtamento alij legauerit, le-
gatum non valet, l. 5. in princ. & Inſtit. qui, & ex quib.
cauſ. manum. non poſſ. §. idemque iuris. & de hered. in-
ſtit. in princ. Si verò ipſi ſeruo ſine libertate à domino
legetur, vel per fideicommiſſum relinquatur, libertas ei
non competit: legatum autem, quamuis iure non ſubſi-
ſtat, tamen ei ab herede præſtari debet, vt Iuſtinianus
conſtituit, d. l. 5. §. illo. ¶ Quartus caſus eſt, cùm ſeruo 8
hereditas in teſtamento, libertas in codicillis data eſt.
Quo caſu inſtitutio non valet ſtricto iure, ne teſtamen-
tum videatur per codicillos confirmari: ſed Iuſtinianus
æquitatem ſecutus, etiam hoc caſu inſtitutionem ſuſti-
net, d. l. 5. §. 1. ¶ Quintus caſus eſt, cùm purè heres ſcri- 9
ptus, ſub conditione liber eſſe iuſſus eſt. Hoc caſu di-
ſtinguitur: vel enim conditio libertati adſcripta, eſt po-
teſtatiua, vel caſualis. Priori caſu, ſi ſeruus conditionem
impleat, fit liber, & heres: ſi non impleat, neutrum con-
ſequitur. Poſteriori caſu; ſi conditio exiſtat, ſine du-
bio fiet liber, & heres: ſin autem deficiat, ſubdiſtin-
guitur: quia ſi hereditas ſit ſoluendo, fit liber, non
heres: ſi non ſit ſoluendo, fit liber, & heres neceſſarius.
l. vltim.
¶ Poſterius caput eſt de inſtitutione facta non à do- 10
mino, ſed à domino tutore: de qua dubitatur: quia tutor
loco domini habetur, D. de adminiſtr. & peric. tutor.
l. qui tutor. 27. quare ſi tutor ſeruum pupilli ſui here-
dem inſtituat, inde videtur ſeruus, ſecundum ea quæ
ſupr. diximus, fieri liber & heres. Verius tamen eſt,
eum manere ſeruum, & hereditatem domino ſuo ac-
quirere, ſi eius iuſſu adeat, l. 3. quia tutor pro domino
habetur, quod ad adminiſtrationem attinet, non vt res
pupillo auferat, D. pro empto. l. 7. §. ſi tutor. ¶ In ſecun- 11
da tituli parte de pupillari ſerui ſubſtitutione deci-
duntur duo caſus. ¶ Primus caſus eſt, cùm teſtator 12
in primo gradu filium ſuum impuberem heredem
inſtituit, & ſeruo ſuo libertatem directis verbis

legat: in secundo autem gradu eundem seruum filio suo pupillariter substituit. Hoc casu, statim ac testator mortuus est, seruus libertatem directam consequitur, & fit libertus orcinus: moriente autem filio in ætate pupillari, vocatur ad eius hereditatem ex pupillari substitutione. Sed dubitatur, an sit pupillo heres necessarius: obstat quidem ei vetus regula, Quòd nemo sit heres necessarius, nisi ex eodem gradu libertatem, & hereditatem consequatur: in casu namque proposito seruus primo gradu libertatem, secundo hereditatem consequitur: sed Iustinianus voluntatis tuendæ causâ constituit, vt heres necessarius sit, l. 4.
13 ¶ Secúdus casus est, cùm seruus à domino suo in primis tabulis alicui est legatus, & in secundis pupillariter substitutus. Hoc casu, siue cum libertate sit substitutus, siue sine libertate, quæ, cùm omissa est, tacitè data censetur, legatum est in pendenti, donec substitutio vel obtineat, vel deficiat. Nam filio in ætate pupillari moriente, seruus fit liber & heres, consequenter legatum euanescit: filio autem ad pubertatem perueniente, substitutio extinguitur, & serui dominium legatario acquiritur, l. 5. §. vlt.

Tit. XXVIII. De liberis præteritis, vel exheredatis.

I. 14.	*III. 11.*
II. 7.	*IV. 6. 12.*

1 TRansit à seruis ad liberos testatoris, & in hoc titulo loquitur de iam natis, dicturus
2 seq. tit. de postumis. ¶ Nota, liberorum appellatione significari eos tantùm, qui iam nati sunt, vt & in rubr. D. de lib. & postum. quia qui nondum sunt nati, nondum sunt in numero liberorum.
3 ¶ Porrò liberi aut instituuntur, aut omittuntur, aut exheredantur. Si heredes sint instituti, nihil specialiter notandum occurrit. Quocirca hic titulus duas tantùm habet partes, priorem de liberis præteritis, posteriorem de exheredatis.
4 ¶ Quod ad priorem partem attinet, præteriti dicuntur, qui nec sunt instituti, nec exheredati, licèt eis in testamento aliquid legatum, vel titulo fideicommissi relictum sit: quia nihilominùs in heredum institutione sunt præteriti.
5 ¶ Iam verò liberi aut sunt sui heredes, aut filij, vel nepotes suorum heredum, aut emancipati, aut descendétes ex feminis.
6 ¶ Sui heredes præteriti, cuiuscumque gradus & sexus sint, testamentum ipso iure nullum dicere, vel bonorum possessionem contra tabulas petere possunt; licèt olim hoc filiorum proprium esset; filiæ verò, & nepotes, vel neptes ex filio, scriptis heredibus in partem certam accrescerent, id est, suis heredibus in virilem portionem extraneis in semissem, l. vlt. in princ. & §. 1. Vlpian. tit. qui heredes instit. poss. §. ex suis. Gaius lib. 2. Instit. tit. 3. in princ. & §. 1. Paul. l. 3. sentent. tit. de testam.

7 ¶ Suorum heredum liberi, si præteriti sint, testamentum initio valet; sed posteà si contingat suos heredes viuo testatore mori, vel de eius potestate exire, prædicti liberi in locum suorum heredum succedunt, atque ita quasi adgnatione testamentum rumpunt, l. 2. & Institut. de exher. lib. §. postumorum.

8 ¶ Emancipatis præteritis datur bonorum possessio
9 contra tabulas, Instit. eod. §. emancipatos. ¶ Descendentes ex feminis præteriti neque testamentum nullum dicere, neque contra tabulas bonorum possessionem petere possunt; quia eorum præteritio pro exheredatione habetur; sed habent querelam inofficiosi testamenti, Instit. eod. §. vlt.

10 ¶ Transgrediamur ad posteriorem tituli partem, quæ est de exheredatione liberorum. Hic quinque quæstio-
11 nes sunt dissoluendæ. ¶ Primò quæritur, quotuplex sit exheredatio? Respondetur esse duplicem, alteram nominatim factam, alteram inter ceteros. Nominatim intellige, l. Etiamsi exheredatus non nomine, sed alia demonstratione, quæ vice nominis fungatur, indicetur, D. de lib. & postum. l. 2. Quid enim, si exheredetur postumus, cui nondum nomen impositum est? Certe his, aut similibus verbis, *Quandocumque mihi filius genitus fuerit, exheres esto*, nominatim exheredatus dicitur, D. eod. l. cómodissimè. 10. & Inst. de exher. lib. §. 1. II. Etiamsi testator non vtatur exheredandi verbo, sed aliis verbis æquiualentibus, veluti, *alienus mea substantia fiat*, l. 3.

¶ Secundò quæritur, quomodò liberi exheredandi 12
sunt? Respondetur, omnes esse nominatim exheredandos, licèt olim soli filij iam nati, & postumi masculi deberét exheredati nominatim; ceteri possent exheredari etiam inter ceteros, dummodò feminis postumis aliquid legaretur, ne viderentur per obliuionem præteri-
tæ, l. vlt. & Instit. de exher. liber. in princ. & §. 1. ¶ Ter- 13
tiò quæritur, à quo exheredari aliquem oporteat? Hîc notanda distinctio: aut enim exheredatur quis ab omnibus heredum gradibus, aut ab aliquo tantùm gradu, aut ab aliquo tantùm herede, proinde à parte gradus. Primo casu nulla est dubitatio, quin totum testamentum valeat, nisi aliud vitium obstet. Secundo casu ille gradus valet, à quo filius est exheredatus, ceteri non valent; ideóque si filius sit præteritus in primo gradu, exheredatus à secundo, testamentum a secundo casu initium accipit, D. de lib. & postum. l. 3. §. vlt. & de heredib. instit. l. si filius. 75. Tertio casu testamentum est inutile, quia vitiosa est exheredatio, d. l. 3. §. filius, vers. nisi
fortè. ¶ Quartò quæritur, à quo gradu exheredatus in- 14
telligitur? Et quidé ab omnibus gradibus facta exheredatio céseretur, siue initio scripta sit ante omnes heredú gradus, d. l. 3. §. ante. siue in fine post omnes gradus, l. 1. siue inter duos gradus sit interiecta, d. l. 3. §. inter. nisi facta sit inter medias species heredum, qui in eodem gradu scripti sunt: tunc enim ab eo solo gradu facta in-
telligitur, d. l. 3. §. filius. ¶ Quintò quæritur, quis sit ex- 15
heredationis effectus: Per eam fit, vt testamentum ipso iure valeat, licèt per querelam inofficiosi subuerti possit, si sine iusta causa exheredatio facta sit, D. de inoffic. testam. l. 2. & Instit. eod. in princ.

Tit. XXIX. De postumis heredibus instituendis, vel exheredandis.

I. 4.	*III. 3. ij. iv.*
II. 3. ij. iij.	*IV. 5.*

SVperiori titulo dictum est de liberis iam 1
natis: iam dicamus de postumis: quorum alij vocantur sui postumi, alij verò alieni postumi. Suus postumus dicitur, qui, cùm erit natus, inter suos heredes futurus est, Instit. de legat. §. postumo. Alienus igitur postumus est, qui natus inter suos heredes futurus non est. Hic olim non poterat heres fieri iure ciuili, sed per bonorum possessionem adiuuabatur à prætore. Iustinianus autem constituit, vt etiam iure ciuili heres fieri possit, Instit. eod. §. alienus. & de bon. possess. vers. nam si alienus. Sed hic titulus est tan-
tùm de suis postumis. ¶ Sunt autem huius tituli tria 2
capita: quia duo sunt præcipua postumorum genera: videlicèt eorum, qui nascuntur post mortem testatoris, & eorú, qui nascuntur viuo testatore, post testamentum ab eo factú, D. de iniust. rup. l. 3. §. 1. Primo igitur capite agitur de natis post mortem testatoris: secundo de natis post testamentum, viuo testatore. Tertium caput est
vtrisque commune. ¶ Quod ad primum caput attinet, 3
adgnatione sui postumi post testatoris mortem testamentum rúpitur, si sequentes conditiones concurrant.

l. Hic

I. Hic postumus sit in restamento præteritus, d.l. 3. in
princ.&.§.1.& Instit.de exher.liber.§.1. II. Ne sit par-
tus abortiuus, l. 2. III. Vt totus prodeat viuus de ma-
tris vtero. Quod si contingat, testamentum rumpitur,
nec restituitur, licèt natus nulla voce emissa illicò mo-
riatur, d.l.2.& l.3. IV. Vt partus mőstruosus, vel prodi-
giosus non sit, d.l.3.in fin. quia mőstruosi, & prodigiosi
partus non connomerantur inter liberos, D.de stat.ho-
mi.l.non sunt liberi.14.licèt aliquo casu matri prosint,
D.de verb.signif.l.quæret.135. Vide Centur. 1. quæst.
4 25. ¶ Secundo capite de eo, qui post testamentum viuo
testatore suus heres nascitur, datur regula, Quòd si nec
heres institutus, nec rectè exheredatus, sed præteritus
sit, totum testamentum adgnascẽdo rumpit, adeo vt ex
eo nihil deberi possit, l. 1. & D.de iniust.rup. d.l.3.§.1.
Idcirco primo capite legis Velleæ statutũ est, vt heres
institui possit, licet nondum sit in viuis, D. de liber. &
postu.l.Gallus.29.§.& videtur.& §.ille casus.vers.deni-
que. Si tamen postumus viuo testatore natus decesserit;
in testamento autem, in quo postumus est præteritus,
is heres scriptus sit, qui etiam ab intestato ad successio-
nem vocatur; etsi hoc testamentum iuris subtilitate ru-
ptum est, nec valere potest: tamen scripto heredi datur
bonorum possessio secundum tabulas, D.de iniust.rup.
5 l.postumus.12.in princ. ¶ Tertio capite quæritur, si in
vnum casum postumus heres institutus, in alium casum
nascatur, an quasi præteritus rumpat testamentum? Ve-
luti si testator heredem instituat eum, qui se viuo nas-
cetur, & filius post eius mortem nascatur: vel è contra-
rio heredem instituat eum, qui post mortem suam nas-
cetur, & filius eo viuo nascatur. Pomponius rationem
iuris secutus, vtroque casu respondet filium tamquàm
præteritum rumpere testamentum patris, D.de liber.&
postum.l.commodissimè.10.cui legi Iustinianus ex bo-
no & æquo, fauore vltimæ voluntatis derogat, consti-
tuens, vt posteriori caso testamentum non rumpatur,
sed filius heres institutus censeatur, adeo vt institutio
in casum natiuitatis post mortem facta, producatur ad
natiuitatem, quæ post factum testamentum viro testa-
tore contingit, l.vlt. vbi de priori casu nihil noui con-
stituit: ergo eo casu manet ius antiquum non corre-
ctum, quia iura correctoria non producũtur, sed angu-
stissimè accipiuntur, infr.de appellat. l.præcipimus. 32.
6 in fin. ¶ Præter hos, de quibus hactenus diximus, sunt
alij quasi postumi, qui, si præteriti sint, quasi adgnascen-
do rumpunt testamentum. Tales sunt I. Nepotes ante
aui testamentum nati, qui post restamentum, subducto
per mortem, vel emancipationem filio, in eius locum
succedunt, & fiunt auo sui heredes, Institut.de exher.li-
ber.§.postumorum. II. Nepotes post aui testamentum
nati non sui heredes, qui similiter filio moriente, vel
emancipato, succedunt in locum suorum heredum, &
fiunt sui heredes auo adhuc viuente, D.de liber. & po-
stum.l.Gallus.29.§.pen. III. Is, quem testator post fa-
ctum testamentum adoptauit, vel arrogauit, D.eod.l.fi-
lius.28.& Instit.qoib.mod.testam.infirm. §.1. IV. Qui
post aui mortem recidit in potestatem patris. Finge pa-
trẽ militem in testamento filium suum in potestate aui
constitutum præteriisse, deinde militare desiisse, posteà
auum decessisse: nepos in potestatem patris recidit, &
eius testamentum rumpit, d. l. filius.§.1. V. Filius na-
turalis, quem pater post testamentum factum legitima-
uit, Bal.ad d l.filius.

Tit. XXX. De iure deliberandi, & de adeunda, vel acquirenda hereditate.

POstquàm generaliter de heredum institu- 1
tione, & substitutione; & specialiter de ne-
cessariis, & de suis heredibus dictum est;
tandem agitur de heredibus extraneis: quo-
rum proprium est, vt habeãt ios deliberandi de adeun-
da, vel repudianda hereditate, Instit.de hered.qualit. §.
extraneis. quia cùm alij heredes sint necessarij, frustrà
de hereditate acquirenda, vel omittenda deliberarent.
Quia tamen iure prætorio sui heredes possunt abstine-
re, Instit.de hered.qualit.§. sui autem.in fin.idcirco ius
deliberandi, quod iure cioili propriũ est extraneorum
heredum, ratione iuris prætorij producitur ad suos he-
redes, l.cùm in antiquioribus.19. Cùm autem de here-
ditate accipienda, vel relinquenda deliberetur: meritò
adiungitur tractatus de acquirenda, vel recusanda he-
reditate, sed de acquirenda hoc tit.de repudianda tit.
sequenti. ¶ Tres igitur sunt partes huius tituli: prima 2
de iure deliberãdi: altera de adeunda hereditate, id est,
extraneis heredibus acquirenda: tertia de hereditate
acquirenda suis heredibus. ¶ In prima parte de iure 3
deliberandi dissoluuntur quinq; quæstiones. ¶ Primo 4
quæritur, qui possint deliberationem petere? Hæc deli-
beratio conceditur, I. Heredi instituto, siue sit extra-
neus, Instit.de hered.qualit.§.extraneis. siue sit suus he-
res, vt paulò antè docui ex d.l. cùm in antiquioribus.
II. Heredi eius, d.l.in antiqoioribus. ¶ Verùm duæ con- 5
ditiones requiruntur, vt quis deliberationem petere
possit. I. Vt nec hereditatem adierit, nec repudiauerit,
l.si curatoris.9. d.l.cùm in antiquioribus. quia delibe-
ratio supponit arbitrium adeundi, vel repudiandi: sed
qui semel adiuit, non potest ampliùs repudiare: & qui
semel repudiauit, non potest ampliùs adire, Instit.de
hered. qualit. §. pen. II. Vt anteà deliberationem non
petierit: semel enim peti, non sæpius potest, l.vlt. §. etsi
præfatam. nisi ex magna causa, D.eod.l.3.& 4. cùm quis
minus anno ad deliberandum prima vice accepit: quia
nullo modo vltra annum deliberatio extenditur, vt
mox docebo. Vide centur.5.quæst.93.
¶ Secundò quæritur, à quibus deliberatio petatur: 6
seu qui tempus deliberandi concedant? Respondetur,
peti vel à principe, vel ab aliis iudicibus, l.vlt. §. & hæc
quidem. ¶ Tertiò quæritur, intra quod tempus delibe- 7
ratio peti possit? Respondetur, petendam esse intra an-
num, ex quo quis hereditatem sibi ex testamento, vel
ab intestato delatam esse scit, d.l.cùm in antiquioribus.
¶ Quartò quæritur, quantum temporis ad deliberãdum 8
cőcedatur? Moderatũ tẽpus concedi debet, d.l.si curato-
ris. ne creditorum hereditariorũ actiones diu differan-
tur, néve consilium deliberantis præceps sit. Hoc igitur

iudicis arbitrio committitur, D. eod. l. 1. §. vlt. sic tamen,
vt nec sit breuius centum diebus, D. eod. l. 2. nec annum
excedat, d. l. cùm in antiquioribus. Quocirca à principe
vltra annum, ab aliis iudicibus vltrà nouem mẽses non
9 conceditur, d. l. vlt. §. & hæc quidẽ. ¶ Quintò quæritur,
qui sint deliberationis effectus. Hi declarantur in l. vlt.
qua sententiam duarum suarum constitutionũ, & con-
stitutionis Gordiani ad Platonem Iustinianus comple-
xus est, in princ. ideóque tres illas constitutiones abro-
gauit, §. nouissimum. & hanc solam in posterum valere
iubet, §. vlt. Distinguit autem inter paganũ, & militem.
10 ¶ In pagano subdistinguit. Aut enim sine dubitatione
hereditatem vult accipere, vel relinquere: aut dubitat,
11 an eam admittere debeat. ¶ Ei, qui non dubitat, Iusti-
nianus non denegat beneficium inuentarij; sed ait eum
non egere inuentario. Ideireo à Castr. reprehenduntur,
qui putant hunc teneri vltra vires hereditarias, etiamsi
inuentarium confecerit. Verumtamen cõfectio inuen-
tarij satis indicat, heredem dubitasse, num hereditas sit
soluendo; cùm alia inuentarij vtilitas esse non possit.
Ergo si heres non dubitet, adeundo, vel se immiscendo
obstringitur omnibus oneribus hereditariis: repudian-
do, vel abstinendo (quod intra tres mẽses facere debet)
12 fit omnino ab hereditate alienus, §. 1. ¶ Si verò de ad-
mittenda, vel omittenda hereditate dubitat: hoc etiam
casu similiter omittendo hereditatem fit ab ea alienus.
At si hereditatẽ accipiat, subdistinguitur: aut enim deli-
berat, aut non deliberat: & aut facit, aut non facit in-
13 uentarium. Hinc oriuntur quatuor casus. ¶ Primus ca-
sus est, cùm, omissa deliberatione, rectè facit inuenta-
rium earum rerum, quas defunctus mortis tempore ha-
bebat. Vt autem inuentarium rectè cõfectum dici pos-
sit, plura requiruntur. I. Requiritur, vt si heres ibi sit,
vbi res hereditariæ, vel maxima pars earum posita est,
intra triginta dies, ex quo delatam sibi hereditatem no-
uit, computandos, inuentarium inchoët, & intra alios
sexaginta dies perficiat, §. sin autem dubius. Si verò ab-
sit, annus ei indulgetur ad inuentarium absoluendum,
§. sin autem à locis. Nota primò, tempus inchoandi in-
uentarij non currere à die aditionis, vt falsò putat Ac-
cursius in d. §. sin autem dubius. in verbo *delatam*, sed
à die, qua potuit adire: hoc enim expressè Iustiniani
verba significant in eo §. Nota secundò, inuentarium
ab extraneo herede non debere fieri ante aditionem
hereditatis, vt tradit Theoph. in §. extraneis. vers. sed
nostra beneuolentia. Instit. de hered. qualit. Rectius
enim, & congruenter Iustiniani verbis inquiunt Lati-
ni interpretes inuentarium fieri post aditionem here-
ditatis, d. §. sin autem dubius. vers. sed adeat. & §. si verò
postquam, quoniam ab herede fit, nec est heres ante
aditionem. Nota tertiò, non esse admittendam Cini, &
Bartoli sententiam, existimãtium inuentariũ sustineri,
si intra duos menses absoluatur, licèt intra mensem
non inchoëtur: quia huic sententiæ verba Iustiniani
expressè repugnant. II. Citentur creditores heredita-
rij, necnon legatarij, & fideicommissarij, quorum inter-
est, vt inuentarij confectioni adesse possint, si velint,
Nou. 1. cap. 2. Si verò non omnes citati sint, inuenta-
rium secundum Bald. & Castren. aduersus eos valebit,
qui citati fuerunt, non aduersus alios. III. Adhibeatur
tabularius, vel, si heres literas non calleat, duo tabula-
rij, d. §. sin autem dubius. IV. Adhibeantur testes, ibid.
regulariter duo, D. de test. l. vbi. 12. nisi creditores, vel
legatarij absint: tunc enim, vt eorum absentia per te-
stium præsentiam suppleatur, requiruntur tres testes,
d. Nou. 1. c. 2. Nõ probo sententiam Castr. qui in d. l. vlt.
§. cùm igitur, num. 6. hoc casu requirit quinque testes;
quia dicta Nou. non iubet adhiberi tres testes præter
duos, sed simpliciter tres, ita vt duobus regulariter re-
quisitis, non tres, sed vnus addatur, propter absentiam
creditorũ, vel legatariorum. V. Coram omnibus dictis
personis inuentarium fiat, d. §. sin autem dubius. VI. In
inuentarium conferantur res, quas defunctus habuit
mortis tempore, d. §. sin autem dubius. id est, secundum
Doctores, quæcumque veniunt in hereditatis petitio-
nem, licet non fuerint ipsius defuncti, vt quæ fue-
sunt ei cõmodatæ, vel apud eum depositæ, D. de hered.
petit. l. & non tantum. 19. in princ. Si verò non omnes
res in inuentario ponãtur, non vitiatur inuentarium,
licèt heres dolo malo quædam celauerit: sed alia est
pœna, vt paulò post docebo. VII. Heres, si sciat scribe-
re, inuentario subscribat, eáque subscriptione rerum
quantitatem, dolum malum à se abesse, & eas res penes
se remanere significet: Si verò scribere nesciat, crucis
notam sua manu apponat, & præsentibus testibus qui-
bus notus est, iubeat specialem tabularium ad hoc ad-
sumptũ pro se subscribere, isque pro herede literarum
ignaro subscribat, d. §. sin autẽ dubius. Nota, in hoc spe-
ciali casu requiri signũ crucis, ac Doctores errare, qui
generaliter putant signum crucis esse inuentario præ-
ponendum. Præter hæc Angel. requirit, vt heres non
adeat hereditatem sine protestatione de inuentario
conficiendo. Sed rectè à Castren. reprehenditur: quia
hoc lege Iustiniani non continetur. Hostiensis autem,
Baldus, & Castrensis, inuentarium, in quo non omnia,
quæ diximus, obseruata sint, sustinendum putant: dum-
modò secundum loci consuetudinem factum sit.
¶ Inuentarij ita confecti effectus plures sunt. I. He- 14
res non tenetur creditoribus vltra vires hereditarias,
§. & si præfatam. contra antiquam regulam iuris, qua
heres obstringitur omnibus creditoribus hereditariis,
etiamsi hereditas non sit soluendo, l. si te bonis. 10. &
D. solut. matrim. l. quæ dotis. 55. II. Non tenetur legata-
riis, & fideicommissariis vltra dodrantem: quia potest
aduersus eos deducere Falcidiam, d. §. & si præfatam.
III. Sine periculo, vsl ex rebus hereditariis, vel ex
pecunia hereditaria, vel ex pretio rerum hereditaria-
rum in hunc finem distractarum, soluit primis peten-
tibus; siue creditores, siue legatarij petant, d. §. & si
præfatam. quia si alij creditores se esse potiores, ac si-
bi priùs solui debuisse prætendant, non contra here-
dem, nec contra eum, qui ab herede emit, sed contra
eum, qui ab herede exegit, agere possunt, id est, vel
actione hypothecaria, si res sibi obligatas, & aliis so-
lutas persequuntur; vel actione personali, videlicèt
condictione indebiti aduersus legatarios, vel condi-
ctione ex lege aduersus posteriores creditores, §. sin
verò creditores. cum tribus §§§. seqqq. IV. In cõputa-
tione patrimonij heres deducit, quod in funus defun-
cti, vel in testamenti insinuationem, vel in inuentarij
confectionem, vel in alias necessarias hereditatis cau-
sas impendit, §. in computatione. Quocirca Angelus,
Alexander, & Iason existimant eum deducere etiam
sumptus factos in litem, qua quæsitũ est quis sit heres:
Sed Baldus, & Castrensis dissentiunt; quoniam hæc ip-
sius heredis, non hereditatis causa est. V. Si quas actio-
nes contra defunctum habuit, hæ aditione non con-
funduntur, sed in his eodem iure heres vtitur, quo alij
creditores, salua quibuscumque prærogatiua temporis,
quæ in hypothecis spectatur, §. si vero & ipse. Hîc
igitur cessat antiqua iuris regula, qua traditur, aditio-
ne hereditatis actiones heredi aduersus defunctum
competentes confundi, sup. de pact. l. 7. & D. de fideiuss.
l. Granius. 71. in princ. VI. Creditores, & legatarij non
tenentur stare inuentario ab herede confecto, si pro-
bare possint maiorem esse substantiam à defuncto re-
lictam, quàm inuentario contineatur. Admittuntur
autem quæcumque probationes; & aliis probationibus
deficientibus possunt creditores, & legatarij veritatem
per tormenta seruorum inquirere, aut iusiurandum he-
redi deferre.

redi deferre. Et ſi quidem deprehendatur plus eſſe in
hereditate, quàm in inuentario ſcriptum fuerit: heres,
qui dolo caret, tenetur eas poſteà repertas computa-
re in patrimonio, ita vt inde nec lucrum, nec dam-
num ſentiat: ſi verò dolum admiſit, in duplum ea, quæ
omiſit, reſtituit, ſiue hereditati computat, §. licentia.
Addit Baldus, ob dolum heredis vitiari inuentarium.
Sed puto dupli pœnam à Iuſtiniano irrogatam ſuffice-
re; ſententiam verò Baldi, quia fundamento caret, reii-
ciendam eſſe. V I I. Pendente inuentarij confectione, id
eſt, intra ſtatutum tempus, de quo ſupr. dictum fuit, he-
res nec à creditoribus hereditariis, nec à legatariis in-
quietari poteſt, §. donec. ipſe tamen heres contra debi-
tores hereditarios agere non prohibetur, vt rectè do-
ctores tradunt; quia quod eius fauore introductum eſt,
non debet in eius præiudicium detorqueri. V I I I. Si
bona hereditaria poſt teſtatoris mortem minuantur,
hoc ad damnum legatariorum, non heredis Falcidiam
deducentis pertinet, ſecundum Bartolum in l. in ratio-
ne. 30. §. rurſus diligenter, D. ad leg. Falcid. Sed rectè
Caſtrenſis in d. §. & ſi præfatam. num. 7. hoc dictum
limitat, dummodò ante res perierint, quàm heres per
aditionem ſit obſtrictus legatariis. I X. Inuentarium
factum per heredem prodeſt etiam fideicommiſſario
vniuerſali, cui heres reſtituit hereditatem, ſecundum
Bartolum in l. in ratione. 11. §. quod vulgò, D. ad leg.
Falcid. ſi heres hoc beneficium fideicommiſſario ceſſe-
rit: ſecundum Baldum autem, & Caſtrenſem in d. §. &
ſi præfatam. etiam ſine ceſſione. Item factum per pupil-
lum prodeſt ſubſtituto pupillariter, quod ad creditores
paternos, & legata relicta in primis tabulis; non quod
ad creditores pupilli, nec quod ad relicta in ſecundis
tabulis. Inuentarium autem factum per tutorem, vt ſibi
decernatur adminiſtratio tutelæ, pupillo non prodeſt,
quò minùs teneatur vltra vires hereditarias: quia eſt
15 diuerſi generis inuentarium, & ad alium finem tendit,
Baldus & Caſtrenſis in d. §. & ſi præfatam. ¶ Secun-
dus caſus eſt: cùm heres nec deliberat, nec facit inuen-
tarium. Hoc caſu, quia ſupponimus eum accipere he-
reditatem, omnino tenetur creditoribus hereditariis
etiam vltra vires hereditarias, §. 1. & §. ſin verò poſt-
quam. & beneficium legis Falcidiæ perdit, ac ſolida tam
legata, quàm fideicommiſſa ſoluere cogitur, Nou. 1. c. 2.
§. ſi verò non fecerit. vbi non diſtinguitur inter fideicõ-
miſſa vniuerſalia, & particularia: proinde nec nos di-
ſtinguere debemus: immo inepta eſt dubitatio, quàm
Doctor. adeo putant eſſe arduam, vt egeat deciſione
Cæſarea, vtrùm heres ob non confectum inuentarium
amittat Trebellianicam, quæ de fideicommiſſis vni-
uerſalibus deduci ſolet, falsò exiſtimantes eſſe quan-
dam Trebellianicam à Falcidia diuerſam, cùm tamen
ea, quam ipſi Trebellianicam vocant, ſemper in cõtex-
tu legum appellatur Falcidia, numquam Trebelliani-
ca: meritò: quia lex Falcidia quartæ retentionem in-
troduxit, & ideo de legatis tantum locuta eſt, quia illis
temporibus nondum erant in vſu fideicommiſſa. Po-
ſteà verò quàm fideicommiſſa recepta ſunt, ſenatus-
conſultum Pegaſianum (quod Iuſtinianus in Trebel-
lianum tranſtulit, Inſt. de fideic. hered. §. ſed quia ſtipu-
lationes.) eam legem produxit ad fideicommiſſa in te-
ſtamento relicta, Inſt. eo. §. ſed quia heredes. ac Diuus
Pius ad fideicommiſſa ab inteſtato relicta, D. ad leg.
Falcid. l. Filiusfamiliás. 18. ſed hoc alibi diligentius ex-
ponam: nunc quia diximus quatuor caſibus continge-
re, vt heres de adeunda vel repudianda hereditate du-
bitet. Ac duos caſus iã enarrauimus, ad reliquos expli-
16 candos tranſgrediamur. ¶ Tertius caſus eſt, cùm heres
deliberat, & facit inuentarium. Hoc caſu propter de-
liberationem tenetur creditoribus etiam vltra vires
patrimonij: ſed quia fecit inuentarium, legatarijs non
tenetur vltra dodrantem. §. ſin autem hoc aliquis. ergo
deliberatio adimit beneficium inuentarij reſpectu cre-
ditorum, non legatariorum. Differentiæ ratio eſt: quia
creditores ſunt fauorabiliores, cùm certent de damno
vitando, quàm legatarij qui certant de lucro captando
ex teſtamento. ¶ Quartus caſus eſt, cùm heres deli- 17
berat, nec facit inuentarium. Hoc caſu non ſolùm cre-
ditoribus, ſed etiam legatariis in ſolidum tenetur,
amiſſo beneficio legis Falcidiæ, §. ſi quis autem teme-
rario. ¶ Hæc quæ diximus, in paganis obtinẽt. Militibus 18
autem ſeruatur beneficium Gordiana conſtitutione
tributum, vt etiamſi inuentarium non confecerint,
non teneantur vltra vires hereditarias, §. penultim.
Idem obtinet in fiſco occupante bona vel tamquam
vacantia, vel ratione delicti à defuncto commiſſi, nec-
non in eccleſia: quia licet inuentarium amiſerint, non
tenentur vltra vires hereditarias ſecundum Baldum, &
Caſtrenſem in d. l. vltim. in princip. Hucuſque de iu-
re deliberandi. ¶ In ſecunda tituli parte de adeun- 19
da hereditate diſſoluuntur quinque quæſtiones.

¶ Primò quæritur, qui poſſint adire hereditatem? 20
Hîc regula generalis eſt, is poteſt adire, cui hereditas
ex teſtamento, vel ab inteſtato delata eſt, ſi eam
non repudiauit, l. ſi curatoris, 9. l. puberem 12. Adhi-
betur tamen diſtinctio: aut enim delata eſt puberi, aut
pupillo qui eſt maior infante, aut infanti. Et hi omnes
vel ſunt ſui iuris, vel in patris poteſtate conſtituti: de
ſeruis enim hîc nulla eſt lex. Sex igitur caſus decidun-
tur. ¶ Primus caſus eſt, cùm delata eſt puberi ſui 21
iuris. Hic ſuo arbitrio adire poteſt: &, ſi bono-
rum poſſeſſionem adgnoſcat, pro herede gerere
videtur, l. puberem. 12. ¶ Secundus caſus eſt, 22
cùm delata eſt puberi in poteſtate patris conſtituto.
Hoc caſu ſubdiſtinguitur. Nam ſi inter patrem, &
filium conueniat de acquirenda hereditate, iuri ſatis-
fit, & acquiritur hereditas, ſiue pater voluntate filij
pro herede gerat, l. 4. ſiue filius iuſſu patris adeat
hereditatem, D. de acquir. heredit. l. ſi quis mihi bo-
na. 25. §. iuſſum. & ad S. C. Trebellian. l. ſeruo. 65. in
princip. Quòd ſi diſſentiant, pater inuito filio, aut fi-
lius diſſentiente patre hereditatem accipere poteſt
ex Iuſtiniani conſtitutione, infr. de bon. quæ lib. l. vlt.
ſed & ante eam conſtitutionem pater in præiudicium
filij repudiare hereditatem non poterat, l. renitente.
11. & D. de acquir. hered. l. is qui. 13. §. vltim. Vide
ſupr. qui admitti. num. 11. & de repud. bonor. poſſeſſ.
num. 4. Si verò priuſquam filius iuſſu patris adeat, vel
repudiet, ſui iuris fiat, ſuo arbitrio adire poteſt, l. non
eſt dubium. 15. ¶ Tertius caſus eſt, cùm delata eſt pu- 23
pillo ſui iuris, qui eſt maior infante. Hîc dantur tres
regulæ. I. Si pupillus tutorem habeat, eo auctore adire
hereditatem, vel petere bonorum poſſeſſionem poteſt,
l. 5. l. ſi infanti. 18. §. vltim. & D. de acquir. heredit. l.
pupillus. 9. I I. Si tutore careat, decreto prætoris defe-
ctum tutoris ſupplente, idem conſequi poteſt, d. §.
vltim. I I I. Tutor pro pupillo adire non poteſt, d. l. 5.
licèt pro eo bonorum poſſeſſionem petere poſſit, ſupr.
de tutor. vel curator. qui ſatiſ. non deder. l. vltim. &
D. de bonor. poſſeſſ. l. 7. §. 1. ¶ Quartus caſus eſt, cùm 24
delata eſt pupillo in poteſtate patris conſtituto. Hîc
dantur duæ regulæ. I. Pupillus poteſt adire, vel bono-
rum poſſeſſionem petere iuſſu patris, d. l. ſi infanti, §.
vltim. I I. Pater poteſt adire pro filio pupillo, etiam ſi-
ne eius conſenſu, infr. de bon. quæ lib. l. vltim. §. ſ̃hi au-
tem pueriles. quem §. puto malè ab Accurſio coarctari
ad infantem, cùm loquatur de quocumque impubere
in poteſtate patris conſtituto. ¶ Quintus caſus eſt, 25
cùm delata eſt infanti ſui iuris, tutor eius nomine po-
teſt hereditatem adire, vel bonorum poſſeſſionem pe-
tere, d. l. ſi infanti. §. patente. quod ſi tutor facere ne-
glexerit

glexerit, vel tutor nullus fuerit, si quidem infans in ea
ætate decesserit, perinde habetur, ac si hereditas ei de-
lata non fuisset, d.l.si infanti.§.sin verò. at si ad pupilla-
rem ætatem peruenerit, & in ea decesserit, hereditatem
illam non aditã non transmittit ad suos successores, nisi
ad eum sit à patente profecta, d.l.si infanti.§.vlt.& infr.
de his qui ante aper. tabul.l.vnic. ¶ Sextus casus est
cùm delata est infanti in potestate parentis constituto,
tunc parens, qui infantem in potestate habet, eius no-
mine hereditatem adire, vel bonorum possessionem
petere potest, d.l.si infanti in princip. Quid si parens
id facere neglexerit, ac filius infans decesserit? parens
iure patriæ potestatis perinde capit, ac si infanti iam
quæsita essent, d.l.si infanti. §. 1. Quid si parens neque
hereditate adita, neque bonorum possessione petita,
filio adhuc infante decesserit? tutor eadem facere po-
terit: omnes enim hereditates siue viuo, siue mortuo
parente impuberi delatas adire, bonorúmue possessio-
nem petere pro infante potest, d.l.si infanti.§.parente.
Quid si vel tutore nullo extante, vel ea facere negli-
gente, infans in ea ætate decesserit? Perinde habetur,
ac si non esset ei delata hereditas: quod ius obtinet,
non solum in hereditatibus, quæ delatæ sunt infanti
in parentis, qui posteà obiit, potestate constituto, sed
etiam in delatis infanti sui iuris, d.l.si infanti. §. sin ve-
rò. Quid tandem, si infans, cui delata est hereditas, ad
pupillarem ætatem peruenerit, & in ea decesserit, he-
reditate eius nomine non adita, neque bonorum pos-
sessione petita? Nihil de hoc casu statuitur in d.l.si in-
fanti: sed in §.vltim. dicitur ea obtinere, quæ veteribus
legibus continentur. Accursius malè intelligit l. vnic.
infr. de his qui ante apert. tab. quæ est posterior d. l. si
infanti. & nouum ius introducit. Veteribus autem le-
gibus continebatur, vt hereditas non adita non trans-
mitteretur ad successores ipsius heredis: & ad hoc ius
respexit Theod. in d.l.si infanti. Verùm huic iuri dero-
gauit per d. l.vnic. excipiens liberos, qui parentum he-
reditatem etiam non aditam transmittunt, vt suo loco
27 explicabitur. ¶ Secundò quæritur, an extraneus he-
res, cui hereditas delata est, eam adire cogatur: sci-
mus enim necessarios heredes non posse heredi-
tatem omittere, Institut. de hered. qual. §.1. suos iure
ciuili esse heredes necessarios, iure prætorio habe-
re beneficium abstinendi, Institution. eod. §. sui
autem. itaque de solis extraneis quæritur: ac di-
stinguuntur tres casus: aut enim heres institutus est
homo liber, aut seruus: aut dubitatur, num sit liber, an
seruus. Homo liber non cogitur adire, sed pro libitu
adit, vel repudiat, l.nec emere.16. Excipe eum, qui sus-
pectam hereditatem, desiderãte fideicommissario vni-
uersali, cogitur adire, ac restituere, D. ad S.C. Trebell. l.
nam quod.14.§.si compulsus, & Institut. de fideicom.
hered. §. sed quia stipulationes. seruus potest velle &
nolle, supr. de hered. institut. l. 3. Potest tamen à domi-
no compelli ad hereditatem adeũdam, D. si quis omis.
cau. testam. l.1.§. quid ergo. si verò status heredis du-
bius sit, & aliquis ei quasi seruo suo iubeat hereditatem
adire, ille autem parere indignetur, quod se liberum
esse contendat; Iustinianus distinguit. Aut enim testa-
tor illum quasi seruum instituit, putà ita heredem scri-
psit, *Illum seruum illius heredem instituo*: aut simpliciter
eum instituit, nulla vel domini vel serui mentione
facta: priori casu per iudicem cogitur adire, & heredi-
tatem quasi domino acquirere, ita vt omne lucrum,
vel damnum ad eum pertineat, qui se dominum con-
tendit; non ad eum qui coactus adiuit, licet posteà li-
ber pronuncietur: posteriori casu non cogitur adire, sed
expectatur exitus iudicij libertatis; vt si seruus pro-
nuncietur, tunc iussu domini adeat, eique acquirat:
si verò iudicetur liber, suo arbitrio adeat, vel repudiet
hereditatem, l.penultim. ¶ Tertiò quæritur, si quis sit 28
vel ex diuersis partibus institutus, vel in primo gradu
vnà cum filio testatoris impubere institutus, & eidem
pupillo substitutus, an possit partem adire, partem re-
pudiare, vel ex institutione adire, & substitutionem pu-
pillarem repudiare? Respondetur, non posse: quoniam
hęc sunt indiuidua: ita vt totum accipere, vel totum re-
pudiare debeat, l.quidam 20. ¶ Quartò quæritur, quo- 29
modo hereditas adeatur, & acquiratur? Duobus modis
acquiritur: nuda voluntate, & pro herede gestione, l.
4. 5.6. & Instit. de hered. qual. §. item extraneus. Nuda
voluntas sufficit sine rerum hereditariarum appre-
hensione, l.si sorori.14. quocumque modo declaretur:
vt putà si quis partem hereditatis sibi relictam alteri
in suo testamento relinquat, d. l. 6. Pro herede gerere
est pro domino gerere. d. §. item extraneus. pro herede
gerit, qui aliquid facit tamquam heres: veluti si soluat
debitum hereditarium, l. 2. aut petat bonorum posses-
sionem, l.puberem. 11. Quid si seruum hereditarium
manumiserit, vel pignerauerit, vel vendiderit? Si ani-
mo heredis fecit, pro herede gessit, sin minus, pro he-
rede non gessit, D. de acquir. hered. l.pro herede 20. in
princip. & §.1. In dubio autem, si sit suus heres, videtur
se immiscuisse, D. eod. l.Iul. 42.§.si seruum. nisi antea
se abstinuerat: si verò sit heres extraneus, vt filius emã-
cipatus, non videtur pro herede gessisse. Quod obtinet
etiamsi funeris causa rem hereditariam vendiderit, l. 1.
nam & qui impensam funeris fecit, non censetur pro-
pterea adiisse, vel se immiscuisse, D. de relig. l. etsi quis.
14.§.plerique. Præter hos modos olim erat cretio, quæ
erat actus solemnis, sed tollitur per l.cretionum. 17.
Cernere erat verba cretionis dicere ad hunc modum,
Cùm me Mæuius heredem instituerit, eam hereditatem adeo,
cernoque, quæ cretio tunc erat necessaria, cum testator
ita heredem instituerat, veluti, *Titius heres esto, cernitoque*
in diebus centum proximis, nisi ita creueris, exheres esto. Vi-
de Vlpianum tit. qui hered. institut. poss. §. cretio. cum
quinque paragraphis sequentibus. ¶ Quintò quæri- 30
tur, qui sint effectus aditæ hereditatis? I. Heres qui he-
reditatem adiuit, consequi per præsidem potest, vt res
herdatariæ sibi restituantur, l.3. vers. quòd si. vbi hoc
traditur de herede legitimo: sed eadem ratio est here-
dis ex testamento. Id autem consequitur petitione he-
reditatis aduersus eũ qui hereditatis cõtrouersiã facit,
D. de pet. hered. l.regulariter.9.& l.seq. vel rerũ singula-
rũ vindicatione ab eo, qui hereditatis controuersiã non
facit, l.si sorori.14. II. Ea bona transmittit vel ad heres
ex testamento, l. 6. vel ad heredes legitimos, ad quos
nisi adiisset, non transmitteret, l. 7. & infr. de caduc. toll.
l.vnic. §. in nouissimo. sed ex Iustiniani constitutione,
qui intra tempus deliberandi moritur, ius deliberan-
di ad heredes transmittit, l.cùm in antiquioribus. 19. &
ex constitutione Theodosij, liberi, licèt non sint sui
heredes, tamen, si heredes à parentibus sint instituti,
hereditatem etiam non aditam ad liberos suos trans-
mittunt, infr. de his qui ante aper. tab. l. vnic. ¶ Ter- 31
tia tituli pars est de hereditate suis heredibus acqui-
renda. Hîc dantur quatuor regulæ. I. Suus heres, siue
ex asse, siue ex parte heres scriptus sit, etiam ante aper-
tas tabulas fit heres: & si eis clausis moriatur, heredi-
tatem transmittit, l. 3. in princ. Extraneus autem olim
non poterat hereditatem clausis tabulis adire, eamque
mortuus transmittere, nisi ex asse heres scriptus esset.
Sed Theodos. generaliter de omnibus liberis consti-
tuit, vt à parentibus siue ex asse siue ex parte heredes
instituti, eam hereditatem vel hereditatis partem clau-
sis tabulis etiam ignorantes sibi delatam esse transmit-
tant, non tamen ad quoscumque heredes, sed ad suos
liberos dumtaxat, infr. de his qui ante aper. tab. d.l. vn.
Nouissimè Iustinianus omnibus extraneis heredibus
concessit,

conceſſit, vt etſi ex parte heredes ſcripti ſint,heredita-
tem clauſis tabulis adire, & morientes aditum tranſ-
mittere ad heredes poſſint, infr. de caduc. toll. l.vnic.
§.in nouiſſimo. II. Suus heres non eget bonorum
poſſeſſione: quia ipſo iure ciuili heres eſt, l. ſuum. 13.
III.Si ſuus heres ſe bonis immiſceat,à creditoribus
hereditatijs pro ſua parte hereditaria conueniri poteſt
etiam vltra vires hereditarias, nec poterit eò ſe defen-
dere,quòd per vim portio ſua, vel teſtamentum ſibi à
fratre ereptum ſit. Duæ tantùm defenſiones ei relin-
quuntur:Vna ætatis, ſi ſit minor viginti quinque an-
nis, l. ſi te bonis. 10. qoia in integrum reſtitui poteſt,
ſupr.ſi vt ſe ab hered.abſtin.l.1.& D.de minor.l.7.§.ſed
& ſi hereditatem.Altera inuentarij, cuius beneficium
ſuis & extraneis heredibus commune eſt,l.vltim.§. ſin
autem dubius.IV. Si incontinenti ſe bonis paternis
non miſceat, longi temporis præſcriptione non exclu-
ditur à vindicanda paterna hereditate, l. licet. 8.vindi-
catio hereditatis nihil aliud eſt, quàm hereditatis pe-
titio,quæ actio rectè vocatur vindcatio, vel petitio:
quia principaliter eſt in rem: præſtationes autem
perſonales ei accedunt,D.de hered.petit.l.ſed etſi lege.
25.§.petitio. & propter hanc acceſſionem dicitur actio
mixta;conſequenter non longi,ſupr.eod.l.7. & infr. in
quibus cauſis ceſſ.longi temp.præſcr.l.4.ſed longiſſimi
temporis præſcriptione ſummouetur, infr. de præſ-
cription.trig.vel quadragint. annor.l.3.Nota,d.l.licet.
communiter accipi de iure immiſcendi ſe boois here-
ditarijs.Ego autem cum Salic. puto eam loqui de peti-
32 tione hereditatis, inhærens verbis legis, quæ expreſsè
loquuntur de vindicanda hereditate. ¶ Sed occurrit
quæſtio, an ius ſe immiſcendi,vel hereditatem adeun-
di, tempore præſcribatur? Græci negant: quos Cuiac.
ſequitur in Parat. omnes alij Latini communiter affir-
mant præſcribi, non longo, ſed longiſſimo tempore:
quibus aſſentior. De aditione probatur:quia conſtat
omnia iura tolli præſcriptione longiſſimi temporis:
non eſt autem mera adeundi facultas,alioquin præſcri-
ptio ceſſaret, ſed ius, ſupr. de inſtitut.& ſubſtitut. ſub
cond.fa. l. 3. ergo tanto tempore præſcribitur.Immix-
tionis eadem eſt ratio, & quamuis ipſo iure ſiot here-
des ſine immixtione,tamen illud iure tantùm ciuili in-
ſpecto verum eſt,quo iure eum ſint neceſſarij heredes,
nec immixtionis, nec abſtentionis ratio habetur:iu-
re autẽ prætorio non ſunt heredes, niſi ſe immiſceant:
ergo iure prætorio, quod iuri ciuili præualet,ſuus he-
res,qui ſe non immiſcuit, longiſſimo tempore exclu-
ditur,quod etiam d.l.licet.ſi rectè conſideretur, aliquo
modo confirmat: cum enim neget ſuos heredes exclu-
di præſcriptione longi temporis, indicat eos excludi
præſcriptione longiſſimi temporis: alioquin non loo-
gi, ſed longiſſimi mentionem facere debuiſſet. Ergo
heres, ſiue extraneus, ſiue ſuus, qui non adiuit, nec ſe
immiſcuit,ſi nec à teſtatore,nec à iudice tempus adeũ-
di vel ſe immiſcendi definitum ſit, vſque ad triginta
annos poteſt adire, vel ſe immiſcere, vel hereditatem
petere; quia petendo hereditatem, pro herede gerere
videtur:ſed poſt triginta annos omne ius ſuum amiſit,
vt omnes ferè Latini interpretes ſentiunt.

Tit. XXXI. De repudianda, vel abſtinenda hereditate.

I. 4.	*IV.* 1.2.
II. 4.	*V.* 2.
III. 1.5.	*VI* 6.

1 Oſtquam dictum eſt de hereditate acqui-
renda, conſeqnenter dicendum de ea amit-
tenda. Eam verò amittunt extranei heredes
repudiando, ſeu renunciando, ſeu recuſan-
do, (nam his omnibus vocabulis promiſcuè vtimur,
ſup.t.prox.l.vlt.§.cum igitur.& §.ſi quis autem. quam-
quam propriè loquendo,ſi Cuiacio credimus ad §.ex-
traneis.Inſtit. de hered. qual. repudiatur in iure,vt l. 3.
& 4. recuſatur quoquo modo,D.de acquir. hered. l.re-
cuſari.95.& ad S. C. Trebell. l. 6. in princip.) ſui here-
des abſtinendo. Quocirca duæ ſunt huius tituli par-
tes. ¶ In priori parte de repudianda hereditate quæ- 2
ritur, an repudiatio repudiantem ab hereditate exclu-
dat? Reſpondetur, vt repudiatio teneat, & repu-
diantem ab hereditate excludat, duo requiri. I. Vt
repudiata ſit hereditas nondum adita: quia poſt
aditionem fruſtra repudiatur, l. 4. II. Vt is, qui repu-
diat,ſit maior viginti quinque annis,d.l.4.quia minor
poteſt aduerſus repudiationem reſtitui, atque ita adi-
re hereditatem, quam repudiauit, ſupr.ſi vt omiſſ.he-
redit. l. 1. & D. de minorib. l.7. §. reſtitutus. l. in inte-
grum.22.Si verò pupillus ſine tutore repudiet,ipſo iu-
re repudiatio non valet,l.5. ¶ In poſteriori parte de 3
effectu abſtentionis tria quæruntur. ¶ Primò quæri- 4
tur,an is,qui abſtinuit, poſſit à creditoribus heredita-
rijs conueniri? Reſpondetur, non poſſe, licèt in domo
paterna vel vt inquilinus; vel vt cuſtos, vel alia ratio-
ne habitet.l.1.vel fundos paternos à creditoribus here-
ditarijs pigneratitijs bona fide emerit, quos alij credi-
tores poſteriores per hypothecariam volunt auocare,
l.2.¶Secundò quæritur,an abſtentionis vim habeat,ita 5
vt ſuus heres excludatur ab hereditate, ſi iudicio teſta-
mentum impugnans tanquam iniuſtum, pactus tranſ-
actionis cauſa ſit cum ſcripto herede ſe de paterna
ſucceſſione nihil petiturum?Reſpondetur, eum hac de
cauſa à bonis paternis oon ſummoueri: quoniam eiuſ-
modi conuentio valere non poteſt, nec tanquam pa-
ctum donationis cauſa factum, quia non habuit ani-
mum donandi, ſed tranſigendi; nec quaſi tranſa-
ctio,quia nihil datum,vel promiſſum vel relictum eſt,
ſed fuit pactum gratuitum, tranſactio autem non eſt
gratuita; nec vt repudiatio,vel abſtentio, quia quæſi-
ta hereditas non poteſt reſpui, l.3. hic autem quæſioit
hereditatem,non ſolum iure ciuili, quatenus ipſo iure
eſt heres,quod ei abſtinere volenti non noceret, D.de
acquit hered,l.ei qui ſe.12.& Inſtit.de hered. qualit. §.
extraneis.ſed etiam iure prætorio, dum teſtamentum
iniuſtum arguit. ¶ Tertiò quæritur,an ſuus heres, qui 6
paternam hereditatem recuſauit, poſſit eam adire? Ne
offendaris verbo *adire*:quoniam initio ſuperioris titu-
li docui, ſuum heredem poſſe adire. Ad dictam quæ-
ſtionem Iuſtinianus reſpondet per diſtinctionem. Aut
enim res hereditariæ in ſuo ſtatu permanſerũt,aut alie-
natæ ſunt.Priori caſu ſuus heres admittitur intra trien-
nium:quod tempus non currit, niſi poſtquam ſuus he-
res vigeſimum nonum ætatis ſuæ annum compleuit:
quia viginti quinque anni ſunt ætatis imperfectę,quam
ætatẽ egreſſis datur quadriennium ad petendam reſti-
tutionem io integrum, & poſt hoc tempus conceditur
ſuo heredi triennium ad recuperandam hereditatem,
quam recuſauit. Poſteriori caſu ſuus heres repellitur,
niſi eo in minori ætate defũcto res diſtractæ fuerint,vt
in integrum reſtitutionem petere poſſit, l. vltim. Op-
ponitur l.quod ſi minor. 24.§.Scæuola,D.de minorib.
vbi non ſolum maior 25. annis, ſed etiam minor poſt
res hereditarias diſtractas à ſucceſſione repellitur, re-
ſtitutione ei denegata. Reſpondeo iuriſconſultum ibi
loqui de herede extraneo: Iuſtinianum autem in d. l.
vlt.de ſuo herede.

Tit. XXXII. Quemadmodum teſtamenta aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur.

I. 1.2.

I. 1.2.y.	*III. 3.y.iy.*
II. 2.j	*IV. 4.*

1 CVm de acquitenda, vel amittenda hereditate dictum sit, scire oportet, olim lege Papia inter heredes ex asse, & heredes ex parte differentiam fuisse constitutam, quatenus heres ex asse etiam clausis tabulis hereditatē adite poterat: heres verò ex parte ante apertas tabulas adite non poterat, D. de iur. & fac. ignor. l. 1. §. vltim. & infr. de condit. & demonstr. l. multum. 21. in fin. Quamuis autem Iustinianus hanc differentiam sustulerit, & omnibus heredibus indistinctè permiserit, vt hereditatem clausis quoque tabulis adire possint: nihilominùs tamen, vt defuncti voluntas innotescere, & executioni mandari possit, tabulæ testamenti sunt aperiendæ, & publicandæ, l. 1. & supr. de test. l. testamenta. 18. earúmque inspiciendarum, ac describendarum copia facienda, D. hoc. tit. l. 1. in prioc.

2 ¶ De tabulis aperiendis hæc traduntur, I. Insinuandæ sunt secundum leges moréfque locorum, l. 2. II. Proferendæ, aperiendæ, & publicè recitandæ sunt iussu iudicis competentis, l. 1. III. Aut omnes testes adsunt, qui dicuntur tabulas obsignasse: aut, non omnes adsunt: aut omnes absunt. Primo casu officium prætoris est, vt cogat testes conuenire, & signa sua adgnoscere, vel negare se signasse, D. eod. l. 4. & 3. Secundo casu coram præsentibus testibus, dummodò maior pars adsit, testamentum aperitur & recitatur: deinde tabulæ ad absentes mittuntur, vt ipsi quoque sua signa adgnoscant, D. eod. l. 7. Tertio casu, si res vrgeat, prætor vel præses curare debet, vt coram viris honestis tabulæ aperiantur, recitentur, describantur: deinde ab eis obsignatæ ad testes absentes signaculorum adgnoscendorum causa mittantur: non coguntur enim testes absentes venire, vt sua signa adgnoscant, ne ex suo officio testatori præstito damnum patiantur, l. 2. & D. eod. d. l. 7.

3 ¶ De tabulis testamenti inspiciendis ac describendis tria scire oportet. I. Qualis inspectio sit concedenda. Non simpliciter ostendendæ sunt tabulæ, sed ita vt testamentum possit legi, D. eod. l. 2. §. inspectio. & describi, D. eod. l. 1. in princ. II. Cui lectio & inspectio concedatur. Omnibus conceditur, d. l. 1. iurantibus se non calumniæ causa, sed quia sua interest, vel eorum, quorum nomine inspectionem postulant, l. 3. III. Quid inspicere ac describere liceat. Quamcumque testamenti partem inspicere ac describere permittitur, ea excepta, quam testator aperiri vetuit, (putà tabulis pupillaribus, Instit. de pupillar. instit. §. siu autem.) quæve ad alicuius ignominiam pertinet, necnon die & consule, quo testamentum factum est, d. l. 3. ne quid falsi prolato die & consule committatur, putà alio posteriori testamento efficto, D. de edendo. l. 1. §. editiones.

4 ¶ Quæ de testameotis diximus, ad codicillos producuntur, l. vlt.

Tit. XXXIII. De edicto Diui Adriani tollendo, & quemadmodum scriptus heres in possessionem mittatur.

I. 3.iy.	*III. in princ. 1.2.j.3.j.4.5.*
II. 2 j.	*§ j.2.y.6.*

1 APerio, ac recitato testamento, heres scriptus in possessionem rerum hereditariarū mittebatur ex edicto D. Adriani, quo sublato missio fit ex constitutione Iustiniani, l. vlt. in princ. De hac missione in
2 possessionem quinque quæstiones decidūtur. ¶ Primò
quęritur, quibus casibus sit ei locus? Hîc duo notantur,
I. Vitium testamenti perspicuum & manifestum hanc
missionem impedir, veluti si testamentum sit cancellatum, vel à septem testibus non obsigatum, d. l. vlt. in pr.
Secus est, si vitium sine altiori indagine non pateat: veluti si testamētum dicatur falsum, aut inofficiosum, vel
si testator dicatur seruus fuisse, l. 2. II. Hæc missio olim
petenda erat intra annum, ne mora fieret necessario
vectigali, Paul. lib. 4. sentent. tit. 5. §. vlt. id est, vicesimæ
partis hereditatis fisco debitæ, sed sublata vicesima, d. l.
vlt. in princ. Iustinianus constituit, vt etiam post annum
missio in possessionem quandocumque peti possit, id
est, intra triginta annos, nisi possessor res vsuceperit:
nam vsucapio, & longissimi temporis præscriptio huic
petitioni obstant, d. l. vlt. §. 1. ¶ Secundò quæritur, quis 3
in possessionem mittatur? Hîc quoque duo notantur.
I. Tam ex parte, quàm ex asse institotus in possessionem
mittendus est, d. l. vlt. in princ. etiamsi rogatus sit hereditatem restituere, quia nihilominùs ante restitutam
heteditatem in possessionem mittitur, D. ad S. C. Trebell. l filiam. 36. II. Si inter heredem institutum & substitutum controuersia sit, institutus præfertur substituto, l. 1. ¶ Tertiò quæritur, in quarum rerum possessio- 4
nem mittatur. In earum possessionem mittitur, quæ testatoris fuerunt mortis tempore, nec ab aliis legitimè
detinentur, d. l. vlt. in princ. ¶ Quartò quæritur, quo- 5
modò in possessionem mittatur? Testificatio publicatum personarum requiritur, d. l. vlt. in princ. ¶ Quintò 6
quæritur, quis sit effectus huius missionis? Per eam non
fit tertio præiudicium: qui si controuersiam mooeat
in possessionem misso, res coram iudice competente
disceptabitur, & ei possessio adiudicabitur, qui potiora
iura sibi competere legitimè probauerit, d. l. vlt. §. 1.

Tit. XXXIV. Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coëgerit.

I. 3.	*III. 4.*
II. 2.	

HEreditas semel heredi acquisita, penes eum 1
manet, nisi tamquàm indigno auferatur, &
confiscetur: quod ex variis caosis accidit,
quarum duæ hoc tit. explicantur. Quapropter hic titul. duabus partibus cōstat. ¶ In priori parte 2
aufertur bereditas ei, qui defunctum testari prohibuit,
l. 2. siue sit heres legitimus, qui captauit hereditatem
ab intestato; siue heres institutus, qui testamentum
mutari prohibuit, ne hereditas ad alium transferretur,
D. eod. l. 1. in princ. ¶ In posteriori parte aufertur he- 3
reditas ei, quem testatur siue ab ipso, siue ab alio coactus heredē instituit, cùm eum instituere nollet, simúlque in eum, qui testatori vim fecit, datur iudicium criminale, l. 1. ¶ Communiter ad vtramque tituli par- 4
tem notetur, martium hereditate tamquàm indignum
non priuari, nec delinquere, qui non per vim aut dolum, sed maritalibus blauditiis vxori persuasit, ne testamentum, in quo ab ea fuerat honoratus, mutaret, contrariósve codillos faceret, D. eod. l. vlt. vel vt se heredem faceret, l. vlt.

Tit. XXXV. De his, quibus vt indignis hereditas aufertur, & ad S.C. Silanianum.

I. 6.	*VII. 7.y.*
II. 8.	*VIII. 8.*
III. 4.10.iy.	*IX. 5.j.*
IV. 3.	*X. 7.y.*
V. 9.	*XI. 10.j.iv.*
VI. 5.y.7.j.	*XII. 10 y.*

PErgit in explicandis causis, ex quibus heredi- 1
tas aufertur tamquàm indigno, & confiscatur:
quo spectat etiam S. C. Silanianum: idcirco de
eo simul agitur. Duæ sant igitur partes huius tituli.

¶ In priori

2 ¶ In priori parte declarantur quatuor causæ. ¶ Prima
3 causa est, si testator, quem in testamento heredē instituit, suam voluntatem nō mereri, in codicillis vel epistola asseruerit. Sed quamuis hereditas confiscetur, libertates tamen in his codicillis vel epistola datæ, iure
4 competunt, l. 4. ¶ Secunda causa est, si tabulæ testamēti eius, qui à familia dicitur interfectus, apertæ & recitatæ sint, priusqoàm de seruis quæstio habita, & noxij
5 puniti sint, l. 3. ¶ Tertia causa est, si heres necem testatoris inultā reliquerit, D. de S.C. Silaniano, l. cùm fisco. 9. l. si sequens. 15. Hoc casu hereditas cōfiscatur. I. Etiāsi clam, vt veneno perēptus dicatur, l. cùm fratrem. 9. II. Etiamsi condemnatus prouocauerit, nisi appellationis
6 causam persecutus sit, l. 6. ¶ Generaliter autē fisco restituendæ sunt res hereditariæ vnà cum omnibus fructibus etiam ante controuersiam illatā perceptis: quoniam is, qui necem inultam relinquit, malæ fidei possessor est. Quòd si res hereditarias distraxerit: si quidē eas distrahi expediebat, vt quia seruādo seruari nō poterant, pretium cum vsuris semissibus post litem motam currentibus fisco infert. Sin minùs, in arbitrio fisci est, vtrùm has res cum fructibus, an pretium cū vsuris petat, l. 1. & D. de hered. petit. l. item veniunt. 20. §. hæc
7 aduersus. ¶ Excipiuntur certi casus, quibus hereditas ex hac causa non aufertur heredi. I. Si heres sit minor vigintiquinque annis, d. l. 6. II. Si culpa careat, veluti quia necis auctores reperiri nō potuerunt, l. 7. aut vxor heres à marito instituta, à sorore defuncti necem vin-
8 dicante præuenta est, l. sororem. 10. ¶ Quarta causa est, si heres falsi testamenti accusationem instituit, & ad finem vsque perduxit, ac cōtrariam sententiam reportauit. Secus est, si institutā accusationem reliquit, l. alia. 8. Quin etiamsi pupilli ea parte heredis instituti nomine tutor testamētum, de quo coheres pupilli transegit, falsum dicat, hereditas confiscatur, & hoc damnū pupillo tutor resarciet, de eius autem calumnia iudex co-
9 gnoscet, l. 2. ¶ Quinta causa videtur esse, si heres volūtati defuncti in eo sepeliendo non obtemperauit. Sed reprobatur, l. 5. nam ex hac causa non amittitur hereditas, ne quidem si testatoris voluntas legitima fuerit, supr. de religios. l. 5. quamquàm legitima testatoris voluntas etiam in hoc seruāda est: ita vt si plures sint heredes, hoc veniat in iudicium familiæ erciscundæ, vel præscriptis verbis, D. famil. ercisc. l. his consequenter. 18. §. idē. & de annuis lega. l. 7. vers. aliter. Si verò vnus sit heres, non quidem aliqua actione conueniri possit, d. l. 7. vers. hæc autem. Sed principali, aut pontificali auctoritate extra ordinem cogatur voluntatem testatoris
10 implere, D. de hered. petit. l. hereditas. 50. §. 1. ¶ In posteriori parte de S. C. Silaniano quatuor traduntur. I. Laudandum & corroborandū est vnà cum Diui Marci oratione ad illud facta, l. pen. in pr. II. Cùm Senatuscōsultū domino interfecto iubeat seruos puniri, qui, cùm sub eodem tecto essent, opera non tulerunt, hoc verbū *sub eodem tecto* sic accipitur; vt omnes serui contineantur, qui vbicūq; (siue domi, siue in itinere, siue in agro) clamorem exaudire, vel insidias sentire potuerūt, l. vlt. & D. de S.C. Silan. l. 1. §. eodem. & §. seq. III. Ex eodem Senatusconsulto hereditas confiscatur ob tabulas ante quæstionem de seruis habitam apertas, l. 3. IV. Cùm aditio hereditatis ob senatusconsultum differenda sit, D. Marcus cauisse videtur, ne hęc necessaria dilatio heredi noceat, sed nihilominùs, si interim moriatur ad heredem suum hereditatem illam transmittat, quam vetante senatu non adiuit, D. eod. l. 3. §. eleganter. Iustinianus autem hoc produxit ad libertatem legatam, & cetera legata, atque fideicommissa; ne cui omnino dilatio aditionis ob dictam causam facta noceat, sed herede tardiùs ob dictā causam adeunte, omnia ita competant & obtineāt, ac si heres statim adiuisset, d. l. pen.

Tit. XXXVI. De codicillis.

I. 8.ij. 9.ij. 10.ij.	*VII. 2.7.*
II. 7. 8.ij. 9. v.	*VIII. p. 8.ij. 9.vij.*
III. 10.j.	*§. j. 8. ij.*
IV. 6. 8.ij.	*§. pen. 8.ij. 9.vij.*
V. 5.	*§. vlt. 6. 8.j.*
VI. 9. iij.	



Actenus de testamentis: consequenter di- 1
cendum de codicillis: qui si facti sine testamento sint, vicem exhibent testamenti. Si verò ad testamentum sint facti, ei tāquàm sequela quædam accedunt, D. hoc tit. l. ab intestato. 16.
¶ Definiri possunt instrumentum vltimæ voluntatis, a quo hereditas iure directo nec dari, nec adimi potest: quoniam heredis institutio testamenti propria est, l. 7. & Inst. eod. §. pen. & supr. de testamen. l. non codicillum. 14. vbi dicitur codicillus in numero singulari, ve & in l. cùm antiquitas. 28. in princ. eod. tit. quamuis plerumque & secundum vsum linguæ Latinæ proferatur tantùm in numero plurali, D. de verb. signif. l. non est sine liberis. 148. ¶ Diuido hunc tit. in quatuor capita. 3
¶ Primo capite de codicillis conficiendis tres quæstio- 4
nes dissoluuntur. ¶ Primò quæritur, qui possint facere 5
codicillos? Respondetur, eos demum posse facere codicillos, qui possunt facere testamentum, D. eod. l. 6. §. pen. Qui igitur nō potest facere testamentū, nū potest facere codicillos, videlicèt si iure, impediatur testamētū facere vt quia est furiosus, l. 5. & D. eod. l. 2. §. pen. nisi vel ante furorē testamētū seu codicillos perfecerit, vel tēpore dilucidi interualli, de rebus suis disposuerit, D. qui test. fac. poss. l. qui testamento. 20. §. furiosus. & Inst. eod. §. præterea. Qui verò ob impedimentum facti non potest facere testamentū, vt quia nō habet copiam septem testium, nihilominùs adhibitis quinque testibus potest facere codicillos, D. h. t. l. conficiuntur. 8. §. codi-
cilli. & Inst. eo. in princ. ¶ Secundò quæritur, quomo- 6
dò codicilli fiant? Respondetur, eos nullam solemnitatem desiderare, Inst. eod. §. vlt. Probationis tantùm causâ tria in his cōficiendis requiruntur. I. Necessaria est præsentia quinque testiū: nec refert, vtrùm sint rogati, an fortuiti. II. Debent omnes hi testes adhiberi eodē tempore, non separatis temporibus, III. Si codicilli in scriptis fiant, testes subscribere debent, l. vlt. §. vlt. Præsentia verò eius, qui in codicillis fideicommisso one-
ratur, non est necessaria, l. 4. ¶ Tertiò quæritur, an 7
hereditas in codicillis dari, vel adimi possit? Respondetur, non posse iure directo, sed tantùm per fideicommissum, l. 2. & l. 7. & D. eod. l. 2. §. vlt. & l. illud. 13. §. 1. &
Inst. eo. §. pen. ¶ Secundo capite explicatur codicillo- 8
rum diuisio. I. Codicilli vel fiunt in scriptis, vel sine scriptis, d. l. vlt. §. vlt. II. Vel fiunt ab intestato, l. 4. & D. eod. l. ab intestato. 16. & Inst. eod. §. 1. vel ad testamentum, l. 1. Qui verò ad testamentum fiunt, subdiuiduntur: aut enim fiunt ante testamentum, D. eod. l. 5. l. Plotiana. 18. & Inst. eod. d. §. 1. aut post testamētum, l. 2. & Inst. eod. d. §. 1. aut in ipso testamēto, vt cùm in testamento adhibetur clausula codicillaris, vt si non valet iure testamēti, valeat iure codicillorū, l. vlt. in pr. §. 1. & §. 2. & D. qui testam. fac. poss. l. ex ea scriptura. 29. §. 1. Quæ clausula non suppletur, nisi expressa sit, l. vlt. §. 1. & supr. de testam. l. non codicillū. 14. ne quidem in testamento facto à parente inter liberos, d. l. vlt. §. si quis verò. licèt Doctores cōmmuniter huc casu clausulā codicillarem tacitè inesse tradant, Ias. in l. coheredi. §. cùm filiæ, D. de vulga. & pupill. Boër. decis. 240. num. 6. Clarus lib. 3. Sententiar. §. testamentum. q. 8. num. 8. post

9 glo.in d.§.cùm filiæ. ¶ Tertiò capite declarantur effe-
ctus codicillorum. I. Codicilli, qui fiunt ab intestato,
vicem quandam(vt suprà notaui)testamenti exhibent:
hisq; omnes ab intestato succedẽtes onerantur, d.l. ab
intestato. II. Cùm fiũt ad testamentũ,ius eius sequũtur,
d.l.ab intestato.& eo rupto rumpuntur,nisi post testa-
mẽtum ruptum facti sint,l.1. III. Codicilli à testatore
confirmari possunt, vel antequam fiant,vel postquam
facti sunt,l.6. IV. Ante testamentum facti valent, siue
expresè testamento,aut posterioribus codicillis con-
firmentur, siue quocumque indicio probetur testato-
rem à voluntate in primis illis codicillis expressa non
recessisse,D.eod.l.5.& Iustit.eod. §. 1. V.Cùm post te-
stamentum fiunt, heredem in testamento institutum
possunt onerare fideicommisso,l.2. VI.Clausula codi-
cillaris secundum communem Doctorum sententiam
sustinet testamentum in vim fideicommissi; nõ solùm
si in testamento desit aliqua solemnitas, putà subscri-
ptiones,vel signacula testium,D.qui testam.fac.poss. l.
ex ea.29.§.5.sed etiam si testamentum nullum sit ob li-
berorum præteritionem,Clarus lib.3.Sententiar.§.te-
stamentum.q. 46. Hanc Doctorum sententiam limita,
vt procedat in clausula codicillari expressa, non in ta-
cita, quæ in testamento facto inter liberos inesse cre-
ditur:quia communiter statuunt huiusmodi testamen-
tum,in quo aliqui liberi sunt instituti, & vnus ex suis
heredibus est præteritus, non valere, nequidem iure
codicillorum, etiamsi huic præterito legitima alio
quàm institutionis titulo sit relicta. Vide eundem Cla-
rum d. §.testamentum.q.8. VII. Cùm testator clausu-
lam codicillarem testamento siue scripto siue nuncu-
patiuo adiecit,heres institutus habet optionem,vtrùm
hereditatem iure directo ex testamento, an fideicom-
missum ex clausula codicillari persequi velit: vnâ au-
tem viâ semel electâ,variare non potest, l.vlt.in princ.
Excipiuntur parẽtes & liberi testatoris vsque ad quar-
tum gradum,si habent adgnationis iura; vel vsque ad
tertium gradum, si tantùm habent iura cognationis:
quibus specialiter permissum est variare, &, si iure di-
recto non obtinuerint hereditatem, transire ad peti-
10 tionẽ fideicõmissi,d.l.vlt.§.pen.¶Quarto capite expo-
nitur, quibus modis codicilli infirmentur. Duo autem
modi proponuntur. I. Per codicillos posteriores con-
trarios codicilli priores reuocantur, l. 3. Secus, si non
sint cõtrarij:quia etsi nemo potest decedere cum duo-
bus testamentis,sed indistinctè prius testamentum per
posterius rumpitur,Inst.quib.mod.testam.infirm.§.po-
steriore. nihil tamen vetat aliquem cum pluribus co-
dicillis decedere,Instit.h.t.§. vlt.II. Codicilli ad testa-
mentum facti, posteà testamento per adgnationem
postumi rupto infirmantur:facti autem post testamen-
tum ruptum, valent tanquàm facti ab intestato,d.l. 1.vt
& suprà notaui.

Tit. XXXVII. De legatis.

I. 18.	*XV.* 16.
II. 21.	*XVI.* 7. 26.
III. 26.33.	*XVII.* 29.30.
IV. 9.	*XVIII.* 14.
V. 39.	*XIX.* 8.
VI. 20.ij.	*XX.* 6.
VII. princ. 20.j.26.	*XXI.* 17.j.
§. j. 17. ij.	*XXII.* 20. iij.
VIII. 36.	*XXIII.p.* 24.
IX. 41.	§. j. 24. j.25.
X. 12.	*XXIV.* 10.
XI. 32.	*XXV. in princ.* 26, 37.
XII. 37.	*Vers. quemadmodum.* 36.
XIII. 13.	*XXVI.* 18.
XIV. 15.	

CVm dictum sit de testamentis, & de codi- 1
cillis:iam dicendum de legatis, quæ vel in
testamento relinquuntur, vel in codicillis
testamento confirmatis, D. de iur.codic.l.
conficiuntur.8.§. vlt.quoniam ea,quæ in codicillis te-
stamento confirmatis relinquuntur, in ipso testamẽto
relinqui videntur,D.eod.l.2.§. codicillorum. & de te-
stamen. tut. l. 3. In codicillis autem ab intestato factis
legari non potest,d.l.conficiũtur, §.vlt.& Inst.de fidei-
com.hered.§.præterea. Verùm si in his legetur, etsi nõ
valebit iure legati, valebit tamen iure fideicommissi
propter exæquationem à Iustiniano factam legatorum
& fideicõmissorum,inf.cõm.de lega.l.2.& Inst.hoc tit.
§.sed non vsque. ¶Legatum alibi aliter definitur;mihi 2
videtur non incõmodè definiri posse, Vltima voluntas
particularis directa. Cùm dicitur vltima volũtas,sepa-
ratur nõ solùm ab actibus inter viuos,sed etiã à testa-
mẽto & codicillis,quæ nõ sunt vltimæ voluntates,sed
vltimarũ volũtatũ instrumẽta,sup.tit.proa.l.pen. Cùm
dicitur particularis,seiungitur ab heredis institutione,
& à fideicõmisso vniuersali. Cùm dicitur directa,distin
guitur nõ solùm à fideicõmisso vniuersali, sed etiam à
particulari. Quãuis enim ea Iustiniani cõstitutione eã-
dem vim habeant legata,& particularia fideicommis-
sa:non tamen idem sunt,sed sibi inuicem vires suas cõ-
municant,vt exposui in Anal.Inst.h.t.§.sed non vsque.
Vide plura de legati definitione Isagog. D. de lega. j.
nu.3. ¶ Diuido hunc tit.in tria capita. ¶ Primo capite 3
agitur de legato constituendo,vt sciamus, an legatum 4
ita sit relictum,vt valeat,& legatario debeatur. Hîc cõ-
siderantur variæ legatorum circunstantiæ,quæ partim
in personis,partim in rebus, partim in legandi modo
spectantur. ¶ Prima circumstantia spectatur in perso- 5
na legantis:secunda in persona legatarij: quæ duæ cir-
cumstantiæ interdum sic reperiuntur coniunctæ, vt à
nobis separari non possint. Hîc dissoluuntur quatuor
quæstiones. ¶Primò quæritur,an fructuarius possit le- 6
legare proprietatem? Respondetur non posse, l.vxor.
20. Intellige non posse legare tanquàm rem suam, in
præiudicium proprietarij. Ceterùm dubitari non po-
test, quin tamquam rem alienam legare possit: si qui-
dem etiam res alienas legare possumus. D.de lega. j. l.
cùm seruus.39.§.constat,& Inst.eo.§.non solùm.In du-
bio autem non censetur quis legare nisi ius quod in re
habet,D.de lega.j.l.5.§.vlt.l.si domus.71.§.vltim.& de
pecul.lega.l.dominus seruum. 22. §.1. nam & qui rem
vendit,in qua non dominium, sed aliud ius habet, ius
suum vendere censetur,D.de contrahen.empt.l.qui ta-
bernas,32.ergo fructuarius in dubio videtur vsumfru-
ctũ legare: sed cùm vsusfructus morte legatarij extin-
guatur,& ad proprietatem redeat,Inst.de vsufr.§.pe.&
vlt.hoc quoque legatum est inutile,nisi testator postea
nactus proprietatem sit, vt plenum in re dominiũ ha-
beat,D.de lega.j.l. quod in rerum. 24. §. 1. ¶ Secundò 7
quæritur, an valeat legatum, si debitor creditori pi-
gnus legauerit? Respondetur valere: adeo vt creditor
pignus heredi debitoris,licèt debitum offerenti, resti-
tuere non teneatur, l. creditor.16. ¶ Tertiò quæritur, 8
an legatum,vel fideicommissum, vel mortis causa do-
natio valeat,si vxor marito reliquit, cũ quo matrimo-
niũ duobus tãtùm mensibus,vel breuiori tempore ste-
tit? Respõdetur valere,l.nõ tantùm.19. ¶ Quartò quæ- 9
ritur, an valeat legatum pecuniarium seruo proprio
relictum? Distinguitur. Aut enim legatum est cum li-
bertate,aut sine libertate. Si cum libertate, valet, nisi
legati dies cedat ante diem libertatis, D. de lega. j. l.
quæsitum.91.§.1.l.si à pluribus.107. §. 1. & de lega. ij.
l.statuliberum.11. in princ. Excipe cibaria vsque ad li-
bertatem in diem collatam relicta, quæ seruo interim
præstari debent,D.de lega.j.l.si suo alieno.113. §. 1. &
de lega.

de lega.ij.l.cùm filius,§.seruus.& quan.dies lega.ced.l.
nam cùm libertas.8.Si sine libertate legatum est, sub-
distinguitur: aut enim hic seruus, cui dominus pecu-
niam legauit,alij legatus est,aut legatus non est. Si le-
gatus est,vtrumque legatum valet,id est, legatum ser-
ui,& legatum seruo relictum,D.de lega.j.l.seruo lega-
to.69.in princ.& d.l.quæsitum,§.cùm seruus.& ad leg.
Falcid,l.Plautius. 49. in princ. His autem duobus casi-
bus,quibus legatum seruo relictũ deberi diximus,eius
dies cedit ab adita hereditate, infr. de caduc. tollen.l.
vnic.§.libertatibus.Sin autem seruus, cui sine liberta-
te legatum est, alij legatus non sit: hoc legatum iure
antiquo non valet,l.4.& D.de lega.j.l.si minor. 112. &
ad leg.Falcid.l.in ratione.30.§.penult.nisi viuo testato-
re seruus libertatem consequatur,d.l.4.& ibi gl.in ver-
bo, *post mortem*. Sed ex Noua. Iustiniani constitutione
benignè sustinetur, etiamsi is,cui relictum est, seruus
maneat,supr.de necessa.seru. l. penult. §. illo. Ex dictis
differentia colligitur inter legatum, & hereditatem:
nam qui seruo suo legat, non censetur ei libertatem
tacitè relinquere, vt ex dictis patet, qui verò seruum
suum sine libertate heredem instituit,tacitè libertatem
ei relinquere videtur, supr. de necessar. seru. l. pen.&
Inst.qui & ex quib caus.man.non poss. §. idémq; iuris.
10 & de hered.instit.in princ. ¶ Tertia circumstantia spe-
ctatur in persona,quæ legato oneratur. Hîc quæritur,
si quis filium suum impuberem,quem in potestate ha-
bet,exhereder,eique Titium pupillariter substituat,an
possit legatum vel fideicommissum à Titio relinque-
re;Respondetur,huiusmodi legatum vel fideicommis-
sum non valere, ne quidem si testator aliquid filio im-
puberi legauerit, & illud ipsum à substituto præstari
velit iure legati vel fideicommissi, l. cùm quidam. 24.
vbi verba illa, *maximam scilicèt ostendens ad filium suum*
11 *affectionem*, ἰσωνύμως accipi debent. ¶ Quarta circum-
stantia spectatur in re legata:de qua dissoluuntur qua-
12 tuor quæstiones. ¶ Primò quæritur, an valeat lega-
tum rei alienæ?Distinguitur: aut enim testator sciebat
esse alienam, aut ignorabat. Priori casu legatum valet,
adeo vt heres cogatur eam rem, si possit, iusto pretio
redimere,& legatario præstare: sin minùs, æstimatio-
nem soluere.Posteriori casu legatũ non valet,nisi coni-
iunctæ personæ sit relictum, cui legaturus fuisse præ-
sumitur,etiamsi alienam esse sciuisset. Cùm autẽ quæ-
ritur, vtrùm testator sciuerit, an ignorauerit alienam
esse: non tenetur heres probare eum ignorasse,sed le-
gatarius probare debet eum sciuisse:quia legatarius est
actor, qui legatum petit:ac semper onus probandi in-
cumbit actori,l.cùm alienam.10. & D.de legat.iij.l.nõ
dubium.14.§.vlt.& Instit.eod.§.non solum. Hæc dicta
sint generaliter de re aliena.Specialiter autem de pro-
13 prietate à fructuario legata dixi,supr.num.6. ¶ Secun-
dò quæritur,an valeat legatum, si ipsius legatarij res
ei legetur? Respondetur,non valere,l.proprias.13.quia
legatum est modus dominij acquirendi,Instit.per quas
person.nob.acquit.§.vlt.quod autem nostrum est, am-
pliùs nostrum fieri non potest,neque conualescit lega-
tum, si legatarius viuo testatore rem alienauerit,Inst.
h. t. §.sed si rem legatarij. obstante regula Catoniana,
quæ legatum, quod non valeret,si statim testator mo-
reretur, ex eo confirmari vetat, quòd testator diutiùs
vixit,D.de regu. Caton l.1.in pr. Hæc de puris legatis
sunt intelligenda: nam si mea res sub conditione mihi
legetur,& pendente conditione eam alienauerim, le-
gatum valet;quia in legatis cõditionalibus regula Ca-
toniana locum non habet,D.eod.d.l.1.§.vlt.& l.2.&de
14 condit.& demõst.l.mea res.98. ¶ Tertiò quæritur,an
legatum nominis valeat? Nihil refert, vtrum dicas le-
gari nomen debitoris, an actionem competentem ad-

uersus debitorem.Respondetur,hoc legatũ valere, ita
vt heres cogatur actiones legatario cedere:quamquàm
sine cessione vtiles actiones legatario competunt,l.ex
legato.18. ¶ Quartò quæritur, an monumentum, vel 15
ius inferendi mortuum in monumentum legati possit?
Respondetur,monumentum legari non posse, ius in-
ferendi mortuum legari posse,l.monumenta.14.Nota,
monumenta dici quamcumque rem memoriæ causa in
posterum proditam, in quam sepulturæ causa factam,
si cadauer inferatur,fit sepulchrum. Sin minùs, est ce-
notaphium,D.de relig.l.2.§.monumentum.&l.monu-
mentum.42.id est, inanis tumulus, vt à Virgilio voca-
tur 3.Æneidos,illo loco

——— *manésque vocabat*
Hectoreum ad tumulum,viridi quem cespite inanem,
Et geminas,causam lachrymis sacrauerat aras,

Sepulchrum est res religiosa, proinde iuris diuini, &
extra commerciũ:cenotaphium verò est religionis ex-
pers,D.de diuis.rer.l.6.§.pe.& vlt.& l.7.& de religio.l.
6.§.vlt.& Inst.de ret.diuis.§.religiosum.Monumẽti igi-
tur significatione in d.l.monumenta.significatur sepu-
chrum,vt & in l.4.supr. de religios.non est enim dubi-
tandum, quin cenotaphium legari possit, cùm priuati
iuris sit,adeo vt vendi vel donari possit,D.eod.d.l.6.§.
vlt.Sed etsi sepulchrum legatũ sit,Accurs. argumẽtis à
simili ductis,legatum benignè defendit, vt ius inferẽ-
di in sepulchrum,legatum videatur. ¶ Quinta circum- 16
stantia spectatur in bonis,ex quibus legata sunt soluẽ-
da Hîc ostenditur, in primis deducendum esse æs alie-
num:deinde libertates esse præstandas: posteà, si quid
iis deductis supersit,inter heredem& legatarios diuidi,
pro dodrante & quadrante,l.si vniuersæ.15.Adde de-
duci etiam funeris impẽsam,Inst.de le.Falid.§.vlt.quæ
religionis fauore omne creditum præcedit,id est, etiã
ante æs alienum deducitur, cùm bona non sunt soluẽ-
do, D.de religios.l.pen. ¶ Sexta circumstantia specta- 17
tur in verbis, quibus legata relinquuntur. Hîc dantur
duæ regulæ. I. Legatum vel fideicommissum quibus-
cumque verbis (subaudi,idoneis ad voluntatem testa-
toris declarandã)relinqui potest,l.in legatis.21. II.Er-
ror in nomine rei legatæ, si de re legata constet, non
nocet legato,l.7.§.1. Hæc regula producitur,vt quod
hîc dicitur de re legata, obtineat etiã in persona lega-
tarij,& in persona heredis,supr.de test.l.4.& Inst.h.t.§.
si quis in nomine. Vbi ratio affertur:quia nomina signi-
ficandorum hominum(supple,vel rerum)gratia reper-
ta sunt:vnde si alio quouis modo intelligatur, nihil in-
terest.Rursus hęc regula limitatur,vt obtineat in rerũ,
non in hominum vocabulis, D.de lega.j.l.4.in princ.
vbi hominum & rerum vocabula non accipiuntur, vt
in nupertimis verbis accepi:sed rerum vocabula dicũ-
tur,quæ communi omnium vsu cõstant, vt vestis, su-
pellex:hominum autem vocabula, quæ à priuatis ho-
minibus pro libitu imponũtur &mutantur,vt Stichus,
Eros,fundus Sempronianus,fundus Cornelianus. Er-
go error in hominum vocabulis non nocet: in rerum
autem nominibus illa regula obtinet: Qui aliud dicit,
quàm vult,neque id dicit quod vox significat, quia id
non vult: neque id quod vult, quia id non loquitur,
D. de reb. dub. l. 3. ¶ Septima circumstantia spectatur 18
in accidente, putà tempore, quod bifariam legato
accidere potest:nam aliquando legatur vsque ad cer-
tum tempus, nonnumquàm vsque ad tempus incer-
tum.Legata ad certum tempus relicta, olim non vale-
bant: sed Iustinianus ea confirmauit, ita vt finito
tempore ad heredem redeant, & interim legatarius
heredi caueat rem sua culpa deteriorem non futu-
ram,ac se finito legati tempore eam rem heredi resti-
tuturum, l. vltim. Legatum verò ad incertum tempus

est, veluti si testator libertis suis alimenta leget, donec cum Claudio morabuntur. Hoc casu certum est deberi legatū, quamdiu liberti cum Claudio morantur. Si verò per eos stet, quominùs cum Claudio morentur, sine dubio legatum perdunt, infr. de condit. insert. l. 3. Quid ergo, si cum eo morari ampliùs non possint, quia mortuus sit? Inspectis verbis alimenta in posterum non debentur. Benignè tamen placuit alimenta etiam post mortem Claudij præstari, l. 1. & D. de annuis lega. l. annua. 20. in princ. & de alim. lega. l. Gaio. 13. §. 1. Vbi Scæuola citat d. l. 1. & ex ea colligit præstationem alimentorum hoc casu perpetuam esse, id est, tamdiu durare, quamdiu liberti vixerint: quia certum est alimenta morte alimentarij finiri, D. de transact. l. cùm hi. 8. §. modus. Dicta decisio exceptionem patitur, nisi propter Claudij vtilitatem testator libertos cum eo morari voluerit: tunc enim post mortem Claudij, quia contra testatoris voluntatem peterent, non sunt audiendi, D. de condit. & demonstr. l. illis. 84. Hucusque de legatis constituendis. ¶ Secundo capite de legatis
19 petendis & consequendis quæstiones quinque deci-
20 duntur. ¶ Primò quæritur, quis legatum petat? Hæc quæstio accommodatur tribus casibus. I. Si eadem res pluribus in eodem testamento legetur, omnes legatum petere possunt, & concursu partes faciunt, l. 7. in princ. & Instit. h. t. §. si eadem. II. Si testator legatario alium substituerit: legatario adgnoscente legatum, substitutus nihil petere potest, l. 6. III. Annuū legatum heres legatarij petere non potest: quia morte legatarij est extinctum. Etenim huiusmodi legatum multiplex est; & primi quidem anni legatum est purum: sequentium verò annorum est conditionale, id est, conditionem tacitè adnexam habet, si legatarius viuet, D. de annuis lega. l. 4. & de verb. oblig. l. si Stichum. 16. §. 1. Excipitur, nisi testator etiam heredibus legatarij præstari legatum voluerit: tunc enim non solùm heredes, sed etiam heredum heredes legati petitionem habent: eadémque ratio est fideicommissi, l. in annalibus. 22. quoniam heredum appellatione etiam heredes here-
21 dum continentur, D. de verb. signif. l. heredis. 65. ¶ Secundò quæritur, à quo legatum petatur? Finge heredem vendidisse hereditatē. Vtrum legatarius ab herede, an ab emptore legatum petere debet? Respondetur, heredem esse conueniendum, l. 2. quia post hereditatem venditam nihilominùs heres manet; propterea quòd is, qui semel est heres, non potest desinere esse heres, D. de minorib. l. 7. §. sed quod Papinianus. & de hered. instit. l. ei qui soluēdo. 88. emptor autem, quamuis pro herede habeatur, D. commun. prædior. l. si ei cuius. 9. & actiones vtiles habeat ex rescripto Diui Pij contra debitores hereditarios, D. de pact. l. si cum emptore. 16. in princ. non tamen inuitus cogitur excipere actiones hereditarias, sup. de hered. vend. l. 2. vel actiones legatorum, l. 2. sed actione ex vendito restituere heredi tenetur, quòd is vel creditoribus hereditariis, vel legatariis soluerit, dd. ll. Intellige hæc ita obtinere in actionibus personalibus, quæ personis inhærent, & eas non egrediuntur. Ceterùm cùm legatarius non solùm habeat actionem personalem ex testamento, sed etiam rei vindicationem, & hypothecariam, infr. commun. de lega. l. 1. vt notabo num. 26. quas actiones aduersus possessores competere certū est: non est dubitandum, quin his actionibus emptor hereditatis conueniri possit, vt quilibet alius possessor.
22 ¶ Tertiò quæritur, quantum petatur, si plures sint le-
23 gatarij? Hæc quæstio aptatur tribus casibus. ¶ Primus casus est, si testator eandem rem duobus legauerit. Hoc casu vterque partem petet, vt suprà notaui num. 20. memb. 1. Quòd si alteruter legatum accipere noluit, eius portio accrescit collegatario, infr. de caduc. toll. l. vnic. §. vbi autem. & D. de legat. iij. l. re coniunctis. 89. & Instit. eod. §. si eadem. ¶ Secundus casus est, 24
cùm testator totum fundum, deinde fundi partem, putà dimidiam, vel tertiam alteri legat; Iustiniano placet, secundo legato primum minui, ita vt tanto minus accipiat primus, quantum legatum est secundo: idemque in fideicommissis, & in heredum institutionibus obseruari, l. cùm quæstio. 23. in princ. Hæc decisio debet accipi in suis terminis, nec latiùs produci, ne legum correctio inducatur. Vt igitur huic constitutioni sit locus, oportet I. Testatoris voluntatem esse dubiam: quoniam Iustinianus eam tanquàm dubiam se inuestigare testatur in fine eiusdem principij: in fine autem legis ait testatoris legitimam voluntatem in omnibus dominari. II. Esse duo legata, vel duo fideicommissa, vel duas institutiones ex interuallo factas. Nam si testator ita heredes scripserit, *Titius* ex duodecim vnciis, Mæuius ex sex vnciis heredes sunto: non est credendum detrahi Titio sex vncias, quæ transferantur ad Mæuium: sed cùm tot vnciæ constituant hereditatem, quot testator vult, Inst. de hered. instit. §. hereditas. hoc casu hereditas diuiditur in octodecim vncias; ex quibus, duodecim feret Titius, sex Mæuius. Quòd si ad assem has partes referre libet: ex asse Titius bessem, Mæuius trientem obtinebit: sic enim seruatur inter heredes dupla proportio, quam testator inter eos constituit, D. cod. l. interdum. 13. §. quòd si excesserit. III. Relictum fuisse initiò totum, deinde partem. Secus est, si primò pars, deinde altera pars relicta sit; putà Titio decem vnciæ, postea Mæuio octo vnciæ: non enim videtur testator (secundum Iustiniani interpretationem) detrahere partem de parte, sed partem de toto: itaque hoc etiam casu fiunt octodecim partes, ex quibus Titius decem, Mæuius octo feret: quemadmodum filiis ex æquis partibus, & fratris filio ex duabus vnciis heredibus institutis, decem vnciæ inter filios diuiduntur, duæ vnciæ filio fratris assignantur, D. eod. l. qui non militabat. 78. §. filiis. Item secus est, si initio totum, deinde alteri, vel aliis totum relinquatur: non enim vult Iustinianus detrahi totum de toto, sed partem de toto: nec præsumit testatorem ademisse, sed tantùm minuisse primum relictum. Quare cùm testator filiæ assem, postumo dodrantem, postumæ quadrantem relinquit: perinde hoc testamentum accipimus, ac si filiæ duodecim partes, postumo nouem, postumæ tres relictæ essent: ac natis postumo & postuma, diuiditur inter omnes dupondium: ex quo filia duodecim, postumus nouem, postuma tres vncias accipit: nato autem solo postumo hereditas diuiditur in vncias viginti vnam: nam solâ postumâ, diuiditur in vncias quindecim, D. eod. l. si ita. 47. §. 1. Item secus est, si testator primò partem, deinde totum alij reliquit; quia totum de parte detrahi non potest. In summa Iustinianus de eo tantùm casu loquitur, quo post totum vni relictum, pars alteri relinquitur. ¶ Tertius casus est, cùm testator eandem 25
rem sæpius eidē legat. Hic casus in duos subdiuiditur. Vel enim ei soli legat, vel etiam alij. Si eadem res eidem sæpius legata sit, hic semel tantùm consequetur legatum: quia repetitio verborum est inanis, D. de lega. j. l. planè vbi. 34. §. 1. & de legat. ij. l. Mæuios. 66. §. eum. & de auro & argen. legat. l. pediculis. 32. §. Labeo. Si verò eadem res vni sæpius, alteri semel legata sit: partes æquales inter eos fient. Nec refert, disiunctim legatum sit, veluti, *Titio fundum Tusculanum do lego, Mæuio fundum Tusculanum do lego, Titio eundem fundum Tusculanum do lego*; an coniunctim, veluti Titio, Mæuio, & Titio fundum Tusculanum do lego; an partim

partim coniunctim, partim disiunctim, veluti, Titio
fundum Tusculanum do lego, Mæuio & Titio eundem
fundum Tusculanum do lego: quia omnibus bis ca-
sibus repetitio est inanis: nisi alia probetur esse testa-
toris voluntas, id est, vt alius maiorem, alius mino-
rem partem acciperet: quia sine dubio voluntas te-
statoris seruari debet, d. l. cùm quæritur. §. 1. vbi hæc
decisio ad fideicommissa quoque, & ad heredum insti-
tutiones producitur. Accursius malè opponit l. domi-
nus seruum. 22. §. 1. D. de pecul. legat. quoniam ibi non
tribuitur maior pars ei, qui sæpius nominatus fuit,
quàm alteri semel nominato, vt falsò Accurs. putat:
sed fiunt partes æquales. Cùm enim seruum sibi cum
alio communem testator legauerit, suam tantùm, id
est, dimidiam partem legasse censetur, D. de legat. j. l. 1.
§. vlt. l. si domus. 71. §. vlt. idcirco dimidia tantùm serui
pars ad legatarios pertinet: cùm igitur vtrique pars
quarta tribuatur, profectò semissem inter se æqualiter
diuidunt; alter semis non debetur ei, qui sæpius nomi-
natus fuit, sed est extra causam legati. Rectiùs oppo-
nit l. 4. D. de stipul. seruor. vbi cùm seruus communis
Titij & Mæuij eandem rem simul Titio & Mæuio,
& separatim Titio stipulatus esset: Vlpianus non facit
partes æquales, sed Titio dodrantem, Mæuio qua-
drantem deberi respondet: vt ex stipulatione Titio fa-
cta semis ei debeatur, & ex altera stipulatione Titio
& Mæuio facta, alter semis vtrique domino debea-
tur, quo inter eos diuiso, fit vt Titius semissem & qua-
drantem, proinde dodrantem, qui conficitur ex semisse
& quadrante, consequatur; Mæuius autem quadran-
tem obtineat. Multas solutiones Accursius affert, qua-
rum nullam probare possum. Quid ergo dicendum?
Species diuersæ sunt, vtraque igitur decisio in suo
casu obtinere debet. Diuersitatis quidem ratio vix af-
ferri potest: non tamen propterea puto correctionem
admittendam esse, aut contradictionem inter leges
de diuersis casibus loquentes.

26 ¶ Quartò quæritur, quæ remedia legatario compe-
tant pro consequendo legato? Duo sunt remedia in ge-
nere: actio, & exceptio: cui namque damus actionem,
multò magis concedimus exceptionem, D. de superfi-
cieb. l. 1. §. is autem. & de diuer. reg. iur. l. inuitus. 156.
§. 1. Actiones legatariis & fideicommissariis tres com-
petunt: videlicet personalis actio ex testamento, rei
vindicatio, & actio hypothecaria, infr. commun. de le-
gat. l. 1. & Instit. h. t. §. sed olim. Personalis actionis
mentio fit in l. 3. Vindicationis in l. si legatarius. 25. in
princ. quia legatarius est dominus rei legatæ, l. 7. in
princ. & Instit. per quas person. nob. acquir. §. vltim. De
actione hypothecaria sub hoc titulo nulla est lex. Exce-
ptio tribuitur creditori, cui debitor pignus legauit
aduersus debitoris heredes debitum offerentes, & rem
pigneratam repetentes, l. creditor. 16. Sed poteritne de-
bitum petere, an legato contentus esse debebit? Dicen-
dum est, eum posse etiam debitum petere, nisi contra-
riam testatoris voluntatem heres ostenderit, D. de le-
gat. ij. l. creditorem. 85. Hæc de petendo, & retinendo
27 legato dicta sint. ¶ Superest vltimum caput, quib. mo-
dis legata infirmentur. Hic consideranda veniunt facta
testatoris, heredis, legatarij, & extraneæ personæ, de qui-
28 bus ordine dicemus. ¶ Factum testatoris est ademptio
29 legati: de qua tres quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò
quæritur, quibus adimi legatum possit? Respondetur,
tam ingenuis, quàm libertis posse adimi, l. datum. 17.
Intellige adimi legatariis. Adeo namque verum est non
posse legatum alij, quàm legatario adimi, vt, si quis filio
familiâs aut seruo alieno legauerit, eius patri vel domi-
no legatum adimere nequeat, D. de adimen. legat. l. le-
30 gatum nulli. 21. ¶ Secundò quæritur, quomodò adimi
possit? Respondetur, tam purè, quàm sub conditione
posse adimi, d. l. datum. Obserua, cùm legatum purum
sub conditione adimitur, sub contraria conditione re-
lictum videri, D. de adm. legat. l. si purè. 10. in pr. ¶ Ter- 31
tiò quæritur, si testator rem legatam alienauerit, an le-
gatum ademisse videatur? Distinguuntur duo casus ge-
nerales: quia vel res tradita est ipsi legatario, vel extra-
neo. ¶ Primi casus est exemplũ, si testator ea, quæ filiæ 32
legauit, eidẽ postea in dotem dedit. Ne dicas hoc casu
legatum solui à testatore: nõ enim legati, sed dotis no-
mine dedit. Verius igitur est, nisi legatarius probet hãc
fuisse testatoris voluntatem, vt etiam post factam tra-
ditionem legatum præstaretur, hoc legatum extingui,
D. de legat. ij. l. Lucius Titius. 22. quia duæ lucratiuæ
causæ in eandem personam & eamdẽ rem concurrere
non possunt, Instit. h. t. §. si res aliena. & ita debet accipi,
quod in l. filia. 11. dicitur, filiam non habere legatorum
actionem. Quid ergo, si non speciem, sed quantitatem
legauit? vt putà, filiæ centum legauit, deinde eidem
filiæ centum in dotem dedit: censetúrne dedisse alia
centum, vt legatum maneat: an ea centum, quæ lega-
uit, vt nihil amplius mulieri debeatur? Hoc puto ve-
rius: nisi mulier probauerit voluntatem patris hanc
fuisse, vt vtramque summam, alteram ex legati, alteram
ex dotis causa consequeretur, argum. l. cùm pater. 29.
D. de iure dot. ¶ Secundi casus exemplum est, si te- 33
stator rem legatam, postea pignori vel hypothecæ de-
derit: nam hoc quoque modo dicitur res alienari, supr.
de reb. alien. non alien. l. vlt. Hoc casu non videtur ha-
buisse animũ adimendi legati, sed ideo rem pignerasse,
vel hypothecæ obligasse, quia pecunia egebat: proinde
legatum debetur, l. 3. Instit. eod. §. si rem suam. Secus
est, si donauerit: quia cùm nulla necessitate coactus do-
net, D. de donat. l. donari. 29. in princ. omnino videtur
animum adimendi legati habuisse, D. de adimen. legat.
l. rem legatam. 18. l. legatum sub conditione. 24. §. 1. At
si rem vendidit: videndum est, quo animo vendiderit:
quia modò vendimus, vt inde redigamus pecuniam,
qua egemus; modò sine vlla indigentia: quare hic ca-
sus modò pignori, modò donationi comparatur, & si
quidem testator animum adimendi legati habuerit,
legatum extinguitur: sin minùs, debetur, d. §. si rem
suam. Tunc verò existimo testatorem videri animum
habere legati adimendi, cùm nulla necessitate coactus
vendit. Secus, cùm ob inopiam vendit, argum. eorum
quæ nuperrimè de pigneratione, & donatione docui.
Hæc dicta sint de facto testatoris.

¶ Facta heredis duo occurrunt. I. Si accusatorem, 34
qui falsum testamentum dicebat, in fraudem legata
riorum admisit: sed quia præcipuum est factum accu-
santis, qui est persona extranea, id est, in testamẽto non
nominata: idcirco hoc posteriùs exponam. II. Si omis-
sa causa testamenti, ab intestato possideat hereditatem:
de quo est infr. titulus 39. ¶ Iam dicamus de facto le- 35
gatarij. Quinque legatarij facta considerantur.

¶ Primum factum est, cùm legatarius non vult onus 36
tutelæ suscipere, quod ei testator eodem testamento
iniunxit. Hoc casu legatum ei aufertur, ac pupillo tri-
buitur, cuius tutelam subire noluit, l. pen. vers. quemad-
modum. nisi legatarius sit miles: cùm enim miles ne
quidem volens ad tutelam admittatur, ne à militia auo-
cetur, Instit. de excus. tutor. §. idem & in milite. absur-
dum esset, eum ideo priuari legato, quia non facit,
quod facere non potest, l. ab administratione. 8.

¶ Secundum factum est, si heres, cui per præce 37
ptionem legatum est, hereditatem recuset, hac autem
hereditatis recusatione non obstante, legatum vin-
dicare potest, l. cùm responso. 11. & . D. de legat. 3. l. filio
pater. 87. ¶ Tertium factum est, si legatarius, vel fidei- 38
commissarius testamentum celauit, ob hoc pactum si
posteà testamẽtum in lucem prodest, legato priuatur,

quod pro non scripto habetur, & penes heredem ma-
39 oet, l. pen. in princ. ¶ Quartum factum est, si legatarius
rem sibi legatam surripuit, hoc etiam casu legatum per-
dit: & si pars tantùm ei iure legati competat, eam par-
tem perdit, l. 5. Non obstat l. vn. quod legat. & l. 1. §. &
continet. D. eod. vbi legatarius, qui rem legatam occu-
paoit, non perdit legatum: alind enim est iure legati
rem palàm occupare: aliud, rem clam surripere, & cela-
re. Rursus non obstat l. 5. inf. de crimin. expil. hered. vbi
non nocet legatariis, quòd hereditas expilata dicatur:
quia non ipsi legatarij, sed alij expilarunt. Sicut autem
legatarius perdit legatum, si rem legatã subtraxerit: ita
etiam fideicommissario vniuersali in rem, quam surri-
puit, petitio fideicommissi denegatur, D. ad S. C. Tre-
bell. l. Paulus respondit. 48. Heres quoque in rebus,
quas amouit, Falcidiam perdit, D. de his quæ vt indign.
l. 6. & ad leg. Falcid. l. Falcidiæ. 24. in pr. & hac ratione,
nisi inuentarium faciat, Falcidiæ beneficium non ha-
bet: quia verendum est, ne quid in fraudem legatario-
40 rum celauerit, Nou. 1. cap. 2. ¶ Quintum factum est, si
legatarius oon moretur cum eo, quocum testator eum
morari iussit, qua de re dixi supr. num. 18. membr. 2.

41 ¶ Tandem dicendum de facto extraneæ persouæ:
veluti si testamentum falsum dicatur. Hoc casu legata,
iudicio falsi pendente, nihilominùs soluuntur, dum-
modò legatarius caueat se legatum heredi restitutu-
rum, si ei hereditas euicta fuerit: alioquin heres in de-
trimentum legatariorum, vt legatorum solutionem
differret, accusatorem admitteret, l. si in fraudem. 9.
Huic decisioni opponitur, quòd hæc cautio tunc præ-
statur, cùm de legato non est controuersia: atqui hoc
casu de legato est controuersia: ergo hoc casu dicta
cautio non præstatur. Maior propositio probatur, l. 6.
D. de hered. petit. vbi si testamentũ falsum esse dicatur,
& ex eo legatum petatur: vel præstandum est oblata à
legatatio dicta cautione, vel quærendum, an debeatur,
quasi dicat Iuriscũsultus, si heres fatetur legatũ deberi,
illud soluit, & ob periculum euictionis hereditatis, cau-
tionẽ à legatario exigit: si verò negat legatũ esse vtili-
ter relictum: (multis enim de causis potest contingere,
vt in testamento relicta non debeantur) tunc oon est
soluendum legatum adhibita cautione, sed quæren-
dum, an legatum debeatur, nécne. Minor probatur:
quia cùm heres in specie d. l. si in fraudem. admiserit
accusatorem, qui testamentum falsum dicebat, consen-
tit ei qui negat legatum deberi: quandoquidem ex fal-
so testamento legata non debentur. Huic obiectioni
Imperator in vers. quamuis. respondet, aliàs quidem di-
ctam cautionem præstari, cùm legatum sine contro-
uersia soluitur, id est, cùm non est controuersia inter
heredem & legatarium, sed tantùm inter heredem &
eum qui testamentum impugnat: hoc tamen casu cau-
tionem præstari, etiamsi heres in fraudem legatarij ac-
cusatorem admiserit, ne dolus heredis noceat legata-
rio. Vt hæc solutio clariùs intelligatur, notandum est,
bifariam dubitari an legatum debeatur: aut enim dubi-
tatur principaliter de legato, quod negatur esse reli-
ctum, vel dicitur esse ademptum, siue incapaci reli-
ctum, & ob alias similes causas: aut principaliter impu-
gnatur testamentum, & per consequentiam legatum,
quatenus ex testamento inualido deberi non potest.
Priori casu, etiamsi quæstio de falso testamẽto accedat,
non tamen legatum adhibita cautione soluitur, sed
quæritur, an legatum debeatur: quia etiamsi de testa-
mento nulla esset controuersia, tamen legatum non
priùs solueretur, quàm deberi constaret: nec debet le-
gatarius esse melioris conditionis, eò quòd testamen-
tum falsum dicitur. Posteriori casu legatum soluendum
est dicta cautione præstita: quia non est immediatè
controuersia de legato, sed tantùm de testamẽto: quod
si valeat, non dubitatur, quin legatum debeatur. Sensus
igitur dicti versic. quamuis. hic est: Quamuis aliàs cau-
tio de legato restituẽdo tunc præstatur, cùm non est de
legato cõtrouersia inter heredem & legatarium: tamen
etiam in casu proposito, quo heres non fatetur lega-
tum valere, eadem cautio præstatur: quia non est quæ-
stio de legato per se & principaliter, sed de testamento.
Sic ego dictum versic. quamuis. interpretor: & neque
probo communem expositionem Doctorum, qui acci-
piunt hunc vers. de cautione, si cui plus quàm per le-
gem Falcidiam: nec enarrationẽ Cuiacij lib. 9. Obseru.
cap. 25. qui hanc dicti versic. sentẽtiam esse putat: Cau-
tio de legato restituendo tunc præstatur, cùm de legato
non est controuersia: ergo multò magis cùm est cõtro-
uersia. Mihi videtur nostra interpretatio non solùm
magis verbis conuenire, sed etiam re ipsa esse elegan-
tior. Verba námque ostẽdunt Imperatorem de vna, non
de duabus cautionibus loqui, vt Doctores putant; qui
in prioribus verbis intelligunt cautionẽ de legato resti-
tuendo, si testamẽtum falsum iudicetur; in vltimis ver-
bis cautionem de parte restituenda, si apparuerit lega-
tarium plus accepisse, quàm per legem Falcidiam acci-
pere debuerit. Rursus verba versiculi ostendunt solui
obiectionem, non offerri (vt Cuiacius arbitratur) deci-
dendi rationem à minori ad maius. ¶ Quæro, quomo- 42
dò legatarius heredi caueat? Respondeo, caueri satisda-
to, vel iurato, vel nuda promissione pro qualitate per-
sonarum, argum. l. vlt. in princ. supr. de pet. hered. Regu-
lariter igitur lagatarius satisdat, nisi sit talis persona, cui
specialiter cõcessum sit, vt iurato caueat, vel simpliciter
repromittat, secundum ea, quæ exposui Isag. Inst. de sa-
tisdat. num. 3. & in Analysi eiusdem tituli, §. sed hodie.

Tit. XXXVIII. De verborum significatione.

I. 3.	*IV. 7.*
II. 3.	*V. 6.*
III. 4.	

DEinceps quatuor sequentibus titulis enarra- 1
buntur quatuor, quæ validitati legatorum
officere aliquo iure possunt: eisque remedia,
quoad eius fieri poterit, adhibebũtur. Obstat
legatis I. Obscuritas, nisi interpretatione tollatur, D. de
reb. dub. l. 4. cum sim. II. Destitutio testamenti, Instit.
de leg. Falcid. §. quantitas. vers. vlt. sed interdum prætor
data vtili actione succurrit, D. si quis omis. caus. testam.
l. 1. in princ. III. Defectus conditionis, infr. de cadu. tol.
l. vn. §. & cum triplici. nisi cõditio iure remittatur: quod
interdum accidit, D. de condit. & demonstr. l. 3. l. non
dubitamus. 20. cum sim. IV. Si pœnæ nomine relictum
sit. Sed hoc legatis officit tantùm iure antiquo, quod
Iustinianus abrogauit, infr. de his quæ pœn. nom. l. vn.
Ergo de his quatuor deinceps dicendum: ac primùm
hoc titulo ad tollendam obscuritatem explicantur ver-
ba legatorum partim ad res legatas, partim ad legata-
rios pertinentia. ¶ Diuido hunc titulum in duo capita. 2
¶ Primo capite exponuntur quædam vocabula signifi- 3
cantia res legatas. ¶ Primum verbũ est, *prædium instru-* 4
ctum, seu *fundus instructus*: nam hæc pro eodem acci-
piuntur. Quæritur ergo, quid prædij seu fundi instructi
vocabulo cõtineatur? Respondetur, ea omnia cõtineri,
quæ ibi paterfamiliâs habuit, vt instructior esset: proin-
de non solùm agri instrumenta, vt villicum, & alios ser-
uos, qui agri colendi causa ibi sunt, aratra, ligones, &
quæ fructuum colligendorum, cõseruandorúmve cau-
sa habentur, ceteraque fundi instrumenta legato, vel
fideicommisso cedere, verùm etiam alia ipsius patris-
familiâs instrumenta, vt vinum, & oleum, quod ibi ha-
buit, vt eo, dum esset in fundo, vteretur, necnõ supelle-
ctilia, & alia eiusmodi, l. 1. vers. vinum. & l. 2. & D. de
instruct.

instruct. vel instrum. legat. l. quæsitum. 12. §. sed si fun-
dus. Excipiuntur, quæ in fundo sunt venalia, & quæ ad
tempus eò sunt translata, puta tutelæ causa ad vitádos
latronum incursus, d. l. 1. in princ. Legatum autem fundi
cum instrumento, minus continet: quia tantùm fundi,
non patrisfamiliâs instrumenta legatario debentur, d. l.
5 quæsitum. §. sed si fundus. ¶ Secundum verbum est
Cautio, Græcè *ἀσφάλεια*. Cùm enim triplex sit cautio;
nempe satisdatio, iuratoria cautio, & repromissio, seu
nuda cautio, Instit. de satisdat. §. sed hodie. quæritur;
cautione legata, vel in conditione posita, quænam cau-
tio intelligatur? Cautio legatur, cùm testator heredem
pro aliquo cauere iubet: quemadmodum satisdationis
legatum est, cùm testator heredem pro aliquo satisda-
re iubet, D. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum. l. tri-
bus. 8. In conditione ponitur, cùm alicui legatur sub
conditione, si cautionem præstiterit. Generaliter autem
Iustiniano placet, eam cautionem intelligi, quæ mini-
ma est, hoc est, repromissionem. Idcirco non esse dan-
dos fideiussores, nisi testator vel generaliter satisdatio-
nis, vel specialiter fideiussionis mentionem fecerit, l. 3.
Vnde apparet fideiussionem esse speciem satisdationis:
nimirum quia non solùm fideiussoribus, sed etiam pi-
gnoribus satisdari dicitur, D. de collat. bonor. l. 1. §. iu-
bet. quamquàm propriè satisdatio dicitur, quæ datis fi-
6 deiussoribus fit, D. qui satisdat. cogan. l. 1. ¶ Secundo
capite duo declarantur rebus legatis, & legatariis com-
7 munia. ¶ Primum est familiæ vocabulum: quia vel fa-
miliæ legatur, vel familia: & vtroque casu quæritur,
quid appellatione familiæ contineatur? Nam familiæ
appellatio est generalis, & tam personas, quàm res
complectitur, l. vlt. & D. eod. l. pronunciatio. 195. Priori
casu legatum familiæ relictum, primò pertinet ad pro-
pinquos: secundò, his deficientibus, ad generum vel
nurum: tertiò, his quoque deficientibus, ad liberos, d. l.
vlt. Quod diximus, legatum primo loco pertinere ad
propinquos, sic debet accipi, quasi dictum sit iis defer-
ri, qui sunt testatori propinquiores, non simul omni-
bus, qui sunt in diuersis gradibus, D. de legat. ij. l. peto.
69. §. fratre. Itaque Accurs. in d. l. vlt. ad verbum, *post
eos*, notat, primo loco vocari liberos, deinde parentes,
tertiò transuersales, quartò generum & nurum, quin-
tò libertos. Posteriori casu, cùm familia legata est, sic
Iustinianus interpretatur, vt substantia legata intelli-
gatur, id est, non solùm serui, sed etiam aliæ res, quæ
sunt in patrimonio, d. l. vlt. vers. vlt. Nam & in duode-
cim tabulis familia pro vniuerso patrimonio accipi-
tur, illis verbis, *Adgnatus proximus familiam habeto*, d. l.
8 pronunciatio. §. 1. ¶ Secundum est particula disiuncti-
ua: quæ adiungitur vel personis; in quas aliquid con-
fertur, (veluti, *Titius aut Mæuius heres esto, Titio aut Mæ-
uio do lego, Stichum aut Pamphilum liberum esse iubeo,
Caium vel Publiũ tutorem esse volo.*) vel rebus relictis, ve-
luti, *Fundum Tusculanum aut ædes Seianas Titio do lego,
Stichum aut Pamphilum Titio per fideicommissum relinquo.*
Priori casu non solùm veteres Iureconsulti inter se dis-
senserunt, sed etiam constitutiones principum inter se
dissentaneæ fuerunt. Iustiniano placet, disiunctionem
aut, accipi pro coniunctione *&*, vt accipitur etiam in
interdicto quod vi aut clam: adeo vt ambo ad heredi-
tatem, vel legatum, vel fideicommissum, vel liberta-
tem, vel tutelam simul vocentur, l. 4. in princ. Nota pri-
mò, sæpe in iure coniunctionem accipi pro disiunctio-
ne, & è contrario disiunctionem pro coniunctione,
D. h. t. l. sæpe. 53. & supr. de instit. & substit. sub condit.
fac. l. vlt. quod & apud alios auctores vsu venit, & à
Simplicio notatur lib. 4. Physic. cap. 6. ad contextum
τί δὲ καὶ ἐφ' ὧ ἔκειτο. Nota secundò disiunctionem,
quæ accipitur pro coniunctione, à Iustiniano appellari
παραδιάζευξιν, quasi dicas falsam disiunctionem, è
contrario igitur coniunctio, quæ accipitur pro dis-
iunctione, vocari potest *παρασύναψις*, vel *παρασυνά-
φεια*, id est, falsa coniunctio. Nota tertiò, disiunctio-
nem *aut*, in interdicto quod vi aut clam, sic accipi pro
coniunctione, vt nihilominùs etiam vim disiunctio-
nis retineat: adeo vt eo interdicto aliquis teneatur, si-
ue tantùm vi, siue tantùm clam fecerit, siue partim vi,
partim clam in eodem opere, D. quod vi aut clam. l. is
qui. 11. §. interdictum. Posteriori casu Iustinianus nihil
noui statuit, sed antiquas iuris regulas tam in vltimis
voluntatibus, quàm in contractibus obseruari iubet,
d. l. 4. §. sin autem. vt scilicèt heredis electio sit, vtrum
soluat, non legatarij, vtrum petat: quia semper in obli-
gationibus alternatis electio est debitoris, supr. de
cōdict. indeb. l. pen. & D. de iur. dot. l. plerúque. 10. in fin.
& Instit. de actionib. §. plus autem. vers. ideo autem.
Notandum est, hoc ita obtinere, cùm duæ res alternatè
legantur, veluti vinum aut frumentum, Stichus aut
Pamphilus, Stichus aut decem. Secus est, cùm testator
specialibus verbis subiicit generale verbum cum parti-
cula *Seu*, veluti, *Vxori meæ mundum, ornamenta, seu quæ
eius causa paraui, do lego*: aut generali & speciali verbo
subiicit alterum speciale similiter cum particula, *Seu*,
veluti, *Titio vina, quæ in vrbe habeo, seu in portu, do lego*:
his enim casibus verbum *Seu* vim habet ampliandi le-
gati, quasi testator dixisset, vxori meæ lego mundum,
& ornamenta, siue, vt generaliter loquar, vt vno verbo
dicam, quæcumque eius gratia paraui: item, Titio lego
omnia mea vina, siue sint in vrbe, siue in portu, D. de
auro & argen. legat. l. si quis ita. 30. Nihil ad rem fa-
cit. l. Quintus Mucius ait. 10. in fin. D. eod. vbi *τὸ aut*,
non est verbum testatoris, sed Iurisconsulti diuersas
species referentis.

Tit. XXXIX. Si omissa sit causa testamenti.

I. 2.	*§. vlt. 4.*
II. in princ. 3.	*III. 3.*
§. 1. 3.	

HOc titulo prætor legatariis succurrit, in 1
quorum fraudem heres non adiuit heredi-
tatem, D. h. t. l. 1. in pr. quoniam iure ciuili
nihil ex testamēto debetur, ex quo non est
adita hereditas, inf. de fideicom. l. eam quam. 14. & D. de
testam. tutel. l. si nemo. 9. & de diu. reg. iur. l. si nemo.
181. Hîc tres casus considerantur: quoniam herede in-
stituto non adeunte, vel substitutus succedit ex testamen-
to, vel ipse heres institutus, aliúsve succedit ab intesta-
to. ¶ Dicamus primùm de primo casu. Legata ab insti- 2
tuto herede relicta, censentur tacitè repetita à substitu-
to, infr. ad S.C. Trebell. l. 4. & D. de legat. ij. l. cùm pater.
77. §. ab instituto. nisi contraria sit voluntas testatoris,
quæ ex multis argumentis colligi potest, D. de legat. j.
l. licèt. 74. ergo in casu nostro ponendum est legata esse
relicta ab herede instituto, nō repetita à substituto: in-
stitutum autem in fraudem legatariorum hereditatem
substituto dimisisse: stricto igitur iure inspecto, neq; ab
instituto legata peti possunt, quia non est heres. j. quia
non adiuit hereditatē; neque à substituto, quia testator
eum his legatis nō onerauit: sed ex bono & æquo datur
à prætore vtilis legatorũ actio, vel aduersus heredē in-
stitutũ, si pecuniam pro hereditate omittenda accepit;
vel aduersus substitutũ fraudis participem, si institutus
omittendę hereditatis causâ nihil accepit, l. 1. & D. eo. l. 4.
l. si nō solus. 10. §. vlt. ¶ Secũdo casu, quo heres institu- 3
tus omissa hereditate ex causa testamēti, eandē accepit
ab intestato, distinctio adhibetur: nam si ex testamēto
adire potuit, etiãsi ex eo non adierit hereditatem, sed ab
intestato successerit, nihilominùs tamē libertates in eo
testamēto relictę cōpetũt, l. 2. in pr. & legata pecuniaria

præſtantur deducta Falcidiâ,l.vlt.ſi verò ex teſtamento
adire ooo potuit,nihil ex eo teſtamento debetur, d.l.2.
4 §.quin immo. ¶ Tertio caſu,cùm herede inſtituto non
adeunte alius ab inteſtato ſucceſſit, idem dicendum,
quod primo caſo. j. fraude ceſſante legata non deberi,
d.l.2.§.vlt. fraude interueniente, ſi heres inſtitutus he-
reditatis omittendæ causâ pecuniam accepit, legata ab
eo præſtari,ſi nihil eo nomine accepit,poſſeſſorem he-
reditatis vtili actione à legatariis conueniri, D.eod.l.4.

Tit XL. De indicta viduitate & lege Iulia Miſcella tollẽda.

I. 10.	*III. in princ.* 8.9.
II. 5.7.9.	§.3.11.

5 Hic titulus eſt de legato ſub cõditione vidui-
tatis relicto, de quo lata olim fuit lex Iulia
2 Miſcella,quæ à Iuſtiniano abrogatur.¶Quo
tẽpore hæc lex lata fuerit, ignoratur:tãtùm
Iuſtinianus Nou.22.c.43.vetuſtam & antiquam legem
3 appellat. ¶Dubitatur etiã,vnde Miſcellę appellationem
acceperit.Coiacius Miſcellã dictã putat,quia Miſcella-
nea capita viro & vxori cõmunia continebat.Atqui Iu-
ſtinianus d. Nou.22.c.43. videtur auctorem eius facere
Iuliũ Miſcellã,illis verbis, vt antiquus interpres vertit,
*Hanc quoq; adiectionẽ ipſe Iulius Miſcellas haud inuenit,ſed
Q. Mutius Scæuola hoc præſancierat.* Verùm hæc inter-
pretatio praua eſt,ac verti debuit,*ipſa Iulia Miſcella*, vt
ex proximo repetatur *lex*,quod Græcus articulus verbo
Iulios præpoſitus comprobat: ait enim Imperator, *ὅν
αὐτὸς ὁ Iulios Miſcellas*,adeo vt ex præcedẽtibus repeta-
tur *νόμος*,id eſt,lex:quòd ſi legis auctorem indicare vo-
luiſſet,articulũ prorsꝰ omiſiſſet,vel cognomini Miſcel-
las,nõ nomini Iulios adieciſſet,vt Gręcę linguę proprie
4 tatẽ ſeruaret. ¶Hac lege cauebatur,vt ſi vir vxori legaſ-
ſet ſub cõditione,ſi ad ſecũdas nuptias nõ trãſiret,vxor
intra annũ nubens nihilominùs relictũ caperet, dum-
modò iuraret ſe liberorũ procreandorũ causâ nubere,
poſt annũ verò non caperet,niſi cautionem Mutianam
præſtaret de non nubendo,d.Nou.22.c.43.vt accidit in
omnibus conditionibus,quæ in non faciẽdo conſiſtũt,
D.de cond.& demon.l.7. Sed miror legẽ tantùm intra
annum,non poſt annũ permittere nuptias;cùm regula-
riter nuptię intra annũ iure ciuili prohibeãtur,niſi mu-
lier à principe ſpecialiter impetrauerit, vt nubere poſ-
ſit,D.de his qui notãtur infam.l.ſolet.10.in pr.aut intra
illud tẽpus pepererit,D.eo.l.liberorum. 11.§.Põponius.
5 ¶ Exiſtimat Cuiacius hãc legẽ non ſolùm eſſe locutam
de muliere,cui maritus viduitatem indixit,ſed etiam de
viro,cui mulier aliquid ſub eadem viduitatis conditio-
ne reliquit. Ego autem conicio priorem tãtùm caſum
in lege expreſſum fuiſſe, poſteriorẽ verò fuiſſe adiectũ
S.C.ad eam legẽ facto:quoniam Imperator, dum legis
ſententiã recitat d.c.43.& dum eã abrogat,2. l.h.t.tan-
tùm priorẽ caſum ponit: cùm autẽ iubet eius deciſio-
nem etiam in viro ceſſare,non ſolùm legem Iuliam ab-
rogat,ſed etiam S.C.ad eam factum,indicans legem de
6 feminis loquentẽ,S.C.ad maſculos productã eſſe.¶His
expoſitis, analyſin tituli pertexamus. Quatuor caſus
7 hoc tit.deciduntur. ¶Primus caſus eſt,cùm vir vxori le-
gat ſub conditione,ſi ad ſecundas nuptias non tranſie-
rit, hoc caſu mulier ex lege Iulia Miſcella legatũ capie-
bat; dummodò vel intra annum nuberet, & iuraret ſe
liberorum procreandorum cauſa nubere,vel abſtineret.
à ſecundis nuptiis, & caueret de non nubendo, quod
ſolom poſt annum ei permittebatur. Iuſtiniano autem
nec dictum iuſiurãdum à muliere præſtari placet (quia
præbet occaſionem peierandi, vt enim legatum acci-
perent, iurabant ſe liberorum procreandorũ cauſa nu-
bere, cum ſæpe ob aliam cauſa, id eſt naturali inſtin-
ctu impulſæ nuberent)nec placet cautionem de nõ nu-
bendo præſtari, ne impediantur matrimonia, per quæ
ciuitas liberis hominib. repletur. Abrogauit legẽ Iuliã
Miſcellam,& iuſſit conditionem illam *ſi ſecundò non nu-
pſerit*, vel, *ſi in viduitate permanſerit*, haberi pro non ſcri-
pto;adeo vt mulier legatũ quaſi purè à marito relictum
capiat,ſiue ex eo liberos habeat,ſiue non habeat:ſic ta-
men,vt ſecundum ius commune,ſi liberos habeat,pro-
prietatẽ eis ſeruare teneatur:ſi verò liberos nõ habeat,
pleno dominio fruatur,l.2. ¶Secũdꝰ caſus eſt,cùm mu- 8
lier marito ſub eadẽ viduitatis cõditione aliquid reli-
quit:cuius & ſuperioris caſus eadẽ eſt ratio;& olim idẽ
effectus ex S.C.quod(vt mihi probabile videtur)legem
de viri teſtamento loquentẽ, ad teſtamentum mulieris
produxit.Iuſtinianus igitur idem hoc caſu ſtatuit,quòd
ſuperiori caſu ſtatuerat,& tam S. C. quàm legẽ Iuliam
omnino abrogat,l.vlt. in pr. ¶ Sed nouiſſimè has ſuas 9
conſtitutiones abrogauit, ac vetuit tranſeuntem ad ſe-
cundas nuptias legatum capere,quod ſibi à cõiuge ſub
cõditione viduitatis relictum fuit,d.Nou.22.c.42.&43.
Vnde colliguntur de ſup.dictis duobus caſib.ſequentia
axiomata. I.Qui trãſiuit ad ſecundas nuptias antequàm
legatũ caperet,non poteſt ampliùs illud petere. II.Qui
in viduitate manſit, non poteſt petere legatum, niſi
aut annus lapſus ſit,aut eius conditionis eſſe cœperit,vt
nuptias contrahere ampliùs nõ poſſit, putà propter ſa-
cerdotium. III. Viduus, aut vidua poſt annum petens
legatum,quod ſibi à coniuge relictũ fuit,tenetur caue-
re de eo cum fructibus reſtituendo, ſi ad ſecundas nu-
ptias tranſierit.Et quidẽ ſi relicta ſit res immobilis;aut
is,cui relictũ eſt, ſit locuples,aut fideiuſſorem inuenire
non poſſit: iurato cauet ſub obligatione & hypotheca
omniũ bonorum ſuorum:aliàs fideiuſſorem etiam dare
tenetur.Sed ſi aurũ ſit ei relictum,qui neq; idoneus eſt,
neq; idoneum fideiuſſorem dare poteſt: tantùm vſuras
triẽtes accipiet,donec vel nuptias cõtrahat, vel in eum
ſtatum redigatur,quo nuptias contrahere ampliùs non
poſſit:nam illo caſo relictũ perdit,& (vt iam dixi) cum
vſuris reſtituit:hoc autem caſu relictum capit ſine cau-
tione. Hæc ita obtinent, niſi teſtator relictum præſta-
ti ſine cautione iuſſerit:quoniam eius voluntas imple-
ri debet. IV. Qui pecuniam ſibi relictam alteri credi-
dit,deinde ad ſecundas nuptias tranſit; non ſolùm re-
ſtituit ſortem,ſed etiam vſuras, quas percipere potuit,
quod ſuo iureiurãdo indicare cogetur.Si verò ea pecu-
nia ſit vſus, trientes vſuras præſtat. V. Dictis deciſio-
nib.locus eſt,quocumq; titulo ſub dicta viduitatis con-
ditione relictum ſit,hoc eſt,ſiue titulo inſtitutionis,vel
ſubſtitutionis,ſiue legati,vel fideicommiſſi, vel dona-
tionis cauſa mortis. VI.Legatum,vel fideicõmiſſum,vel
mortis causâ donatũ, quod honoratæ perſonæ propter
ſecundas nuptias aufertur, penes heredem manet, vel
ad eum reuertitur. VII.Si heres ex aſſe ſub dicta vidui-
tatis conditione inſtitutus,ſecundas nuptias contraxe-
rit:hereditas ad ſubſtitutum, vel ad legitimum ſucceſ-
ſorem pertinet. ¶ Tertius caſus eſt,cùm vir ſub condi- 10
tione,ſi vxor ſecũdò non nupſerit,extraneo aliquid re-
liquit. Hic caſus nõ pertinet ad legem Iuliã Miſcellam.
Itaq; omni iure legatum deficiente conditione, id eſt,
muliere iterum nubente deficit,l.1.Eadémq; ratio eſt,ſi
è contrario mulier extraneo ſub ea conditione reliquerit,
ſi vir ad ſecundas nuptias non tranſierit. ¶ Quartus 11
caſus eſt, cùm aliquid relinquitur ſub conditione,ſi ad
viduitatẽ peruenerit, vel cùm ad cœlibatum peruene-
rit,vel,cùm amiſerit coniugem,vel,cùm viduus viduá-
ve erit. Hic caſus ſimiliter ad legem Miſcellam non
ſpectat: & cùm primùm conditio extitit, relictum de-
betur: quia non eſt relictum ſub conditione, ſi in vi-
duitate manſerit, ſed ſub conditione ſi ad viduitatem
peruenerit. Quare ſtatim atque amiſit coniugem, re-
lictum conſequitur, & licèt poſtea contrahat nuptias,
nihilominùs illud retinet, l. vltim. §. 1. quia ſufficit
conditionem

conditionem ſemel fuiſſe impletam,ſupt.de condition. inſtitut. l. ſi quis heredem. 8 .& D. de vulg. & pupil.l. in ſubſtitutione 31.in princ.

Tit. XLI. De his quæ pœna nomine in teſtamento, vel codicillis relinquuntur.

1 SVperior titulus eſt de conditione:hic eſt de pœna, quæ à conditione diſtinguitur potius ex voluntate teſtatoris, quàm ex verbis,D.eo.l.2.nam pœnæ nomine dicitur legari,vel fideicommitti,cùm teſtator aliquid relinqnit: quò magis, vel quò minùs heres aliquid faciat, veluti, *Si heres meus in Capitolium adſcenderit, decem Seio dato*:vel,*Niſi in Capitolium adſcenderit, decem Seio dato.* Hæc igitur verba,vel conditionem,vel pœnam faciunt; provt teſtator vel animum habuit adſcribendæ conditionis, vel coërcendi heredis. Olim omnis vltima voluntas, quæ pœnæ cauſâ quiduis diſponebat,inutilis erat:ſiue legati vel fideicommiſſi, vel libertatis,vel hereditatis datio,ſiue ademptio eſſet:hodie verò ex Iuſtiniani conſtitutione ſub hoc titulo poſita confirmatur, addita exceptione, niſi ſit voluntas impoſſibilis, vel turpis,vel iniuſta,quod repetitur in §. vltim. Inſtitut. de legat.Hodie igitur pœna conditioni prorſus comparatur: & ita impleri debet,qnod pœnæ cauſa adſcriptum eſt, vt impleri debet conditio;videlicet niſi naturæ, aut bonis moribus, aut legibns repugnet: hoc enim in conditionibus quoqne ſeruatur, D. de condit. inſtitut. l. conditiones quæ.9.l.conditiones contra.14.& l.ſeq.& de cond.& demonſtr. l.3. & l. non dubitamus.20.cum ſim.Hactenus de legatis.

Tit.XLII. De fideicommiſsis.

I. 13.	*XVII.7.iij.25.j.32.ij.*
II.13.	*XVIII.7.iij.*
III. 36.ij.	*XIX.34.*
IV.27.	*XX.5.j.*
V.9. 54.	*XXI.16.24.*
VI.7.j. 18.	*XXII.8.ij.iij.9.*
VII.11.	*XXIII. 9.13.*
VIII.6.24.	*XXIV.19.*
IX.5.j.25.iij.	*XXV.7.ij.*
X. 8. j.	*XXVI.35.*
XI.27.	*XXVII.34.*
XII.21.22.	*XXVIII.6.*
XIII.5.ij.36. j.	*XXIX.4.9.*
XIV.4.5.iij.15.24.	*XXX.5.iij. 36.ij.*
XV.8.iv.	*XXXI.5.j.*
XVI.7.iv.8.j.20.	*XXXII.8.iv.10.*

1 IN Digeſtis ſimul & coniunctim agitur de
legatis & fideicommiſſis: in Inſtit. autem
& Codice ſeparatim, quoniam etſi in om-
nibus & per omnia ſunt à Iuſtiniano exe-
quata, infr. tit. prox. l. 2. & Inſtitut. de legat.§.ſed non
vſque.non propterea tamen ſunt idem.Lege quæ ſcri-
2 pſi in Analyſi ad dictum §. ſed non vſque. ¶ Diuido
3 hunc titulum in quinque capita. ¶ Primo capite de
fideicommiſſo relinquendo ſex quæſtiones diſſoluuntur.
4 tur. ¶ Primò quæritur, qui poſſint fideicommittere?
Reſpondetur eos demum poſſe relinquere fideicommiſſum,qui poſſunt facere teſtamentum, D.de legat.j. l. 2. Ne intelligas eos ſolos poſſe fideicommiſſum relinquere,qui faciunt teſtamentum;ſed eos, qui poſſunt teſtamentum facere, ſiue actu teſtentur, ſiue inteſtati decedant:quoniam etiam ab inteſtato fideicommiſſum relinqui poteſt, l. tamquam 14.l.ex teſtamento. 29. & infr.ad S.C.Trebell. l.3.& l. 5. & Inſtitut. de fideicom.
hered. §. præterea. ¶ Secundò quæritur, qui poſſint 5
fideicommiſſo onerari? Hic dantur tres regulæ,I. Qui neque legatum, neque fideicommiſſum,nec hereditatem, nec mortis cauſa donationem à defuncto accepit, fideicommiſſo onerari nequit, l.ab eo. 9. vt filius præteritus in teſtamento patris,l.penultim.Si tamen pupillo aliquid relictum ſit; fideicommiſſum à tutore, qui nihil accepit,relictum ſuſtinetur,quaſi relictum ab ipſo pupillo,l.etiam.20.II.Tam heres inſtitutus,quàm ſubſtitutus rogari poteſt;(Ac relicta quidem ab inſtituto, tacitè repetita videntur à ſubſtituto, infr. ad S.C. Trebell.l.4.& D.de lega.j.l.licet.74.& de lega.ij.l. cum pater.77. §. ab inſtituto. non tamen è contrario relicta à ſubſtituto cenſentur repetita ab inſtituto, l. quoties principali, 13.)necnon legatarius, Inſtitut. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.in princip.& heredis, vel legatarij heres, D. de legat.iij.l.5. §. 1. Item fideicommiſſarius,infr.ad S.C.Trebell.l.vltim.§.1.& D.de vulg. & pupillar.l. coheredi. 41. §. quod ſi heredem. Quin etiam mortis cauſa donatarius, D. de tranſact. l. cùm hi. 8.§. hæc oratio, & de legat. ij. l. cùm pater. 77.§.1. Legato autem heres tantùm onerari poteſt. Si igitur à legatario legetur, non valebit vt legatum, Inſtitut. de ſingul.reb. per fideicom. relict. in princip. ſed quaſi fideicommiſſum, propter Iuſtinianicam legatorum & fideicommiſſorum exæquationem.III.Non ſolùm heres teſtamentarius, vt filius heres inſtitutus, l. cum acutiſsimi. 30. ſed etiam heres legitimus, qui ab inteſtato ſuccedit, rogari poteſt, vt hereditatem reſtituat,Inſtitut. de fideic. hered. [§. præterea. Hîc notandum,verba fideicommiſſi ſimpliciter,id eſt,generaliter prolata,non reſtricta ad heredem ex teſtamento, generaliter accipi,ita vt onerent omnes ſucceſſores, ſiue ex teſtamento,ſiue ab inteſtato ſuccedant,d.l.eã quam. cuius legis ſpecies hęc eſt,C.Falco Titiam puellam impuberẽ quã adoptauerat,heredem inſtituit,&per fideicõmiſſum ei ſubſtituit verbis precarijs & generalibus, hoc modo,*Si Titia in ætate pupillari deceſſerit,hereditatem meam Mæuio & Sempronio reſtitui volo*: poſt teſtatoris obitum puella deceſſit,antequam ſe bonis immiſceret, vel pro herede gereret, *ſans auoir fait acte d'heritiere.* Oritur quæſtio inter M. Falconem defuncti fratrem heredemque legitimum, & dictos ſubſtitutos, Mæuium ac Sempronium. Negat enim Marcus hereditatem ſubſtitutis deberi, aſſerens Titiam non fuiſſe iure adoptatam, conſequenter non fuiſſe in numero ſuorum heredum, proinde ſine aditione, vel pro herede geſtione fieri heredem non potuiſſe:cui cõſequens eſt, vt teſtamentnm ſit deſtitutum:ergo ex eo teſtameuto nec fideicommiſſum, nec aliud quidpiam deberi poteſt, D. de teſtam. tut.l.ſi nemo.9.& de diu. reg. iur. l. ſi nemo.181.Hoc tamen argumento non obſtante,reſpondent Imperatores, ſubſtitutionem habere effectum, ſiue Titiæ adoptio valeat, ſiue non. Et primo oſtendunt ſubſtitutionem eſſe vtilem, quamuis adoptio non valeat: quia fideicommiſſum non minùs ab inteſtato,quàm ex teſtamento deberi poteſt: proinde relinqui poteſt etiam verbis generalibus, tam teſtati quàm inteſtati cauſam complectentibus, vt in caſu propoſito factum fuit: quamuis igitur teſtamentum non valeat,quoniam ex eo non fuit adita hereditas:tamen fideicommiſſum debetur. Illa enim regula,Ex teſtamento deſtituto nihil deberi,in ſubſtitutione pupillari,ceteriſque iure directo relictis obtinet, non in fideicommiſſo, quod etiam ab inteſtato relictum eſt, vt in ſpecie propoſita.Deinde in verſ. quod reſcripſimus. oſtendunt Imperatores fideicommiſſum multò magis deberi,ſi adoptio valeat: quia Titia ipſo iure heres extitit,& teſtamentum confirmauit ſine aditione hereditaris

tatis: ergo indistinctè fideic. debetur, siue adoptio valuit siue non valuit, & siue Titia fuit, siue non fuit: C. Falconis heres. Discrimē tantum est inter hos duos casus; quatenus si Titia heres fuit, ipsius Titię heredes petitione fideicommissi conueniuntur: si verò non fuit heres, fideicommissum à legitimis C. Falconis heredibus peti debet. Hæc est sententia d. l. eam quam. cuius etiam verba, vt omnis obscuritas tollatur, haud grauatè exponam. Aiunt imperatores, *eam quam*, pro *ea quam*, vt supr. fam. ercisc. l. 14. *filium quem*, pro *filius quem*: sic apud Virgilium, 1. Æneidos,

vrbem quam statuo, vestra est.———

Aiunt, *simpliciter*, id est, generaliter iubens hereditatem restitui, non specialiter rogans Titiam heredem institutam. Aiunt, *verbis precariis*. His verbis ostendunt non esse substitutionem pupillarem, licet collata sit in eum casum, quo puella in ætate pupillari decesserit, sed esse substitutionem fideicommissariam. Nam si esset pupillaris, destituto paterno testamento non valeret, Instit. de pupillari substitut. §. liberis. Aiunt, *vel ab ipsius heredibus*, id est, ab heredibus Titiæ, si Titia fuit heres Falconis. Aiunt, *vel ab his qui bona intestati tenent*, id est, à legitimis Falconis heredibus, vt à Marco fratre, qui successit ab intestato, propterea quòd testamentum fuit à Titia destitutum: in hoc enim legis principio supponitur Titiam nō fuisse iure adoptatam, proinde fuisse extraneam heredem, nec potuisse fieri heredem ipso iure sine aditione, vel pro herede gestione. Aiunt, *tunc enim*, &c. Occupant obiectionē, quæ contra datam decisionem fieri poterat. Testamentum non valet, vtpote quod ab herede est destitutum: ergo nihil ex testamento deberi potest: consequenter hereditatem ex eo substituti petere non possunt. Respondent imperatores, hoc obtinere in hereditate data iure directo, vt per substitutionem pupillarem, non in fideicommissaria relicta etiam ab intestato, vt in casu proposito. Aiunt, *ab intestato successoribus*, id est, à legitimis heredibus Falconis. Aiunt, *si in familia relicta*, id est, si fuit iure adoptata, nec fuit emancipata, proinde fuit sua heres. Aiunt, *heres facta*, subaudi, ipso iure, D. de lib. & post. l. in suis. 11. Aiunt, *decesserit*, ex manuscriptis lege *decessit*. Aiunt, *ipsius*, supple, Titiæ. Aiunt, *petitione*, lege *petitionis*, ex ma-
6 nuscriptis. De his hactenus. ¶ Tertiò quæritur, quibus relinqui per fideicommissum possit? Dubitatur autem de seruis proprijs testatoris: ac distinguntur tres casus: aut enim tantùm libertas per fideicommissum relinquitur, aut tantùm pecunia, aut vtrumque. Primo casu certum est valere fideicommissum, & manumissos fieri eorum libertos, à quibus manumittuntur, supr. de fideicommiss. libert. l. 7. & Institut. de singul. reb. per fideicom. relict. § penultim. vers. qui autem. Secundo casu fideicommissum non valet, l. ex fideicommisso. 28. quemadmodum nec legatum, supr. de legat. l. 4. lege quæ ad illum titulum scripsi num. 9. Tertio casu tam libertas, quàm fideicommissum pecuniarium seruo debetur, l. qui fideicommissariam, 8. & D. de legat. ij. l. si seruo. 84. quin etiam debetur legatum, si quid seruo proprio præter fideicommissariam libertatem legatum sit, d. l. qui fideicommissariam. quia legati vel fideicommissi proprio seruo relicti dies ante libertatis diem non cedit, infr. de caduc. toll. l. vnic. §. libertatibus.

7 ¶ Quartò quæritur, quod relinqui possit? Hîc ostenditur, per fideicommissum posse relinqui, I. Rem testatoris, licet pigneratam, l. 6. I I. Rem propriam heredis, l. heredum. 25. I I I. Liberationem debitoris, l. si creditoris. 17. quod & tunc accidit, cùm necessitas reddendarum rationum à testatore remittitur, l. cùm necessitatem. 18. I V. Quicquid ad heredem peruenerit, l. cùm
8 virum. 16. ¶ Quintò quæritur, quibus modis fideicommissum relinquatur? Potest I. Verbis: vbi notandum est, quamuis oratio sit imperfecta, putà quia desit verbum *volo*, tamen fideicommissum deberi: quia quod deest, pro adiecto habetur, l. verbum. 10. magis enim spectatur voluntas, quàm verba, d. l. cum virum. quid mirum, cùm etiam in heredum institutionibus idem obseruetur? D. de hered. Institut. l. 1. §. si autem. & §§. seqq. I I. Scriptura, vt epistola, vel libello. I I I. Nutu, l. & in epistola. 22. I V. Tacitè, exempli causa si testator heredes instituit filios Titij in eius potestate constitutos, & rogauit Titium, vt eos emanciparet: hinc colligitur tacitum fideicommissum, quasi testator eundem Titium rogauerit, vt hereditatem per filios sibi acquisitam, eisdem restitueret, l. quamuis. 15. & D. de condit. & demonstr. l. si cui. 92. vers. si cui. & l. seq. Non tamen cogitur pater filios emancipare, D. de legat. j. l. filiusfamiliâs. 114. §. sed si liberos. nisi quid ex eodem testamento acceperit. Generaliter autem fideicommissum requirit præsentiam quinque testium, supr. de codicillis, l. vltim. §. vltim. & Institut. de fideicommissariis hered. §. vltim. vers. qui in fideicommissis. nisi quis præsens rogetur: tunc enim ex constitutione Iustiniani, etiamsi pauciores quàm quinque, vel nulli sint testes, fideicommissum consistere potest; adeo vt deferente iusiurandum fideicommissario, dummodò prius de calumnia iurauerit, (quod generaliter requiritur ab iis, qui iusiurandum deferunt, D. de iureiurando, l. iusiurandum & ad pecunias. 34. §. qui iusiurandum.) is qui rogatus dicitur, aut iurare cogitur se nihil de fideicommisso audiuisse, aut fideicommissum præstare, l. vltim. & Institut. de fideicommissarius hered. d. §. vltim. Accursius & Doctores sic interpretantur, quasi is solus iurare, aut fideicommissum soluere cogatur, qui ab initio negauit fideicommissum esse relictum: vt hæc sit pœna mendacij. Sed Iustinianus aliam rationem affert, in d. l. vltim. vers. cùm enim. nec mendacium, sed perfidiam punit, d. §. vltim. immo nullam mendacij mentionem facit, nisi quis in d. §. vltim. in fi. retineat verba illa, *postquam negauerit*, quæ & à libris scriptis absunt, & apud Theophilum non leguntur, & aliis Iustiniani verbis parum conueniunt: vnde patet, ex hominis imperiti glossemate ea in contextum irrepsisse. Quod igitur Iustinianus constituit, vt, cùm fideicommissum sine testium præsentia vel coram paucioribus quàm quinque testibus relictum est, heres iuret, aut soluat; non est speciale in herede, qui ab initio fideicommissum negauit, vt vulgò putant; sed in eo, qui pręsens rogatus fuisse dicitur: etenim absens iustam habet ignorandi causam, nec debet ad iurandum de re sibi ignota compelli. ¶ Sextò quæritur, in quo instrumento fideicom- 9
missum relinqui possit? Respōdetur, posse relinqui tam in testamento, l. 5. & Institut. de fideicommissariis hered. §. in primis. quàm ab intestato, Institut. eod. §. præterea. vt in epistola, vel libello, d. l. & in epistola. Multùm autem interest, vtrùm in testamento, an ab intestato relinquatur: cùm enim relinquitur in testamento, si testamentum non valeat, fideicommissum ab intestato non debetur: quia non solum opus est veritate, sed etiam iuris solemnitate, l. si veritas 23. nisi adiecta sit à testatore clausula, qua rogentur etiam succedentes ab intestato, l. ex intestamento. 29. & Institut. de fideicommissariis hered. d. §. in primis. Hæc dicta sint de fideicommisso relinquendo. ¶ Secundo capi- 10
te agitur de fideicommisso probando. Ex dictis constat, probari vel per quinque testes, vel per iusiurandum, d. l. vltim.

¶ Tertio capite de fideicommisso interpretando 11
datur regula, Quæstionem de voluntate defuncti definiri arbitrio iudicis, l. 7. ¶ Quartò capite declaran- 11
tur effectus fideicommissi tam vtilis, quàm inutilis.

¶ De fideicommisso inutili distinguuntur tres casus, 12
aut enim

aut enim res est integra; aut voluntas testatoris agnita est, putà promissione fideicommissi, aut ei voluntati solutione fideicommissi satisfactum est. Primo casu fideicommissum non potest peti, l. si veritas. 23. Secundo casu is, qui defuncti voluntatem agnouit, eam implere cogitur, supr. de testament. l. non dubium. 16. §. 1. & qui se soluturum promisit, ad soluendum compellitur; siue sciens fideicommissum non valere promiserit, D. de condict. indeb. l. fideicommissum. 62. siue transactionis causa promiserit, d. l. si veritas. secus est, si per errorem promiserit: tunc enim tantùm abest, vt cogatur soluere, vt possit liberationem condicere, supr. de condic. indeb. l. 3. & D. de condic. sine caus. l. 1. in princip. Tertio casu is qui per errorem facti soluit, per condictionem indebiti solutum repetere potest, supr. de condict. indeb. l. 7. & infr. ad legem Falcidiam, l. error. 9. Qui verò per errorem iuris soluit, non repetit, d. l. error. Multò minus repetit, qui sciens fideicommissum inutiliter relictum soluit, l. 2. & d. l. si veritas. 33. & infr. ad legem Falcidiam, d. l. error. quemadmodũ nec is repetit, qui cùm dubitaretur, an fideicommissum valeret, de eo transegit: & transactionis causa soluit, d. l. si veritas. Immo qui per triennium alimenta per fideicommissum relicta soluit, eadem in posterum quoque soluere cogitur, l. 1. quod speciale est fauore alimentorum vltima voluntate relictorum: nam regulariter solutio per aliquot annos facta, soluentem non obligat in futurum, supr. de pactis, l. si certis. 28. & de vsuris, l. 7. De herede eius, qui per aliquot annos soluit, lege quæstionem 42. centur.
14 5. ¶ De vtili & valido fideicommisso plures quæ-
15 stiones deciduntur. ¶ Primò quæritur, quis fideicommissum restituat? Certũ est, eum debere restituere, qui fideicomisso est oneratus; putà heredem: sed dubitatur de fideicommisso, quod heres post mortem suam restituere rogatus est, de quo fideicommisso sic distinguitur. Aut heres fidecommisso oneratus adiuit hereditatem: aut non adiuit. Priori casu heres heredis fideicommissum soluere cogitur. Posteriori casu, si tantùm ab herede instituto fideicommissum relictum sit, testamento destituto inutile redditur: si verò etiam ab intestato sit relictum, ab his præstari debet, qui fideicommittenti successerunt ab intestato, l. eam quam 14.

16 ¶ Secundò quæritur, cui restituatur fideicommissum? Hîc dubitatur, an sit restituendum heredi fideicommissarij, si fideicommissarius antè decesserit, quàm fideicommissum sit ei restitutum: præsertim verò dubitatur, si hic heres natus sit post mortem fideicommissarij, veluti quia sit eius filius postumus. Respondetur, huic heredi esse restituendum fideicommissum, dummodo fideicommissarius post diem fideicommissi cedentem decesserit, l. si in personam. 21. quia diei cessio facit, vt fideicommissum vel legatum, licèt nondum solutum sit, tamen ad heredem fideicommissarij seu legatarij transmittatur, quod non transmitteretur, si, antequam dies cederet, legatarius seu fideicommissarius vitam cum morte commutasset, infr. de cad. toll. l. vnic. §. sin autem aliquid. & quando dies legatorum cedat, l. 3. & D. eod. l. 5. in princip. Si tamen idem fideicommissario, & heredi, à quo fideicommissum relictum fuerit, heres extiterit, fideicommissum extinguetur: secundum ea, quæ docebo in fine huius tituli: ergo non fideicommissum, sed hereditas ab iis, qui bona heredis detinent, peti debebit, d. l. si in personam. In cuius legis specie Accursius parum consentaneè verbis legis scribit fideicommissum ad heredem fideicommissarij transmitti, etiam si fideicommissarius ante diem fideicommissi cedentem decesserit: quia testator erat pater fideicommissarij: proinde fideicommissarius ad filium suum transmittit fideicommissum, quamuis ante diem cedentem mortuus sit, vt Accursius colligit ex l. vnic. infr. de his qui ante apert. tab. Sed malè colligit: quoniam ibi non statuitur, vt legatum vel fideicommissum transmittatur, antequã dies cesserit, sed antequam tabulæ testamenti sint apertæ: nimirum quia ante apertas tabulas dies cedit, infr. de caduc. tol. l. vnic. §. in nouissimo. Falsa est igitur Accursij sententia, & meritò à Doct. communiter reprobatur.

¶ Tertiò quæritur, quid sit restituendum? Hîc dan- 17
tur quatuor regulæ. ¶ Prima regula est, Cum res pi- 18
gnerata relinquitur, heres eam luere, & pignoris nexu liberam legatario vel fideicommissario tradere debet. Hæc regula cessat, I. Cùm testator ignorabat eam rem esse obligatam: tunc enim ipse legatarius vel fideicommissarius luere debet: nisi vel testator rem non minoris æstimatam reliquisset, si hanc obligatam esse sciuisset: vel hæc res non pluris valeat, quàm debeatur creditori, cui fuit pignerata. II. Cùm testator nominatim iussit legatarium seu fideicommissarium luere. III. Cùm is, qui rem obligatam in dotem accepit, eam reliquit. IV. Cum creditor eam rem distraxit, quo caso heres fideicomissario æstimationem soluere tenetur, l. 6. & D. de legat. j. l. si res obligata. 57. & de dote prælegat. l. licèt. 15. & Instit. de legat. §. sed etsi rem.

¶ Secunda regula est, Prædijs per fideicommissum 19
relictis, heres non tenetur auctoritatis instrumenta fideicommissario tradere: sed tantùm cauere debet de eis, cùm opus erit, exhibendis, l. instrumenta. 24. instrumenta auctoritatis sunt, per quæ origo rei probatur, id est, quomodò res in nostrum dominium peruenerit: vt instrumenta emptionis, D. de pigner. act. l. vltim. in princip. Idcirco dicuntur instrumenta ad probationem originis prædiorum pertinentia, d. l. instrumenta. vbi origo prædiorum dicitur, non respectu ipsorum prædiorum, sed respectu dominij testatori acquisiti: Tertullianus lib. de præscriptione aduersus hæreticos, cap. 37. *Origines*, inquit, *habeo satis firmas, ex ipsis auctoribus, quorum fuu..es.* ¶ Tertia regula est: He- 20
res ex parte institutus, & rogatus restituere quicquid ex hereditate ad se peruenerit, etiam legata per præceptionem sibi relicta restituere cogitur, l. cùm virum. 16. non tamen ea, quæ ex causa donationis inter viuos accepit, D. de lega. ij. l. sequens. 68. Idem dicendum, si portionem suam restituere rogatus sit: quia in portione etiam prælegata continentur, D. ad S. C. Trebellianum, l. 3. §. quidam. Sed si hereditatem, vel portionem hereditariam restituere sit rogatus: legata vel fideicommissa non restituit: quoniam hæc appellatione hereditatis non continentur, nisi pro ea parte, quam à semetipso habet: hanc igitur partem restituit; quod autem à coheredibus accipit, non restituit, D. de lega. iij. l. si Titius. 96. & ad S. C. Trebellianum, l. in fideicommissaria 18. §. vltim. Prælegata verò indistinctè retinet, D. ad leg. Falcid. l. Titia 86. quia testator voluit heredem hæc habere præcipua: vnde legata per præceptionem dicuntur. Hæc ita obtinent, nisi contraria probetur testatoris voluntas: quia voluntas defuncti in testamentis plerumque dominatur, d. l. cùm virum. id est regulariter, nam verba interdum præualent, D. de vsu & vsufru. legato, l. si alii. 19. ¶ Quarta regula est: Heres 21
fideicommissum restituit vel retenta, vel omissa quarta, l. post mortem. 12. nisi testator quartæ detractionem prohibuerit, Nou. 1. c. 2.

¶ Quartò quæritur, quando fideicommissum resti- 22
tui possit, si heres post mortem suam restituere rogatus fuerit? Respondetur, posse restitui non solùm post mortem, id est, ab herede heredis, sed etiam ab ipso herede viuente, d. l. post mortem. Hoc regulariter verùm est: quia regulariter dilatio datur in gratiã debitoris, D. de verb. oblig. l. eum qui kalendis. 41. §. 1. Interdum tamen secus est:

secus est, & sunt duo casus excipiendi. I. Si dilatio data sit in gratiam fideicommissarij, putà in minori ætate constituti, ne rem perdat: heres ante diem soluens, non liberatur, D. de an. legat. l. Iauolenus aliàs, l. eum qui 15. II. Rogatus post mortẽ suã restituere vni ex plurib. putà vni ex familiâ quẽ elegerit; nõ potest viuus vni restituere in aliorũ præiudiciũ, D. de legat. ij. l. cùm pater. 77. §. filia. quia huiusmodi fideicommissum est conditionale; nec eius dies cedit, antequam heres moriatur, D. quando di. legat. ced. l. 4. quare non potest heres eligere, nisi vnum ex iis qui mortis suæ tempore viuent: frustra igitur per actum inter viuos eligit: quia fieri potest, vt hic, quem eligit eo viuo, proinde ante diem fideicommissi cedentem moriatur, consequenter à fideicommisso excludatur. Hæ duæ exceptiones videntur coniungi in specie l. filiusfam. 114. §. diui Seuerus & Antoninus rescripserunt eum qui rogatus D. de legat. j. vbi rogatus sub conditione restituere filiis fratris sui, pendente conditione eis in potestate patris constitutis ne quidem volentibus restituere potest: quia possunt interim fieri sui iuris, & sibi acquirere: item fieri potest, vt aliquis eorum pendente conditione moriatur, ideoque tantùm aliis superstitibus sit restituendum. Sed cur ne quidem volentibus restitui potest? quia vsque ad diem fideicommissi cedentem heres potest voluntatem mutare, & alium eligere, D. de lega. ij. l. vnum ex familia.
23 67. ¶ Quintò quæritur, quæ remedia fideicommissario competant pro consequendo fideicommisso? Duo
24 sunt remedia in genere. ¶ Primum remedium est actio seu petitio fideicommissi, l. 5. l. qui fideicommissariã. 8. l. eam quam 14. l. si in personam. 21. Hęc actio olim erat extraordinaria persecutio, D. de verb. sign. l. pecuniæ. 178. §. actionis. quò fortasse respiciens Imperator in d. l. qui fideicommissariam. vtitur verbo persequendi: sed hodie est actio ordinaria, id est, vel actio personalis ex testamento, vel reiuindicatio, vel actio hypothecaria, nimirum quam ipse fideicommissarius elegerit, infr. tit. prox. l. 1. ¶ Secundum remedium est, doli mali ex-
25 ceptio: quam reperio dari fideicommissario trib. casib. I. Si debitori liberatio legata sit, vel per fideicõmissum relicta sit, l. si creditoris. 17. & D. de liber. lega. l. 3. §. nunc de effectu. II. Si debitor rogetur id quod debet alteri restituere, D. de lega. j. l. si pecunia. 77. III. Si maritus prædium dotale contra legem Iuliam vendiderit, & mulieri legatum reliquerit; emptorem autem rogauerit; vt eo ampliùs mulieri pretium prædij restitueret. hoc casu si mulier, accepto legato, venditionem irritam faciat, & prædium petat, exceptione summouetur. Quamuis enim emptor ex causa fideicommissi non teneatur mulieri pretium soluere (quoniam ipsi nihil relictum fuit, l. ab eo. 9.) tamen si sponte pretium mulieri offerat, eã petentem prædium exceptione doli mali repellit, propterea quod maritus rogans emptorem mulieri pretium restituere, censetur tacitè mulierem rogare, ne prædium petat, vnde cùm mulier legatum acceperit, voluntati testatoris parere cogitur, D. de lega. ij. l. cùm pater. 77. §. qui dotale. Hucusque generales fideicommissorum effectus.

26 ¶ Deinceps specialiter quæritur, quis sit quorundam fideicommissorum effectus? Sextò igitur quæritur, quis sit effectus fideicommissi, quod non potest probari per quinque testes? Respondetur, fideicommissarium posse deferre iusiurandum heredi, vt supr. expositum fuit,
27 num. 8. vers. generaliter. ¶ Septimò quæritur, quis sit effectus alienationis per testatorem prohibitæ? Hic distinguitur: nam vel apparet, cuius seu quorum gratia testator alienari prohibuit, putà vt res in familia maneat, vel causa prohibitionis à testatore expressa non est, nec apparet cuius personæ gratia testator ita disposuit. Hoc casu vocatur nudum præceptum, quod nullam vim habet, D. de lega. j. l. filiusfamiliàs. 114. §. Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, eos qui testamento, & de lega. iij. l. pater. 38. §. Iulius, & l. Lucius. 93. in princip. Illo casu prohibitio valet. Cúmque testator extra familiam alienari prohibuit, licet quidem res ad eos transferre, qui sunt in familia, l. 4. & D. de legat. iij. l. is qui. 94. in princip. nec tantum pro æqualib. sed etiam pro inæqualibus partibus, d. l. filiusfam. §. Sed si omnes. immo ad vnũ tantùm qui ex familia sit, trãsferre licet, ead. l. §. penultim. sed extra familiam alienare non licet: nisi vel alienans solus ex ea familia superstes sit, D. de lega. ij. l. qui solidum. 78. §. prædium. vel omnes, qui ad fideicommissum adspirare possunt, rem aliené̃t, siue alienationi consentiant, l. quoties ab omnibus. II. Vel is, qui alienat, rem non ex voluntate testatoris habeat, quoniam prohibitio ad eum non pertinet, exempli causâ, si prohibitus rem alienare extra familiam, eam alicui ex familia vendiderit, vel donauerit, vel legauerit: hic eandem rem etiam extra familiam alienare poterit, D. de lega. iij. d. l. pater §. quindecim. præter hos casus, si extra familiam contra testatoris prohibitionem alienata res sit; adeo inefficax est alienatio, vt ne quidem vsucapi res possit, infr. de vsuc. pro emp. l. 5. Possunt igitur hi rem petere, qui ad fideicommissum vocantur, gradatim autem vocantur, primum propinquiores, deinde gener, vel nurus, tandem libertina: hi omnes intelliguntur esse in familia, supr. de verb. signif. l. vlt. & D. de lega. ij. l cùm pater, 77. § fidei heredum. nec excluduntur emancipati, D. eod. l. peto. 69. §. penultim. nec feminæ, l. 4. Immo nec libertarum filij, d. l. cùm pater. §. cùm inter. Excluditur tamen, qui partem suam contra testatoris voluntatem alienauit: nam si ex pluribus vendere prohibitis, vnus partem suam vendiderit: ad fideicommissum partis ab alio posteà alienatæ non admittitur: sed hæc pars ad eos solos pertinet, qui partem suam non alienarunt, d. l. cum pa-
ter, §. cum libertis. ¶ Nota primò, licet appellatione 28
alienationis contineatur omnis translatio dominij, constitutio vsusfructus, impositio seruitutis, & oppigneratio, supr. de rebus alien. non alien. l. vltim. non tamen contineri locationem, ideoque alienare prohibitur, potest rem locare, & pensiones creditori suo quamuis extraneo delegare, D. de lega ij. l. penultim. §.
instituto. ¶ Nota secundò, eum, qui fideicommissum 29
petit, si post eum alius ad fideicommissum adspirare potest, cauere debere se extra familiam non alienaturum, d. l. peto. §. penultim.

¶ Nota tertiò, dictam prohibitionem non valere 30
in præiudicium fisci, vel creditorum, d. l. filiusfamiliàs §. Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt eos qui testamento. nec obstare, quominùs dos vel donatio propter nuptias pro qualitate & meritis personarum constituatur, Nou. 39. cap. 1. & ibi glossa in verbo si non sufficerit. Baldus Nouellus in tractatu de dot. priu.
13. num. 2. ¶ Nota quartò de alienatione à testatore 31
prohibita tractari etiam in l. vltim. §. sed quia. & §§. seqq. infr. tit. prox. Ergo suprà expositis adde, quæ ibi tradam parte 1. cap. 3. num. 6. ¶ Octauò quæritur, quis
sit effectus liberationis legatæ, vel per fideicommissum 32
relictę? Effectus duplex est. I. Actio qua fideicõmissarius petit se ab herede liberari, infr. de fal. cau. adiecta, l. 1. & D. de liber lega. 1. §. vltim & l. quod mihi. 22. vel per acceptilationem, si solus debitor sit, aut correum socium habeat; vel per pactum de non petendo, si correum non socium habeat: quia liberatio non debet alteri, quàm fideicommissario prodesse, nisi ratione societatis lucrum vel damnum inter eos communicetur, D. eod. l. 3. §. nunc de effectu. II. Exceptio doli mali, qua fideicommissarius nondum ab herede liberatus, eum agentem summouet, l. si creditoris. 17. vbi verbum

bum *solemniter*, indicat Imperatores loqui de acceptilatione, non de pacto de non petendo: quia regulariter heres debet accepto ferre, d. l. 3. §. nunc de effectu.) & inst. de fal. cau. adie. l. 1. & l. 4. & D. de doli except. l. 4. §. præterea. Expositi sunt fideicommissorum effectus.
33 § Quinto capite declaratur, quibus modis fideicommissum extinguatur. Hi modi spectantur in persona partim fideicommittentis, partim fideicōmissarij, partim
34 onerati fideicommisso. § In fideicommittente spectatur pœnitentia seu mutatio voluntatis: quia posterior testatoris voluntas præualet, l. clari. 19. sed pœnitētia, seu mutatio voluntatis probanda est, l. fideicōmissum. 27. nec præsumitur, nisi probetur, D. de probat. l. eum
35 qui. 22. § In fideicommissario spectatur repudiatio fideicommissi; quæ contra eum doli mali exceptionem parit, si post repudiationem fideicommissum petat, dūmodò ipse fideicommissarius, non alius repudiauerit: nam patris (exempli causâ) repudiatio non officit filio, quò minùs fideicōmissum petat, l. ex repudiatione. 16.
36 § In persona heredis fideicommisso onerati duo spectantur. I. Si non adeat hereditatem. Verbi gratiâ, cùm heres institutus adit hereditatē, substitutus repellitur, sup. de impub. & aliis substit. l. 5. ergo fideicommissa à substituto relicta, nō debentur, l. quoties ab omnib. 13. quia fideicommissa relicta à substituto, non censentur tacitè repetita ab instituto, vt notaui sup. cap. 1. quæst. 2. reg. 2. II. Si liberos procreauerit. Nam si testator aliquem ex liberis heredem instituerit, & hereditatē post mortem restituere iusserit: subauditur tacita conditio, *si sine liberis decesserit*, adeo vt susceptis ab herede liberis fideicommissum extinguatur, l. cùm acutissimi. 30. & D. de condit. & demonstr. l. cùm auus. 102. & sup. de instit & substit. sub condit. fac. l. 7 §. 1. Lege, quæ ad illum tit. notaui, n. 32. III. Si heres fideicommissario successerit, actio fideicommissi per cōfusionem extinguitur, l. 3. vt accidit in omnibus obligationibus, quotiescunque debitori creditor, supr. de pact. l. 7. & D. de fideiussor. l. si Stichum. 58. §. 1. l. debitori. 50. & de solut. l. Stichū. 95. §. aditio. vel creditori debitor, D. de fideiussor. l. heres. 21. § quòd si stipulator. & §. vlt. & de solut. l. sicut. 75. vel vtrique tertius succedit, D. eod. l. Granius. 75. Hæc dicta sint de fideicommissis.

Tit. XLIII. Communia de legatis & fideicommissis, & de in rem missione tollenda.

I. 4.	*§. sed quia, 6. j.*
II. 4.	*§. sin autem sub conditione. 6. j. 9.*
III. in pr. 5. j.	
§. sed etsi quis. 5. ij.	*§. vlt. 6. 19. 20. 21.*

1 HVius tituli duæ sūt partes. § In priori par-
2 te plura explicantur, quæ sunt legatis & fideicōmissis cōmunia, quamquàm superioribus quoque titulis talia multa exposita sunt. Sed illa fere omnia etiam ante Iustinianum communia fuerunt: hæc verò ipse Iustinianus cōmunia fecit: nam omnes huius tituli constitutiones Iustinianū
3 auctorem habent. § Hæc pars diuiditur in tria capita.
4 § Primo capite differentia tollitur inter legatorū genera, necnō inter legata & fideicōmissa: & ex omnibus æquè dantur, actio personalis ex testamento, rei vindicatio, & in rebus à testatore profectis actio hypothecaria, l. 1. & 2. & Inst. de leg. §. sed olim. & §. seq. vide ibi
5 nostram Analysim. § Secundo capite agitur de optione relicta. Optio ab electione olim differebat: quoniā optio erat actus solemnis, electio verò non solemnis. Sed hodie, solemnitatibus veterum sublatis, inter optionem & electionem nihil discriminis ponimus. Verbum autem relinquendi est vltimarū voluntatū proprium, D. de tab. exhib. l. 1. §. pe. Nec illud ignorandum est, electionem admitti in rebus testatoris, non in reb. alienis, exempli causa, is, cui serui optio legata est, vnum ex seruis testatoris eligere debet, D. de opt. lega. l. 2. §. data. Hoc titulo de optione relicta duo constituuntur. I. Si pluribus optio relicta sit; vel si plures sint heredes eius, cui optio relicta fuit, qui in eligendo dissentiant: res sorti committitur; vt is, quem sors prætulerit, eligendi potestatē habeat, ac rem electam accipiat: ceteris verò æstimationem partium ad eos pertinentium præstet. Serui autē & ancillæ secundum Iustinianeam definitionem æstimantur, l. vlt. in pr. & Inst. de lega. §. optionis. II. Si cui relictus sit seruus, vel alia res, quem seu quam Titius elegerit; Titius autem vel noluerit, vel morte præuētus non potuerit eligere: ipse legatarius seu fideicommissarius eligere poterit: sic tamen, vt nec optimū ex eo genere possit, nec deteriorem cogatur eligere, d. l. vlt. §. 1. Quod obseruatur etiam in genere, puta homine simpliciter legato, D. de lega. 1. l. legata generaliter.
37. in pr. § Tertio capite agitur de alienatione prohi- 6
bita: de qua plura docui supr. tit. prox. c. 4. de effectu fideicommissi vtilis, quæst. 7. in præsentia verò dantur quinque regulæ. I. Heres rem purè vel ex certa die legatam, seu per fideicommissum relictam alienare, vel obligare nequit, l. vlt. §. sed quia. Rem verò sub conditione vel incerta die relictam alienare, vel obligare interim potest. rectiùs tamen faciet, si ab omni alienatione abstineat, d. l. vlt. §. sin autem sub conditione. II. Siue res purè, vel in diem relicta fuerit, siue cōditio dies- ve incerta legato vel fideicommisso adscripta extiterit: alienatio vel oppigneratio ab herede facta, nullius momenti est, sed pro non facta habetur; adeo vt nec vsucapio, nec longi temporis præscriptio contra legatarium vel fideicommissarium procedat, d. §. sin autem sub conditione. III. Qui rei grauamen non ignorans, eam ab herede emit, de euictione tantùm ad pretium recipiendum agit aduersus venditorem: sed neque duplæ stipulatio, neque medio, rationum petitio locum habet, d. l. vlt. §. vltim. IV. Qui fideicommissi vel legati non ignarus, rem ab herede pignori accepit; personalē actionem sibi contra heredem competentē non amittit, d. l. vlt. vers. creditori. V. Emptor bonæ fidei, id est, qui rei grauamen ignorabat, iura omnia ante dictam Iustiniani constitutionem emptoribus competētia retinet immutilata, vt actionem de dupla, & de meliorationibus: sicut etiam vsucapere, vel longo tēpore præscribere potest, d. §. vlt. vers. bonæ fidei. § In posteriori 7
parte huius tituli solemnis in rem missio, quæ olim fideicōmissi nomine aduersus extraneos rerum possessores fiebat, si heres soluendo non esset, à Iustiniano tollitur; quia dictæ actiones, personalis ex testamento, rei vindicatio, & actio hypothecaria, sufficiunt, l. 1. & Nou. 39. in princ.

Tit. XLIV. De falsa causa adiecta legato, vel fideicommisso.

I. 4.	*IV. 4.*
II. 5.	*V. 6.*
III. 6.	

TRia potissimùm legatis & fideicommissis acci- 1
dunt, non multùm inter se discrepantia, videlicet causa, modus, & conditio: de quibus hoc titulo, & duobus titulis sequentib. ordine agitur. Sed causa diuiditur in causam propriè dictam, quæ à demonstratione distinguitur, & nihil aliud est quam ratio, quæ testatorem impulit ad legandum vel fideicommittendum; & causam late acceptam, vt etiam demonstrationem comprehendat, vt in hac rubr. in qua proponitur agendum de falsa causa, cùm omnes leges subiectæ sint de falsa demonstratione: non possum enim

assentiri Cuiacio,qui leges primam & quartam accipit
2 de causa propriè dicta,id est,de ratione legãdi. ¶ Cau-
sa igitur est ratio legandi, vel per fideicommissum re-
linquendi:veluti,Mæuio,quia negotia mea gessit, cẽ-
tum do lego.Demonstratio est,quæ personam,cui ali-
quid relinquitur, vel rem quæ relinquitur, aliqua cir-
cumscriptione ostendit: vt, *Filio meo iuris Doctori cen-*
3 *tum do lego.* ¶ De demonstratione regula iuris est, Falsa
demonstratio non vitiat legatum vel fideicommis-
sum.quæ quidem regula obtinet,siue falsò demonstre-
tur res relicta, veluti, *Stichum seruum meum vernam Ti-*
tio do lego, cùm Stichus non verna,sed emptus sit,D.de
condit.& demonstr.l.demonstratio.17.in princ.& §.1.
& Instit.de lega.§.huic proxima.siue falsò demonstre-
tur persona,cui aliquid relinquitur, veluti, *Seio fratri*
meo do lego,cùm Seius frater non sit, D.eod. l.falsa. 33.
Huius regulæ specialia exempla ad rem relictam per-
tinentia habemus hoc titulu, quæ partim ad creditorẽ
debitori,partim ad debitorem creditori legantem, seu
4 per fideicommissum relinquentem respiciunt. ¶ Fin-
ge primò, creditorem in testamento fassum esse se re-
cepisse, quod sibi debebatur: putà defuncta in matri-
monio muliere, patrem eius in testamento scripsisse
dotem sibi fuisse à genero redditam. Cur ita testator
fateatur,triplex causa esse potest;id est,vel quia reuera
recepit;vel quia errauit,falsò putans sibi solutũ fuisse,
vel quia debitorem liberare voluit. Primo casu obli-
gatio & actio ipso iure per solutionem sublata est:cõ-
fessio autem testatoris tantùm ad probandum valet.
Secũdo casu debitor manet efficaciter obligatus. Ter-
tio casu habet exceptionem ex testamento, si ab here-
de conueniatur;& actionem contra heredem,vt ab eo
liberetur,l. 1.& l.4.vel per acceptilationem,vel per pa-
ctum de non petendo, secundum distinctionem supr.
traditam,tit.de fideicommissis, cap.4.quæst.8.num.32.
5 ¶ Finge secundò, aliquem legare Titio centum quasi
ei debita, cùm re vera non deberentur: veluti, *Heres*
meus centum aureos Titio soluito,quos illi debeo. Secundum
regulam supr. traditam, legatum Titio debetur, non
obstante illa falsa demonstratione, *quos illi debeo*, l. 2.
6 ¶ Finge tertiò, maritum vxori legasse dotem, quam
non accepit: si quidem certum corpus,vel certam quã-
titatem expresserit,putà si scripserit, *Centum,qua in do-*
tem accepi, vel, *fundum, quem in dotem accepi,vxori mea*
do lego,legatum debetur. Idémque dicendũ, si demon-
strationem ad dotale instrumentum retulerit, veluti,
Qua dotali instrumento continentur, vxori mea reddi volo:
his enim casibus certa est res relicta,& falsa demõstra-
tio nõ nocet. At si ita scriptum sit, *Dotem,quam ab vxo-*
re mea accepi, vel, *Quicquid ad me dotis nomine peruenit,*
vxori mea reddi volo:cùm nihil dotis nomine acceperit:
nihil legato,seu fideicommisso continetur,l.3.& l. vlt.
7 & Instit.de lega.§.sed si vxori. ¶ Ex dictis patet,falsam
demonstrationem non nocere legato vel fideicom-
misso.Non propterea tamen putandum est,per falsam
demonstrationem induci legatum vel fideicommis-
sum. Exempli causâ, si quis,cùm Titio nihil legasset,
ita in testamento scripserit, *Ex centum, qua Titio legaui,*
heres meus quinquaginta Seio dato:falsa centum Titio le-
gatorum demonstratio nec Titio prodest,nec Seio no-
cet,nec eidem Seio prodest:quia Titius nihil,Seius au-
tem tantùm quinquaginta petere poterit,D.de condit.
8 & demonstr.l.cùm tale.72. §.vlt. ¶ Falsa verò legandi
causa minùs legato nocet, quàm falsa demonstratio,
dummodò non sit conditionaliter concepta. Finge in
testamento scriptum esse, *Titio, quia negotia mea gessit,*
centum do lego:hoc legatum Titio debetur,quamuis ne-
gotia testatoris non gesserit. At si ita scriptum sit,*Titio,*
si negotia mea gessit,centum do lego:propter defectum cõ-
ditionis legatum nõ debetur,nisi Titius negotia testa-
toris gesserit,d.l.demonstratio,§.quod autẽ.& §§.seqq.
& Inst.de lega.§ longè magis. ¶ Sed cur minùs nocet 9
falsa causa,quàm falsa demonstratio? quia demonstra-
tio est pars legati: causa verò legandi à legato separa-
ta est, d.l.cum tale.§.cum falsam.

Tit. XLV. De his,quæ sub modo legata vel fidei-
commissa relinquuntur.

I. 2. j. | *II. 2. y.*

MOdus est adiectio indicans quid defunctus 1
a legatario, vel fideicommissario post lega-
tum vel fideicõmissum acceptum fieri velit.
¶ De modo dantur h. t. duæ regulæ. I. Mo- 2
dus vim conditionis habet,l.1.Immo interdum appel-
latur cõditio,D.de ann.leg.l.liberto.31.§.Lucius. Dif-
fert tamen à conditione:quia conditio debet antè im-
pleri,quàm relictum aliquis capiat:modus verò postea
impletur,sed antea de eo implẽdo cauetur. Verbi gra-
tiâ,finge centum Titio relicta,si monumẽtum fecerit:
Titius non antè centum petere poterit, quàm monu-
tum fecerit:at si legata sint ei centum, vt monumentũ
faciat:ad legatũ admittitur præstita cautione de mo-
numento faciendo,D.de lega.iij.l.si tibi. 19.& de con-
dit.& demonstr.l.quibus diebus.40.§. vlt.& l.eas cau-
sas.80.& de fideicommiss. libert.l. cùm in testamento.
48.In eo autem conditio & modus comparãtur, quòd
sicuti mixta conditio,veluti, *Si Titio nupserit*, pro im-
pleta habetur,si per Titium stet,quò minùs nuptię cõ-
trahantur, vt exposui sup. de institut. & substitut. sub
conditione fact.parte t.c. 3.ita etiam de modo consti-
tuitur,d.l.1.vbi mulier fideicommissum sibi relictũ, vt
Titio nuberet,quamuis et non nubat,tamen retinet, si
per Titium stet,quò minùs nuptiæ contrahantur.Itaq;
in fine huius constitutionis ex manuscriptis legendum
retineat, non vt in vulg. Codicib. legitur, *obtineat*. I I.
Modus fideicommissum inducit,id est,ei, qui in modo
nominatus est,fideicommissum relictum censetur; ve-
luti si in testamento scriptum sit, *Titio insulam relinquo,*
vt eam Mæuio restituat: vel ita, *vt Mæuio cẽtum persoluat*:
ex his verbis insula,vel centum Mæuio relicta censen-
tur:ita vt inde actio fideicommissi Mæuio detur.Nihil
autem refert,vtrùm ad conditionem,an ad modũ ver-
ba respiciant, id est, vtrùm modus sit conceptus sub
conditione, veluti, *Titio insulam relinquo,vt,si nauis ex*
Asia venerit,eam Mæuio restituat;an purè conceptus sit,
vt in exẽplis supr.allatis.Item nihil refert, vtrùm mo-
dus consistat in dando,veluti,*vt centum Mæuio det*; an
in faciendo, veluti, *vt Mæuio insulam faciat*: in his
enim omnibus casibus datur actio fideicommissi, l. 2.
in princ. Prærerea si testator aliquem heredem insti-
tuerit,vel alicui legauerit, aut per fideicommissum re-
liquerit hoc modo, ne à Titio debitore suo petat, Ti-
tius,si conueniatur,exceptione se tueri poterit,d.l.2. §.
1. Ergo ex modo, vt ex aliis quoque fideicommissis,
tam actio,quàm exceptio competit.

Tit. XLVI. De conditionibus insertis tam legatis,
quàm fideicommissis,& libertatibus.

I. 5. | *V. 9.*
II. 6. | *VI. 7.*
III. 11. | *VII. 12.*
IV. 10.

POstquàm de legatorum & fideicommissorum 1
causis & modis dictũ est, consequenter dicen-
dum de conditionibus, quæ adscribuntur le-
gatis,vel fideicommissis,vel libertatibus in vltima vo-
luntate relictis. ¶ Quotiescũq; legata & fideicõmissa 2
distin

distinguuntur à libertatibus, intelliguntur legata &
fideicommissa pecuniaria : alioquin libertas etiam le-
3 gatur, vel per fideicommissum relinquitur. ¶ Hic titu-
4 lus diuiditur in duo capita. ¶ Priori capite consideran-
tur conditiones respicientes ad personam oneratam:
5 quæ quidem duæ sunt. ¶ Prima conditio est, *si sine li-
beris decesserit*. Quæ etiam vno ex filia nepote relicto
deficit, l. 1. & infr. ad S. C. Trebell. l. 6. §. pen. cùm quia
liberorum appellatione non solùm filij, sed etiam ne-
potes & omnes descendentes continentur, D. de ver-
bor. signif. l. liberorum. 220. tum etiam quia verbum li-
berorum, cùm in numero multitudinis efferatur, etiã
de vno verè dicitur; adeo vt non dicatur decedere sine
liberis, qui vno filio vel nepote relicto decedit, D. eod.
6 l. non est sine liberis. 148. & l. seq. ¶ Secunda est con-
ditio. Si à marito non diuerterit : de qua agitur in l. 2.
Cuius species ita fingenda est: Testator filiam suam
heredem instituit, & ab ea fideicommissum in diem
certam reliquit, putà eam rogauit centum aureos Gal-
licano intra annum soluere : ac iussit, vt eadem filia de
fideicommisso sua die præstando Gallicano caueret, si
à marito non diuerteret. Post mortem testatoris, cùm
mulier à marito non diuerteret, Gallicanus sibi ab ea
de fideicommisso caueri petit. Negat mulier se ad ca-
uendum teneri, hoc argumento: quia pater iubens eam
cauere, si non diuertat, eam ad diuortium faciendum
inuitasse videtur contra bonos mores; etenim per ar-
gumentum a contrario sensu colligitur eum remisisse
necessitatem cauendi, si filia diuerteret : hæc autem
diuortij conditio remitti solet, ac pro non scripta ha-
beri, supr. de instit. & substit. sub condit. fac. l. 5. &
D. de vsu & habitat. l. sed neque. 8. §. 1. Vnde mulier
colligit, perinde habendum, ac si pater simpliciter
necessitatem cauendi sibi remisisset : quam testatoris
voluntatem valere constat, D. vt legator. nom. cau. l. li-
cèt. 12. & l. vlt. in princ. quocumque indicio probetur,
infr. vt in possess. legat. l. 2. & D. de condit. & demonstr.
l. auia. 77. §. vlt. Hoc argumento non obstante, respon-
dent Imperatores mulierem ad cauendum compelli
edicto prætoris, quod caueri his casib. iubet, D. vt legat.
nom. cau. l. 1. in princ. Ad dictum argumentum respõ-
dent, mulierem ex dissimili arguere, idcirco cõsequen-
tiam illius argumenti non esse necessariam: quia quo-
tiescumque conditio remittitur, hæc voluntas est con-
tra ius; testatoris autem voluntas, cui conditio est ad-
scripta, non est cõtra ius: veluti cùm quis mulieri cen-
tum legat, si à marito diuertat : ergo remittitur, quod
est contra ius, vt simpliciter legatum habeat effectum:
at in casu proposito mulier ex eo quòd non obtempe-
rauit voluntati testatoris, id est, quia non diuertit, vult
aliud quoque sibi remitti, quod neque testator, neque
ius sibi remisit: non testator, quia cautionis necessita-
tem non remisit nisi mulier diuerteret, ipsa autem non
diuertit: non ius; quia simpliciter prætor caueri iubet.
Denique prætor simpliciter & indistinctè iubet here-
dem de legato, vel fideicommisso præstando cauere:
testator autem idem iussit sub conditione, si non di
uerteret: edictum igitur prætoris præualet, cõtra quod
non valet argumentum à contrario sensu : ac mulier
omnino cauere debet, receptissima namque sententia
est, argumentum à contrario sensu cessare, si quid inde
colligatur contra iuris dispositionem, vt notatur à
7 Doct. in l. 1. D. de offic. eius cui mand. est iurisd. ¶ Po-
steriori capite explicantur conditiones respicientes ad
personam legatarij, vel fideicommissarij. Cùm autem
conditionum aliæ sint potestatiuæ, aliæ fortuitæ seu
casuales, aliæ mixtæ: de fortuitis hic nihil habetur. De
potestatiuis vna quæstio tractatur, si pluribus sub ea-
dem conditione relictum sit, vtrùm necesse sit omnes
simul eam implere, an singuli seorsum pro partibus

implere possint, vt quilibet conditionem pro sua parte
implens, relicti partem accipiat. Finge Titio, Mæuio, &
Sempronio fundum relictum sub conditione, si tri-
ginta dederint heredi : potest ne Titius dando decem,
petere tertiam partem fundi? Respõdetur posse, l. pen.
quia pluralitas resoluitur in singularitates, de qua re-
gula dixi supr. ad tit. de impub. & al. substit. parte 2.
quæst. 2. In casu igitur proposito res legata est diuidua,
& conditio diuidua : adeo vt quilibet pro sua parte
conditionem implens, legatum pro sua parte accipiat;
vel conditionem negligens, legatum amittat.
¶ Mixtæ conditiones quatuor considerantur. ¶ Pri- 8
ma est conditio, *cùm nupserit*. Finge puellæ in potestate 9
patris constitutæ relictum fideicommissum cùm nup-
serit : quærentibus de effectu huius fideicommissi di-
stinguendum est : aut enim mulier tempore nuptiarũ
erat in potestate patris, aut emancipata. Priori casu pa-
tri fideicommissum acquirit iure veteri: sed ex consti-
tutione Iustiniani tantùm commodum, id est, vsum-
fructum patri acquirit. Posteriori casu sibi acquirit, &
moriens ad suos successores transmittit, l. 5. ¶ Secun- 10
da est conditio, *si filio testatoris nupserit*, l. 4. quam expo-
sui supr. de condit. instit. par. 1. cap. 3. ¶ Tertia est con- 11
ditio *si cum matre sua commorabitur*, l. 3. vbi pater natu-
ralis filio ex focaria, id est, concubina suscepto legauit
sub cõditione, si cum matre sua morabitur: ergo si cum
ea morari nolit, legatum perdit; quia per eum stat, quò
minùs impleat conditionem. Vide quæ tradidi d. c. 3.
¶ Quarta cõditio est, *si quid heredi dederit*, libertate ad- 12
scripta. Finge, post mortem testatoris, cùm alio loco
esset heres, alio seruus cui libertas sub ea conditione
relicta fuit, seruum ad heredem proficiscentem, rem,
quam dare debebat, quouis casu in itinere amisisse, vt
putà quia fuit à latronibus erepta; vel cùm seruum vi-
carium dare deberet, hic in itinere decessit : certè stri-
cto iure inspecto libertas non cõpetit: quia cùm mixta
conditio casu fortuito deficit, legatum vel fideicom-
missum non debetur, vt docui supr. de condit. instit. d.
cap. 3. Sed fauore libertatis Iustinianus constituit, vt li-
bertas competat: sic tamen, vt seruus, qui libertatem
consequitur, vel rem, si possit, vel eius æstimationem
heredi dare secundum testatoris voluntatem compel-
latur, l. vlt.

Tit. XLVII. De vsuris & fructibus legatorum, seu fideicommissorum.

I. 2. | *III.* 4.
II. 2. 5. | *IV.* 2.


Ccidentia sup. exposita, id est, causa, mo- 1
dus, & conditio, in forma & ratione le-
gandi, seu fideicommittendi spectantur:
ipsi autem rei relictæ, propter moram
heredis, vel alius personæ oneratæ, acce-
dunt vsuræ, si pecunia relicta sit; vel fructus, si relicta
sit res fructuosa, vt fundus.
¶ Hæc autem debentur non à die mortis testatoris, 2
sed post litem contestatam : siue res vindicetur, siue
agatur in personam ex testamento, l. 1. l. 2. in fin. & l.
vltim. (vbi quod dicitur de die mortis, debet intelligi
de morte testatoris) & D. de lega. 3. l. quæsitum. 91.
§. vltim. quia mora per litis contestationem euidenter
probatur : interdum tamen hæc ante litis contestatio-
nem deberi incipiunt, videlicèt si mora præcessit:
quoniam in bonæ fidei iudiciis debentur ex die mo-
ræ, D. de vsur. l. mora. 32. §. in bonæ fidei. legata verò &
fideicommissa, etsi stricti iuris sunt, D. de in lit. iur. l. 6.
& de eo quod cert. lo. l. 5. tamen quod ad fructus &

vſuras,comparantur iudiciis bonæ fidei, D.de vſur.l. vſuræ.34.Moram ante litis conteſtationem fieri intellige vel per interpellationem congruo loco & tempore factam,D.eod.d.l.mora.32.in princ.vel re ipſa ſine interpellatione,veluti ſi minori 25.annis legatum ſeu fideicommiſſum debeatur,ſup.in quib. cau.in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria, l.3.Interdum è contrario ne quidem poſt litem cōteſtatam vſuræ debentur:quia per litis conteſtationem reus in mora non cōſtituitur, videlicèt ſi iuſtam habeat cauſam litigandi, D.eod. l.ſi quis ſolutioni.24.in pr.veluti propter Falcidię computationem,quæ ferè per iudicem expediri ſolet,d.l. 3. in
3 princ.& D.de lega.13.l. qui ſolidum. 78. in pr. ¶ Nota primò, tempus quatuor menſium, quod damnatis ad ſoluendum conceditur,ita demū eſſe immune ab vſuris & fructibus præſtandis,ſi mora ſententiam nō pręceſſerit.Quod etſi rarò accidit,tamen interdum cōtingit,vt in dicto caſu,cùm Falcidię computatio per iudicem deciditur,d.l.3. & infr.de vſur. rei iudic. l. 2. & 3.
4 ¶ Nota ſecundò,moram ſolutioni legati vel fideicommiſſi factam,nocere heredi,vel alij, qui fideicōmiſſum debet, non ſolùm quia ex eo tempore vſuras,aut fructus pręſtare tenetur,vt iam expoſui;ſed etiam quia ex eo tempore rei periculum ad eum ſpectat, l.3. quod & in aliis obligationibus receptum eſt, D.de verb. oblig.
5 l.ſi ex legati.23. ¶ Nota tertiò,ſi dubitetur,an ſit locus Falcidiæ, legatarium vel fideicommiſſarium ſatiſdantem ſe reſtiturum quanto amplius, quàm per legem Falcidiam liceat,acceperit, ſolidum relictum cōſequi, l.2.quod edicto prætoris introductū eſt, D.ſi cui pluſquàm per legem Falcidiam licuerit,l.1.in princ. Quòd ſi ſatiſdare non poſſit,tunc in iudicio de legato vel fideicommiſſo (quod iudicium eſt arbitrarium,ſi in rem agatur,D.de rei vindic.l.& ex diuerſo. 35. §.1.& l. qui reſtituere.68.)hæc quæſtio decidetur: & arbiter vel in ſolidum, vel deducta Falcidia,ſolui relictum iubebit,d. l.2.vbi dicitur dari arbiter,quia iudicium(vt modò notaui,eſt arbitrarium. Falſa autem eſt eorum nota, qui accipiunt pro arbitro ad fideiuſſores probandos dato: quia in præcedentibus verbis contextus dicitur fideicommiſſarium ſatiſdare non potuiſſe, id eſt,fideiuſſores non inueniſſe.

Tit. XLVIII. De incertis perſonis.

1 PErgit in explicandis iis,quæ ſunt legatis & fideicommiſſis communia:ac tractat de legatis & fideicommiſſis, quæ incertis perſonis relicta ſunt: nam olim non valebant, ſed ex conſtitutione huius tituli, cuius auctor eſt Iuſtinianus, confirmantur. Verùm hæc conſtitutio non extat: ſed eius ſententia refertur partim ab ipſo Iuſtiniano Inſtit. de lega.§. incertis.& §.Sed nec eiuſmodi. partim à Photio Nomocan. tit. 2. cap. 1. cuius Græca verba,quia non ſunt edita, referre libet.Sic autem habent: λέγει δὲ ἡ α΄ καὶ μόνη διάταξις τοῦ μη΄ τίτ. τοῦ ς΄ βιβλίου τοῦ Κωδ. ὅτι ἔρρωται τὸ καταλιμπανόμενον θεμιτῷ συστήματι ἢ σωματείῳ, οἷον συγκλητικοῖς, ἢ βουλῇ, ἢ τάξει ἄρχοντος, ἢ ἰατροῖς, ἢ διδασκάλοις, ἢ συνηγόροις, ἢ στρατιώταις, ἢ ἱερεῦσιν, ἢ ἑτέροις τισὶ καὶ μερίζονται κατὰ πρόσωπον ἐξ ἴσου οἱ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τελευτῆς ἐν τῷ καταλόγῳ εὑρισκόμενοι εἰ μὴ ῥητὸν ποσὸν ὁ διαθέμενος ἑκάστῳ ὥρισε. Καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς αὐτῆς διατάξεως. ὅτι ἐὰν πρὸς ἅπαξ ἢ ἐτήσιον καταλειφθῇ εὐσεβῶς ἢ ἐκκλησίαις, ἢ ξενῶσιν, ἢ πτωχείοις, ἢ εὐαγέσιν οἴκοις, ἢ κοινῷ κληρικῷ, ἢ εἰς αἰχμαλώτων λύσιν, ἢ αὐτοῖς τοῖς πτωχοῖς, ἢ τοῖς αἰχμαλώτοις· κρατεῖ ἡ τοῦ τελευτήσαντος βούλησις.id eſt, *Dicit autem prima & ſola conſtitutio tituli 48.libri 6. Codicis,ratū eſſe,quod relinquitur licito collegio, vel corpori, vt ſenatoribus, aut curiæ, aut officio magiſtratus,aut medicis,aut profeſſoribus,aut aduocatis,aut militibus,aut ſacerdotibus, aut aliis cuiquam: ac eos viritim* & *ex æquo* inter *ſe partiri, qui tempore mortis* teſtatoris *in albo deſcripti reperiuntur. Et in calce eiuſdem conſtitutionis* dicitur. *ſi ſemel, aut annuum* quid *piè relictum ſit vel eccleſiis,vel xenonibus,vel ptochiis,vel venerabilibus domibus, vel communi clericorum, vel ad captiuorum redemptionem,vel ipſis pauperibus,vel captiuis; defuncti voluntatem valere.*

¶ Vt autem omnia methodicè exponantur, I. Definitiones proponam. II. Ius antiquum declarabo.III. Ius nouum explanabo. ¶ Initiò duæ definitiones ponendæ ſunt,vt intelligatur,quid ſit id,de quo agitur. I. Incerta perſona eſt, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubiicit: quia ſcilicèt ignorat, quæ, & qualis perſona futura ſit:veluti, *Quicumque filio meo filiam ſuā nuptum dederit*: vel, *Qui primi poſt teſtamentum ſcriptum conſules deſignabuntur*,Iuſtit.de lega. §. incertis. Vlpian. eod.tit.§. incertæ. II.Incerta perſona ſub certa demōſtratione dicitur, cùm ad certas perſonas coangustatur,veluti,ex cognatis meis,qui nunc ſunt, qui primus filiam meam vxorem duxerit,d.§.incertis, d.§.incertæ. 2
3
¶ Iuris antiqui regula eſt, incertis perſonis relinqui nihil poterat,d.§.incertis.& d.§.incertæ. ¶ Hæc regula producitur. I. Quia obtinebat etiam in teſtamento militis, d. §. incertis.II. Quia obtinebat etiam in poſtumis alienis, Inſtit. de lega.§.poſtumo.& in collegiis atq; vniuerſitatibus,quia ſunt corpora incerta: proinde licebat quidem relinquere ſingulis municipibus, vel collegiis; non tamen ipſi municipio, vel collegio: Vlpian.tit.qui heredes inſtitui poſſunt, §.nec municipia. III. Quia locum habebat tam in legatis, quàm in fideicommiſſis,& libertatibus,necnon in tutorum datione,d.§.incertis.& D.de teſtam.tut.l.tutor. 20. in pr. multò igitur magis in hereditatibus,Vlp.d.t.qui heredes inſtitui poſſunt,§. incerta. ¶ Erant etiam quædam exceptiones. I. Incertis perſonis ſub certa demonſtratione relinqui poterat,d.§.incertis,d.§.incertæ & D.de reb.dub.l.5.in pr. II. Vniuerſitatibus quibuſdā ex ſpeciali priuilegio conceſſum erat,vt ex teſtamento caperent,ſup.de hered.inſtit.l collegium.8.vt eccleſiæ, ſup. de ſacroſanc.eccl.l.1. III. Poſtumo alieno per fideicōmiſſum relinqui poterat,D.de iur.codicill.l.2.in princ. & de reb.dub.l.5.§.vlt.l.6.& l.7.in princ.Vtrùm autem libertas ei relinqui poſſet, dubitabatur, infr. de fideicommiſſar.libert.l.cùm inter.14.IV.Poſtumus alienus heres inſtitutus, etſi iure ciuili heres fieri non poterat, tamen prætor ei bonorum poſſeſſionem dabat ſecundum tabulas, Iuſtit. de bon. poſſ. in princ. V. Incertæ perſonæ ſolutum,repeti non poterat, tamquàm debitum naturaliter, d. §. incertis. in fin.Hæc dicta ſint de iure antiquo. 4
5
6

¶ Iam dicamus de iure nouo,quod Iuſtinianus conſtituit. I. Dictam regulam ſuſtulit, & ſtatuit etiam incertis perſonis relinqui poſſe quouis titulo,d.§.ſed nec eiuſmodi. II. In tutore dando ius antiquum retinuit: quia datio incerti tutoris periculoſa eſſet pupillo, d.§. ſed nec eiuſmodi.III. Dictam dubitationem de fideicommiſſaria libertate ſeruo in vtero exiſtenti relinquenda ſuſtulit, ac fideicommiſſum valere & libertatem præſtari iuſſit, d.l.cùm inter. IV. In corporib. & vniuerſitatibus ſeu collegiis ita diſtinxit: Aut licita ſunt,aut illicita.Illicitis relinqui non poteſt: licitis legari vel per fideicommiſſum relinqui poteſt. Nomocan.d.tit.2.cap.1.Non tamen permiſit, vt collegia licita poſſint hereditatem capere, niſi ſpeciali priuilegio muniantur, ſupr.de hered.inſtit.l.collegium.8.vbi notaui. V. Poſtumum alienum inſtitui heredem permiſit; vt non ſolùm iure prætorio bonorum poſſeſſionem petere;ſed etiam iure ciuili heres fieri poſſit,Iuſt. de bonor. 7

3 de bonor.poss.in princ. ¶ Contra ea, quæ de iure nouo dixi, I. Opponitur l.quoties.9.§.heres. D.de hered. instit.vbi dicitur,neminem posse heredem institui, nisi vt certè demonstretur. Quibus verbis videtur significari, incertam personam non posse heredem institui, nisi sub certa demonstratione. Idcirco putat Cuiac. hunc §. non debuisse in Pandectis inseri.Ego verò existimo sententiam huius §. non esse referendam ad incertas personas,sed ad alios casus,hoc est, Iurisconsultum de iis loqui, quorum demonstratio certa nec est ab initio, nec ex postfacto, veluti si testator dixerit, *Titius heres esto*:& duo sint Titij, æquè amici testatoris; nec appareat, vtrum testator heredem esse voluerit, D.de hered.instit.l.in tempus.62.§.1. nam incerta persona,veluti, *Qui primus in Capitolium adscenderit*,ex post facto certa fit, nimirum cùm aliquis in Capitolium primus adscendit. II. Opponitur l.sciendum.70. in pr. D.de verb. signif. vbi hac substitutione, *Quisquis mihi heres erit, idem filio meo impuberi heres esto*, non continetur heres heredis; quoniam incertus est. Vnde Cuiac. putat hunc quoque contextum debuisse à Triboniano prætermitti. Ego autem distinguendum arbitror inter quæstionem,an incerta persona possit institui,& an instituta videatur: nam Iustinianus in prima quæstione nouum ius introduxit, & institutionem incertæ personæ confirmauit:de secunda quęstione,ad quam spectat d. l. sciendum.nihil statuit, manet igitur, quantum ad hoc, ius antiquum incorrectum: vt hac appellatione, *quisquis mihi heres erit*, tantùm primus heres indicetur, non heres heredis.

Tit. XLIX. Ad S.C.Trebellianum.

I. 7.	*§.in supradictis.8.ij.*
II. 7.	*§ pen.8 iij.*
III. 5.iv.6.j.7.	*§.vlt.8 ij.*
IV. 5.v.7.	*VII. in princ.5.j ij.*
V. 6.j.ij.	*§.cùm autem 5.iij.*
VI. in princ.8.j.	*VIII. 7.*

1 DEminutio quoque relicti vltra dodrantem legatis & fideicommissis est cõmunis. Nam heres vltra dodrantem legatis vel fideicommissis oneratus,omnimodò quartam retinere potest ex lege Falcidia: quæ lata quidem est de solis legatis,sed per S.C.Pegasianum,quod Iustinianus partim aboleuit,partim in Trebellianum transtulit, Instit. de fideicomm.hered.§.sed quia stipulationes. producta est ad fideicommissa tam vniuersalia, quàm particularia,Instit.eod. §. sed quia heredes. Quamobrem Doct. quartam,quæ detrahitur de legatis, vocant Falcidiam: eam verò,quæ de fideicommissis deducitur, Trebellianicam appellant.Sed hæc quoq; in legibus nominatur Falcidia,D.h.t.l.1.§.inde Neratius.l. cùm heres. 51. l. si patroni.55.§.qui fideicommissam.l.deducta.58.§. acceptis.& si quis aliquem testari prohibuerit,l. 2.§. vltim. & Instit.quib.mod.testam.infirm.§. sed & si quis. quia S.C. non introduxit nouum ius per se, sed legé Falcidiam loquentem de legatis,produxit ad fideicommissa in testamento relicta: vt vbi est eadem ratio, sit idem ius. Accessit deinde S.C. constitutio Diui Pij producentis eandem legem Falcidiam ad fideicommissa relicta ab intestato, D.ad legem Falcidiam.l.filiusfamiliâs. 18. quamuis igitur verba legis Falcidiæ tantùm legatorum mentionem faciant, tamen ex mente & interpretatione legis idem obtinet in omnibus fideicommissis: scimus autem ex lege descendere, non solùm quod est ex verbis, sed etiam quod est ex mente & interpretatione,D.de verb.signif.l.6.§.1.quocirca siue de legatis, siue de fideicómissis quarta deducatur;rectissi-
me nominatur Falcidia. ¶ Ex dictis patet, S. C. Tre- 2
bellianum esse posterius lege Falcidia, idcirco in Institutionibus & Digestis posteriori loco exponitur: sed hîc explicatur ante legem Falcidiam: quia Falcidia tantùm loquitur de legatis particularibus: S. C. verò tractat de fideicommissis tam vniuersalibus,quàm particularibus: constat autem vniuersalia esse digniora particularibus, quippe quæ loco heredis constituunt, Instit. de fideicommissar. hered. §. restituta. quare in hac iuris parte, in Codice adhibetur ordo à dignioribus: in Digestis autem, & Institutionibus ordo à vetustioribus: non enim semper obseruatur in iure eadem methodus, (quemadmodum nec aliis scientiis) vt notaui in Analysi, Instit. ad §. his igitur. de iustit, & iur.

¶ Diuido hunc titulum in duo capita. ¶ Prius ca- 3
put,in quo generaliter agitur de fideicommissis, diui- 4
ditur in tria segmenta.

¶ In primo segmento de personis, id est, de eo qui 5
est oneratus fideicommisso, & de eo cui fideicommissum debetur, quinque regulæ traduntur, I. Fideicommissum,quod infanti, aut furioso debetur, tutori, vel curatori soli restitui potest,l.pen.in princ. II.Si infans, vel furiosus sit fideicommisso oneratus:tutor vel curator solus potest id restituere, d.l.pen. vers. hoc eodem. III.Si heres iussus restituere,latitet,vel sine successore decesserit; vel fideicommissarius,cui ex Trebelliano restituta est hereditas,alij res hereditarias restituere iussus sit:ipso iure vtiles actiones ad eum transferuntur, cui fideicommissum debetur, d.l.pen. §. 1. IV. Fideicommissum etiam reipublicæ relinqui potest, l. 3. Vide, quæ supr.tradidi,tit.prox. num. 6. V. Fideicommissum relictum ab herede instituto, censetur tacitè repetitum à substituto, l. 4. Vide supr.de fideic. cap.1.quæst. 2. reg. 3.

¶ In secundo segmento,de causa, ex qua debetur fi- 6
deicommissi restitutio, dantur duæ regulæ. I. Restitutio fideicommissi ex S.C.Trebelliano fit,etiam cùm fideicommissum relictum est ab intestato,l.3.& l.5. Hoc tamen non ex verbis S.C.obtinet, sed ex constitutione Diui Pij, vt initio huius tituli notaui ex l. filiusfamiliâs. 18. D. ad legem Falcid. Lege, quæ docui Isag. h. t. num. 1. II. Fideicommissum etiam sine scriptura relinqui potest,d.l.5.

¶ In tertio segmento quæritur, quid restituatur, 7
& ad fideicommissarium transferatur? vbi sic distinguitur: Aut heres non vult adire, aut sponte sua adit hereditatem. Si nolit adire: periculo fideicommissarij cogitur adire, eique hereditatem restituere; ita vt nec damnum,nec commodum inde sentiat,Instit. de fideicommissar.hered.§.sed quia stipulationes. Ergo quartam hoc casu non retinebit, & si post iussum iudicis adire cogentis, priùs moriatur, quàm hereditatem adeat, coheres & substitutus eodem fideicommisso sine deductione quartæ est obstrictus:nam relicta ab instituto (vt suprà notaui) tacitè censentur repetita à substituto. Sin autem heres sponte sua hereditatem adeat,subdistinguitur:vel enim partem, vel totum restituere rogatus est. Si partem restituit,onera hereditaria, & legatorum præstatio pro rata portione transferuntur ad fideicommissarium,l.2.Totum restituere rogatus,aut quartam retinet,aut totum soluit,siue sciens, siue per errorem iuris, aut facti. Si quartam retineat; onera hereditaria diuiduntur inter heredem & fideicommissarium pro quadrante & dodrante:quare si heres creditoribus hereditariis vltra quadrantem soluerit, id à fideicommissario repetit, l. 1. Si totum sponte sua sciens, vel per errorem iuris restituit, non potest solutum repetere, infr. tit. proxim. l. error. 9.

sed ad fideicommissarium onera transeunt etiam sol-
uendorum legatorum & fideicommissorum particula-
rium, l.vlt. Si verò per errorem facti totum restituat:
quartam, & quartæ fructus repetit, l. 3. per condictio-
nem indebiti, d. l. error. in quam actionem constat
etiam fructus venire, D.de condic. indeb. l. in summa.
66.§.ei qui indebitum.& de vsur. l.videamus generali.
38.§.item si indebitum. Hæc dicta sint de priori capite
huius tituli.

8 ¶ Posteriori capite specialiter tractantur duo casus.
Primus casus est, cùm pater, vel mater filios vel filias
heredes instituit, ac rogauit eum, qui prior sine liberis
decesserit, hereditatẽ superstiti, vel superstitibus resti-
tuere. Alter casus est, cùm pater vel mater filium, seu fi-
liam heredẽ instituit, & rogauit hereditatẽ nepotibus,
vel neptibus, vel pronepotibus, vel proneptibus re-
stituere. De his duobus casibus tria tradũtur. I. Quarta
retinetur de rebus hereditariis, quarum fructus non
imputantur in quartam, etiamsi testator id iusserit, sed
præter quartam cedunt lucro heredis, l. 6. in princ.
II. Satisdatio de fideicommisso restituendo non præ-
statur, nisi vel testator satisdari iussit, vel filius, seu filia
rogatus rogatáve nepoti vel nepti, id est, filio suo vel
filiæ suæ (idem intellige de pronepote, & pronepte) he-
reditatem restituere, transiit ad secundas nuptias, d.l.6.
§.1. Hæc duo tantùm dictis duobus casibus locum ha-
bent, nec sunt producenda ad alias personas, vel alios
casus, d.l.6.§.vlt. III. Illa conditio, *si sine liberis decesserit*,
vno filio, vel nepote ex filio, seu filia nato, vel prone-
pote, vel postumo relicto, deficit, d.l.6.§.pen. Hoc non
est dictorum casuum proprium, sed generaliter in om-
nibus casibus obtinet, supr. de condit. inser. l. 1. & D.de
verb.signif. l.non est sine liberis. 148. & l.seq.

Tit. L. Ad legem Falcidiam.

I. 18.*ij.*	*X.* 10.
II. 7.*j.ij.* 14. 15.	*XI.* 12.
III. 7.*j.iij.*	*XII.* 7.*iv.*
IV. 7.*j.* 14.	*XIII.* 6.*ij.*
V. 7.*iij.v.*	*XIV.* 11.
VI. in princ. 3.*j.*	*XV.* 19.
§.*j* 7.*j.*	*XVI.* 5.*ij.* 20.
§.*vlt.* 13.	*XVII.* 7.*j.* 11. 14.
VII. 5.*iij.* 17.	*XVIII.* 7.*iij v.*
VIII. 5.*j.* 7.*j.* 9.	*XIX.* 18.*ij.*
IX. 7.*v.* 18 *ij.*	

1 QVemadmodum quarta de fideicommissis
deducitur ex S. C. Trebelliano, & produ-
ctione legis Falcidiæ: ita de legatis detrahi-
tur ex ipsis verbis legis Falcidiæ: quæ qui-
dẽ est plebiscitum: tulit enim P. Falcidius tribunus ple-
bis temporibus Augusti, dist. 2. c. quædam. Dion. in Au-
2 gusto. ¶ Quia verò lex Falcidia modò locũ in testamen-
tis habet, modò cessat, rectè hic titulus diuiditur in duo
3 capita. ¶ Priori capite de casibus, quibus locus est legi
4 Falcidiæ, deciduntur quinque quæstiones. ¶ Primò
quæritur, quæ de bonis deducantur ante Falcidiã? Tria
in primis deducuntur, æs alienum, impensa funeris, &
pretia seruorum, quibus libertas relicta est, Instit. h. t.
5 §.vlt. ¶ De ære alieno hæc notentur. I. Omne æs alie-
num deducitur, atque adeo etiam quod defunctus he-
redi debebat mortis tempore, licèt aditinne heredita-
ris actio confusa sit, l.6. in princ. Hoc obtinet etiam in
fideicommisso, quòd defunctus heredi post mortem
suã debebat, putà quia sine liberis decessit, l.irritum. 8.
II. Si æs alienum totam hereditatem absorbeat, legata
& fideicommissa deberi non possunt, l.successores. 16.
III. Res alienæ in hereditate repertæ deducuntur
quasi æs alienum, etiamsi testator miles fuerit, l.7. ¶ De 6
libertate notetur, pretium seruorum in testamento ma-
numissorum, de bonis deduci duob. casibus. I. Cùm he-
res libertates præstitit, qui vult Falcidiam detrahere,
tunc pretium seruorum manumissorum deducitur,
etiamsi libertas sub conditione relicta fuerit, dummo-
dò conditio extiterit, D.eod. l.in quantitate. 73.§.cuius.
II. Si alius, quàm heres, putà legatarius, vel fideicom-
missarius fideicõmisso oneratus sit: vt enim heres ha-
bet beneficium Falcidiæ, ita huic, qui non est heres,
tantùm datur beneficium, ne fideicommisso teneatur,
vltra quàm à defuncto accepit: quia nemo potest one-
rari vltrà quàm honoratur, D.de legat. j. l. filiusfamiliâs.
114.§.apud Marcellum. & ad S.C.Trebellianum. l.1.§.si
is qui. & Instit. de sing. reb. per fideicõmissum relic. §.1.
beneficium autem legis Falcidiæ, seu detractio quartæ
tantùm abest, vt huic concedatur, vt ne quidem vni-
uersali fideicommissario detur, cui ex Trebelliano he-
reditas restituta est, si ab ipso relictũ aliquid sit, D.h.t.
l.lex Falcidia. 47. §. 1. & ad S. C. Trebellianum. l. 1.§.si
is qui quadringẽta. l.mulier. 22.§.vlt. ex persona tamen
heredis, quem recusantem adire & sibi restituere here-
ditatem coëgit, de legatis ab illo herede relictis, nõ de
fideicommissis quartam detrahit, quatenus ipse heres,
si spõte adiisset, detrahere potuisset, D.eod. l.ex asse. 28.
in fin. & l.facta. 63.§.si cùm suspectã. Huc spectat l.si ea.
33. malè ab Accursio exposita, cuius species ita poni de-
bet: Mulier ex iudicio, id est, ex testamẽto defuncti ali-
quid accepit. Verbum *aliquid*, est nota rei particularis,
vt in §. vlt. Instit. de vsucap. & in §. namque si cui. &
§. quædam. Instit. de actio. mulier igitur non fuit heres,
sed legataria, vel fideicommissaria: eadem mulier à de-
functo rogata fuit seruos aliquos, in quibus Stichum
Zethi filium manumittere; eidémque Sticho (exempli
causà) viginti aureos soluere: quare huic seruo duo sunt
per fideicommissum relicta, libertas, & pecunia: quod
fieri posse cõstat, sup. de fideic. l.qui fideicõmissariam. 8.
De vtroque fideicommisso quæritur, an debeatur? Im-
peratores primùm de libertate respondent, mulierem
cogi seruũ manumittere, si id, quod à defuncto sibi re-
lictum est, accepit: hoc enim est regulare, vt qui ex iu-
dicio defuncti aliquid est consecutus, eius voluntati
parêre cogatur. Ergo mulier libertatem Sticho & aliis
seruis præstare omnimodò cõpellitur: quia libertas est
res indiuidua, nec potest præstari pro parte. Quod verò
attinet ad fideicommissum pecuniarium Sticho reli-
ctum: eatenus illud præstare cogitur, quatenus patitur
quantitas eorum, quæ sibi relicta sunt, deducto pretio
seruorum manumissorum; ne vltra quàm accepit, one-
retur: finge mulieri legata fuisse centum, eámque roga-
tam fuisse tres seruos manumittere singulos triginta
aureis æstimatos: ergo de centum mulieri legatis dedu-
cuntur nonaginta, ac supersunt decem: quapropter mu-
lier Sticho manumisso, cui viginti relicta sunt, non
vltra decem præstabit. Non dicimus eam detrahere
quartam: quia iam monui, beneficium Falcidiæ solis
heredibus competere; & sicut heres non tenetur vltra
dodrantem, ita alios non teneri vltrà quàm ex iudicio
defuncti cum effectu capiunt. Hæc est vera (ni fallor)
sententia d.l.si ea. ab Accursio non intellectæ. ¶ Secun- 7
dò quæritur, vnde quarta Falcidia detrahatur, seu quæ
minuantur per Falcidiam? Deducitur de omnibus reli-
ctis vltra bonorum dodrantem; atque hac ratione om-
nia minuuntur per legem Falcidiam. Hæc verò sunt,
I. Legata, l. 2. l. 3. l.irritum. 8. etiamsi vni heredi à cohe-
redibus relicta sint, l. à coheredibus. 17. Immo etiam
si principi, l. 4. vel ad opera publica conficienda, sta-
tuásve ponendas data sint, l.6.§. 1. II. Fideicommissa,
d.l.2. d.l.3. quia (vt initio superioris tituli docui) lex Fal-
cidia de

cidia de legatis loquens, producta est ad fideicommissa. III. Mortis causâ donationes, ad quas lex Falcidia per Diui Seueri constitutionem producta est, l. 5. & l. penult. IV. Donationes inter virum & vxorem: quia fideicommissis comparantur, l. in donationibus. 12. propterea quòd ab initio non valent, sed morte donantis confirmantur, D. de donat. inter vir. & vxor. l. cùm hic status. 32. §. 1. Excepit ipsa lex Falcidia ea, quæ vir vxoris causâ emit, parauitve: hæc enim mulieri sine deminutione debentur, D. hoc tit. l. sed vsusfructus. 81. §. 1. Nota primò, latiùs patere paratum, quàm emptum: quia quod vxori emptum est, eius causâ paratum rectè dicitur: sed potest aliquid eius causâ paratum esse, quod vel emptum non sit, vel non eius causâ emptum sit: exempli causâ, si prioris vxoris causâ emptum, posteriori traditum sit: huius causâ non emptum, sed paratum rectè dicetur, D. de legat. iij. l. si quid cotum. 47. Nota secundò, eiusmodi donationem non tenere, quemadmodum nec legatum, nisi matrimonium vsque ad testantis mortem constiterit, D. eod. l. item legato. 49. §. penult. V. Quod mortis causâ capitur, id est, quod alius ab herede mortis causa capit: nam quod heres ab alio capit, stultum est quærere, an de eo heres Falcidiam detrahat: sed tantum quæritur, an heredi in Falcidiam imputetur, & placuit non imputari, D. h. t. l. si pupillus. 21. in princ. l. in ratione. 30. §. tametsi. l. id autem. 76. in princ. & l. in quartam. 91. nisi heres acceptâ certâ pecuniâ rogatus sit hereditatem restituere: hoc enim casu pecuniâ illam heredi in quartam imputari, quia quodammodò pro pretio hereditatis accipit, Diuus Adrianus & Diuus Pius constituerunt, d. l. in quartam. & l. acceptis. 93. D. eod. Non tamen quod alius ab herede mortis causa capit, semper minuitur per legem Falcidiam: immo regulariter ad eam non pertinet, D. eod. l. 1. §. item si ita. Sed Iustinianus excepit duos casus, quibus aliter Falcidiam heres seruare non potest: nempe si quis heres institutus sit sub conditione dandæ pecuniæ, cuius quantitas modum Falcidiæ legis excedat: aut si hereditatem adire veritus sit antequam tantam quantitatem alicui soluat: his enim casibus Iustinianus constituit, vt heres id possit retinere, vel datum repetere, quod dodrantem excedit, l. penult. Qua lege Cuiacius in Parat. ad tit. infr. quod legator. & Obseru. lib. 8. cap. 2. vindicationem quartæ dari heredi putat, cum ei antea non competeret. Sed verius existimo, etiam ante Iustinianum non tantùm retentionem quartæ heredi competiisse, D. h. t. l. pater. 14. §. 1. l. quod bonis. 15. §. 1. l. si ex pluribus. 16. l. acceptis. 93. & in hunc finem interdictum quod legatorum eidem datum esse aduersus legatarium, qui rem legatam temerè, & sine ipsius heredis consensu occupauit, vt recepta possessione quartam deduceret, infr. quod legator. l. vn. & D. eod. l. 1. §. & continet. & tot. tit. sed etiam vindicationem, D. h. t. l. lineam. 26. in princ. quia per legem Falcidiam legata ipso iure minuuntur, D. eod. l. in quantitate. 73. §. vlt. quod & in aliis relictis accidit, D. quod legator. l. 1. §. si quis ex mortis. Quòd si primus Iustinianus quartæ vindicationem heredi dedisset, profectò duobus illis tantùm casibus, quos paulò antè retuli, vindicatio heredi daretur; ad quos Imperator suam constitutionem coangustat in postremo versiculo. Illud constat, si heres per errorem facti soluerit integra legata, posse quod vltra dodrantem soluit, condictione indebiti repetere, l. error. 9.

8 ¶ Tertiò quæritur, quis heres quartam Falcidiam deducat? Hic explicantur varij casus.

9 ¶ Primo casu testator Titium & Mæuium filios suos heredes instituit, iussitque, vt qui primus sine liberis decederet, hereditatem fratri suo restitueret, postea Titius sine liberis moriēs, Mæuium fratrem suum heredem instituit, ac legatis vltra dodrantem onerauit. Mæuius igitur primò deducit fideicommissum sibi debitum: deinde ex residuo Falcidiam: propterea quod ante Falcidiam deducitur æs alienum, atque adeo etiam quod ipsi heredi debetur, vt supr. num. 5. expositum fuit. Si quæras, quid dicto fideicommisso contineatur? respondebo contineri paternam hereditatem deductâ Falcidiâ, l. irritum. 8. Ergo ex hac Falcidia, & ex aliis bonis aliunde Titio quæsitis, Mæuius suam Falcidiam retinebit. Ex dictis collige regulam: heres, cui à testatore debebatur fideicommissum, primò illud fideicommissum, postea de residuo quartam Falcidiam
deducit. ¶ Secundus casus primo similis est: sed eò dif- 10
fert, quòd Titius intestatus decessit; eique Mæuius frater, & Gaia soror ab intestato successerunt, itaque Falcidiæ, quam Titius retinere potuit, dimidia pars sorori cedit, altera dimia pertinet ad fratrem Mæuium, cui reliqua bona paterna debentur ex causa fideicommissi, l. quamquàm. 10. Sed quænam est hæc Falcidia? éstne Falcidia propriè dicta, quæ ex legatis deducitur? an Trebellianica, quæ de fideicommissis detrahitur? an legitima iure naturæ debita? tot enim modis Falcidiam accipi constat ex his, quæ notaui supr. tit. prox. num. 1. & ex l. quæ nuper. 31. supr. de inoffic. testam. & ex l. Papinianus. 8. §. vnde. D. eod. & ex l. 5. §. ad filias. infr. ad leg. Iul. maiesta. Cùm legata nulla proponantur, sed tantùm fideicommissum hereditatis, quia Titius rogatus est, si sine liberis decederet, portionem hereditatis, id est, portionem suam (nam coheredes habuit fratrem & sororem) fratri Mænio restituere: profectò est Trebellianica, vt cum Doct. loquar: sed nihilominùs est etiam legitima iure naturæ debita: nam Trebellianica imputatur in legitimam: quicquid enim ex testamento patris filius capit, id ei in legitimam imputatur, Instit. de inoffic. testam. §. vlt. Quocirca filius iure ciuili duas quartas: alteram, tamquàm filius: alteram, tamquàm scriptus heres, detrahere nequit: quia dum heres scriptus est, & quartam ex lege Falcidia accipit, iuri naturæ satisfactum est. Non propterea tamen ius canonicum reprehendo: quo iure filius duas quartas detrahit: quia sicut legitima aucta est à Iustiniano, Nou. 18. & ex quarta, facta est tertia, vel dimidia: ita etiam iura liberorum à Pontifice non temerè aucta sunt; vt & legitimam, tamquàm filij, & quartam, tamquàm heredes scripti, retinere, ac de legatis & fideicommissis deducere possint, extr. de testam. cap. Raynutius. 16. & cap. Raynaldus. 18. Falluntur igitur, & qui iuris Canonici decisionem, tamquàm iuri ciuili consentaneam defendunt: & qui tamquàm dissentaneam, reprehendunt: quia summus Pontifex, non iuris ciuilis decisionem, sed æquitatis rationem secutus, iura liberorum (vt dixi) augere voluit. Ex dictis collige regulam: Cùm heres post mortem suam iussus est hereditatem restituere, Falcidię detrahendæ beneficium ad suos successores transmittit.
¶ Tertio casu pater, qui filiæ tutelam gesserat, & ex ea 11
causa debitor erat, eamdem filiam ex parte heredem instituit, datis coheredibus: eámque rogauit fundum Sempronio restituere: tutelæ debitum cum hereditate non compensatur: quia testator hoc non iussit: sed pro qua parte filia patri successit, extinguitur, secundum regulam, quam tradidi supr. de fideicommissis, in fin. pro aliis igitur partibus saluam habet mulier tutelæ actionem contra coheredes, fundum verò salua Falcidia præstare fideicommissario tenetur, l. licèt. 14. Hinc collige regulam: Heres ex parte institutus, beneficium habet legis Falcidiæ, quæ regula confirmatur l. à coheredibus. 17. In singulis enim heredibus seorsum ratio huius legis ponitur: & quamuis ex multis heredibus aliquis quartam hereditatis partem, vel etiam maio-

rem saluam habeat, tamen is, qui vltra dodrantem suæ
portionis oneratus est, quartam suæ portioois de lega-
tis, & fideicommissis a se relictis deducit, D.h.t.l.in sin-
12 guiis.77.& Instit.eod. §. t. ¶ Quarto casu pater filios
masculos & filiam heredes instituit : & hanc certis
rebus, quibus pro Falcidia cootcntam esse voluit, re-
teotis, portionem suam hereditariam fratribus resti-
tuere iussit. Si res illæ ad quartam dictæ portionis im-
plendam non sufficiant, mulier de fideicommisso quar-
tam supplebit: quia teslator quartæ deductionem pro-
hibere nequit, l.si vt allegas.11. Nota hanc esse quar-
tam Falcidiam seu Trebellianicam, in qua continetur
legitima iure naturæ debita, vt paulò antè exposui.
Vnde si quæras, an hæc lex sit correcta per Nou.1.cap.
2. vbi Imperator constituit, vt Falcidia cesset, si à
testatore prohibeatur? respondeo non corrigi : quo-
niam persona, de qua in præsentia quæritur, est filia
testatoris, cui legitima iure naturæ debita, nec tolli,
nec minui à testatore potest, d. Nou. 1.§. primùm ita-
que. Iure igitur nouissimo mulier, cui quartæ supple-
mentum concessimus, trientem vel semissem supple-
bit, secundum distinctionem Nou.18.c.1.Ex dictis col-
lige regulam: Heres, quem testator certis rebus pro
Falcidia contentum esse iussit, nihilominùs ex aliis bo-
nis Falcidiam supplere potest. Hæc regula in extraneis
heredibus hodie locum non habet, d. Nou. 1.cap. 2.
13 ¶ Quinto casu heres multis legatis vel fideicommissis
vltra dodrantem oneratus, quædam in solidum præ-
stitit, io dando, vel in faciendo consistentia, putà secun-
dum testatoris voluntatem centum Titio soluit, aut
insulam ei fecit: quæritur an possit Falcidiam ex aliis
relictis retinere? Respondetur, quorundum relictorum
præstationem in solidum vltrò, id est, sponte ab herede
factam, non nocere computatiooi legitimæ, hoc est
computationi legis Falcidiæ, quod perinde valet, ac si
diceretur, heredem de reliquis id deducere, quod de-
duceret, si quædam in solidū non præstitisset: nam hæc
præstatio ceteris legatariis, & fideicommissariis nec
prodest, nec oocet, l.6.§.vlt. vbi pro *vltra*, quod est in
libris edictis, ex manuscriptis legeodum *vltro*. Ex dictis
collige regulam: Heres, qui relicta quædam in solidum
præstat, in Falcidia de aliis relictis deducenda sibi non
præiudicat. Hæc regula abrogata est per Nou. 1.cap.3.
14 ¶ Quartò quæritur, aduersus quos heres Falcidiam
deducere possit? Respondetur, deduci aduersus omnes,
quibus aliquid relictum est, l.2. etiam coheredes, qui-
bus aliquid prælegatum est, l. a coheredibus. 17. atque
15 adeo etiam aduersus principem, l. 4. ¶ Quintò quæ-
ritur, quatenus de singulis relictis deducatur? Respon-
detur, deduci pro eorum modo, id est, quantitate, d.l.2.
nam modus quantitatem hîc significat, vt in §. quòd si
frumentum. Instit. de rer. diuis. Deductio igitur fit, non
æqualitate arithmetica, sed geometrica, & (vt vulgò
loquimur) pto rata portione, putà singulis legatis de-
trahitur sexta pars, vel septima, vel octaua, quanta opus
est ad complendam heredi quartam Falcidiam. Hæc
dicta sint de casibus, quibus Falcidia locum habet.
16 ¶ Posteriori huius tituli capite explicantur causæ,
propter quas Falcidia cessat. Hæ causæ referuntur ad
quatuor genera : partim enim respiciunt ad personam
legantis vel fideicommittētis, partim ad personam, le-
gato vel fideicommisso oneratam, partim ad rem reli-
17 ctam, partim ad æs alienum defuocti. ¶ Ad personam
defuncti, qui legauit, aut fideicommisit, vna causa re-
fertur, quòd Falcidia oon habet locum in testamento
militis: idcirco legata valeot vsque ad bonorum militis
quantitatem: non tamen valent in præiudicium credi-
torum; quia semper deducendum est æs alienum, ante-
quàm legata præstentur; siue Falcidiæ sit locus, vt ex-
posui supr. num. 5. siue Falcidia cesset, vt ex testamento
militis, l.7. ¶ Quod attinet ad persooam legato, vel fi- 18
deicommisso oneratam : duo requiruntur, vt Falcidiæ
locus sit. I. Vt is, qui legatis vel fideicommissis est
oneratus, sit heres; non legatarius, vel fideicommissa-
rius : soli namque heredi beneficium legis Falcidiæ
competit, vt notaui suprà, num. 6. membr. 2. II. Vt vel
relictum nec soluerit, l.1. nec se soluturum promiserit,
l.vlt. vel per errorem facti id fecerit, l.error.9. ¶ Quod 19
ad rem relictam spectat: si dos, soluto per mortem mu-
lieris matrimonio, penes maritum manere debeat, eis-
que vxor instrumenta prædiorum in dotem datorum
legauerit : io his instrumentis Falcidia locum non ha-
bet, l.si prædiorum.15. ¶ Postremò si bona defuocti ære 20
alieno exhauriantur: neq; legata, oeq; fideicōmissa de-
bētur, neq; Falcidia interuenire potest, l.successores.16.

Tit. LI. De caducis tollendis.

HIc quoq; titulus, sub quo est vna Iustinia- 1
ni constitutio, est legatis & fideicommissis
communis, immo etiam ad hereditates
producitur, vt posteriùs apparebit. Expli-
cantur enim quatuor causæ, propter quas
hereditas, vel legata, vel fideicommissa deuoluuntur ad
fiscum. I. Si habeantur pro non scriptis. II. Si sint in
causa caduci. III. Si sint caduca. IV. Si testamentum
sit destitutum. Præcipuè tamen agitur de caducis, & his
quæ sunt in causa caduci : quæ à Iustiniano singulari
huius tituli constitutione abrogantur. Vnde sumpta
est tituli inscriptio *De caducis tollendis*. ¶ Diuido hunc 2
titulum, siue hanc constitutionem in quinque capita.
¶ Primum caput, qoo tres priores causæ tractantur, in 3
quatuor segmenta diuiditur. ¶ Io primo segmento Im- 4
perator abrogat legem Papiam, & senatusconsulta ad
eam facta. Lex Papia, quæ & Papia Poppea dicitur, lata
est tēporibus Augusti, M. Papio Mutilo, Q. Poppæo Se-
cundo suffectis consulibus, id est, in locum Q. Sulpitij
& G. Sabini substitutis, dist. 2. can. quædam. Dion. lib.
56. ¶ Hanc legem Imperator initio suæ constitutionis 5
tribus argumentis impugnat. I. Quia bella ciuilia ei oc-
casionem dederunt : lata enim fuit ærarij locupletandi
causâ, quod bellis ciuilibus exhaustū fuerat, Tacit. lib.
3. annalium. pace igitur firmata non debet ampliùs lo-
cum habere. Valerius apud Liuium lib. 34. *Quas*, in-
quit, *tempora aliqua desiderāt leges, mortales, & temporibus
ipsis mutabiles esse video : quæ in pace latæ sunt, plerumque
bellum abrogat quæ in bello pax*. II. Quia hęc lex est odio-
sa, ac veteribus quoque principibus, populo Romano,
Iurecōsultis, testatoribusque displicuit. Nam principes
multis modis hanc legem emendarunt: quædam huius
legis capita in desuetudinē abierunt: Iurisc ōsulti multas
rationes & vias inuenerunt, quibus relicta, ex lege Pa-
pia caduca nun fierent: testatores quoq; factis substitu-
tionibus caducitatē suis testamentis amouebāt: quia lex
Papia derogabat quidē iuri accrescendi, sed substitutio-
nibus à testatore factis cedebat. III. Quia ipsa lex Pa-
pia iura caducorū dura & odiosa esse intelligēs, excepit
liberos & parentes vsque ad tertium gradū, quibus ius
antiquum conseruauit: vt si heredes instituerētur, & ab
eis aliquid

eis aliquid relinqueretur, hoc, iis non capientibus, qui-
bus relictum fuerat, non in fiscum caderet, sed penes
ipsos heredes maneret. Quam igitur benignitatem lex
Papia liberis & parentibus vsque ad tertium gradum
exhibet, Iustinianus latiùs extendit, & ad omnes per-
sonas producit. Hucusque legis principium. Vbi nota
recludendi verbum accipi in significatione vulgatæ si-
gnificationi contraria: solet enim accipi pro aperire, vt
apud Horatium lib. 1. epist. 5.

Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Sed hîc sumitur pro claudere, vt & in l. vn. in princ. inf.
de vsuc. transfor. & in l. Gantus. 10. D. de seruit. prædior.
vrbanor. & in §. penultim. Institut. de legit. adgn. succes.
Similis est significatio, cùm accipitur pro excludere, vt
apud Propert. lib. 3. eleg. 20. ver. penultim. *Sic ego tam*
6 *sanctis custode recludor amoris.* ¶ Deinde in §. 1. senten-
tiam legis Papiæ, & senatusconsultorum ad eam facto-
rum proponit, & omnia abrogat. Lex Papia locuta est
de herdicatibus, vetans heredem ex parte scriptum, he-
reditatem ante apertas tabulas adire, vt, si clausis tabu-
lis moreretur, vel incapax fieret, hereditas in fiscum
caderet, heres verò ex asse adire etiam clausis tabulis
poterat, D. de iur. & fac. ignor. l. 1. §. vltim. Senatus au-
tem consulta ad legem Papiam facta voluerunt legata
cedere, non à die mortis testatoris, sed à die tabularũm
apertarũ. Vnde hoc quoque ab Vlpiano tribuitur legi
Papiæ, tit. de legat. §. antepenultim. quia lex Papia lo-
quens de hereditatibus, per senatusconsulta producta
est ad legata. Verùm Iustinianus hæc iura abrogans
constituit hereditatem etiam clausis tabulis non solùm
ab herede ex asse, sed etiam ab herede ex parte posse
adiri, ac legata cedere à die mortis, vt paulò post dili-
gentiùs explicabitur: nam hæc obiter in præsentia pro-
ponuntur, vt sciamus, quæ iura à Iustiniano sint abro-
gata. Fuerunt tamen & alia legis Papiæ, & alia quoque
ad eam facta senatusconsulta: quæ explicare, præter il-
lud, de quo dicemus cap. 4. non est præsentis instituti,
cùm nec eorum mentio hîc fiat, nec eorum cognitio
quicquam ad iuris praxim conferat, nec ad hunc titu-
lum intelligendum sit necessaria. Hucusque primum
7 segmentum de iuribus caducariis sublatis. ¶ Secundum
segmentum continetur §. & cùm triplici. vbi tres mo-
di explicantur, quib. vltima voluntas redditur inutilis:
aut enim ab initio non valet, aut post factum testamen-
tum viuo adhuc testatore, vel post eius mortem defi-
8 cit. ¶ Primus modus est, cùm id, quod relictum est, pro
non scripto habetur: quod multis casib. accidit, D. de
his quæ pro non scriptis hab. tot. tit. Vnum exemplum
datur in contextu, cùm ei relinquitur, qui iam in re-
rum natura esse desiit. Coniunge l. penu. D. de his quæ
pro non scrip. hab. Vbi idem traditur de relicto iis
qui in hostium potestare sunt, si posteà ibi decesserunt:
nimirum quia primo captiuitatis momento lege Coe-
nelia mortui finguntur, D. de vsurp. & vsuc. l. iusto. 44.
§. vltim. Sed si in ciuitatem redierint, iure postliminij
confirmatur, quod eis relictum fuit, D. de leg. 3. l. si ser-
uo. 101. §. 1. quia iure postliminij finguntur semper
fuisse in ciuitate, Institut. quib. mod. iur. potest. solu. §. si
ab hostibus. Idem dicendum de damnatis, qui ciuita-
tem Romanam amiserunt, vt damnatis in metallum,
vel deportatis, si quid præter alimenta eis relictum sit,
l. 1. & D. de his quæ pro non scrip. hab. l. 3. in princip. &
9 de pœnis, l. sunt quidam. 57. ¶ Secundus modus est,
cùm id, quod est relictum, est in causa caduci, id est,
cùm viuo testatore post testamentum conditum defi-
cit, puta morte legatarij, vel defectu conditionis sub
qua relictum fuit. Nam his casibus iure quidem anti-
quo habebatur pro non scripto; quia peruenerat ad
eum casum, à quo incipere non potest; sed ex lege Pa-
pia est in causa caduci, & ad fiscum pertinet. Quid si
heres, vel legatarius post factum testamentum, viuo
adhuc testatore, maximam vel mediam capitis demi-
nutionem patiatur? Existimat Cuiacius, quod ei reli-
ctum est, haberi pro non scripto, quasi prætermissum
in lege Papia. Mihi contrarium Iustinianus hoc loco
persuadet. Nec moueor d. l. 3. §. 1. vbi dicitur ad fiscum
non pertinere: quia puto Tribonianum eum locum, vt
multa alia, interpolasse, & ex hac Iustiniani constitu-
tione aduerbium negandi apposuisse, cùm iurisconsul-
tus scripsisset ad fiscum pertinere. ¶ Tertiùs modus est, 10
cùm post testatoris mortem relictum deficiebat: veluti
si ante apertas tabulas heres ex parte institutus, vel le-
gatarius moriebatur, vel in seruitutem redigebatur, aut
ciuitatem amittebat. ¶ Nota primò differentiam in- 11
ter purè, & sub conditione relictum: nam quod purè
relictum est, omnimodo deficit, si is, cui relictum est,
antequam ei deferatur, decedat, vel ciuitatem, aut
etiam libertatem amittat. Quod verò sub conditio-
ne relictum est, morte quidem, aut pœnæ seruitute
deficit, non tamen amissione ciuitatis: quia si ante
conditionem existentem beneficio principis in in-
tegrum restituatur, relictum capiet, D. de condit.
& demonstr. l. intercidit, 59. ¶ Nota secundò dif- 12
ferentiam inter seruitutem pœnæ, & alias seruitutes.
Nam si is cui relictum est, seruus fiat Titij, vel Cæsaris,
vel fisci, domino suo acquirit, D. de hered. institut. l. si
pater familias. 40. & Institut. de vulga. substitut. §. vlt.
Si verò seruus pœnæ fiat, relictũ intercidit: vel si pœ-
næ seruo relinquatur, pro non scripto habetur, vt antea
docui: quoniam pœnæ seruitus morti comparatur, d. l.
intercidit, §. vltim. & de diu. reg. iur. l. seruitutem. 209.
quæ leges ambæ scriptæ sunt ab Vlpiano ad legem
Iuliam & Papiam, & ostendunt pœnæ seruitutem in
lege Papia morti comparari: quod de aliis seruitutibus
æquè dici non potest. ¶ In tertiò segmento declaran- 13
tur triũ illarum causarũ effectus, sumpto initio ab his,
quæ pro non scriptis habentur, de quibus agitur in §. in
primo. Hîc (vt & antea notaui) Iustinianus nihil noui
constituit. Quod igitur pro non scripto habetur; tam
iure nouo, quam veteri defertur substituto, vel con-
iuncto, vel penes eum manet, à quo relictum fuit. Ver-
bi gratia, si legatum sit ei, qui iam in viuis esse desie-
rat, eique alius sit substitutus, hic legatum accipiet.
Si substitutus vel nullus sit, vel legatum repudiet,
aliáve ratione excludatur, collegatario accrescit,
aut iure quoque accrescendi cessante, penes heredem
manet. Ad quemcumque autẽ pertineat, ad eum regu-
lariter pertinet sine onere, quod testator legatario in-
iunxerat: nam perrarò onus sequitur legatum, quod
intercidit, hoc est certis tantùm casibus in iure expres-
sis, §. ne autem, in fi. Ac duos casus exceptos reperio. I. Si
legatarius à testatore sit rogatus seruum suum manu-
mittere, & legatum pro non scripto habeatur: penes
heredem manet cum onere seruum illum redimendi,
& manumittendi, D. de fideicom. libert. l. cùm verò. 26.
§. si pro non scripto. II. Quod quis sibi in testamento
adscripsit, si alij restituere rogatus sit: id pro non scri-
pto habetur, & cum fideicommissi onere manet penes
heredem, D. de his quæ pro non scrip. hab. l. vltim. &
de lege Cornel. de fals. l. filius. 14. in fin. Tertium ca-
sum nõ esse addendum ex l. ciuitatib. 122. §. 1. D. de lega.
1. rectè Cuiacius notat: sed malè explicat, cur ille casus
huc non pertineat. Testator Titium & Seium heredes
scripsit: deinde legatum adiecit his verbis, *L. Titius, &*
C. Seius P. Mæuio decem dare damnas sunto. Seius heres
non extitit, ideòque Titius tota decem dare debet,
quia Seius pro non scripto habetur. Intellige Seium
pro non scripto haberi in legati constitutione, non in
heredis institutione: quoniam vtiliter fuit institutus,
& ab initio institutio tenuit: sed quia non est factus he-

reo

res, perinde legatum debetur à Titio, ac si solus decem dare danatus esset; hoc est, Titius non ideo præstat decem, quia onus portionis Seianæ sibi accrescentis ad se spectat, sed quia ipse rogatus est decem præstare. Cuiacius autem fatetur Seium haberi pro non scripto in datione hereditatis, adeo vt Titius videatur ex asse heres scriptus. Quæ interpretatio si vera esset, certè hic esset tertius casus duobus suprà dictis adiiciendus: quoniam Seij portio accresceret Titio cum suo onere. Et quod Cuiacius ait, Iurisconsultum non dicere portionem Seij esse pro non scripta, sed Seium, qui repudiauit, pro non scripto habendum, id est, Titium solum & ex asse heredem scriptum videri, contradictionem implicat. Nam si Titius videtur heres scriptus ex asse, certe nulla portio videtur Seio data; quia nulla est portio præter assem: item si Seius pro non scripto habetur, eius quoque portio pro non scripta habetur;
14 quia hæc sunt omnino connexa. ¶ Deinceps dicendum de effectu eorum, quæ sunt in causa caduci. Hæc ex lege Papia deferebatur fisco cum suo onere, Vlpian. tit. de caduc. §. vltim. sed ex Iustiniani constitutione primùm deferuntur substituto; deinde coniuncto, vt coheredi, vel collegatario; tandem ei à quo relicta sunt: deferuntur, inquam, his omnibus cum onere adnexo, §. pro secundo. quod explicabitur
15 in §. ne autem. ¶ Superest, vt dicamus de effectu caducorum. Hæc ex lege Papia cadebant in fiscum. Iustinianus autem, abrogata lege Papia, dat tres regulas in §. in
16 nouissimo. ¶ Prima regula est: Omnes heredes, siue ex asse, siue ex parte instituti possunt hereditatē etiā clausis tabulis adire, quod olim tantū heredib. ex asse institutis concessum erat, D. de iur. & fac. ignor. l. 1. §. vltim. non etiam institutis ex parte, Vlpian. d. t. de caduc. in fin. princip. Sui autem heredes, cùm aditione nō egeant, sed ipso iure heredes existant, D. de suis & legit. l. in suis. 14. & Instit. de hered. quæ ab intestat. §. sui autem heredes fiunt. etiam clausis tabulis omni iure heredes existere possunt, licet ex parte heredes scripti
17 sint, supr. de iure delib. l. 3. ¶ Secunda regula est, Legatorum dies cedit à morte testatoris. Hæc regula est iuris antiqui per legem Papiam & senatusconsulta ad eam facta correcti, §. 1. Vlpian. de lega. §. antepenultim. & à Iustiniano hac constitutione restituti. Quare si legatarius ante apertas tabulas moriatur, nihilominus ad suos successores legatum transmittit, D. quan. dies leg. ced. l. 5. in princ. Ab hac regula, quòd dies legatorum vel fideicommissorum cedit à morte testatoris, excipiuntur, I. Relicta, quæ propter sui naturam non possunt ad legatarij seu fideicommissarij heredes transmitti; vt libertas, & legatum pecuniarium seruo proprio cum libertate relictum, §. libertatibus. & vsusfructus, §. excepto. I I. Relicta sub conditione, vel in diem incertam (dies incerta rectè conditioni comparatur; quia dicitur in testamento conditionem facere, D. de condit. & demonstr. l. dies incertus. 75. immo interdum appellatur conditio, D. vt leg. nom. cau. l. 1. §. vlt.) quorum dies post conditionem impletam, vel diem existentem, non cedit; interim tamen eo moriente, cui relicta sunt, non fiunt caduca: sed, vt ea, de quibus suprà locuti sumus, primùm substitutis, deinde coniunctis deferuntur; tandem substitutis & coniunctis deficientibus, penes eos manent, à quibus relicta sunt, §. 1. & §. sin autem aliquid. Ex quo §. obiter nota conditionis diuisionem in casualem, quæ à fortuito euentu pendet; veluti *si nauis ex Asia venerit*; & potestatiuam, cuius impletio est in potestate personæ honoratæ, veluti, *si in capitolium ascenderit*; & mixtam, quæ partim ab honoratæ personæ voluntate pendet, veluti, *si Titio nupserit*. Insuper nota conditionem legato adscriptam interdum nihil operari, sed tanquam legati puri diem cedere. Quod trib. casib. accidit. Primus est, cùm conditio habetur pro non scripta, putà quia est impossibilis, D. quan. dies leg. ced. l. 5. §. sed si ea conditio. & §. seq. Secundus est, cùm habetur pro impleta, vt cùm est conditio mixta, & per legatarium non stat quò minùs eam impleat, sed per alium, in cuius persona impleri debet; veluti si Titiæ legatum sit sub conditione, si Mæuio nupserit, hicque eam sibi nubere volentē ducere vxorem nolit, d. l. 5. §. item si qua. Tertius est, cùm est conditio legato essentialis, veluti, si Titius heres erit, Seio decem dato: idémque dicendum, si Seio sub eadem conditione legetur à Titio, sub qua ipse Titius heres institutus est, D. eod. l. si dies. 21. §. 1. & de lega. j. l. 3. & de condit. & demonstrat. l. aliquando. 107.

¶ Tertia regula est, Hereditas non adita non trans- 18
mittitur. Hic quoque multi casus excipiuntur. I. Sui heredes transmittunt hereditatem sine aditione; quoniam aditione opus non habent, sed ipso iure fiunt heredes, vt paulò ante notaui. I I. Liberi à parentibus heredes siue ex asse, siue ex parte scripti, licèt non sint sui heredes, vt instituti à matre vel auo materno, hereditatem non aditam ad liberos suos ex constitutione Theodosij transmittunt, infr. tit. prox. l. vnic. quam Iustinianus confirmat d. §. in nouissimo. I I I. Qui sciens hereditatem sibi delatam, eam nec adiuit, nec repudiauit; siue deliberationem petierit, siue tacitè deliberare videatur, ius deliberandi ad successores suos transmittit, ita vt tantum temporis deliberandi causa successor habeat, quantum heres tempore mortis suæ habebat, supr. de iur. deliber. l. cùm in antiquiorib. 19. quam similiter Iustinianus confirmat d. §. in nouissimo. I V. Si hereditas infanti in potestate patris constituto delata sit, eáque à patre non adita infans decesserit: pater eam, quasi infanti quæsitam, iure patriæ potestatis capiet, supr. de iure delib. l. si infanti. 18. V. Si occisi hereditas alicui deferatur: quoniam hic ante quæstionem de familia habitam, tam hereditatem adire, quàm bonorum possessionem petere vetatur, D. de senatuscons. Silan. l. 3. §. non tantum. idcirco si interim moriatur, eius heredibus succurritur datis actionibus
vtilibus, d. l. 3. §. eleganter. ¶ In quarto segmento de- 19
ciduntur duæ quæstiones, quarum prior ad lucrum,
altera ad onus pertinet. ¶ Primò igitur quæritur, cùm 20
id, quod deficit, apud eos remanet, à quibus relictum fuit, pro quibus partibus inter eos distribuatur? Imperator in §. sed vt manifestetur. distinguit tres casus. I. Si ab heredibus relictum sit, apud eos pro partibus hereditariis remanet, quia pro partibus hereditarijs ab eis soluendum erat. I I. Si ab vno, vel quibusdam heredibus relictum sit: ille, vel illi soli id lucrantur. I I I. Si à legatariis, vel alijs præter heredes relictum sit, apud eos
manet pro virilib. & æqualibus partibus. ¶ Secundò 21
quæritur, quatenus hi, apud quos relictum remanet, onus illi adnexum subire teneantur? Hic quoque Imperator distinguit in §. ne autem. I. Si onus consistit in dando: quilibet pro qua parte lucrum percipit, pro eadem onus sentit. I I. Si onus in faciendo consistat, & per alios impleri possit, veluti si insula sit ædificanda, similiter pro parte lucri quod percipit, quilibet impensam insulæ faciendæ confert. I I I. Si factum tale sit, quod per alium impleri nequeat, putà si vxor sit ducenda: huiusmodi grauamen tollitur, & sine eo lucrum percipitur. Hæc omnia locum habent in omnibus casibus, quibus relictum habebatur in causa caduci, vel erat caducum, necnon in iis specialibus casibus, quibus etsi relictum habetur pro non scripto, tamen onus hi suscipiunt, penes quos relictum manet, quos casus exposui supra num. 12. Hæc dicta sint de primo capite.

¶ In secundo capite agitur de coniunctis & disiun- 22
ctis: quod diuido in tria segmenta. ¶ In primo seg- 23
mento

mento affertur ratio, cur hic agatur de coniunctis
& disiunctis: nimirum quia supra non semel facta est
mentio coniunctorum: coniuncti autem opponuntur
disiunctis: ideoque ambo sub eamdem scientiam ca-
dunt. Cùm igitur pluribus eadem hereditas, vel ea-
dem pars hereditatis, vel eadem res relinquitur: hoc
duob. modis contingere potest. Aut enim coniunctim
eis relinquitur, id est, in eadem oratione, veluti, *Ti-
tius & Seius heredes sunto: Titius & Mauius ex semisse he-
redes sunto: Titio & Mauio centum do lego*: aut disiunctim,
id est, diuersis orationibus veluti, *Titius heres esto, Ma-
uius heres esto*: vel, *Titius ex semisse heres esto, Mauius ex
eodē semisse heres esto*: vel, *Titio fundum Tusculanum do lego,
Mauio eundem fundum Tusculanum do lego*. §. his ita. &
Institut. de legat. §. si duobus. Illi vocantur re & verbis
coniuncti, hi re tantum coniuncti: præter quos sunt
alij verbis tantum coniuncti, quibus eadem res pro
partibus pro indiuiso relinquitur, veluti, *Titius & Ma-
uius ex æquis partibus heredes sunto: Titio & Mauio fun-
dum Tusculanum pro æquis partibus do lego*, D. de legat.
iij. l. re coniuncti. 89. & de verb. signif. l. triplici. 142.
24 ¶ Nota primò, in hoc tractatu nullam haberi ra-
tionem eorum, quibus res diuersæ, siue in eadem siue
in diuersis orationibus relictæ sunt, veluti, *Titio fundum
Tusculanum, & Mauio fundum Seianum do lego*. D. de le-
ga. j. l. huiusmodi. 84. §. penult. ne quidem si sint partes
eiusdem rei pro diuiso: quia per hanc diuisionem res
plures fiunt, vt plures domus, vel plures fundi, D. com-
mun. prædior. l. 6. §. 1.
25 ¶ Nota secundo, in hac constitutione, & in d. §. si
duobus. duntaxat agi de re & verbis, & de re tantùm
coniunctis, his prætermissis, qui verbis tantùm con-
26 iuncti sunt. ¶ Nota tertiò, coniunctionis vel dis-
iunctionis rationem haberi partim in portio-
nibus assignandis; quia coniuncti ad eandem rem,
vel ad eandem partem vocantur, & quasi in vnum cor-
pus redacti dicuntur, §. in his itaque. & vnius persona
fungi, D. de legat. j. l. planè. 34. vers. vt si ita. partim
propter ius accrescendi, quia coniuncti deficientis por-
tio potiùs accrescit coniuncto, quàm disiuncto, vt mox
27 explicabo. ¶ Nota quartò, ius accrescendi compete-
re ex tacita voluntate defuncti, quemadmodum sub-
stitutio valet ex voluntate expressa: ideoque substitu-
tio est potior iure accrescendi: & lex Papia, quæ cer-
tis casibus partes caducas fecit sublato iure accrescen-
28 di, non sustulit substitutiones, sed eis cessit. ¶ Nota
quintò, in hoc tractatu aliquid dici accrescere, siue pro-
prie accrescat, siue non decrescat. Cum enim testator
partes fecit, vt inter verbis tantùm coniunctos, tunc
pars deficientis alteri accrescit propriè. Cùm autem te-
stator totum duobus reliquit, concursu quidem par-
tes faciunt: sed si quis non concurrat, id est, relictum
non accipiat, eius portio aliis accrescit, id est, cessante
29 concursu non decrescit, §. vbi autem. ¶ Nota sextò,
coniunctionem, vel disiunctionem, & ius accrescendi
spectari vel in hereditate, vel in proprietate legata siue
per fideicommissum relicta, vel in vsufructu relicto: sed
in hac constitutione tantùm agi de hereditate, & de
proprietate relicta: de vsufructu autem accrescendi est
30 titulus 2. libri. 7. Digestorum. ¶ In secundo igitur
eiusdem secundi capitis segmento, quod continetur
§. in his itaque. tractatur de heredibus, atque ita distin-
guitur: Aut omnes heredes sunt coniunctim instituti, ve-
luti, *Primus, Secundus, Tertius, Quartus heredes sunto*: aut
omnes disiunctim, veluti, *Primus ex triente heres esto, Se-
cundus ex quadrante heres esto, Tertius ex quadrante he-
res esto, Quartus ex sextante heres esto*: aut alij cōiunctim,
alij disiūctim; veluti, *Primus & Secūdus ex semisse heredes
sunto: Tertius ex triente heres esto, Quartus ex sextante he-
31 res esto*. ¶ Primi & secundi casus eadem est ratio. No-
tentur autem de his casibus sequentes regulæ. I. Defi-
cientis pars, vel deficientium partes ceteris adcrescunt
pro partibus hereditariis, vt in primo casu triens Pri-
mi repudiantis diuiditur æqualiter inter ceteros here-
des, ita vt singulis vna vncia accrescat. In secundo au-
tem casu triens Primi repudiantis pro diuersis parti-
bus accrescit: nempe sescuntia ad Secundum, sescuncia
ad Quartum, vncia ad Tertium pertinet: sic enim ser-
uatur proportio, quā testator inter heredes constituit:
quandoquidem secundus erat scriptus heres ex tribus
vnciis, Tertius ex duabus, Quartus ex tribus: eandem
verò rationem habent sescuntia ad tres vncias, & vn-
cia vna ad duas, quæ ratio vocatur à mathematicis
subdupla. Ergo triens Primi ita inter coheredes diuidi-
tur, vt ex qua portione singuli sunt instituti, eius dimi-
dium iure accrescendi accipiunt, D. de hered. institut.
l. liber homo. 59. §. cum quis, l. si ita quis heredes. 66.
Ideo autem eadem proportio seruatur; quia cum here-
des instituti substituuntur, eædem partes censentur da-
tæ in substitutionibus, quę datę fuerūt in institutioni-
bus, supr. de impub. & aliis subst. l. 1. II. Si quis ex Primi
coheredibus, puta Tertius, ante Primi repudiationē de-
cesserit: Primo postea repudiante, portio, quæ Tertio
accresceret si viueret, eius heredi accrescit. Quod qui-
dem tam in hereditate, quàm in legato proprietatis ob-
tinet, D. de condit. & demonstr. l. hæc scriptura. 26. §. 1.
quia portio portioni, non personæ accrescit, D. de vsu-
fruct. l. si Titio. 33. §. 1. Diuersa est ratio vsusfructus, qui
accrescit personæ, non portioni, d. l. si Titio. §. 1. & de
vsufruct. accresc. l. interdum. 10. & de except. rei iudic.
l. & an eadem. 14. §. 1. Item diuersa ratio est substitu-
tionis, quæ est ius personale: vnde si quis institutus, &
vni ex pluribus coheredibus substitutus, ante casum
substitutionis contingentem moriatur, substitutio ex-
tinguitur: & si plures substituti fuerint, portio deficien-
tis solis substitutis superstitibus defertur, non etiam
successorem defuncti sequitur, D. de vulg. & pupill. l.
sed si plures. 10. in princip. & de suis & legit. l. si ex plu-
ribus. 9. III. Portio hereditatis his etiam inuitis accres-
cit, qui pro suis partibus adiuerunt: quia hereditatis ac-
quisitio est indiuidua, D. de acquir. hered. l. qui ex dua-
bus. 63. §. 1. vnde nec heres ex asse institutus, D. eod. l. 1.
nec ex diuersis partibus institutus, partem adire, par-
tem repudiare potest, D. eod. l. 2. Excipitur testamen-
tum militis, quod non admittit ius accrescendi; quia
miles pro parte testatus pro parte intestatus decedere
potest, D. de testamen. mil. l. si duobus. 37. Quod verò
Accursius etiam excipit, nisi creditores heredi suam
tantùm partem hereditatis volenti consentiant per. l.
cùm hereditate. 55. D. de acquir. heredit. mihi non pla-
cet: certè per illum contextum nullo modo probatur:
tantùm enim ibi dicitur, suo herede abstinente, cohe-
redi, qui se immiscuerat, vel adierat, dari optionem,
vt aut totam hereditatem adgnoscat, aut à tota rece-
dat, nisi creditores parati sint contra eum pro ea dun-
taxat parte agere, quam initio acquisiuit: quo casu non
cessat ius accrescendi, vt Accursius putat; sed pars sine
onere accrescit; quia creditores, ne heres à toto recede-
ret, iuri suo renunciarunt. Sanè legatarij inuiti portio-
nem accrescentem accipere non coguntur, vt posteà 32
docebo ex §. vbi autem. nunc enim loquimur tantùm
de heredibus. ¶ Tertio casu portio coniuncti deficien-
tis soli coniuncto; disiuncti verò deficientis, æquè
omnibus accrescit, tam coniunctis, quàm disiunctis,
D. de hered. Institut. l. item. 17. §. 1. l. heredes, 63. quia
omnium eadem est ratio; id est, respectu disiuncti, om-
nes sunt disiuncti, quamuis quidam sint inter se con-
iuncti, vt in dicto casu, *Primus & Secundus ex semisse
heredes sunto, Tertius ex triente heres esto, Quartus ex
sextante heres esto*: Si Tertius hereditatem repudiet, eius

portio

portio omnibus coheredibus accrescit, hoc est, non tantum Quarto, sed etiam Primo & Secundo; quia omnes sunt a Tertio disiuncti, licet Primus & Secundus sint inter se coniuncti. Ergo coniuncti portio coniunctis, disiuncti portio disiunctis accrescit. Hoc de portione disiuncti deficientis notasse sufficiat, quo tertij casus decisio à primi & secundi casus decisione differt: nam cetera eadem sunt. Itaque de primo & secundo casu dicta ad tertium quoque casum transferri debent. Huc vsque de heredibus. ¶ Sequitur tertium
33 secundi capitis segmentum de legatariis & fideicommissariis, quod continetur §. vbi autem. Hîc distinguendum videtur, vt in heredibus factum est: aut enim omnes legatarij (idem intellige de fideicommissariis) sunt coniuncti, aut omnes disiuncti, aut partim coniuncti, partim disiuncti: sed Imperator tertium casum
34 prætermittit. ¶ Cùm omnes sunt coniuncti, subdistinguuntur tres casus: aut enim omnes legatum admittunt, aut quidam, aut nullus. Primo casu legatum inter eos diuiditur, & quilibet pro sua virili parte legatum accipit. Quæri potest, vtrùm partes fiant ab initio per testatorem, an postea per concursum? Hanc quæstionem paulò post dissoluam, num. 37. Secundo casu deficientis portio collegatariis volentibus accrescit, non inuitis: ergo si omnes velint, omnibus accrescit: si quidam velint, quidam nolint, solis volentibus accrescit: si nemo velit, penes eos manet, à quibus relictum fuit. Quibus autem accrescit, cum suo onere accrescit, d. §. Vbi autem. Tertio casu legatū penes eos manet, à quibus relictum fuit. Intellige partem in secūdo casu, vel totum in tertio manere cum suo onere. §. pro secundo. sicut cum suo onere pars legatariis accrescit, vt modò dictum fuit. Hæc dicta sint de legatariis & fideicommissariis coniunctis.

35 ¶ Cùm autem omnes sunt disiuncti, similiter distinguendi sunt tres casus: aut enim omnes legatum accipiunt, aut aliqui, aut nemo. Primo casu partes fiunt concursu, & pro virilibus partibus legatarij rem inter se partiuntur, nisi testator alij rem, vel aliis æstimationem solui iusserit, d. §. cùm autem. aut velle se, vt omnes solidum accipiant, expresserit, D. de lega. j. l. filiusfamiliâs. 114. §. vltim. & de lega. ij. l. qui duos. 13. §. 1. & de vsu. & vsufruct. legato, l. duos. 14. Secūdo casu portio deficientium accrescit his, qui legatum admiserunt, id est, non decrescit, quia solidum singulis legatum est, & per concursum partes fiebant, vnde concursu cessante solidum penes illum, vel illos manet, qui legatum acceperunt. accrescit igitur sine onere: id est, is qui legatum accepit, onera quidem sibi iniuncta sustinet: quæ verò collegatario, qui legatum non accepit, imposita à testatore fuerunt, non adgnoscit d. l. vbi autem. Tertius casus ibi non deciditur: sed, vt mihi videtur, ex dictis colligitur, legatum sine onere penes eum manere, à quo relictum fuit.

36 ¶ Cùm alij sunt coniuncti, alij disiuncti: similiter hunc casum Iustinianus prætermittit: sed eius decisio ex dictis colligitur: hic enim casus ex suprà expositis quodammodò compositus est: aut igitur vnus ex coniunctis legatum non accipit, & eius portio solis coniunctis accrescit: aut disiunctus legatum non accipit, & eius portio collegatarijs accrescit, D. de lega. ij. l. Mæuio. 41. in princip. sicut de heredibus dictum fuit in §. in is itaque. Cùm accrescit coniunctis, repetenda hîc sunt, quæ suprà de legatarijs coniunctis diximus: & similiter, cùm accrescit disiunctis, ea repeti debent, quæ
37 suprà diximus de disiunctis. ¶ Quò meliùs autem non solùm suprà dicta intelligantur, sed etiam variæ leges in Pandectas relictæ, quæ inter se contrariæ videntur: distinguenda sunt tria iura: primò ius antiquum, quod ante legem Papiam obtinuit: deinde lex Papia: tertiò constitutio Iustiniani. Iure antiquo differentia erat inter legatum vindicationis, & legatum damnationis: huic comparabatur legatum sinendi modo, illi legatum præceptionis. In vindicationis legato partes fiebant concursu: siue legatarij essent coniuncti, siue disiuncti. Itaque pars non capientis legatum, collegatario accrescebat, id est, non decrescebat: in legato autem damnationis, si legatarij cōiuncti erant, singulis partes ab initio debebantur, & pars non capientis manebat in hereditate: si verò erant disiuncti, solidum singulis debebatur, id est, vni res, alijs æstimatio. Lege Papia omnes coniuncti partes concursu faciebant, & pars non capientis fiebat caduca, Vlpian. tit. de legatis. §. si duobus, (vbi pro *in solidum*, cum Cuiacio legendum *partes*) & §. seq. Gaius 2. Instit. eod. tit. §. 5. Paulus lib. 3. sentent. eod. tit. §. Interdum. Iustinianus autem omnibus tam coniunctis, quàm disiunctis cōcurrētibus partes dedit, non concurrētium partes ceteris duntaxat volentibus cum suo onere iussit accrescere: & quidem disiunctos cōcursu facere partes expressit: vtrùm autem coniuncti partes habeant ab initio, an concursu faciant, neque in hac cōstitutione expressit, neque in §. si eadem, Inst. de legat. sed verba Celsi in Pandectas retulit, quibus continetur, cùm heredes cōiunctim instituti sunt, aut coniunctim legatum est, totam hereditatem, vel tota legata data esse, partes autem concursu fieri, D. de lega. iij. l. coniunctim. 80. Libet autem hæc tria iura perspicuitatis causa in tabella oculis subiicere.

	Ius antiquum.	*Lex Papia.*	*Constitutio Iustin.*
Cùm coniunctim legatum est per vindicationem, vel per præceptionem.	Concursu partes fiunt. Singulis ab initio partes debentur. Non capientis pars in hereditate manet.	Concursu partes fiunt. Non capientis pars fit caduca.	Concurrentes legatum inter se æqualiter diuidunt. Non capientis pars cum suo onere ceteris volentibus accrescit, vel, si nemo iure accrescendi vti velit, penes illum manet, à quo relicta sunt.
Cùm coniunctim legatum est per damnationem, vel sinendi modo.			
Cùm disiunctim legatum est per vindicationem, vel per præceptionem.			
Cùm disiunctim legatum est per damnationem, vel sinendi modo.			

¶ His expositis breuiter examinandæ sunt quædam Digestorum leges, quæ sibi inuicem aduersari videntur. Et re verà iuris emendati vestigia in his apparent: nec puto vere negari posse, quædam præter Iustiniani voluntatē, negligētia Triboniani in Pandectas irrepsisse. Nam coniunctis totum à testatore relictum esse, ac partes concursu fieri traditur, D. de lega. j. l. coniunctim 80. partem igitur deficiētis accrescere collegatario, vel collegatariis, probatur, D. eod. l. si duob. 16. §. vltim. (vbi verbum vindicabit, ostendit Iurisconsultum loqui de legato vindicationis) & l. planè. 34. §. si duobus. & l. legatum. 116. §. 1. quibus in locis vbi ex heredib. legatum fuit, & videtur in d. §. si duob. esse legatum præceptionis, in d. autem. §. 1. fit mentio vindicationis. E contrario partes ab initio deberi, ac partem deficientem non accrescere, probatur, d. l. si duob. in princip. (vbi verbum *deberi* indicat Iurisconsultum loqui de legato damnationis, vel sinendi modo, ex quibus legatorum generib. obligatio & actio personalis oriebatur) & D. eod.

& D.eod.l.planè 34.§.si cóiunctim,& l.huiusmodi.84.§.si Titio.(vbi est idem verbum debendi)& de lega. ij. l.7.(vbi est legatum damnationis)& l.vltim.§.Scio.vbi Iurisconsultus vtitur verbo debendi: ac verba testatoris sunt, *dari volo*:adeo vt legatarius secundum iura antiqua non potuerit rem vindicare, sed tãtùm petere sibi dari.Ergo Iureconsulti sibi inuicem non contradixerunt;quia de diuersis legatorum generibus locuti sũt: sed Trebonianus,sublata legatorum differentia,& vno in omnibus iure per Iustinianum constituto,nihilominùs diuersa responsa in Pandectas referens, antinomiam inuexit.Nam contrariæ decisiones sibi inuicem non repugnant,nisi eidem speciei aptentur : nunc autem sunt de eadem specie, quia vnum est legatorum genus,cùm olim de diuersis legatorum generibus scriptæ essent. Denique omnia loca, quæ in coniunctis partes ab initio faciunt,& ius accrescendi negant, per Iustiniani constitutionem correcta sunt. Non me latet,existimare Cuiacium,quod ad ius accrescendi,differentiam inter legata per vindicationem, & legata per damnationem sublatam non esse.Sed verius est,& hanc,& omnem aliam differentiam inter dicta legatorum genera à Iustiniano sublatam esse: quia simpliciter & generaliter in legatis coniunctim relictis concedit ius accrescendi,d.§.vbi autem. vers. si verò pars. & Inst.de lega.§.si eadem.Et in vers.nos autem, d. §. vbi autem.disertis verbis ait se omnibus legatis & fideicómissis vnam naturam imponere, & antiquam dissonãtiam in vnam concordiã trahere:quæ verba etsi aptantur legatis disiunctim relictis,tamen generalia sunt,& à nobis æquè possunt legatis coniunctim relictis accómodari:præsertim cùm repetantur in §.sed olim. vers. sed nostra, Inst.de lega. & videri possint desumpta ex l.1.vers.rectiùs, sup.commun.de legat.quibus in locis non possunt ad legata disiunctim relicta coarctari. Quod autẽ subiicitur,ex omnibus legatis easdẽ actiones oriri; videlicèt rei vindicationem,actionem ex testamento,& actionem hypothecariam: nostræ sententiæ non officit, sed eam confirmat. nam si ex legato damnationis datur rei vindicatio: consequens est, vt hoc vocari possit legatum vindicationis:proinde nullum sit inter hęc legata discrimen. Intellige nullũ esse discrimen in effectu:quia differentia in verbis manet: sed leges rebus, nó verbis imponuntur, vt ait Iustinia-
39 nus in l.2. supr. commun. de legat. ¶ Quæcumque de
coniunctis hactenus diximus,ad eos pertinẽt, qui vno & eodem coniunctionis genere iuncti sunt. Sed fieri potest,vt sint plures diuersimodè coniuncti, putà alius re tantùm, (qui in hac constitutione vocatur disiunctus)alius re & verbis, alius(quem à Iustiniano in hac constitutione,& in d.§.si eadem,Instit.de lega.prætermissum esse,supra notaui) verbis tantùm. Videndum igitur hoc casu est,vtrùm nó capientis pars omnibus, an quibusdam accrescat:nam etsi ex dictis constat, re & verbis coniunctos præferri re coniunctis:tamen nódum exposuimus, quid de sola verborum coniunctione sentiendum sit, si verbis coniuncti cum re coniunctis,vel cum re & verbis coniunctis concurrant: quocirca nunc generalem doctrinam afferemus. Paulus in d.l.re coniuncti.de lega.iij. hunc ordinem firmat,vt ceteris potiores sint re & verbis coniuncti,verbis autem coniuncti præferantur re cõiunctis.Oppono l.1.in pr. & §.vlt.& l.2.& l.3.in princ.D.de vsufruct. accres. vbi tantùm abest,vt verbis coniuncti præferantur re coniunctis,vt ne quidem ius accrescendi habeant,etiamsi soli sint.Distinctione opus est,si hæc loca cóciliare volumus. nam hæ leges de vsufructu legato loquuntur: dictũ verò Pauli in d.l.re coniuncti. in proprietate legata obtinet.Ergo verbis cõiuncti in proprietate legata præferuntur re coniunctis: in vsufructu legato non habent ius accrescendi. Vt differentiæ ratio intelligatur,ex suprà dictis repetendum est,in re & verbis, vel re tantùm coniunctis, ius accrescendi accipi pro iure non decrescẽdi;quia solidũ singulis relictũ est, ideóq; solidum retinet, cui pars per cócursum non aufertur, d. §. vbi autem. vers.sin verò nemo. Qui verò tantùm verbis coniuncti sunt,non per cócursum, sed ab initio partes habent,quas ipse testator fecit, idcirco semper habent partes,d.l.re coniuncti.proinde ius habent accrescendi propriè dictũ; quia parti à testatore tributæ pars collegatarij deficientis accrescit. Ergo ius nó decrescendi in omnibus legatis obtinet:ius autem accrescendi tantùm in proprietate legata locum habet,non etiã in vsufructu legato;quia est ius personale, quod à persona ad personã transferri non potest, Inst. de vsufruct.§.finitur.vnde portio vsusfructus vni legata,non potest ad collegatarium transire;licèt proprietatis pars legata, ad collegatarium per ius accrescendi transire
possit. ¶ Sequitur tertium legis caput de his, quæ vt 40
indignis auferuntur: de quibus quia proprius est titulus tã in Codice,quàm in Digestis, pauca in præsentia dicemus.Hæc Vlpianus tit. de dominio, §. lege. vocat ereptitia:quoniam heredi,vel legatario, vel fideicommissario eripiuntur a fisco:quod ibidem testatur fieri ex lege Papia. Quã in hac parte Iustinianus retinuit cum suis exceptionibus: quia certis casibus non ad fiscum, sed ad alias personas perueniunt,§.quæ autẽ. I.Namq; si legatarius res legatas subtraxit,hæ lucro heredis cedunt,supr.de legat.l.5.II. Si legatarius vel fideicómissarius testamentum celauit,atque hoc in lucem postea emerserit:legatum illi aufertur,& penes heredem manet,quasi pro non scripto,supr.eod.l.pe.in prin.III.Si legatarius,cui propter tutelam gerendam aliquid relictum est,tutelã subire noluerit:legatum ei aufertur, & pupillo assignatur,d.l.pe.in fi.& D.de his quæ vt indign.l.5.§.amittere. IV. Qui ex S.C.Trebell.coactus hereditatem adit,nec quartã retinere,nec fideicómissum consequi potest: non tamen hæc confiscantur, sed in hereditate manent, quæ ad vniuersalem fideicommissarium transfertur, D.ad S. C. Trebell.l.si patroni.55. §. quid ergo. V. Si quis legatum vel fideicommissum à se relictum,non soluat, sed in ius hoc nomine vocatus,solutionem anno integro differat, anno elapso lucrum,quod ex testamento consecutus est,perdit:idque secúdum ordinem à Iustiniano statutum defertur substituto,vel coheredi siue collegatario,vel seruo manumisso,vel legitimo successori, cauenti se voluntati testatoris satisfacturum: & post illos omnes admittitur fiscus,Nou. 1.c.1. ¶ Porrò non tantùm in testamento
relicta quibusdam casibus, sed etiam alia nonnulla tã- 41
quàm indignis ablata,non confiscantur.I. Si vir,qui ex pacto non extantium liberorum dotem lucrari debet, vxorem occiderit: dos ad heredes vxoris transfertur: itidémque è contrario,si vxor virum necarit, donatio propter nuptias, quæ ex pacto ad mulierem pertinet, heredibus mariti tribuitur, D.sol.matrimo. l.si ab hostib.10.Alia ratio est,si ideo dos marito auferatur,quia necem vxoris non vindicauit: tunc enim dos confiscatur,D.de iur.fisci.l. cùm post mortẽ.27. Idem sine dubio dicendum de donatione propter nuptias, si mulier necem mariti vlta non sit: quia dotis & donationis propter nuptias eadem est ratio.II.Si puella tutori suo sine patris sui voluntate nupsit,& in eum donationem contulit:quia nuptiæ non valent, donatio ipso iure tenet,sed tanquam indigno aufertur; non tamen confiscatur, sed vtilis actio datur mulieri ad ea reuocanda, quæ donauit,sup.de don.int.vir.& vx.l.7.

¶ Sequitur quartum caput de bonis vacantibus, 42
quæ ex lege Iulia ad fiscum pertinent, D.de lega.3.l. quidam. 96. §. 1. videlicèt cùm nec ex testamento,

nec ab intestato successor aliquis existit, §.cùm autem. nam coniux quoq; defuncti vel defunctæ, qui vltimo loco ad successionem vocatur, fiscum excludit, supr. vnde vir &vxor.l.vnic.

43 ¶ Superest quintum & vltimum caput quatuor illis causis hactenus expositis commune:in quo Imperator docet, quibus casibus, & à quibus personis hanc constitutionem seruari oporteat. I. Hæc constitutio locũ habet in omnib.vltimis voluntatibus, & mortis causa donationibus, §.hæc autem.post ipsam constitutionem promulgatam conditis, non in antecedentib. voluntatibus, §.pen.quia leges futuris, non præteritis negotiis formam dant, nec ad præterita negotia pertinent, nisi de his quoque nominatim caueatur, supr.de legib. l.7. II. Omnes hac lege tenentur, §.vlt.etiam fiscus, d. §. hæc autem.vers.tantum enim.Ideóque, vt hæc constitutio omnibus innotescat, eam edictis magistratuùm publicè proponi, Iustinianus meritò iubet, §.vlt.

Tit. L I I. De his, qui ante apertas tabulas hereditatem transmittunt.

5 LEge Papia extraneus heres ex parte scriptus non poterat clausis tabulis hereditatem adire, & interim moriens non transmittebat ad suos successores: sed ea pars cadebat in fiscum. Similiter legatarius clausis tabulis moriens non transmittebat ad suos successores legatum, sed hoc quoque ficbat caducum. Suus autẽ heres, quia oon eget aditione, siue ex asse, siue ex parte heres scriptus esset, etiam clausis tabulis heres existebat, & moricos ad suos successores hereditatẽ transmittebat, sup.de iur.delib.l.3. Hae verò cõstitutione Theodosius priuilegium liberis testatoris vel testatricis tribuit, vt omnes indistinctè, licèt sui heredes nõ sint, tamen sibi relicta, nisi ea repudiarint, ad liberos suos trãsmittant. Nota primò, hanc constitutionẽ loqui de liberis heredibus scripris à parentibus, proinde nõ obtinere in liberis succedentibus ab intestato, qui quidem hereditatem (putà maternam) non aditam non transmittunt, infr.ad senatusconf.Orfic.l.2. Nota secundò, Theodosium non permittere liberis ex parte heredib. scriptis, vt clausis tabulis adeant hereditatem, sed vt non aditam transmittant: Iustinianus verò omnib. extraneis heredibus, siue sint, siue nõ sint in numero liberorum, licèt ex parte heredes scripti sint, etiam clausis tabulis adire hereditatem permisit: sed non aditam transmitti à solis liberis ex hac Theodosij constitutione concessit, supr.tit.prox.l.vn.§. in nouissimo.sunt tamen & alij quidam casus, quibus hereditas non adita transmittitur, quos ibi notaui num. 18. Vide etiam, quæ tradidi supr.de iure deliber.num.30.& 31.

Tit. L I I I. Quando dies legati, vel fideicommissi cedat.

I. 4. 6. j.	*IV. 6. y.*
II. 5. y.	*V. 2. 5. j.*
III. 2.	*VI. 2. 7.*

1 INter ea, quæ legatis & fideicómissis communia sunt, diei quoque cessio connumeratur.
2 ¶ Dies legati, vel fideicommissi cedere dicitur, cùm deberi incipit, D.vt lega. nomi.cau.l.cùm legatorum.8.& l.seq.& de verb.signif. l.cedere diem. 213. in princ. adeo vt si postea legatarius vel fideicommissarius moriatur, ad successorem suum id transmittat, D. h.t.l.2.licèt nondum id acceperit: quoniam actionem transmittit, qua id peti potest, l.3.l.pen. & l.vlt. ¶ De hac diei cessione deciduntur 3
hoc titulo tres quæstiones, quarũ vna in rubr. proponitur. ¶ Primò quæritur, quando dies legati vel fi- 4
deicommissi cedat. Distinctio est adhibenda: vel enim legatum (appellatione legati semper intelliges etiam fideicommissum) est vnum, vel plura. Si vnum sit: vel est purum, vel in diem certam, vel in diem incertam, vel sub conditione relictum, D. de condit. & demonstr. l. 1.

¶ De legato puro, vel in diem certam relicto dictũ fuit 5
in l.vn.§.1.& §.in nouissimo, supr.de cadu.toll. De legato sub conditione vel in diem incertam relicto dictum fuit in d.l.vn.§. sio autem aliquid sub cõditione. Hoc loco duo notãda supersunt. I. Ætas legatarij duobus diuersis modis legato adscribitur. Vel enim ipsum legatum in eam ætatem confertur, veluti, *Titio, cum annorum quatuordecim factus erit, centum do lego*: vel solutio legati purè relicti, in tempus illius ætatis cõfertur, veluti, *Titio centum do lego, quæ accipere debebit, cùm ad legitimam ætatem peruenerit*, arg. l. quib. dieb. 40. §. quidam, D.de condit.& demonstr Priori casu legatum non solùm diem, sed etiam conditionem continet, perinde ac si testator dixisset, *Si annorum quatuordecim factus erit*. Idcirco si legatarius ante illam ætatem moriatur, legatum non transmittitur ad eius heredem, sed extinguitur, D.quan.dies legat.ced.l. si Titio.22. Posteriori casu, quamuis legatarius ante illam ætatem moriatur, tamen legatum non extinguitur, sed ad eius heredem transmittitur, l.3.& l.pen. quia est legatum purum: verba autem illa, *cùm ad legitimam ætatem peruenerit*, non faciunt conditionem, sed moram, quæ à conditione longè differt, D.h.t.l. 6. §.1.tunc igitur solui legatum debebit, cùm legatarius ad illam ætatem peruenerit; vel cùm tantum temporis effluxerit, quo ad illã ætatem peruenisset, si viueret, d.l. pen. Oportet autem annum esse completum, non tantùm iochoatum, putà annum vigesimum quintum, d.l.pen.& D.de lega.j.l.si cui legetur. 49. in princ. II. Inter fideicommissa conditionalia numeratur, si testator agrum pluribus relictum pertinere ad superstitem voluit: perinde enim est, ac si singulis legasset sub conditione, si alij decederent: ergo statim ac vno excepto omnes alij mortui sunt, dies fideicommissi in superstitis commodum cedit, l.2. Hæc dicta sint de legatis simplicibus. ¶ Iam di- 6
cendum de legatis coniunctis. Legatum purum & legatum cõditionale circa eandem rem & eandem personam duobus modis coniungi possunt. I. Modo fit legatum mixtum, & ex plurib.compositum, vt accidit in annuo legato: quia etsi annui stipulatio vna est, tamen annoum legatum est moltiplex, D.de verbor obl. l.si Stichum. 16. §. 1. & primi quidem anni legatum est purum, quia statim debetur: sequentium annorum legata eooditionem habent, si legatarius viuet, D. de annuis legat.l.4.l.cùm in annos.11.id est, si singulorũ annorũ initio viuet; quia cuiusque anni initio dies cedit, l.1. II. Modo sunt duo legata omnino separata: veluti si quis vxori vsumfructum fundi purè, & eiusdem proprietatem cùm liberos habuerit, in testamento suo leget: hæc enim est dies incerta, quæ conditionem facit, D.de condit. & demonstr. l. dies incertus. 75. Ergo vsusfructus statim debetur: proprietas verò tunc debetur, cùm impleta conditio fuerit, id est, statim ac vnus filius natus erit, l.4. quia verbum *liberorum*, licèt in plurali numero pronuncietur, tamen de vno verè dicitur, supr.de condit. insert. l. 1. vbi notaui. & D.de verb.signif.l.liberorũ.220. Eo autem filio postea mortuo, conditio non deficit, d.l.4. quia vt conditio, quæ semel defecit, non potest ampliùs impleri, D.de fideic. libert. l. quidam. 10. in princ. ita quæ semel impleta est,

est,non potest ampliùs defieere, supr. de instit.& sub-
stit. sub condit. fact. l. si quis beredem. 8. & D. de
7 vulga. & pupill.l.in substitutione. 41. in princ. ¶ Se-
cundò quæritur,an diei ignorante legatario vel fidei-
commissaria cedat? Respondetur,ignorantiam legata-
rij vel fideicommissarij non officere, quò minùs dies
8 cedat,l.vlt. ¶ Tertiò quæritur, quis sit effectus cessio-
nis?Effectus duplex est,vt initio huius tituli exposui.

Tit. L I V. Vt in possessionem legatorum vel fideicommissorum seruandorum causa mittatur, & quando satisdari debeat.

I 6. ij.	*V. 5. j. y.*
II. 6. j.	*VI. 3. 4.*
III. 5. y. iij.	*VII. 6. j.*
IV. 6. j.	*VIII. 6. j.*

1 QVotiescumque vel propter diem adscri-
ptam, vel propter conditionem adiectã,
vel propter aliam causam solutio legati
vel fideicommissi differtur,interim de eo
sua die præstando satisdari debet : ac nisi
satisdetur, legatarius vel fideicommissarius in posses-
sionem rerum hereditariarum mitti solet, D.vt legat.
nom. cau.l.1.in pr.l.hæc stipulatio.14.in pr.& l.etiam.
15.in prin.& vt in possessioo.legat.l.5.§.qui in posses-
sionem.Hæc igitur duo, cautio & in possessionẽ mis-
sio, quæ separatis titulis in Pandectis tractantur, hîc
in vnum titulum cooiunguntur. Quocirca duæ sunt
2 partes huius tituli. ¶ Prima pars est de legatario vel
fideicommissario, cui satisdatum non est,in possessio-
nem legati seu fideicõmissi nomine mittendo. Vbi tres
3 quæstiones dissoluuotur. ¶ Primò quæritur, in quarũ
rerum pnssessionem legatarius seu fideicommissarius
mittatur? Respondetur,mitti in possessionem, I. Rerũ
bereditariarum. II. Earum, quæ in causa bereditaria
dolo malo beredis legatum vel fideicommissum de-
bentis esse desierunt. III.Rerum beredis propriarum,
l.6. Vide d.l.5.§.qui in possessionem.cum aliquot para-
4 graphis sequeotib. ¶ Secundò quæritur, quando in
possessionem mittatur?Respõdetur per distinctionem:
quoniam in possessinnem rerum bereditariarũ, & ea-
rum quæ dolo heredis in causa bereditaria esse desie-
runt,confestim legatarius, seu fideicommissarius mit-
titur : siue satisdari desiderauerit, siue oon habuerit à
quo desideraret,D.vt in possess.legat.l.1.§.1.in posses-
sionem verò rerum beredis non mittitur,nisi post mo-
ram sex mensium,qui à petitione satisdatioois coram
iudice cnmpeteote facta computantur,d.l.6. & D.eod.
5 l.5. §. Imperator. ¶ Tertiò quæritur, quis sit huius in
possessionem missionis effectus? Hîc tria traduntur.
I. Qui in possessionem mittitur, ooo fit dominus, d.l.
5.immo nec possessor, sed custodiæ causa simul cum
herede in possessione est,d.l.5.in princ. II. Constitui-
tur hac ratinne pignus prætorium,l.3.& l.5. III. Ven-
ditio post legatarium vel fideicnmmissarium in pos-
sessionem missum,ab herede facta, legatario seu fidei-
commissario non nocet; quia causa prætnrij pignoris
6 venditionem antecedit,d.l.3. ¶ In secunda tituli parte
tractatur,*quando satisdari debeat*.Hîc distinguuntur tres
casus : aut eoim constat legatum seu fideicommissum
deberi,aut constat non deberi,aut res dubia est. I. Ca-
su satisdandum est:nec refert,à quo legatum seu fidei-
commissum debeatur,D.vt legat.oom.cau.l. 1.§.1.vel
cui debeatur : nam etsi ciuitati debeatur, nisi admini-
strator satisdari petierit,reipublicæ tenetur in id quod
interest,l.vltim. Insuper nihil refert,quid sit relictum:
nam & fideicommissi vniuersalis nomine hæc cautio
desideratur, l.4.& D.vt leg.nom.cau.l.4.in princ. Ex-
cipitur, nisi testator necessitatem satisdandi remiserit:
quooiam hæc cautio à testatore remitti potest, licèt
cautio fructuaria remitti non possit,l.2.4.& pen.& D.
vt legat.nom.cau.l.vltim.in princ.& vt in possess.lega.
l.1.in princ. II. Casu non satisdatur, D.vt legat. nom.
cau. l. hæc stipulatio. 14. §. 1. III. Casu iudex sum-
mariè cognoscit, an debeatur, nécne, D. vt in poss.
leg.l.3. in princ. Verùm si res altiorem requirat inda-
ginem, de eo subtiliter non inquirit, id est, plenam
cognitionem non adhibet, sed in re dubia satisdari
iubet,l.1.

Tit. L V. De suis & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab intestato venientibus.

I. 2. 3.	*VII. 5. y.*
II. 7. iij.	*VIII. 6.*
III. 7. y.	*IX. 8. p. y.*
IV. 7. vv.	*X. 8. j.*
V. 7. j.	*XI. 2. 9.*
VI. 5. j.	*XII. 8. iy.*

POst vltimas voluntates expositas dicen- 1
dum de legitima successione ab iotestato.
Cuius successionis duo sunt ordines : in
primo succedont sui & legitimi heredes:
in secundo, qui sunt tantùm legitimi, non sui : nam
quicumque sunt sui, sunt etiam legitimi : sed non re-
ciprocatur, vt quicumqne sunt legitimi, sint etiam
sui : itaque nihil refert, vtrùm proponatur de suis &
legitimis,an de suis.Hi verò sunt liberi,qui fuerunt in
familia & potestate defuncti:nam qui in nomero libe-
rorum non sunt, legitimi quidem esse possunt,sed sui
esse non possunt : qui verò non sunt in familia & po-
testate, vt emancipati & descendentes ex feminis, iu-
re antiquo duodecim tabularum habebantur pro ex-
traneis. Sed emancipati iure prætorio per bonorum
possessionem vnde liberi admittontur vnà cum suis,
Instit.de hered.quæ ab intest. defer. §.emancipati. ho-
die fiunt etiam heredes iure ciuili sublata inter suos
& emancipatos differentia,Nou. 118. cap. 1. Descen-
dentes verò ex femiois non tantùm ex hac Nou. sed
etiam iure Codicis vocantur quasi sui,Instit.de succes.
quæ ab intest.defer.§.item vetustas. Quocirca hîc agi-
tur tam de suis liberis, quàm de nepotibus ex filia, id
est,de descendentibus ex feminis: quoniam vtrique in
primo ordine succedunt,illi tanquam verè sui ex lege
duodecim tabularum, hi verò quasi sui ex constitu-
tionibus.Omittuntur emancipati, qui secundum hæc
tempora non fiunt heredes, sed tantùm bonorum
possessores : quia de bonorum possessionibus su-
prà dictum fuit, hic verò de legitimis hereditatibus
agitur.

¶ Quocirca duæ snnt partes huius rubricæ. Sed quia 2
lex 1.loquitur de specie referenda ad secundum ordi-
oem heredum, & ad omnes legitimas successiones est
producenda,lex autem pen. communis est suis liberis,
& descendentibus ex feminis, idcirco videtur com-
modior huius tituli dioisio in quatuor partes : ita vt
prima generaliter ad successiones ab intestato perti-
neat, secunda sit suorum liberorum propria, tertia sit
propria descendentium ex feminis, quarta sit suis &
ceteris liberis communis.

¶ In prima igitur parte notandum, non fuisse 3
olim præscriptum certum tempus adeundæ heredi-
tatis, vt fuit præscriptum tempus petendæ bono-
rum possessionis, prætore liberis & parentibus an-
num,ceteris centum dies ad eam petendã præstituêre,

Inst. de bonor. poss. §. cùm igitur. Sed vel testator, Vl-
pia. tit. 22. §. cretio. Vel prætor, desiderantibus credito-
rib. hereditariis, aut substituto, tempus heredi ad deli-
berandum, & hereditatem adeundam, aut repudian-
dam, arbitrio suo definire solebat, D. de iure deliber. l.
1. §. vlt. non minùs centum diebus, D. eo. l. 2. quia testa-
tores quoque eiusmodi tempus statuere solebant, vt ex
dicto Vlpiani titulo colligitur. Iustinianus verò con-
stituit, vt tempus deliberandi a principe non vltra an-
num, ab aliis iudicibus non vltra nouem menses impe-
tretur, supr. de iu. delib. l. vltim. §. & hæc quidem. Qua-
re in d. l. 1. h. t. rectè dicitur, sororem etiam post diem
centesimum posse adire legitimam fratris hereditatē,
quamuis bonorum possessionem petere non possit.
4 ¶ Secunda pars de suis & legitimis liberis diuiditur in
5 tria capita. ¶ Primo capite de filio libertini duo tra-
duntur. I. Susceptus ex libera & seruo, est quidem li-
ber, quia partus sequitur conditionem & statum ma-
tris, supr. de rei vindicat. l. 7. sed sine patre esse videtur,
quia seruus iure ciuili habetur pro mortuo, D. de di-
uer. reg. iur. l. quod attinet. 32. & l. seruitutem. 209. Vn-
de filius decurionis dici non potest, quamuis pater po-
stea manumissus, natalibus restitutus, & decurio fa-
ctus sit, l. 6. consequenter non est ei suus heres. II. Suus
heres patri libertino est, quem post manumissionem
6 ex iustis nuptiis pater suscepit, l. 7. ¶ Secūdū caput est
de filia, cuius pater in potestate hostium decessit. Hæc
patri succedit, quasi sua heres, non obstante eius ser-
uitute, quia mortuus apud hostes lege Cornelia fingi-
tur primo captiuitatis momento decessisse, D. qui te-
stam. fac. poss. l. lege. 12. Ergo etiamsi ignoret patrem
obiisse, nihilominùs heres ipso iure fit, & postea mo-
riens eam hereditatem ad suos successores transmittit,
l. apud hostes. 8. & Inst. de hered. quæ ab intesta. defer.
7 §. sui autem heredes fiunt. ¶ Tertium caput est de suo-
rum heredum concursu vel inter se, vel cum aliis. Vbi
tractantur quatuor cōcursus. I. Filius adoptiuus simul
succedit cum filiis naturalibus, qui ex iustis nuptiis
ante vel post adoptionem suscepti sunt, l. 5. II. Filius
& ex altero filio prædefuncto nepos simul succedunt,
l. 3. quia nepos patrem suum defunctum repræsentat:
idcóque si plures sint nepotes ex eodem filio mortuo,
omnes in bonis aui vnam partem inter se diuidendam
accipiunt, quam pater acciperet, si viueret, quæ quidē
dicitur successio in stirpes. eadémque ratio est prone-
potum, & ceterorum descendentium, Instit. de hered.
quæ ab intesta. defer. §. cùm filius. III. Similiter nepo-
tes ex diuersis filiis defunctis auo, non in capita, sed in
stirpes succedunt, l. 2. & Instit. d. §. cùm filius. vers. vlt.
IV. Suus postumus præfertur sorori defuncti licèt cō-
sanguineæ, quoniam ille ad hereditatem vocatur in
8 primo ordine, hæc in secūdo, l. 4. ¶ In tertia parte agi-
tur de descendentibus ex feminis. Nota, descendentes
ex feminis appellari, quoties aliqua femina interuenit,
licèt plures masculi intercedant. Vnde cùm feminæ
succeditur, omnes ex ea progeniti, inter descendentes
ex feminis numerantur, vt nepotes ex filio, vel filia,
& pronepotes ex nepote vel nepte, l. si quis defun-
ctus. 9. & supr. de collat. l. illud. 19. quia mulier est
suæ familiæ caput & finis, D. de verb. sign. l. pronuncia-
tio. 195. §. vlt. Horum descendentium ex feminis hoc
titulo consideratur quadruplex concursus. I. Cùm agi-
tur de auiæ successione (hæc successio nepotibus &
neptibus defertur ex constitutionibus principum, Inst.
de S. C. Orphit. §. 1. vt successio in bonis matris filiis
& filiabus defertur ex S. C. Orphitiano, Instit. eod. in
princ.) æquè nepotes ex filiis emancipatis vel non
emancipatis succedunt, l. vbi. 10. II. Si descendentes
ex feminis concurrant cum descendentibus ex mascu-
lis, minus tertia parte accipiunt, quàm eorum parens
acciperet, si viueret, eaque tertia descendentibus ex
masculis accrescit: verbi gratia, si mulier filio, & filia
relictis decesserit, vterque semissem in bonis mater-
nis obtinet. Sed si filia ante matrem defuncta sit filio
superstite, qui est nepos eius, de cuius hereditate agi-
tur, hic nepos in bonis auię, dēpta tertia parte semissis,
qui ad matrem suam pertineret si viueret, (id est, dua-
bus vnciis) tantùm trientem obtinebit: filius verò bes-
sem consequetur: quod obtinet, etiamsi auia testamē-
tum fecerit, si per querelam inofficiosi euerti, vel aliter
impugnari possit, l. si defunctus. 9. & supr. de collat. l.
illam. 19. in princ. & Instit. de hered. quæ ab intesta.
defer. §. penultim. Verùm hæc tertiæ partis deminutio
nouissimo iure sublata est, adeo vt æquè ex masculis
& ex feminis descendentes hodie succedant, Nou. 18.
cap. 4. & Nou. 118. cap. 1. III. Si descendentes ex femi-
nis concurrant cum adgnatis defuncti, vel defunctæ,
quarta bonorum pars adgnatis deferebatur, reliquum
descendentes ex feminis accipiebant. C. Th. de legit.
hered. l. 4. Sed ex Iustiniani constitutione, adgnatis
omnino exclusis, descendentes ex feminis soli succe-
dunt, l. vltim. & Instit. de hered. quæ ab intesta. defer.
§. vlt. ¶ In quarta parte communiter de suis & ceteris 9
liberis statuitur, eos parentibus defuncti vel defunctæ
præferri, l. pen. (vbi dicitur filius matri ipso iure succe-
dere, non quia sine facto, id est, sine aditione & pro
herede gestione succedat, vt suus heres, D. de lib. &
post. l. in suis. 11. & de bon. libert. sed quia iure ciuili
heres fit, ne quis putet eum tantùm ad bonorum pos-
sessionem admitti) & infr. ad S. C. Orphit. l. 4.

Tit. LVI. Ad S. C. Tertullianum.

I. 2. j.	*VI. 2. ij. 3. iij.*
II. 4. ij.	*VII. in pr. 4. iv. vj.*
III. 2. iij.	*§. j. 4. v.*
IV. 3. j.	*§. pr. 4. v.*
V. 3. ij.	*§. vlt. 3. p.*


Xposito primo ordine heredum ab inte 1
stato, transgreditur ad secundum, facto
initio à matre, quæ intestatus filiis suc-
cedit ex S. C. Tertulliano, quod factum
est Hadriani temporibus, Instit. hoc tit. §.
postea. ¶ Porrò cùm quæritur, an mater filio succedat, 2
tria in consideratione veniunt: quorū primum est ætas
filij defuncti: aut enim infans decessit: aut impubes,
siue sit infans, siue maior infante: aut post pubertatem.
I. Casu, etsi filius infans matri per se non succedit, sed
per patrem aut tutorem, l. 1. & supr. de iur. deliber. l. si
infanti. 18. & D. ad S. C. Trebell. l. seruo inuito. 65. §. si
pupillo. tamen mater filio infanti per se fit heres, d. l.
1. II. Casu regulariter quidem filio vel filiæ succedit:
eius tamen successione priuatur, si ei tutore egenti tu-
torem non petierit, isque in ætate pupillari decesserit,
Instit. h. t. §. pen. & D. qui pet. tuto. vel curat. l. 2. §. 1. &
2. (videlicet si ipsa erat maior vigintiquinque annis,
supr. si aduer. delic. l. 1.) vel si eius tutela suscepta, vel
secundas nuptias transierit, priusquàm alium tutorem
ei petierit, & rationes tutelæ gestæ reddiderit, l. 6.
III. Casu indistinctè filio succedit, etiamsi ei egenti
tutorem non petierit, l. 3.
¶ Secundò considerantur secundæ nuptiæ matris, 3
l. vlt. §. vlt. de quibus tria traduntur. I. Si ante finitum
tempus luctus ad secundas nuptias conuolauerit, infa-
mis fit, nisi beneficio principis ei remittatur infamia.
Et si filium, vel filiam, pluresue filios aut filias ex priori
matrimonio habeat, ei vel eis dimidiam bonorum
suorum, quæ tempore secundarum nuptiarum habet,
donare

donare pleno iure cogitur, nec in his bonis succedit, quamdiu proles ex priori matrimonio superest: vltimo autem vel vltimæ ab intestato morienti succedit, l. 4. & supr. de secund nupt. l. 1. I I. Mater quæ in viduitate filio vel filiæ successit, si ad secundas nuptias non transeat, plenum ius in his bonis retinet: si secundò nubat, in aduentitiis quidem bonis, quæ extrinsecùs ad filium seu filiam obuenerant, nihilominùs plenum ius obtinet, in profectitiis verò quæ à patre processerunt, solùm vsumfructu habet, proprietate ad fratres & sorores defuncti translata, l. 5. Quæ verò post secundas nuptias filio vel filiæ succedit, non habita inter bona profectitia & aduentitia disiunctione, tantùm vsumfructum percipit, proprietas verò ad fratres vel sorores defuncti seu defunctæ pertinet: quòd si nulli sint ex priori matrimonio liberi, veluti quia etiam fratres & sorores postea decesserunt matre superstite, mater plenum ius in his bonis habet, supr. de secund. nupr. l. 3. §. 1. Sed hæ constitutiones abrogantur per Nou. 2. cap. 3. vbi statuitur, vt mater vtroque casu (id est, siue ante, siue post secundas nuptias filio vel filiæ succedat) non obstantibus secundis nuptiis, pleno iure succedat vnà cum fratribus & sororibus defuncti seu defunctæ. Postea Nou. 22. cap. 46. distinctionem reducit bonorum profectitiorum & extrinsecùs quæsitorum, adeo vt hæc distinctio, quæ iure Codicis obtinet solùm in casu d. l. 5. id est, cùm mater priùs filio vel filiæ successit, quàm ad secundas nuptias transiret, hodie valeat etiam in casu d. l. 3. §. 1. id est, cùm mater post secundas nuptias filio vel filiæ successit. I I I. Mater, quæ impuberis tutelam suscepit, si priùs quàm alium tutorem ei petierit, tutelæ gestæ rationem reddiderit, ad secundas nuptias transeat, ei in ætate pupillari morienti non succedet, l. 6. quod etiam supr. notaui, §. 2. memb. 2.

4 ¶ Tertiò consideratur cócursus matris cum aliis personis successionem ambientibus. I. In filiorum successione eorum liberi matri præferuntur, Instit. h. t. §. præferuntur. I I. Pater matri præfertur, l. 2. & Instit. d. §. præferuntur. sed hodie simul cum matre succedit, Nou. 118. cap. 2. I I I. Auus, vel proauus, si solus cum matre concurrat, ei cedit, d. §. præferuntur. si vnà cum patre, solus succedit, D. h. t. l. 5. §. vlt. Hodie tam patri, quàm matri cedit: quoniam adscendentes secundum gradus prærogatiuam ad successionem vocantur, d. Nou. 118. cap. 2. I V. Si mater concurrat cum sorore vel sororibus defuncti seu defunctæ, semissem accipit: alter verò semis sorori tribuitur, vel inter sorores æqualiter diuiditur. Si verò cum fratre vel fratribus siue solis siue vnà cum sororibus, omnes in capita succedunt, l. vlt. in princ. & Instit. eod. §. sed cùm antea. Sed nouissimo iure mater consanguineos vel vterinos fratres & sorores excludit: cum germanis verò (id est, qui per vtrumque parentem defuncto seu defunctæ coniuncti sunt) hereditatem partitur in capita, Nou. 118. cap. 2. Memineris autem, matrem interdum ob secundas nuptias à defuncti vel defunctæ fratribus & sororibus excludi, vt exposui supr. §. prox. membr. 1. & 2. V. Si pater, mater, & fratres sororésque concurrant, hoc iure Codicis distinguitur, quia vel defunctus seu defuncta sui iuris erat, vel in potestate patris. Priori casu proprietas bonorum ad fratres & sorores pertinet, vsusfructus verò triens patri, triens matri, triens fratribus & sororibus conceditur, d. l. vlt. §. 1. Posteriori casu pater vsumfructum, quem iam habebat, retinet: mater cum fratribus & sororibus succedit secundum distinctionem supr. membr. prox. traditam, d. l. vlt. §. penult. Sed iure nouissimo nihil refert, vtrùm defunctus vel defuncta sui iuris, an in potestate patris fuerit: diuiditur autem hereditas in capita inter patrem, & matrem, & fratres ac sorores, dummodò hi per vtrumque parentem defuncto vel defunctæ iuncti fuerint, (alioquin excluduntur:) hereditas autem singulis pleno iure defertur, nec per fratres vel sorores defuncti in sua portione acquiritur vsusfructus patri, licèt in eius potestate sint, d. Nouel. 118. cap. 2. V I. Si mater concurrat cum patruo vel patrui filio, vel aliis adgnatis præter fratrem & sororem defuncti, sola succedit ex asse, d. l. vlt. vers. patruo scilicèt. & Inst. eod. §. sed cùm antea.

Tit. L V I I. Ad S. C. Orphitianum.

I. 3. v.	*V. in princ. 3. ij.*
I I. 5.	*§. j. 3. j.*
I I I. 4.	*V I. 3. iij.*
I V. 3. iv.	

Quemadmodum mater filiis ex S. C. Ter- 1
tulliano, ita filij matri ex S. C. Orphitiano
succedunt. Quamuis autem potentius
sit Orphitianum Tertulliano, quia
filij defunctorum matri in successione
præferuntur, supr. de suis & legit. l. penult. & Instit. de
S. C. Tertull. §. præferuntur, tamen Tertullianum
priori loco positum fuit, habita ratione temporis, quoniam
est vetustius Orphitiano: quippe cùm Tertullianum
factum sit temporibus Diui Hadriani, Instit. de
S. C. Tertull. §. postea. Orphitianum verò temporibus
Diui Marci, Instit. h. t. in princ.
¶ De successione filiorum in bonis maternis deci- 2
duntur hoc titulo tres quæstiones.
¶ Primò quæritur, an filij vel filiæ matri succedant. 3
Respondetur succedere, I. Quamuis sint tantùm naturales,
id est, ex concubinatu suscepti, & cum legitimis
eiusdem matris liberis concurrant, l. penult. §. 1.
I I. Quamuis sint spurij, Instit. h. t. §. pen. & D. ad S. C.
Tertull. l. 1. §. sed & vulgò. & cum legitimis filiis concurrant,
nisi mater sit illustris, cui filij spurij, extantibus
legitimis, non succedunt, d. l. pen. in pr. I I I. Quâuis
in seruitute matris sint concepti, dummodò post manumissionem,
vel post moram manumissioni factam
nati sint: nam moram eius, qui manumittere ancillam
debet, nec matri nec filio nocet, quò minùs mater filio
succedat ex S. C. Tertulliano, vel filius matri ex Orphitiano,
l. vlt. & D. ad S. C. Tertullian. l. 1. §. interdum.
I V. Quamuis pater & mater defunctæ cum eis concurrant:
nam patri & matri præferuntur, l. 4. & supr.
de suis & legit. l. penult. V. Etiam si defunctæ mulieris
mater, & fratres consanguinei existant; quia liberi
tam adscendentibus, quàm transuersalibus præferuntur,
l. 1. ¶ Secundò quæritur, quomodò filij matri succe- 4
dant. Respondetur, eos non solùm posse petere bonorum
possessionem vnde liberi, sed etiam hac omissa
posse adeundo, vel pro herede gerendo fieri heredes
iure ciuili, id est, ex S. C. Orphitiano, l. 3. ¶ Tertiò quæ- 5
ritur, quæ partes hereditatis maternæ singulis filiis tribuantur.
Respondetur, non fieri tot partes, quot filij
fuerút matri superstites, si non omnes matri succedant:
sed tot partes æquales fieri, quot sunt filij, qui succedunt.
Quare si mater relictis quatuor liberis decessit;
quorum duo emancipati, duo in potestate patris erant;
his ante aditam hereditatem decedentibus, materna
hereditas inter illos pro æquis partibus diuiditur, ita
vt quilibet semissem accipiat, l. 2.

Tit. L V I I I. De legitimis heredibus.

I. 4. iij. 8. j. iv.	*V. 4. j. 6. ij.*
I I. 15.	*V I. 6. j.*
I I I. 8. j. iij. 10. j.	*V I I. 6. ij. 10. iv.*
I V. 3. j. 12. 14. j.	*V I I I. 3. iij. 14. j.*
	I X. 8. ij.

IX. 8.ij.
X. 4.iv.
XI. 3.y.4.j.8.v.14 y.
XII. 4.y.
XIII. 3.y.8.v.
XIV. in princ. 4.iij.
§.j.4.j.10.iij
XV. in princ. 4.j.10.iij.
§.j.4.j.8 v.
§. sed nec fratrem. 4.j.8.vj.
§. cùm autem. 4.j.10.y.
§. pen. 14.y.
§. vlt. 8.v.

1 Ost liberos & parentes ad legitimam suc-
cessionẽ ex lege duodecim tabularum vo-
cantur adgnati, è quorum numero soli fra-
tres & sorores per vtrumque parẽtem cum
defuncto coniuncti, ex Nou. 118. cap. 2. & horum filij
ac filiæ ex Nou. 127. cap. 1. simul cum parentibus ad-
mittuntur. Hic igitur titulus est de legitimis heredi-
bus, id est, de adgnatis: adeo vt verbum *legitimi* accipia-
tur in significatione propria, ad eos coangustata, qui ex
2 lege duodecim tabularum succedunt. ¶ De hac suc-
3 cessione deciduntur hoc tit. quinque quæstiones. ¶ Pri-
mò quæritur, quibus in hoc ordine succedatur? Hic
tria traduntur, I. Succeditur ei, qui intestatus defun-
ctus est, vel quia testamentum non fecit, vel quia testa-
mentum, quod fecit, iure non valet, putà quia factum
est ab impubere, l. 4. alióve testamenti factionem non
habente: idémque dicendum, si testamentum, quod ini-
tio valebat, postea fuit infirmatum, D. de suis & legit.
l. 1. in princ. II. Emancipatis quoque fratres, sorores &
parẽtes perinde succedũt, ac si integri iuris decessissent,
l. si ab eo. 11. l. de emancipatis. 13. quòd paulò post di-
ligẽtiùs explicabo. III. Quãuis hereditas eius, qui apud
hostes decessit, dici non possit, quia seruus decessit, D.
de verb. signif. l. 3. §. 1. tamen ob fictionem legis Corne-
liæ, qua fingitur primo captiuitatis momento mortuus
esse, ei succeditur non solùm ex testamento, si ante ca-
ptiuitatem testamentum fecit, D. qui testam. fac. poss.
l. lege. 12. sed etiam ab intestato, D. de suis & legit. l. 1. in
princ. & infr. de postlim. reuer. l. 1. & D. de captiu. l. bo-
na. 22. in princ. tam in primo heredum ordine, supr. de
suis & legit. l. apud. 8. quàm in hoc secundo, in quo vo-
cantur adgnati, l. si his. 8. ita vt hereditatem adire, vel
bonorum possessionem petere liceat, d. l. si his, & infr.
4 de postlim. reuer. l. 4. & D. de bon. poss. l. 1. §. dari. ¶ Se-
cundò quæritur, qui succedant, vel non? Hic quatuor
traduntur. I. In hoc ordine ad hereditatem vocantur
adgnati, l. 5. & cognati iure adgnationis donati: vt fra-
tres & sorores emancipati, l. si ab eo. 11. l. vlt. §. 1. vel
vterini. d. l. vlt. §. sed nec fratrem. necnon eiusmodi fra-
trum vel sororum filij & filiæ, l. pen. §. 1. d. l. vlt. in princ.
& §. cùm autem. II. Nati ex quinquagenaria ad quam-
cumque successionem iure delatam admittuntur, licèt
eiusmodi partus raro contingat, l. si maior. 12. III. Non
est melior conditio masculorum, quàm feminarum, sed
omnes, qui in eodẽ gradu sunt, eodem iure vtuntur, vt
olim auctoribus duodecim tabularum, & nouissimè
Iustiniano placuit, sublata lege Voconia, quæ adgnatas,
propter sorores consanguineas, à legitima successione
excludebat, l. 1. l. pen. in princ. & Instit. de legit. adgnat.
success. §. ceterùm. Paul. lib. 4. sententiar. tit. 8. IV. Qui
pupillo, cùm tutore opus haberet, tutorem non petie-
runt, ab eius in ætate pupillari decedentis successione
repelluntur, l. sciant. 10. videlicèt si sint perfectæ ætatis,
arg. l. 2. supr. si aduers. delict. vt de matre supr. docui ad
5 S.C. Tertul §. 2. memb. 2. ¶ Tertiò quæritur, quo ordi
ne adgnati succedant? Pro huius quæstionis solutione
quædam notanda sunt toti huic ordini communia, &
6 alia quorumdam graduum propria. ¶ Communia tria
sunt. I. Adgnati vocantur post suos heredes, l. 6. &
quasi suos, vt liberos emancipatos, & descendentes
ex feminis, Institut. de legit. adgnat. success. in princip.
II. Præferuntur cognatis defuncti, l. 5. & l. 7. nisi co-
gnati iure adgnationis donati sint, quoniam hi simul
cum adgnatis succedunt, vt supr. dictum fuit. III. Pro-
ximiores præferuntur adgnatis remotioribus, Instit. de
legit. adgn. success. in princ. §. si plures. exceptis fratrum
& sororum prædefunctorum filiis, qui iure repræsen-
tationis ad hereditatem simul cum alijs defuncti fra-
tribus & sororibus superstitibus vocantur, Nou. 127.
cap. 1. ¶ His generaliter expositis, deinceps quædam 7
aliquorum graduum propria notemus, facto initio à
secundo gradu, quia nulli sunt in primo gradu trans-
uersales, D. de gradib. l. 1. §. 1. l. pen. & Instit. eod. in pr.
¶ De secundo gradu, in quo fratres & sorores collo- 8
cantur, hæc notentur. I. Soror consanguinea, licèt do
tata sit, nihilominùs ad hereditatem simul cum fratre
consanguineo vocatur: quemadmodum fratribus &
sororibus omnibus simul datur à prætore bonorum
possessio, l. 1. & l. 3. II. Soror præfertur auiæ, & auo
materno defuncti, l. in successione. 9. sed hodie fratres
& sorores per vtrumque parentem defuncto coniun-
cti, simul cum parentibus succedunt: ceteri, siue con-
sanguinei, siue vterini, parentibus cedunt, Nou. 118.
cap. 2. III. Frater & soror præferuntur alterius fratris
vel sororis filiis, quia in propiori gradu sunt, l. 3. sed
hoc hodie non obtinet, quia fratrum & sororum fi-
lij patrem suum vel matrem repræsentant, ideoque
quasi ex secundo gradu succedunt, d. Nou. 118. cap. 3.
IV. Inter masculos & feminas nullum est discrimen in
successione secundi gradus: siue de secundo, id est ad-
gnatorum: siue de tertio, id est cognatorum ordine
quæratur: nam consanguinea idem iuris habet, quod
consanguineus: & vterina, quod vterinus, l. 1. vbi hoc
specialiter traditur de secundo gradu, id est, de sorori-
bus: quia tempore huius legis in sequentibus adgnato-
rum gradibus melior erat conditio masculorum quàm
feminarum, id est, feminæ iure adgnationis non succe-
debant, vt exposui supr. §. 4. memb. 3. V. Emancipatis
fratribus & sororibus iura legitima concessa sunt,
perinde ac si emancipati non essent, tam actiuè quàm
passiuè, id est, vt ipsi alijs fratribus & sororibus, vel alij
ipsis succedant, l. si ab eo. 11. excluso etiam secundum
iura Codicis quod ad proprietatem patre defuncti seu
defunctæ, cui solus vsusfructus tribuitur: & ita vt in
bonis maternis geniti ex eadem matre ceteris fratribus
& sororibus præferantur, l. de emãcipatis. 13. sed hodie
fratres & sorores germani ceteris fratribus & sorori-
bus præferũtur, & simul cum patre in capita succedũt,
ita vt quilibet in sua portione plenũ dominium con-
sequatur, d. Nou. 118. cap. 2. Nota, Anastasium ita vo-
casse fratres vel sorores emancipatos cum fratribus &
sororibus integri iuris, vt eis hoc casu portionem adi-
meret, Inst. de success. cogn. §. 1. id est, trientem, Theoph.
ibi. sed hanc deminutionem Iustinianus sustulit, d. l. vlt.
§. 1. & Anastasij constitutionem, id est, eam partem d. l.
si ab eo. quæ trientem detrahebat, in priori editione
Codicis positam, posteriorem editionem non recepit.
Quia igitur d. l. vlt. est posterior Institutionibus, ideir-
co eius ratio in d. §. 1. de success. cogn. nulla habe-
tur. Porrò dicta l. vlt. tantùm in futuris casibus obtinet,
non in præteritis, vt Iustinianus in §. vltim. testatur.
VII. Vterini fratres vel sorores sunt legitimi heredes,
& in adgnatorum ordine positi à Iustiniano, d. l. vlt.
§. sed nec fratrem. ¶ De alijs gradibus vltra secundum 9
notetur, lege duodecim tabularum æquè adgnatos at-
que adgnatas ad legitimam successionem vocatas esse;
deinde lege Voconia mulieres esse à legitima heredi-
tate exclusas, & à prætore vocatas fuisse tantùm in ter-
tio ordine tamquàm cognatas; à Iustiniano autem ve-
tus ius eis restitutum fuisse, vide supr. §. 4. memb. 3.
¶ De tertio gradu hæc traduntur. I. Fratrum & so- 10
rorum prædefunctorum filij ac filiæ ex hoc gradu vo-
cantur

tur tam ad hereditatem quàm ad bonorum possessio-
nem post fratres & sorores defuncti, l. 3. Immo hodie
repręsentant patrem suum, vel matrem, ideóque simul
cum fratribus & sororibus succedunt; ita vt portionem
accipiant, quam pater vel mater acciperet, si viueret,
quæ dicitur successio in stirpes, d. Nou. 118. cap. 2. & 3.
II. Emancipatorum fratrum & surorum filiis & filia-
bus siue integri iuris siue emancipatis Iustinianus iura
legitimæ successionis concessit, l. vlt. §. cùm autem.
Quod nouissimè ad omnes emancipatos, & emancipa-
torum liberos transtulit, d. Nou. 118. III. Fratrum vte-
rinorum, & sororum siue consanguinearum siue vteri-
narum filij & filiæ (non etiam nepotes & vlteriores)
quamuis nō in adgnatorum, sed in cognatorū numero
sint, tamen ad legitimam successionem post fratres &
sorores vocantur ex Iustiniani constitutione, ita vt in
capita succedant, l. penult. §. 1. & l. vlt. in princ. & In-
stit. de legit. adgnat. success. §. hoc etiam. Sed hodie suc-
cedunt etiam simul cum fratribus & sororibus, & (vt
ego puto) in stirpes, & legitima successio omnibus co-
gnatis tributa est simul cum adgnatis, d. Nou. 118.
IV. Patruus præfertur materteræ: quoniam ille est ad-
gnatus, hæc cognata: proinde est heres legitimus in
secundo ordine, hæc tantùm beneficio prætoris in ter-
tio ordine ad bonorum possessionem vocatur, l. 7. Sed
hodie sublata inter adgnatos & cognatos differentia,
æquè succedunt, d. Nou. 118. cap. 3.

11 ¶ De quarto gradu nihil specialiter traditur hoc tit.
12 ¶ De quinto gradu vnum habetur, propiorem so-
brino, patruelis sui filio esse legitimū heredē, proinde
etiam omissa bonorum possessione succedere posse, l. 4.
13 ¶ De vlterioribus gradibus specialiter non agitur,
etsi adgnati vsque ad decimum gradum ad legitimam
hereditatem vocantur, Inst. de success. cognat. §. vlt.
14 ¶ Quartò quæritur, qui sint effectus legitimæ suc-
cessionis delatæ? I. Hi quib. defertur, sine prętoris bene-
ficio, id est, omissa prætoria bonorum possessione, suc-
cessionem acquirere possunt, d. l. 4. & l. si his. 8. II. Qui
ad legitimam hereditatem admittuntur, etiam ad legi-
timam tutelam vocātur; quia vbi est successionis emo-
lumentum, ibi etiam tutelæ onus esse debet; dummodò
sint masculi perfectæ ætatis, l. si ab eo. 15. l. vlt. §. penult.
& Instit. de legit. patron. tut. vers. eo enim. & de fiduc.
tut. vers. ita tamen. & Nou. 118. cap. 5.
15 ¶ Quintò quæritur, quis sit effectus legitimæ here-
ditatis acquisitæ? Hîc notatur, si filiofamiliâs hereditas
extranei delata sit, & eâ nondum aditâ, sui iuris morte
patris factus sit, & paternam hereditatem repudiet, ex-
tranei que hereditatem adeat, bona huius hereditatis à
bonis paternis separari, l. 2. non potest enim videri se
bonis paternis immiscuisse, qui extranei hereditatem
adiuit, licèt hæc eo tempore sibi delata sit, quo in patris
erat potestate: quia patri per filium hereditas non ac-
quiritur, antequàm iussu patris eam adeat, D. de acquir.
hered. l. si quis mihi bona. 15. §. iussum.

Tit. LIX. Communia de successionibus.

I. 6. j.	*VII. 5. j.*
II. 6. ij.	*VIII. 4.*
III. 5 j.	*IX. 5. ij.*
IV. 3. j.	*X. 5. ij.*
V. 6 ij.	*XI. 3. ij. 6. v.*
VI. 6. iv.	

1 POstquàm seorsum ac distinctè successiones ex-
posuit, tam prætoriam, quàm ciuilem, & tam ex
testamēto, quàm ab intestato, quædam subiicit
2 his omnibus successionibus communia. ¶ Sunt autem
3 huius tituli quatuor capita. ¶ Primo capite de eo, cui
succeditur, duo traduntur. I. Seruus heredem habere
nō potest, l. 4. II. Filiusfam. heredem habere potest, tam
ex testamēto, propter peculium castrense, vel quasi ca-
strense, de quo testari potest, supr. qui testam. fac. poss.
l. vlt. & Inst. eod. in pr. & de milit. testam. vers. sed testa-
ri, quàm ab intestato, l. vlt. & Nou. 118. c. 2. ¶ Secundo 4
capite consideratur ipsa successio: de qua notatur, priùs
deferri successionem ex testamento, quàm ab intesta-
to: nam huic locus esse nō potest, quādiu illius spes est,
l. antequàm. 8. & D. de acquir. hered. l. quamdiu potest.
39. & de diu. regul. iur. l. quamdiu. 89. nisi heres in testa-
mento institutus sit sub conditione, si legitimus heres
vindicare nolit hereditatem: tunc enim, quia legitimus
adeundo, facit vt institutionis conditio deficiat, meritò
præfertur heredi instituto, D. de hered. instit. l. si quis
ita. 82. ¶ Tertio capite reprobantur quædam causæ, ex 5
quibus posset aliquis prætendere successionem ab in-
testato. I. Affinitas: nam affinitatis iure nulla successio
defertur, l. 7. verbi gratiâ, priuigno intestato vitric⁹ nec
ciuili, nec prætorio iure succedit, l. 3. II. Educatio: nam
qui aliquem nutriuit, non propterea ad eius successio-
nem vllo iure vocatur, l. pen. III. Contubernium cum
ancilla aliena: dominus enim successionem eius, qui se
cum ipsius ancilla iunxit, per hanc cōiunctionem vin-
dicare non potest, l. ancillæ. 9. ¶ Quarto de personis 6
ab intestato succedentibus plura notantur. I. Frater
emancipatus, & frater integri iuris iure prætorio
per bonorum possessionem vnde cognati simul succe-
dunt alteri fratri emancipato, l. 1. vbi ponitur defun-
ctus emancipatus: quia huius legis tempore, si defun-
ctus in familia mansisset, frater integri iuris, cui de-
fertur bonorum possessio vnde legitimi, prælatus fuis-
set fratri emancipato, qui vocatur ad bonorum posses-
sionem vnde cognati: sed postea Anastasius iura legiti-
ma fratribus emancipatis concessit, adeo vt indistinctè
concurrant cum fratribus integri iuris, supr. tit. prox.
l. si ab eo. 11. & nouissimè Iustinianus generaliter dif-
ferentiam emancipatorum & non emancipatorum su-
stulit in successione ab intestato, Nou. 118. II. Heres
heredis, seu bonorum possessoris est heres primi defun-
cti, siue ab intestato, siue ex testamento succedatur, sup.
de vsufruct. l. antiquitas. 14. & de hered. instit. l. vlt.
vers. & hoc argumentamur. & D. de verbor. signif. l. he-
redis. 65. & l. sciendum. 70. Quare actio defuncto com-
petens, non solùm ad primum, sed etiam ad secundum
successorem transfertur, vt in specie l. 2. in qua Titij,
qui patris tui erat patruelis, aut amitinus, aut consobri-
nus, proinde tibi erat propiùs sobrino, tutelam Mæ-
nius gessit: deinde eidem Titio intestato defuncto pa-
ter tuus successit aut iure ciuili, quia erant adgnati; aut
tantùm iure prætorio per bonorum possessionem vnde
cognati, vel quia Titius per feminam patri tuo iunge-
batur, eique erat amitinus siue consobrinus; vel quia
adgnatio (pone fuisse patruelem) capitis deminutio-
ne perempta fuit: postea patris tui hereditas ad te per-
uênit: tutelæ igitur actio, quæ Titio competebat, tibi
iure hereditario competit. III. Mulieri intestatæ, quæ
mater est Titij amita Mæuij, Titius succedit, non Mæ-
uius. Titio verò postea similiter intestato defuncto, si
de successione controuersia sit inter priuignos eius-
dem mulieris, & Mæuium: sic distinguitur: Aut priuigni
illi sunt consanguinei fratres Titij: aut eius fratres non
sunt: quoniam fratres vterini esse non possunt, cùm
eius matri non sint filij, sed priuigni. Priori casu priui-
gni illi Mæuio præferuntur duplici ratione: cùm quia
sunt adgnati, Mæuis verò est tantùm cognatus Titij
amitini sui: tum etiam quia sunt in secundo gradu, cùm
Mæuius sit in quarto gradu, l. 5. IV. Auunculus præfer-
tur cōsobrino: quia ille est in tertio gradu, hic in quar-
to, l. 6. V. In his, quæ ad filiosfamiliâs ex matrimonio

ſiue à coniuge, aut à matre, vel adſcendentibus per li-
neam maternam peruenerunt, primò ſuccedunt eorum
liberi, ſi extant: deinde fratres & ſorores ex eodem ma-
trimonio procreati: tertiò alij fratres & ſorores: atque
his tribus caſibus vſusfructus ad patrem pertinet: quar-
tò pater, l. vlt. & infr. de bon. quæ lib. l. 4. §. 1. Sed Iuſti-
nianus hoc ius primùm produxit ad omnia bona ad-
uentitia, infr. de bon. quæ liber. l. 6. §. 1. deinde indiſtin-
ctè de cuiuſcúſq; generis bonis ad filiumfamiliâs perti-
nentibus conſtituit in ſucceſſione ab inteſtato patrem
præferri fratribus & ſororibus defuncti conſanguineis,
vel vterinis, ac ſimul ſuccedere cum fratribus germa-
nis (id eſt, ex eodem matrimonio procreatis, ex quo
defunctus genitus fuit) facta hereditatis diuiſione in
capita, ita vt in ſua portione plenum ius, in aliis ne qui-
dem vſumfructum habeat, Nou. 118. cap. 2.

Tit. L X. De bonis maternis, & materni generis.

I. in princ. 4.
§. j. 4.
II. 4.
III. in princ. 4.
§. j. 4.
§. in nepotibus. 4.
§. quod ſi nepotes. 4.
§. ſi vero. 4.
§. pen. 4.
§. vlt. 4.
IV. 4.

1 HIc titulus ex lege vltim. tituli præcedentis
quodammodò naſcitur: quia de eiſdem bo-
nis tractat, caſus proponens ibi prætermiſ-
2 ſos. ¶ Notandum eſt, filiumfamiliâs iure
Digeſtorum non poſſe habere heredem, niſi ex teſta-
mento in bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus: de
quibus ſolis teſtari poteſt: niſi enim teſtatus ſit, nō de-
feruntur iure hereditario, ſed à patre iure peculij occu-
pantur, D. de caſtren. pecul. l. 1. & 2. Iure autem Codicis
teſtamentū quidē ſimiliter facere nō poteſt, niſi de pe-
culio caſtrēſi, vel quaſi caſtrēſi, ſup. de inoffic. teſt. l. vlt.
& qui teſtam. fac. poſſ. l. pen. heredē tamen ab inteſtato
habere poteſt etiam in quibuſdam aduētitiis, vt notaui
ſupr. tit. prox. §. 3. memb. 2. Ac primò Leo hoc cōſtituit
de bonis, quę ad filium filiamve familiâs à coniuge per-
uenerunt, ſiue ex dotis vel propter nuptias donationis
cauſa, ſiue alio quouis titulo, vt donatione, hereditate,
legato, fideicōmiſſo, infr. tit. prox. l. 4. quæ omnia breui
tatis cauſa vno verbo vocantur nuptialia, infr. de bon.
quæ lib. l. 6. §. pen. Deinde Iuſtinianus hoc ius produxit
ad bona materna, & bona materni generis, ſup. tit. prox.
l. vlt. Nouiſſimè autem produxit ad omnia aduentitia,
Nou. 118. De bonis igitur nuptialibus dicetur tit. ſe-
quenti: de bonis maternis, & materni generis hoc tit.
3 tractatur. ¶ Bona materna ſunt, quæ à matre ad filium
vel filiam perueniunt, bona verò materni generis, quæ
ab auia, vel auo materno, vel aliis per lineam mater-
nam adſcendentibus ad liberos deuoluuntur. Hæc om-
nia aduentitia ſunt, ideóque per liberos olim acquire-
bantur parentibus, in quorum poteſtate ſunt: ſed hæc
poſtea ſunt à generali regula excepta, & conſtitutum
eſt, vt eorum proprietas ad liberos omnimodò perti-
neat, pater verò tantùm vſumfructum lucretur: ita vt ſi
liberos illos in poteſtate habeat, totum, id eſt, omnium
dictorum bonorum vſumfructum conſequatur: ac po-
ſtea ſi eos emanciper, teneatur hæc bona eis reſtituere,
detracta tamen pro emancipationis præmio dimidia
parte vſusfructus, vt Iuſtinianus (emendata Conſtanti-
ni conſtitutione, quæ tertiam pleni dominij partem
parenti emancipati tribuebat, C. Th. hoc tit. l. 1.) nouiſ-
ſimè conſtituit, infr. tit. prox. l. 6. §. pen. & Inſt. per quas
perſon. nob. acqu. §. hoc quoq;. quib. in locis detractio-
nem dictæ dimidiæ partis vſusfructus in omnib. bonis
aduentitiis admittit, & tantùm caſtrenſia, vel quaſi ca-
ſtrenſia bona excipit. Si verò eos olim (id eſt, viua per-
ſona, de cuius hereditate agitur) emancipatione de po-
teſtate ſua dimiſerat, tātùm virilem vſusfructus portio-
nem accipiat: nec intereſt, cuius gradus, vel ſexus libe-
ri ſint: nec vtrùm omnes ſint integri iuris, an omnes
emancipati, an alij in poteſtate, alij emancipati: ſemper
enim obtinent deciſiones ſuprà dictæ. ¶ Generali do- 4
ctrina breuiter & artificioſe concluſi, quæ per partes
in legibus huius tituli traduntur adhibita eiuſmodi di-
ſtinctione: Aut dicta bona deferuntur filiis, qui vel ſunt
integri iuris, l. 1. vel emancipati, l. 3. in princ. vel partim
integri iuris, partim emancipati, d. l. 3. §. 1. Aut nepoti-
bus, qui ſimiliter vel ſunt in poteſtate aui, l. 2. & d. l. 3.
§. in nepotibus. vel ſui iuris, quia ex emancipato geniti,
emancipative ſunt, d. l. 3. §. quòd ſi nepotes. vel partim
in poteſtate, partim ſui iuris, d. l. 3. §. ſi verò. aut prone-
potibus, d. l. 2. & d. l. 3. §. pen. Aut filiis, & nepotibus, d. l.
3. §. vlt. His igitur omnibus caſibus in portione libero-
rum quos habet in poteſtate, totum vſumfructum, in
emancipatorum partibus virilem vſusfructus portio-
nem pater accipit, iure Codicis: quod hodie non obti-
net, quia indiſtinctè liberi defunctorum parentibus
præferuntur, Nou. 118. cap. 1.

Tit. L X I. De bonis, quæ liberis in poteſtate patris conſtitutis, ex matrimonio, vel aliter acquiruntur, & eorum adminiſtratione.

I. 4. j. 5. j.
II. 1. 5. iij.
III. in princ. 5. ij.
§. j. 4. ij.
IV. in princ. 5. j. 15. viij.
§. j. 5. ij.
§. vlt. 5. j. 15. viij.
V. 5. iv.
VI. in princ. 6. j.
§. j. 11. j.
§. ſub hac. 6. iij.
§. non autem. 15. j. ij.
§. ſin autem. 7. j.
§. pen. 6. ij. 11. ij.
§. vlt. 15. iv.
VII. 6. j.
VIII. in princ.
§. j. 8. 3. ij. 11. iij. 14. j.
§. ſin autem in ſecunda. 8. iij. iv. 14. ij.
§. ſimiliq; modo. 11. iij.
§. vbi autem in vnum. 10. j.
§. & in agentibus. 15. v.
§. ſin autē ad alterum. 15. vj.
§. ſin autem legata. 15. vij.
§. hoc proculdubio. 15. ij. iij. ix.
§. ipſum autem. 15. x.
§. ſed pater. 15. viij.
§. filiis. 15. xj.
§. vbi autem pueriles. 9.
§. ſin verò pater. 9.
§. pen. 9. 11. iij.
§. vlt. 6. j.

MOre ſuo conditor Codicis ſpeciali titulo de 1
bonis maternis & materni generis, ſubiicit
titulum generalem de omnibus bonis, quæ
liberis acquiruntur, præſertim de aduenti-
tiis: de quibus hîc agitur ex profeſſo: obiter autem at-
tinguntur profectitia in l. 2. & pauca adiiciuntur de ca-
ſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus. ¶ Huius tituli duæ ſunt 2
partes: prior de horum bonorū acquiſitione, poſterior
de eorumdem adminiſtratione. ¶ Prior pars diuiditur 3
in quinq; capita. ¶ Primo capite de bonis maternis, vel 4
materni generis duo traduntur. I. Filiusfamiliâs eiuſ-
modi bona nō acquirit patri, in cuius poteſtate eſt, l. 1.
Intellige non acquiri ratione proprietatis: nam vſus-
fructus patri acquiritur, vt ex ſuperiori titulo didici-
mus. II. Si quis in poteſtate aui conſtitutus, eo & pa-
tre ſuperſtitibus moriatur: vſusfructus auo, proprietas
patri in his bonis acquiritur, l. 3. §. 1. Sed hodie pater
auū excludit, & pleno iure ſuccedit filio, Nou. 118. c. 2.
¶ Secundo capite de bonis nuptialibus, quæ à coniuge 5
proueniunt, quatuor traduntur. I. Per filiu non acqui-
rūtur patri, in cuius poteſtate eſt, l. 1. niſi quod ad vſum-
fructum, ita vt pater ea nec alienare, nec obligare
poſſit, & ſi de facto alienauerit, filius quandocum-
que ſui iuris factus ea vindicare poterit: nec præ-
ſcriptio

ſcriptio contra eũ currit, niſi ex quo ſui iuris factus eſt,
l.4.in princip.& §.vlt.Præmiũ quoque emancipationis
pater capere poteſt, ſi filius emácipet, l.2.qua de re dixi
ſup.t.prox.§.3.& dicã inf.§.prox.memb.2.II.Filio mor-
tuo, ad ſucceſſionẽ in dictis bonis vocantur; Primò li-
beri, l.5.in pr.l.4.§.1.etiãſi ex eo matrimonio procreati
non ſint, ex quo bona illa profecta ſunt, d.l.4. in princ.
Secundò fratres, & ſorores ex eodem matrimonio ge-
niti.Tertiò alij fratres & ſorores.Quartò pater, d.l. 4.
§.1.Vide ſupr.tit.59.§.6.artic.5.III. Quæ de bonis nu-
ptialibus dicta ſunt, in his obtinent, quæ filius vel filia
familiâs à coniuge, non in his, quæ à patre, donationis
propter nuptias, vel dotis cauſa accepit: hæc enim ni-
hilominùs ad patrem redeunt, l. 2. quia non ſunt ad-
uentitia, ſed profectitia.IV.Bona quaſi nuptialia, id eſt,
quæ quis non à coniuge, ſed à ſponſo vel à ſponſa acce-
pit, nuptialibus comparantur, ita vt idem ius in vtro-
6 que bonorum genere obtineat, l.5. ¶ Tertio capite de
aliis bonis aduentitiis (præter materna, & materni ge-
neris) tria traduntur.I.Horum bonorum vſusfructus ad
patrẽ, proprietas ad filium pertinet, l.6.in pr.& Inſt.per
quas perſonas nobis acquir.§.1.& §.nõ autẽ.Excipiun-
tur, quæ filio familiâs donata sũt à principe, vel ab Au-
guſta, l.7.& ſeruus ei donatus hac lege, vt manumitta-
tur, l.vlt.§.vltim. (vbi conditio accipitur pro pacto ſeu
lege contractus, vt & aliis locis notatis Iſag.D.de con-
ditio.inſtitut.num.1.)& relictum hac conditione, vt ni-
hil patri acquiratur, Nou.117.cap.1. & quod diſſentiẽ-
te patre filius acquiſiuit, vt exponam §.8. membr. 2. &
4.II.Pater filium emancipans, poteſt etiam in his bo-
nis retinere præmium emancipationis, quod olim ex
conſtitutione Conſtantini erat tertia pars pleni domi-
nij, hodie ex conſtitutione Iuſtiniani eſt dimidia pars
vſusfructus, vt expoſui ſup.titu.proxim.§.3. III.In ho-
rum bonorum ſucceſſione ſeruantur eadem iura, quæ
in maternis, & nuptialibus bonis, d. l. 6. §. ſub hac.vbi
appellatione bonorum maternorum continentur etiã
quaſi materna, id eſt, materni generis.
7 ¶ Ergo (vt ad quartum caput tranſeam, quod eſt
communiter de aduentitiis omnibus) plura ſunt om-
nibus aduentitiis hodie communia, id eſt, ſiue ſint ma-
terna, ſiue materni, ſiue alius generis. I. In omnibus,
præter caſus exceptos, pater habet vſumfructum, filius
proprietatem, ſecundum ea, quæ ſupr.expoſui. Si ta-
men pater res tenere noluerit, ſed penes filium ſeu fi-
liam reliquerit, mortuo patre non poterunt alij eius he-
redes controuerſiam de vſufructu facere, qui ex dona-
tione paterna penes filium aut filiam manſit, d. l. 6. §.
ſin autem. II. In omnibus pater poteſt accipere præ-
mium emancipationis, vt docui ſupr. tit. prox.§. 3. &
repetij, ſupr.hoc tit.§.5.membr.1.& §.6.membr.2. III.
In omnibus eadem ſunt iura ſucceſſionum, ſupr. §.
prox.membr.3. IV. Omnium liberam adminiſtratio-
nem habet pater: vt in ſequenti huius tituli parte ex-
plicabitur. V. Si hereditas filiofamiliâs delata ſit, vel
legatum, ſeu fideicommiſſum, aliove quouis titulo re-
lictum, ad eum pertineat, quod ad peculium aduenti-
tium referatur: variæ erant altercationes apud veteres,
quas Iuſtinianus per diſtinctionem diremit, l. vltim. in
princip.ſic diſtinguens: Aut pater & filius diſſentiunt,
altero acquirere volente, altero recuſante: aut conſen-
tiunt: aut filius eſt infans, adeo vt nec conſentire nec
diſſentire poſſit: quos omnes caſus deinceps decide-
8 mus. ¶ Cùm igitur diſſentiunt, ſubdiſtinguitur: quia
filius aut eſt perfectæ ætatis, aut minor viginti quin-
que annis: & vtroque caſu vel pater vult acquirere, fi-
lius non vult, vel è contrario pater acquiſitionem reſ-
puit, filius eam vult amplecti. Hinc oriuntur quatuor
caſus.Primo caſu, filio perfectæ ætatis repudiante, pa-
ter poteſt pleno iure acquirere, adeo vt ſi delata ſit filio
hereditas, pater eã adire poſſit, perinde ac ſi ipſe inſti-
tutus eſſet: omne autem commodum & incommodum
ad ſolum patrem pertineat.Similiter ſecundo caſu, re-
probante patre, filius pleno iure acquirit, & ſolus om-
ne lucrum percipit, aut damnum ſentit: eique agenti,
vel conuento pater auctoritatem ſuam adhibere tene-
tur: & niſi ſponte id faciat, officio iudicis compellitur,
d.l. vltim. §.1. Tertio caſu, cùm filio minore recuſante
pater vult acquirere, ſimiliter pater pleno iure acqui-
rit, vt primo caſu acquirebat: ſed huius caſus proprium
eſt, vt filius reſtitutionem in integrum poſſit petere,
atque ita acquirere, quod repudiauerat.Quarto caſu, cũ
filius minor vult acquirere, pater recuſat, æquè ac ſe-
cundo caſu filius plenum ius acquirit: & patre nolente
res adminiſtrare, iudicem adire poteſt, & ab eo petere,
vt curator bonis detur, qui res adminiſtret: nihilomi-
nùs tamen propter minorem ætatem aduerſus hanc
acquiſitionem reſtitui poterit, d.l.vltim.§. ſin autem in
ſecunda. vbi ſecundæ ætatis appellatione ſignificatur
adoleſcentia: nam prima ætas eſt impuberum, ſecunda
puberum, tertia maiorum viginti quinque annis, ſupr.
de epiſcop. audient l. ſancimus in curationibus 30. in
princip.& infr.de impub.& al.ſubſtit.l.penult. & Nou.
155.in princip. Hæc dicta ſint, cùm pater & filius diſ-
ſentiunt. ¶ Cùm autem filius propter infantiam ne- 9
que conſentire, neque diſſentire poteſt: ſi pater adeat
filij nomine hereditatem: (hoc enim ei conceditur) fi-
lius, quandocumque ſui iuris factus fuerit, vel adole-
uerit, reſtitutionem in integrum petere poterit, ac pa-
ter oneribus hereditariis implicatus manebit, filius ve-
rò ſemel reſtitutus, vt hereditatem repudiet, poſteà non
reſtituetur vt eam adeat, d.l. vltim. §. vbi autem pue-
rilis.Si verò pater repudiet, filius, quandocumque ado-
leuerit, (ſiue ſit ſui iuris, ſiue in patris poteſtate conſti-
tutus,) vel tutores vel curatores eius, (ſi ſui iuris factus
tutores aut curatores acceperit,) reſtitutionem petere
poterunt hereditatis acquirendæ cauſa: ſed poſteà con-
tra hanc reſtitutionem alia reſtitutio, vt relinquatur
quod acquiſitum eſt, omnino denegabitur, d. l.vltim.
§. ſin verò pater. Quæ omnia etiam in legatis, &
fideicommiſſis, & donationibus, & aliis ſimilibus cau-
ſis obtinent, d.l. vltim.§. penultim. ¶ Denique cùm 10
pater & filius conſentiunt: ſi quidem in repudiando
conſentiant, res expediti iuris eſt: quia certum eſt, ne-
que patrem, neque filium aliquid commodi vel in-
commodi ex eo ſentire, quod ſuſcipere voluerunt. Si
verò in acquirendo conſentiant, proprietas filio, vſuſ-
fructus patri acquiritur, d. l. vlt.§. vbi autem in vnum.
quod regulariter verùm eſt: nam quoſdam caſus exce-
pi, ſupr.§.6.membr.1. ¶ Quinto capite de bonis caſtren- 11
ſibus & quaſi caſtrenſibus tria traduntur, I.In his pater
nihil iuris habet, ſed plenum dominiũ ſpectat ad filiũ, l.
6.§.1.II. Pater pro præmio emancipationis ex his bo-
nis nihil accipit, d.l.6.§.pen.III.Si filiusfamiliâs ex ca-
ſtrenſi occaſione heres inſtitutus, nolit hereditatẽ adi-
re, pater ſuo commodo & periculo eã adire poteſt, pe-
rinde ac ſi ipſe heres inſtitutus fuiſſet: adeo vt nihil cõ-
modi vel periculi ad filium ſpectet, l. vlt. §. ſimilique
modo.Quod & in legatis, fideicõmiſſis, donationibus,
& aliis caſibus obtinet, d. l.vlt.§.1.& §.penultim.vt &
ſupr. de bonis aduentitiis diximus. ¶ In poſteriori
tituli parte de bonorum aduentitiorum adminiſtratio- 12
ne diſtinguntur tres caſus: aut enim plenum eſt patris,
aut plenum ius eſt filij: aut (quod plerumque accidit,)
proprietas eſt filij, vſusfructus patris, ſecundum ea quæ
ſupr. docui. ¶ Primo caſu dubitari non poteſt, quin 13
omnis adminiſtratio ad patrem pertineat. ¶ De ſe- 14
cundo caſu duo notantur.I.Si filius ſit perfectæ ætatis,
pater ei actiones mouenti ſuum conſenſum & aucto-
ritatem adhibere tenetur: & ſi id facere nolit, officio
iudicis

iudicis cogitur, d. l. vltim. §. 1. I I. Si filius sit minor viginti quinque annis, pater, si vult, res administrat: sin minus, filius iudicem adire potest, & ab eo petere, vt curatorẽ det, qui bona administret, d. l. vlt. §. sin autem
15 in secunda. ¶ De tertio casu plura tradũtur. I. Pater plenissimam res gubernandi potestatem babet, nec à filio impediri poteit, quo minùs pro libitu gubernet, l. 6. §. non autem. I I. Eius administratio est imputuita: quia rationes filio reddere non tenetur, d. §. non autem, & l. vltim. §. hoc procul dubio. I I I. Non tenetur filio satisdare, d. §. hoc procul dubio. I V. Bona paterna filiis pro dicta aduentitiorum administratione non sont obligata, d. l. 6. §. non autem, nisi pater ad secundas nuptias transeat, quo casu tantùm pro administratione bonorum maternorum vel materni generis sunt tacito iure filiis obligata, supr. de secun. nup. l. si quis prioris 8. §. vlt. videlicet ex die susceptę, vel desertæ administrationis, non ex die quo aliquid malè gestum est, d. l. 6. §. vltim. V. Adhibito filij consensu actiones mouet, aut suscipit, & sumptus facit, d. l. vlt. §. & in agentibus. V I. Æris alieni, quod hæc bona respicit, dissoluẽdi causa, & ne vsuris bona minuantur, res aliquas vendere debet, vt ex pretio creditoribus satisfaciat, & primùm quidem res mobiles; deinde, si hę non sufficiant, etiam immobiles, quod nisi fecerit, ipse de suo vsuras persoluet, d. l. vlt. §. sin autem æs alienum. V I I. Legata & fideicommissa pecuniaria soluere debet ex reditibus, si inde legatariis & fideicommissariis satisfieri possit: alioquin res mobiles, & immobiles steriles, vt ædificia distraher, d. vlt. §. sin autem legata. V I I I. Extra dictas causas res vendere vel obligare nequit, nisi sint inutiles, & mobilia superflua: & prædia sterilia, & si de facto alienauerit, filij, quãdocũque sui iuris facti fuerint, ea vindicare poterunt: nec currit contra eos præscriptio, nisi ex quo sui iuris facti sunt. Ex dictis autem causis cum effectu res vendit, aut obligat, adeo vt venditiones vel hypothecæ reuocari à filio non possint, l. 4. in princip. & §. vltim. d. l. vltim. §. sed pater. I X. Mancipia tenetur alere, ac res non deteriorare, d. l. vlt. §. hoc proculdubio. X. Filios & filias alere tenetur, non tam quia per eos aliquid acquisiuit, quàm propter ius naturale, quod parẽtibus hoc onus iniungit, vt quos genuerunt, alant: quemadmodum è contrario, si sint inopes, à filiis ali debent, d. l. vltim. §. ipsum autem. X I. Filius de his rebus nec testari, nec vllo alio modo disponere potest, d. l. vltim. §. filiis. vbi partic. *dumtaxat* ab emendatioribus libris abest, & ne ex eo contextu per argumentum à contrario sensu colligatur filiumfamiliam, de bonis aduentitiis, in quibus plenum habet dominium, testamentum facere posse, Iustinianus prohibet, supr. qui testamen. fac. poss. l. penultim.

Tit. L X I I. De hereditatibus decurionum, nauicu-lariorum, cohortalium, militum, & fabricentium.

I 9.	*I V. 3.*
I I. 10.	*V. 2.*
I I I. 9.	



Vm quis sine successore decedit, bona ad fiscum regulariter deuoluuntur, infr. de 1
bonor. vacant. l. penult. & D. de legat. 3. l. quidam. 96. §. 1. Sed ab hac regula excipiuntur plures casus, quibus alij fisco præferuntur. Etenim fisco excluso, succedit, I. Decurioni curia, l. penultim. I I. Nauiculario corpus nauiculariorum. l. 1. I I I. Cohortali (id est, apparitori præsidis prouinciæ) alij cohortales eiusdem prouinciæ, l. 3. I V. Militi legio, vel cuneus, vel vexillatio, in qua militauit, l. 2. & D. de iniusl. rupt. l. 6. §. eius qui. nisi capite damnatus fuerit, quo casu bona castrensia fisco deferuntur, D. de veteran. & mil. success. l. 2. Legio pedites continet, & equites legionarios, id est, legioni impositos & connexos, vt Vegetius loquitur l. 2. de re milit. cap. 1. & 2. Vexillatio est equitum, qui instar alarum aciem protegunt, ac distinguuntur ab equitibus legionarijs, auctore Veget. d. cap. 1. Cuneus est multitudo peditum, quæ iuncta cum acie, primò angustior, deinde latior procedit, vt aduersariorum ordines rumpat, Veget. lib. 3. cap. 19. V. Fabricensi, ad cuius officium pertinet arma bellica in fabricis publicis efficere, collegæ, id est, eiusdem scholæ fabricensis defuncti fisco pro eo teneantur, infr. de fabricensib. l. 5. æquum est vt solatio successoris in eiusdem fabricensis bonis fruantur, l. vltim. secundum vulgatam illam regulam. Qui subit onus, debet etiam commodum percipere, Instit. de legit. patron. tut. vers. quia plerumque. Creatoris & nominatoris vocabulo idem significari constat ex l. si quos. 59. infr. de decurionib. & l. 2. infr. quod quisq. ordin. conueni. & l. 2. §. si eo tempore, D. de administr. rer. ad ciu. pertin. V I. Præfectiano, id est apparitori præfecti prætorio arca eiusdem præfecti, infr. de apparit. præfect. prætor. l. 3. V I I. Clerico ecclesia, cui seruiebat: & monacho monasterium, cui erat addictus, supr. de episc. & cleric. l. si quis præsbyter. 20. Sed hodie bona ingredientis monasterium, de quibus antea non disposuit, statim acquiruntur monasterio saluâ legitima liberis, si qui extant, debita, Nou. 5. cap. 5. V I I I. Ei, cui princeps aliquid donauit, socius eiusdem liberalitatis, id est, cui simul eadem res donata fuit, in ea fisco præfertur, infr. si liber. imperial. soc. sine her. decess. l. vnic.

IVL. PACII A BERIGA I. C.

ANALYSIS LIBRI VII. CODICIS.

Tit. I. De vindicta, & apud consilium manumissione.

I. 8. 3. 10.	*I I I. 5.*
I I. 3 6.	*I V. 4. 3. 9. v. vi. 8. 3.*

1 

Ost contractus & vltimas voluntates, ac successiones expositas dicturus de præiudicijs, quibus de statu hominũ quæritur, vtrùm sint liberi an serui, & vtrùm ingenui an libertini, priùs de manumissionibus tractat, quibus serui ad libertatem perueniunt: ac primùm loquitur de modis manumittendi, tum de effectu manumissionis, tertiò de personis manumittentibus, vel manumissis, postremò de his, quæ omnibus manumissionibus communia sunt. Manumittuntur serui aut inter viuos, vt vindicta: aut in vltima voluntate, de qua dicetur tit. seq. ¶ Hic titulus duabus par- 2
tibus constat. ¶ Prior pars est de vindicta. Dicuntur 3
manumitti vindicta, qui apud magistratum manumittuntur, vel quia serui hoc modo vindicantur in libertatem, vel à vindio Vitelliorum seruo qui primus

ob coniu

ob coniurationem detectam ita manumiſſus eſt, à quo
& vindictę, ſiue (vt Cuiac. ex vet. libro legendum cen-
ſet) vindiciæ nomen deductum quoſdam exiſtimare
ſcribit Lucius lib. 1. Eſt autem vindicta virgula, ſeu fe-
ſtuca, quam lictor vel dominus ſeruo manumittendo
olim imponebat, vindiciæ verò, addictio poſſeſſionis.
De hac manumiſſione tres quæſtiones diſſoluuntur.
4 ¶ Primò quæritur, apud quos ita manumitti poſſit.
Hæc iuriſdictio tribuitur. I. Conſulibus, l. vltim. §. de
aduo. diu. iudic. l. laudabile. 13. §. penultim. & D. de of-
fic. conſ. l. vnic. & de manum. vind. l. ſi rogatus. 20. §.
vlt. II. Prætoribus, d. l. vltim. III. Proconſulibus, D. de
offic. proconſ. l. 2. in princip. & de manum. vind. l. apud
proconſulem. 17. in princip. IV. Legatis proconſulum,
d. l. apud proconſulem. §. 1. non tamen priùs quàm in
prouinciam peruenerint, & mandatam iuriſdictio-
nem ſuſceperint, D. de offic. proconſ. d. l. 2. §. 1. Vide
Centur. 1. q. 46. V. Præſidibus prouinciarum, d. l. vltim.
& de offic. præſid. l. 2. VI. Magiſtratibus municipali-
bus, quibus huiuſmodi ius eſt, d. l. vlt. id eſt, apud quos
legis actio eſt, Paul. 5. ſentent. tit. 25. §. penultim. nam
hæc manumiſſio eſt legis actio, infr. de his qui à non
domi. manum. ſunt. l. vltim. ¶ Secundò quæritur, an
5 quis per alium manumittere hoc modo poſſit, putà
per maritum, vel per procuratorem. Reſpondetur, ne-
minem poſſe per alterum manumittere, l. 3. niſi ei tra-
dat ſeruū manumittendum, ſupr. de dolo. l. 4. & de do-
6 nat. int. vir. & vxo. l. 7. §. vltim. ¶ Tertiò quæritur, an ita
manumiſſus poſſit iterum manumitti. Reſpondetur,
primæ manumiſſioni, quæ ciuitatē Romanam cum li-
bertate in ſeruum contulit, qualis eſt manumiſſio, quæ
vindicta fit, nihil per ſecundam manumiſſionem addi,
vel detrahi poſſe, l. 2. Aliud obſeruabatur, cùm quis
per primam manumiſſionem non fiebat ciues Roma-
nus, ſed Latinus ex lege Iunia Norbana: quoniā itera-
ta manumiſſione ciuis Romanus fieri poterat, Vlpian.
tit. 4. §. iteratione. Sed hodie nulla eſt manumiſſio, quæ
ciuem Romanum non faciat, inf. de Lati. libert. tollen.
l. vnic. & Inſtitut. de libertin. §. vltim. & de ſucceſſ. liber.
§. vltim. ergo generaliter & indiſtinctè verum eſt, ma-
7 numiſſionem iterari non poſſe. ¶ In poſteriori parte
agitur de manumiſſione apud conſilium: de qua tria
8 notanda ſunt. ¶ Notandum primò, duplex eſſe cōſiliū,
in quo cauſa manumittēdi examinatur. I. Principis, l. 1.
& l. vltim. & ſupr. de libertis, & eorū libetis, l. 2. II. Ma-
giſtratus, vel vrbani, cui quinque ſenatores & quinque
equites aſſidebant, vel prouincialis, quī viginti Recu-
peratoribus, ciuibus Romanis præerat, Vlp. tit. 2. §. eadē
lex, Theoph. in §. eadē lege. Inſt. qui & ex quibus cauſ.
9 manum. non poſſ. ¶ Notandum ſecundò, eum, qui in
conſilio manumittitur, vindicta manumitti, d. §. eadem
lege, & ſup. ſi aduer. libert. l. 2. & de libert. & eor. libe.
l. 2. §. 1. Sed non reciprocari, vt quicumque vindicta
manumittitur, in conſilio manumittatur: quia
manumitti etiam de plano, & tranſeunte magi-
ſtratu poteſt, D. de manumiſſ. vindic. l. 7. & Inſtitut.
de libertin. §. ſerui. nec eſt conſilium neceſſarium, niſi
manumittens ſit minor viginti annis, vt cauſa manu-
mittendi in conſilio probanda ſit ex lege Ælia Sentia,
d. §. eadem lege, & D. de manumiſſ. vind. l. 2. §. vltim.
¶ Notandum tertiò, cauſam manumittendi ſemel
10 in conſilio probatam non retractari, D. eod. l. iuſta. 9. §.
1. & Inſtitut. qui & ex quibus cauſ. manum. non poſſ. §.
ſemel. nec libertatem ſemel datam reuocari, aut con-
tra eam reſtitui minorem poſſe, l. 1. & ſupr. ſi aduer.
libert. l. 1. 2. & 3. & D. de minorib. l. ſi ex cauſa. 9. §. vlt.
niſi ex magna cauſa hoc à principe impetrauerit, D.
eod. l. niſi. 10.

Tit. II. De teſtamentaria manumiſſione.

NOn ſolùm inter viuos libertas ſeruis im- 1
poni, ſed etiam in vltima voluntate relin-
qui poteſt, infr. de commu. ſeru. manum.
l. 1. §. penultim. & Inſtitut. de libertin. §. 1.
Cùm igitur de ea dictum ſit, quæ datur
inter viuos: conſequenter de ea tractatur, quæ in vlti-
ma voluntate relinquitur. ¶ Hic tit. diuiditur in octo 2
capita. ¶ Primo capite agitur de eo qui manumittit, 3
vt ſciamus, qui poſſint manumittere, vel non. Huc ſpe-
ctat lex Ælia Sentia, quæ duobus caſibus libertatem
teſtamento relictam impedit. I. Si is qui ſoluendo non
eſt, aut datis libertatibus deſiturus eſt ſoluendo
eſſe, in fraudem creditorum ſuorum libertatem ſer-
uis ſuis relinquat, ita vt re ipſa & conſilio manu-
mittentis creditores fraudentur, D. qui & à quib.
manum. l. in fraudem. 10. & Inſtitut. qui & ex qui-
bus cauſ. man. non poſſ. in princip. & §. in fraudem.
Vult igitur lex, vt reliqua bona defuncti creditoribus
ſufficiant: aliuquin libertates impedit, etiamſi heres
exiſtat, qui ſoluendo ſit, l. 5. vno tantùm caſu libertates
in fraudem creditorum datas ſuſtinet, cùm teſtator
ſeruum ſuum heredem inſtituit: tunc enim ſeruus fit li-
ber & heres neceſſarius, ſiue libertas ſit ei expreſſè
relicta, ſiue propter inſtitutionem tacitè data intelli-
gatur, Inſtitut. eod. §. idemque iuris. II. Si minor viginti
annis libertatem relinquat, niſi per fideicommiſſum
relinquat ex iuſta cauſa, quam potuiſſet in conſilio
probare, ſi inter viuos manumiſiſſet, ſupr. de teſtam.
mil. l. 4. & infr. de fideic. libert. l. 5. & D. eod. l. 4. §. item
ſi minor. quoniam lex huius ętatis hominibus, non ali-
ter quā vindicta manumiſſionis cauſa probata manu-
mittere permittit, Inſt. eo. §. eadē. Quid ſi minor vigin-
ti annis teſtamentum faciens futuros codicillos con-
firmet; deinde maior factus viginti annis, libertatem
in codicillis relinquat: libertas iure competit inſpecto
tempore, quo data eſt, non tempore, quo codicilli con-
firmati fuerunt, id eſt, quo teſtamentum factum fuit, l.
1. Vide inf. §. 7. memb. 3. Sed Iuſtinianus huic capiti le-
gis Æliæ Sentiæ derogauit, primò ſtatuens, vt maior
ſeptemdecim annis libertatem ſeruis ſuis in teſtamen-
to relinquere poſſit, Inſtitut. eodem §. vlt. deinde po-
teſtatem eandem concedens cuiuis puberi teſtamenti
factionem habenti, Nou. 119. cap. 2. ¶ Secundo capite 4
agitur de manumiſſo: vt ſciamus qui poſſint manumit-
ti, vel non. Hic dantur duæ regulæ. I. Libertas iure dire-
cto dari ſeruo alieno non poteſt, ne quidē ſi eius ſit, qui
heres inſtituitur, l. ſeruo. 9. II. Filius ei libertatem relin-
quere non debet, quem mater manumitti prohi-
buit, l. contra. 7. vbi verbum, *non debet*, ſignificat hone-
ſtatem, ſi filius heres matris non fuit: vel neceſſitatem,
ſi matri ſucceſſit: vtroque autem caſu rectè dicitur iura
pietatis matri debitæ violare, qui contra eius volunta-
tem manumittit. ¶ Tertium caput eſt de inſtrumen- 5
to vltimæ voluntatis, in quo libertas relinquitur: hoc
autem eſt duplex, nempe teſtamentum, & codicilli, ſup.
de codicill. l. 7. ¶ Cùm in teſtamento relinquuntur, tres, 6
caſus

casus distinguuntur: aut enim testamentum iure non subsistit, aut iure subsistit, sed nemine ex eo adeunte destituitur, aut ex eo hereditas aditur. Primo casu libertates datæ corruunt, & ne quidem per fideicommissum sustinentur, nisi testamentum ob clausulam codicillarem adiectam, vim codicillorum accipiat, & hac ratione sustineatur. l. si iure. 11. & supr. de codicil. l. vltim §. 1. & D. eod. l. 1. & qui testam. fac. poss. l. ea ea. 29. Secundo casu libertas non competit, l. 2. Excipitur, I. Nisi heres scriptus in fraudem relictæ libertatis cum legitimo herede colluserit, l. si heredes. 12. II. Nisi libertatum cõseruandarum causa alicui idoneè caventi bona addicantur, l. 6. de qua addictione, ne institutus sermo interrumpatur, plura dicam in calce huius tituli. Tertio casu libertates competũt, nisi aliud impediat: nec reuocantur, licet is, qui hereditatem accepit, posteà in integrum restituatur, vt ab ea abstineat,

7 l. 3. l. directis. 10. ¶ De codicillis tria notentur. I. Libertas iure directo in codicillis dati nequit, nisi testamento sint confirmati: per fideicommissum verò ex quibuscumque codicillis competit, D. hoc tit. l. libertates. 43. II. Cùm directa libertas suo, nõ alieno seruo relinqui possit, l. seruo. 9. tempore testamenti, nõ tẽpore codicillorum quæritur, vtrùm sit testatoris seruus, an alienus: quia codicillorum ius singulare est, vt quæcumque in his scribuntur, perinde habeantur, ac si in testamento codicillos confirmante scriberentur, D. de iure codicill. l. 2. §. codicillorum. III. Cùm quæritur, qua ætate fuerit qui libertatem reliquit, ne posteriori capite legis Æliæ Sentiæ infirmetur: sufficit eum habuisse legitimam ætatem, dum codicillos faciebat, licet tempore testamenti minor fuisset, vt & supr. notaui. §. 3. membr. 2. quia lex non ad potestatem iuris, sed iudicij, respexit, l. 1. id est, lex Ælia Sentia vetuit minorem viginti annis aliter manumittere, quàm vindicta post causam manumittendi in consilio probatam, consequenter libertatem in testamento relictam impediuit: non quia minor viginti annis iure non possit de rebus suis disponere, sed ne ob iudicium minùs firmum calliditate seruorum suorum circumueniatur: quæ suspicionis ratio in casu proposito cessat; cum eo tempore, quo libertates relinquebat, maior esset viginti annis. Ergo hi codicilli non metuunt legem Æliam Sentiam propter ætatem eius à quo fiunt: & iure communi confirmantur per testamentum ea ætate factum, qua fieri potuit. Quid si è contrario minor viginti annis in codicillis libertatem reliquerit & maior factus eos in testamento confirmauerit? Non dubito, quin libertas faciliùs, quàm in superiori casu competat quasi

8 in testamento relicta, d. l. 2. §. codicillorum. ¶ Quarto capite agitur de verbis quibus libertas relinquitur, vbi datur regula; Libertas directa non solùm legitimis seu directis, sed etiam aliis quibuscumque ad voluntatem testatoris patefaciendam idoneis, proinde

9 etiam Græcis relinqui potest, l. penultim. ¶ Quinto capite declaratur, quibus modis libertas relinquatur.

10 Hic notantur duæ diuisiones. ¶ Prior diuisio est: quia libertas datur vel iure directo, vel per fideicommissum, l. 4. & infr. tit. prox. l. vnic. & Institut. de sing. reb. per fideic. relic. §. penultim. sed hic titulus potissimum est de libertate directa: nam de fideicõmissaria dicetur. t. 4.

11 ¶ Posterior diuisio est: quia vel purè relinquitur vel in diem, vel sub conditione, D. h. t. l. testamento manumissus. 23. §. 1. is verò cui in diem vel sub conditione relicta est, statulibet appellatur, D. de statu lib. l. 1. in princip. & quamuis interim sit in heredis potestate, tamen heres ei adimere libertatem nullo modo potest: quia etiamsi alienetur, & vsucapiatur, nihilominùs tamen libertas suo tempore competet, l. statuliberis. 13. videlicèt si non ante, sed post aditam hereditatem traditus, vel vsucaptus sit, D. de statulib. l. 2. in princip. Hoc loco specialiter duæ conditiones libertati adscriptæ considerantur. I. Cùm filius vel filia nuptias contraxerit: nam his verbis non significatur tempus, sed conditio, adeo vt non secutis nuptijs, licèt filius vel filia ad eam ætatem peruenerint, qua nuptias contrahere licet, tamen libertas non competat, l. cùm testator. 8. II. Si rationes reddiderit. Hæc conditio ex dando & faciendo mixta est: quatenus enim volumina sunt exhibenda, & rationes examinandæ, in facto consistit: quatenus autem reliqua sunt soluenda, consistit in dando, D. de condit. & demonstr. l. cum seruus 82. & de statulib. l. 6. §. vltim. atque hæc posterior pars præcipua est: quia rationes ideo exhibentur & examinantur, vt si quid reliqui debeatur, persoluatur. Quare si seruus, cui sub hac conditione libertas relicta est, reliquator sit, nisi rationes reddat & reliqua soluat, ad libertatem non peruenit: si verò nihil debere ex rationibus appareat: post aditam hereditatem (tunc enim dies libertatis purè legatæ cedit, supr. de caduc. tol. l. vnic. §. libertatibus. & D. h. tit. d. l. testamento manumissus. & l. testamento liber. 25. & quan. dies lega. ced. l. 7 §. vltim. & l. seq.) putam libertatem accepisse videtur, l. 4. §. 1. & D. de condit. & demonst. l. Iulius. 81. ¶ Sex- 12

to capite declarantur effectus libertatis relictæ. I. Is, cui directis verbis libertas testamento data est, non minùs fit libertus eius, qui libertatem reliquit, quàm si ab eo pileum accepisset: (nam serui, cùm manumittebantur, raso capite pileos accipiebant: vnde Plautus in Amphitr. actu 1. sce. 1. vers. vltim. *Vt ego hic hodie raso capite caluus capiam pileum.* Persius satyra. 5.

Hæc mera libertas: hanc nobis pilea donant.

Et pileus erat insigne libertatis: ac serui dicebãtur vocari ad pileum, cùm ad libertatem vocabantur, Sueton. in Tiberio, cap. 4. *Seruis ad pileum frustra vocatis, in Siciliam profugit.* Quin etiam aliqui testamento manumissi, in publicum pileati prodibant. Appianus de bello Mithridat. de Prusia loquens, qui Romanis Imperatoribus obuiam processerat, *τὴν κεφαλὴν*, inquit, *ἐξυρημένος, καὶ πῖλον ἐπικείμενος, ᾧ τρόπῳ τινὲς προΐασι τῶν ἐν διαθήκαις ἐλευθερούμενοι*, *id est, capite raso, & pileatus quomodò nonnulli eorum prodeunt, qui sunt in testamento manumissi*: sed quia dominus, à quo libertatem accepit, mortuus est, libertus orcinus ab orco nominatur, l. directis. 10. & Inst. de singul. reb. per fideic. relic. §. penult. II. Non teneatur rationes actus in seruitute gesti reddere, nisi testator hoc iusserit, l. 4. in princip. vel post libertatem gerere perseuerauerit, & id quod liber gessit, cum eo sit cõnexum quod in seruitute administrauit: quoniam oportet eum à capite rationes reddere; non vt dolum aut culpam in seruitute admissam præstet; sed vt appareat, quod in seruitute, quod in libertate gesserit, & eius tantùm nomine damnetur, quod liber factus gessit, D. de negot. gest. l. eum actum. 17. l. Proculus. 18. l. atquin. 19. in princ. & §. 1. Cùm autem manumissus non tenetur rationes reddere, multò minus tenetur heres eius, d. l. 4. in princip. III. Statulibero spem libertatis adimere heres non potest: quia nec alienatio nec vsucapio ei nocet, quò minùs possit ad libertatem peruenire, vt notaui supr. §. 11. in princip.

¶ Septimo capite proponuntur modi, quibus testa- 13

mentaria libertatis datio infirmatur, vel rata manet, quamuis infirmata videri possit. ¶ Non infirmatur, 14

I. Si heres qui adiuit hereditatem, aduersus aditionem restitutus, hereditate abstineat, l. 3. Nam etsi suus heres abstineat beneficio prætoris, cùm iure ciuili sit heres necessarius, & ipso iure heres fiat, D. de liber. & postu. l. in suis. 11. & Instit. de hered. qualit. §. sui autem. & de heredit. quæ ab intesta. defer. §. sui autem heredes fiunt. libertates nihilominus in testamento relictæ cõpetũt,

tam directæ

rũm directæ, D.h.t.l.sciendũ.32.quàm fideicõmissariæ,
D.de fideicõm.libert.l.cùm quasi.30.§.sed etsi suus. II.
Si heredes scripti, siue post siue ante aditam hereditatẽ
cum vindicãtibus sibi hereditatẽ ab intestato, colluse-
15 rint in fraudẽ libertatum, l.si heredes.12. ¶ Infirmatur
tribus modis, I.Si cõditio libertati adscripta deficiat, l.
4.§.1.l.cùm testator.8.II.Si memoria testatoris defũcti
dãnata sit, l.2.putà ob crimen perduellionis, Inst.de he-
red.quæ ab intesta.defer.§.per contrariũ.III.Si heredi-
tas ex testamento adita nõ sit, d.l.2.vt quia heredes in-
stituti repudiarũt, l.si heredes.12.nisi bona ex rescripto
Diui Marci libertatũ conseruandarũ causa, alicui addi-
16 cãtur, l.6. ¶ Ex hac exceptione oritur octauũ huius titu-
li caput de bonorũ addictione libertatũ conseruãdarũ
causa: de qua est titulus 11. libri tertij Institutionũ: in
17 præsẽtia verò quatuor quęstiones dissoluẽtur. ¶ Primò
quęro, quo iure hæc bonorum addictio sit introducta.
Certum est, eã esse introductã rescripto Diui Marci, l.
6.& l.vlt.in pr.& D.eo.l.quod Diuo.50.& Inst.d.t.in pr.
18 cuius verba extãt Inst.eo.§.1. ¶ Secũdò quęro, qui pos-
sint petere, vt hac de causa sibi bona addicãtur. Respõ-
deo, hoc cõcedi. I.Seruis, quibus libertas relicta est, d.l.
6.d.l.vlt.in pr. II.Seruis, quibus libertas nõ est relicta,
d.l.vlt.§.pe.& vlt.III.Extraneis quibuscũque, d.l.6.d.l.
vlt.in pr.& in fisco quoque obtinere, Inst.d.t.§.1.vers.
& ne huius. IV. Vel vni, vel pluribus. Sed cùm plures
hoc petũt, distinctio adhibetur. Nã aut omnes æquè sa-
tisdationẽ offerũt, quã requiri mox docebo: aut aliqui
tantùm, verbi gratia vnus. Priori casu, si omnes simul
petant, omnes admittũtur, d.l.vlt.§.sed hoc quidem. si
diuersis tẽporibus, illi admittuntur, qui priùs petũt, d.l.
vlt.§.sin autẽ per interualla. Posteriori casu, si simul pe-
tant, ille solus admittitur, qui sufficientẽ satisdationem
præstat, d.l.vlt.§.pen. Idémq; sine dubio multò magis
dicendũ, si hic ante alios petat. Sed si hic post alios pe-
tat, non admittitur, nisi intra annũ, ex eo tempore cõ-
putandũ, quo alius, cui bona sũt addicta, iudicẽ adiuit:
tuncq; libertas illi nõ adimitur, etsi vi addictionis bo-
norũ eam cõsecutus est, cùm ei relicta in testamẽto nõ
19 esset, d.l.vlt.§.vlt. ¶ Tertiò quæro, quæ requirantur, vt
huic bonorũ addictioni locus sit. Quinq; requirũtur.
I.Vt libertates datæ sint in testamẽto, vel in codicillis,
Inst.d.t.§.in primis. Quin etiam fauor constitutionis ad
eum casum producitur, quo libertates inter viuos, aut
mortis causâ datæ sunt: &, ne quæratur an in fraudem
creditorũ datæ sint, petat aliquis bona sibi addici, Inst.
eod.§.pe.II.Vt nemo sit, qui velit ex testamẽto, aut ab
intestato succedere, d.l.6.d.l.vlt.in pr.& Inst.d.t.§. tũc.
III. Vt is, qui bona sibi addici postulat, satisdatò caueat
de omnibus libertatibus præstandis, & solido credito-
ribus soluẽdo, d.l.6.d.l.vlt. in pr. Quid ergo, si tantùm
partẽ creditoribꝰ soluere velit? Nõ admittitur, nisi cre-
ditores in id cõsentiãt, d.l.vlt.§.1. Quid si nõ omnibus
libertatẽ relictam se præstaturũ promittat? Nihilomi-
nùs bona addicuntur, &, si ex rebus hereditariis satis-
fieri creditoribus possit, omnes libertates cõpetẽt: alio-
quin vel pauci ad libertatẽ peruenient, d.l.vlt.§.sin verò
non omnes. Intellige huic bona addici, nisi alius idem
postulet, qui velit omnes libertates præstare, & omni-
bus creditoribus satisfacere, secundũ ea, quæ suprà do-
cui de pluribus addictionẽ petentibus. IV. Vt res here-
ditariæ nondũ sint venditæ, aut post earũ venditionem
nondũ sit annus elapsus, d.l.vlt.in pr. V. Vt si quis ido-
neã & sufficientem cautionẽ offerat, postquam alij mi-
nùs plenè cauẽti bona addicta fuerũt, nondũ sit annus
elapsus, ex quo prior iudicẽ adiuit, vt sup.notaui ex d.
20 l.vlt.§.vlt. ¶ Quartò quæro, qui sint addictionis effe-
ctus. I.Is, cui bona addicuntur, vniuersitatẽ bonorũ ac-
quirit, Inst.d.t.in pr. II.Hi, quibus libertas relicta est, eã
consequuntur, nisi eam respuant, & in seruitute mane-
re malint, d.l.vlt. §.sin verò quidã. Et hi quidẽ, quibus
libertas directa data est, fiũt liberti orcini: qui verò ab
herede manumittẽdi erãt, ab eo manumittẽtur, cui bo-
na sũt addicta, & eius erũt liberti. Quin etiã hi, quibus
directa libertas data est, eius liberti erũt, si nõ aliter bo-
na sibi addici voluerit, Inst.d.t.§.1.III.Si heres, qui ab
hereditate abstinuerat, postea restituatur, vt eam acci-
piat, libertates nõ reuocãtur, Inst.eod.§.si is qui. IV.Si
seruo, cui libertas relicta nõ erat, minùs plenè cauenti
bona sint addicta; deinde alius plenè cauens, bona ei
auferat; ille nihilominùs liber manebit, d.l.vlt.§.vlt.

Tit. III. De lege Fusia Caninia tollenda.

His, quæ de testamentaria manumissione superio- 1
ri titulo dicta sunt, accedit quæstio, quot in te-
stamẽto manumitti possunt. Olim testator, quotcum-
que volebat, honorare libertate poterat. Sed hęc facul-
tas per legem Fusiã seu Furiã (nam illo modo vetustio-
res, hoc modo recẽtiores locuti sunt, Liu.li.3.& Quin-
tiliano, lib.1.c.4.auctoribus) Caniniam, Augusti tem-
poribus, L.Furio Camillo, G.Caninio Gallo cõsulibus
latã, coarctata est; vt ex tribus seruis non plures quàm
duos; deinde vsq; ad decem, dimidiã; inde vsque ad tri-
ginta, tertiã; inde vsque ad centũ, quartam; inde vsque
ad quingentos quintã partem in testamẽtu manumit-
tere liceat; & vt nullo casu plures quàm centum ex te-
stamento libertatẽ accipiant. Si plures manumittebã-
tur verbis generalibus, nullus libertatẽ cõsequebatur.
Si nominatim (quo modo lex manumitti iubebat) liber
tas seruis relinquebatur, hi soli ad libertatem perduce-
bantur, qui erãt intra numerum lege definitũ, ceteri in
seruitute manebãt, Vlp.tit.1.§ pe.& vlt.Gaius lib.1.t.2.
Paulus lib.4.Sentent.tit.vlt.Hanc legem, quia duplex
fauor ei repugnat, nimirũ libertatis, & vltimæ volũta-
tis, meritò Iustinianus abrogauit, l.vn.& Inst.eod.tit.

Tit. IV. De fideicommissariis libertatibus.

I. 3. 5. j.	*X. 6. ij.*
II. 3. 5. ij.	*XI. 4. iij.*
III. 4. iij. 8. vj.	*XII. 7.*
IV. 4. iij. 8. vj.	*XIII. 4. j. iij.*
V. 2.	*XIV. in pr. 4. iv.*
VI. 4. j. iij.	*§. j. 4. iv. 8. v.*
VII. 8. j.	*XV. 3. 4. iij. 8. ij.*
VIII. 6. ij.	*XVI. 3. 8. iij.*
IX. 4. j. iij. 6. j.	*XVII. 4. ij. 6. ij 8. iv.*

Non solùm iure directo, sed etiam per fideicom- 1
missum libertas relinqui potest, supr.tit.prox.l.
vnic.& de test.manum.l.4.& D.eod.l. liberta-
tes.43.& Inst. de singul.reb.per fideic.relict.§.pen. De
directa dictũ fuit tit.2. cõmuniter de vtraq; tit.3. nũc
de fideicõmissaria dicemus, cuius expositio septẽ ca-
pitibus constat. ¶ Primum caput est de eo, qui liberta- 2
tem relinquit: vbi notatur, minorem viginti annis, li-
cèt directam libertatem in testamẽto seruis suis dare,
obstante posteriori capite legis Æliæ Sentiæ nõ possit,
sup.de test.milit.l.4. tamen fideicommissariam relin-
quere posse, dummodò ex iusta causa id faciat, quam, si
inter viuos manumisisset, in consilio probare potuis-
set, l.5.& D.eod.l.4.§.item si minor.& supr.de test.mil.
d.l.4.Coniunge §.3.mẽbr.2.& §.7.memb.3.sup.de test.
manumiss. ¶ Secundũ caput est de eo, qui hoc fideicõ- 3
misso oneratur. Vbi sciendum tã heredẽ, quàm legata-
rium, vel fideicõmissariũ rogari posse, vt libertatẽ præ-
stet, l.2.l.ancillã.15.& l.pe.& Inst.de sing.reb.per fideic.
rel.§ libertas. nec solùm heredẽ institutum, sed etiã le-
gitimũ, l.1. ¶ Tertium caput est de eo, qui manumitti- 4
tur. Hic sciẽdũ, libertatẽ per fideicõmissũ relinqui pos-
se, I.Non solùm seruo suo, sed etiam alieno. l.6.l.etsi.9.
& D.eo.l.libertates.16. vel alienato, vt vxori ante ma-
trimonium donato, l.si te.13. quoniam hæc donatio
valet, quamuis stante matrimonio facta non valeret,

ſupr.de donat.au.nupt.l.6.I I. Seruo legato, vt ſcilicèr
legatarius rogetur eum manumittere, l. vlt. I I I. Tam
maſculo,d.l.etſi.l.ſi ſeruus. 11.& l. ancillã. 15.quàm fe-
minæ,l.3.4.6.d.l.ſi te.d.l.ancillam. I V.Etiam ei,qui eſt
in vtero,ſiue ſit maſculus,ſiue femina.& tam vni,quàm
pluribus,& tam iure directo, quàm per fideicõmiſſum.
5 l.cùm inter.14.in pr.&§.1. ¶Quartum caput eſt de in-
ſtrumẽto,in quo libertas relinquitur. Poteſt autẽ fidei-
commiſſaria libertas relinqui,l. In teſtamento.Hoc ca-
ſu,ſi hereditas ex teſtamento non ſit adita,libertas non
debetur. Excipitur primò, niſi ab inteſtato repetita ſit,
id eſt, heres quoq; legitimus eam præſtare rogatus ſit:
tunc enim ipſe manumittere tenetur. Excipitur ſecun-
dò,niſi heres inſtitutus pecuniam acceperit, vt heredi-
tatem omitteret: quia perinde libertatẽ præſtare cogi-
tur,ac ſi adiuiſſet,l.1.Excipitur tertiò,niſi heres,omiſſa
cauſa teſtamenti,ab inteſtato hereditatem poſſideat:ſi-
militer enim datæ libertates competunt, infr.ſi omiſſa
ſit cau.teſtam.l.2 in pr.tam directæ, quàm fideicõmiſ-
ſariæ,D.eod.l.de libertatibus.12.in pr.l.ſi ſeruũ.28.§.1.
& l.ſeq.I I.In codicillis,ſiue teſtamento ſint cõfirmati,
ſiue nõ,D.de manumiſſ.teſt.l.libertates.43. Quid ergo
ſi poſt ſeruos manumiſſos codicilli falſi dicãtur,&falſi
à iudice pronũcientur?Libertas, quæ ſemel competiit,
non reuocatur,ſed ſinguli tenentur viginti aureos ma-
numiſſori præſtare,cuius ſunt liberti,l.2.& D.de iu.pa-
tron.l.pe.& de man.teſt.l.cùm ex falſis.47.in pr. Quòd
ſi ante manumiſſionem quæſtio falſi mota fuiſſet, da-
tio libertatum nõ valeret,arg.l. vlt.§.pe.ſup.de petitio.
6 heredit. ¶ Quinto capite declaratur, quibus modis li-
bertas per fideicommiſſum datur. Hìc duæ diuiſiones
notentur. I. Vel datur expreſsè,vel tacitè,veluti ſi teſta-
tor ſeruum ſuum filiis ſuis tutorẽ dederit,l.etſi. 9. quã-
quàm hoc caſu dici poteſt directam libertatem compe-
tere,Inſt.qui teſt.tuto.da.poſſ.§. 1. ita vt electio detur
ſeruo,vtrùm iure directo,an per fideicommiſſum acci-
pere malit, ſicut ibi notaui. I I. Vel datur purè, vel in
diem: (putà cùm teſtatoris filius ad annum viceſimum
quintum peruenerit:his enim verbis non conditio,ſed
tempus ſignificatur:adeo vt licèt filius ante legitimam
ætatem moriatur, nihilominùs ſeruo libertas eo tem-
pore debeatur, quo filius ſi viueret, dictam ætatem
impleuiſſet, l.fideicommiſſaria,10.)vel ſub conditione,
veluti, ſi vxori teſtatoris placuerit, quo caſu ſi vxor
heres inſtituta fuerat dato filio coherede; & ea repu-
diante, ſolida hereditas ad filium delata ſit, nihilomi-
nùs vxore ſeruũ manumittere volente,conditio imple-
tur,&ſeruus à filio herede manumitti debet,l.cùm pro-
ponas.8.Sub conditione videtur libertas relinqui, etiã
cùm teſtator rogat heredem,vel legatarium, vel fidei-
commiſſarium,vt ex liberis Pamphilæ ancillæ ſuæ vnũ,
quem elegerit, ad libertatẽ perducat,adeo vt eo nõ eli-
gẽte,libertas intercidat. Sed fauore libertatis,& vltimæ
voluntatis Iuſtinianus conſtituit, vt rogatus, vel eius
ſucceſſores cogãtur omnes Pamphilæ filios manumit-
7 tere,l.vlt. ¶ Sextum caput eſt de verbis, quibus fidei-
commiſſaria libertas relinquitur, aut non relinquitur.
Fideicõmiſſorum verba ſunt precaria, Vlp.tit.de fideic.
in pr.ac debent eſſe vulgaria,id eſt,vulgò recepta ad di-
ſpoſitionem precariam ſignificandã, & euidenter de-
monſtrandã,D.h.t.l.libertates.16.Talia ſunt,Peto,Ro-
go,Volo,Mando,Fidei tuæ committo,Inſtit.de ſingul.
reb.per fideic.relic.§. vlt.non item verbum commẽdo,
nam cõmendato libertas nõ debetur,l.ex verbo.12.niſi
alia verba ſint adiecta, ex quibus appareat teſtatorẽ vo-
luiſſe vt ſeruus manumittatur, veluti, *ne cui alij ſeruiat*,
D.eod.l.Imperator. 12. in princ.nam hæc verba etiam
ſine commendatione libertatem fideicõmiſſariam in-
ducũt,D.eo.l.cùm fidei.9.l.quidam.10.in pr.l. rogo.21.
8 l.generaliter.24.§.ſi petitum. ¶ Septimo capite decla-
ratur effectus libertatis per fideicõmiſſum relictæ.I.Is,
cui libertas per fideicommiſſum relicta eſt, fit libertus
manumittentis,l.7.I I. Si rogatus manumittere, liber-
tati moram faciat,ſeruus ex ſententia præſidis in liber-
tatem directam eripitur,l.ancillam.15.III.Si à domino
Pamphilæ rogatus vnum ex pluribus illius filiis quem
elegerit, manumittere, neminem eligat quem manu-
mittat: ipſe,vel ſi deceſſerit,heres eius omnes ad liber-
tatem perducere cogitur,l.pen.IV.Si ſeruus legatus ſit,
vt à legatario manumittatur;heres autem nolens lega-
tum tradere, à legatario cõueniatur:duobus à lite con-
teſtata menſibus elapſis ſeruus in libertatem eripitur,
ita vt Ius patronatus competat legatario, cui heres in
omnes litis expenſas condemnatur in quadruplum, l.
vlt. V. Siue ei qui ex ancilla naſcetur, ſiue eis qui naſ-
centur,libertas relicta ſit: ſi plures naſcuntur,omnes à
primis cunabulis ad libertatem perueniunt,l.cùm inter
14.§.1. VI. Ancilla, cui libertas per fideicommiſſum re-
licta eſt,antequam manumittatur, modò liberos & in-
genuos,modò ſeruos parit. Ingenuos parit,ſi aut in li-
bertate voluntate domini ſit morata, l.4.aut moram à
debitore libertatis paſſa, quia vel ſe manumitti petiit,
vel eſt minor viginti quinque annis,l.3.& D.eod.l.cùm
verò.26.§.1. ſeruos parit,ita vt ſerui maneant, ſi non-
dum libertas ei competebat,veluti quia pendente con-
ditione fideicõmiſſæ libertatis peperit,d.l.3. Serui qui-
dem naſcũtur,ſed matri tradi debẽt, vt ab ea manumit-
tãtur, ſi mater libertatem petere potuit,nec petiit, cùm
eſſet maior vigintiquinque annis,d. l. 4. & D. eod. l. ſi
prægnans 13.&d.l.cùm verò.§.1.

Tit.V. De dedititia libertate tollenda.

HActenus Imperator egit de modis manumittẽdi: 1
iam vult generalem manumiſſionis effectum de-
clarare,qui quidẽ eſt libertinitas.Hæc olim triplex fuit,
Romana,Latina,& dedititia,inf.ti.prox.l.vn.§. & ne in
poſterũ.&Inſt.de libertin.§.vlt.Hoc titulo dedititia,ſe-
quẽti Latina tollitur. Dedititij,ſiue dedititiorũ numero
fiebãt, quicumq; quouis modo manumittebantur,cùm
antea pœnæ cauſa vincti fuiſsẽt à domino vel ſtigma-
ta paſſi, vel propter noxam torti nocenteſque reperti,
vel traditi,vt ferro aut cum beſtiis pugnarẽt, vel in car-
cerem coniecti,Vlp.tit.1.§.dedititiorũ.Gaius lib. 1. tit.
1.Hi adipiſcitate vt Latini ad ciuitatem Romanam non
poterant,Gaius d.tit.1.§.ſed inter.

Tit.VI. De Latina libertate tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfuſa.

Princ.§.6.7.9.10.11. *ij.*	§.*ſed & ſi quis homini.13.* ix.
§.3.11.j.	§.*ſimiliq; modo ſi dominus. 13. x.*
§.*ſed & ſi quis,inter.*13.*ij.*	§.*ille autem.*13.*x. xj.*
§.*ſed ſcimus.* 13.*iij.*	§.*hi tantummodò.* 14.
§.*ſimiliq; modo ſi quis.*13.*iv.*	§.*& ne in poſterum.*1u.11.j.
§.*ſed & qui.*13. *v.*	§.*pen.* 9.
§.*illo procul dubio.*13.*vj.*	§.*vlt.*11.*iij.*
§.*ſed & ſi ſub cõditione.*13.*vij.*	
§ *illud.* 13. *viij.*	

CErtis modis manumiſſi nõ fiebãt ciues Romani, 1
ſed Latini, ex lege Iunia Norbana, ex qua etiam
Latini Iuniani dicti ſũt,Inſt.de libertin.§.vlt.ſed ex Iu-
ſtiniani cõſtitutione hodie fiunt ciues Romani,& nul-
li ſunt Latini liberti. ¶ Huius tituli duæ ſunt partes: 2
prior potiſſimùm in principio,& tribus poſtremis §§§.
poſterior in reliquis paragraphis. ¶ In priori parte de 3
Latina libertate tollẽda duo conſiderãtur: nempe ipſa
libertas Latina,& iura de ea loquentia. ¶ De latina li- 4
bertate tres quæſtiones diſſoluũtur. ¶ Primò quæri- 5
tur, qualis erat. Reſpondetur fuiſſe I. Imperfectam,
verſ. 1. quoniam iidem viuebant liberi, & morie-
bantur ſerui,verſ. quis enim. & Inſtitut. de ſucceſſ. li-
bert. §. vltim. I I. Similem Latinitati colonariæ,
id eſt,

id est, hi liberti eadem iura habebāt, quæ olim missi in
6 colonias habebant, vers. cùm enim. ¶ Secundò quæri-
tur, quo iure introducta sit. Respondetur, esse introdu-
ctam lege Iunia Norbana, Inst. de libert. d. §. vlt. tem-
pore Tiberij lata, M. Iunio Silano, L. Norbano Balbo
consulibus. Quia verò hæc lex multis aliis iuribus cō-
ferta fuit, vers. cùm igitur. & infr. num. 9. idcirco Iusti-
nianus ait hanc libertatem fuisse inductam quasi per
Satyram, vers. 1. nam Satyra vel satura lex dicitur, quæ
multis aliis legibus est cōferta. Festus in verbo *Satura*.
7 ¶ Tertiò quæritur, cur sit tollenda. Triplex ratio affer-
tur. I. Quia cùm introducta fuerit ad similitudinē La-
tinitatis colonariæ, quæ iam sublata fuit, ipsa quoque
tolli debet, ne origine rei sublata, eius imago relin-
quatur, d. vers. cùm enim. II. Quia ipsius Iustiniani tē-
pore non frequentabatur, vers. cum igitur. III. Vt vite-
tur absurditas, quoniam absurdum erat, eos, qui in li-
bertate vixerant, in seruitute mori, d. vers. quis enim.
8 Coniun. §. 10. infr. h. t. ¶ De iuribus ad Latinam liber-
tatem pertinētibus, similiter deciduntur tres quæstio-
9 nes. ¶ Primò quæritur, quæ iura de hac libertate dispo-
nant. Respondetur, esse diuersas leges, & senatuscon-
ta, vt legem Iuniam Norbanam, quæ hoc libertatis ge-
nus introduxit, senatusconsultum Largianum, edictum
Traiani d. vers. cùm igitur. & §. pen. & Instit. de success.
libert. §. vlt. & edictum Claudij. §. sed scimus. Quæcum-
que autem leges simpliciter libertatis mentionem fa-
10 ciunt, de Romana loqui intelliguntur, §. pe. ¶ Secun-
dò quæritur, cur hæc iura corrigantur. Ratio triplex
est. I. Quia maximæ difficultates ex eis emergebant:
vers. & ex his. in legibus autem magis simplicitas, quā
difficultas placet, sup. de furtis, l. vlt. §. tales. & Inst. de fi-
deicommiss. hered. §. sed quia. II. Quia vsu non fre-
quentabantur, d. vers. cùm igitur. III. Ne aliquod ius
de sublata libertinitate loquens in libris Iustinianicis
repetiatur. §. & oe in posterum. Coniun. §. 7. sup. hoc t.
11 ¶ Tertiò quæritur, quomodò hæc iura corrigātur. Hic
tria notantur. I. Hæc iura reddūtur inefficacia tantùm
quod ad eam partem, quæ est de Latina libertate, d. §.
& ne io posterum. II. Partim tolluntur, partim perfi-
ciuntur, vers. & nō inutilis. quia cùm variis modis La-
tini liberti fierent, horum modorum alij sublati sunt,
alij perfectiores redditi, vt ad Romanam libertatē ho-
die perducāt, vt ex seq. parte intelligetur. III. Non ob-
tinent in personis post hanc Iustiniani constitutionem
manumittendis, sed retinentur in antea manumissis,
siue iam mortui essent, siue adhuc viuerent, §. vlt. Ha-
12 ctenus de Latina libertate tollēda. ¶ In posteriori hu-
ius tituli parte agitur de eadē libertate per certos mo-
dos in ciuitatem Romanam transfusa: non enim qui-
buscumque modis olim Latini Iuniani fiebant, hodie
ciues Romani fiunt: sed alij hoc efficiunt; alij sunt inu-
13 tiles, & nihil operantur. ¶ Ciues Romani fiunt, I. Ma-
numissus per epistolam: in qua duo requirūtur: vnum,
vt vel domini manu scripta sit, vel, si tabularius eā scri-
psit, dominus ei subscribat: alterū, vt quinq; testes sub-
scribant; quare est similis codicillis: (in quibus scimus
quinque testes requiri, C. de codicil. l. vlt. §. vlt.) ab eis
tamen differt, quia non est vltimæ voluntatis instru-
mentū, sed ex ea libertas viuo testatore competit, §. 1.
II. Manumissus inter amicos, id est, voluntate manu-
mittendi coram quinque testibus declarata, & vel insi-
nuata apud acta, vel redacta in scripturā, quæ tam pu-
blicarum personarū, quàm testiū subscriptionē conti-
neat. hic quoq; libertas, quasi ex codicillis, vt superiori
casu cōpetit, §. sed & si quis inter. III. Is, quem morbo
periclitātē dominus domo sua publicè eiecit, neq; eius
curā habens, neq; alij cōmendans: ob quam inhumani-
tatem, seruo statim ad libertatē perueniente, priuatur
iure patronatus, §. sed scimus. Nam seruus in ingenui-
tatem eripitur. Idémq; dicendū, si dominus eū pro de-
relicto habuerit, No. 22. c. 12. IV. Alienata hoc pacto, ne
prostituatur: siue nouus dominus, siue antiquus domi-
nus, qui manus iniectionē sibi in casum prostitutionis
reseruauerat, eam in suā potestatē redactam prostitue-
rit. Nam prostituēti lex nec dominiū, nec ius patrona-
tus in ancillam cōcedit, §. similiq; modo si quis. V. Qui
pileatus domini funus antecedit, vel stās in lectulo ca-
dauer ventilare videtur, §. sed & qui. Pileū esse liberta-
tis insigne, ideóq; his, qui manumittebantur, imponi
solitū, notaui sup. de test. manum. §. 12. mēb. 1. Qui igi-
tur directā ex domini testamento libertatē accipiebāt,
pileati lectū, quo domini defuncti cadauer efferebatur,
præcedebāt; alios autē lectos cū maiorū defuncti ima-
ginibus prælatos sequebantur. Liuius io calce libri tri-
gesimi scribit Q. Terentium Culleonē pileo capiti im-
posito secutum esse triumphum P. Scipionis Africani,
eumque omni deinde vita, vt dignum erat, libertatis
auctorem coluisse. & libro. 38. eum pileatū, vt in trium-
pho ierat, in eiusdem Scipionis funere ante lectum
iuisse. Appianus de bello Mithridatico, cum scripsisset
Perseum Romanis Imperatoribus occurrisse Romana
veste indutū, & calceos Italicos habentē, capite raso, &
pileatum subiicit, *ᾧ τρόπῳ τινὲς προΐασι τῶν ἐν διαθή-
καις ἐλευθερωθέντων, quo modo nonnulli eorum procedunt,
qui in testamento libertatem acceperunt.* Dionys. Halicar-
nass. lib. 8. Ἐγωγ' οὖν (inquit) *ἐπίσταμαί τινας τοῖς δούλοις
συγκεχωρηκότας εἶναι ἐλευθέρους μετὰ τὰς ἑαυτῶν τε-
λευτὰς, ἵνα χρηστοὶ καλῶνται νεκροὶ, καὶ πολλοὶ ταῖς κλί-
ναις αὐτῶν ἐκκομιζομέναις παρακολουθοῦσι τοὺς πίλους ἐπὶ
ταῖς κεφαλαῖς ἔχοντες, Equidem scio quosdam seruis liber-
tatem concessisse post mortem suam, vt defuncti, boni vocarē-
tur, ac multi elatos eorum lectos prosequerentur pileis capiti
impositis.* Huius vanitatis coërcendæ causâ videtur lata
fuisse lex Caninia, de qua tit. 3. dictum fuit. Post quam
legem homines inanis gloriæ cupidi videntur curasse,
vt suum obitum serui pileati comitarentur, licèt ad li-
bertatem non peruenirent. Sed Iustinianus qui legem
Caniniam sustulit, hos omnes, qui pileati funus ante-
cedunt, liberos esse iubet. Quod autē his adiungit eos,
qui in ipso ferali lectulo stantes, cadauer ventilare vi-
dentur, alibi me legisse non memini. Hos igitur omnes
iubet Imperator esse liberos, id est, libertos orcinos, sal-
uo iure patronatus his ad quos pertinet, vt liberis de-
functi. VI. Is, quem dominus in testamento, aut vindi-
cta manumisit, iubens eum esse Latinum: nihilominùs
enim fit ciuis Romanus, §. illo procul dubio. VII. Is,
quem heres extraneus manumisit pendente conditio-
ne, sub qua dominus ei libertatem reliquerat. Et si qui-
dem conditio deficiat, erit libertus heredis, qui manu-
misit. Si verò cōditio impleatur, erit libertus orcinus,
ac ius patronatus ei competet, ad quem iure pertinet,
§. sed etsi sub conditione. VIII. Is cuius pretium domi-
nus, postquàm iudicio liberali eū superauit, ab aliquo
accepit. hoc enim casu non solùm dominio serui, sed
etiam iure patronatus priuatur, & is, qui liber fit, sui
quodámmodò libertus videtur, §. illud. IX. Ea, quam do-
minus homini libero in matrimoniū dotalibus instru-
mētis adhibitis collocauit, §. sed etsi quis homini. No-
uissimè Iustinianus constituit, vt si quis ancillam suam
tanquam liberam nuptui tradat; vel sciens eam nube-
re, non contradicat, vt eum decipiat, à quo quasi libe-
ra in vxorem ducitur; non tantùm dominio, sed & iure
patronatus priuetur, etiamsi dotalia instrumenta non
interuenerint, ita vt mulier fiat ingenua, & nuptiæ iure
cōsistāt, idémq; statuit de seruo, cui mulier per errorē,
domino expressè vel tacitè consentiente, nupsit. No.
22. c. 11. X. Is, quē dominus apud acta filiū suū vocauit:
quāuis enim hac ratione filius nō fiat, liber tamē & ci-
uis Roman' efficitur. §. similiq; modo si dominus, quē-

admodum & cùm adoptatur à domino, Inst.de adopt.
§.vlt.& his casibus dominus habet ius patronatus,§.il-
le autem. XI. Is,cui instrumenta,quibus seruitus pro-
babatur, dominus coram quinque testibus tradidit:
idémque dicendum,si coram quinque testibus ea cor-
rupit, & his casibus locus est iuri patronatus, vt & in
omnibus casibus suprà expositis, præter eos, quibus
14 hoc ius expresè est denegatũ,d.§.ille autem. ¶ Præter
modos hactenus expositos,ceteri, quibus olim Latini
liberti fiebãt,à Iustiniano reprobãtur,adeo vt his mo-
dis manumissi mancãt in seruitute.§.his tantummodò.

Tit. VII. De communi seruo manumisso.

I. in princ.3.
§ 3.4 y.iy.
§ sin autem socius.4.v.
§ sed ne circa.4.vj.
§. iura. 4. vij.
§.sin autem seruus 4.viij.
§.ne autem.4.iv.
§. sin autem vno.6.
§. pen.7.
§. vlt. 4.j.
II. 5.

1 AB hoc titulo incipit agere de personis ma-
numittentibus,vel manumissis.Seruus cõ-
munis expresè,aut tacitè:& ab vno, vel à
pluribus dominis manumittitur:hinc qua-
2 tuor casus oriuntur hoc titulo examinandi. ¶ Primus
casus est,cùm vnus expresè manumittit: de quo tã ius
vetus proponitur,quàm nouum ius à Iustiniano intro-
3 ductum. ¶ Quod ad ius antiquum attinet, Imperator
I.Docet hunc casum apud veteres dubiũ, & ambigui-
tatis plenum fuisse,l.1. vers. 1. II. Refert constitutio-
nem Seueri,vt militis, qui libertatem seruo communi
reliquit, heres cogatur partem socij emere, & seruum
manumittere,d.l.1. vers. & inuenta. III. Refert aliam
constitutionem Seueri & Antonini,ex qua generaliter
cogitur quis partem suam socio manumittere volenti
vendere,vt seruus ad libertatem perducatur,d.l.1.vers.
sed & alia.IV.Refert sententiã Vlpiani & Pauli,vt pre-
tium serui,seu partis socio vendẽdæ statuatur arbitrio
prætoris,d.l.1.vers.pretio videlicèt.V.Refert eorumdẽ
& aliorum Iureconsultorũ sententiam,vt socius partẽ
suam socio vẽdere per prætorem cogatur,vt seruus ad
4 libertatem perueniat,d.l.1.vers.vbi & hoc. ¶ Iure no-
uo multa constituuntur. I. Imperator tollit ius accre-
scendi, quo olim pars domini manumittentis socio
vel sociis non manumittentibus accrescebat, d.l.1.
§. vlt. & Inst.de donat. §.vlt. II. Tollit in hoc tractatu
differentiã inter dominum militem,& pagamũ, necnõ
inter manumissionẽ,quæ fit inter viuos, vel in vltima
voluntate,d.l.1.§.4.III.Iubet socium vel socios partem
suam,quantacũque sit,vendere manumittẽti, vel here-
di eius, (etiamsi ipse seruus cõmunis, heres institutus
sit)ita vt omnino libertas tribuatur,d.§.1.IV.Pretium
seruorum & ancillarum taxat, ne de eo lis oriatur in-
ter socios.Ergo qui non sunt eunuchi,si nulla arte sint
imbuti,intra decimũ ætatis suæ annum decem aureis,
hanc ætatem excedentes viginti aureis æstimantur. Si
verò sint notarij,vsque ad quinquaginta:si medici, vs-
que ad sexaginta: si alia arte imbuti, vsque ad tri-
ginta aureos pretium eorum taxatur. Eunuchi au-
tem minores decem annis, vsque ad triginta: ma-
iores decem annis, si artes expertes sint, vsque ad
quinquaginta: si artifices, vsque ad septuaginta au-
reos æstimantur, d.l.1. §. ne autem. V. Si socius, vel
socij nolint pretium accipere: tunc permittit, vt is,
qui seruũ manumittere vult, pretium eis per publicas
personas oblatum & consignatum in æde sacra depo-
nat,ac perinde seruum ad libertatem & ciuitatem Ro-
manam perducat,ac si illi pretiũ pro suis partibus,quas
in seruo habebant,accepissent,d.l. 1.§. sin autẽ socius.
VI.Peculium inter socios distribuit pro rata portione
dominij,quod singuli in seruo habebãt:& manumittẽ-
ri permittit,vt peculij portionem ad se spectantẽ seruo
manumisso cõcedat,d.l.1.§.sed ne circa.VII.Ius patro-
natus ei soli cõcedit,qui seruũ manumisit,d.l.1.§.iura.
VIII. Si seruus ratiociniis suppositus sit, terminum à
competenti iudice statui vult,intra quem rationes red-
dat, & reliqua soluat, vt ita ad libertatem peruenire
possit,d.l.1.§.sin autẽ seruus. ¶ Secundus casus est,cùm 5
vnus ex pluribus serui dominis partem suam, quam in
seruo habet,ipsi seruo legat:hanc voluntatẽ Imperator
ita interpretatur, quasi voluerit seruum libertate pro
sua parte donare, vt ita libertatem ei tacite reliquisse
videatur: proinde iubet seruum libertatẽ consequi, &
cetera obtinere, quæ suprà de primo casu dicta sut,l.2.
¶ Tertius casus est,cùm inter socios contenditur,quis- 6
nam pretium aliis soluat,& seruum manumittat, quia
quilibet hoc sibi soli adsumere vult,hoc casu is præfer-
tur,qui primus libertatem seruo inter viuos imponere
aut in vltima voluntate relinquere voluit, d.l. 1. §. sin
autem vno. ¶ Quartus casus est,cùm omnes domini in 7
hanc piam voluntatem manumittendi concurrunt,hoc
casu omnes sine pretio manumittunt, peculium inter
se pro rata dominij portione diuidunt, & æquè patro-
ni fiunt,d.l.1.§.penult.

Tit. VIII. De seruo pignori dato, manumisso.

I. 4.y.5.j.
II. 7.8.9.
III. 3.4 j.7.8.
IV. 5.j.
V. 5.y.
VI. 4.iy.
VII.8.

ETsi titulus est tantùm de seruo pignori da- 1
to, tamen sub eo tractatur etiam de seruo
hypothecę generali supposito,quare in duo
capita diuiditur. ¶ Priori capite de seruo 2
pignerato datur regula: eíque adduntur productiones,
& exceptiones. ¶Regula est,Qui seruum specialiter pi- 3
gnerauit,eum manumittendo ad libertatem perducere
non potest,l.3.& D.in quib.cau.pign.tac.contrah. l. est
differentia.9.& de manumiss.l.3. & qui & à quib. man.
l.4.l.pignori.26.l.in fraudẽ. 27.§.1. ¶ Hæc regula pro- 4
ducitur,I.Vt obtineat tam in seruo pignoris causa tra-
dito creditori,quàm in eo,quem debitor tantùm obli-
gauit specialiter sine traditione,d.l.3.II. Ad seruũ do-
talem,quem maritus in dotem acceptum, ipsi mulieri
specialiter obligauit,l.1. III. Ad seruum,quem tutor
emit pecunia pupilli, quia specialiter ex constitutioni-
bus pupillo obligatus est,l.pen.& D. de reb.cor.l. 3. in
princ.IV. Etiamsi dominus in fraudem creditorũ ser-
uum eum libertate heredẽ instituerit, eiusmodi enim
libertatem lex Ælia Sentia in seruo pignerato non su-
stinet,sup.de necess.ser.her.inst. l. 1. licèt extra causam
pignoris libertatem & institutionem tueatur,Inst. qui
& ex quib.caus.man.non poss. §. 1. ¶ Excipitur I. Nisi 5
creditor manumissioni adsensum suum præbuit,l.4. &
Inf.de remiss.pignn.l.1.tunc igitur libertas impeditur,
cùm inuitis creditoribus seruus à debitore manumitti-
tur,l.1.II.Nisi post manumissionẽ creditoribus satisfa-
ctũ sit,l.5. Dixi post manumissionẽ: quia si ante manu-
missionẽ satisfactũ fuisset,pignus solutũ esset,D.quib.
mod.pign.solu.l. 6.in pr.III.Nisi in testamẽto libertas
relicta sit: licèt enim directa non competat,iure tamen
fideicommissi sustinetur, ita vt heres teneatur pignus
luere & seruũ manumittere,D.de fideic.libert.l. gene-
raliter.24.§. si quis seruo. ¶ Posteriori capite de seruo 9
generali hypotheca cõprehenso datur regula, produ-
ctio,& exceptio. ¶Regulariter manumissio valet,ac li- 7
bertas cõpetit,l.2.& 3.& D. in quib. caus.pign.tac.cõ-
trah.d.l.est differẽtia.& qui & à quib.manum.l.genera-
liter.29.in pr. ¶ Hæc regula producitur,vt obtineat tã 8
in hypotheca ex conuẽtione expressa,d.l.3.quàm ex ta-
citè obligata ex iuris priuilegio, puta fisco, d. l. 2. vel
mulieri

mulieri nomine dotis: nam & dotalē & seruum manu-
mittere licet, l. vlt. (quia lex Iulia tantùm prędij dotalis
alienationem prohibuit) dúmodò maritus sit soluēdo,
D. de manumiss. l. seruum dotalem. 21. ne videatur in
9 fraudem creditorum manumittere. ¶ Excipitur, nisi in
fraudē creditorū manumittatur, l. 2. & D. qui & à quib.
man. d. l. generaliter. in pr. verùm hoc casu, non propter
hypothecam, sed propter manumittentis fraudem li-
bertas lege Ælia Sentia impeditur, ideoque etiam in
seruo neque pignori dato, neque hypothecæ supposito
generaliter obtinet, inst. tit. 11.

Tit. IX. De seruis reipublicæ manumittendis.

I. 2.4.5.	*III. 3.5.19.4.p.19.*
II. 2.3 19.	

1 DE seruis reipublicæ tres quæstiones decidun-
2 tur. ¶ Prima quæstio est, quænam in his ma-
numittēdis requirantur. Tria requiri vidētur,
I. Decretū decurionū. II. Auctoritas prætoris,
vel præsidis decretū cōfirmātis. III. Vt alius seruus vice
manumissi detur reipublicæ, l. 1. & 2. Sed hoc tertiū for-
3 tasse non fuit omnino necessariū. ¶ Secūda quæstio est,
qui sint effectus huius manumissionis. I. Manumissi fiūt
ciues Romani ex lege Vectij Libici, & S. C. circa eam
facto, quo ad prouincias producta est, cùm tantùm in
vrbe, & Italiæ municipiis obtineret, l. vlt. II. Iustas nu-
ptias cōtrahunt: & liberi ex eo matrimonio suscepti ci-
ues Romani sūt, & in potestate patris, d. l. 2. & ingenui,
4 & possunt fieri decuriones, d. l. vlt. ¶ Tertia quæstio est,
quib. ex causis libertas eis data reuocatur, vel non. Res-
pondetur, manumissum non retrahi in seruitutē, nisi ti-
tulus aliquis præcedat, quo dominiū serui quæri solet,
d. l. vlt. & infr. de ingen. manum. l. 6. proinde non fieri
seruum, I. Ob fugam vicarij, qui eius loco datus fuit
reipublicæ, d. l. 1. II. Si vt libertus tabulariam admini-
strauit, d. l. vlt.

Tit. X. De his, qui à non domino manumissi sunt.

I. 19.	*V. j.*
II. j.	*VI. j.*
III. j.	*VII. ij. 19.*
IV. j.	

5 CVm quis seruum alienum, quasi suum manu-
mittit, tria notantur. I. Manumissus non fit li-
ber, l. 4. etiamsi dominus patri suo manumit-
tenti consentiat, si eius ætatis sit, vt ipse eo modo ad
libertatem perducere non possit, putà minor viginti an-
nis, cui, nisi causa manumittendi in consilio probata,
manumittat vindicta, lex Ælia Sētia manumittere non
permittit, l. 6. Item libertas non sustinetur, si is, qui ma-
numisit, olim dominus fuit, & sponte sua dominium
ad alium transtulit; verbi gratia, seruum, antequàm ma-
numitteret, ex causa donationis alteri tradidit, l. 5. Se-
cus est, si dominium serui transferre teneatur, needum
transtulit: vt quia mandato alieno seruum emit, adeo vt
actione mandati teneatur eum mandatori dare, l. 2. vel
hereditatē, in qua seruus continebatur, vēdidit, adeo vt
emptori eū tradere teneatur, l. 3. II. Seruus domino re-
stituitur, l. vlt. vel, si is malit, pretiū serui soluitur, aut id
quod interest, præstatur, l. 1. III. Si ex auctoritate prin-
cipis manumissio celebrata sit: manumissor non tan-
tùm seruum, quem perperam manumisit, domino re-
stituit, sed etiam eidem domino duo, fisco tria manci-
pia eiusdem sexus, ætatis, atque artis, cuius est qui ma-
missus fuit, dare cogitur, quæ pœna cessat, cùm aliorum
iudiciū auctoritate seruus alienus manumittitur, d. l. vlt.

Tit. XI. Qui manumittere non possunt, & ne in fraudem creditorum manumittatur.

Anal. Cod.

I. in princ. 8.	*V. in princ. 7.*
§. j. 7.	*§. j. 9.*
II. 4. ij.	*VI. 4. j.*
III. 5.	*VII. 8.*
IV. 3.	

EX superiori titulo didicimus, eos, qui domini non 1
sunt, manumittere seruos non posse: ex hoc tit.
discemus, interdū etiā dominos, & eos, qui pro dominis
habentur, frustra manumittere. ¶ Huius tit. duæ sunt a
perspicuæ partes. ¶ Prior pars de his, qui manumittere
nō possunt, tribus capitibus cōstat. ¶ Primū caput est de 3
serui domino: vbi specialiter agitur de minore viginti
annis: qui, vt libertatem inter viuos præstare seruo suo
nō potest, nisi vindicta manumittat causâ apud cōsiliū
probatâ; ita etiam non potest alteri manumittendum
tradere: vt enim eo casu lex Ælia Sentia, Inst. h. t. §. ca-
dem. ita hoc casu senatusconsultum circa eam legem fa-
ctum impedit libertatem, l. 4. ergo hoc casu non habet
locum constitutio Marci & Commodi ad Aufidiū Vi-
ctorinū, qua cauetur, vt si seruus ab eo cui traditus est
manumittendus, non manumittatur, nihilominus liber
fiat, quamquàm in cōtrario casu obtinet, videlicet cùm
minor viginti annis seruum accipit manumittendum,
D. de manumiss. l. 4. §. nihil. De libertate autem à mino-
re in testamento vel codicillis relicta, dixi supr. de test.
manum. §. 3. memb. 2. & §. 7. memb. 3. ¶ Secundū caput 4
est de quasi dominis: vt tutore, qui est quasi dominus
rerum pupillarium, D. de adm. tut. l. tutor qui tutelam.
27. & pro empto. l. 7. §. si tutor. & seruo ordinario, qui
est quasi dominus serui vicarij quem habet in peculio,
D. de peculio. l. si seruus. 17. Hic dātur duę regulæ. I. Tu-
tor seruū pupilli sui manumittere nō potest, ne quidem
si fideicommissaria libertas ei à pupillo debeatur, l. 6.
propterea quod in administratione patrimonij pro
domino habetur, dictis iurib. à qua separatur manumis-
sio, D. de manumiss. l. seruus furiosi. 13. sed nec pupillus
sine tutore fideicommissam libertatē dare potest, D. de
fideic. libert. l. ex causa. 11. ergo pupillus tutore auctore
manumittere debet. Similiter curator furiosi seruū eius
manumittere non potest, D. qui & à quibus manumissi.
l. curator. 22. quamuis furiosus ex causa fideicommissi
libertatē seruo debeat, d. l. seruus furiosi. sed nec furio-
sus curatore auctore potest imponere libertatem, cùm
voluntate, D. de diuer. reg. iur. l. furiosi. 40. & mente ca-
reat, Inst. quib. non est permis. fac. testam. §. 1. nec intel-
ligat quod agit, ideóq; nullum negotium gerere possit,
Inst. de inutil. stipul. §. furiosus. quare ne libertas impe-
diatur, curator seruū alteri tradere debet, vt ab eo ma-
mittatur, d. l. seruus furiosi. II. Ordinarius vicariū suum
manumittere non potest, ne quidem per interpositam
personā (licèt hoc interdū facilius admittatur, vt modò
dixi de curatore furiosi) & ne quidē si principis seruus
sit, l. 2. Huic tamen Leo Imperator Nou. 38. testamenti
factionem concessit: ergo ex illa Nouella etiam seruis
suis vicariis libertatem in testamento relinquere po-
test: sed nos Nouellis Leonis non vtimur.

¶ Tertium caput est commune dominorum & non 5
dominorum, vbi datur regula, Nemo suum vel alie-
num seruum in spectaculo manumittere potest, putà
actorem qui in Theatro fabulam agens, ita populo pla-
cuit, vt populus clamaret esse manumittendum, l. 3.

¶ Posterior huius tit. pars spectat ad caput illud legis 6
Æliæ Sentiæ, quo quis vetatur in fraudem creditorum
manumittere, de quo diximus etiam supr. de testam.
manumiss. §. 3. membr. 1. Hic tres quæstiones decidun-
tur. ¶ Primò quæritur, quinā creditores in hoc tractatu 7
appellentur, adeo vt in eorū fraudem manumittere nō
liceat? Respondetur, creditores vocari eos, quibus ex
quacumq; causa actio contra fraudatorem cōpetit, D.
qui & à quib. manum. l. si cum fideicommissa. 16. §. ne

iudicis cogitur, d.l.vltim.§. 1. I I. Si filius sit minor viginti quinque annis, pater, si vult, res administrat: sin minus, filius iudicem adire potest, & ab eo petere, vt curatorẽ det, qui bona administret, d.l.vlt. §. sin autem
15 in secunda. ¶De tertio casu plura tradũtur. I. Pater plenissimam res gubernandi potestatem habet, nec à filio impediri potest, quo minùs pro libitu gubernet, l. 6. §. non autem. I I. Eius administratio est impunita: quia rationes filio reddere non tenetur, d. §. non autem, & l. vltim. §. hoc procul dubio. I I I. Non tenetur filio satisdare, d. §. hoc procul dubio. I V. Bona paterna filiis pro dicta aduentitiorum administratione non sunt obligata, d.l. 6. §. non autem. nisi pater ad secundas nuptias transeat, quo caso tantùm pro administratione bonorum maternorum vel materni generis sunt tacito iure filiis obligata, supr. de secun. nup. l. si quis prioris 8. §. vlt. videlicet ex die susceptę, vel desertæ administrationis, non ex die quo aliquid malè gestum est, d.l. 6. §. vltim. V. Adhibito filij consensu actiones mouet, aut suscipit, & sumptus facit, d. l. vlt. §. & in agentibus. V I. Æris alieni, quod hæc bona respicit, dissoluẽdi causa, & ne vsuris bona minuantur, res aliquas vendere debet, vt ex pretio creditoribus satisfaciat, & primùm quidem res mobiles; deinde, si hę non sufficiant, etiam immobiles, quod nisi fecerit, ipse de suo vsuras persoluet, d. l. vlt. §. sin autem æs alienum. V I I. Legata & fideicommissa pecuniaria soluere debet ex reditibus, si inde legatariis & fideicommissariis satisfieri possit: alioquin res mobiles, & immobiles steriles, vt ædificia distrahet, d. vlt. §. sin autem legata. V I I I. Extra dictas causas res vendere vel obligare nequit, nisi sint inutiles, & mobilia superflua: & prædia sterilia, & si de facto alienauerit, filij, quãdocũque sui iuris facti fuerint, ea vindicare poterunt: nec currit contra eos præscriptio, nisi ex quo sui iuris facti sunt. Ex dictis autem causis cum effectu res vendit, aut obligat, adeo vt venditiones vel hypothecæ reuocari à filio non possint, l. 4. in princip. & §. vltim. d. l. vltim. §. sed pater. I X. Mancipia tenetur alere, ac res non deteriorare, d.l. vlt. §. hoc proculdubio. X. Filios & filias alere tenetur, non tam quia per eos aliquid acquisiuit, quàm propter ius naturale, quod parẽtibus hoc onus iniungit, vt quos genuerunt, alant: quemadmodum è contrario, si sint inopes, à filiis ali debent, d.l. vltim. §. ipsum autem. X I. Filius de his rebus nec testari, nec vllo alio modo disponere potest, d.l. vltim. §. filiis. vbi partic. *dumtaxat* ab emendatioribus libris abest, & ne ex eo contextu per argumentum à contrario sensu colligatur filiumfamiliam, de bonis aduentitiis, in quibus plenum habet dominium, testamentum facere posse, Iustinianus prohibet, supr. qui testamen. fac. poss. l. penultim.

Tit. L X I I. De hereditatibus decurionum, nauicu-lariorum, cohortalium, militum, & fabricentium.

I j.	*I V. j.*
I I. iv.	*V. v.*
I I I. ij.	



Vm quis sine successore decedit, bona ad fiscum regulariter deuoluuntur, infr. de bonor. vacant. l. penult. & D. de legat. j. l. quidam. 96. §. 1. Sed ab hac regula excipiuntur plures casus, quibus alij fisco præferuntur. Etenim fisco excluso, succedit, I. Decurioni curia, l. penultim. I I. Nauiculario corpus nauiculariorum. l. 1. I I I. Cohortali (id est, apparitori præsidis prouinciæ) alij cohortales eiusdem prouinciæ, l. 3. I V. Militi legio, vel cuneus, vel vexillatio, in qua militauit, l. 2. & D. de iniust. rupt. l. 6. §. eius qui. nisi capite damnatus fuerit, quo casu bona castrensia fisco deferuntur, D. de veteran. & mil. success. l. 2. Legio pedites continet, & equites legionarios, id est, legioni impositos & connexos, vt Vegetius loquitur l. 2. de re milit. cap. 1. & 2. Vexillatio est equitum, qui instar alarum aciem protegunt, ac distinguuntur ab equitibus legionarijs, auctore Veget. d. cap. 1. Cuneus est multitudo peditum, quæ iuncta cum acie, primò angustior, deinde latior procedit, vt aduersariorum ordines rumpat, Veget. lib. 3. cap. 19. V. Fabricensi, ad cuius officium pertinet arma bellica in fabricis publicis efficere, collegæ, id est, eiusdem scholæ fabricensis defuncti fisco pro eo teneantur, infr. de fabricensib. l. 5. æquum est vt solatio successoris in eiusdem fabricensis bonis fruantur, l. vltim. secundum vulgatam illam regulam. Qui subit onus, debet etiam commodum percipere, Instit. de legit. patron. tut. vers. quia plerumque. Creatoris & nominatoris vocabulo idem significati constat ex l. si quos. 59. infr. de decurionib. & l. 2. infr. quod quisq. ordin. conueni. & l. 2. §. si eo tempore, D. de administr. rer. ad ciu. pertin. V I. Præfectiano, id est apparitori præfecti prætorio arca eiusdem præfecti, infr. de apparit. præfect. prætor. l. 3. V I I. Clerico ecclesia, cui seruiebat: & monacho monasterium, cui erat addictus, supr. de episc. & cleric. l. si quis præsbyter. 20. Sed hodie bona ingredientis monasterium, de quibus antea non disposuit, statim acquiruntur monasterio saluâ legitima liberis, si qui extant, debita, Nou. 5. cap. 5. V I I I. Ei, cui princeps aliquid donauit, socius eiusdem liberalitatis, id est, cui simul eadem res donata fuit, in ea fisco præfertur, infr. si liber. imperial. soc. sine her. decess. l. vnic. 1

IVL. PACII A BERIGA I. C.

ANALYSIS LIBRI VII. CODICIS.

Tit. I. De vindicta, & apud consilium manumissione.

I. 8. j. 10.	*I I I. 5.*
I I. 3 6.	*I V. 4. j. ij v. vi. 8 j.*

1 POst contractus & vltimas voluntates, ac successiones expositas dicturus de præiudicijs, quibus de statu hominũ quæritur, vtrùm sint liberi an serui, & vtrùm ingenui an libertini, priùs de manumissionibus tractat, quibus serui ad libertatem perueniunt: ac primùm loquitur de modis manumittendi, tum de effectu manumissionis, tertiò de personis manumittentibus, vel manumissis, postremò de his, quæ omnibus manumissionibus communia sunt. Manumittuntur serui aut inter viuos, vt vindicta: aut in vltima voluntate, de qua dicetur tit. seq. ¶ Hic titulus duabus partibus constat. 2
¶ Prior pars est de vindicta. Dicuntur 3
manumitti vindicta, qui apud magistratum manumittuntur, vel quia serui hoc modo vindicantur in libertatem, vel à vindio Vitelliorum seruo qui primus

ob coniu

ob coniurationem detectam ita manumissus est, à quo
& vindictę, siue (vt Cuiac. ex vet. libro legendum cen-
set) vindiciæ nomen deductum quosdam existimare
scribit Lucins lib. r. Est autem vindicta virgula, seu fe-
stuca, quam lictor vel dominus seruo manumittendo
olim imponebat, vindiciæ verò, addictio possessionis.
De hac manumissione tres quæstiones dissoluuntur.
4 ¶ Primò quæritur, apud quos ita manumitti possit.
Hæc iurisdictio tribuitur. I. Consulibus, l. vltim. §. de
aduo. diu. iudic. l. laudabile. 23. §. penultim. & D. de of-
fic. consl. l. vnic. & de manum. vind. l. si rogatus. 20. §.
vlt. II. Prætoribus, d. l. vltim. III. Proconsulibus, D. de
offic. proconsl. l. 2. in princip. & de manum. vind. l. apud
proconsulem. 17. in princip. IV. Legatis proconsulum,
d. l. apud proconsulem. §. r. non tamen priùs quàm in
prouinciam peruenerint, & mandatam iurisdictio-
nem susceperint, D. de offic. proconsl. d. l. 2. §. 1. Vide
Centur. 1. q. 46. V. Præsidibus prouinciarum, d. l. vltim.
& de offic. præsid. l. 2. VI. Magistratibus municipali-
bus, quibus huiusmodi ius est, d. l. vlt. id est, apud quos
legis actio est, Paul. 5. sentent. tit. 25. §. penultim. nam
hæc manumissio est legis actio, infr. de his qui à non
5 domi. manum. sunt. l. vltim. ¶ Secundò quæritur, an
quis per alium manumittere hoc modo possit, putà
per maritum, vel per procuratorem. Respondetur, ne-
minem posse per alterum manumittere, l. 3. nisi ei tra-
dat seruū manumittendum, supr. de dolo. l. 4. & de do-
6 nat. int. vir. & vxo. l. 7. §. vltim. ¶ Tertiò quæritur, an ita
manumissus possit iterum manumitti. Respondetur,
primæ manumissioni, quæ ciuitatē Romanam cum li-
bertate in seruum contulit, qualis est manumissio, quæ
vindicta fit, nihil per secundam manumissionem addi,
vel detrahi posse, l. 2. Aliud obseruabatur, cùm quis
per primam manumissionem non fiebat ciues Roma-
nus, sed Latinus ex lege Iunia Norbana: quoniā itera-
ta manumissione ciuis Romanus fieri poterat, Vlpian.
tit. 4. §. iteratione. Sed hodie nulla est manumissio, quæ
ciuem Romanum non faciat, inf. de Lati. libert. tollen.
l. vnic. & Institut. de libertin. §. vltim. & de success. liber.
§. vltim. ergo generaliter & indistinctè verum est, ma-
7 numissionem iterari non posse. ¶ In posteriori parte
agitur de manumissione apud consilium: de qua tria
8 notanda sunt. ¶ Notandum primò, duplex esse cōsiliū,
in quo causa manumittēdi examinatur. I. Principis, l. 1.
& l. vltim. & supr. de libertis, & eorū liberis, l. 2. II. Ma-
gistratus, vel vrbani, cui quinque senatores & quinque
equites assidebant, vel prouincialis, qui viginti Recu-
peratoribus, ciuibus Romanis præerat, Vlp. tit. 2. §. eadē
lex, Theoph. in §. eadē lege. Inst. qui & ex quibus caus.
9 manum. non poss. ¶ Notandum secundò, eum, qui in
consilio manumittitur, vindicta manumitti, d. §. eadem
lege, & sup. si aduer. libert. l. 2. & de libert. & eor. libe.
l. 2. §. 1. Sed non reciprocari, vt quicumque vindicta
manumittitur, in consilio manumittatur: quia
manumitti etiam de plano, & transeunte magi-
stratu potest, D. de manumiss. vindic. l. 7. & Institut.
de libertin. §. serui nec est consilium necessarium, nisi
manumittens sit minor viginti annis, vt causa manu-
mittendi in consilio probanda sit ex lege Ælia Sentia,
d. §. eadem lege, & D. de manumiss. vind. l. 2. §. vltim.
¶ Notandum tertiò, causam manumittendi semel
10 in consilio probatam non retractari, D. eod. l. iusta. 9. §.
1. & Institut. qui & ex quibus caus. manum. non poss. §.
semel. nec libertatem semel datam reuocari, aut con-
tra eam restitui minorem posse, l. 1. & supr. si aduer.
libert. l. 1. 2. & 3. & D. de minorib. l. si ex causa. 9. §. vlt.
nisi ex magna causa hoc à principe impetrauerit, D.
eod. l. nisi. 10.

Tit. II. De testamentaria manumissione.

I. 3. ij. 7. iij.
II. 6. 15. ij. iij.
III. 6. 14. j.
IV. in princip. 10. 12. ij.
§ j. 10. 11. ij. 15. j.
V. 3. j.
VI. 3. j. 6. 15. iij. 17. 12. j. iij. 19. ij. iiij.
VII. 4. ij.
VIII. 4. j. 11. j. 15. j.
IX. 7. ij.
X. 6. 12. j.
XI. 6.
XII. 6. 14. ij.
XIII. 11. ij.
XIV. 8.
XV. in princ. 17. 18. j. iij. 19. ij. iij. iv.
§. j. 19. iij.
§. sin verò quidam. 20. ij.
§. sin verò non omnes. 19. iij.
§. sed hoc quidem. 18. iv.
§. sin autem per internalla 18. iv.
§ penult. 18. ij. iv.
§. vlt. 18. ij. iv. 20. iv.


On solùm inter viuos libertas seruis im- 1
poni, sed etiam in vltima voluntate relin-
qui potest, infr. de commu. seru. manum.
l. 1. §. penultim. & Institut. de libertin. §. 1.
Cùm igitur de ea dictum sit, quæ datur
inter viuos: consequenter de ea tractatur, quæ in vlti-
ma voluntate relinquitur. ¶ Hic tit. diuiditur in octo 2
capita. ¶ Primo capite agitur de eo qui manumittit, 3
vt sciamus, qui possint manumittere, vel non. Huc spe-
ctat lex Ælia Sentia, quæ duobus casibus libertatem
testamento relictam impedit. I. Si is qui soluendo non
est, aut datis libertatibus desitutus est soluendo
esse, in fraudem creditorum suorum libertatem ser-
uis suis relinquat, ita vt re ipsa & consilio manu-
mittentis creditores fraudentur, D. qui & à quib.
manum. l. in fraudem. 10. & Institut. qui & ex qui-
bus caus. man. non poss. in princip. & §. in fraudem.
Vult igitur lex, vt reliqua bona defuncti creditoribus
sufficiant: aliuquin libertates impedit, etiamsi heres
existat, qui soluendo sit, l. 5. vno tantùm casu libertates
in fraudem creditorum datas sustinet, cùm testator
seruum sum heredem instituit: tunc enim seruus fit li-
ber & heres necessarius, siue libertas sit ei expressè
relicta, siue propter institutionem tacitè data intelli-
gatur, Institut. eod. §. idemque iuris. II. Si minor viginti
annis libertatem relinquat, nisi per fideicommissum
relinquat ex iusta causa, quam potuisset in consilio
probare, si inter viuos manumisisset, supr. de testam.
mil. l. 4. & infr. de fideic. libert. l. 5. & D. eod. l. 4. §. item
si minor. quoniam lex huius ętatis hominibus, non ali-
ter quā vindicta manumissionis causa probata manu-
mittere permittit, Inst. eo. §. eadē. Quid si minor vigin-
ti annis testamentum faciens futuros codicillos con-
firmet; deinde maior factus viginti annis, libertatem
in codicillis relinquat: libertas iure competit inspecto
tempore, quo data est, non tempore, quo codicilli con-
firmati fuerunt, id est, quo testamentum factum fuit, l.
1. Vide inf. §. 7. memb. 3. Sed Iustinianus huic capiti le-
gis Æliæ Sentiæ derogauit, primò statuens, vt maior
septemdecim annis libertatem seruis suis in testamen-
to relinquere possit, Institut. eodem §. vlt. deinde po-
testatem eandem concedens cuiuis puberi testamenti
factionem habenti, Nou. 119. cap. 2. ¶ Secundo capite 4
agitur de manumisso: vt sciamus qui possint manumit-
ti, vel non. Hîc dantur duæ regulæ. I. Libertas iure dire-
cto dari seruo alieno non potest, ne quidē si eius sit, qui
heres instituitur, l. seruo. 9. II. Filius ei libertatem relin-
quere non debet, quem mater manumitti prohi-
buit, l. contra. 7. vbi verbum, *non debet*, significat hone-
statem, si filius heres matris non fuit: vel necessitatem,
si matri successit: vtroque autem casu rectè dicitur iura
pietatis matri debitæ violare, qui contra eius volunta-
tem manumittit. ¶ Tertium caput est de instrumen- 5
to vltimæ voluntatis, in quo libertas relinquitur: hoc
autem est duplex, nempe testamentum, & codicilli, sup.
de codicill. l. 7. ¶ Cùm in testamento relinquitur, tres, 6
casus

casus distinguuntur: aut enim testamentum iure non
subsistit,aut iure subsistit, sed nemine ex eo adeunte
destituitur, aut ex eo hereditas aditur. Primo casu
libertates datæ corruunt, & ne quidem per fidei-
commissum sustinentur, nisi testamentum ob clausu-
lam codicillarem adiectam,vim codicillorum accipiat,
& hac ratione sustineatur.l.si iure. 11. & supr.de codi-
cil.l.vltim.§. 1.& D. cod. l. 1.& qui testam. fac. poss.l.
ex ea.29. Secundo casu libertas non competit, l.a.Ex-
cipitur,I. Nisi heres scriptus in fraudem relictæ liber-
tatis cum legitimo herede colluserit, l. si heredes.12.
II.Nisi libertatum cõseruandarum causa alicui idoneè
caventi bona addicantur, l. 6. de qua addictione, ne
institutus sermo interrumpatur, plura dicam in calce
huius tituli. Tertio casu libertates competũt, nisi aliud
impediat:nec reuocantur,licet is, qui hereditatem ac-
cepit,posteà in integrum restituatur,vt ab ea abstineat,
7 l. 3. l.directis.10. ¶ De codicillis tria notentur. I. Li-
bertas iure directo in codicillis dari nequit, nisi te-
stamento sint confirmati: per fideicommissum verò
ex quibuscumque codicillis competit, D. hoc tit.l.li-
bertates.43.II.Cùm directa libertas suo,nõ alieno ser-
uo relinqui possit,l.seruo,9.tempore testamenti,nõ tẽ-
pore codicillorum quæritur, vtrùm sit testatoris ser-
uus, an alienus:quia codicillorum ius singulare est,vt
quæcumque in his scribuntur,perinde habeantur, ac si
in testamento codicillos confirmante scriberentur, D.
de iure codicill. l.2.§. codicillorum. III. Cùm quæri-
tur, qua ætate fuerit qui libertatem reliquit, ne poste-
riori capite legis Æliæ Sentiæ infirmetur:sufficit eum
habuisse legitimam ætatem, dum codicillos faciebat,
licet tempore testamenti minor fuisset, vt & supr. no-
taui.§.3.membr.2.quia lex non ad potestatem iuris,sed
iudicij,respexit,l.1.id est, lex Ælia Sentia vetuit mino-
rem viginti annis aliter manumittere, quàm vindicta
post causam manumittendi in consilio probatam,con-
sequenter libertatem in testamento relictam impedi-
uit:non quia minor viginti annis iure non possit de re-
bus suis disponere, sed ne ob iudicium minùs firmum
calliditate seruorum suorum circumueniatur:quæ sus-
picionis ratio in casu proposito cessat; cum eo tempo-
re,quo libertates relinquebat, maior esset viginti an-
nis.Ergo hi codicilli non metuunt legem Aeliam Sen-
tiam propter ætatem eius à quo fiunt:& iure com-
muni confirmantur per testamentum ea ætate factum,
qua fieri potuit. Quid si è contrario minor viginti an-
nis in codicillis libertatem reliquerit & maior factus
eos in testamento confirmauerit? Non dubito, quin
libertas faciliùs,quàm in superiori casu competat qua-
8 si in testamento relicta,d.l.2.§.codicillorum. ¶ Quar-
to capite agitur de verbis quibus libertas relinquitur,
vbi datur regula; Libertas directa non solùm legiti-
mis seu directis, sed etiam aliis quibuscumque ad vo-
luntatem testatoris patefaciendam idoneis, proinde
9 etiam Græcis relinqui potest, l. penultim. ¶ Quinto
capite declaratur, quibus modis libertas relinquatur.
10 Hic notantur duæ diuisiones. ¶ Prior diuisio est:quia
libertas datur vel iure directo,vel per fideicommissum,
l.4.& infr.tit. prox.l. vnic. & Institut.de sing. reb. per
fideic.relic.§.penultim. sed hic titulus potissimum est
de libertate directa:nam de fideicõmissaria dicetur.t.4.
11 ¶ Posterior diuisio est: quia vel purè relinquitur
vel in diem, vel sub conditione, D. h. t. l. testamento
manumissus.23.§.1.is verò cui in diem vel sub condi-
tione relicta est,statuliber appellatur, D. de statu lib.l.
1.in princip.& quamuis interim sit in heredis potesta-
te,tamen heres ei adimere libertatem nullo modo po-
test:quia etiamsi alienetur, & vsucapiatur, nihilomi-
nùs tamen libertas suo tempore competet, l.statulibe-
ris.13.videlicèt si non ante, sed post aditam heredita-
tem traditus, vel vsucaptus sit, D. de statulib. l. 2. in
princip.Hoc loco specialiter duæ conditiones liberta-
ti adscriptæ considerantur. I. Cùm filius vel filia nu-
ptias contraxerit:nam his verbis non significatur tem-
pus,sed conditio,adeo vt non secutis nuptijs, licèt fi-
lius vel filia ad eam ætatem peruenerint, qua nuptias
contrahere licet,tamen libertas non competat, l. cùm
testator.8. II.Si rationes reddiderit. Hæc conditio ex
dando & faciendo mixta est: quatenus enim volumi-
na sunt exhibenda, & rationes examinandæ, in facto
consistit:quatenus autem reliqua sunt soluenda, con-
sistit in dando, D.de condit.& demonstr. l. cum seruus
82.& de statulib.l.6.§. vltim. atque hæc posterior pars
præcipua est:quia rationes ideo exhibentur & exami-
nantur,vt si quid reliqui debeatur, persoluatur. Quare
si seruus, cui sub hac conditione libertas relicta est,
reliquator sit, nisi rationes reddat & reliqua soluat,ad
libertatem non peruenit:si verò nihil debere ex ratio-
nibus appareat: post aditam hereditatem (tunc enim
dies libertatis purè legatæ cedit, supr. de caduc.toll.l.
vnic.§.libertatibus.& D.h.tit.d.l.testamento manumis-
sus.& l.testamento liber.25. & quan.dies lega. ced. l.7
§.vltim.& l. seq.) putam libertatem accepisse videtur,
l.4.§.1.& D.de condit.& demonst.l. Iulius. 81. ¶ Sex- 12
to capite declarantur effectus libertatis relictæ. I.Is,
cui directis verbis libertas testamento data est, non
minùs fit libertus eius,qui libertatem reliquit,quàm si
ab eo pileum accepisset: (nam serui, cùm manumitte-
bantur,raso capite pileos accipiebant:vnde Plautus in
Amphitr.actu 1.sce.1.vers.vltim.*Vt ego hic hodie raso ca-
pite caluus capiam pileum*.Persius satyra.5.

Hæc mera libertas:hanc nobis pilea donant.

Et pileus erat insigne libertatis:ac serui dicebãtur vo-
cari ad pileum,cùm ad libertatem vocabantur,Sueton.
in Tiberio,cap.4.*Seruus ad pileum frustra vocatis, in Si-
ciliam profugit.* Quin etiam aliqui testamento manu-
missi,in publicum pileati prodibant. Appianus de bel-
lo Mithridat.de Prusia loquens,qui Romanis Impera-
toribus obuiam processerat,*τὴν κεφαλὴν*,inquit,*ἐξυρη-
μένος, καὶ πῖλον ἐπικείμενος, ᾧ τρόπῳ τινὲς προΐασι τῶν
ἐν διαθήκαις ἐλευθερουμένων,id est,capite raso, & pileatus
quomodò nonnulli eorum prodeunt, qui sunt in testamento
manumissi*:sed quia dominus, à quo libertatem accepit,
mortuus est,libertus orcinus ab orco nominatur, l.di-
rectis.10.& Inst.de singul.reb.per fideic.relic.§.penult.
II. Non teneatur rationes actus in seruitute gesti red-
dere,nisi testator hoc iusserit, l. 4. in princip. vel post
libertatem gerere perseuerauerit, & id quod liber ges-
sit, cum eo sit cõnexum quod in seruitute administra-
uit: quoniam oportet eum à capite rationes reddere;
non vt dolum aut culpam in seruitute admissam præ-
stet;sed vt appareat,quod in seruitute, quod in liber-
tate gesserit,& eius tantùm nomine damnetur, quod
liber factus gessit,D.de negot.gest.l. eum actum. 17. l.
Proculus.18.l.atquin.19.in princ. &. §.1. Cùm autem
manumissus non tenetur rationes reddere, multò mi-
nus tenetur heres eius,d.l.4.in princip. III. Statulibe-
ro spem libertatis adimere heres non potest: quia nec
alienatio nec vsucapio ei nocet, quò minùs possit ad
libertatem peruenire,vt notaui supr. §. 11. in princip.

¶ Septimo capite proponuntur modi, quibus testa- 13
mentaria libertatis datio infirmatur, vel rata manet,
quamuis infirmata videri possit. ¶ Non infirmatur, 14
I.Si heres qui adiuit hereditatem, aduersus aditionem
restitutus,hereditate abstineat,l.3. Nam etsi suus heres
abstineat beneficio prætoris, cùm iure ciuili sit heres
necessarius, & ipso iure heres fiat,D. de liber. & postu.
l.in suis.11.& Instit. de hered.qualit.§.sui autem.& de
heredit.quæ ab intesta.defer.§.sui autem heredes fiunt.
libertates nihilominus in testamento relictæ cõpetũt,

tām directæ,D.h.t.l.sciendū.32.quàm fideicōmissariæ,
D.de fideicōm.libert.l.cùm quasi.30.§.sed etsi suus. II.
Si heredes scripti,siue post siue ante aditam hereditatē
cum vindicātibus sibi hereditatē ab intestato,colluse-
15 rint in fraudē libertatum,l.si heredes.12. ¶ Infirmatur
tribus modis,I.Si cōditio libertati adscripta deficiat,l.
4.§.1.l.cùm testator.8.II.Si memoria testatoris defūcti
dānata sit,l.2.putà ob crimen perduellionis,Inst.de he-
red.quæ ab intesta.defer.§.per contrariū.III.Si heredi-
tas ex testamento adita nō sit,d.l.2.vt quia heredes in-
stituti repudiarūt,l.si heredes.12.nisi bona ex rescripto
Diui Marci libertatū conseruandarū causa,alicui addi-
16 cātur,l.6. ¶Ex hac exceptione oritur octauū huius titu-
li caput de bonorū addictione libertatū conseruādarū
causa:de qua est titulus 11. libri tertij Institutionū : in
17 præsētia verò quatuor quęstiones dissoluētur. ¶Primò
quęro,quo iure hæc bonorum addictio sit introducta.
Certum est,eā esse introductā rescripto Diui Marci , l.
6.& l.vlt.in pr.&D.eo.l.quod Diuo.50.& Inst.d.t.in pr.
18 cuius verba extāt Inst.eo.§.1. ¶Secūdò quęro,qui pos-
sint petere,vt hac de causa sibi bona addicātur.Respō-
deo,hoc cōcedi.I.Seruis,quibus libertas relicta est,d.l.
6.d.l.vlt.in pr.II.Seruis,quibus libertas nō est relicta,
d.l.vlt.§.pe.& vlt.III.Extraneis quibuscūque, d.l.6.d.l.
vlt.in pr.& in fisco quoque obtinere,Inst.d. t.§.1.vers.
& ne huius.IV. Vel vni,vel pluribus.Sed cùm plures
hoc petūt,distinctio adhibetur.Nā aut omnes æquè sa-
tisdationē offerūt , quā requiri mox docebo:aut aliqui
tantùm,verbi gratia vnus. Priori casu , si omnes simul
petant,omnes admittūtur,d.l.vlt.§. sed hoc quidem. si
diuersis tēporibus,illi admittuntur,qui priùs petūt,d.l.
vlt.§.sin autē per interualla.Posteriori casu,si simul pe-
tant,ille solus admittitur,qui sufficientē satisdationem
præstat,d.l.vlt.§. pen. Idémq; sine dubio multò magis
dicendū,si hic ante alios petat.Sed si hic post alios pe-
tat,non admittitur,nisi intra aonū , ex eo tempore cō-
putandū,quo alius,cui bona sūt addicta,iudicē adiuit:
tuncq; libertas illi nō adimitur, etsi vi addictionis bo-
norū eam cōsecutus est,cùm ei relicta in testamēto nō
19 esset,d.l.vlt.§.vlt. ¶ Tertiò quæro,quæ requirantur, vt
huic bonorū addictioni locus sit. Quinq; requirūtur.
I.Vt libertates datæ sint in testamēto,vel in codicillis,
Inst.d.t.§.in primis.Quin etiam fauor constitutionis ad
eum casum producitur,quo libertates inter viuos, aut
mortis causā datæ sunt:&, ne quæratur ao in fraudem
creditorū datæ sint,petat aliquis bona sibi addici,Inst.
eod.§.pe.II.Vt nemo sit,qui velit ex testamēto,aut ab
intestato succedere,d.l.6.d.l.vlt.in pr.& Inst.d.t.§. tūc.
III. Vt is,qui bona sibi addici postulat,satisdatò caueat
de omnibus libertatibus præstandis,&solido credito-
tibus soluēdo,d.l.6.d.l.vlt. in pr. Quid ergo,si tantùm
partē creditorib⁹ soluere velit?Nō admittitur,nisi cre-
ditores in id cōsentiāt,d.l.vlt.§.1.Quid si nō omnibus
libertatē relictam se præstaturū promittat? Nihilomi-
nùs bona addicuntur,&, si ex rebus hereditariis satis-
fieri creditoribus possit,omnes libertates cōpetēt:alio-
quin vel pauci ad libertatē peruenięt,d.l.vlt.§.sin verò
non omnes.Intellige huic bona addici, nisi alius idem
postulet,qui velit omnes libertates præstare, & omni-
bus creditoribus satisfacere,secundū ea,quæ suprà do-
cui de pluribus addictionē petentibus.IV.Vt res here-
ditariæ nondū sint venditæ,aut post earū venditionem
nondū sit annus elapsus,d.l.vlt.io pr. V. Vt si quis ido-
neā& sufficientem cautionē offerat,postquam alij mi-
nùs plenè cauēti bona addicta fuerūt,nondū sit annus
elapsus,ex quo prior iudicē adiuit, vt sup.notaui ex d.
20 l.vlt.§.vlt. ¶ Quartò quæro, qui sint addictionis effe-
ctus.I.Is,cui bona addicuntur,vniuersitatē bonorū ac-
quirit,Inst.d.t.in pr.II.Hi,quibus libertas relicta est,eā
consequuntur,nisi eam respuant,& in seruitute mane-
re malint,d.l.vlt. §. sin verò quidā. Et hi quidē,quibus
libertas directa data est, fiūt liberti orcini:qui verò ab
herede manumittēdi erāt,ab eo manumittētur,cui bo-
na sūt addicta,& eius erūt liberti.Quin etiā hi,quibus
directa libertas data est,eius liberti erūt,si oū aliter bo-
na sibi addici voluerit,Inst.d.t.§.1.III.Si heres , qui ab
hereditate abstinuerat, postea restituatur,vt eam acci-
piat, libertates nō reuocātur,Inst.eod.§.si is qui.IV.Si
seruo,cui libertas relicta nō erat,minùs plenè cauenti
bona sint addicta ; deinde alius plenè cauens , bona ei
auferat;ille nihilominùs liber manebit,d.l.vlt.§.vlt.

Tit. III. De lege Fusia Caninia tollenda.

HIs,quæ de testamentaria manumissione superio- 1
ri titulo dicta sunt , accedit quæstio,quot in te-
stamēto manumitti possunt.Olim testator, quotcum-
que volebat,honorare libertate poterat.Sed hęc facul-
tas per legem Fusiā seu Furiā(nam illo modo vetustio-
res,hoc modo recētiores locuti sunt,Liu.li.3.& Quin-
tiliano,lib.1.c.4.auctoribus)Caniniam , Augusti tem-
poribus,L.Furio Camillo,G.Caninio Gallo cōsulibus
latā, coarctata est,vt ex tribus seruis non plures quàm
duos;deinde vsq; ad decem,dimidiā;inde vsque ad tri-
ginta,tertiā;inde vsque ad centū,quartam; inde vsque
ad quingentos quintā partem in testamēto manumit-
tere liceat;& vt nullo casu plures quàm centum ex te-
stamento libertatē accipiant. Si plures manumittebā-
tur verbis generalibus, nullus libertatē cōsequebatur.
Si nominatim(quo modo lex manumitti iubebat)liber
tas seruis relinquebatur,hi soli ad libertatem perduce-
bantur,qui erāt intra numerum lege definitū,ceteri in
seruitute manebāt,Vlp.tit.2.§ pe.& vlt.Gaius lib.1.t.2.
Paulus lib.4.Sentent.tit.vlt.Hanc legem, quia duplex
fauor ei repugnat,nimirū libertatis, & vltimæ volūta-
tis,meritò Iustinianus abrogauit,l.vn.& Inst.eod.tit.

Tit. IV. De fideicommissariis libertatibus.

I. 3. 5. j.	*X. 6. ij.*
II. 3 5. ij.	*XI. 4. iij.*
III. 4. iij. 8. vj.	*XII. 7.*
IV. 4. iij. 8. vj.	*XIII. 4. 5 iij.*
V. 2.	*XIV. in pr. 4. iv.*
VI. 4. j. iij.	*§. j. 4. iv. 8. v.*
VII. 8. j.	*XV. 3. 4. iij. 8. ij.*
VIII. 6. ij.	*XVI. 3. 8. iij.*
IX. 4. j. iij. 6. j.	*XVII. 4. ij. 6. ij 8. iv.*

NOn solùm iure directo,sed etiam per fideicom- 1
missum libertas relinqui potest, supr.tit.prox.l.
vnic.& de test.manum.l.4.& D.eod.l. liberta-
tes.43.& Inst. de singul.reb.per fideic.relict. §.pen.De
directa dictū fuit tit. 2. cōmuniter de vtraq; tit.3. nūc
de fideicōmissaria dicemus , cuius expositio septē ca-
pitibus constat. ¶Primum caput est de eo,qui liberta- 2
tem relinquit:vbi notatur , minorem viginti annis,li-
cèt directam libertatem in testamēto seruis suis dare,
obstante posteriori capite legis Æliæ Sentiæ nō possit,
sup.de test.milit.l. 4. tamen fideicommissariam relin-
quere posse,dummodò ex iusta causa id faciat,quam,si
inter viuos manumisisset , in consilio probare potuis-
set,l.5.& D.eod.l.4.§.item si minor.& supr.de test.mil.
d.l.4.Coniunge §.3.mēbr.2.&§.7.memb.3.sup.de test.
manumiss. ¶Secundū caput est de eo, qui hoc fideicō- 3
misso oneratur.Vbi sciendum tā heredē,quàm legata-
rium,vel fideicōmissariū rogari posse,vt libertatē præ-
stet,l.2.l.ancillā.15.&l.pe.&Inst.de sing.reb.per fideic.
rel.§ libertas.nec solùm heredē institutum,sed etiā le-
gitimū,l.1. ¶ Tertium caput est de eo,qui manumitti- 4
tur.Hic sciēdū,libertatē per fideicōmissū relinqui pos-
se,I.Non solùm seruo suo,sed etiam alieno.l.6.l.etsi. 9.
& D.eo.l.libertates. 16. vel alienato,vt vxori ante ma-
trimonium donato,l. si te. 13. quoniam hæc donatio
valet , quamuis stante matrimonio facta non valeret,

supr.de donat.an.nupt.l.6.I I. Seruo legato, vt scilicèt
legatarius rogetur eum manumittere, l. vlt. I I I. Tam
masculo,d.l.etsi.l.si seruus.11.& l.ancillā. 15.quàm fe-
minæ,l.3.4.6.d.l.si te.d.l.ancillam. I V.Etiam ei,qui est
in vtero,siue sit masculus,siue femina.& tam vni,quàm
pluribus,& tam iure directo, quàm per fideicōmissum.
5 l.cùm inter.14.in pr.&§.1. ¶ Quartum caput est de in-
strumēto,in quo libertas relinquitur. Potest autē fidei-
commissaria libertas relinqui,I.In testamento.Hoc ca-
su,si hereditas ex testamento non sit adita,libertas non
debetur.Excipitur primò, nisi ab intestato repetita sit,
id est, heres quoq; legitimus eam præstare rogatus sit:
tunc enim ipse manumittere tenetur. Excipitur secun-
dò,nisi heres institutus pecuniam acceperit, vt heredi-
tatem omitteret: quia perinde libertatē præstare cogi-
tur,ac si adiuisset,l.1.Excipitur tertiò,nisi heres,omissa
causa testamenti,ab intestato hereditatem possideat:si-
militer enim datæ libertates competunt, infr.si omissa
sit cau.testam.l.2.in pr.tam directæ, quàm fideicōmis-
sariæ,D.eod.l.de libertatibus.12.in pr.l.si seruū.28.§.1,
& l.seq.I I.In codicillis,siue testamento sint cōfirmati,
siue nō,D.de manumiss.test.l.libertates.43. Quid ergo
si post seruos manumissos codicilli falsi dicātur,&falsi
à iudice pronūcientur?Libertas, quæ semel competiit,
non reuocatur,sed singuli tenentur viginti aureos ma-
numissori præstare,cuius sunt liberti,l.2.& D.de iu.pa-
tron.l.pe.& de man.test.l.cùm ex falsis.47.in pr. Quòd
si ante manumissionem quæstio falsi mota fuisset, da-
tio libertatum nō valeret,arg.l. vlt.§.pe.sup.de petitio.
6 heredit. ¶ Quinto capite declaratur, quibus modis li-
bertas per fideicommissum datur. Hîc duæ diuisiones
notentur. I. Vel datur expressè,vel tacitè,veluti si testa-
tor seruum suum filiis suis tutorē dederit,l.etsi. 9. quā-
quàm hoc casu dici potest directam libertatem compe-
tere,Inst.qui test.tuto.da.poss.§.1. ita vt electio detur
seruo,vtrùm iure directo,an per fideicommissum acci-
pere malit, sicut ibi notaui. I I. Vel datur purè, vel in
diem: (putà cùm testatoris filius ad annum vicesimum
quintum peruenerit:his enim verbis non conditio,sed
tempus significatur:adeo vt licèt filius ante legitimam
ætatem moriatur, nihilominùs seruo libertas eo tem-
pore debeatur, quo filius si viueret, dictam ætatem
impleuisset, l.fideicommissaria,10.)vel sub conditione,
veluti, si vxori testatoris placuerit, quo casu si vxor
heres instituta fuerat dato filio coherede; & ea repu-
diante, solida hereditas ad filium delata sit, nihilomi-
nùs vxore seruū manumittere volente,conditio imple-
tur,&seruus à filio herede manumitti debet,l.cùm pro-
ponas.8.Sub conditione videtur libertas relinqui, etiā
cùm testator rogat heredem,vel legatarium, vel fidei-
commissarium,vt ex liberis Pamphilæ ancillæ suæ vnū,
quem elegerit, ad libertatē perducat,adeo vt eo nō eli-
gēte,libertas intercidat.Sed fauore libertatis,& vltimæ
voluntatis Iustinianus constituit, vt rogatus, vel eius
successores cogātur omnes Pamphilæ filios manumit-
7 tere,l.vlt. ¶ Sextum caput est de verbis, quibus fidei-
commissaria libertas relinquitur, aut non relinquitur.
Fideicōmissorum verba sunt precaria,Vlp.tit.de fideic.
in pr.ac debent esse vulgaria,id est,vulgò recepta ad di-
spositionem precariam significandā, & euidenter de-
monstrandā,D.h.t.l.libertates.16.Talia sunt,Peto, Ro-
go,Volo,Mando,Fidei tuæ committo,Instit.de singul.
reb.per fideic.relic.§. vlt.non item verbum commēdo,
nam cōmendato libertas nō debetur,Lex verbo.12.nisi
alia verba sint adiecta, ex quibus appareat testatorē vo-
luisse vt seruus manumittatur, veluti, *ne cui alij seruiat*,
D.eod.l.Imperator. 12. in princ.nam hæc verba etiam
sine commendatione libertatem fideicōmissariam in-
ducūt,D.eo.l.cùm fidei.9.l.quidam.10.in pr.l. rogo.21.
8 l.generaliter.24.§.si petitum. ¶ Septimo capite decla-
rātur effectus libertatis per fideicōmissum relictæ.I.Is,
cui libertas per fideicommissum relicta est, fit libertus
manumittentis,l.7.I I. Si rogatus manumittere, liber-
tati moram faciat,seruus ex sententia præsidis in liber-
tatem directam eripitur,l.ancillam.15.III.Si à domino
Pamphilæ rogatus vnum ex pluribus illius filiis quem
elegerit, manumittere, neminem eligat quem manu-
mittat: ipse,vel si decesserit,heres eius omnes ad liber-
tatem perducere cogitur,l.pen.IV.Si seruus legatus sit,
vt à legatario manumittatur;heres autem nolens lega-
tum tradere, à legatario cōueniatur:duobus à lite con-
testata mensibus elapsis seruus in libertatem eripitur,
ita vt ius patronatus competat legatario, cui heres in
omnes litis expensas condemnatur in quadruplum, l.
vlt. V. Siue ei qui ex ancilla nascetur, siue eis qui nas-
centur,libertas relicta sit; si plures nascuntur,omnes à
primis cunabulis ad libertatem perueniunt,l.cùm inter
14.§.1. VI. Ancilla, cui libertas per fideicommissum re-
licta est,antequam manumittatur, modò liberos & in-
genuos,modò seruos parit. Ingenuos parit,si aut in li-
bertate voluntate domini sit morata, l.4.aut moram à
debitore libertatis passa, quia vel se manumitti petiit,
vel est minor viginti quinque annis,l.3.& D.eod.l.cùm
verò.26.§.1. seruos parit,ita vt serui maneant, si non-
dum libertas ei competebat,veluti quia pendente con-
ditione fideicōmissæ libertatis peperit,d.l.3. Serui qui-
dem nascūtur,sed matri tradi debēt, vt ab ea manumit-
tātur, si mater libertatem petere potuit,nec petiit, cùm
esset maior viginti quinque annis,d. l. 4. & D. eod. l. si
prægnans 13.& d.l.cùm verò.§.1.

Tit. V. De dedititia libertate tollenda.

HActenus Imperator egit de modis manumittēdi: 1
iam vult generalem manumissionis effectum de-
clarare,qui quidē est libertinitas.Hæc olim triplex fuit,
Romana,Latina,& dedititia,inf.ti.prox.l.vn.§.& ne in
posterū.& Inst.de libertin.§.vlt.Hoc titulo dedititia,se-
quēti Latina tollitur.Dedititij,siue dedititiorū numero
fiebāt, quicumq; quouis modo manumittebantur,cùm
antea pœnæ causa vincti fuissēt à domino vel stigma-
ta passi, vel propter noxam torti nocentésque reperti,
vel traditi,vt ferro aut cum bestiis pugnarēt, vel in car-
cerem coniecti,Vlp.tit.1.§.dedititiorū.Gaius lib. 1. tit.
1.Hi adspirare vt Latini ad ciuitatem Romanam non
poterant,Gaius d.tit.1.§.sed inter.

Tit. VI. De Latina libertate tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa.

Princ.§.6.7 9.10.11. ij.	*§.sed& si quis homini.13.ix.*
§.3.13. j.	*§.similiq; modo si dominus. 13. x.*
§.sed & si quis,inter.13.ij.	*§.ille autem.13.x. xj.*
§ sed scimus. 13.iij.	*§.his tantummodò.14.*
§.similiq; modo si quis.13.iv.	*§.& ne in posterum.10.11.j.*
§.sed & qui.13. v.	*§.pen. 9.*
§.illo procul dubio.13.vj.	*§.vlt.11.ij.*
§.sed& si sub cōditione.13.vij.	
§ illud. 13. viij.	

CErtis modis manumissi nō fiebāt ciues Romani, 1
sed Latini, ex lege Iunia Norbana, ex qua etiam
Latini Iuniani dicti sūt,Inst.de libertin.§.vlt.sed ex Iu-
stiniani cōstitutione hodie fiunt ciues Romani,& nul-
li sunt Latini liberti. ¶ Huius tituli duæ sunt partes: 2
prior potissimùm in principio,& tribus postremis §§.
posterior in reliquis paragraphis. ¶ In priori parte de 3
Latina libertate tollēda duo considerātur: nempe ipsa
libertas Latina,& iura de ea loquentia. ¶ De latina li- 4
bertate tres quæstiones dissoluūtur. ¶ Primò quæri- 5
tur, qualis erat. Respondetur fuisse I. Imperfectam,
vers. 1. quoniam iidem viuebant liberi, & morie-
bantur serui,vers. quis enim. & Institut. de success. li-
bert. §. vltim. I I. Similem Latinitati colonariæ,
id est,

id est, hi liberti eadem iura habebāt, quæ olim missi in
6 colonias habebant, vers. cùm enim. ¶ Secundò quæritur, quo iure introducta sit. Respondetur, esse introductam lege Iunia Norbana, Inst. de liberti, d. §. vlt. tempore Tiberij lata, M. Iunio Silano, L. Norbano Balbo consulibus. Quia verò hæc lex multis aliis iuribus cōferta fuit, vers. cùm igitur. & infr. num. 9. idcirco Iustinianus ait hanc libertatem fuisse inductam quasi per Satyram, vers. t. nam Satyra vel satura lex dicitur, quæ multis aliis legibus est cōferta. Festus in verbo *Satura*.
7 ¶ Tertiò quæritur, cur sit tollenda. Triplex ratio affertur. I. Quia cùm introducta fuerit ad similitudinē Latinitatis colonariæ, quæ iam sublata fuit, ipsa quoque tolli debet, ne origine rei sublata, eius imago relinquatur, d. vers. cùm enim. II. Quia ipsius Iustiniani tēpore non frequentabatur, vers. cum igitur. III. Vt vitetur absurditas, quoniam absurdum erat, eos, qui in libertate vixerant, in seruitute mori, d. vers. quis enim.
8 Coniun. §. 10. infr. h. t. ¶ De iuribus ad Latinam libertatem pertinētibus, similiter deciduntur tres quæstio-
9 nes. ¶ Primò quæritur, quæ iura de hac libertate disponant. Respondetur, esse diuersas leges, & senatusconsulta, vt legem Iuniam Norbanam, quæ hoc libertatis genus introduxit, senatusconsultum Largianum, edictum Traiani d. vers. cùm igitur. & §. pen. & Instit. de successs. libert. §. vlt. & edictum Claudij. §. sed scimus. Quæcumque autem leges simpliciter libertatis mentionem fa-
10 ciunt, de Romana loqui intelliguntur, §. pe. ¶ Secundò quæritur, cur hæc iura corrigantur. Ratio triplex est. I. Quia maximæ difficultates ea eis emergebant: vers. & ex his. in legibus autem magis simplicitas, quā difficultas placet, sup. de furtis, l. vlt. §. tales. & Inst. de fideicommiss. hered. §. sed quia. II. Quia vsu non frequentabantur, d. vers. cùm igitur. III. Ne aliquod ius de sublata libertinitate loquens in libris Iustinianicis reperiatur. §. & ne in posterum. Coniun. §. 7. sup. hoc t.
11 ¶ Tertiò quæritur, quomodò hæc iura corrigātur. Hic tria notantur. I. Hæc iura reddūtur inefficacia tantùm quod ad eam partem, quæ est de Latina libertate, d. §. & ne in posterum. II. Partim tolluntur, partim perficiuntur, vers. & nō inutilis. quia cùm variis modis Latini liberti fierent, horum modorum alij sublati sunt, alij perfectiores redditi, vt ad Romanam libertatē hodie perducāt, vt ex seq. parte intelligetur. III. Non obtinent in personis post hanc Iustiniani constitutionem manumittendis, sed retinentur in antea manumissis, siue iam mortui essent, siue adhuc viuerent, §. vlt. Ha-
12 ctenus de Latina libertate tollēda. ¶ In posteriori huius tituli parte agitur de eadē libertate per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa: non enim quibuscumque modis olim Latini Iuniani fiebant, hodie ciues Romani fiunt: sed alij hoc efficiunt; alij sunt inu-
13 tiles, & nihil operantur. ¶ Ciues Romani fiunt, I. Manumissus per epistolam: in qua duo requirūtur: vnum, vt vel domini manu scripta sit, vel, si tabularius eā scripsit, dominus ei subscribat: alterū, vt quinq; testes subscribant; quare est similis codicillis: (in quibus scimus quinque testes requiri, C. de codicil. l. vlt. §. vlt.) ab eis tamen differt, quia non est vltimæ voluntatis instrumentū, sed ex ea libertas viuo testatore competit, §. 1. II. Manumissus inter amicos, id est, voluntate manumittendi coram quinque testibus declarata, & vel insinuata apud acta, vel redacta in scripturā, quæ tam publicatum personarū, quàm testiū subscriptionē contineat. hîc quoq; libertas, quasi ex codicillis, vt superiori casu cōperit, §. sed & si quis inter. III. Is, quem morbo periclitātē dominus domo sua publicè eiecit, neq; eius curā habens, neq; alij cōmendans: ob quam inhumanitatem, seruo statim ad libertatē perueniente, priuatur iure patronatus, §. sed scimus. Nam seruus in ingenuitatem eripitur. Idémq; dicendū, si dominus eū pro derelicto habuerit, No. 22. c. 12. IV. Alienata hoc pacto, ne prostituatur: siue nouus dominus, siue antiquus dominus, qui manus iniectionē sibi in casum prostitutionis reseruauerat, eam in suā potestatē redactam prostituerit. Nam prostituēti lex nec dominiū, nec ius patronatus in ancillam cōcedit, §. similiq; modo si quis. V. Qui pileatus domini funus antecedit, vel stās in lectulo cadauer ventilare videtur, §. sed & qui. Pileū esse libertatis insigne, ideóq; his, qui manumittebantur, imponi solitū, notaui sup. de test. manum. §. 12. mēb. 1. Qui igitur directā ex domini testamento libertatē accipiebāt, pileati lectū, quo domini defuncti cadauer efferebatur, præcedebāt; alios autē lectos cū maiorū defuncti imaginibus prælatos sequebantur. Liuius in calce libri trigesimi scribit Q. Terentium Culleonē pileo capiti imposito secutum esse triumphum P. Scipionis Africani, eumque omni deinde vita, vt dignum erat, libertatis auctorem coluisse. & libro. 38. eum pileatū, vt in triumpho ierat, in eiusdem Scipionis funere ante lectum fuisse. Appianus de bello Mithridatico, cum scripsisset Perseum Romanis Imperatoribus occurrisse Romana veste indutū, & calceos Italicos habentē, capite raso, & pileatum subiicit, *ᾧ τρόπῳ τινὲς προΐασι τῶν ἐν διαθήκαις ἐλευθερωθέντων, quo modo nonnulli eorum procedunt, qui in testamento libertatem acceperunt.* Dionys. Halicarnass. lib. 8. *Ἐγὼ δ᾽ ἔγ* (inquit) *ἐπίσταμαί τινας τοῖς δούλοις συγκεχωρηκότας εἶναι ἐλευθέροις μετὰ τὰς ἑαυτῶν τελευτάς, ἵνα χρηστοὶ καλῶνται νεκροί, καὶ πολλοὶ ταῖς κλίναις αὐτῶν ἐκκομιζομέναις παρακολουθοῦσι τοὺς πίλους ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς ἔχοντες, Equidem scio quosdam seruis libertatem concessisse post mortem suam, vt defuncti, boni vocarētur, ac multi elatos eorum lectos prosequerentur pileis capiti impositis.* Huius vanitatis coërcendæ causâ videtur lata fuisse lex Caninia, de qua tit. 3. dictum fuit. Post quam legem homines inanis gloriæ cupidi videntur curasse, vt suum obitum serui pileati comitarentur, licèt ad libertatem non peruenirent. Sed Iustinianus qui legem Caniniam sustulit, hos omnes, qui pileati funus antecedunt, liberos esse iubet. Quod autē his adiungit eos, qui in ipso ferali lectulo stantes, cadauer ventilare videntur, alibi me legisse non memini. Hos igitur omnes iubet Imperator esse libertos, id est, libertos orcinos, saluo iure patronatus his ad quos pertinet, vt liberis defuncti. VI. Is, quem dominus in testamento, aut vindicta manumisit, iubens eum esse Latinum: nihilominùs enim fit ciuis Romanus, §. illo procul dubio. VII. Is, quem heres extraneus manumisit pendente conditione, sub qua dominus ei libertatem reliquerat. Et si quidem conditio deficiat, erit libertus heredis, qui manumisit. Si verò cōditio impleatur, erit libertus orcinus, ac ius patronatus ei competet, ad quem iure pertinet, §. sed etsi sub conditione. VIII. Is cuius pretium dominus, postquàm iudicio liberali eū superauit, ab aliquo accepit. hoc enim casu non solùm dominio serui, sed etiam iure patronatus priuatur, & is, qui liber fit, sui quodāmodò libertus videtur, §. illud. IX. Ea, quam dominus homini libero in matrimoniū dotalibus instrumētis adhibitis collocauit, §. sed etsi quis homini. Nouissimè Iustinianus constituit, vt si quis ancillam suam tanquam liberam nuptui tradat; vel sciens eam nubere, non contradicat, vt eum decipiat, à quo quasi libera in vxorem ducitur; non tantùm dominio, sed & iure patronatus priuetur, etiamsi dotalia instrumenta non interuenerint, ita vt mulier fiat ingenua, & nuptiæ iure cōsistāt, idémq; statuit de seruo, cui mulier per errorē, domino expressè vel tacitè consentiente, nupsit, No. 22. c. 11. X. Is, quē dominus apud acta filiū suū vocauit: quāuis enim hac ratione filius nō fiat, liber tamē & ciuis Roman⁹ efficitur. §. similiq; modo si dominus, quē

admodum & cùm adoptatur à domino, Inst. de adopt.
§. vlt. & his casibus dominus habet ius patronatus, §. il-
le autem. XI. Is, cui instrumenta, quibus seruitus pro-
babatur, dominus coram quinque testibus tradidit:
idémque dicendum, si coram quinque testibus ea cor-
rupit, & his casibus locus est iuri patronatus, vt & in
omnibus casibus suprà expositis, præter eos, quibus
14 hoc ius expresse est denegatú, d. §. ille autem. ¶ Præter
modos hactenus expositos, ceteri, quibus olim Latini
liberti fiebát, à Iustiniano reprobátur, adeo vt his mo-
dis manumissi maneát in seruitute. §. his tantummodò,

Tit. VII. De communi seruo manumisso.

I. in princ. 3.	*§. ne autem. 4. iv.*
§ 3. 4 ÿ. iÿ.	*§. sin autem vno. 6.*
§ sin autem socius. 4. v.	*§. pen. 7.*
§ sed ne circa. 4. vj.	*§. vlt. 4. j.*
§. iura. 4. vÿ.	*II. 5.*
§. sin autem seruus. 4. viÿ.	

1 AB hoc titulo incipit agere de personis ma-
numittentibus, vel manumissis. Seruus cō-
munis expresse, aut tacitè: & ab vno, vel à
pluribus dominis manumittitur: hinc qua-
2 tuor casus oriuntur hoc titulo examinandi. ¶ Primus
casus est, cùm vnus expresse manumittit: de quo tā ius
vetus proponitur, quàm nouum ius à Iustiniano intro-
3 ductum. ¶ Quod ad ius antiquum attinet, Imperator
I. Docet hunc casum apud veteres dubiū, & ambigui-
tatis plenum fuisse, l. 1. vers. 1. II. Refert constitutio-
nem Seueri, vt militis, qui libertatem seruo communi
reliquit, heres cogatur partem socij emere, & seruum
manumittere, d. l. 1. vers. & inuenta. III. Refert aliam
constitutionem Seueri & Antonini, ex qua generaliter
cogitur quis partem suam socio manumittere volenti
vendere, vt seruus ad libertatem perducatur, d. l. 1. vers.
sed & alia. IV. Refert sententiā Vlpiani & Pauli, vt pre-
tium serui, seu partis socio vendēdæ statuatur arbitrio
prætoris, d. l. 1. vers. pretio videlicèt. V. Refert eorumdē
& aliorum Iureconsultorū sententiam, vt socius partē
suam socio vēdere per prætorem cogatur, vt seruus ad
4 libertatem perueniat, d. l. 1. vers. vbi & hoc. ¶ Iure no-
uo multa constituuntur. I. Imperator tollit ius accre-
scendi, quo olim pars domini manumittentis socio
vel sociis non manumittentibus accrescebat, d. l. 1.
§. vlt. & Inst. de donat. §. vlt. II. Tollit in hoc tractatu
differentiā inter dominum militem, & paganū, necnō
inter manumissionē, quæ fit inter viuos, vel in vltima
voluntate, d. l. 1. §. 2. III. Iubet socium vel socios partem
suam, quantacúque sit, vendere manumittēti, vel here-
di eius, (etiamsi ipse seruus cōmunis, heres institutus
sit) ita vt omnino libertas tribuatur, d. §. 1. IV. Pretium
seruorum & ancillarum taxat, ne de eo lis oriatur in-
ter socios. Ergo qui non sunt eunuchi, si nulla arte sint
imbuti, intra decimū ætatis suæ annum decem aureis,
hanc ætatem excedentes viginti aureis æstimantur. Si
verò sint notarij, vsque ad quinquaginta: si medici, vs-
que ad sexaginta: si alia arte imbuti, vsque ad tri-
ginta aureos pretium eorum taxatur. Eunuchi au-
tem minores decem annis, vsque ad triginta: ma-
iores decem annis, si artes expertes sint, vsque ad
quinquaginta: si artifices, vsque ad septuaginta au-
reos æstimantur, d. l. 1. §. ne autem. V. Si socius, vel
socij nolint pretium accipere: tunc permittit, vt is,
qui seruū manumittere vult, pretium eis per publicas
personas oblatum & consignatum in æde sacra depo-
nat, ac perinde seruum ad libertatem & ciuitatem Rō-
manam perducat, ac si illi pretiū pro suis partibus, quas
in seruo habebant, accepissent, d. l. 1. §. sin autē socius.
VI. Peculium inter socios distribuit pro rata portione
dominij, quod singuli in seruo habebát: & manumittē-
ti permittit, vt peculij portionem ad se spectantē seruo
manumisso cōcedat, d. l. 1. §. sed ne circa. VII. Ius patro-
natus ei soli cōcedit, qui seruū manumisit, d. l. 1. §. iura.
VIII. Si seruus ratiociniis suppositus sit, terminum à
competenti iudice statui vult, intra quem rationes red-
dat, & reliqua soluat, vt ita ad libertatem peruenire
possit, d. l. 1. §. sin autē seruus. ¶ Secundus casus est, cùm 5
vnus ex pluribus serui dominis partem suam, quam in
seruo habet, ipsi seruo legat: hanc voluntatē Imperator
ita interpretatur, quasi voluerit seruum libertate pro
sua parte donare, vt ita libertatem ei tacite reliquisse
videatur: proinde iubet seruum libertatē consequi, &
cetera obtinere, quæ suprà de primo casu dicta sūt, l. 2.
¶ Tertius casus est, cùm inter socios contenditur, quis- 6
nam pretium aliis soluat, & seruum manumittat, quia
quilibet hoc sibi soli adsumere vult, hoc casu is præfer-
tur, qui primus libertatem seruo inter viuos imponere
aut in vltima voluntate relinquere voluit, d. l. 1. §. sin
autem vno. ¶ Quartus casus est, cùm omnes domini in 7
hanc piam voluntatem manumittendi concurrunt, hoc
casu omnes sine pretio manumittunt, peculium inter
se pro rata dominij portione diuidunt, & æquè patro-
ni fiunt, d. l. 1. §. penult.

Tit. VIII. De seruo pignori dato, manumisso.

I. 4. ÿ. 5. j.	*V. 5. ÿ.*
II. 7. 8. 9.	*VI. 4. iÿ.*
III. 3. 4 j. 7. 8.	*VII. 8.*
IV. 5. j.	

ETsi titulus est tantùm de seruo pignori da- 1
to, tamen sub eo tractatur etiam de seruo
hypothecæ generali supposito, quare in duo
capita diuiditur. ¶ Priori capite de seruo 2
pignerato datur regula: eíque adduntur productiones,
& exceptiones. ¶ Regula est, Qui seruum specialiter pi- 3
gnerauit, eum manumittendo ad libertatem perducere
non potest, l. 3. & D. in quib. cau. pign. tac. contrah. l. est
differentia. 9. & de manumiss. l. 3. & qui & à quib. man.
l. 4. l. pignori. 26. l. in fraudē. 27. §. 1. ¶ Hæc regula pro- 4
ducitur, I. Vt obtineat tam in seruo pignoris causa tra-
dito creditori, quàm in eo, quem debitor tantùm obli-
gauit specialiter sine traditione, d. l. 3. II. Ad seruū do-
talem, quem maritus in dotem acceptum, ipsi mulieri
specialiter obligauit, l. 1. III. Ad seruum, quem tutor
emit pecunia pupilli, quia specialiter ex constitutioni-
bus pupillo obligatus est, l. pen. & D. de reb. cor. l. 3. in
princ. IV. Etiamsi dominus in fraudem creditorū ser-
uum cum libertate heredē instituerit, eiusmodi enim
libertatem lex Ælia Sentia in seruo pignorato non su-
stinet, sup. de necess. ser. her. inst. l. 5. licèt extra causam
pignoris libertatem & institutionem tueatur, Inst. qui
& ex quib. caus. man. non poss. §. 1. ¶ Excipitur I. Nisi 5
creditor manumissioni adsensum suum præbuit, l. 4. &
inf. de remiss. pigno. l. 1. tunc igitur libertas impeditur,
cùm inuitis creditoribus seruus à debitore manumitti-
tur, l. 1. II. Nisi post manumissionē creditoribus satisfa-
ctū sit, l. 5. Dixi post manumissionē: quia si ante manu-
missionē satisfactū fuisset, pignus solutū esset, D. quib.
mod. pign. solu. l. 6. in pr. III. Nisi in testamēto libertas
relicta sit: licet enim directa non competat, iure tamen
fideicommissi sustinetur, ita vt heres teneatur pignus
luere & seruū manumittere, D. de fideic. libert. l. gene-
raliter. 24. §. si quis seruo. ¶ Posteriori capite de seruo 9
generali hypotheca cōprehenso datur regula, produ-
ctio, & exceptio. ¶ Regulariter manumissio valet, ac li- 7
bertas cōperit, l. 2. & 3. & D. in quib. caus. pign. tac. cō-
trah. d. l. est differētia. & qui & à quib. manum. l. genera-
liter. 29. in pr. ¶ Hæc regula producitur, vt obtineat tā 8
in hypotheca ex conuētione expressa, d. l. 3. quàm ex ta-
citè obligata ex iuris priuilegio, putà fisco, d. l. 2. vel

mulieri

mulieri nomine dotis:nam & dotalē & seruum manu-
mittere licet,l.vlt.(quia lex Iulia tantùm prędij dotalis
alienationem prohibuit) dūmodò maritus sit soluēdo,
D.de manumiss. l. seruum dotalem. 21. ne videatur in
9 fraudem creditorum manumittere. ¶ Excipitur,nisi in
fraudē creditorū manumittatur,l.2.& D. qui & à quib.
man.d.l.generaliter.in pr.verùm hoc casu,non propter
hypothecam, sed propter manumittentis fraudem li-
bertas lege Ælia Sentia impeditur ,ideoque etiam in
seruo neque pignori dato,neque hypothecæ supposito
generaliter obtinet,infr.tit.11.

Tit. IX. De seruis reipublicæ manumittendis.

I. 2.4.3. | *III. 3.3.9.4.p.9.*
II. 2.3.9.

1 DE seruis reipublicæ tres quæstiones decidun-
2 tur. ¶ Prima quæstio est, quænam in his ma-
numittēdis requirantur. Tria requiri vidētur.
I.Decretū decurionū. II.Auctoritas prætoris,
vel præsidis decretū cōfirmātis.III.Vt alius seruus vice
manumissi detur reipublicæ,l.1.& 2.Sed hoc tertiū for-
3 tasse non fuit omnino necessariū. ¶Secūda quæstio est,
qui sint effectus huius manumissionis.I.Manumissi fiūt
ciues Romani ex lege Vectij Libici , & S. C. circa eam
facto , quo ad prouincias producta est, cùm tantùm in
vrbe,& Italiæ municipiis obtineret, l. vlt. II.Iustas nu-
ptias cōtrahunt:& liberi ex eo matrimonio suscepti ci-
ues Romani sūt,& in potestate patris,d.l.2.& ingenui,
4 & possunt fieri decuriones,d.l.vlt. ¶Tertia quæstio est,
quib.ex causis libertas eis data reuocatur,vel non.Res-
pondetur,manumissum non retrahi in seruitutē,nisi ti-
tulus aliquis præcedat, quo dominiū serui quæri solet,
d.l.vlt.& infr.de ingen. manum. l. 6. proinde non fieri
seruum , I. Ob fugam vicarij , qui eius loco datus fuit
reipublicæ , d.l.1. II.Si vt libertus tabulariam admini-
strauit,d.l.vlt.

Tit. X. De his,qui à non domino manumissi sunt.

I. 9. | *V. 3.*
II 3. | *VI. 3.*
III. 3. | *VII. 9.iy.*
IV. 3.

1 CVm quis seruum alienum, quasi suum manu-
mittit,tria notantur. I.Manumissus non fit li-
ber, l.4.etiamsi dominus patri suo manumit-
tenti consentiat , si eius ætatis sit , vt ipse eo modo ad
libertatem perducere non possit,putà minor viginti an-
nis , cui , nisi causa manumittendi in consilio probata,
manumittat vindicta, lex Ælia Sētia manumittere non
permittit,l.6.Item libertas non sustinetur,si is,qui ma-
numisit , olim dominus fuit , & sponte sua dominium
ad alium transtulit;verbi gratia,seruum,antequàm ma-
numitteret,ex causa donationis alteri tradidit , l.5. Se-
cus est,si dominium serui transferre teneatur, necdum
transtulit:vt quia mandato alieno seruum emit,adeo vt
actione mandati teneatur eum mandatori dare,l.2. vel
hereditatē,in qua seruus continebatur, vēdidit,adeo vt
emptori eū tradere teneatur,l.3. II.Seruus domino re-
stituitur,l.vlt.vel,si is malit,pretiū serui soluitur, aut id
quod interest,præstatur,l.1. III.Si ex auctoritate prin-
cipis manumissio celebrata sit : manumissor non tan-
tùm seruum , quem perperam manumisit , domino re-
stituit , sed etiam eidem domino duo,fisco tria manci-
pia eiusdem sexus,ætatis,atque artis , cuius est qui ma-
missus fuit,dare cogitur,quæ pæna cessat,cùm aliorum
iudiciū auctoritate seruus alienus manumittitur,d.l.vlt.

*Tit. XI. Qui manumittere non possunt,& ne in frau-
dem creditorum manumittatur.*

Anal.Cod.

I. in princ.8. | *V. in princ.7.*
§. 3.7. | *§.3.9.*
II. 4.9. | *VI. 4.3.*
III. 5. | *VII. 8.*
IV. 3.

EX superiori titulo didicimus,eos,qui domini non 2
sunt, manumittere seruos non posse : ex hoc tit.
discemus,interdū etiā dominos,& eos,qui pro dominis
habentur , frustra manumittere. ¶ Huius tit. duæ sunt a
perspicuæ partes. ¶ Prior pars de his,qui manumittere
nō possunt,tribus capitibus cōstat.¶Primū caput est de 3
serui domino : vbi specialiter agitur de minore viginti
annis:qui, vt libertatem inter viuos præstare seruo suo
nō potest , nisi vindicta manumittat causā apud cōsiliū
probatā ; ita etiam non potest alteri manumittendum
tradere:vt enim eo casu lex Ælia Sentia, Inst. h.t.§.ea-
dem. ita hoc casu senatusconsultum circa eam legem fa-
ctum impedit libertatem,l.4. ergo hoc casu non habet
locum constitutio Marci & Commodi ad Aufidiū Vi-
ctorinū,qua cauetur , vt si seruus ab eo cui traditus est
manumittendus,non manumittatur,nihilominùs liber
fiat,quamquàm in cōtrario casu obtinet,videlicèt cùm
minor viginti annis seruum accipit manumittendum,
D.de manumiss.l.4.§.nihil.De libertate autem à mino-
re in testamento vel codicillis relicta,dixi supr. de test.
manum.§.3.memb.2.& §.7.memb.3. ¶ Secundū caput 4
est de quasi dominis : vt tutore , qui est quasi dominus
rerum pupillarium,D.de adm.tut. l. tutor qui tutelam.
27.& pro empto.l.7.§. si tutor. & seruo ordinario , qui
est quasi dominus serui vicarij quem habet in peculio,
D.de peculio.l.si seruus.17.Hîc dānt duę regulæ.I.Tu-
tor seruū pupilli sui manumittere nō potest,ne quidem
si fideicommissaria libertas ei à pupillo debeatur , l. 6.
propterea quod in administratione patrimonij pro
domino habetur,dictis iurib.à qua separatur manumis-
sio,D.de manumiss.l.seruus furiosi.13.sed nec pupillus
sine tutore fideicommissam libertatē dare potest, D.de
fideic.libert.l.ex causa.11.ergo pupillus tutore auctore
manumittere debet.Similiter curator furiosi seruū eius
manumittere non potest,D.qui & à quibus manumissi.
l.curator. 22. quamuis furiosus ex causa fideicommissi
libertatē seruo debeat , d.l.seruus furiosi.sed nec furio-
sus curatore auctore potest imponere libertatem, cùm
voluntate,D.de diuer.reg.iur.l.furiosi.40.& mente ca-
reat,Inst.quib.non est permis. fac.testam.§. 1.nec intel-
ligat quod agit,ideóq; nullum negotium gerere possit,
Inst.de inutil.stipul.§.furiosus. quare ne libertas impe-
diatur,curator seruū alteri tradere debet, vt ab eo ma-
mittatur,d.l.seruus furiosi.II.Ordinarius vicariū suum
manumittere non potest, ne quidem per interpositam
personā(licèt hoc interdū facilius admittatur,vt modò
dixi de curatore furiosi) & ne quidē si principis seruus
sit,l.2. Huic tamen Leo Imperator Nou. 38.testamenti
factionem concessit : ergo ex illa Nouella etiam seruis
suis vicariis libertatem in testamento relinquere po-
test:sed nos Nouellis Leonis non vtimur.

¶ Tertium caput est commune dominorum & non 5
dominorum , vbi datur regula , Nemo suum vel alie-
num seruum in spectaculo manumittere potest , putà
actorem qui in Theatro fabulam agens,ita populi pla-
cuit,vt populus clamaret esse manumittendum,l.3.

¶ Posterior huius tit.pars spectat ad caput illud legis 6
Æliæ Sentiæ,quo quis vetatur in fraudem creditorum
manumittere , de quo diximus etiam supr. de testam.
manumiss.§.3.membr. 1.Hic tres quæstiones decidun-
tur.¶Primò quæritur, quinā creditores in hoc tractatu 7
appellentur, adeo vt in eorū fraudem manumittere nō
liceat ? Respondetur, creditores vocari eos , quibus ex
quacumq; causa actio contra fraudatorem cōpetit, D.
qui & à quib.manum. l.si cum fideicommissa. 16. §.ne

quis. proinde hac appellatione contiueri etiam fiscum,
cui aliquid debetur,l.5.in princ.necnon eum,cui fidei-
8 cómissum debetur,l.1.§.1. ¶ Secundò quæritur,vtrùm
fraus spectetur in mente manumittentis, an in re ipsa
& euentu. Hìc distinguitur inter libertatem directam,
& fideicommissariã. In directa vtrumque requiritur,vt
libertas impediatur:siue enim manumissor non putet,
siue falsò putet fraudare creditores,libertas non reuo-
catur,sed cum effectu competit, l.1. in princ. & Instit.
eod.§.in fraudem.In fideicommissaria tantùm euentus
spectatur:quia cùm fideicommissa non præstentur nisi
post æs alienum dissolutum, nihil bona fides testatoris
ei prodest, cui fideicommissa libertas relicta est, si ea
9 præstita creditores fraudarentur,l.vlt. ¶ Tertiò quæri-
tur,an is, qui soluendo non est, seruum alteri tradere
possit,vt ab eo manumittatur. Respondetur, si seruum
vendidit, & pretium accepit, libertatem ab emptore
datam non impediri: quia creditores re ipsa non frau-
dantur, cùm bona debitoris hoc modò nõ minuantur,
l.5.§.1. vbi emptor accipitur pro venditore: quia ve-
teres his appellationibus promiscuè vtebantur, D. de
actio.empt.l.veteres.19.

Tit. XII. Qui non possunt ad libertatem peruenire.

I. j.	*II.* ij.

1 REctè iis,qui manumittere nõ possunt,subii-
cit eos qui nõ possunt manumitti. Tales sũt
I. Damnati ad vincula temporaria, vel per-
petua:dummodò, si damnatio sit tempora-
lis,nondum tempus vinculorum effluxerit,quo tẽpore
manumittitur,vel quo tempore hereditas aditur ex te-
stamento, in quo libertas data est, l. 1. & D.de pœnis.
l.fratres.33.Nota primò, ita damnatos non fieri seruos
pœnæ, sed manere in eius dominio, cuius erant ante
damnationem,D.eod.l.aut damnum. 8.§.vlt. Nota se-
cundò,auctores dictæ l. 1. esse Diuos fratres, Antoni-
num & Verum,teste Papiniano in d.l.fratres.quocirca
inscriptio d.l.1.in libris editis est corrupta,ac legẽdum
ex manuscriptis *Imperator Antoninus A.* suppresso fra-
tris nomine, vt & aliis locis, & in aliis Imperatoribus
sæpe accidit.Nota tertiò,in princ. d. l.1.delendum esse
verbum *Claudius*, quod rectè abest à manuscriptis co-
dicibus:quia tempore Diuorum fratrum nõ fuit Clau-
dius,qui fuit centum annis senior,sed Antoninus Pius.
II. Is, qui in testamento vetitus est manumitti, nisi in
gratiam filij hoc testator vetuerit, quò magis ei mini-
sterium præberet: tunc enim post filij mortem poterit
libertatem consequi,l.2.& D.de manumiss.l.4.§.in illis,
& l.seruus hac lege.9. III.Qui venditus est hoc pacto,
ne manumittatur. IV. Qui exportandus veniit, d. l. 4.
§.in illis.d.l.seruus hac lege. V. Is, quem præfectus vr-
bi,vel præses ob delictum admissum manumitti prohi-
buit,d.l.seruus hac lege.

Tit. XIII. Pro quibus causis serui pro præmio libertatem accipiunt.

I. p.j.	*III.* iij.
II. ij.	*IV.* iv.

1 HI, quos titulo præced. diximus manumitti
non posse, certis casibus præmij causa li-
bertatem consequuntur,D.de S.C. Silania-
no,l.3. §. hi quoque. ex sententia præsidis,
l.1. I.Si necẽ domini arguerint,& ad eam vlciscendam
incorruptas probationes attulerint,&enixè laborarint,
d.l.1.& d.l.3.§.si ex stipulatu,& D.ad leg.Falcid. l.æris.
39.II.Si falsæ monetæ reos detulerint:quo casu domi-
nus à fisco pretium serui ad libertatem peruenientis
accipit,l.2.quod & sequentib. casibus dicendum, quia
est eadem ratio. III. Si virginis raptum, aliis dissimu-
lantibus, aut ex pacto negligentibus, detulerint, l. 3
IV. Si desertorem militiæ prodiderint,l.vlt. V.Si con-
iurationem detexerint,d.l.æris.

Tit. XIV. De ingenuis manumissis.

I. 4.8.j.	*VIII.* 5.ij.iij.
II. 6.j.4.	*IX.* 3.v.5.ij.
III. 4.5.ij.7.8.ij.	*X.* 3.ij.
IV. 3.iv.	*XI.* 6.j.
V. 7.	*XII.* 3.iij.
VI. 3.j.	*XIII.* 5.j.
VII. 5.ij.iij.	*XIV.* 3.ij.

TRibus casibus liberi per manissionem non 1
fiunt: nempe cùm post manumissionem
serui manẽt,cùm sine ea liberi fiũt, & cùm
ante manumissionẽ liberi erant: quoniam
igitur superioribus titulis duo priores casus expositi
fuerunt; de tertio nunc dicamus. ¶ Sciendum est, in- 2
genuo non nocere,quòd aliquando in seruitute fuerit,
& postea manumissus sit,Instit. de libertin. in fin. Sed
hoc latiùs in præsentia est explicandum quatuor capi
tibus. ¶ Primum caput est de seruitute,quæ sequentib. 3
casibus ingenuitati non nocet, I. Si quis tamquàm li-
ber seruierit, licèt longo tempore, l. 6. putà quia ope-
ras suas locauerit, l. si vestram. 11. aut inde alimenta
perceperit,l.2. II. Si in seruitute non iusta fuerit, quæ
vulgò vocatur seruitus facti,id est,si pro seruo habeba-
tur, vel ipse se seruum putabat, cùm esset ingenuus,
etiamsi ob celandos natales nomen eius mutatum sit,
l.ad recognoscendos.10.aut sponsaliorum nomine tra-
ditus sit quasi seruus, l. vlt. III. Si plagio abductus sit,
l. ad mutandum. 12. IV. Si à tyrannica factione ca-
ptus sit:quia non fit seruus, licèt quasi captiuus distra-
hatur,sed ingenuus manet,l.4.vbi Palmytena factio di-
citur Palmyrenorum, qui Odenatum ducem secuti
sunt,vnum ex triginta tyrannis, qui tempore Valeria-
ni imperiũ turbarunt.V.Si ab hostibus captus,& post-
liminio reuersus est, l. libertina. 9. quia postliminium
fingit, eum qui captus fuit, semper in ciuitate fuisse,
Inst.quomod.ius potest.solu.§.si ab hostibus. ¶ Secun- 4
dum caput est de manumissione:vbi ostenditur, manu-
missionem de facto præstitam non nocere ingenuitati:
quod quidem traditur tam de manumissione in gene-
re,l.2.& 3.quàm specialiter de testamentaria,l.1.

¶ Tertium caput est de probanda ingenuitate, vbi 5
tria traduntur, I. Probationem ingenuitatis necessa-
riam esse:nam qui eam probare non potest, in liberti-
nitate manet, licèt se ingenuum esse contendat, nimi-
rum cùm ex possessione libertinitatis asserit se in inge-
nuitatem, l. penult. II. Ingenuitatem probari natali-
bus,l.7. quia ingenui nascuntur,l.ingenui.8. si quidem
ingenuus definitur, qui statim ac natus est, liber est,
Inst.de ingen.in princ. id est, qui ex matre libera natus
est, l.3.l.libertina.9.& D. de stat. homin.l.5.§.ingenui.
& Instit. d. t. in princ. III. Ingenuitatem non proba-
ri ex eo, quòd is, qui seruitutis quæstionem mouerat,
apud acta liti renunciauit,d.l.7.nec ex pacto, vel trans-
actione: quia pactum vel transactio iis qui non con-
senserunt,nihil præiudicij facit,d.l.ingenui.

¶ Quartum caput est de sententia pro ingenuitate 6
ferenda: de qua duæ quæstiones deciduntur. ¶ Primò 7
quæritur, an sit opus sententia, vt quis ingenuitate
fruatur.Respondetur,cùm quis manumissus,ex posses-
sione libertinitatis prouocat in ingenuitatem, senten-
tiam esse necessariam, d. l. 3. cùm autem est in posses-
sione

fione ingnuitatis,&ab alio inquietatur,quasi ingenuus
non sit, sententiam esse opportunam, ne amplius in-
8 quietetur, l. 5. ¶ Secundò quæritur, qui sint effectus
sententiæ pro ingenuitate latæ. Duo effectus hîc tra-
duntur. I. Qui post manumissionem iudicatur inge-
nuus, omnia, quæ à manumissore consecutus est, re-
stituere debet:& quæ nondum est consecutus, vt lega-
ta, in domo manumissoris relinquere, l. 1. II. Filij mu-
lieris, quæ ingenua iudicata est, ingenui sunt, quamuis
ante sententiam editi sint, d.l.3.

Tit. XV. Communia de manumissionibus.

I. in princ.3.	*II. 5*
§.j.4.	*III. 6.*

1 Methodum sibi familiarem obseruans con-
ditor Codicis, titulis specialibus ad manu-
missiones pertinentibus, subiicit genera-
lem, inscriptum, *Communia de manumissionibus*, vt alibi, *Communia vtriusque iudicis*, supr. lib. 3. tit.
38. *Communia de legatis & fideicommissis*, supr. lib. 6. tit.
43. *Communia de successionibus*, supr. eo. lib. tit. 59. *Commu-*
2 *nia prædiorum*, D. lib. 8. tit. 4. ¶ Quatuor sunt huius tituli
3 capita. ¶ Primum caput est de seruo, in quo alius habet
nudam proprietatem, aliis vsumfructum. Iustinianus
distinguit tres casus. I. Si tam proprietarius, quàm fru-
ctuarius in libertatem consentiant, manumissus fit ple-
no iure liber,& deinceps sibi acquirit. II. Si solus pro-
prietarius manumittat non consentiente fructuario:
manumissus fit libertus proprietarij,& sibi acquirit, &
ad suam posteritatem transmittit, saluo iure patrona-
tus, quod manumissori competit: interim tamen donec
vsusfructus morte fructuarij, vel alio modo finiatur,
apud fructuarium quasi seruus permanet. III. Si so-
lus fructuarius libertatem imponat: si quidem vt tan-
tùm a se liberet, seruus plenissimo iure est proprietarij,
sin autem vt liberum faciat: seruus quidem proprietarij
manet, sed quamdiu vsusfructus duraret, nulla mini-
4 steria ei præstare tenetur, l. 1. in princ. ¶ Secundum
caput est de liberis mandato parentum manumittenti-
bus. Olim manumissio non valebat, nisi fieret manda-
to patris, vel aui paterni, in cuius potestate erat, qui
manumittebat, tuncq; patris vel aui libertus fiebat, D.
de manumiss. l. nepos. 22. Paulus lib. 1. tit. 13. §. 1. Hodie
manumissio omnimodò valet, quamuis emancipatus,
5 vel iussu matris manumittat, d.l.1.§.1. ¶ Tertium caput
est de ætate manumissi. Olim minor triginta annis, si
per vindictam causâ apud consilium probatâ, vel in ec-
clesia manumittebatur, ciuis Romanus fiebat: si alio
modo inter viuos, seruus manebat: si testamento, fiebat
Latinus: hodie indistinctè fit ciuis Romanus, l. 2. (quam
puto vetustiorē esse l. vn. supr. de Latin. liberta. tollen.)
Theoph. Inst. de libert. §. vlt. Vlpia. tit. 2. §. eadem lege.
6 ¶ Quartū caput est de ancilla, quæ est in domini con-
cubinatu, & liberis eius. Dominus tam de ancilla,
quam in concubinatu habet, quàm de liberis, si fortè
liberos ex ea susceperit, disponere potest tamquàm de
seruis, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate (quia
solus cōcubinatus eam liberam non facit, infr. tit. prox.
l. de ancilla. 29.) sed si nihil de eis dicens decedat, om-
nibus tacitè libertatem dedisse censetur, dummodò
vxorem non habuerit: quoniam vxorem habenti iura
non permittunt, vt concubinam liberam vel ancillam
habeat, l. vlt.

Tit. XVI. De liberali causa.

I. 24.vij.	*IV. 18.*
II. 24.ix.	*V. in princ.3.24.vij.*
III. 24.iv.	*§.j.24.vij.*
§.vlt.7.j.	*XXIV.24.j.*
VI. 24.j.	*XXV. 12.iv.*
VII. 2.12.ij.	*XXVI. 12.j.*
VIII. 13.	*XXVII. in princ.18.*
IX. 19.	*§.j.24.j.*
X. 24.ij.	*XXVIII.17.ij.iij.21.*
XI. 17.j.iv.	*XXIX. 15.*
XII. in princ.14.vij.	*XXX. 24.vj.*
§.j.14.	*XXXI. 26.iij.*
XIII.6.	*XXXII. 12.v.*
XIV. 4.	*XXXIII. 12.vj.*
XV. 7.vj.9.23.j.ij.25.j.	*XXXIV. 24.v.*
XVI. 24.vj.	*XXXV. 16.*
XVII.22.	*XXXVI.13.24.ij.*
XVIII. 23.iij.24.viij.25.ij.	*XXXVII.24.vij.*
XIX. 7.v.	*XXXVIII. 17.iv.*
XX. 12.j.ij.	*XXXIX. 24.j.iij.*
XXI. 7.j.iij.	*XL. 2.*
XXII.12.iij.24.j.	*XLI. 23.iv.24.p.j.25.ij.*
XXIII.12.vij.24.vj.	*XLII. 26.j.*

Hucusque de manumissionibus: consequen- 1
ter dicendum, de præiudiciis, in quorū gra-
tiam manumissiones sunt expositæ. Quare
hic titulus inscribitur *De liberali causa*:
quia sub eo declarantur præiudicia, quibus de statu ho-
minum quæritur, sintne omnino liberi, vt ingenui; an
quadamtenus, vt libertini; an nullo modo, vt serui.
¶ Hic titulus diuiditur in tria capita: quorum primum 2
est de præiudiciorum generibus. Alij plura, alij paucio-
ra genera faciunt, vt exposui ad §. præiudiciales, Instit.
de actionib. Hîc duo genera proponuntur: alterum de
libertinitate, alterum de ingenuitate, l. iuxta. 40. De his
autem quæritur aut coniunctim, aut separatim. Con-
iunctim quæritur, vtrùm aliquis sit ingenuus, an liber-
tus, D. si ingen. esse dica. l. 1. & l. 2. §. 1. Separatim de in-
genuitate quæritur, vtrùm aliquis sit ingenuus, an ser-
uus: tunc enim de libertinitate non tractatur. Separa-
tim de libertinitate duobus modis contenditur: vel
enim quæritur, vtrùm sit libertus, an seruus, l. 7. vel
vtrùm sit libertus aduersarij, an alterius, D. si ingen. esse
dic. l. vlt. vers. sed & quoties. ¶ Secundum caput perti- 3
net ad quæstionem, quis possit in libertatem procla-
mare: vbi hæc facultas ei quoque conceditur, quem
fiscus vendidit, l. 5. in princ. ¶ Tertio capite declaratur 4
quando de statu alicuius quæri possit: vbi notandæ sunt
duæ regulæ cum suis exceptionibus. I. De viuentis sta-
tu quæri potest, nisi per hanc quæstionem fiat præiu-
dicium ei, qui ante quinquennium decessit, D. eod. l. 1.
§. immo. II. De statu defuncti principaliter agi non
potest, sed incidenter quæri potest, si agatur de reb. vel
filiis quos reliquit, l. principaliter. 13. Sed huic quæstio-
ni obstat præscriptio quinquennij, de qua dicetur infr.
tit. 21. ne de stat. defunct. post quinqu. quær. ¶ Quarto 5
capite de litis contestatione notatur, eius effectum esse,
vt is, de cuius libertate quæritur, interim dum iudicium
pendet, pro libero habeatur, l. lite. 14. & D. eod. l. ordi-
nata. 24. in princ. l. si cui. 25. §. vlt. vide Cent. 1. q. 39. Cu-
iac. lib. 18. obser. cap. 23. ait litem ordinari antequàm
contestetur. Ego cum Accurs. litis ordinationem accipio
pro litis contestatione: quoniam eodem sensu dicitur
lis cœpta, D. ex quib. caus. ma. l. si cui. 25. §. vlt. non po-
test autem dici cœpta, priusquàm contestetur, supr. de
lit. cōtestat. l. 1. & D. rat. rem. hab. l. ampliùs. 15. ¶ Quin- 6
to capite de probatione duæ quæstiones dissoluuntur.
¶ Prima quæstio est, quis, & quid probare debeat. Hîc 7
dantur sex axiomata. I. Quia probandi onus regulari-
ter actori iniungitur, supr. de edend. l. 4. & de probat.
actor. 23. idcirco cùm ex seruitutis possessione in liber-
tatem asseritur, is qui liberum asserit, libertatem pro-
bare debet, l. 5. §. vlt. & D. eod. l. 7. §. vlt. E contrario qui

aliqnem ex possessione libertatis in seruitutẽ petit, ser-
uitutẽ probare debet, d.l.7.§.vlt. Qui igitur est in pos-
sessione libertatis, habetur pro libero, nisi seruus pro-
betur, dummodò sine dolo in libertatis possessione sit:
alioquin perinde habetur, ac si in seruitute esset, l.eam
quę.21.vide l.quod autem.10.cum duab.ll.seqq.D.eod.
II. Qui fiducia sui status motus, quamuis sine dolo in
possessione libertatis sit, probare vult se esse liberum,
audiendus est, arg l.cui necessitas.39.in princ.D.eod.&
l.circa.14.D.de probation. III. Si dubitetur, vtrùm ex
seruitute in libertatẽ, an ex libertate in seruitutem pe-
tatur: spectanda est forma libelli conuentionalis, ex qua
id facilè apparebit, d.l.eam quæ. vbi conceptio petitio-
nis significat formam, qua libellus petitionem conti-
nens, conceptus est: sic conceptio stipulationis dicitur,
inf.de euict.l.cum tibi.22.IV. Si dubitetur, vtrùm is, de
cuius statu quæritur, sit in possessione libertatis, an in
seruitute: afferẽdæ sunt probationes, ex quibus veritas
appareat: sed priùs audiẽdus est, qui vult probare se esse
in possessione libertatis, D.h.t.l.si in obscuro.41.in pr.
V. Probatio libertatis magis spectat ad eum qui in ser-
uitutem petitur, quàm ad patronum eius: sed si ille ser-
uituti consentiat, patronus, cuius interest propter ius
patronatus, eum etiam inuitum defendere, & suum li-
bertum probare poterit, l. principaliter causam. 19.
VI. Falsa simulatio veritatem non tollit, quapropter id,
cuius contrariũ simulatũ est, probari potest, l.nec omis-
8 sa.15. ¶ Secunda quęstio, quomodo status probetur, ge-
9 neraliter & specialiter tractatur. ¶ Generaliter de statu
probãdo datur regula, quòd omnis iure prodita proba-
10 tio admittitur, d.l.nec omissa. ¶ Specialiter & seorsum
agitur de probatione libertatis, ingenuitatis, seruitutis.
11 ¶ Pro libertate probãda allegari varia possunt, quę par-
tim eam probant, partim ad eam probandã non valẽt.
12 ¶ Prima est allegatio manumissionis: quia certi iuris est,
seruum manumissum consequi libertatem, D.de iustit.
& iur.l. 4. & Instit.de libertin.in princ.dummodò ma-
numissio valeat: interdũ enim manumissis libertas non
competit, D.qui & à quib. manumissi liberi non fiunt.
Quare multa manumissioni obiici solent: sed hîc pro-
ponentur obiectiones, quę reprobãtur, ac libertati non
obsunt. I. Pœnitentia patroni, qui manumisit. Hæc non
admittitur: quia semel præstitam libertatem reuocare
non licet, l.sicut semel.20.l.sicut datam. 26. nisi liberti
tamquàm ingrati reuocẽtur in seruitutẽ, supr.de libert.
& eor.liber.l. 2.&l.vlt. II. Defectus aliquis manumissio-
nis, ob quem libertas iure non procedit: putà quia in
fraudem creditorum aliquis manumisit, Instit.qui & ex
quib.caus.man. non poss. in princ. Hæc allegatio non
solùm manumissuri denegatur, sed etiam heredi eius,
quia non potest venire cõtra factum defuncti, sed eius
voluntatem suo consensu confirmare debet, l.7.& infr.
de seruo pigno.da.manum. Aliud dicendum est, si do-
minus cum seruo non manumittendi causà aliquid
egerit, quia tunc libertas seruo non competit, d.l.sicut
semel. Item aliud dicẽdum, si quis alienum seruum ma-
numiserit, & dominus manumissori successerit: quia
hæc libertatis datio inutilis aditione hereditatis non
confirmatur, D. qui & à quib. manum. lib. non fiunt,
l.si seruo.10. III. Confessio eius, qui seruus dicitur: pu-
tà si is, qui ex manumissa natus est, per simulationem,
vel errorẽ fateatur se ex altera non manumissa natum.
Hæc confessio idcirco ei non nocet; quia serui nascun-
tur, aut captiuitate, vel venditione fiunt, non etiam
confessione, l.parentes 22.& D.de stat.hom.l.5. §. 1. &
Instit.de iur.person.§.pen. IV. Omissio, vel amissio in-
strumenti datæ libertatis, l.sicut instrumenta. 25. V. Si
filius domini manumittentis non subscripsit manu-
missionis instrumento. Hæc subscriptio nec addita
quicquam operatur, nec prætermissa nocet, l. subscri-
ptio. 32. VI. Si dominus accepta pecunia seruum ma-
numisit, l. licẽt. 33. VII. Si ea, cui libertas à domino
legata est, vni ex eiusdem filiabus & heredibus obse-
quium contra vel secundum defuncti voluntatem ex-
hibuerit, l.si tibi. 23. ¶ Secunda est allegatio conuen- 13
tionis inter dominum, & seruum. Hæc conuentio do-
minum non adstringit, nisi pecuniam accepit, vt manu-
mitteret. Finge inter dominã & ancillam conuenisse, vt
cùm ancilla certo tẽpore ministeriũ dominæ præbue-
rit, libera esset: hæc conuẽtio dominam non adstringit,
l.post certi.36. Rursus finge conuenisse, vt dominus ac-
cepta certa pecunia seruum & filiã eius manumitteret,
deinde accepta pecunia solùm seruũ manumisisse: hic
salua reuerentia patrono debita præsidem adire pote-
rit, qui dominum hortabitur, vt datam fidem præstet,
& ancillam manumittat, l.cùm affirmes.8. ¶ Tertia al- 14
legatio est, seruum venditum soluisse pretium empto-
ri. Sed hinc libertatem non consequitur, l.si ex liberta.
12.§. 1. etsi hac ratione ad libertatem perducitur, tam
is qui sanguinolentus à patre suo propter nimiam
paupertatem venditus, atque ita seruus ex libero effe-
ctus fuit, supr.de patrib.qui fil.distrax. l.2.quam seruus
noxæ deditus, litis æstimationem ei restituens, cui de-
ditus fuit, Instit. de noxal. act. §. dominus. ¶ Quarta 15
allegatio est, ancillam fuisse in domini contubernio.
Hac ratione libera non fit, l. de ancilla. 29. nisi in ea-
dem consuetudine vsque ad mortem domini legiti-
ma vxore carentis permanserit, ac dominus nihil in
præiudicium libertatis eius fecerit, supr. tit. proxim.
l. vltim.

¶ Quinta est allegatio tutelæ gestæ. Sed & si quis res 16
pupilli quasi tutor administrauerit, tamen ex eius per-
sona potest status controuersiam pati, ac seruus dici,
l.non idcirco. 35. ¶ Sexta est allegatio honoris gesti. 17
Hîc cõsiderantur quatuor casus, quibus honores gesti
nihil prosunt. I. Si pater gessit, l.non mutant.11. II. Si
auus paternus gessit: quia patris, non matris conditio
inspicienda est, l.aui.28. cùm partus ventrem sequatur.
supr. de rei-vindicat. l. 7. III. Si auus maternus gessit:
quia licet auia quoq; libera sit, tamen nullis ex causis
status mutari solet, d. l. aui. IV. Si ipse gessit nemine
contradicẽte, l.non idcirco.38. quia improbè potuit ad
honores obrepere, vt Barbarius Philippus, D.de offic.
præt.l.vlt. quare serui ad ciuiles honores illicitè adspi-
rando, statum suum non mutant, d.l.non mutant. ¶ Se- 18
ptima est allegatio rei iudicatæ. Nam qui mota sibi sta-
tus quęstione liber pronũciatus est, non potest ampliùs
ab eo, quem iudicio vicit, in seruitutem peti, l.Arianus.
27.in princ. & si ingenuus pronunciatus est, pro inge-
nuo habetur, quia res iudicata pro veritate accipitur,
D.de stat.hom.l.ingenuum 25 etiamsi illo absente sen-
tentia lata fuerit: tantùm appellare ei permittitur, vt iu-
dex appellationis cognoscat, an rectè iudicatum sit,
nécne, atque ita sententiam confirmet, vel reformet,
l.4. ¶ Octaua est allegatio cognominis liberorum ho- 19
minum proprij (nam Romanorum serui cognomine
carebant) quod aduersarius supplicans in libello attri-
buit ei quem seruili macula adspersum asserebat, l.cùm
precum. 9.

¶ Nona est allegatio mortis. Nam de statu defun- 20
cti, qui in possessione libertatis vixit ac decessit, vel
filiorum eius, post quinquennium ab eius morte com-
putandum quæstionem mouens, exceptione summo-
uetur, infr.ne de statu defunctor.l.1.2.& passim. ¶ De- 21
cima est allegatio libertatis parentum. Hîc datur regu-
la, quam suprà attigi, liberos sequi conditionem patris,
non matris, l.aui.28.& supr.de probat. l.matrem. 17. &
de rei vindic. l. 7.

¶ Vndecima allegatio est, fratribus eius qui con- 22
trouersiam patitur, nullam status quæstionem moueri.

Hac ratione

Hac ratione certum est libertatem non probari, l.multis.17.& supr.de probat.l.matrem 17.Hæc dicta sint de
23 probatione libertatis ¶ De probatione ingenuitatis quatuor traduntur.I.Genus, quod est ingenuorum proprium(nam liberti nec adgnatos,nec gentiles habent,) non solùm professione parentum, sed etiam aliis quibuscumque legitimis modis probari potest: idcoque omissa a parentibus professio non officit statui liberorum,l.nec omissa.15.II.Falsa & ementita professio non valet,d.l. nec omissa. & supr. de probat. l. non nudis. 14. III. Locatio alicui facta non probat eum esse ingenuum,ne quidem contra locatorem,vel heredes eius,l.ad probationem.18.IV.Epistolæ,quas domina ad seruum scripsit quasi decurionem & principa-
24 lem,inanes sunt.l.penultim. ¶ Probatur autem seruitus multis modis,vt per testes,l.penult.sed ad eam probandam non sufficit, I. Confessio eius qui seruus dicitur:hæc enim confessio non tollit libertatis defensionem,l.parentes.22.l.liberos 39.ne quidem si se seruum sponte sua vel coactus scripserit,l. 6.nec si apud acta se seruum professus sit,l.interrogatam, 24. rectè tamen opponitur confessioni aduersarij, qui nunc eum seruum dicit, ad quem antea quasi ad liberum scripsit: neutrius enim confessio veritati præiudicium facit, l. penultim.Multò minùs valet aliorum inter se colludentium confessio, veluti si Arianus, qui quæstione status sibi à Leonide mota liber pronunciatus fuit, me & Titium heredem scripserit: confessio Leonidis ac Titij inter se colludentium non facit, vt Arianus pro seruo habeatur, l.Arianus, 27.§.1.II. Conuentio eius, de cuius statu quæritur, l. liberos priuatis. 10. vel matris, quæ filjos suos in ministerium se tradituram promisit,l.post certi. 36. III.Actus administratio, id est, si quis quasi seruus actor gesserit, d. l. liberos priuatis. seruus actor dicitur, qui kalendario & pecuniis fenerandis atque exigendis præest, D.de statulib.l. Sticho, 40.§. seruus. & de doli except. l. 5.§. actoris.qui etiam dispensator appellatur, D.de verb. oblig. l. vltim. §. si inter. & de solution l. dispensatori. 51.& l.dispensatorem, 62. & institut. de manda. §. item si adhuc. & ibi Theoph.IV. Contubernium hominis liberi cum aliena ancilla, l. 3. V. Concubinatus mulieris,l.libera.34. VI. Obsequium seu ministerium exhibitum, vel nun exhibitum,l. si ministerium. 16. l. si tibi. 23. l.solo. 30. VII.Venditio;nam homo liber venditus libertaté retinet,l.si ex liberta.12. in pr.& in libertatem proclamare potest,quamuis a fisco venditus fuerit, l. 5.in princip. vel à parte,l.1.& supr. de patr. qui filios distraxerit.l.1. (nisi sanguinolés necessitate suggerente venditus fuerit, supr. eod. l.2.) aut venditioni consensum præbuerit,nisi maior viginti annis ad pretium participandum passus sit se venundari,d.l.5.§.1. & inf.quib.ad liberta. procla. non lic.l. 1.& D.de sta.hom. l.5.§.1. & Institut. de iu. person. §. penultim. dummodò re ipsa partem pretij acceperit,D de minor.l.si ex causa. 9.§. Papinianus.& quib.ad liberta. proclam. non lic.l. 1. in princip. & is qui emit,bonam fidem habuerit putans se seruum emere,D.hoc tit.l.7. §.si quis sciens.l.immo.16. §.tunc haber. Idcirco dicitur venditio non valere, cùm quis filium suum genero vendidit, quia necessitudinis propinquitas ostendit emptorem non potuisse ignorare statum eius quem emit, l.si filium.37. VIII. Locatio ei facta, qui seruus dicitur, l. ad probationem. 18. IX. Res iudicata, in eiusmodi specie; Cùm quosdam tamquam seruos tuos possideres, Titius eos vindicare volens, iudicio à te victus est, quasi in tuo non in Titij dominio essent, si postea vindicantur in libertatem, nihil huic præiudicio nocet sententia in iudicio rei vindicationis lata,l.2.quia inter alios lata fuit, non inter
25 eos qui præiudicio de statu contendunt, infr. quib. res iudic.non noc. tot.tit. ¶ Tandem de probanda ingenuitate duo notentur.I.Nec omissa, nec falsa & ementita professio nocet,quia ingenuitas aliis legitimis modis probari potest,l.nec omissa. 15. II. Ad probandam alicuius ingenuitatem nec locatio ab aduersario vel herede eius facta quasi ingenuo,l. ad probationem 18. nec epistolæ ad eum quasi ingenuum ab aduersario missæ sufficiunt,l.penultim.Nec patris ingenuitas,sup. de probat.l.neque.10.quia (vt supr.notaui)filij sequuntur statum matris, non patris. Nec matris manumissio, nisi probetur manumissa ante partum editum. F. eod.l. matrem.17.Vide l.5.§.penult.& vlt.D. de statu hom.& Institut. de ingen. in princip ¶ Sexto capite de effectu sententiæ in præiudicio latæ tria notantur, I. Res. 26
iudicata pro veritate habetur contra eum,contra quem iudicatum fuit, sed tertio nec prodest, nec nocet, vt notaui supr.§.17.& §. 23. membr.9.II.Quia partus sequitur ventrem: idcirco sententia pro matre vel contra matrem lata, filiis eius prodest, vel nocet, nisi ante litem de statu matris editi sint,l. vltim. III. Qui liber pronunciatus est aduersarium actione in factum de calumnia, vel actione iniuriarum conuenire, vel restitutionem rerum sibi ab eo direptarum petere potest, l. si tibi.31.

Tit. XVII. De assertione tollenda.

l.in princip j.	*§.omnes.iv.*
§.illis ij.	*§.vltim.v.*
§.super.iij.	*l.I.vj.*


PErgit in tractatu de liberali causa, ac I. 1
Tollit assertionem, quæ olim erat necessaria:quia ne contingeret, vt seruus in iudicio per se vel per procuratorem consisteret:assertor requirebatur pro eo interueniens,qui seruus dicebatur, sed hodie qui ex possessione libertatis in seruitutem trahitur, per se vel per procuratorem se defendere potest: qui vero ex possessione seruitutis in libertatem proclamat, tantùm per se, non per procuratorem defenditur, l. 1.in princip. II. Vetat causas liberales, quæ per sententiam definitiuam terminatæ sunt, aliter quàm per appellationem retractari;cùm olim assertoriæ lites ter examinari possent, d. l. 1. §. 1. III. Sublata veteri obseruatione iubet eius tantum qui ex possessione seruitutis litigat peculium seu res arbitrio iudicis depom, vt in tuto sint, donec lis finem accipiat, d. l. 1. §. super.Coniun. l. vltim. vers. ea verò. infr. tit. prox. IV. Iubet eum, qui seruus dicitur, se iudicio staturum cauere satisdato datis fideiussoribus, si possit: aut iuratoriam cautionem præstare,si probet se non inuenire fideiussores: & si post hanc curatoriam cautionem præstitam, legitimè citatus, per annum absit, adiudicari in seruitutem ei,qui status quæstionem fecit, d. l. 1. §. omnes. hæc enim est pœna periurij, vt & in l. si quis maior. 41. supr. de transact. cùm aliâs nemo propter absentiam causa cadat,sed pro eo iudicandum sit, si bonam causam habeat, supr. de iudic. l. properandum. 13.§. & si quidem, vers. sin autem.& D.eod. l.& post edictum. 74.in princip. Nou.49. capite. 1. vide etiam in iudicio liberali,si iustitia & veritas id exigat, pro libertate absentis sententia ferenda est,D.de libera.cau.l. Diui. 27. V. Vetat actorem, qui aliquem in seruitutem vocauit, postquam libellum conuentionalem ei obtulit, eum ad alium iudicem vocare, nisi ipse, qui seruus dicitur, occasionem huius vocationis dederit:alioquin temerè vocantem ad alium iudicem, dominio, si forte eius, quem vocauit dominus erat, omnino priuat, d. l. 1. §.vltim. VI. Cùm mortuo eo, qui pro libertate periclitabatur

clitabatur, olim assertores litem implere tenerentur, vt constaret an danda esset emptori aduersus venditorem actio de euictione, quasi liberum pro seruo vendiderit: hodie illius morte litem finiri vult, & nihilominus venditorem de euictione teneri, nisi probet se seruum vendidisse, l. 2.

Tit. XVIII. Quibus ad libertatem proclamare non licet: & de rebus eorum, qui ad libertatem proclamare non prohibentur.

I. 2. j.	*III. ij.*
II. 2. ij.	

1 TRactanti de liberali iudicio non est omittendum, alios in libertatem proclamare
2 posse, alios non posse. ¶ Ad libertatem proclamare prohibentur, I. Qui se vendi passus est, D. hoc titulo, l. 3. siue ciuis Romanus esset, l. 1. in princip. siue fideicommissaria libertas ei deberetur, d. l. 1. §. 1. etiam si esset minor viginti quinque annis, dummodo esset maior viginti, D. de minorib. l. si ex causa 9. §. Papinianus. & de liber. cau. l. 7. in princip. & §. 1. & conditionem suam dissimulauerit, adeo vt bona fide emptus sit, D. de lib. cau. d. l. 7. §. si quis sciens, l. imino. 16. §. tunc habet. & pretij participandi causa venditioni consenserit, D. de stat. homin. l. 5. §. 1. & Institut. de iur. person. §. penultim. & re ipsa participauerit, d. l. 1. in princ. & D. eod. l. 1. in princip. & de minorib. d. l. si ex causa. §. Papinianus. Leo autem Imperator eum qui se vendi passus, & eũ qui huius facinoris particeps fuit, verberibus affici, contractum verò esse irritum, & libertatem vendito saluam esse iussit, Nouel. 59. II. Qui ex latronum familia, id est, secta descendentes, alicui à principe donati, vel fisco in seruitutem addicti sunt,
3 l. 2. ¶ De eo, cuius proclamatio in libertatem admittitur, tria notantur. I. Quod fatetur esse aduersarij, statim id ei reddere cogitur à iudice, l. vltim. in princip. II. Quòd negat esse aduersarij, eius petitio differtur, sed de eo, si ad aduersarium pertinere post iudicium de libertate constiterit, restituendo cauetur: quod enim peculij titulo quasi à domino accepit, & quos inde fructus percepit, vel quæstum fecit vel celauit, libertate probata restituere debet, d. l. vltim. vers. quod verò, vbi liberum opponit peculio, liberi appellatione intelligens patrimonium patrisfamiliàs. III. Quæ aliunde, putà ex amici testamento vel donatione acquisiuit, iudicio pendente sunt in sequestro, d. l. vltim. vers. quæ tamen. & supr. titulo proxim. l. 2. §. super. eique ingenuo iudicato deputantur, d. l. vlt. vers. ea verò.

Tit. XIX. De ordine cognitionum.

I. 6. ij.	*§. j. 6. iij.*
II. 3.	*V. 4.*
III. 6. j.	*VI. 5. j.*
IV. in princip. 6. ij.	*VII. 5. ij.*

1 IVdicium liberale vocatur præiudicium, D. de in ius vocan. l. adoptiuum. 8. §. 1. & 4
de probat. l. quoties. 18. in princip. & de adgnosc. lib. l. 5. §. solent. & si ingen. esse dic. l. vltim. quia si cum alijs iudicijs concurrat, ante illa examinatur, & eis præiudicium facit, infr. de euict. l. si status. 18. & ad leg. Iul. de adulter. l. quoniam. 16. vt hoc tit. declaratur, qui quidem magis specialis est, quàm titulus supr. de ordin. iudicior. quoniam ibi agitur de quibuscumque iudicijs, hîc verò
4 specialiter de indicio liberali concurrente cum aliquo alio. ¶ Quatuor igitur aliæ controuersiæ concurrentes cum liberali causa considerantur hoc tit. 5
¶ Prima est controuersia de hereditate. Finge petenti hereditatem opponi ab aduersario, quòd sit serua, hoc duob. modis contingere potest: vel enim vtraque lis est principalis, vel tantum de hereditate principaliter quæritur, & per modum exceptionis inducitur quæstio de libertate. Priori casu priùs terminanda est controuersia de libertate: nam si seruus iudicetur, nullum est iudicium de hereditate: si vero liber aut non seruus pronuncietur, tum quærendum erit, an heres sit. Posteriori casu, priùs quidem de statu incidenter cognoscitur, sed non est opus de eo pro- 4
nunciari, l. 2. vide centur. 3. §. 7. ¶ Secunda est debitæ pecuniæ exactio. Nam si ei, qui pecuniam quasi sibi debitam petit, opponatur quod seruus sit: prius de eius statu quærendũ, vt sciamus, vtrùm ipsi, an domino sol- 5
uere oporteat, l. 5. ¶ Tertia est quæstio de priuato delicto: quæ bifariam cõtingere potest, quia duo sunt indicio liberali contendentes: & vel hic de illius, vel ille de huius delicto conqueritur. Quare hic tractantur duæ species. I. Cum quis res suas ruptas (sic lego in l. penultim. non *raptas*: quia in sequentib. verbis fit mentio damni dati, non rapinæ: ruptum autem dicitur, quod quouis modo corruptum est, D. ad leg. Aquil. l. si seruus. 27. §. inquit lex.) vel amotas esse dicit ab his, quos seruos suos esse contendit; hique in libertatem proclamant: prius de statu, quàm de damno dato vel rebus amotis iudicandum: quia si liberi vel non serui pronuncientur, tunc ratio damni dati, vel rerum amotarum habebitur: si verò serui pronuncientur, iudicium de damno vel rebus amotis extinguitur, l. penult. II. Cùm quis res suas ab eo dicit esse abreptas, à quo status controuersiam patitur, tres casus distinguuntur: aut enim de possessione seruitutis proclamat in libertatem: aut ex possessione libertatis vindicatur in seruitutem antè, vel pòst quàm de rebus, quæ direptæ dicuntur, iudicatum sit. Primo casu idem dicendum, quod suprà, vt priùs iudicium liberale peragatur: ex eius enim euentu dignoscetur, an iudicium de rebus direptis procedat, néc ne, l. vltim. in princip. Secundo casu res, quas ablatas esse constiterit, statim redduntur eas saluas fore satisdanti per idoneos fideiussores: aut sequestrantur, donec iudicium liberale finem accipiat, si is fideiussores dare nequeat, & ex his rebus interim sumptus litis & alimenta præstantur ei, qui seruus dicitur, & eas res sibi ablatas asserit, d. l. vlt. vers. quòd si. Tertio casu res, de quibus restituendis sententia lata est, statim sine satisdatione restitui debent: & nihilominùs iudicium liberale exerceri poterit, d. l. vltim. vers. cùm autem. ¶ Quarta est causa cri-
minalis: quæ in tres casus cadit. I. Cùm accusatur is, de 6
cuius statu quæstio est: ante liberalis causa peragi debet, vt sciatur, vtrùm tamquam liber & ingenuus, an tamquam seruus puniri debeat, l. 3. quoniam aliter liberi homines, aliter serui puniuntur, D. de pœnis. l. aut facta 16. §. persona. II. Cùm is, qui accusare vult dicitur seruus eius cui crimen intendit, idem dicendum, quod in superiori casu, l. 1. l. 4. in princ. III. Cùm accusatus nõ mouet accusatori quæstionem status principaliter, sed incidenter per modum exceptionis obiiciẽs, quòd Titius seruus sit, ideóque non sit ad accusationem admittendus: iudicium liberale cessat: & iudex, qui de crimine cognoscit, dispiciet, vtrùm accusatio procedat, an non, d. l. 4. §. quòd si ideo. quia pleræq; accusationes solis hominibus liberis, quædam etiam seruis permittuntur, D. de accusat. l. mulierem. 13. in fi.

Tit. XX. De collusione detegenda.

Qui lib



1 Vi liberali iudicio ingenuus iudicatus est, quamuis re vera non sit ingenuus, tamen pro ingenuo habetur, propter auctoritatem rei iudicatæ, quæ pro veritate haberi debet, D. de statu hom. l. ingenuũ. 25. Excipitur, nisi per collusionem, cũ seruus aut liberta esset, iudicatus sit ingenuus, quu casu ex S. C. Nimmano (sic legit Cuiacius ex vetusto codice, & Basilicis) temporibus Domitiani facto, si homo seruus sit, seruus eius sit, qui collusionem detexit: sin autem libertinus sit, fit eius libertus, l. 1. & 2. & D. eod. l. 1. & de in ius vocan. l. adoptiuum. 8. §. 2. dũmodo intra quinquennium à sententia lata cumputandum collusionem detegat, quoniam huic cognitioni quinquẽnio præscribitur, D. hoc titu. l. 2. in princip. Colludere dicuntur, qui iudicio simulatè contendunt, cùm inter eos clam conueniat, vt alter eorum superetur: veluti cum dominus seruo suo indulgens, causam liberalem non seriò, sed perfunctoriè agit, omissis idoneis probationibus, quas afferre potest, & omissis allegationibus sibi obiectis, quas refellere potest.

Tit. XXI. Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur.

I. 2. j.	*V. 3. j.*
II. 2. ij. 3. iv.	*VI. 2. ij. 3. ij.*
III. 2. ij. 3. iv.	*VII. 1. ij. 2. ij. 3. iv.*
IV. 1. ij. 2. j. iij.	*VIII. 1. ij. 2. iij. 3. iij.*



1 T quæstio de statu defuncti admittatur, & effectum habeat, duo requiruntur, I. Non agatur de eius statu principaliter, sed incidenter, putà quia de rebus ab eo relictis agitur, vel eius filiis quæstio status mouetur, supr. de libera. cau. l. principaliter. 13. II. Quinquennium à die mortis non sit elapsum. Vt enim quæstioni de collusione obstat quinquennij præscriptio, vt superiori titulo expositum fuit, ita etiam huic quæstioni de statu defuncti, vt hic titulus ostendit: & vt illa præscriptio est ex senatusconsulto, ita etiam hæc ex l. 4. l. penultim. & l. vlt. quamquam non est senatusconsulto introducta, sed edicto Diui Neruæ, D. eod. l.
2 vltim. ¶ Hæc præscriptio locum habet, I. Cùm agitur de statu manumissi à defuncto, l. 1. & l. 4. II. Cùm agitur de statu filij defunctæ, l. 6. & supr. de libera. cau. d. l. principaliter, vel defuncti, l. penult. III. Cùm agitur de hereditate, vel rebus à defuncto relictis, l. 2. 3. 4. & vltim. & supr. de libera. cau. d. l. principaliter.

3 ¶ Cessat autem, I. Cùm non agitur de libertate, vel ingenuitate, sed de filij emancipatione, l. 5. II. Si defunctus pro ingenuo se non gessit in diem mortis, l. 6. III. Si defunctus in fugam conuersus, & latitans decessit, l. vltim. IV. Si ei viuo controuersia mota fuit, l. 2. l. 3. coram iudice competente, l. penultim. V. Si status defuncti in meliorem, non in deteriorem, conditionem retractetur, D. eod. l. 1. §. vltim. & l. pen.

Tit. XXII. De longi temporis præscriptione, quæ pro libertate, non aduersus libertatem opponitur.

I. 2. ij.	*III. 2. j.*
II. 1. 2. ij.	



1 Vplici quinquennij præscriptioni adiungitur præscriptio longi temporis, id est, decem annorum inter præsentes, D. qui & à quibus manum. l. si cum fideicommissa, 16. §. Aristo. viginti inter absentes.
2 l. 2. ¶ Vt huic præscriptioni sit locus, duo requiruntur. I. Proponatur pro libertate, non contra libertatem, vt ipsa rubrica ostendit: quia contra libertatem ne quidem sexaginta annorum præscriptio admittitur, l. 3. II. Possessio libertatis bona fide, & ex iusto initio, vt manumissione, l. 1. & 2.

Tit. XXIII. De peculio eius, qui libertatem meruit.



Nterdum controuersia est de statu personæ, de qua satis multa dicta sunt: quando- 1
que non de statu, sed de rebus: quia fatetur quis aliquem esse rectè à domino manumissum, sed negat ei peculium esse concessum, quia is, qui libertatẽ dedit, nihil de peculio expressè dixit. Hæc quæstio dissoluitur per distinctionem. Aut enim libertas inter viuos, aut in vltima voluntate data est. Priori casu peculium, nisi adimatur, tacitè relictum censetur. Posteriori casu, nisi expressè relinquatur, tacitè censetur ademptum, l. vnic. & D. de pecul. l. si Sticho. 53. & Institut. de legat. §. peculium autem. Rationem differentiæ Cuiacius affert, quia manumittens inter viuos, peculium nec sibi retinet, nec alij dat; in testamento verò cum vniuerso iure ad heredem transferre censetur. Quod dixi, inter viuos manumisso peculium tacitè concessum videri, etiam in manumissis ab vniuersitate obtinet, D. de manumiss. quæ seru. ad vniu. pertinet, l. vltim. secus. si pupillus manumittat, D. de manum. vindic. l. penultim.

Tit. XXIV. De S. C. Claudiano tollendo.



X S. C. Claudiano, si mulier alieno seruo 1
aut adscriptitio post trinam domini denunciationem septem testibus adhibitis factam se iungebat, per sententiam iudicis addicebatur domino in seruitutem, & omnia eius bona eidem domino acquirebantur, Institut. de success. sublat. §. 1. & ibi Theoph. & C. Theodos. hoc titu. Tacitus lib. 12. Annal. Idem posteà statuisse Vespasianum testis est Suetonius in Vespas. c. 11. Sed in libris iuris tantum senatusconsulti Claudiani mentio sit. Hoc senatusconsultum tantum in femina obtinere, quæ se alieno seruo iunxit, non in masculo alienam ancillam habente in contubernio, constat ex l. 3. supr. de liber. cau. & l. ancillæ. 9. supr. commun. de successionibus. Iustinianus autem, hoc senatusconsulto sublato, libertatem mulieri conseruat, seruum aut adscriptitium domino per se vel per iudicem castigare permittit, l. vnic. & Institut. de success. sublat. d. §. 1. Hic finem accipit tractatus de præiudiciis.

Tit. XXV. De nudo iure Quiritium tollendo.



Einceps dicendum de dominio, id est, de iu- 1
re, quo res nostra est, ita vt de ea pro libitu disponere possimus, supr. manda. l. in te mandata. 21. nisi vi, aut iure, aut testamento, aut conuentione prohibeamur, C. de reb. alien. non alien.
l. vltim. ¶ Huius olim erant tria genera. Nam alii erant 2
domini iure Quiritium, qui habebant dominium legitimum: alij bonorum domini, à Theophilo Institut. de libertin. vocati bonitarii, qui naturale dominium habebant: alij pleno iure domini, qui tam legitimum, quàm naturale dominium habebant. Verbi gratiâ, cui seruus venditus & mancipatus erat, is erat pleno iure dominus, & si eum alteri venderet, & sine emancipatione traderet, nudum dominium retinebat iure Quiritium, emptor autem eum seruum in bonis habebat. Sed Iustinianus nudum ius Quiritium sustulit, l.

vnic,

l.vnic.consequenter etiam dominium, quod quis dicebatur in bonis habere, euanuit, adeo vt hodie quicumque rei dominium habent, pleno iure domini fiot, nisi eius rei vsusfructus alienus sit. Dominii defioitione ac diuisione expositis, consequenter videndum, quomodò acquiratur.

Tit. XXVI. De vsucapione pro emptore, vel pro transactione.

I. 8.	*V.* 10.
II. 12.	*VI* 8.
III. 9.	*VII.* 8. *16.*
IV. p. 16.	*VIII* 21.
§. 1. *14.*	*IX.* 13.

1 INter modos acquirendi dominij vsucapionem numerari, ex eius definitione cōstat. Nam à Modestino, io l. 3. D. de vsurp. & vsucap. definitur, adiectio dominij per contiouationem possessionis temporis lege definiti: ab Vlpiano autem in fragmentis titulo de dominiis & acquisitionibus rerum definitur adeptio dominij per continuationem possessionis anni vel biennij: quia olim res mobiles anni, immobiles biennij spatio vsucapiebantur, sed quia Iustinianus hæc tempora mutauit, & pro anno triennium, pro biennio decenoium, aut viginti annos fecit; idcirco Tribonianus verba Modestini (vt probabile est) interpolauit: etenim verisimile est, Modestinum scripsisse *anni vel biennij*: quorum verborum loco Tribonianus substituit *temporis lege definiti*. Iam verò quòd Cuiacius putat, in dicta Modestini definitione pro *adiectio*, legendum *adeptio*, quoniam ita apod Vlpianum scriptum est, hæc emendatio non est necessaria: propterea quod vsucapio in boc est similis alluuioni, quòd non statim vno mooiento, sed paulatim, possessionis & temporis progressu dominiū tribuit. Mihi igitur videtur Modestinus vsucapionem spectare ab initio ad finem vsque: Vlpianus verò eam considerare ac definire provt perfecta est. illa ratione est adiectio; secundum hanc inspectionem est adeprio dominij. Genus igitur vsucapioois est dominij adiectio siue adeptio. Huic generi adduntur differentiæ sumptæ ab essentialibus vsucapionis requisitis, per quas vsucapio ab aliis acquirendi modis seiungitur. I. Namque vsucapio requitit pussessionem, vt ipsum vocabulum ostendit: etenim vsus hîc accipitur pro possessione, vt & in l.quæstio. 115. D. de verb. signif. capio autem est acquisitio, vt in l. aliud est capere. 71. D. eod & in l. bonæ fidei. 48. io princip. D. de acquir. rer. dom. adeo vt vsucapere, nihil aliud sit, quàm possidendo acquirere. II. Vsucapio requirit huius possessionis continuationem: quia tempus vsucapionis continuum est, D. de vsurpat. & vsucap. l. numquam. 31. §. 1. III. Requirit, vt tanto tempore possideatur, quantum lex vsucapientibus præscribit, id est, triennio in rebus mobilibus, decennio inter præsentes, aut viginti anni inter absentes in rebus immobilibus, infr. de vsucap. transfor. l. vnic. Hæc sunt vsucapionis requisita, ex quibus acceptæ sunt differentiæ, quæ in definitione positæ fuerunt: Sunt tamen & alia quædam requisita, quæ non expresse, sed τῇ δυνάμει. i. vi & potestate in ea definitione continentur, nempe vt res possit vsucapi, veluti ne sit furtiua, aut vi possessa, Inst. de vscap. §. furtiuæ. & iusta causa seu titulus possessionis, Instit. eod. §. error. & bona fides vsucapientis, Instit. eod. in princ. & interdum scientia domini, cuius res vsucapi-
2 tur, Nou. 119. cap. 7. ¶ Bono autem publico vsucapio introducta est, ne rerum dominia semper essent in incerto, & vt aliquis esset litium finis, D. de vsurp. & vsucap. l. 1. & Instit. eod. in princip. & D. pro suo
l.vltim. in princip. ¶ Porrò duplex est vsucapionis 3
diuisio. Nam habita ratione rerum, quæ vsucapiuntur, & temporis, quo vsucapitur, alia est vsucapio propriè dicta, quæ est rerum mobilium, ac triennio perficitur; alia loogi temporis possassio, seu longi temporis præscriptio, quæ decem annis inter præsentes, viginti inter absentes absoluitur, infr. de vsucap. transfor. l. vnic. & Instit. de vsucap. in princip. Ratione autem tituli seu causæ possidendi alia dicitur vsucapio pro herede, alia pro emptore, alia pro donato, &c. ex qua diuisione tam in Digestis quàm in Codice sumuntur varij tituli ad vsucapiones pertinentes.

¶ Hic titulus duas causas declarat, nimirum pro 4
emptore, & pro transactione: quocirca duæ sunt eius
partes. ¶ Prior pars de vsucapione pro emptore 5
duobus capitibus constat, quorum alterum est de vsucapione propriè dicta, alterum de longi temporis pos-
sessione. ¶ Prius caput diuiditur in tria segmenta. 6

¶ In primo segmento de re, quæ vsucapitur, dissol 7
uuntur quatuor quæstiones. ¶ Primo quæritur, an 8
res furtiua possit vsucapi. Respondetur, non posse, quandiu furtiua est: sed tum demum posse cùm vitium purgatum erit, l. 1. 6. & 7. & Instit. de vsucap. § furtiuæ. Vt autem intelligatur, quibus casibus res fiat furtiua, & quibus modis vitium purgetur, distinctio adhibenda est: aut enim furtum fit domino, aut surripitur creditori bypotheca, vel pignus. Hypothecæ & pignoris vocabula io præsentia propriè accipio; vt dicatur hypotheca, cuius possessio ad creditorem non transfertur; pignus autem, quod traditur creditori, D. de pigner. act. l. si rem alienam. 9. §. propriè. Primo casu res non potest vsucapi, donec in potestatem domini reuertatur, atque ita vitium purgetur, & res furtiua esse desinat, l. 7. quare dominus interim potest eam vindicare, l. 1. etiam à bonæ fidei possessore, d. l. 7. Secundo casu furtum fieri dicitur, cùm ipse dominus, qui rem obligauit, eam vendit, D. de furt. l. si is qui rem 66. in prin. non potest igitur vsucapi, quia est furtiua, l. 6. nisi vitium purgatum sit, id est, nisi in potestatem domini reuersa fuerit, arg. l. 4. §. si rem. D. de vsurp. & vsucap. Tertius casus est bipertitus; quia vel ipse dominus qui pignori dedit, vel extraneus rem creditori surripit. Si dominus rem auferat, furtum quidem facit; sed vitium illicò purgatur, cùm res sit in domini potestate, proinde vsucapi poterit, d. l. 4. § si rem. & D. pro emptore, l. 5. Quòd si extraneus creditori pignus surripiat, certum quidem est, rem fieri furtiuam, nec posse ante vitium purgatum vsucapi: sed purgatur, non solùm si in domini, sed etiam si in creditoris potestatem res redierit, D. de vsurp. & vsucap. l. vltim. vbi pro *dederis*, omnino puto legendū, *dederit*, & ex proximo repetendum *dominus*: vt sensus sit, dominū rem pignori dedisse, & alium eandum rem creditori surripuisse. Quod si legamus *dederis*, ponendum erit eundem pignori dedisse, & surripuisse. Hic si dominus sit, malè Paulus dicet eam rem posse vsucapi, cum in potestatem creditoris redierit, quia iam probaui eam posse vsucapi, etiam priúsquam in potestatem creditoris reuertatur: propterea quòd, licèt sit furtiua, tamen cùm sit in domini potestate, statim furtiua esse desinit. Ne dicas hanc legem in eo domino obtinere, qui rem suam alienare prohibetur, vt quidam malè probare nituntur ex l. si ab eo. 12. D. eod & ex l. 2. §. si à pupillo, & § seq. D. pro empt. malè enim has leges accipiunt, quasi loquantur de rebus in eius dominio constitutis, qui alienare prohibetur: nam reuera loquuntur de rebus alienis, alioquin vsucapienem non permitterent; quia lex rem alienare prohibens, simul

vsucap-

vſucapi prohibet,D.de fun.dot.l.ſi fundum. 16. in pr. Sanè, ſi in dicto §. ſi à pupillo. ageretur de re pupilli, malè vſucapio admitteretur contra l.bonæ fidei.48. in princ.D.de acquir rer.dom.Si verò hic,qui pignori dedit,& ſurripuit,non ſit dominus,pignus non tenet, D. de pign.l.& quæ.15.§.1. Quare cùm creditor in ea re nihil iuris habeat, non videtur rectè dici vitium purgari,cùm res in poteſtatem creditoris redierit,ſed potiùs dicendum, cùm rediit in domini poteſtatem. Nec ad rem facit,quòd cùm nõ dominus rem pignori dat, actio pignetatitia perſonalis naſcitur,D.de pigner.act. l.ſi rem alienam.9.in princ.l.ſi pignore.12.§.ſi prædo. quia non propterea creditor habet ius in re.

9 ¶ Secundò quæritur,an partus ancillæ furtiuæ poſſit vſucapi. Hæc quæſtio per diſtinctionem ſoluenda eſt. Aut enim ancilla prægnans ſurrepta fuit, aut partus conceptus eſt apud furem,aut apud bonæ fidei poſſeſſorem. Primo & ſecundo caſu partus eſt furtiuus,nec poteſt vſucapi,antequàm vitium purgetur,id eſt,antequam res in poteſtatem domini reuertatur.Nec refert, vtrùm apud ipſum furem, an apud bonæ fidei emptorem partus editus ſit, ſupr. de furt.l.ancillæ.12.& D. eod.l.qui vas.48.§.ancilla.Tertio caſu,quo ancilla furtiua apud bonæ fidei poſſeſſorem concepit & peperit, partus furtiuus non eſt,idcirco vſucapi poteſt,l.3.nam ex qua cauſa matrem vſucaperemus, ſi furtiua non eſſet, ex ea cauſa partum vſucapimus, ſi furtiuã eſſe matrem ignoremus, D.de Publ. in rem act.l.ſi ego.11.§. idem Iulianus.& de vſurp.& vſucap.l.non ſolùm.33.in princ.vſucapimus,inquam, pro ſuo,D.pro ſuo, l. 4. in princ.

10 ¶ Huius regulæ traduntur qoatuor exceptiones in l.4.D.de vſurp.& vſucap. I. Niſi hic bonæ fidei poſſeſſor ſit heres furis: cùm enim heres in vitia defuncti ſuccedat,infr.de acquir.poſſeſſ.l.pen.& D.de Public.in rem act.l.ſi ego.11.§.partus.vſucapere nequit, non ſolùm ſi ancilla apud furem concepit,& apud ipſum heredem furti ignarum peperit, ſed etiam ſi apud ipſum heredem,cui de furto nihil conſtabat, concepit & peperit,d.l.4.§.heres.Quia tamen hic partus non eſt furtiuus;idcirco ſi heres eum diſtraxit, emptor eum vſucapere poterit ex ſententia Scæuolæ relata ab Vlpiano in l.ſi aliena.10.§.vlt.D.eod. quæ tamen ſententia non obtinet in partu apud furem concepto, vt ſup.oſtendi, ſed tantùm in concepto & edito apud furis heredem furti ignarum. II. Niſi filius,vel ſeruus alienam ancillam ſurripuerit,& patri vel domino dederit: hic enim partum apud ſe conceptum & editum nequit vſucapere:quia mala fides ſerui nocet domino,& mala fides filij nocet patri, d. l.[4.§. de illo.& D.eod.l.heres eius. 43.§.1.III. Niſi antequam ancilla pariat, poſſeſſor aliunde reſciſcat matrem eſſe furtiuam, d.l.4.§.ſi antequàm,d.l.non ſolùm,in princ.Secundum hanc expoſitionem Accurſius rectè intepretatur §. ſed etſi vt ſeruum,d.l.4 quamquam hoc non exprimitur in contextu,niſi vltima verba huius §.repetantur in §.ſeq. ita vt hunc §.claudant, & ſequentem inchoent: quod mihi verò ſimillimum videtur. probabile namque eſt, hìc accidiſſe, quod ſæpe contingere ſolet, vt verba ab auctore duplicata, ſcriptor per incuriam ſemel tantùm deſcripſerit. Porrò hæc exceptio debet accipi cum limitatione, vt ita demum ſcientia poſſeſſori noceat, ſi dominum ancillæ,cùm poſſet, certiorem non fecerit: quia ſiue certiorem fecit,ſiue facere nõ potuit, quamuis matrem eſſe furtiuam poſtea reſciſcat,nihilominùs tamen partum vſucapit,D.pro ſuo,l.4.in princ.

11 ¶ Quæ de partu ancillæ diximus,non omnia in fructibus obtinent: nam fructus rei quamuis furtiuæ,fit ſtatim bonæ fidei poſſeſſoris, vt vſucapione opus non ſit,d.l.4.§.lana.& D.de acquir.rer.dom.l.bonę fidei.48. §.vlt.niſi poſſeſſor ſit heres furis:quia heres(vt tam dixi)ſuccedit in vitia defuncti;proinde nec fit ſtatim dominus,nec vſucapit. Aduerſus hanc ſententiam videtur facere,quod ſcribit Vlpianus in d. l. qui vas. §. ancilla.idem obtinere in pecudibus, & pecudum fœtu, quod in ancilla & partu ancillæ.Reſpondeo partum & fœtum conſiderari, vel vt rem principalem, vt cùm quis partum ancillę,aut fœtum pecoris emit;vel vt acceſſionem,vt cùm quis emit ancillam,vel pecudem, & inde percipit partum ſeu fœtum:rurſus ſeparatas quæſtiones eſſe,an partus vel fœtus poſſit vſucapi,& à quo poſſit vſucapi.His duabus diſtinctionibus poſitis,dico Vlpianum ſpectare partum & fœtum per ſe,vt ſunt res principales, & reſpicere ad quæſtionem, an vſucapi poſſint:rectè igitur ait hęc poſſe vſucapi,& nullum eſſe diſcrimen,quod ad hoc,inter partum & fœtum pecoris;quia nec partus nec fœtus furtiuus eſt.Nos verò locuti modò ſumus de fructib.quatenus ſunt rei acceſſiones, dum diximus eum qui bona fide rem poſſidet, fructus eius lucrari: & reſpicientes ad poſteriorem quæſtionem dicimus fructus non vſucapi à bonæ fidei poſſeſſore, quem diximus fructus lucrari, ex re bona fide poſſeſſa perceptos, ſed ab aliquo alio,qui hos fructus bona fide emerit, alióve iuſto titulo acceperit. Rurſus nobis contradicit Marcellus relatus à Scæuola,& ab Vlpiano in d.l.ſi aliena. §. vlt.nam ex Marcelli ſententia iuuencus apud heredem furis conceptus & natus,& ab eo diſtractus,vſucapi non poteſt. Reſpondeo,hanc ſententiam tantùm referri,non probari: ſtatim enim ſubiicitur ſententia Scæuolæ, quæ præualuit.

¶ Tertiò quæritur, an res vſucapi poſſit, quam teſtator alienari prohibuit, ſeu quam heredibus ſeruari iuſſit,ſi furiè heredes tutorum vendiderint & tradiderint bona fide accipiẽti. Hoc caſu ſupponimus emptorem non fieri dominum, licèt rem à tutore bona fide emerit, & acceperit:quia venditio contra voluntatem & prohibitionem teſtatoris facta eſt:quæ quidem voluntas valet, quia non eſt nudum præceptum, ſed eſt prohibitio facta in gratiam heredum, quibus teſtator res ſeruari iuſſit,D.de lega.j.l.filiusfamiliàs. 114.§.Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt eos qui teſtamento.& de lega.iij.l.pater.38.§.Iulius,& l.Lucius,93. in princ.quod enim tutori permiſſum eſt,vt res pupilli alienet;ſicut non habet locum in rebus,quas lex alienari prohibet,C.eo.l.vlt.ita etiam in rebus,quas teſtator alienari prohibuit: & quod dicitur, tutorem pro domino haberi,D.eo.l.tutor qui.17.& de fur. l. interdum.56.§. qui tutelam.tunc obtinet, cùm tutor rectè adminiſtrat,non cùm pupillum ſpoliat, ſupr. de adminiſtr.tut.l.non omni. 16. & D.eo.l.tutor ad vtilitatem. 12 22.Quoniam igitur emptor non fit dominus, meritò quæritur, an ſaltem rem vſucapiat. Quod prima facie dicendum videbatur: quia ſi tutor loco domini haberetur,emptor ſtatim fieret dominus,Inſtit.de rer.diuiſ. §.per traditionem: ergo cùm tutor habeatur pro non domino, conſeqoens eſt, vt bonæ fidei emptor rem vſucapiat,Inſt.de vſucap.in princ. Contrarium tamen reſpondetur, l. 2.quia res pupillares vſucapi non poſſunt,D.de acquir. rer.dom. l. bonæ fidei. 48. in princ. præſertim cùm teſtator alienari prohibuit: nam qui alienari prohibet,etiam vſucapi prohibet, D. de fun. dot.l.ſi fundum.16.

¶ Quartò quæritur,ſi quis rem à pupillo ſine tutoris auctoritate emerit, an poſſit vſucapere; quia hoc etiam caſu certi iuris eſt emptorem non fieri ſtatim dominum, cùm pupillus ſine tutore res ſuas alienare non poſsit, Inſtit.quib.alien.licèt vel non. §. nunc admonẽdi. Quęritur ergo,an res vſucapiatur.Reſpondetur,non vſucapi,l.vlt.tunc enim vſucapimus,cùm rem 13

à non domino bona fide accepimus, id eſt, exiſtimantes eum eſſe dominum, Inſt.de vſucap.in princ.oó cùm accepimus à domino, qui rem ſuam alienare nequit.
14 Hactenus de re, quæ vſucapitur. ¶ Secundum ſegmentum eſt de bona fide: quæ quidem, ſi agatur de re immobili, requiritur tantùm in emptore, non in venditore, Inſt.de vſucap.§.quod autem. Si verò de re mobili, vt de ancilla, requiritur in vtroque contrahente, l.5.§.1. Vbi ſecundum vulgatam lectiooem, quæ habet, *longi temporis ſpatio*, longi tẽporis appellatio tribuitur trienio: quia res mobiles trienoio vſucapi conſtat, inſt. de vſucap.transfor.l.vn.§.cùm autem. & Inſtit.de vſucap. in princ. Quare cùm alibi longum tempus ſit decem aut viginti annorum, inſt.tit.33.& Inſt.d.pr. non malè verbum *longi*, à manuſcriptis Codicibus abeſſe videtur. Dictæ autem differentiæ ratio eſt: quia qui mala fide rem mobilem alienam vendit, furtum facit: vnde res, tamquam furtiua, non poteſt vſucapi, Inſt.de vſucap.§.furtiuæ, & §. vnde. res autem immobiles in
15 furtum non cadunt, d. §. quod autem. ¶ Nota bonam fidem requiri tempore emptionis contractæ, & tempore traditionis, quamuis in aliis cauſis ſpectetur dumtaxat tempus traditionis, D. pro emptore, l.2. in princ. Sed mala fides ſuperueniens, iure ciuili non officit vſucapioni, d.l. vn. §. hoc tantummodò. & D. de acquir. rer. dom. l. bonæ fidei. 48, §. 1. iure autem canonico vſucapionem interrumpit, extr. de præſcript.cap.
16 vlt. ¶ Tertium ſegmentum eſt de conſenſu, vel diſſenſu, vel ignorantia domini rei venditæ: ſupponimus enim rem eſſe venditam à non domino, Inſt.de vſucap. in princ.quare huic venditioni interdum domini conſenſus, interdum diſſenſus, interdum ignorantia accidit. Primo caſu, cùm dominus venditioni conſenſit, non eſt opus vſucapione, quia ſtatim emptor per traditionem fit dominus, cùm nihil interſit, vtrùm dominus rem vendat & tradat, an eius voluntate alius, D. de acquir. rer. domin. l. qua ratione. 9. §. nihil. & Inſt. de rer. diuiſ. §. nihil. Sed etſi dominus tantùm venditioni, non etiam traditioni expreſsè conſenſerit, nihilominùs emptor aduerſus dominum rem vindicantem, ſe tueri poterit, nec refert, ab initio dominus rem vendendam mandauerit, D.de except.rei vend. & trad.l.1.§.ſi quis rem meam.an tẽpore contractus conſenſerit, infr.de euiction.l.exceptione.11.an poſtea ratum habuerit, l.4 in princ.tantùm excipitur, niſi ante rei traditionem dominus pœnitentia ductus rem tradi vetuerit, d.l.1.§.ſi quis rem meã. Secundo caſu, cùm quis rem alienam mobilem (quia hoc capite de rebus mobilibus agimus, dicturi ſequenti, quantum ad hunc titulum ſpectat, de rebus immobilibus) contra domini voluntatem vendit, ſiquidem ſciens vendat, furtum committit: res igitur fit furtiua, nec ab emptore licèt bonæ fidei poteſt vſucapi, antequam vitium purgetur, id eſt, antequã res in domini poteſtatem reuertatur, l.7. & Inſt.de vſucap.§.furtiuæ, §.vnde.&§.aliquando. At ſi venditor ſe eſſe dominũ, vel voluntate domini vẽdere exiſtimet, ſine dubio furtum non facit, cùm furtum ſine affectu furandi non committatur: proinde res à bonæ fidei emptore poterit vſucapi, D. eo.l. poteſt.36. & Inſt.eod.§.ſed tamen. & de obligat. quæ ex delic. §. placuit. Tertij caſus eadem eſt ratio: quia quiſquis rem alienam mobilem ſciens vendit, furtum committit, d. §.furtiuæ.niſi vel domini conſenſum habeat, vel domi-
17 num, ſi ſciat, conſenſurum putet. dictis iurib. ¶ Quartum ſegmentum eſt de effectu vſucapionis. Effectus eſt, vt is, qui vſucapit, rei dominiũ acquirat, D. de acq. rer.domin. l. acquiruntur. 10. §. vlt. & de vſurpat. & vſucap. l. 3. & Inſt. eod. in princ. & per quas perſon. nob. acquir. §. de his autem. verſ. ſed bonæ. Cui conſequens eſt, vt prior dominus dominium amittat, quia duo einſdem rei in ſolidum domini eſſe nequeunt, D. commoda.l.5.§.vlt. Ergo rei vindicatio, quæ ante vſucapionem perfectam priori domino competebat, vſucapione completa ei non datur: adeo vt is qui vſucepit, exceptionis ope non egeat, ſed ipſo iure tutus ſit. Hucuſque de vſucapione rerum mobilium.

¶ Poſterius tituli caput eſt de longi temporis poſ- 18
ſeſſione, qua res immobiles vſucapiuntur. In has non cadit vitium furti, ſed tantùm violentæ poſſeſſionis. Quapropter non ſolùm qui vi poſſidet, ſed etiam qui ab eo bona fide emit, vſucapere nequit, propter vitiũ, qood eſt in re, d.§.furtiuæ. Item is, qui mala fide ſine vi poſſidet, vſucapere propter malam fidem non poteſt, ſed nihil obſtat, quò minùs ille, qui ab hoc bona fide emit, vſucapiat, Inſt.eod.§.qood autem.dummodò, dominus noo ſit venditionis ignarus: alioquin bonæ fidei poſſeſſor rem longo tempore nõ vſucapit, ſed tantùm longiſſimi temporis exceptione ſe tueri poteſt, Nou. 119.cap.7. Quæ de toto prædio dixi, eadem obtinent in parte prædij: quoniam totius & partis eadem eſt ratio, D.de rei vindic. l. quæ de tota. 76. in princ. Finge igitur malæ fidei poſſeſſorem vẽdere partẽ fundi: ipſe quidẽ partem, quã retinet, omnimodò cum omnibus fructibus domino reſtituere tenetur, & eo nomine rei vindicatione conueniri poteſt, l. 5. & ſupr.de rei vind. l.certum, 22, Quod verò ad partem venditam & traditam attinet, dominus eam ab emptore vindicare poteſt: quia rei vindicatio datur contra poſſidentem, D. eod.l.officium.9.& l. qui petitorio. 96. niſi bonæ fidei emptor vſucapionem enmpleuerit: cùm enim vſucapio dominium in vſucapientem transferat, vt ſup. docui, rei vindicationem, quæ priori domino competebat, ipſo iure perimit, d.l. 5. Abſoluta eſt prior tituli pars de vſucapione pro emptore.

¶ Ad poſteriorẽ partem, quæ eſt de vſucapione pro 19
tranſactione, pertinet l.pen. vbi tantùm traditur tranſactionem eſſe iuſtam poſsidendi cauſam, ita vt per poſſeſsionem ex hac cauſa res vſucapiatur. Interpretes hanc ſententiam coanguſtant ad rem tranſactionis cauſa traditam, & negant in ea re obtinere, quam quis ante tranſactionem poſsidebat, & vi tranſactionis retinet, moti hoc argomeoto, quòd is, qui trãſigendo patitur rem manere penes aduerſarium, ſi dominus ſit, non trãſfert dominiũ, ſup.de tranſact.l.ſi ſuper.9.l.ſiue apud acta, 28. l. ſi pro fundo. 33. Ergo ſi dominus non ſit, vſucapiendi cõditionem non tribuit. Iohannes (referente Accurſio) hanc conſequentiam negat per l.2.§. ſi à pupillo, D.pro empto.vbi pupillus, qui ſine tutore rem ſuam vendens, non transfert dominium; nihilominùs rem alienam vendens, vſucapiendi cõditionem tribuit. Cuiacius communem ſententiam ſtricto iure veram eſſe putat, ſed benignè vſucapionem tuitione prætoris ſuſtineri cenſet. Mihi nemo rem acu (quod aiunt) tetigiſſe videtur. Diſtinguendum verò arbitror inter rem, de qua trãſigitur; & rem, qua tranſigitur. Illa non habetur ex cauſa tranſactionis, & de ea loquuntur leges ſupr.citatæ: hæc autem habetur ex cauſa trãſactionis, ſiue data ſit, ſiue retenta, ſupr. de tranſact.l. tranſactionem. 35. l.tranſactio.38. Quare dicta l.pen. de hac re debet accipi, qua tranſigitur, & in hac vtroque caſu vſucapio procedit, id eſt, ſiue res data ſit, ſiue retenta: quia vtroque caſu dominium acquiritur, ſi is erat dominus, qui tranſactionis cauſa rem dedit, vel retineri paſſus eſt.

Tit. XXVII. De vſucapione pro donato.

I. 2. 3.	*III.* 4. 5.
II. 4.	

Hoc

1 HOc titulo deciduntur quatuor caſus. Aut
enim aliquis rem ſuam donauit: aut alie-
nam bona, vel mala fide donauit: aut
2 falsò creditur donaſſe. ¶ Primo caſu, quo
dominus rem ſuam donauit, non eſt lo-
cus vſucapioni, quia rei dominium confeſtim donata-
rio acquiritur, quandoquidem donatio eſt modus ad-
quirendi dominij, Inſt. de donat. in pr. videlicèt ſi tra-
ditio interuenerit, Inſt. de adquir. rer. domin. §. per tra-
ditionem. Res igitur donatario auferri non poteſt. l. 1.
quia donatio perfecta (de donatione ſimplici loqui-
mur) reuocari nequit, l. vlt. niſi fortè donatarius ſit in-
gratus erga donatorem, infr. de reuoc. donat. l. vlt. &
Inſt. de donat. §. aliæ.
3 ¶ Secundo caſu, quo quis rem alienam bonâ fide
donauit, id eſt, quam putabat ſuam eſſe, res vſucapi
poteſt pro donato, l. 1. niſi quid aliud obſtet, putà mala
4 fides donatarij, vel interruptio poſſeſſionis. ¶ Tertio
caſu, quo non dominus malâ fide donauit, id eſt, ſciens
rem eſſe alienam, ſiquidem ſit res mobilis, vſucapio
non procedit: quia res furtiua facta eſt, l. 2. Quare
bona donatarij fides ei non prodeſt, quò magis vſuca-
piat: ſed ſi res immobilis eſſet, vſucapio procederet,
niſi eſſet vi poſſeſſa: quia furtum in res immobiles non
cadit, Inſt. de vſucap. §. furtiuæ. & §. quod autem.
5 ¶ Quarto caſu, quo res non fuit donata, ſed poſſeſſor
ſibi donatam falsò putat, hic error ei non prodeſt, ne-
que vt ſtatim fiat dominus, neque vt pro donato vſu-
capiat, l. vlt. quia error falſæ cauſæ non patit vſucapio-
nem, D. hoc tit. l. 1 in pr. & de vſurp. & vſucap. l. Cel-
ſus. 27. & Inſt. de vſucap. §. error. niſi iuſta ſit errandi
cauſa. D. pro empt. l. 2. in pr. l. quod vulgò. 11. & pro
ſuo. l. 3. & l. 4. §. vlt.

Tit. XXVIII. De vſucapione pro dote.

1 IVſtiſſimus eſt vſucapionis titulus pro do-
te, D. hoc tit. l. 1. in pr. ſed vt hæc vſucapio
procedat, multa requiruntur. I. Vt matri-
monium conſtet: quia cùm dos ſine matri-
monio eſſe non poſſit, D. de iu. dot. l. 3. neque ſponſa-
liorum tempore vſucapio pro dote procedit, D. hoc tit.
l. 1. §. & primum, neque cùm matrimonium iure non
conſiſtit, d. l. 1. §. pe. & vlt. II. Vt mulier res alienas ma-
rito in dotem dederit: quia cùm ſuas res dat, ſtatim do-
minium ſine vſucapione transfert, Inſt. de rer. diuiſ. §.
per traditionem. III. Vt res ſint inæſtimatæ: alioquin
non vſucapientur pro dote, ſed pro emptore: quia æſti-
matio eſt venditio, D. de iure dot. l. plerumque. 10. §.
inde. & l. quod ſi. 15. adeo vt non res, ſed pretium
dotale ſit, ſup. de rei vxor. actio. l. vn. §. & cùm lex. IV.
Cuiac. requirit, vt ſint res mobiles, motus duplici
argumento; quorum alterum eſt, quia l. vn. h. tit. loqui-
tur de rebus mobilibus: vnde per argumentum à con-
trario ſenſu iudicat, res immobiles non vſucapi. Alte-
rum, quia lex Iulia, quæ alienationem prædij dotalis
prohibuit, etiam ad vſucapionem pertinet, D. de fundo
dot. l. ſi fundum. 16. Ego non dubito, quin contraria
ſentẽtia ſit vera, cùm nihil ſit, quod huiuſmodi vſuca-
pioni iuſtè obiici poſſit. Nã in d. l. vn. ideo ponuntur res
mobiles, quia ita contigit; vt paſſim in legib. Cod. ob-
ſeruare licet: vel quia hac ratione ſpecies magis reddi-
tur dubia: propterea quòd ob furti vitium, quod cadit
in res mobiles, non in res immobiles, difficiliùs admit-
titur vſucapio rerũ mobiliũ, Inſt. de vſucap. §. furtiuæ,
& §. vnde. Lex verò Iulia prohibuit quidem, ne alius
rem mulieris dotalẽ vſucaperet: quia hoc eſſet mulieri
damnoſum: ſed non prohibuit, ne maritus rem alienã
pro dote vſucapiat, quod eſt mulieri vtile: quippe quæ
ſoluto matrimonio hanc rem repeteret, quod facere non
poſſet, niſi res vſucapta eſſet. Præter hæc, alia requirũ-
tur in vſucapione pro dote, quæ omnibus vſucapioni-
bus communia ſunt: veluti, vt res vitio careat, ne for-
tè ſit furtiua, aut vi poſſeſſa; & bona fides vſucapientis,
d. l. vnic. & continuatio poſſeſſionis per totum tempus
lege definitum, D. de vſurp. & vſucap. l. 3.

Tit. XXIX. De vſucapione pro herede.

I. 2. ij.	*III. 2. p. y.*
II. 2. iij.	*IV. 3. j.*

DVo ſunt capita huius tituli. ¶ Priori ca- 1
pite declaratur, quæ res poſſint, vel non 2
poſſint pro herede vſucapi: vbi datur re-
gula, res viuentis non poſſe pro herede
vſucapi, l. 3. Hęc regula producitur, vt ob-
tineat, I. Etiãſi dominus rei abſens habeatur pro mor-
tuo, d. l. 3. & D. eod. l. 1. II. Etiamſi primus poſſeſſor mo-
riatur, quia heres eius non poteſt eandem rem pro he-
rede vſucapere, l. 1. III. Etiamſi dominus mortuus ſit,
& nemo eius hereditatem adierit, ſed ſui heredes exi-
ſtant, qui nondum ſe immiſcuerint, l. 2. quia ſui here-
des ipſo iure exiſtunt, Inſt. de hered. quæ ab inteſta. §.
ſui autem heredes fiunt. proinde iure ciuili verè dici
poſſunt non eſſe res viuẽtium, id eſt, ſuorum heredum,
licèt iure prętorio poſſint abſtinere. Quòd ſi abſtinue-
rint, ex eo tempore vſucapionem prætor tuebitur: quia
prætor abſtinentes ab hereditate, pro heredibus non
habet. ¶ Poſteriori capite quæritur, an poſſeſſio de- 3
functi proſit ſucceſſori, quo citiùs vſucapio perficia-
tur. Reſpondetur prodeſſe: quia poſſeſſio defuncti cõ-
tinuatur cum poſſeſſione heredis, eique accedit, D. de
diu. temp. præſcript. l. de acceſſionib. 14. §. 1. Quod cùm
olim obſeruaretur dumtaxat in poſſeſſione rerum im-
mobilium, à Iuſtiniano productum eſt ad vſucapio-
nem rerum mobilium, infr. de vſucap. transfor. l. vn. §.
hoc tantummodò. & Inſt. de vſucap. §. diutina. Sed vt
hoc obtineat, id eſt, vt poſſeſſio defuncti proſit heredi,
tria requiruntur. I. Vt defunctus iuſto titulo poſſede-
rit: nam poſſeſſio ſine titulo neque poſſidenti prodeſt,
neque eius heredi, l. vltim. Intellige non prodeſſe ad
vſucapiendum: quoniam ad præſcribendum prodeſt,
ſi quidem præſcriptio titulum non requirit, D. ſi ſer-
ui. vindic. l. ſi quis diuturno. 10 in princ. II. Vt defun-
ctus bona fide poſſederit. Cùm enim vſucapio bonam
fidem initio tantùm exigat, D. de acq. rer. domi. l. bonæ
fidei. 48. §. 1. & de vſurp. & vſucap. l. iuſto. 44. §. etſi. me-
ritò bonam fidem requirit in defuncto, à quo inchoa-
tur; non in herede, à quo perficitur, infr. tit. prox. l. vlt.
& D. de vſurp. & vſucap. l. heres. 43. in princ. & Inſt. de
vſucap. §. diutina. Ceterùm vitia defuncti ad ſucceſſo-
res tranſeunt, inſt. de acq. poſſ. l. pe. & D. de diuer. tem-
por. præſcript. l. cùm heres. 11. III. Vt nullus alius me-
dio tempore poſſederit, D. de vſurp. & vſucap. l. poſſeſ-
ſio. 20. Vacuum verò tempus, id eſt, quo nemo poſſe-
dit, ad vſucapionem heredi procedit, D. eod. l. num-
quàm. 31. l. cœptam. 40. & ex quib. cauſ. maior. l. cùm
miles. 30. in princ. quod ſingulari iure receptum eſt, d.
l. iuſto. §. nondum, id eſt, vtilitatis causâ contra ratio-
nem iuris, D. de legib. l. ſingulare. 16.

Tit. XXX. Communia de vſucapionibus.

I. 3.	*III. 4.*
II. 2.	

TRia vſucapionum vitia hic titulus declarat, 1
propter quæ vſucapio non procedit.
¶ Primum vitium eſt, ſi res vſucapi 2
non poſſit: veluti ſi ſit res fiſcalis. Adeo
namque verum eſt, rem fiſcalem non poſſe vſucapi,

vt nec partus ancillæ fiſcalis vſucapiatur, l. 2. quia partus ventrem ſequitur, adeo vt dominus ancillæ ſit etiã
3 dominus partus, ſupr. de rei vindic. l. 7. ¶ Secundum vitium eſt, ſi is, qui vult vſucapere non poſſideat; quia ſine poſſeſſione non eſt vſucapio, D. de vſurp. & vſuc. l. ſine. 25. Quare conductor, cùm tantùm rem teneat, nec ſibi, ſed domino poſſideat, rem vſucapere nequit,
4 l. 1. ¶ Tertium vitium eſt mala fides primi poſſeſſoris, quæ quidem impedit vſucapionem, etiamſi heres eius bona fide poſſeſſionem continuet, quia bona fides initio vſucapionis requiritur, vt in calce ſuperioris tituli docui.

Tit. XXXI. De vſucapione transformanda, & de ſublata differentia rerum mancipi & nec mancipi.

1 HIc titulus eſt pars ſuperioris: omnibus enim vſucapiendi titulis eſt communis.
2 ¶ Diuiditur in duas præcipuas partes.
3 ¶ Prior pars eſt de vſucapione transformanda. Nam Iuſtinianus conſtitutione ſub hoc tit. poſita vſucapionem rerum immobilium duobus modis, mobilium tribus modis transformat. Rerum immobilium appellatione ait ſe intelligere, non ſolùm res verè immobiles, vt prædia ruſtica, & vrbana; ſed etiam quæ intelliguntur eſſe immobiles, id eſt, quæ habentur pro immobilibus, nimirum eas, quæ immobilibus accedunt: quales ſunt annui reditus, ſupr. de ſecund. nupt. l. 6. §. his illud. & ſeruitutes, ſup. de ſeru. & aqua. l. pe. quæ ſeruitutes quatenus vſucapiantur, expoſui Centur. 3. q.
4 53. ¶ Quod ad res immobiles attinet, I. Olim tantummodò in Italia & ſolo Italico vſucapi poterant: ſed hodie ex Iuſtiniani conſtitutione vbique locorum vſucapi poſſuot. Cur autem prædia prouincialia olim non vſucapiebantur? An vt certior eſſet exactio ſtipendij, vel tributi, quod à poſſeſſore penditur? alia namque dicebantur ſtipendiaria, quæ modicũ ſtipendium populo Romano pendebant: alia tributaria, quæ grauius tributũ Imperatori præſtabant, Theoph. in §. per traditionem, Inſt. de rer. diuiſ. II. Hæ res olim biẽnio vſucapiebantur: hodie ex hac conſtitutione inter præſentes decennio, inter abſentes vicennio vſucapiuntur, d. l. vn. in pr. Quomodò autem præſentes, vel abſentes intelligantur, inf. declarabitur in l. vlt. de lon.
5 tem. præſcript. ¶ In rebus mobilibus tria reformata ſunt. I. Hæ res olim tam in prouinciis, quàm in Italia anni ſpatio vſucapiebantur: Iuſtinianus autem in locũ anni ſubſtituit triennium, d. l. vn. §. 1. II. In vſucapiente bona fides toto vſucapioois tempore requirebatur, etſi in rebus immobilibus ſufficiebat ab initio bonam fidem habuiſſe. Differentiæ rationem eſſe puto: quia mala fides ſuperueniens facit, vt res tanquam furtiua nõ poſſit vſucapi: ſcimus autem res immobiles in furtum non cadere, Inſt. de vſucap. §. furtiuæ. & §. quod autem. Sed ex Iuſtiniani conſtitutione, exemplo rerum immobilium, etiam in rebus mobilibus bona fides tãtùm ab initio requiritur. Iure autem canonico in omni vſucapione & præſcriptione hoc obtinet, vt bona fides toto vſucapionis vel præſcriptionis tempore ſit neceſſaria, extr. de præſcript. c. vlt. III. Tempus, quo auctor poſſedit, cuicumque ſucceſſori prodeſt; ſiue in ius, vt heres, ſiue io rem titulo oneroſo, vt emptor, vel lucratiuo, vt donatarius ſucceſſerit: quia poſſeſſio auctoris accedit poſſeſſioni ſucceſſoris, & tempora continuantur, ſiue bonam ſiue malam fidem ſucceſſor habeat, dummodò bonam fidem auctor habuerit, quod olim tantùm in rebus immobilibus, hodie etiam in rebus mobilibus locum habet, d. l. vnic. §. pen. & Inſt. de vſucap. §. diutina. Hæc dicta ſiot de prima tituli parte.

¶ Sequitur ſecunda pars de ſublata differentia re- 6
rum mancipi, & nec mancipi. Sciendum eſt, duos fuiſſe apud veteres rerum alienandarum modos, alienationem propriè dictam, & abalienationem, qui multis modis inter ſe differebant. I. Abalienatio fiebat ſolùm ioter ciues Romanos, nec conueniebat peregrinis, niſi quibus ius commercij conceſſum erat: alienatio verò ciuibus Romanis, & peregrinis omnibus communis erat. II. Abalienatio fiebat per æs & libram, vel in iure ceſſione: alienatio autem perficiebatur ſimpliri traditione. Abalienatio, quæ fiebat per æs & libram, dicebatur mancipatio: cuius ſolemnitas appellatur nexus, videlicèt cùm quinque teſtibus præſentibus, & libripende libram tenente, is, qui rem accipiebat, ære libram percutiebat: idque erat loco pretij. Quocirca non probo, quod ſcribit Cuiacius, nexum aut eſſe idem quod mancipium, aut differre à mancipio vt genus à ſpecie: verius enim eſt, nexum eſſe formam emancipationis, quæ dicebarur nexu fieri. In iure autem ceſſio coram prætore vel præſide fiebat, eo, cui cedebatur, rem ſolemnibus verbis viodicante: eo verò, qui cedebat, ad magiſtratus interrogationem, num contrà vindicare vellet, vel tacente, vel ſe vindicare negante. III. Mancipatio erat rerum mancipi: alienatio rerum nec mancipi: vſucapio, & io iure ceſſio tam rerũ maocipi, quàm nec mancipi, præterquam quòd prædia prouincialia vſucapi non poterant. Res mancipi erant, quæ non ſolùm in iure cedi, ſed etiam mancipari poterãt: nimirum prædia Italica, tam ruſtica, quàm vrbana: ſeruitutes ruſticæ, mancipia: quadrupedes, quæ dorſo, collóve domãtur, vt boues, equi, muli, aſini, niſi eſſent feræ beſtiæ, vt cameli, & elephãti. Ceteræ dicebantur res nec mancipi. IV. Abalienatio tribuebat dominiũ iure Quiritiũ: alienatio dominium iure gentium: cuius ratione dicebatur quis rem in bonis habere. Vide Vlp. tit. de dom. & acquiſ. rer. Cic. in Topicis, & ibi Boëtium, Feſtum in verbo *nexum*, Theoph. in §. per traditionem, Inſt. de rer. diuiſ. Hæc omnia ab aula receſſerunt. nam Iuſtinianus differentiam inter dominium iure Quiritium, & dominium iure gentium ſuſtulit, abrogato nudo dominio iuris Quiritium, ſup. de nudo iu. Quirit. toll. l. vn. vt ipſe quoq. refert, h. tit. l. vo. in princ. diſcrimen verò rerum mancipi, & nec mancipi tollit h. l. vn. in fi.

Tit. XXXII. De acquirenda, & retinenda poſſeſſione.

SVperioribus titulis actum eſt de dominio: 1
deinceps agitur de poſſeſſione, quam Cuiacios rectè ab Aelio Gallo definiri putat, vt poſſeſſio dicatur eſſe vſus agri vel ædificij. Verùm hæc definitio cùm obſcuritatis & homonymiæ vitio laborat contra præceptum Ariſtotelis Topic. lib. 6. cap. 2. (verbum enim *vſus* aliter accipitur in tit. de vſu & habitatione, aliter io verbo vſucapio, atque hæc poſterior ſignificatio, quamuis rariùs occurrat, tamen ſine dubio debet accipi in hac definitione) tum etiam imperfecta eſt: quia non omnes res comprehendit, quæ poſſideri poſſunt, ſed tantùm res immobiles; quãuis certi iuris ſit omnes res corporales poſſe poſſideri, ſiue ſint mobiles, ſiue Immobiles, dummodò ſint in commercio, vt mox notabo. Præterea ſiquis Aelij verba à Feſto relata in verbo *poſſeſſiones*, expendat, facilè intelliget Aelium poſſeſſionem non definire, ſed diſtin-

guere

guere à rebus possessis, vt ab agris, & ædificiis: quia
possessio agri non est ager, sed est vsus agri: & posses-
sio ædificij non est ædificium, sed est vsus ædificij. Si-
milis distinctio est apud Iauolenum in l. quæstio. 115.
D. de verb. signif. Rectiùs possessio à Theophilo in
princ.tit. de interdictis definitur detentio rei corpora-
lis, quæ quidem definitio constat ex materia & forma:
nam detentio est forma: res corporalis, est materia, id
est, res quæ possidetur. Dico rectiùs pro genere sumi
detentionem, quàm vsum, non alia ratione, quàm vt
definitio sit magis perspicua. Dicitur autem esse de-
tentio rei corporalis, quia solæ res corporales possi-
dentur, si propriè loqui velimus, D. h.t.l.3.in princ.res
autem incorporales, vt seruitutes, non dicuntur pro-
priè possideri, sed quasi possideri, D. de seruit. præd.
vrban.l.si ædes. 32. §. libertas. Nondum tamen defini-
tio perfecta est: quia non omnes res corporales possi-
deri possunt, sed eæ tantùm, quæ sunt in commercio:
proinde nec hominem liberum possidere possumus,
D.h.t.l.cùm heredes.22.§.vlt.nec rem sacram, vel reli-
giosam, D.eo.l.qui vniuersas.30.§.1.Perfecta igitur erit
definitio, si hæc particula addatur, ita vt possessio de-
finiatur detentio rei corporalis, quæ est in commercio.
2 ¶ Diuisiones autem possessionis, quarũ cognitio & ex-
positio ad hunc ti.pertinét, posteriùs à me exponentur.
3 ¶ Porrò huius tituli duæ sunt perspicuæ partes: prior
de possessione acquirenda: posterior de possessione
amittenda, vel retinenda: nam, quia contrariorum ea-
dem est scientia, retentio & omissio possessionis simul
considerantur: nec refert, vtrùm proponatur agendum
de possessione retinenda, vt hîc, an de amittenda, vt in
rubrica Digestorum, quæ huic nostræ rubricæ respon-
4 det. ¶ In priori parte dissoluuntur quinque quæstio-
5 nes. ¶ Primò quæritur, quæ possessio acquiratur.
Hîc traditur duplex possessionis diuisio, I. Alia est ci-
uilis, alia naturalis, l.nemo.10.& D.pro hered. l. 2. §. 1.
& de vi & vi arma.l.1.§.deiicitur.& de verb.oblig.l.sti-
pulatio ista.38.§.hæc quoque.quę quidem possessiones
inter se distinguuntur, vt ius, & factum; siue vt animus,
& corpus: quia possessio naturalis consistit in facto, D.
h.t.l.3.§.Neratius.& l.possessionem.29.siue in corpore,
d.l.nemo.d.l.possessionem.id est, in corporali rei deten-
tione, quæ etiam naturalis detentio dicitur, D.eod.l.1.
in pr. vnde vocatur etiam possessio corporalis, D.eod.
l.si id quod.25.§.vlt.ciuilis autem possessio consistit in
iure, d.l.nemo.siue in animo, d.l.si id quod.§.vlt.&D.de
vi & vi arma.l.1.§.siue autem.& §.eum qui.id est, cùm
quis iure dominij, siue animo & opinione domini pos-
sidet, supr.de furt.l.pen.vers.cùm igitur. & D.de noxal.
act.l.si seruus depositus. 22.§.1. II.Alia est possessio le-
gitima, alia non legitima, d.l. nemo. alibi dicitur iusta,
vel iniusta, D.h.t.l.3.§.ex contrario.& vti possidetis, l.2.
& l.3.in prin. Vt iusta & legitima possessio dicatur, duo
requiruntur. Vnum est, vt sit ex iusta causa, emptionis
puta, vel permutationis, vel pignoris, d.l.3.in princ. Vbi
notandum, duas esse causas iniustas, vim, & clandesti-
nam occupationem: precarium verò aduersus eum qui
concessit, esse possessionem iniustam, D.eod.l.1.§.vlt.&
l.2. aduersus alios esse iustam, d. l. si seruus depositus.
§. 1. Alterum est, vt possessor de iure suo possessionis
non dubitet, id est, non sit ab aliquo super possessione
interpellatus, adeo vt ea possessio sit omnium aduersa-
6 riorum silentio confirmata, d.l.nemo. ¶ Secundò quæ-
ritur, quis possessionem acquirere possit: dubitatur de
infante, & vtilitatis causa benignè receptum est, infan-
tē etiam sine tutore posse acquirere possessioné, nó so-
lùm per seruum, D.eod l.quamuis.32.§.vlt. sed etiá per
semetipsum, l.3. quam decisioné specialiter tantùm in
7 donatione obtinere docui cent. 6. quæst. 94. ¶ Tertiò
quęritur, per quos possessio acquiratur. Respódetur, nos
possessionē acquirere, non solùm per nosmetipsos, sed
etiá per alios: nec solum per personas nostro iuri subie-
ctas, Inst.per quas perso.nob.acq.§.itē nobis.sed etiá ex
re nostra vel ipsorũ operis, per seruos alienos, in quib.
vsumfructũ habemus, necnõ per seruos alienos, & ho-
mines liberos, quos bona fide possidemus, Inst.eod.§.de
his autē.& D.h.t.l.possessio quoq;.49.in pr.quin etiam
per seruum alienum ab alio, vel a nemine possessum, D.
eod.l.si me.34.§.vlt.& per quamcumq; extraneam libe-
ram personá, D.de acq.rer.domin.l.ea quę.53.Ergo nu-
bis possessio acquiritur per procuratorē, vel tutorem,
vel curatorem, l.1.l.per procuratoré.8.& supr.per quas
person.nob.acq.l.1.& D.h.t.l.1.§.per procuratoré.& de
pigner.act.l.solutum.11.§.per liberam.& de vsurpat.&
vsucap.l.si rem.41. itē per negotiorũ gestorem, dũmo-
dò ratum habeamus, D.h.t.l.cõmunis.42.§. 1. & de ne-
got.gest.l.si ego.24.ita vt per hanc possessionē dominiũ
nobis acquirát, si rem à domino accipiát; vel vsucapiē-
di conditionē, si accipiant à non domino, Inst.per quas
perso.nob.acq.§.pe.Hinc in d.l.per procuratoré.dicitur
dominium nobis per hanc possessionē acquiri, si ab eo
separari non possit: quod dictum debet accipi limitate:
nullus enim casus esse videtur, quo dominium nequeat
à possessione separari, quia nihil commune habet do-
minium cum possessione, D.h.t.l.naturaliter.12.§.1.sed
dicitur non posse separari in dicta acquisitione, id est,
cùm procurator nomine mandatoris accipit rē à domi-
no, d.l.1.§.per procuratoré. Sed si procurator rem non
apprehēdat, possessionē domino non acquirit: nec pro-
dest domino anim⁹ possidēdi: quia possessio solo animo
nó acquiritur: sed actionē habet aduersus procuratoré;
qui dolo vel culpa possessionē nõ acquisiuit, l.vlt. Quòd
si rē procuratori meo tradideris meo nomine, id est, vt
ad me rem trāsferres, ille autem suo nomine acceperit:
possessio quidem procuratori, dominiũ autem mihi ac-
quiritur, D.de donat.l. qui mihi.13.& de acq.rer.dom.
l.per seruum.37.§.vlt.Nõ est ignorādũ, possissionē &
dominium nobis acquiri etiam ignorātibus, vsucapio-
nem verò procedere tātùm scientib.l.1.& D.de acq.rer.
dom.l.si procurator.13.& de acquir.poss.l.possessio.49.
§.vlt.& de vsurp.& vsucap.l.si emptá.47.Ergo vt domi-
nus per procuratorem possessionem acquirat, non est
opus, vt sciat rē esse procuratori traditá: necesse tamen
est, vt velit possidere, D.de acquir.rer.dom.l.ea quæ.53.
¶ Quartò quæritur, quomodò possessio acquiratur, vel 8
non acquiratur. Hîc datur quatuor regulæ. I. Nec solo
animo sine corporali apprehensione, nec solo corpore
sine animo possidendi, sed animo simul & corpore ac-
quiritur, l.4.&D.eo.l.3.§.1.l.quemadmodũ.8.II. Acqui-
ritur emptori, si sciēte vēditore in possessione sit, etiásí
in instrumēto venditionis expressum nõ sit rem fuisse
emptori à vēditore traditá: quod quidē obtinet etiam,
cùm per procuratorē res empta sit, l.2.III.Ex solo con-
tractu sine traditione.putà ex causa emptionis, posses-
sio nõ acquiritur: quod adeo verũ est, vt emptor rē sibi
à vēditore non traditá occupans, tāquàm iniustus pos-
sessor nõ possit rē retinere. Multò igitur minùs posses-
sioné retinere potest, qui rem sui debitoris sibi nõ pi-
gneratá occupauit perperá quasi emptor, cùm eam non
emerit, l.nec ex vera.9.IV.Nemo potest sibi causá pos-
sessionis mutare, nisi ex noua causa accedente: proinde
colonus, nisi fundũ emat, nõ potest eum possidere pro
empto, l.5.¶Quintò quæritur, quis sit effect⁹ possessio- 9
nis per aliũ quæsitæ. Per eá interdũ dominiũ, interdum
vsucapiendi conditionē acquiri, supr.exposui, dissoluēs
tertiá quęst.Hęc dicta sint de acquirēda poss. ¶In poste- 10
riori tit.parte de poss. amittēda vel retinēda dātur qua
tuor reg.I.Possessio retinetur solo animo licèt solo ani-
mo sine corporali apprehensione acquiri nõ possit, l.4.
& D.eo.l.3.§.sed etsi.Quare si seru⁹, vel procurator, vel

colonus, vel alius quiſpiam nobis poſſidens, culpa vel
dolo poſſeſſionē reliquerit; domino nihilominùs poſ-
ſeſſionē animo retinebimus,l.vlt. Quæri poteſt,an ſolo
animo poſſeſſio amittatur,id eſt, an, ſicut animo reti-
nendæ poſſeſſionis eam ſine corpore retineo,ita etiam
ſolo animo deſerendæ poſſeſſionis eam perdam. Di-
ſtinguendum eſt;quia vel per noſmetipſos poſſidemus,
vel per alios. Priori caſu poſſeſſionem amittimus vel
ſolo animo,vel etiam corpore,id eſt,animo & corpore,
quare ſi in fundo manens,nolim eum poſſidere,ſtatim
amitto poſſeſſionem: item ſi animo deſerendæ poſſeſ-
ſionis diſcedam,ſimiliter poſſeſſionē amitto, D.h.t.l.3.
§.in amittenda,l.ſi quis vi.17. §.1.l.ſi me.34. in pr.l.pe-
regrè.44.§.vlt.ſed ſi non animo deſerendæ poſſeſſionis
diſcedam,poſſeſſionem(vt dixi)animo retineo. Secun-
dum hæc explicare oportet l.quemadmodum.8.D.eod.
& l.ferè.153.D.de diu.reg.iur.vbi dicitur poſſeſſionem
non amitti niſi animo & corpore, id eſt, non amitti
ſolo corpore,niſi animus deſerendæ poſſeſſionis acce-
dat: ceterùm ſolo animo poſſeſſionem amitti, iam
oſtendi. Poſteriori caſu poſſeſſionem amittere poſſum
ſolo corpore: quia etiam ignorans amitto, ſi colonus,
vel procurator, vel alius, qui mihi poſſidet, poſſeſſio-
nem relinquat; dummodò alius quiſpiam in poſſeſ-
ſionem ingrediatur, d.l.peregrè.§.vlt. ergo etiamſi co-
lonus,vel alius qui in poſſeſſione meo nomine ſit,eam
relinquat, ſi tamen ab alio non occupetur, poſſeſſio-
nem animo retineo ex ſententia Proculi, D. de dolo.
l.cùm quis.31.quam ſentētiam Iuſtinianus probat,l.vlt.
reprobata ſententia Sabini, quem ſecutus eſt Africa-
nus,qui Sabinianus fuit,in l.ſi de eo fundo. 40.§. 1. D.
eod. & Pomponius, qui ad Sabinum ſcribens in l.ſi co-
lonus.31.D.eod.ait,me retinere poſſeſſionem, colono
meo diſcedente, ſi poſſeſſionis non deſerendæ animo
diſceſſerit: atqui ſecundum Proculum & Iuſtinianum,
etiamſi animo deſerendæ diſceſſerit, nihilominùs ani-
mo poſſeſſionem retineo. Quid ſi is, per quem poſſi-
deo, moriatur? Hoc caſu nulla controuerſia fuit inter
veteres Iureconſultos:nam omnes,etiā Sabiniani con-
ceſſerunt poſſeſſionem animo retineri,d.l.ſi de eo.§.1.
quia nec noſtra morte interpolatur noſtra poſſeſſio,
D.ex quib.cauſ.maior. l.cùm miles. 30. in princ. & de
vſurpat.& vſucap.l.numquam. 31.§.pen.l.ceptam. 40.
l.iuſto. 44.§. nondum. II. Qui poſſeſſionem ſine iuſto
titulo improbè occupauit, eam reſtituere cogitur cum
omni cauſa,id eſt,cum omni vtilitate,l.6. III. Qui ne-
que concedente domino, neque alio qui poteſtatem
concedendæ poſſeſſionis habeat,poſſeſſionem occupa-
uit,eam retinere non poteſt,ſed reſtituere compellitur,
l.7.Nec refert,vtrùm rem emerit,an ſe emiſſe ſimulet,
l. nec ex vera.9. IV.Culpa deceſſoris nocet ſucceſſori;
adeo vt ſi vitioſa fuit poſſeſſio defuncti,putà violenta,
vel clandeſtina, etiam heres intelligatur vi aut clam
poſſidere,proinde cogatur poſſeſſionē reſtituere,l.pen.

Tit. XXXIII. De præſcriptione longi temporis.

I. 5. iv.	*VII. 9.*
II. 5.j.iv.y.	*VIII. 3.j.*
III. 9.	*IX. 5.y.sy.7.8.*
IV. 5.iv.	*X. 5.iv.*
V. 3.j.	*XI. 3.y.5.iij.*
VI. 3.j.5.j.	*XII. 5.sy.*

1 CVm dictum ſit de acquirenda & retinenda
poſſeſſione, conſequenter agitur de præ-
ſcriptionibus,quę ex poſſeſſione oriūtur,&
inter has primus locus datur præſcriptioni
longi temporis,id eſt,decem annorum inter præſentes,
viginti inter abſentes: quoniā hæc præſcriptio & cum
vſucapionibus ſupr.expoſitis,& cū pręſcriptionibus,id
eſt, exceptionibus poſteriùs enarrandis affinitatem
habet:ſi quidem alia eſt præſcriptio longi tēporis cum
titulo,quæ eſt ſpecies vſucapionis,id eſt, vſucapio re-
rum immobilium,D.de vſurpat.& vſucap.l.ei à quo.21.
alia ſine titulo,quæ eſt tantùm præſcriptio, non vſuca-
pio,D.ſi ſeruit.vindic.l.ſi quis diuturno.10.in pr. ¶ Duæ 2
ſunt igitur partes huius tituli: prior de præſcriptione
cum titulo,poſterior de præſcriptione ſine titulo. ¶ In 3
priori parte de illa præſcriptione, quam dixi eſſe vſu-
capionis ſpeciem,duo traduntur.I.Hæc præſcriptio re-
quirit verum titulum,id eſt, iuſtam cauſam poſſidendi;
falſus autem titulus non prodeſt poſſeſſori,veluti ſi is,
qui rem vindicat, per errorem permiſerat vt aduerſa-
rius poſſideret, l.5. Item ſi quis poſſideat ex cauſa em-
ptionis dolo malo extortæ, l.6.quia cùm dolus contra-
ctui bonæ fidei,qualis eſt emptio & vēditio,cauſā dat,
cōtractus ipſo iure eſt nullus, D.de dolo.l.7.in pr.Item
ſi quis bona defunctæ mulieris quaſi filius adoptiuus,
proinde quaſi legitimus ſucceſſor poſſideat, l. ſi is. 8.
quia certi iuris eſt, adoptionem à muliere factam non
valere,Inſt.de adop.§.feminæ.II.Nihil intereſt, vtrùm
quis titulo oneroſo,vt emptionis,poſsideat,an lucrati-
uo,vt donationis, l. pen. ¶ In poſteriori tituli parte de 4
præſcriptione ſiue exceptione longi temporis diſſol-
uūtur quatuor quæſtiones. ¶ Primò quæritur,quænam 5
requirantur,vt hæc præſcriptio locum habeat. Requi-
runtur autem quatuor,I.Bona fides ab initio, l.2.& l.6.
quam ita requirit etiam in vſucapionibus; iure autem
Pontificio in omnibus vſucapionibus, & præſcri-
ptionibus non ſolùm ab initio, ſed etiā toto vſucapio-
nis vel præſcriptionis tempore exigi, docui ſupr.ad tit.
de vſucap. pro empt. II. Iuſta poſſeſsio, l. emptor. 9.
III.Longum tēpus,id eſt decēnium inter præſentes,vi-
cenniū inter abſentes,d.l.emptor.& l.pen. & vlt.& infr.
quib.non obiic.long.temp.præſcr.l.pen.Quod quidem
ex Iuſtiniani cōſtitutione obtinet etiam in vſucapione
rerum immobilium, in qua olim biennium ſufficiebat,
ſup.de vſucap.trāsfor.l.vn.& Inſt.de vſucap.in pr.Caue
tamen, propterea putes vnā eſſe longi temporis præſ-
criptionem,quæ hodie titulum requirat: hāc enim ſen-
tentiam mox confutabo. Quomodò autem præſentes,
vel abſentes accipiantur,explicat Imperator in d. l.pen.
vbi docet eos dici præſentes,qui domicilium habent in
eadē prouincia;eos verò abſentes, qui domicilium ha-
bent in diuerſis prouinciis:nec referre,vtrùm res, qui-
buſdē agitur, in eadem, an in alia prouincia ſint.
IV. Continuatio poſſeſsionis ſine interruptione, l. 2.
Interrūpitur enim præſcriptio per litis cōteſtationem,
d. l. 2. & l.nec bona. 10. quod ſecus eſt in vſucapione,
quæ per litem ſuperuenientem non interrumpitur,ſed
nihilominùs perficitur, D.de rei vindic. l. Iulianus.17.
in fin.& l.ſeq.& l.ſi à bonæ fidei.21.& ad exhibēdum,l.
Iulianus.9.§.proinde.& pro empt.l.2. & pro dona. l. 2.
Porrò etſi interpellatus non poteſt ampliùs præſcri-
bere,tamen ſequens poſſeſſor, ſi acceſsione illius tem-
poris,quo prior poſsidebat,non vtatur,præſcribere po-
teſt, videlicèt ſi toto decennio vel vicennio poſsideat,
l.1.Non interrumpitur autem præſcriptio,ſi poſſeſsio à
priori poſſeſſore non interpellato, ad alium tranſeat,
dummodò iuſto aliquo titulo,vt venditionis, donatio-
nis,hereditatis,legati,tranſeat,D.de diu.tempor.præſc.
l.de acceſsionibus.14.& l. ſeq. nam ſi quis à priori poſ-
ſeſſore derelictam poſſeſsionem occupet, licèt iure in
eius poſſeſsionem ſuccedat,tamen vti nequit acceſsio-
ne eius temporis, quo prior poſſedit; propterea quòd
etſi præſcriptio ſine titulo,id eſt, ſine cauſa poſsidendi
currit,tamē ſine titulo,id eſt,ſine cauſa ſucceſsionis nō
continuatur in perſona ſucceſſoris, atque hic eſt verus
ſenſus l.4. ab interpretibus non animaduerſuſ. ¶ Præ- 6
ter ſuprà dicta,vulgò putāt requiri iuſtum titulū. Quæ
ſententia ſi vera eſſet, nulla eſſet lōgi temporis præſcri-
ptio ab

ptio ab vſucapione rerum immobilium diſtincta. Sed hæc ſententia falſa eſt. Quod vt liquidò appareat, notandum eſt inter longi temporis præſcriptionẽ quæ eſt vſucapionis ſpecies, & eam quæ eſt exceptio, non vſucapio, ſex fuiſſe differentias. I. Illa erat tantùm rerum immobilium, Inſtit. de vſucap. in princ. hæc etiam mobilium, D. de diu. temp. præſcr. l. reſcriptis. 9. II. Illa obtinebat tantùm in Italia, hæc etiam in prouinciis, ſup. de vſucap. transfor. l. vnic. & Inſtit. de vſucap. in pr. III. Illa requirebat titulũ, d. princ. hæc procedebat ſine titulo, D. ſi ſeru. vindic. l. ſi quis diuturno. 10. in princ. IV. Illa perficiebatur biennio, Inſtit. de vſucap. in princ. hæc decem annis inter præſentes, viginti inter abſentes, quoniam hoc eſt lõgum tempus. V. Illa non interrumpebatur per litis conteſtationem, hæc verò interrumpebatur, vt paulò ante docui. VI. Illa tribuebat directum rei dominium, & directã rei vindicationem: hæc antiquiſſimo iure tãtùm exceptionem, poſtea vtile dominium, & vtilem rei vindicationẽ, infr. de præſcript. trigin. vel quadrag. annor. l. pen. in princ. & D. ſi ſeru. vindic. d. l. ſi quis diuturno. 10. in princ. Ex his differentiis duas tantum Iuſtinianus ſuſtuliſſe reperitur, illam præſcriptionem immutans, hanc in ſuo ſtatu relinquens: tantùm enim iuſſit vſucapionem rerum immobilium vbique locorum procedere, & lõgo tempore, id eſt, decem, aut viginti annis perfici: reliquæ igitur differentiæ manent incorrectæ, inter quas eſt differentia à titulo ſumpta.
7 ¶ Secũdò quæritur, vtri incumbat onus probandi. Reſpõdetur, reũ probare debere, qui præſcriptionis beneficio aduerſus rẽ vindicantem vti vult, l. emptor. 9. quia reus in exceptione fungitur partib. actoris, & ſubit onus probandi, ſupr. de probat. l. 1. & D. eod. l. ſi pactum. 9.
8 l. quingenta. 12. l. in exceptionib. 19. in princ. ¶ Tertiò quæritur, quando hæc pręſcriptio agenti oppoſita, probari debeat. Reſpondetur, tunc eſſe probandam, cùm actor intentionem ſuam impleuerit, id eſt, probauerit. Quamuis enim ab initio, id eſt, ante litem conteſtatam propoſita ſit, nõ propterea tamẽ neceſſe eſt eam confeſtim probare, ſed ſufficit tunc eſſe propoſitã, vt poſtea probetur, cùm opus erit, id eſt, poſtquàm actor intentionem ſuam probauerit, d. l. emptor. & infr. de except. l. ſi quidem. 9. Caue putes neceſſe eſſe, vt huiuſmodi exceptio proponatur ante litem conteſtatam: quia ſi tunc omiſſa fuerit, poſtea quandocunque proponi poterit, dummodò ante ſententiam definitiuam proponatur: hoc enim regulariter obtinet, quibuſdam caſibus exceptis, quos expoſui in commentario l. exceptionem. 19. ſupr. de probat. Porrò quod in d. l. emptor. dicitur, reum iuſtam poſſeſſionem probare, conſentaneum eſt ei, quod ſupra docui, requiri in præſcriptione iuſtam poſſeſſionem, hoc eſt, quæ non ſit violenta, nec clande-
9 ſtina, nec precaria. ¶ Quartò quæritur, qui ſint huius præſcriptionis effectus. Dicitur reo patrocinari, l. 2. & ſecuritatem parere, etiamſi inſtrumenta amiſerit, l. 7. eum munire, infr. quib. non obiic. long. temp. præſcript. l. 7. & efficere vt ipſe reus abſoluatur, d. l. emptor. qui alias condemnaretur, l. 3.

Tit. XXXIV. In quib. cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio.

I. 2. ij.	*IV. 4. ij.*
II. 3.	*V. 2. j.*
III. 4. ij.	

1 Cauſæ, propter quas ceſſat longi temporis pręſcriptio, ad tria genera referuntur.
2 ¶ In primo genere ſpectatur cauſa, ex qua res ad detinentem peruẽnit: duæ autem eiuſmodi cauſæ conſiderantur. I. Si quis alienum ſeruum, non pro derelicto habitum, ſed ab hoſtibus vulneratum, cùm eum pro libero haberet, ſuis ſumptibus curauit: longi temporis præſcriptione aduerſus dominum vindicantẽ ſe tueri nequit, l. vlt. Seruus autem pro derelicto à domino habitus, vel extra morbi cauſam neglectus, occupari conceditur, D. de ſtipul. ſeru. l. quod ſeruus. 36. Sed ſi dominus ſeruum ægrotantem neglexerit, Iuſtinianus eum ad libertatem perducit, ſup. de Lati. liber. tollen. l. vn. §. ſed ſcimus. & Nou. 22. cap. 12. II. Colonus non poteſt hac præſcriptione vti contra dominum fundi, l. 1. quoniam ab initio naturaliter, non ciuiliter poſſidet, id eſt, ciuiliter non poſſidet ſibi, ſed domino, ſupr. commu. de vſucap. l. 1. & infr. de præſcript. trigin. vel quadr. annor. l. 2. quòd ſi iam ciuiliter ſuo nomine poſſidere velit, cauſam poſſeſſionis ſibi mutare vult, hoc eſt, vult ex naturali poſſeſſione efficere ciuilem: quod ſine noua cauſa facere non poteſt, ſupr. de acquir. poſſeſ. l. 5. & D. eod. l. 3. §. illud. l. qui bona. 19. §. 1. Nota primò, non prodeſſe colono, ſi inſtrumenta, per quæ dominium fundi probari poteſt, per ſe vel per alium ſubtraxerit, d. l. 1. putà inſtrumentum emptionis, vel locationis, vel antapochas, quibus mercedis ſolutio continetur, ſupr. de fide inſtrumen. l. plures. 19. Nota ſecundò regulam illam, quòd nemo cauſam poſſeſſionis ſibi mutare poteſt, obtinere etiam in eo, qui naturaliter poſſidet, vt in colono, vel commodatario: quamuis hoc minùs propriè dicatur: quia ſi ex naturali poſſeſſione ciuilem efficeret, propriè loquẽdo non mutaret cauſam poſſeſſionis, ſed inciperet poſſidere, cùm antea nõ poſſideret, nimirum quia non propriè, id eſt, non ciuiliter poſſidebat, D. de
acquir. poſſeſſ. d. l. 3. §. ſed ſi is. ¶ Secundi generis eſt 3
vſucapio rei immobilis: nam etſi in reb. quoq; mobilib. longi temporis præſcriptio locum habet, D. de diu. temp. præſcript. l. reſcriptis. 9. tamen vbi earum rerum vſucapio procedit, id eſt, cum iuſto titulo poſſidentur, longi temporis præſcriptio ſuperflua eſt, l. 2. tũc igitur hæ res longo tempore præſcribuntur, cùm ſine titulo
poſſidentur, & ita accipere oportet d. l. reſcriptis. ¶ Ad 4
tertium genus referũtur actiones, quæ longi temporis præſcriptionem reſpuũt. Hæ verò ſunt, I. Actiones perſonales, infr. tit. prox. l. 5. II. Actiones mixtæ, vt familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, l. 3. hereditatis petitio, l. 4. & ſupr. de hered. petit. l. 7.

Tit. XXXV. Quib. non obiicitur lõgi tẽporis præſcriptio.

I. 2.	*V. 4.*
II. 2.	*VI. 2.*
III. 2.	*VII. 3.*
IV. 2.	*VIII. 2.*

NOn ſolùm ratione cauſarum, quæ ſuperiori 1
titulo expoſitæ ſunt, lõgi temporis præſcriptio ceſſat, ſed etiam ratione perſonarum,
de quibus hoc titulo dicendum. ¶ Etenim 2
præſcriptio eis non nocet, qui reſtitutionis auxilio iuuãtur, l. 6. vt minoribus 25. annis; quia tẽpus ante perfectam ætatem cõtra eos non currit, l. 3. & ſup. in quib. cauſ. reſtitut. in integr. non eſt neceſſaria, l. vlt. reipubl. cauſa abſentibus, l. 4. (vt militibus, l. 1. & l. vlt. & medicis, qui in comitatu principis medendi cura funguntur, l. 2.) fortuito caſu abſentibus d. l. 4. captiuis, d. l. 6. Dicitur ergo longi temporis præſcriptio non obiici, vel quia ipſo iure non datur, vt contra minores; vel quia propter reſtitutionem in integrum datur ſine ef-
fectu, vt contra abſentes reipub. cauſa. ¶ Non eſt igno 3
randum, illud tantùm tempus de præſcriptione deduci, quo per reſtitutionem ſuccurri ſolet, ac reliquum tempus in præſcriptione computari, veluti, ſi quis per quadriennium reipub. cauſa abfuit, eius autem aduerſarius nouem annis poſſedit: deducto abſentiæ quadriennio perinde habetur, ac ſi per quinquennium poſſediſſet,

4 l.pen. ¶Præterea sciendum est, longi temporis præscriptionem non nocere creditoribus agentibus in personam, l.5. vt superiori titulo expositum fuit.

Tit. XXXVI. Si aduersus creditorem præscriptio opponatur.

I. p.1.	*II. 1.*
§.j.2.	

1 QVod de actione personali dictum fuit, longi temporis præscriptionem ei non nocere, non producitur ad actionem hypothecariam: quæ cùm sit in rem, inf. de pignor. l. pignoris. 18. & D. eod. l. pignoris. 17. longi temporis præscriptione summouetur, l. 2. & supr. de oblig. & action. l. 7. & l. vlt. videlicet si contra extraneum bonæ fidei possessorem agatur: quia neque ipse debitor vel heres eius, hac exceptione tutus est, l. 1. in princ. neque posterior creditor: sed huic triginta, illis quadraginta annorum præscriptio est necessaria, vt tit. 39. explicabitur. Verùm opponitur, quòd rei vsucapio pignus non perimit, infr. de pignor. l. 7. & D. de vsurpat. & vsucap. l. iusto. 44. §. non mutat. quamuis sit vsucapio rei immobilis, D. de pignor. l. 1. §. cùm prædium. & de dam. infect. l. cùm postulassent. 44. §. 1. quam constat longo decem aut viginti annorum spatio perfici, supr. de vsucap. transfor. l. vnic. Respondeo, has leges loqui de veteri vsucapione, quæ anno aut biennio concludebatur, d. l. vnic. hodie igitur post vsucapionem a Iustiniano transformatam, tantùm obtinent in vsucapione triennij, id est, rerum mobilium: nam vsucapio rerũ immobilium, non vi vsucapionis, id est, non ideo quia dominium transfert in vsucapientem, sed ratione longæ possessionis decem aut viginti annorum, sine dubio creditorem
2 hypotheca agentem summouet ¶ Nota, cùm creditor agens hypothecaria, summouetur præscriptione longi temporis, saluam ei manere actionem personalem aduersus debitorem, l. 1. §. vbi. Hactenus de longi temporis præscriptione, quæ cessat etiam, cùm est locus quadriennij possessioni, de qua titulo sequenti dicetur.

Tit. XXXVII. De quadriennij præscriptione.

I. p. j.	*II. ij.*
§. j.	*III. ij. iij.*

1 QVadriennij præscriptio datur I. Aduersus fiscum bona quasi vacantia vindicantem, l. 1. & D. si quis omis. cau. testam. l. 6. §. ceteræ. & de diu. tempor. præscript. l. intra. 10. in princ. quod tempus statim currit a die, quo bona vacare cœperunt, d. l. intra. §. 1. & D. de iur. fisc. l. 1. §. Diuus. Excipe, nisi princeps alicui bona vacantia donauerit: hoc enim casu fiscus statim summouetur, non expectato fine quadriennij, l. 1. §. 1. II. Fisco, qui alienam rem vendidit, vel alio titulo ad aliquem transtulit, aduersus dominum eam rem vindicantem, vel creditorem hypothecaria agentem: nam qui rem à fisco accepit, statim securus est, nec potest ei res euinci: sed fiscus intra quadriennium cõueniri potest, vt Zeno constituit, l. 2. & Iustinianus confirmauit, l. 3. in pr. Adiecit autem Zeno in d. l. 2. eum, qui à fisco emit, non posse de pretio conueniri, si ex actis & rationib. fiscalib. appareat eum soluisse, licèt solemni apocha destituatur, vel quia amiserit, vel quia nondũ acceperit. Quod dixi fiscũ non posse post quadriennium conueniri, locum non habet, cùm agitur de statu personæ: quia venditus à fisco quasi seruus, etiam post quadriennium in libertatem proclamare potest, supr. de liber. caus. l. 5. in princ. Item quod dixi, eum, qui à fisco emit, statim securum esse, in particularium rerum emptore obtinet, non in emptore hereditatis, qui non solùm potest à creditorib. hereditariis conueniri, supr. de hered. vel act. vend. l. 1. sed etiàm vtili hereditatis petitione, D. de hered. petit. l. nec vllam. 13. §. item si quis à fisco. Etenim Zeno in d. l. 2. loquitur de emptione rerum mobilium, vel immobilium, vel se mouentium, vel corporalium, quæ sunt res particulares, non de emptione vniuersitatis, vt hereditatis: & Iustinianus in §. vlt. Instit. de vsucap. Zenonianæ constitutionis sententiam referens ponit aliquid esse emptum à fisco, vbi pronomen *aliquid* est nota rei particularis. Falluntur igitur Doctores, qui putant d. §. item si quis à fisco. Zenoniana constitutione correctum esse, quod si verum esset, à Triboniano in Pandectas non esset relatus. III. Principis vel Augustæ domui; quæ rem alienam ad alium transtulit quasi suam; quod enim Zeno de fisco constituit, Iustinianus ad domum principis & Augustæ produxit, d. l. 3. citata in §. vlt. in fin. Instit. de vsucapion. Ibi autem hanc rationem affert, quòd omnia sunt æque principis, tam fiscalia, quàm patrimonialia. Ex quo loco colligi non debet res priuatorum esse in dominio principis: quod est falsum, & à Iustinianeo iure alienum: nam Iustinianus nõ loquitur de rebus priuatorum hominum, sed tantùm de rebus fiscalibus, & de rebus pertinentibus ad priuatum patrimonium principis.

Tit. XXXVIII. Ne rei dominicæ vel templorum vindicatio temporis præscriptione summoueatur.

I. j.	*III. j.*
II. j. ij. iij.	

SVperioribus titulis expositi sunt varij casus, quibus longi temporis præscriptio cessat: 1
hoc titulo adduntur tres casus, licèt duo tantùm in rubrica proponantur. Etenim longi temporis præscriptio non potest obijci, I. Vindicationi rei dominicæ, id est, ad priuatum principis patrimonium pertinentis. Nec prodest seruo aut colono principis, si dignitatem per obreptionẽ sit consecutus: quia dignitate exuitur, & in pristinum statum reuocatur, l. 1. Item possessori nec rescriptũ prodest per obreptionem impetratũ, nec cẽsualis professio, l. 2. & 3. quia censuali professione, id est, relatione in censum, nõ acquiritur rei dominiũ, D. de acquir. rer. dom. l. quæ quisque. 64. & de censib. l. 4. §. si cùm ego. II. Vindicationi rerum publicarum, id est, ad rempublicã pertinentium, vt statuitur in d. l. 2. quamuis harum rerũ in rubr. mentio non fiat. III. Vindicationi rerum ad sacra templa pertinentium, d. l. 2. vbi epithetum *sacrorum*, ostẽdit agi de templis Christianorum, non de templis paganorum, de quibus alibi tractatur, supr. de apostat. l. 2. & de paga. & sacrif. & exempl. & infr. de omni agro deser. l. 6. & de fun. patrim. l. vlt. & C. Theod. de fi. Cath. l. 5. Cuiac. tamen notat verbũ *sacrorum* à veterib. codicibus abesse, & intelligit tẽpla paganorum, quorum tẽplorum res in patrimoniũ principis redactæ fuerunt, C. Theod. de iur. fisc. l. vniuersa. 8. & de locat. fund. iur. emphyt. l. 5.

Tit. XXXIX. De præscriptione triginta vel quadraginta annorum.

I. 4.	*V. 7. j.*
II. p. & §. eos. 8.	*VI. 7. j.*
III. p. 4. 7. j.	*VII. p. 7. j. 10. 12.*
§. j. 14. j. 15. j. ij.	§. j. 7. j. 10. 11. 12.
§. *non sexus*. 5. 12.	§. *sed cum illud*. 10. 11.
§. *hæ autem*. 4.	§. *eodem iure*. 10.
§. *vlt*. 5.	§. *illud*. 13. j.
IV. 7. j.	§. *immo*. 14. ij.

§. *sed &*

§.ſed & ſi quis.14.iij.
§.in his.13.y.
§.vlt.8.
VIII.p.16.
§.j.16.
§.ſed hæc.16.
§.ſed & ſi quis.16.
§.vlt.13.y.14.v.
IX.7.y.14.j.

1 HIc titulus eſt de præſcriptione longiſſimi
temporis,quod eſt triginta vel quadraginta
annorum,quia regulariter nulla actio vltra
hoc tempus durat,& nulla præſcriptio lon-
giori tempore nititur exceptis paucis, quas paulò
2 pòſt proponam. ¶ Diuido hunc titulum in tres par-
tes:quarum prima eſt de præſcriptione triginta anno-
rum,altera eſt de præſcriptione quadraginta annorum,
3 tertia eſt vtrique parti communis. ¶ De præſcriptio-
ne triginta annorum,duæ quæſtiones diſſoluuntur.
4 ¶ Primò quæritur, quibus actionibus obſtet hæc
præſcriptio.Reſpondetur, omnes actiones regulariter
hoc tempore finiri, ſiue ſint in rem ſpeciales, ſiue vni-
uerſales,ſiue in perſonam,ſiue extraordinariæ,l.1.& l.
3.in princ.his exceptis, quæ breuiori tempore termi-
nantur,d.l.3. §.penult. Exempli cauſa,actio redhibito-
ria ſex menſium ſpatio,æſtimatoria anno vno termi-
nantur,D.de ædil. edic. l.ſciendum.19.§.vltim.actio de
dolo biennio concluditur, ſupr. de dolo.l. vltim. qua-
propter his actionibus tempus triginta vel quadragin-
ta annorum finem non imponit. ¶ Secundò quæritur,
5 contra quos præſcriptio currat. Reſpondetur, currere
aduerſus omnes, atque adeo etiam contra feminas,
abſentes, & milites; d.l. 3. §. non ſexus. neque iuris
ignorantia quemquam excuſari, d. l. 3.§.vlt.Excipiun-
tur tantùm pupilli,aduerſus quos præſcriptio non cur-
rit,niſi poſt pubertatem, licèt tutoris auxilio regantur,
6 d. l. 3. §.non ſexus. ¶ De præſcriptione quadraginta
annorum ſimiliter duæ quæſtiones deciduntur.
7 ¶ Primò quæritur, quæ actiones hac præſcriptione
ſummoueantur vel non ſummoueantur.Reſpondetur,
ſummoueri,l.Actiones, quæ quaois ratione effugiunt
præſcriptionem triginta annorum,l.4.vt actionem hy-
pothecariam, ſi moueatur contra debitorem, vel eius
heredem,d.l.3.in princip.& l.7.in princip.& §.1.de qua
dicam in ſequenti parte. Item cùm de alicuius condi-
tione vel ſtatu quæritur, d.l.4.in fi.veluti ſi cohortalis,
id eſt, præſidis apparitor, qui ad aliquam dignitatem
obrepſit,ad ſuam conditionem retrahatur, infr. de co-
hortal.l.ſi cohortalis.12.§.1.vbi legendum, *quadraginta*,
non *triginta*.Item cùm petitur venditum,vel donatum,
vel relictum eccleſiæ, Nou.111. & Nou. 131. cap. 6.
licèt olim his actionibus tantùm obſtaret exceptio
centum annorum,ſupr.de ſacroſan. eccle.l.vt inter. 23.
quo iure hodiéque vtitur Romana eccleſia ex Nou.9.
relata in Decretum.16. quæſt. 39. can. de præſcriptio-
nibus.verſ.quas actiones.Itẽ cùm publico nomine vin-
dicantur fundi patrimoniales, (id eſt, pertinentes ad
priuatum patrimonium principis) vel agonothetici (id
eſt,ex quorum reditu dantur præmia ſcenicis, & athle-
tis) vel templorum,infr. de fun.patri.l.vltim. Aliis verò
publicis cauſis nulla temporis præſcriptio,id eſt,neque
longi,neque lõgiſſimi temporis præſcriptio nocet,inf.
de apo. publ. l. 5. veluti cum tributa petuntur, l. 6. &
cùm ad ſuam conditionem retrahuntur curiales, l. 5.
vel adſcriptitij, id eſt, agris addicti,infr.de agrico. &
cenſit. l.penultim. in princip. vel metallarij, id eſt, ad
metalla effodienda addicti fodinis, infr. de metall.
& metal. l. vltim. His tamen omnibus caſibus puto
obſtare exceptionem centum annorum, ſupr.de ſacro-
ſanc.eccleſ. d. l. vt inter. quæ quatenus de eccleſijs lo-
quitur, correcta eſt per Nou. 111.vt ſupr. notaui: ſed
quatenus loquitur de ciuitatibus, correcta non repe-
ritur,ideóque adhuc obtinet.Præterea repetenti, quod
in alea luſum eſt,non quadraginta, ſed quinquaginta
annorum præſcriptio poteſt obijci, ſupr. de alear.l.1.
11. Actiones temporales,quarum nomine lis conteſta-
ta fuit,l.vltim. ¶ Secundò quæritur, quinam præſcri- 8
bere poſſint, vel non. Reſpondetur non poſſe præſcri-
bere eum,qui rem precariò poſſidet,colonum,emphy-
teutam,procuratorem,l. 2. & l. 7.§. vlt.
¶ Tertia tituli pars,vtrique præſcriptioni commu- 9
nis, diuiditur in quatuor capita. ¶ Primum caput eſt 10
de actione hypothecaria, & de iure offerendi. Quibus
modò opponitur præſcriptio triginta, modò quadra-
ginta annorum: nam aduerſus actionem hypotheca-
riam extraneus bonæ fidei poſſeſſor tutus eſt exceptio-
ne longi temporis, id eſt, decem aut viginti anno-
rum, ſupr. ſi aduerſus creditorem præſcriptio oppon.
l. 1. & 2. Malæ fidei poſſeſſori datur præſcriptio tri-
ginta annorum.Debitor, & eius heres olim nulla præ-
ſcriptione ſe tueri poterant,d.l.7.in princip.hodie mu-
niti ſunt præſcriptione quadraginta annorum, d. l. 7.
§.1. Cùm autem anterior creditor contra poſteriorem
agit: ſi quidem viuo debitore agat, vel poſt mortem
debitoris agens,cum ſua poſſeſſione, quam poſt eiuſ-
dem debitoris mortem obtinuit,tempus quo vel debi-
tor vel ipſe creditor viuo debitore rẽ detinuit,coniun-
gere ad præſcriptionem implendam velit, quadragin-
ta annorum præſcriptio locum habet: at ſi ſua tantùm
poſſeſſione poſt mortem debitoris inchoata vtatur,tri-
ginta anni ſufficiunt,d.l.7.§. ſed cùm illud. Eadem di-
ſtinctio obtinet,cùm poſterior creditor priori debitum
offert,vt in eius locum ſuccedat, & ſuum pignus con-
firmet:quod ei facere licet,D.de diſtract.pignor.l.5. ita
vt ſi prior creditor pecuniam accipere nolit, poſterio-
ri liceat eam conſignando ac deponẽdo, pignus euin-
cere, infr.qui potior.in pign.habean.l.1. Debet igitur
intra legitimum tempus offerre,alioqui ſecundum da-
tam diſtinctionem præſcriptione triginta vel quadra-
ginta annorum ſummouebitur, d.l.7.§. eodem iure.
¶ Quoniam autem non ſolùm poſterior creditor 11
priori debitum offerre poteſt, vt in eius locum ſucce-
dat;ſed etiam debitor, vt obligatione liberetur, & pi-
gnus luat,D.de diſtract.pign. d. l. 5. §. 1. & l.6.ideirco
quæſitum eſt,an debitor, qui debitam pecuniam cre-
ditori offert, triginta vel quadraginta annorum præ-
ſcriptione ſummoueatur:qua in re eſt magnus Docto-
rum conflictus:ſed veriùs puto, non eſſe præſcriptioni
locum: & hôc differre debitorem à poſteriori credito-
re, quem diximus triginta vel quadraginta annorum
præſcriptione repelli. Ratio differentiæ eſt:quia credi-
tori ius offerendi competit ratione actionis, quam ha-
bet contra debitorem: ideóque ſicut omni actioni
præſcribitur, l. 4. item etiam præſcribitur huic iuri,
quod actionem ſequitur: in debitore autem eſt mera
facultas, nec ſequitur aliquam actionem, quia nulla
actio debitori contra creditorem competit: vnde non
poteſt propriè dici ius, ſed potius facultas offerendi.
Si obiicias competere debitori contra creditorem
actionem pigneratitiam directam,cui,vt ceteris actio-
nibus perſonalibus,obſtat præſcriptio longiſſimi tem-
poris: reſpondebo, hanc actionem non antè naſci,
quàm debitum ſolutum, vel aliter creditori ſatisfa-
ctum ſit,D.de pignerat.act.l.ſi rem alienam.9.§.omnis.
actioni verò nondum natæ non præſcribit,l. 7. §. 1. &
§.illud.Placet igitur opinio, quæ & plurimos auctores
habet, & æquitate, ac firmioribus rationibus nititur,
vt, quamuis poſterior creditor debitori priori offe-
rens, longiſſimi temporis præſcriptione ſummouea-
tur, nulla tamen temporis exceptio noceat debitori
volenti bonam fidem adgnoſcere, ac debitum ſoluere,
conſequenter pignus repetere: ſed tum demum præ-
ſcriptione longiſſimi temporis repellatur, cùm poſt
ſolutionem

ſolutionem vel ſatisfactionem,longiſſimo tempore pignus repetere neglexit. Hæc dicta ſint de primo capi-
12 te. ¶ Secundo capite exponitur, quando præſcriptionis tempus currere incipiat. Hic datur regula, vt præſcriptio ex eo tempore currat, quo actio competens moueri potuit,nulla perſona excepta præter pupillum, contra quem ante pubertatem præſcriptio non currit,
13 l. 3. §. non ſexus. l. 7. in princip. & §.1. ¶ Explicatur hæc regula, I. Vt ſi obligatio ſit in diem, vel ſub conditione, ante diem vel conditionem exiſtentem tempus non currat,d.l.7.§.illud.I I.Vt in annuis, vel menſtruis, vel ſimilibus obligationibus tempus non currat ab initio contractus, ſed cuiuſque anni,vel menſis, vel ſimilis temporis;ita vt pro diuerſis penſionibus diuerſæ ſint præſcriptiones, & diuerſa temporum principia,d.l.7.§.penult. quod & in vſuris ſeruatur, l. pen.
14 §. vlt. ¶ Tertio capite agitur de interruptione præſcriptionis. Interrumpitur autem, I. Iudiciali conuentione,id eſt, ſi debitor per executorem conueniatur,& libellus conuentionis ei tranſmittatur, l.3.§.1.& l.vlt. & infr.tit.prox.l.vltim.& D. de oblig.& action. l. conſtitutionibus.33.quod obtinet,non ſolum ſi in ordinario iudicio, ſed etiam ſi apud arbitrum compromiſſarium in ſcriptis conuentus ſit, ſupr. de recep. arbitr. l. penultim.§.penultim.Rectè autem dictum eſt, *per executorem*,d.l.3.§.1.quia ſecus eſt, ſi quis ſua auctoritate, vt olim fieri ſolebat,reum in ius vocauerit,D.de eo per quem factum erit, l. vltim. in princip. Meminetis nos loqui de præſcriptione, non de vſucapione: quoniam vſucapio neque conuentione iudiciali, neque litis conteſtatione interrumpitur, vt docui ſupr. ad tit. de præſcript.lon.temp.De vſucapione autem,non de præſcriptione loquitur I.C.in l.ait prætor. 25. §. vltim. D. ex quib. cauſ. maior.proinde præſenti doctrinæ non aduerſatur. Sed quæritur, quid facere oporteat eum, qui vult præſcriptionem interrumpere, nec poteſt aduerſarium conuenire propter eius infantiam, vel abſentiam, vel furorem, vel potentiam? Huic quæſtioni ſatisfaciam tit.ſequenti,parte 4.quæſtione 1.I I. Si creditor pignus ſine vi detineat,l.7. §.immo. I I I. Si debitor ſecunda cautione emiſſa debitum adgnoſcat, d. l.7. §.ſed etſi quis.in fi.vbi delendum verbum *creditoris*, quod à manuſcripto abeſt: & pro *more*, ſcribendum *moræ*:ac legendum,*nec ſub accuſatione moræ debitoris fiat*, id eſt, ne per creditoris accuſationem debitor in mora conſtituatur. Placebit etiam ſi deleatur verbum *debitoris*,tanquam ſuperuacuum.& ſanè tam verbum *creditoris*,quàm *debitoris* videntur ex gloſſemate irrepſiſſe in contextum; quoniam accuſatio eſt creditoris; mora debitoris,id eſt,creditor accuſat moram debitoris.I V. Solutione partis,infr.de duob.reis,l.vltim. V. Solutione vſurarum,ſup.de fid.inſtrument.l.plures.19.Quemadmodum & ab initio ſolutio vſurarum impedit, quò
15 minùs præſcriptio currat,l.penultim. §. vltim. ¶ Non interrumpitur autem I. Allegatione in iudicio, d. l.3. §.1.I I.Libello principi oblato,(licèt princeps ei libello ſubſcripſerit) niſi iudicialis per executorem conuentio ſecuta ſit,d.l.3.§. 1. Quod enim dicitur, libellum principi oblatum,habere vim litis cõteſtatæ,ſup.quan. libell.princ.dat.l.1.tantum in actionibus prætoriis anñalibus perpetuandis obtinet,ſupr. eod. l.2. ¶ Quar-
16 to capite explicantur effectus præſcriptionis: vbi quæritur,an is qui longiſſimo tempore præſcripſit, ſi rei poſſeſſionem amittat, eam vindicare poſſit. Diſtinguũtur autem tres caſus: aut enim ſecundus poſſeſſor eius rei poſſeſſionem accepit ſine vi, aut per vim: aut iudiciali decreto per abſentiam primi poſſeſſoris indefenſi. Cùm ſecundus poſſeſſor nactus eſt poſſeſſionem ſine vi,ſubdiſtinguitur:quia primus poſſeſſor, qui præſcripſit, vel bona fide rem ab initio acceperat, vel mala fide. Si bona fide rem acceperat, indiſtinctè rem vindicare poteſt, l.penultim.§. 1. quemadmodum & is, qui longo tempore rem vſucepit,d.l.penultim.in princip.Si mala fide(quia mala fides iure ciuili non obſtat præſcriptioni longiſſimi temporis)indiſtinctè rem vindicare nequit. Et ſi quidem ſecundus poſſeſſor erat dominus rei,vel in ea re ius pignoris habebat, eius rei retentionem habet.Si verò nihil iuris in ea re habebat, à domino vel hypothecario creditore conuentus, rem ei reſtituere cogitur, licèt is à priore poſſeſſore præſcriptione longiſſimi temporis ſummotus fuerat. Excipitur, niſi ſecundus poſſeſſor ex ſua perſona præſcriptionem domino,vel creditori vindicanti poſſit opponere,d.l. penultim.§. 1. Cùm autem ſecundus poſſeſſor per vim poſſeſſionem accepit, tunc primus poſſeſſor indiſtinctè rem à ſecundo vindicare poteſt, id eſt, ſiue ipſe primus rem ab initio bona fide, ſiue mala fide poſſidere cœpit, d.l. penult. §. ſed hæc. Denique cùm ſecundus poſſeſſor iudiciali decreto per abſentiam primi poſſeſſoris accepit poſſeſſionem, tunc primus poſſeſſor exemplo aliorum, qui dominium habent, intra annum ſe offerens, & cautionem de lite ſuſcipienda præſtans, rem recipiet,d.l.penultim.§.penultim.

Tit. X L. De annali exceptione Italici contractus tollenda,& de diuerſis temporibus, & exceptionibus, & præſcriptionibus,& interruptionibus.

I.p.2.3.j.iv.	*II.6.*
§.j.3.ij.iv.4.6.	*III.7.8.9. 10.*
§.vlt.3.ij.	

HVius tituli quatuor ſunt partes. ¶ Prima 1
pars eſt de annali exceptione Italici con- 2
tractus tollenda. Nam olim actiones ex contractibus in aliqua prouincia celebratis,erant perpetuæ; poſtea per conſtitutiones principum ſunt triginta vel quadraginta annis terminatæ, Inſtit.de perpet.& tempor.act. in princip. in Italia verò ex contractu agenti obſtabat exceptio anni vtilis: quam actionem Iuſtinianus tollit, adeo vt hodie vbique locorum æquè præſcribatur vel longo, vel longiſ-
ſimo tempore,l.1.in princip. ¶ Secunda pars eſt de 3
diuerſis temporibus, ſubaudi, præſcriptionum. Hic quatuor traduntur. I.Varia ſunt præſcriptionum tempora,vt decem vel viginti anni, & triginta vel quadraginta anni,d.l.1. in princip. quadriennium, ſupr. tit.37.biennium,ſupr.de do.l.vltim.annus, ſex menſes, D.de ædilit. edict.l.ſciendum.19.§.vltim. I I. Tempus actionis & præſcriptionis currit,ex quo actio nata eſt & moueri poteſt,d.l.1.§.1. I I I.Tempus aduerſus filios familiarum in his rebus, quæ non acquiruntur patri, non currit, niſi ex quo facti ſunt ſui iuris,d. l. 1. §. vlt. I V. Actio hypothecaria præſcribitur quadraginta annis, videlicèt cùm creditor vult agere contra debitorem, vel eius heredem pignus tenentem, vt expoſui ſupr.tit.39.reliquæ actiones perſonales, vel mixtæ finiuntur triginta annis, niſi vel in iudicium fuerint deductæ, quo caſu terminantur annis quadraginta, vel præſcriptio interrupta fuerit,d.l.1.in princip.& §.1.
¶ Tertia pars eſt de diuerſis exceptionibus & præ- 4
ſcriptionibus: nam verbum *diuerſis*, in hac parte ex ſuperiori repeti debet. Præſcriptio autem & exceptio vel pro eodem accipiuntur: vel præſcriptio eſt ſpecies exceptionis; quoniam hæc appellatio ſpecialiter quibuſdam exceptionibus tribui ſolet, id eſt, temporis, vel fori;ſed hic loquitur de præſcriptionibus temporis: quarum diuerſas eſſe ſpecies ex hac parte intelligimus,vt longi,vel longiſſimi temporis, d. l. 1. §. 1. &
alias plures, ¶ Quarta pars eſt de interruptione præ- 5
ſcriptionis

scriptionis, vbi deciduntur duæ quæstiones.
6 ¶ Prima quæstio est, quomodò præscriptio interrumpatur. Respondetur, interrumpi variis modis, qui in legibus enumerantur, d.l. 1.§. 1.& à nobis tertio capite superioris tituli expositi fuerunt. Inter hos recensuimus interpellationem seu conuentionem iudicialem, vnde quæritur, quomodò ei succurri possit, qui aduersarium ob eius absentiam, vel infantiam, vel furorem, nullo ei tutore seu curatore constituto, vel nimiam potentiam, conuenire nequit: potentes enim dicuntur, qui gratia & opibus nobis præstant, adeo vt eis pares esse non possimus, D.de alien. iudic. mutan. cau.l.3.in princip. Respondetur, vice interpellationis seu conuentionis habendam esse in scriptis contestationem apud præsidem, vel si præsidis copia non sit, apud episcopum; vel hoc quoque deficiente, apud defensorem ciuitatis: quòd si omnes hi absint, proponendum esse publicè, vbi reus domicilium habet libellum cum tabularij, vel si nullus sit tabularius, cum trium testium subscriptione: sic enim perinde interrumpitur præscriptio, ac si
7 possessor iudicio conuentus esset, l.2. ¶ Secunda quæstio est, an conuentione iudiciali interrumpatur præscriptio, & conseruetur actio in libello non expressa. Iustinianus in l. vltim. tres casus proponit, quibus interrumpi præscriptionem, & conseruari actionem constituit. I. Si is, cui aduersus eundem duæ actiones eiusdem summæ competunt, veluti cui centum debentur ex stipulatione, ac totidem ex testamento, summam illam, id est, centum simpliciter petat, non expressa causa testamenti, vel stipulationis. Secus autem est, si ex diuersis causis diuersæ res, vel diuersæ quantitates debeantur, veluti si cui debeantur centum ex stipulatione, ducenta ex testamento: is centum petens, non interrumpit præscriptionem currentem aduersus actionē ex testamentu, sed eam dumtaxat, quæ currit aduersus actionem ex stipulatu; quia non potest videri agere ex testamento, cū alia sit quantitas, quę petitur, alia quę ex testamento debetur. Itē secus est, si expressè ex vna causa petat: veluti si expressè dicat se agere ex stipulatione, non potest videri actionem ex testamento in iudicium deducere, quamuis eadem summa tam ex testamento quàm ex stipulatione debeatur. II. Si is, cui aduersus eundem ex eadem causa competit tam actio personalis, quàm hypothecaria, vnam harum actionum intentet. Placet enim Iustiniano, præscriptionem aduersus vtráque actionem interrumpi. Secus est, cum actio personalis, & actio hypothecaria ex diuersis causis descendunt: verbi gratia, si centum debeantur ex stipulatione sine hypotheca, ac centum legata sint, quorū nomine cōstat vel in personam ex testamento, vel hypothecaria agi posse: certè petens centum ex stipulatione, nō conseruat sibi hypothecam ex causa testamēti: agens verò hypothecaria ex testamento interrumpit quidem præscriptionem currentem aduersus actionem legati tam personalem, quàm hypothecariam: non tamen eam, quæ currit aduersus actionem ex stipulatione. III. Si quis eum sibi obligatum vel obnoxium esse dicat, quem iudicio conuenit, neque summa debita, neque
8 causa obligationis expressa. ¶ Nota primò, verba vers. sancimus, d. l.vltim. non carere obscuritate, adeo vt glossatoris interpretationem, quæ perspicuè ipsis verbis repugnat, etiam Cuiacius amplexus sit: sed intelligere oportet, Imperatorem, cùm ait, *licèt generaliter nullius causæ mentionem habentem*, respicere tam ad primum, quàm ad tertium casum suprà propositos, quoniam vtroque casu omittitur causa obligationis, sed altero omittitur etiam quantitas debita, altero sola quantitas exprimitur: cùm autem subdit, *vel vnius quidem specialiter, tantummodo autem personales actiones vel hypothecarias continentem*, respicere ad secundum casum, in quo sola actio personalis, vel sola hypothecaria in libello expressa est. ¶ Nota secundò, libellum 9
incertum & generalem admitti: veluti si petam centum, non expressa causa, ex qua debeantur: vel dicam Titium esse mihi obligatū, non obligationis causa, nec debita quantitate expressa: quod est contra receptam Doctorum sententiam, & contra vulgatum versum.

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo,
Rectè compositus quisque libellus habet.

Immo etiam contra l.3.supr.de eden. Quomodò igitur hæc conciliabuntur: Per distinctionem: quia libellus incertus admittitur, quod ad hoc vt præscriptionem interrumpat: non quod ad hoc, vt reus cogatur ei respondere, & litem contestari, quippe cum certior fieri debeat de futura lite, d.l.3.vt deliberare possit, an velit actori contradicere; & si velit contradicere, veniat ad iudicem instructus cognita actione, qua cōuenitur, D.eod.l.1.in princip. ¶ Nota tertiò ex vltimis verbis 10
legis, exceptiones odiosas, id est, eas quæ ex cursu temporis sumuntur, introductas esse contra desides & negligentes, qui actiones suas non mouent. Ne dicas cùm Cuiacio exceptiones non esse odiosas, sed esse in odiū creditorū negligentium introductas: quia Iustinianus disertè vocat eas odiosas. Ceterū τὸ odiosa est διαφορὰ, non perpetuum epithetum exceptionis: nam exceptio pacti, vel doli, vel metus, non sunt odiosæ, quamuis sint in odium actorum introductæ. Exceptiones verò, quæ ex tempore sumuntur, à Iustiniano odiosæ appellantur, propterea quòd debitor sola negligentia creditoris se tuetur, quo minus bonam fidem adgnoscat.

Tit. XLI. De alluuionibus, & paludibus & pascuis ad alium statum translatis.

I.p.4. | *II.2.7.ij.*
§.j.2.6. | *III.5.*
§.vlt.5.



Quia præscriptione non solùm nobis acquiritur fundus, sed etiam id quod per alluuionem fundo accedit, D.de public. in rem acti.l.si ego.11. §.quod tamen. idcirco tractatur hoc loco de alluuionibus: & quoniam lex tertia idem de paludibus & pascuis, quod de alluuionibus constituit, meritò adiungitur posterior rubricæ pars, *de paludibus & pascuis ad alium statum traslatis*. nam hæc verba, *ad alium statum trāslatis*, non sunt referenda ad alluuiones, sed ad paludes & pascua dumtaxat. ¶ Iam verò in hoc titulo non solùm 2
agitur de alluuione, sed etiam de circumluuione, l.1.§. 1. & de inundatione, l.2. proinde vel dicendum plus in contextu præstari, quàm in rubrica promittatur, vel alluuionis vocabulum latiùs sumi debet, vt etiam circumluuionem, & inondationem fluminis complectatur, cùm propriè loquendo, alluuio sit incrementum latens, vt explicatur in l.7.§.1.D.de acquir.rer. dom. & in §.prætereà. Institut.de rer. diuis. ¶ Porrò omnis al- 3
luuio duas habet partes, nempe detractionem de aliquo fundo, & adiectionem alteri fundo: quorum vtrumque paulatim & clam fit.

¶ De detractione notetur, licere domino fundi 4
ripam suam aduersus vim fluminis munire, quamuis non liceat naturalem fluminis cursum aliò auertere, l. 1.in princip. & qui impeditur ripam munire, habet interdictum de ripa munienda, D. de ri.munien. l. 1. princip. ¶ De adiectione notetur, id, quod per alluuionem fundo accedit, fundum sequi, & domino fundi acquiri, d.l.1.§.vltim.& D. fam.ercisc. l. & ... 5
§.id quod amnis. quod etiam in præscriptione ... vt initio huius tituli notaui, & in vsufruct ... fruct.

fruct.l.item si fundi. 16.§.huic vicinus.& in pignore,D. de piguor.l.si fundus. 16.in princip. adeo autem fundo cedit,& possessori fundi acquiritur, quicquid per alluuionem accrescit,vt nec fiscus hoc vendere,nec aliquis à principe petere possit: nec seorsum à fundo censeatur, aut tributa præster, sed omnino fundi portio sit indiuisa,l.3.in princip. Idem constitutum est de paludibus, & pascuis, quæ vicini possessores ad alium statum transtulerunt, id est, fertilia effecerunt: quoniam hæc similiter neque fiscus vendere neque à principe aliquis petere potest: separatim autem neque censentur, neque functiones fisco præstant, sed omnino proximis fundis à quorum possessoribus labore & diligentia ad libertatem perducta fuere, iuncta manent, d.l. 3. §. t. Cuius legis violatores quinquaginta libris auri puniuntur, d.l. 3. §. vltim.

6 ¶ De circumluuione notetur, si flumen, priori alueo derelicto, nouum alueum sibi faciat, agrum duobus illis alueis, veteri & nouo inclusum, eorum manere, quorum antea fuerat, l.7.§.1.Idem obtinet, cum priore alueo non derelicto, nouum alueum facit, ita vt in duo cornua diuidatur, & infrà vniatur. Etenim agri, quem hac ratione flumen in formam insulæ redegit, dominium non mutatur, D. de acquir.rer.dom.l.7.§. quòd si vno.& Instit.de rer.diuis.§.insula.vers. quòd si aliqua.Ac nouus quidem alueus publici iuris fit:alueus autem à flumine derelictus,proximis prædijs cedit, d. l.7.§.quòd si toto.& Instit.dicto tit. §. quòd si naturali.

7 ¶ De inundatione duo notentur. I. Quia inundatio speciem fundi non mutat: idcirco, si aqua recesserit, fundus eius est, cuius antea fuerat,d.l.7.§.aliud.id est, fuit quidem propter inundationem amissus, sed aqua recedente restituitur eidem domino, D. quib. mod. vsusfr.amit.l.si ager. 23. restituitur (inquam) ipso iure sine noua apprehensione: ideóque Imperator impropriè loquens inquit agrum eius manere, cuius antea fuit,Instit.d.tit.de rer. diuis. §. alia.II. Vbi inundatio Nili terrã vberiorem reddit, possessionis tributum augetur:& vbi minus vberem efficit,tributum minuitur, l.2.quod ad officium peræquatorum pertinet, de quibus infr.lib.11.tit.57.Nec dubitandum, quin quod de Nilo Ægypti flumine diximus, idem in omnibus prouincijs,& in omnibus fluminibus obtineat.

Tit. XLII. De sententijs præfectorum prætorio.

1 TRactatum de possessione sequitur tractatus de iudicum sententijs, per quas sæpe in possessionem mittimur, vt tit. 72. explicabitur: acturi igitur de sententijs iudicum,priùs specialiter loquemur de sententijs præfectorum prætorio, quę specialia ac propria quædam habent,sic libr. 6. antequam generaliter ageretur de testamentis,specialiter tractatum fuit de testa-
2 mentis militum ob eandem causam. ¶ Propria sententiarum præfecti prætorio duo reperio. I.Ab eorum sententijs non potest appellari, sed supplicari intra biennium,ex quo magistratu abierunt:& successorem acceperunt,l.vnic.& D.de offic.præfec.prætor. l. vnic. §.penultim.& de minor.l.præfecti.17.& Nov. 72. cap. 12.& Nou.119.cap.5.Nota duplicem esse differentiam inter appellationem,& supplicationem.Vna est : quoniam appellatur iure Digestorum intra biduum, vel triduum,D.quan.appell. sit.l. 1. §. in propria. & §. seq. [et] nouissimo intra decem dies, Nouel. 23. cap. 1. supplicatur autem intra biennium, vt modò dixi. Altera est: quia pendente appellatione nihil innouatur, D. nihil innouar. appellat. interp. l. vnic. supplicatio verò non obstat, quò minùs sententia, contra quam supplicatum est, executioni interim mandetur. Et quidem si victus intra decem dies querelam suam proponat, victor satisdare debet de tanta quantitate, quanta in condemnationem venit, restituenda, si sententia retractetur: si verò per decem dies victus tacuerit, sententia sine satisdatione executioni mandatur saluo retractationis iure ei qui victus est,d.Nou.119.c. 5.II. Contra sententiam præfecti prætorio aduersus minorem latam non alius magistratus quàm ipse præfectus restituere potest,D.de offic.præfect. prætor. d.l. vnic.§.vltim.& de minorib. d. l. præfecti. Differentia igitur est inter retractationem sententiæ,& restitutionem aduersus sententiam: quoniam ipse præfectus restituit, qui sententiam dixit: retractat autem,non qui sententiam dixit,sed successor eius. Nec assentior Cuiacio existimanti ex d. cap. 5. præfectum retractare suam sententiam, si intra decem dies libellus à parte victa proponatur: quoniam hoc ex verbis Nou. non colligitur:nec debemus temerè, & præter legum verba,nouum ius introducere. Veram igitur eius capitis sententiam esse puto,quam supr.retuli.

Tit. XLIII. Quomodo, & quando iudex sententiam proferre debeat, præsentibus partibus, vel vna parte absente.

I. 2.4.	VII.3.
II.5.v.	VIII.2.j.
III.5.v.	IX.5.v.
IV.5.j.	X.5.4.
V.5.4.	XI.5.p.6.
VI.5.v.	

QVæ sunt partes huius tituli,quia de iudicum sententiis duæ quæstiones dissoluuntur. ¶ In prima parte quæritur, cùm iudex sententiam μονομερῶς, id est, vna tantum parte præsente, ferre debet, quomodò eam ferre debeat. Hic dantur duo præcepta. I. Iuris solemnitatem impleat, id est, ternis edictis seu literis, interposito singulis spatio non minori decem diebus,absentem vocet, vt sui præsentiam, si velit,facere possit,post quæ edicto peremptorio comminetur se etiam eo absente cogniturum & pronunciaturum:aut si pro causæ,vel personæ vel temporis conditione malit,hoc peremptorium proponat post vnum vel alterum edictum, aut statim vnum pro omnibus concedat,& cùm dies præfinita venerit, absens citetur voce præconis, tuncque, siue adsit siue absit, agatur causa,& iudicetur, l. consentaneum. 8. & D. de iudic. l. ad peremptorium. 68.cum quinque legibus sequentibus.II. Non omnimodò contra absentem iudicet,nisi in casu l.1.§.omnes, supr. de assert. tollen. sed & interdum pro absente, videlicet si bonam causam habeat,l.1.& D.de iudic.l.& post. 73.in princip.sic tamen vt si pro actore absente iudicet, nihilominus eum propter contumaciam in litis impensas condemnet, supr.eod.l.properandum.13.§.& si quidem. 1 2

¶ In secunda parte quæritur, quando,id est, quibus casibus iudex vel vna parte absente, vel non nisi vtraque præsente, sententiam ferre debeat.Hic datur regula, sententiam non valere, nisi vtraque parte præsente pronuncietur,l.7.& D.de re iudic.l. de vno quoque. 47.in princip.quod ius ex xij.tabulis profectum est, auctore Gellio, libr. 17. cap.2. ¶ Hæc regula producitur, vt obtineat.I.Etiam in iudicio liberali, supr.de libera. caus. l.4. & l. iuxta.40.II.Etiam in iudiciis publicis non capitalibus,D.de pœ.l.5.Vide Centur.2.quæst. 50.& centur.7.quæst.9. ¶ Excipitur autem nisi post litem contestatam abesse coepit,l.vltim.& supr.de contra tut. iudic.l. 3 4 5

iudic.l.2. hæc exceptio non semper obtinet, sed certis
casibus cessat. I. Si dies feriata sit, l.4. & D.de fer. l. 6.
II. Si iudex alium locum causæ cognoscendæ attri-
buerit,alio loco iudicet, l.5. III. Si quis ex necessaria
& ineuitabili causa absit,l.pen.& sup.ex quib.cau. ma-
io.l.1.& D.de minor.l.7.§.vlt. IV. Si contra minorem
indefensum iudicetur,l.6.& D.de minor.d.l.7.§. vlt. &
de re iudic.l.acta.45.§. vlt. V. Si edictum peremptoriũ
nec publicè propositum fuit, nec vlla ratione absenti
innotuit,D.quæ senten.sine appellat.rescind.l.1.§.pen.
Secus est,si vel propositũ fuit,l.tres.9. vel absens quo-
uis modo admonitus sit, l. 2. & D.de re iudic.l.de eo.
47.§.1.Item si quis vbi primum cognouit, non est de
sententia cooquestus, sed ei acquieuit, atque ita sen-
tentiæ firmitatem tribuit,l.3.

6 § Quæro, an absens damnatus possit appellare. Re-
spondeo,si sine contumacia absit,posse,l.vlt.& supr.de
contra.iudic.tut.l.2.& D.de iudic.l.& post. 73. §. vlt.si
per contumaciam,non posse,supr.de iudic.l.properan-
dum 13.§.cùm autem.& infr.quor. appell.non recip.l.
1. & D. de negot.gest.l.liberto.31.§.litem. & de iudic.
d.l.& post.§.vlt.& de re iudica.l.contumacia. 53.in pr.
& de appell.l.ex consensu.23.§. vlt. Contumax autem
est,qui tribus edictis,siue vno pro omnibus, aut literis
vocatus, sui præsentiam non facit, nisi vel ob iustam
causam excusetur,vel ab eo iudice vocetur,cui obseqoi
non tenetur,d.l.contumacia,§.1.& seqq.

Tit. XLIV. De sententiis ex periculo recitandis.

1 TRia hoc titulo requiruntur, vt sententia
2 definitiua valeat. § Primò requiritur,vt iu-
dex non subitò,sed deliberatione habita &
maturo consilio eam formet, atque emen-
det, l.2.
3 § Secundò requiritur, vt eam in libellum con-
ferat, d.l. 2. Hic libellus in rubrica vocatur *periculum*.
hanc enim lectionem pulchrè tuetur Cuiacius hîc in
paratitlis,& lib.5.obseruat. cap. 25. quam Alciatus li-
bro primo dispunctionum, cap.21.& Budæus in l. vlt.
D. de senator. existimarunt esse corruptam, & legen-
dum *breuiculum*. Ergo si sententia à iudice pronuncie-
tur,cùm scripta non sit,ipso iure non valet, l. vlt.§. 1.
Excipitur,nisi lis sit de re modica & parui pretij, Nou.
17.cap.3.vbi ad verbum εὐτελεστέρων, subaudio πραγ-
μάτων,nõ ἀνθρώπων, etsi vulgò vtrumque subaudiunt,
Item excipitur, nisi episcopus inter clericos iudicet,
4 Nou.83.in princ. § Tertiò requiritur,vt ex scripto le-
gatur,d.l.2.& l.vlt.in princ.Quapropter sententia non
valet,siue non sit lecta,sed partibus in scriptis tradita;
siue per alium sit lecta:quoniam oportet,vt ipse iudex
sententiam ex scripto pronunciet, nisi sit index illu-
stris,cui specialiter est permissum, vt per suum officia-
lem seu ministrum sententiam recitet,l.1.& 2.
5 § Adde quartum requisitum,vt sententia non in se-
creto,sed in publico loco recitetur, præsente officio,
infr.tit.prox.l.6.
6 § Ita,vt diximus, formata, & per iudicem recitata
sententia,ab eo corrigi,vel mutari non potest,d.l.2. &
infr.sentent.rescin.non posse,l.1.D.de re iudic.l. quod
iussit.14.& l.iudex.55.Quamquàm multæ exactio pro-
pter inopiam condemnati remitti potest, D. de offic.
præs.l.vltim.
7 § Nota,hunc titulum esse tantùm de sententia de-
finitiua: sequentem verò tam de interlocutionibus,
quàm de sententiis definitiuis.

Tit. XLV. De sententiis, & interlocutionibus omnium iudicum.

SEntentia in hac rubrica distinguitur ab 1
interlocutione: quia sententiæ verbum
simpliciter prolatum significat senten-
tiam definitiuam,l.1.2.& passim:à qua di-
stinguitur interlocutio, D.de re iudic. l.
quod iussit. 14. licèt latè sumpto vocabulo, etiam in-
terlocutio appellatione sententiæ contineatur, l. vlt.
Vnde sententiam diuidere solemus in definitiuam &
interlocutoriam. Hinc sumuntur duæ partes huius ti-
tuli:prior de sententiis definitiuis, posterior de inter-
locutionibus. § In priori parte de sententia definiti-
ua dissoluuntur tres quæstiones. § Prima quæstio est, 2
quomodò sit iudicandũ. Respondetur,iudicãdum esse 3
legibus,non exemplis:iudex enim veritatem,ac legum
& iustitiæ vestigia sequi, non quid princeps, aut præ-
fectus prætorio,aut alij iudicauerint, attendere debet,
l.nemo. 13. nisi aut princeps sententiam suam habere
vim legis iusserit,D.de constit.princip.l. 1.§.1. & Inst.
de iur. natur.§.sed &quod.aut perpetuò iudicatũ simi-
liter sit; quia rerum perpetuò iudicatarum auctoritas
facit consuetudinem,& habet vim legis,D.de legib. l.
nam Imperator.38.Dicitur iudex sequi veritatem,cùm
rationem habet facti sibi propositi & probati. Vnde
dici solet,iudicem secundum allegata & probata iudi-
care debere,D.de offic.præs.l.6.§.1. Dicitur sequi legũ
& iustitiæ vestigia, cùm ius facto accommodat, &
quæstionem ex facto seu lite emergentem, legitimè
decidit. § Secunda quæstio est,an sententia valeat.Pro 4
decisione huius quæstionis considerantur septem cir-
cunstantiæ.

§ Primò spectatur persona iudicis: de quo duo no- 5
tentur. I. Seruus non potest esse iudex, D. de iudic.l.
cùm prætor. 12. §.pen.Si tamen per errorem datus sit,
cùm pro libero haberetur; sententia ab eo lata, beni-
gnè sustinetur, l.2.nam etsi seruus cùm pro libero cõ-
muniter haberetur,prætor creatus fuerit, non est qui-
dem verus prætor:quæ tamen per eum gesta sunt, vti-
litatis causâ placuit rata esse,D.de offic.prætor.l.vltim.
& similiter si seruus,cùm pro libero haberetur, testa-
mentum signauit tanquam testis, hoc testamen-
tum ex bono & æquo sustinetur,supr.de testam. l. 1.&
Inst.eod.§.sed cum aliquis. Ex his tamen causis seruus
ad libertatem non perducitur, supr.de liber.cau. l. non
mutant.II.Idcirco in d l.2.dicitur,hunc,qui iudicis of-
ficio functus fuerat, postea in seruitutem retractum
esse.Porrò dicta æquitas locum non habet,cùm seruus
pro libero habitus, alium seruum manumittit:quia ex
hac manumissione nulla libertas competit, vt ait Mo-
destinus in l.nulla.19.& D.qui & à quib.manumis. his
verbis indicans neque Romanam,neque Latinam,ne-
que dedititiam libertatem competere: quoniam olim
hæc erant genera libertinitatis, Institut. de libert. §.
vltim. II. Qui statuendi potestatem non habent, vt
iudices pedanei, & duumuiri; relegare à patria non
possunt, l. nulli.10. § Secundò spectatur persona eius 6
contra quem iudicatur: vbi dantur duæ regulæ,

I. Si lis cum rei procuratore sit contestata: non in dominum,sed in ipsum procuratorem sententia ferri debet:alioquin non valet,l.1.quia procurator,litem contestando,fit dominus litis,supr.de procurator.l.procuratoribus.22.& l.seq.Hinc est,quòd in iudiciu familiæ erciscundæ,vel communi diuidundo, non potest vnus plurium litigantium esse procurator : vt putà si quatuor hereditatem diuidere velint,idem non potest esse procurator primi & secundi : quia si portio secundi (exempli causâ) sit adiudicanda primo,& primus inuicem sit in pecuniam condemnandus secundo ; hæc in persona vnius procuratoris expediri non possunt , D. eod.l.licèt.42. §.pen. Idem obtinet in negotiorum gestore,vt ipse damnetur, si in eius persona lis contestata fuerit,D.de negot. gest. l. liberto. 31.§. litem.Hæc ita procedunt,nisi post contestationem litis trãslatio fiat: quæ translatio causâ cognitâ permittitur,D.eod.l.post litem.17.in pr.nam is est condemnandus , in quem lis translata est,secundum sententiam Bulgari & Ioannis, quæ(teste Baldo)communiter probarut, & secundum Angelum est ipsa veritas:quia nihil interest, vtrùm ante,an post litem contestatam detur procurator , supr. eod.l.nihil. 20. Quare si post litem cum domino contestatam detur procurator,in hunc procuratorem,non in dominum sententia ferenda erit : & si è contrario cum procuratore lis contestata sit, quæ deinde ad dominum translata fuerit, ipse dominus damnari debet. Quamuis autem procurator damnetur, tamen executio iudicati contra dominum fiet,denegata cõtra procuratorem iudicati actione , nisi vel in rem suam procurator datus sit , quia tunc pro domino habetur ; vel se liti obtulerit,D.de re iudic.l.4. in princ.vel domino litis heres extiterit,D.de procurat.l.si quis cùm procuratorio.31. in princ. Hæc ita regulariter obtinent. sed in iudicio iniuriarum illustribus personis ex speciali priuilegio concessum est,vt possint per procuratorem litigare:sic tamen, vt sententia non in procuratorem, sed in dominum,qui iniuriam fecit,pronuncietur, inf. de iniur.l.vltim. II. Iudex non solùm potest reum absoluere,sed etiam actorem condemnare,denegata ipsi actori fori præscriptione,l.cùm Papinianus. 14. quam vulgò accipiunt de reconuentione , vt actor à reo coram eodem iudice inuicem conuentus non possit hoc iudicium declinare,& possit ab eodem iudice cõdemnati.Sed cùm Imperator nullam reconoentionis mentionem faciat, immo in extrema lege dicat eum damnari in eodem negotio, perspicuè indicat vnum esse iudicium,quo agens damnatur: hæc enim condemnatio non solùm in impensas litis fieri potest,infr.de fructib.& lit.expen.l.pen.§.neque.& supr.de iudic. l. properandum.13.§.& si quidem.& Inst.de pœ.tem.litig.§. 1.in fi.sed etiam in re principali,vt actor reo ad aliquid dandum,vel faciendum condemnetur,secundum obligationis,qua de agitur, naturâ;veluti si agatur pro socio , & rationibus subductis actor rei debitor reperia-
7 tur. ¶Tertiò spectatur res,de qua iudicatur:vbi dantur duæ regulæ.I.Sententia de re antea iudicata non valet: siue idem iudex iterum sententiam ferat,siue eius successor,l.post sententiam.9.in princ. & infr. quan. prouoca.non est necesse , l. 1. Excipe , nisi prior sententia fuit irrita,supr.tit.prox.l.vltim. II. Iudex non cogitur de omnibus litis articulis seu capitulis vnam sententiam simul proferre : sed prout singula sibi innotescunt,ita ea definire potest,l.pen.

8 ¶ Quartò spectatur tenor sententiæ:vbi dantur quatuor regulæ. I.Sententia neque absoluens,neque condemnans,non valet , l. 3. quoniam his duobus modis dumtaxat lis terminatur,D.de re iudic.l. 1. II. Si fisci debitor fideiussores dederit, neque fisco satisfaciat:iudex iubere potest , vt bona principalis debitoris tradantur fideiussorib. hac lege vt fisco indemnitatem præstent : & huiusmodi sententia executioni mandatur,nisi ab ea fuerit appellatum,l.5. III. Valet sententia,qua mulier libera pronunciatur,quæ antea vendita & emptori tradita , vel creditori in solutum data fuerat.Nam emptor,seu creditor , cui hac ratione mulier euicta est , sententiam sine appellatione rescindere non potest : sed si eam bona fide accepit, cùm liberam esse putaret; ac quæstione sibi mota , denunciauit auctori suo , vt se defenderet , eum euictionis nomine obligatum habet : ita vt possit à venditore actione ex empto consequi quod sua interest,vel à debitore debitum petere;quia non videtur solutum , quod fuit euictum,l.libera.8.& infr.de euictio.l.si cùm quæstio. 17. & l.seq. IV. Iudex non solùm interloquẽdo,sed etiam in sententia definitiua iusiurandum deferre potest,sup. de reb.cred.l.pen.vers.omne igitur.sic tamen,vt addat, quid iureiurãdo præstito seu recusato fieri velit,id est, in eum euentum absoluat, vel condemnet,l.cùm iudex.
11. ¶ Quintò spectatur lingua, qua est sententia pro- 9
lata:vbi distinctio adhibetur; quia sententiam in vrbe lingua Latina ferri oportet, D.de re iudica. l. decreta. 48.in prouinciis verò tam Græca quàm Latina lingua pronunciare licet, l.iudices. 12. Nam hæc lex ad proconsulem Asiæ scripta est , illa disertè de prætoribus
loquitur. ¶ Sextò spectatur locus,& officij præsentia, 10
vel absentia.Nam sententia præsidis irrita est, si nõ in publico,sed in secreto loco,absentib. officialibus dicta
sit,l.6. ¶ Septimò spectatur iudiciorum ordo : qui ne- 11
glectus,sententiam ipso iure nullam reddit , l. 4.veluti si litis contestatio non præcesserit, extr.vt li.non contest.c.2.aut si sententia scripta non sit, supr.tit. prox. l. vltim.aut partibus non sit à iudice recitata, supr.eo.l. 1.
¶ Tertia quæstio est,si sententia valet, quis sit eius ef- 12
fectus.Hic dantur tres regulæ. I. Seruanda est , & executioni mandanda,nisi ab ea sit appellatum,l.5.l.libera.8. II. Sententia lata de possessione , non facit præiudicium quæstioni de proprietate, l.post sententiam, 9.vers.nam nec de possessione. quia nihil commune habet proprietas cum possessione,D.de acq.vel amitt. poss.l.naturaliter.12.§.1.III. Possessor victus,qui rem emerat , aut in solutum acceperat , si auctorem suum laudauit,contra eum habet actionem de euictione , d. l.libera.Hucusque de sententiis definitiuis.

¶ In posteriori tituli parte de interlocutionibus iu- 13
dicum dantur tres regulæ. I. Interlocutio plerumque litem non perimit, d.l.post sententiam. vers. nam nec de possessione. vbi additur particula *plerumque* : quia etsi interlocutio reuera numquàm causam seu litem perimit , tamen interdum quodammodò perimit , vt exposui Isag.D.de re iudica.num. 10.II. Si iudex pacisci suadeat,nulla inde oritur obligatio, l.7. III. Iudex non debet interloqui,ne ante sententiam definitiuam liceat partibus recusationem,vel appellationem interponere , nisi hoc post litem contestatam faciat : propterea quòd ante litem contestatam etsi non licet appellare,tamen licet iudicem ex iusta causa recusare , l. vlt. Nota , iure ciuili non appellari ab interlocutione iudicis,infr.de appellat.l. oportet. 36. nisi inferat grauamen,quod non possit per appellationem à sententia definitiua reparari , veluti si iudex quæstionem haberi iusserit,D.de appell.recip.l. 2. Iure autem canonico ab omni grauamine posse appellari,extr.de appellat.c.super eo.12.

Tit. XLVI. De sententia , quæ sine certa quantitate prolata est.

I. 2. iv.	*III. 2. ij.*
II. 3. j.	*IV. 1.*

Ve

1 VT ſententia valeat, certa eſſe debet, id eſt,
certæ quantitatis, vel certæ rei: alioquin
ipſo iure non valet: veluti ſi is, à quo dos
non liquida petitur, ita condemnetur, *Quæ*
2 *bona accepiſti, ſolue*, l. vltim. ¶ Sed nihil refert, vtrùm ex
ipſis ſententiæ verbis condemnatio certa ſit, veluti,
Solue decem aureos, D. de re iudica. l. in ſententiis. 59. in
princ. an aliunde certa reddatur: quod multis modis
accidit; nam certa ſententia reddi poteſt. I. Ex conuen-
tionis libello, veluti, *Quod petitum eſt, ſolue*: aut, *quantum
petitum eſt, ſolue*, d. l. in ſentẽtiis, §. 1. II. Ex aliqua parte
actorum: vt quia actor petiit quod ſua intereſt; & in
eo iudicio probauit quanti intetſit, l. 3. III. Ex inſtru-
mento, vel vltima voluntate: veluti, *ſolue, quod ex teſta-
mento Meuij accepiſti*: vel, *quod ex codicillis Meuij accepi-
ſti*: vel, *quod reſtituere rogatus es*, D. de re iudic. l. 5. §. 1. IV.
Ex iure: veluti, *Solue vſuras, donec pecuniam cõdemnatione
comprehenſam ſoluas*, l. 1. quia vſuræ rei iudicatæ certæ
3 ſunt, infr. tit. prox. l. vn. ¶ Interdum ſententia incerta
valet. I. Fauore fiſci, ſi ita pronunciatum ſit, *Indemnita-
tem fiſco præſta.* ſupr. tit. prox. l. 5. vel fauore reipublicæ:
vt, *Indemnitatem reipub. præſta.* l. 2. II. Cùm non poteſt
ferri ſententia certa: vt cùm ex iuſta cauſa vindicatur
incerta pars hereditatis, D. ſi pars heredit. pet. l. 1. §. vlt.
vel rei ſingularis, D. de rei vindic. l. quæ de tota. 77. §.
1. Idcirco Iuſtinianus in §. curare, Inſt. de actio. rectè ait
iudicem curare debere, vt, quoad eius fieri poteſt, ſen-
tentiam certam ferat.

Tit. XLVII. De ſententiis, quæ pro eo quod intereſt, proferuntur.

1 QVod ſuperiori titulo diximns, ſententiam
certam ferri debere, tunc etiam obtinet,
cùm incerta petitio eſt, Inſt. de actio. §. cu-
rare: veluti cùm petitum eſt id quod in-
tereſt, D. ſi in ius voc. non ier. l. vlt. & de ver. oblig. l. ſi
pœnam. 68. quia iudex debet æſtimare quanti re vera
interſit, & in eam ſummam condemnare, infr. de inu-
til. ſtipul. l. 3. in fi. delato iureiurando in litem, ſi iudicio
bonæ fidei, vel arbitrario condemnandus aliquis ſit ob
dolum, vel contumaciam, non ob culpam; nec in iudi-
2 ciis ſtricti iuris, D. de in lit. iur. l. 4. §. vlt. l. 5. & l. 6. ¶ Iu-
ſtinianus autem in l. vn. h. tit. diſtinguit inter caſus cer-
tos & incertos; ac certos caſus in verſ. ſancimus. decla-
rat definitione, & exemplis: vnde facilè intelligimus,
qui ſint caſus incerti: quia cognito vno contrariorum,
plerumque & alterum cognoſcitur, D. de his qui ſui
vel alien. iur. ſunt, l. 1. in princip. & Inſtitut. eod. in
princ.

3 ¶ Caſus certi dicuntur, qui certam habent quantitatem, vel naturam. ergo incerti ſunt, qui habent quantitatem, vel naturam incertam. Certa vel incerta quantitas eſt earum rerum, quæ pondere, vel numero, vel menſurâ conſtant: cetera omnia dicuntur habere certam, vel incertam naturam, nempe corpora, & res incorporales: verbi gratiâ, decem aureorum eſt certa quantitas: frumentum eſt quantitas incerta: Stichus eſt corpus certum: homo eſt corpus incertum, D. de reb. cred. l. 6. & de verb. oblig. l. ſtipulationum. 74. §. 1. & l. vbi autem. 75. Omnes res incorporales ſunt incertę, vt ſeruitutes, D. de cõdict. indeb. l. ſed etſi. 12. §. 1. vſusfructus, d. l. vbi autem. §. fundi. poſſeſſio, D. de condict. indeb. l. indebiti. 15. §. 1. facta quoque incerta ſunt, d. l. vbi autem, §. qui id quod. & niſi fiat, quod promiſſum eſt, id quod intereſt debetur, D. eod. l. ſi pœnam. 68. & de re iudic. l. ſi quis ab alio. 13. in fi. & ſi in ius voc. non ier. l. vltim.

4 ¶ Exempla certorum caſuum à Iuſtiniano duo afferuntur: venditio, & locatio. nam pretium venditionis ſemper eſt certum, Inſt. de empt. & vendit. §. 1. & ſimiliter merces locationis ſemper eſt certa, Inſt. de locat. & conduct. §. 1. res autem vendita plerumque eſt certa, vt fundus, vel ædes: interdum tamen eſt incerta, vt cùm emuntur fructus futuri, vel cùm emitur captus piſcium ſeu iactus retis: quibus caſibus dicitur emi ſpes, D. de contrah. empt. l. nec emptio. 8. & de actio. emp. l. ſi iactum. 12. Similiter quod locatur, plerumque eſt certum, interdum eſt incertum, vt cùm aliquis res vehendas locat, quia vehere eſt facere, & omnia facta ſunt incerta, vt ſup. docui. Ergo venditionis & locationis exempla à Iuſtiniano propoſita debent accipi ſuppoſitis (vt vulgò loquimur) terminis habilibus, id eſt, cùm certa eſt res, & certum pretium, vel certa merces. Eodem modo debent accipi ſequentia illa verba generalia, *& omnibus contractibus*, vt ſubaudiatur, certis.

¶ His expoſitis, dantur duæ regulæ: vna de caſibus 5
certis, altera de incertis.

¶ Prior regula eſt in verſ. ſancimus. nempe, id quod 6
intereſt in caſibus certis non poteſt duplum excedere, id eſt, iudex non poteſt in id quod intereſt condemnare vltra duplum eius quod in obligationem deductum fuit: verbi gratia, ſi venditor ſit in mora rei tradendæ, tenetur in id quod emptoris intereſt, D. de act. empt. l. 1. in princ. Idem eſt, ſi res tradita, emptori euicta ſit, infrà de euict. l. ſi controuerſia. 9. l. ſi cum quæſtio. 17. cum ſim. ſpectatur autem intereſſe, non extrinſecùs, ſed circa ipſam rem venditam. vtputà non habetur ratio, quòd emptor ea re negotiari & multum lucrati poterat, nec quòd non accepto frumento, quod emerat, familia fame periit; ſed ſi fortè eius rei pretium auctum ſit, huius intereſſe ratio haberi debet, D. de acti. empt. l. ſi ſterilis. 21. §. cùm per venditorem. Iam finge rem illam tempore contractus valuiſſe viginti, nunc æſtimari quinquaginta, condemnabitne iudex venditorem in quinquaginta? nequaquã, ſed tantùm in quadraginta, ne duplum excedat: ſic enim duplum accipitur, vt in eo ſimplum contineatur, D. eod. l. cùm & fortè. 44.

¶ Poſterior regula eſt in verſ. in aliis autem. nimi- 7
rum, in caſibus incertis res iudicis arbitrio committitur, vt ipſe æſtimet, quanti re vera interſit, nullis autem machinationibus nulliſque peruerſionibus æſtimatio vltra veritatem augeatur: vt putà ſi is, qui ſe ſatiſdaturũ promiſit, non ſatiſdet, tanti damnatur, quanti re vera ſtipulantis intereſt, non habita vani timoris ratione: adeo vt ſi debitor ſit locuples, non propterea damnetur ob ſatiſdationem non præſtitam, quòd poterat in paupertatem incidere: quia vanus eſt hic metus, quem allegat ſtipulator, petens quod ſua intereſt in huiuſmodi periculo non verſari, D. de re iudica. l. ſi quis ab alio. 13. in princ.

¶ Has duas regulas Imperator confirmat in verſ. 8
cùm ſciamus: tamquam naturæ conſentaneas. Naturæ vocabulum aliter hîc accipitur, quàm ſupr. in d. verſ. ſancimus. quoniam ibi natura ſignificabat ſpeciem, hîc verò accipitur pro natura communi, à qua ius naturale proficiſcitur. Ergo huic naturæ congruit, eas pœnas, id eſt, id quod intereſt (nam pœnæ appellatione hîc ſignificatur quod intereſt, vt & in l. vlt. D. de eo quod cet. lo.) exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, (ſubaudi, à iudice in caſibus incertis) vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuuntur: videlicèt in caſibus certis, vt ſupr. expoſui.

¶ Eaſdem regulas producit Imperator in verſ. & hoc. 9
vt obtineant tam in lucro, quàm in damno: quia ex his duabus cauſis ſpectatur id quod intereſt, id eſt, dicimus noſtra intereſſe aliquid fieri vel non fieri;

quia si secus accidat, ab eam causam non lucrabimur,
quod lucrati essemus; vel damnum patiemur, quod
passi non essemus.

Tit. XLVIII. Si à non competenti iudice iudicatum esse dicatur.

I. 3. iij.	*III. 3. iij.*
II. 3. j. iij. 4. iij.	*IV. 3. ij. iij.*

1 VT sententia à iudice lata valeat, non suf-
ficiunt obseruationes hactenus exposi-
tæ, nisi etiam competens sit iudex, qui
iudicauit, id est, nisi ad eum disceptatio
2 spectet. ¶ Qui sint iudices competétes,
vel incompetentes, expositum fuit sub tit. de iurisdict.
omn. iudic. sed in præsentia de sententia iudicis incó-
petentis agitur: de qua datur hæc regula, sententia ab
3 incompetente iudice lata, ipso iure non valet. ¶ Hæc
regula producitur, vt obtineat, I. Tam in causa ciuili,
l. 2. quàm in criminali, D. de iniust. rup. l. 6. §. quid si
quis. II. Etiam in causis ad priuatas personas perti-
nentibus, l. vlt. III. Siue sit iudex incompetens ratio-
ne personæ litigantis, quæ non sit eius iurisdictioni
subiecta, d. l. vlt. veluti si iudex militaris iudicet inter
paganos, d. l. 2. & sup. de offic. magis. milit. l. 1. & de of-
fic. milit. iudic. l. 2. siue ratione causæ, veluti si iudex ad
certam rem datus, de aliis rebus iudicet, l. 1. purà si de
proprietate datus, super possessione pronunciet, l. 3.
4 ¶ Sane is, qui ex se est incompetens, fieri potest iudex
competens: quod multis de causis accidit. I. Si manda-
tam iurisdictioné suscipiat ab eo, cuius iurisdictio est,
D. de offic. cius, l. 3. & de iurisdict. l. solet. 15. II. Si iuris-
dictio, quam in aliis causis, vel in alias personas habet,
consensu partium prorogetur, D. eod. l. est receptum,
14. & de iudic. l. 1. III. Si ab eo, qui iudicis dandi po-
testatem habet, iudex detur: secus, si detur ab eo qui
dandi potestatem non habet, l. 2. & supr. de iudic. l. pen.
& de iudicib. pedan. l. 1.

Tit. XLIX. De pœna iudicis, qui malè iudicauit, vel eius qui iudicem vel aduersarium corrumpere curauit.

I. 3.	*II. 2.*

1 DVæ sunt partes huius tituli: quarú prior
iudicem punit, qui malè iudicauit: poste-
tior litigatorem, qui iudicem vel aduer-
2 sarium corrumpere voluit. ¶ In priori
parte de iudice, qui malè iudicauit, distin-
guuntur duo casus: aut enim culpâ, id est, per imperi-
tiam: aut dolo malo, vt per inimicitiam, vel gratiam,
vel sordes, malè iudicauit. Vtroque casu litem suam fa-
cere dicitur: sed priori casu tenetur ex quasi delicto,
actione in factum, in quantum iudici æquum videbi-
tur. Posteriori casu tenetur ex delicto; & notatur infa-
mia; & ei, quem læsit, omne damnum illatum resarcire
cogitur: si tamen filiusfamiliâs sit, vltra peculij quanti-
tatem non tenetur, l. 2. & D. de iudic. l. filiusfamiliâs.
15. & de oblig. & act. l. 5. §. si iudex. & de extraordin. co-
gnit. l. vlt. & Inst. de oblig. quæ qua. ex delic. in pr. No-
uissimo autem iure qui pecuniam vel cautionem in
causa ciuili accepit, dati triplum, vel promissi duplum
comiti rerum priuatarum soluit, & dignitatem, si quam
habet, amittit: is verò, cui in causa criminali datum vel
promissum aliquid fuit, confiscatis omnibus bonis in
3 exilium mittitur, Nou. 124. cap. 2. ¶ In posteriori titu-
li parte de eo, qui iudicem vel aduersarium corrumpe-
re curauit; statuitur vt causâ cadat, l. 1. & D. de calum-
niat. l. 1. §. pe. Præterea tam is qui pecuniá iudici dedit,
quàm iudex qui pecuniam accepit, in quadruplum
damnatur, data cuiuis accusandi tamquàm crimen pu-
blicum facultate, inst. ad leg. Iul. repetundarum, l. vlt.
Nouissimo iure qui factum confitetur, ac personám
designat cui dedit vel promisit, veniam meretur, dum-
modò vel id probet, vel designata persona innocen-
tiam suam iureiurando purgare nolit: si verò ille id nó
probet, hic autem iuret sibi nec datum quidquam, nec
promissum fuisse: ille in causa ciuili æstimationem litis
comiti rerum priuatarum persoluit: in criminali bo-
norum confiscationem patitur; eo qui iurauit, ab omni
pœna exempto: lis autem, propter quam datum vel
promissum dicebatur; apud competentem iudicem le-
gitimè terminatur, d. Nou. 124. cap. 2.

Tit. L. Sententiam rescindi non posse.

I. 2. j.	*III. 2. ij.*
II. 2. iij. 3. j.	

SVperioribus titulis exposita sunt ea, pro- 1
pter quæ sententia valet, aut est inutilis: ab
hoc titulo incipit explicare effectus sen-
tentiæ validæ: nam ad effectum pertinet
hæc regula, quòd sentétia semel lata non potest rescin-
di. ¶ Quæ regula producitur, vt sententia rescindi nó 2
possit. I. Nec per eiusdem iudicis, nec per successoris
sententiam, l. 1. & D. de re iudica. l. quod iussit. 14. l. Pau-
lus. 42. l. iudex. 55. II. Per rescriptum principis, l. vlt. &
sup. de error. aduo. l. vlt. III. Si omissa sit exceptio per-
emptoria, l. 2. ¶ Excipitur I. Nisi appellatum sit, d. l. 2. 3
& D. de his qui not. infam. l. 6. §. 1. & ad S.C. Turpil. l. 1.
§. vlt. II. Nisi supplicatú sit aduersus sententiá præfecti
prætorio, sup. de sentent. præf. præto. l. vn. III. Nisi resti-
tutio in integrú concessa sit, D. de re iudic. l. Diuus. 33.

Tit. LI. De fructibus, & litium expensis.

I. 2. j.	*§. neque. 7. 8.*
II. 2. ij. 10. ij.	*§. quod si iudex. 14.*
III. 2. ij. 14.	*§. pen. 11.*
IV. 10. j. ij.	*§. vlt. 13.*
V. p. 10. ij.	*VI. 5.*
§. j. 12.	

AD effectum sententiæ pertinent duo tra- 1
ctatus: alter de fructibus rei, quæ in iudi-
cium deducta est: alter de impensis litis: vt
sciamus, an has, & illos restituere reus de-
beat. Hinc oriuntur duæ partes huius tituli. ¶ In qua- 2
rum priore de fructibus dantur duæ regulæ. I. Fructus
intelligútur deductis iustis sumptibus, l. 1. Iustos sum-
ptus intellige, qui aut circa rei substantiam fiunt, dum-
modò sint necessarij, vel vtiles, D. de hered. petit. l. he-
res. 51. & de oper. seru. l. 4. §. 1. aut fructuú quærédorum,
colligendorú, conseruádorú gratiâ, D. de hered. petit. l.
si à domino. 36. §. vlt. & de vsuris, l. quod in fructus. 46.
& solu. matrim. l. 7. in pr. Nota differétiam inter impé-
sas quæ fiunt in rei substantiá, & eas quæ fiunt in fru-
ctus quærédos, colligendos, & conseruandos: quoniam
illæ interdú non deducútur, vt cùm quis fundú domi-
nicú emit dempto canone, inf. de fun. rei priu. l. vlt. hæ
verò semper deducuntur, nullo casu excepto, D. de he-
red. petit. l. si à domino. 36. §. vlt. l. fundus qui dotis. 51.
in pr. II. Bonæ fidei possessor, vel eius heres vero domi-
no vindicanti condénandus est, nó solùm in rem prin-
cipalem restituendam, sed etiam in fructus à die litis
contestatæ perceptos, vel percipiendos, id est, quos
percepit, vel honestè percipere potuit, l. 2. quia post
litem contestatam omnes incipiunt esse malæ fidei
possesso

possessores,D.de hered.petit.l.sed & si lege.25.§.si ante.
Denique omnis causa actori est restituenda, vt conse-
quatur, quicquid haberet, si res tempore litis conte-
statæ ei restituta fuisset,D.de rei vindic. l.præterea.20.
3 Nota differentiam non esse inter bonæ & malæ fi-
dei possessorem post litem contestatam; quod ad fru-
ctus ex eo tempore restituendos:sed differentia in aliis
triplex est. I. Bonæ fidei possessor non obstante litis
contestatione rem vsucapit,D.eod.l.Iulianus.17.in fin.
& l. seq. malæ fidei possessor proculdubio non vsuca-
pit. II. Bonæ fidei possessor per seruum ex re sua ac-
quirit, d.l. præterea. malæ fidei possessor non acquirit.
III.Si res sine dolo & culpa possessoris pereat,bonæ fi-
dei possessor liberatur; malæ fidei possessor pretium
præstat, si fortè actor erat rem distracturus, D. de he-
red.petit.l.illud.40. & de rei vindic. l. item si verbera-
tum.15.§.vlt.
4 ¶ Posterior tituli pars de impensis litis diuiditur in
5 duo capita. ¶ Priori capite de sumptibus in litē facien-
dis datur regula, Quòd priuilegium alicui concessum
super expensis litis minuendis,vel nullo modo adgnos-
cendis,etiam aduersario prodest, l.vlt. quia in iudiciis
seruanda est æqualitas,supr.de postul.l.pen.
6 ¶ Posteriori capite de sumptibus in litem factis, ab
aduersario recuperandis, seu de condemnatione in ex-
pensas litis facienda,dissoluuntur sex quæstiones.
7 ¶ Primò quæritur,quis in expensas litis condemnet.
Respondetur, omnem iudicem id facere posse, l. pen.
§. neque.
8 ¶ Secundò quæritur, quis damnari possit. Respon-
detur,tam actorem, quàm reum in expensas litis con-
9 demnari posse,d.l.pen.§.neque. ¶ Tertiò quæritur,qua
ex causa in expensas litis sit aliquis condemnandus vel
10 absoluendus. ¶ Causæ condemnandi duæ proponun-
tur. I. Si actor reum ex rescripto principis ad incom-
petentem iudicem extra prouinciam traxerit, deinde
iudicium distulerit, vel non adfuerit, vel intentionem
non probauerit:ob has enim causas, si iudicium sit cri-
minale,punitur tamquàm calumniator: si ciuile, dam-
natur in expensas,l.4. II. Victus victori in expensas li-
tis damnari debet,l.5.d.l.4.& d.l.pen.in prin.Interdum
tamen è contrario victor damnatur victo,nempe actor
iustè litigans, & per contumaciam absens: nam quia
bonam causam habet,in re principali obtinet: & quia
per contumaciam abest,in sumptus litis damnatur,sup.
de iudic. l.properandum.13.§.& si quidem.vers.expen-
11 sis tantummodò. ¶ Causæ absoluendi spectantur par-
tim in actore, partim in reo, partim in vtroque: nam
impensarum condemnationem vitant,actor, si à lite
desistat;reus,si bonam fidem adgnoscens, debitum sol-
uat; vterque, si bona fide, non per calumniam litiget,
12 d.l.pen.§. pen. ¶ Quartò quæritur, cùm aliquis in ex-
pensas litis damnari debet, in quantum sit dam-
nandus. Hìc duo traduntur. I. Iudex non solùm dam-
nare potest in quantitatem impensarum ab aduersario
in litem factarum, sed etiam propter condemnandæ
personæ malam fidem & impudentiam potest eam
summam excedere vsque ad decimam eius partem:ver-
bi gratia, si actor in litem viginti aureos impenderit,
reus condemnari potest in viginti duos aureos: quod
autem excedit,id est,duo illi aurei pertinent ad fiscum,
nisi iudex eos victori attribuerit in solatium vexatio-
nis & molestiæ,quam ex lite passus est, d. l.penult.§.1.
II. Non est necesse, vt in sententiâ certa quantitas ex-
primatur, sed sufficit si iudex in expensas simpliciter
condemnet, l. 3. quia postea impensas taxabit, quam
impensarum taxationem solent iudices in sententia
13 definitiua sibi reseruare. ¶ Quintò quæritur,quis exe-
quatur sententiam iudicis,& exigat tam fructus, quàm
sortem, & cetera, in quæ aliquis est condemnatus, si
fortè sit iudex pedaneus,qui nullos habeat executores.
Respondetur, magistratum, qui iudicem dedit, etiam
apparitorem dare, qui sententiam illius iudicis exe-
quatur,d.l.pen.§.vlt.quoniam ad eum,qui iudicem de-
dit,executio sententiæ pertinet,D.de re iudic.l.à Diuo
Pio.15.in princ.Coniunge,quæ notabo infr.de except.
rei iudic.quæst.5. ¶ Sextò quæritur,quid dicendum, si 14
iudex victum victori in expensas litis non condemna-
uerit.Respondetur, nec posse eas impensas nouo iudi-
cio peti, l. 3. nec posse ob eam causam appellari, infr.
quan.prouoc.non est necess.l.vlt.sed si iudex compen-
satione impensarum hinc inde factarum admissa
vtrumque absoluit,nulla ampliùs de his impensis que-
rela esse potest,Nou.85.cap.10.Si verò de impensis ni-
hil pronunciauit, ipse de suo soluere victori cogetur,
d.l.pen.§.quòd si iudex.

Tit. LII. De re iudicata.

I. 4.6.ij.	*IV. 5.ij.*
II. 5.j.	*V. 4.*
III. 6.j.	*VI. 5.iij.*

RES iudicata non est idem, quod sententia, 1
sed est effectus sententiæ definitiuæ: nam
res accipitur pro lite,vt D.de inoffic.testam.
l.Papinianus.8.§.1. Vnde Cicerò in oratio-
ne pro Muræna Iurisconsultos deridet, quasi definire
non potuerint, vtrùm rem, an litem dici oporteret.Iu-
dicata verò dicitur, quæ finem controuersiæ pronun-
ciatione iudicis,id est,absolutione vel condemnatione
accipit,D.h.t.l.1. ¶ Promiscuè autē dicimus rem iudi- 2
catā,& rem iudicandam; quemadmodum litem conte-
statam,& litem contestandam:quoniam his participiis
nec præteritum, nec futurum tempus significatur: &
potiùs vteremur participio præsentis temporis, nisi
lingua Latina eiusmodi participio passiuo careret.
¶ Itaque res iudicata dicitur in iure ciuili, statim ac 3
sententia lata est,infr.de appellat.l.litigatoribus. 14. &
D.de condict.indeb.l.eleganter.23.§.1.quamquàm iure
canonico, & in praxi sententia tum demum dicitur
transire in rem iudicatam, cùm per appellationem res-
cindi ampliùs non potest, vt quia non est appellatum
intra tempora statuta; vel appellatio deserta est, extr.
h.t.cap.quod ad consultationē.15. ¶ Hic titulus docet 4
rei iudicatæ standum esse, l. 1. præsertim si victus sen-
tentiæ acquieuerit: veluti si condemnatus dilationem
solutionis petierit, l.5. Huic regulæ adiunguntur tres
productiones,& duæ exceptiones. ¶ Producitur enim 5
hæc regula,vt res iudicata non retractetur. I. Compu-
tationis prætextu,id est,si quis ideo se victum conten-
dat, quòd rationes suas non bene supputauit, proinde
non benè in iudicium deduxit,l.5.sic enim hanc legem
rectè interpretatur Cuiacius:ab aliis autem malè acci-
pitur,quasi dicat iudicem, qui in computatione errans
condemnauit in certam quantitatē,non posse errorem
suum corrigere:quod & iniquum est,& falsum, D.quæ
sent.sine appell.rescind.l.1.§.1.Non obstat l.vn.supr de
errore calc. quæ non negat retractari sententiam per
errorem calculi latam,sed sententiā super erroris con-
trouersia pronunciatam: quod longe diuersum est.
II. Prætextu instrumentorum postea repertorum, l. 4.
Secus est,si postea testamentum reperiatur, & idem in
transactione obtinet:quia transactio prætextu instru-
mentorū postea repertorum non rescinditur, supr. de
transact.l.sub prætextu. 19. sed de quæstionibus ex te-
stamento pendentibus neq; transigi,neq; veritas aliter
exquiri potest, quàm inspectis & cognitis verbis testa-
menti,D.eod.l.6.& testam. quemadmod. aper. l. 1. §.1.

III. Etiamsi cognitor mortuus sit, postquàm acta sunt
translata in publica monumenta, quod generaliter tra-
ditur de omnibus actis & monumentis in l.vlt.vbi co-
gnitor appellatur, qui de causa cognoscit, id est, iudex,
vt & in l.6.& 7.sup.de episc.aud.& in l.addictos.29.inf.
de appellat. cùm in alia significatione cognitor olim
diceretur, qui litem præsentis suscipiebat: nam pro ab-
sente procurator interuenire dicebatur, auctore Festo
in verbo *cognitor*. Exposui productiones, iam subiiciam
6 exceptiones. ¶ Excipitur, I. Nisi appellatum sit, l.3.quo-
niam appellatio sententiam rescindit, D.qui notan.in-
fam.l.6.in princ.& ad S. C. Turpill.l. 1. §. vlt. II. Nisi
victo detur exceptio aduersus rem indicatam: vt exce-
ptio doli mali datur ei, qui condictione furtiua damna-
tus est, si probare possit actorem rem recepisse, cuius
nomine damnatus fuit, l.1. Similiter executioni rei in-
dicatæ potest opponi exceptio compensationis, supr.de
compensat. l. 2. & senatusconsulti Macedoniani, aut
Velleiani, D.de senatuscons.Maced.l.tamen. 22. Nota
magnum esse discrimen inter has duas exceptiones:
quia per appellationem sententia retractatur: per exce-
ptionem non retractatur, sed eius executio impeditur,
vt in d. l. 1. sunt & alij modi, quibus sententia rescin-
ditur, de quibus diximus supr. ad tit. senteot. rescind.
non pos.

Tit. L I I I. De executione rei iudicatæ.

I. 6.j.7.j.	*VI. 2.3.*
II. 2.7.9.ij.	*VII. 6.ij.*
III. 7.ij.	*VIII. 3.*
IV. 7.j.	*IX. 6.ij.7.j ij.*
V. 7.j.	

1 QVod superiori titulo diximus, rebus iu-
dicatis standum esse, hanc vim habet, vt
executioni mandentur. Quocirca de ex-
ceptione rei iudicatæ dissoluuntur qua-
tuor quæstiones. ¶ Prima quæstio est, an
2 sententia sit exequenda. Respondetur, exequendā esse,
nisi obligatio iudica tinouata sit, l.2.& D.de re iudic.
l.4. §. si ex conuentione. vel sententia ipso iure non va-
leat, vt quia ab eo dicta fuit, qui sententiæ dicendæ
ius non habuit, supr. si à non compet.iud.tot.tit.putà ab
3 executore, l.6. ¶ Secunda quæstio est, per quem fiat exe-
cutio. Respondetur, per executorem, d.l.6.& l.pen. siue
apparitorem, supr.de fructib.& lit.expen.l.pen.§.vlt. &
D.de euict.l. si pignora. 50.inseruiētem officio iudicis:
ideóque dicitur executio fieri per officium, non per
actorem, qui reum condemnari fecit, infr. si in caus. iu-
dic.pign.cap.sit, l.2.in princ. Adde notata supr.de fruct.
4 & lit.expen.parte 2.quæst.5. ¶ Tertia quæstio est, quan-
do sententia executioni mandetur. Hac de re tradun-
tur quædam propria iudicij in rem, alia propria iudicij
in personam, nonnulla vtrique iudicio communia.
5 ¶ Iudicium reale statim executioni mādatur, nisi reus
ex iusta causa dilationem petat, veluti quia rem habet
in alia prouincia: tunc enim arbitrio iudicis datur ei
dilatio, dummodò satisdet de litis æstimatione soluen-
da, nisi rem intra tempus à iudice præstitutū restituerit,
6 Instit.de offic.iudic.§.3& si in rem. ¶ De iudicio perso-
nali duo notantur. I. Executio nulla fit ante senten-
tiam, l.1.& D.de re iudic.l.si cùm nulla.58.quia non est
ab executione incipiendum, supr.de sequestrat. pecun.
l.vnic. II. Executio sustinetur ad certum tempus, quod
iudicato indulgetur, l.vlt.& D.quod met.cau. l. item si
cum exceptione.14.§.quid si homo.& de vsur.l.3.in pr.
necnon eius fideiussori, inf.tit.prox.l.vlt.§.1. Hoc tem-
pus ex lege xij.tabularum erat triginta dierum, postea
factum est duorum mensium, sed ex Iustiniani consti-
tutione est quatuor mensium, infr tit.prox.l. 2. & 3. in
princ. & D. de re iudic. l, debitorib. 31. Huius autem
temporis iudicatus nec vsuras præstat, d.l.2.& 3.nec de
fructibus percipiendis tenetur, nisi eius mora præ-
cesserit, D.de vsur.d.l.3. in princ. nec rei periculum su-
bit, dummodò dolo & culpa careat, d.l.item si cum ex-
ceptione.§.quid si homo.sed post hoc tempus elapsum
accessiones præstat, d. l. 2. & 3. & periculum sustinet,
quia re perempta æstimationem soluere cogitur, l.7. 7
¶ Quarta quæstio est, quomodò sententia executio-
ni mandetur. Huius executionis sunt tres partes seu
gradus. I. Capiuntur condemnati pignora, l.1.2.& vlt.
Vbi notandum est, nomen quoque debitoris capi pos-
se, l.5.videlicet si aliæ res nullæ sint, vel non sufficiant:
quia prima executio fit in rebus mobilibus, deinde ca-
piuntur res immobiles, tandem peruenitur ad iura &
actiones, D.de re iudic.l.à Diuo Pio. 15. §. in venditio-
ne. Rursus notandum, stipendia militum capi non pos-
se, ne fortè militiam deserere cogātur, l.4. Alia ratio est
præmiorum, quæ athletis tribuuntur: hæc enim ve-
niunt in executionem rei iudicatæ, D. de re iudicat.
l.commodis.40. II. Pignora dicto ordine capta distra-
huntur, l.2.& l.vlt.& d.l.à Diuo Pio. 9. in venditione.
III. Si emptor pignoris non inueniatur, actor mitti-
tur in rerum possessionem, l.3. ac tandem pignoris do-
minium ei per principem addicitur, infr. si in cau.iudic.
pignus cap. sit. l. vltim.

Tit. L I V. De vsuris rei iudicatæ.

I. 2.3.	*Princ. 3.*
II. 2.3.	*§. 3.4.*
III. 2.5.	

HIc quoque titulus ad effectum rei iudica- 1
tæ pertinet: in quo de vsuris rei iudicatæ
deciduntur quatuor quæstiones. ¶ Primò 2
quæritur, ex quo tempore hæ vsuræ cur-
rant. Respondetur, earum cursum incipere post legiti-
mum tempus, l.1.id est, post quatuor menses, qui à Iu-
stiniano indulgentur non solùm cōdemnato, sed etiam
eius fideiussori, l.2.& 3.vt notaui supr.tit.prox.quæst.3.
¶ Secundò quæritur, quæ vsuræ debeantur. Responde- 3
tur, deberi vsuras centesimas, l.1.2.& 3.in princ. ¶ Ter- 4
tiò quæritur, cui obligationi vsuræ accedant. Respon-
detur, post rem iudicatam non deberi vsuras obliga-
tionis in iudicium deductæ, sed tantùm vsuras iudica-
ti: quia per condemnationem fit prioris obligationis
nouatio, D.de pignorib.l.si fundus. 16.§.si pluris. proin-
de cursus priorum vsurarum sistitur, D.de nouat. l.no-
uatione.18.ac debentur solùm vsuræ iudicati, d.l.3.§.1.
¶ Quartò quæritur, cuius summæ debeantur vsuræ. 5
Respondetur, etiamsi condemnatus aliquis sit in sor-
tem & vsuras, tamen vsuras tantùm sortis deberi, non
etiam vsurarum, d. l. 3. vbi Imperator hanc decisio-
nem duabus rationibus confirmat. Prima ratio est:
quia vsuræ vsurarum omnino sunt prohibitæ, D. de
condict.indeb. l. si non sortem. 26. §. 1. Græci vocant
anatocismum; cùm vsuris in sortem conuersis, earum
vsuræ constituuntur: sed hic anatocismus iure prohi-
betur. Secūda ratio est: quia ex iudicati actione deben-
tur vsuræ centesimæ, vt iam dictum fuit: ex aliis causis
regulariter debentur minores centesimis, supr.de vsur.
l.eos.26. §.1. quare si vsuræ obligationis, quæ in iudi-
cium deducta est, vsuras iudicati parerent, daretur mi-
noris vsuræ maior, id est, centesima vsura: atque ita
plus esset in accessione vsurarum, quàm in obligatione
principali, quod est absurdum.

Tit.LV.

Tit. LV. Si plures vna sententia condemnati sint.

1 HOc etiam spectat ad executionem rei indicatæ, quod traditur hoc titulo, quotiescumque plures in vnam summam damnantur, singulos teneri pro partibus, ac diuisum esse periculū, nec alterum onerari, si alter non sit soluēdo.
2 ¶ Hæc sententia producitur, vt obtineat, etsi ante condemnationem singuli tenebantur in solidum: quia per condemnationem (vt superiori titulo diximus) pristina obligatio nouatur: vnde nemo tenetur, nisi in id, in
3 quod est damnatus. ¶ Excipitur, nisi in sententia sit expressum, vt omnes teneantur in solidum, vel, vt si vnus non sit soluendo, alter in subsidium teneatur, l. 1. & 2. & D. mandat. l. si mandatu, 59. §. Paulus respōdit vnum. & de re iudica. l. Paulus respondit eos. 43. & de appellat. l. si qui separatim. 10. §. pen.
4 ¶ Hinc duo notanda, I. Per sententiam non constitui tacitè duos reos debendi, id est, non teneri singulos in solidum actione iudicati, nisi id in sententia sit expressum, quamuis in contractibus, & testamentis id tacitè agi videatur, D. de duob. reis. l. 2. l. eandem 9. in pr. II. Sententiam condemnatoriam prodesse ex accidenti, id est, non respectu eius quod in condemnationem deductum est, sed respectu eius quod est in condemnatione omissum: quatenus is qui tenebatur in solidum, post condemnationem tenetur in portionem virilem, vt exposui.

Tit. LVI. Quibus res iudicata non nocet.

I. 3.j.ij. | *III. 2.iij.*
II. 1.2.ij. | *IV. 2.ij.*

1 EFfectus rei iudicatæ coangustatur ad personas, inter quas iudicatum est: ideóq; datur regula, Res inter aliquos iudicata, tertio non nocet, l. 2. & D. qui potior. in pign. hab.
2 l. Claudius. 16. in fin. & de re iudic. l. pen. in pr. ¶ Hæc regula tribus modis producitur. I. Non solùm pertinet ad rem iudicatam, sed etiam ad alia acta, infr. tit. 60. II. Obtinet etiam in casibus similibus, vt quia personæ similes sunt, verbi gratiâ, sententia lata coram heredem, non nocet coheredi, l. 2. & D. de re iudicat. l. iudicatæ. 29. & l. pen. & lata contra vnum ex dominis, non nocet socio, infr. de except. l. 2. & lata contra proprietarium, non obest fructuario, D. de vsu & vsufruct. legat. l. is qui fundum. 31. III. Non solùm obtinet in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, in quibus sententia contra reum lata, aliis non obest, l. 3. verbi gratiâ, si quis adulterij damnatus sit, hoc mulieri non nocet, D. ad leg. Iul. de adulter. l. denunciasse. 17. §. quæritur.
3 ¶ Exceptiones multæ sunt. I. Sententia contra procuratorem lata, nocet domino, qui causam agendam ei mandauit, l. 1. II. Lata contra negotiorum gestorem, nocet domino, qui causam peractā ratam habuit, d. l. 1. III. Sententia contra testamentum quasi inofficiosum lata, nocet hoc iure legatariis & fideicommissariis, D. de inoffic. testam. l. Papinianus. 8. §. pen. l. cùm mater. 28. nisi collusio probetur, D. de appellat. l. si perlusorio. 14. in princ. sed iure nouissimo sola heredis institutio infirmatur, Nou. 115. c. 3. & 4. IV. Si quis de ea re, cuius actio vel defensio sibi primùm competit, sequentem agere patiatur, ei sententia contra hunc lata nocet: veluti si creditor debitorem de proprietate pignoris, aut maritus socerum vel vxorem de proprietate rei in dotem datæ, aut possessor venditorem de rei venditæ proprietate litigare permiserit; sententia contra debitorem vel socerum siue vxorem, vel venditorem lata, creditori, marito, emptori nocebit, D. de re iudic. l. pen. V. Si libertus meus me interueniente seruus aut libertus alterius iudicetur, similiter sētētia mihi nocet, d. l. pen. VI. Si mater arguatur partus suppositi, sententia contra eam lata, filio præiudicat, D. de Carbonia. edict. l. 1. §. vlt. VII. Sententia lata super crimine publico, aliis accusare volentibus obest, nisi suam vel suorum iniuriam persequi velint, & probent se ignorasse accusationem ab alio institutam, D. de accus. l. 7. §. hisdem. aut prior accusator præuaricationis damnatus sit, D. de hom. lib. exhib. l. pen. §. si. tamen postea. & de præuaricat. l. 3. §. 1. VIII. Sententia lata in iudicio populari, obstat aliis agere volentibus, nisi eius, qui prior egit, collusionem probent, D. de iureiurand. l. eum qui. §. in popularib. & de hom. lib. exhib. d. l. 3. §. si tamen postea.
¶ Illud quoque, quod suprà dixi, sententiam inter ali- 4
quos latam, tertio non prodesse, quasdam exceptiones patitur. I. Sententia rescindens testamentum tāquàm inofficiosum, prodest succedentibus ab intestato, qui de inofficioso non egerunt, D. de inoffic. testam. l. 6. §. 1. II. Si quis seruitutem communi fundo debitam vindicet, eius victoria omnib. fundi dominis prodest, D. si seru. vindic. l. 4. §. si fundus. quia sententia ipsi fundo dari dicitur, D. de negot. gest. l. liberto. 31. §. vlt. III. Absolutio eius, qui adulterij accusabatur, mulieri prodest, quæ non potest ampliùs accusari, licèt sententia contra illum lata, mulieri (vt suprà notaui) non noceat, D. ad leg. Iul. de adulter. l. denunciasse. 17. §. quæritur.

Tit. LVII. Comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones, auctoritatem rei iudicatæ non habere.

I. j. | *V. iv.*
II. ij. | *VI. p.*
III. iv. | *§. j.j.*
IV. j. | *VII. iv.*

VIm sententiæ & rei indicatæ non habet, 1
I. Cōminatio iudicis, l. pen. §. 1. Quare si iudex comminans sit debitorem, nisi intra certum tempus soluat, postea duplum, vel quadruplum, vel vsuras præstaturum, non propterea debetur duplum, vel quadruplum, l. 4. nec vsuræ, l. 1. nisi sit obligatio bonæ fidei, cui propter debitoris moram vsuræ accedāt; quia præceptum & comminatio iudicis in mora constituit, proinde facit, vt ex causa bonæ fidei vsuræ debeantur, putà iudicio tutelæ, D. de adm. tutor. l. 7. §. si deponi. II. Epistola, l. 2. quia ex libello recitari sententia debet, supr. tit. 44. differt autem epistola à libello, supr. de fideicom. l. & in epistola. 22. III. Programma: nam sæpe programmata sunt comminationes quædam, D. de iudic. l. in peremptorio. 71. IV. Subscriptio iudicis ad libellum litigantis: quia sententia causæ cognitionem requirit: subscribitur autem plerumque sine causæ cognitione, l. 3. l. 5. & l. vlt.

Tit. LVIII. Si ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum sit.

I. 3.j.iij. | *III. 3.j.ij.5.*
II. 3.ij. | *IV. 3.ij.*

NOn solùm comminationes, epistolæ, pro- 1
grammata, & subscriptiones iudicum, sed interdum etiam sententiæ definitiuæ non habent effectum rei iudicatæ, videlicèt si
falsis instrumentis vel testimoniis subnixæ sint. ¶ Hæc 2
regula, quæ ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum non tenet, exponenda est, producenda, & limitanda.

3 taoda. ¶ Pro eius expositione tria sunt notanda. I. Instrumentorum appellatione significantur omnia instrumenta, quæ probandi causa in iudiciis proponuntur, vt testamenta, l. 1. & testationes, id est, scripturas dicta testium continentes, l. 3. quæ differũt à testimoniis: quia testimonia sunt testium assertiones, siue dicantur, siue scribantur, siue ex scriptis recitentur, D. de testib. l. 5. §. idem Diuus. & §. seq. II. Cùm ex falsis instrumentis, vel testimoniis iudicatum dicitur, executio sentẽtiæ suspenditur, l. vlt. &, si id probetur, sententia est irrita, l. 3. ipso iure sine appellatione, l. 2. proinde etiam sine restitutione in integrum. Nec obstat l. Diuus. 33. D. de re iudic. vbi restitui dicitur, non respectu iuris, quod non est amissum, sed quia causa retractatur: nec aliter restituendi verbum accipitur in l. 3. §. Diuus. D. de iur. fis. III. Non datur exceptio rei iudicatæ aduersus eum, qui instrumenta, ex quibus res iudicata est, falsa esse contendit, l. 1. & D. de except. l. qui adgnitis. 11. Hucusque regulæ expositio. ¶ Cùm autem hæc regula lo-
4 quatur de falsis instrumentis, producitur ad falsum iusiurandum, D. de iureiur. l. admonendi. 31. & ad quascumque falsas allegationes, supr. si tutor vel curator ex falsalleg. excus. sit, l. 1. & D. de iudic. l. si prætor. 75.
5 ¶ Limitatur autem, vt tum demum obtineat, cùm iudex in sententia ferenda falsam probationẽ secutus est: nam si quis multis probationibus sit vsus, quarum aliæ sint veræ, aliæ falsæ; iudex autem veris probationibus motus, ac falsis neglectis, sententiam protulerit: hæc sententia irrita non est, l. 3.

Tit. L I X. De confessis.

1 Confessus pro iudicato habetur, D. h. t. l. 1. l. 3. & l. 6. §. sed & si fundum. Sed vt hoc obtineat, multa requiruntur. I. Sit confessus in iure, id est, apud ius dicentem, l. vn. & supr. de execut. rei iud. l. vlt. & de repudiand. hered. l. 4. & D. de re iudic. l. post rem. 56. II. Sit confessus apud iudicem competentem, extr. de iudic. cap. 4. III. Sit confessus præsente aduersario, vel eius procuratore seu tutore, seu curatore, D. h. t. l. 6. §. si quis absente. IV. Ipse principalis sit confessus, non procurator, vel tutor, vel curator, d. l. 6. §. sed an & ipsos. V. Sit confessus certum, non incertum, d. l. 6. in princ. VI. Sit confessus possibile, non impossibile: vt puta si confessus sit se hominem occidisse, requiritur vt homo occisus fuerit, D. eod. l. 4. VII. Non sit facta confessio per errorem facti, sed vel
2 sine errore, vel per errorem iuris, D. eod. l. 2. ¶ Quæro primò, an confessus sit condemnandus. Respondeo, fieri posse, vt confessionem sequatur sententia, qua confessus damnetur, D. eod. l. 3. & l. 5. sed hoc regulariter non esse necessarium: siquidem confessus habetur (vt dixi) pro damnato, & quodammodò sua ipsius sententia damnatus videtur, D. eod. l. 1. Quandoque tamen sententiam necessariam esse arbitror, vt cùm re, de qua est confessus, extincta, in æstimationem damnari debet, d. l. 3. & l. 5. Item in iudiciis criminalibus, propter pœnæ irrogandæ incertitudinem, D. de custod. reor. l. 5.
3 ¶ Quæro secundò, an confessus cogatur statim soluere. Respondeo, ei dari tempora quasi ex causa iudicati, d. l. 6. §. vlt. id est, quatuor menses, supr. de vsur. rei iud. l. 2. & l. 3.

Tit. L X. Inter alios acta, vel iudicata, aliis non nocere.

I. p. j.	*III. ij. iv.*
II. ij.	


Verbum, *vel iudicata*, in hac rubrica superfluit: quia non agitur hîc de re iudicata: sed quod de ea dictum fuit tit. 56. rem inter alios iudicatam, aliis non nocere, hoc tit. producitur generaliter ad omnia acta, l. 1. & D. de iureiurand. l. quia. 10. & specialiter I. Ad solutionem: veluti si vnus ex multis heredibus soluerit, non propterea coheredes soluere tenẽtur, nisi eos debere probetur, d. l. 1. II. Ad diuisionem, & transactionem diuisioni adiũctam, l. 2. Ne dicas cum Cuiacio transactionem appellari etiam diuisionem, sed in specie huius l. 2. mentionem fieri tam diuisionis, quàm transactionis; quia diuisio per transactionem confirmata fuit, id est, diuidentes cauerunt nihil commune remansisse, ac pacti sunt se contra eam diuisionem non venturos, vt in l. tres fratres. 35. D. de pact. & in l. qui Romæ. 122. §. vlt. D. de verb. obligat. III. Ad pactum: quia pactum heredis, coheredi, qui non consensit, non nocet, l. vlt. & supr. de reb. cred. l. 7. IV. Ad iudicium: quia si vnus ex multis heredibus sine coheredum voluntate contra debitorem hereditarium egerit, hoc coheredibus non nocet, d. l. vlt. & d. l. 7. V. Ad iusiurandum, quod ab aliquo delatum, aliis, qui non detulerunt, præiudicium non facit, d. l. 7. & D. de iureiurand. l. nam posteaquàm. 9. §. vlt. & l. seq. 1

Tit. L X I. De relationibus.

I. p. 2. 3. j. ij.	*II. 3. 4. ij.*
§. sed nec. 4. 3.	*III. 2.*
§. quoties. 4. ij.	


Expositis sententiæ definitiuæ ac rei iudicatæ effectibus, sciendum est, omnem effectum impediri, cùm lis ad maius auditorium vel relatione, vel appellatione transfertur: quapropter in præsentia de relationibus, ac de appellationibus differendum est. 1

¶ Relatio (quæ etiam consultatio vocatur, l. 1. & l. vlt.) est causæ remissio ab inferiore iudice ad superiorem, vt ad principem, d. l. 1. & d. l. vlt. & supr. de offic. vicar. l. 2. vel præfectum prætorio, Nou. 5. cap. 1. vel præsidem prouinciæ, D. de iudic. l. eum quem. 79. §. 1. ¶ Differt autem ab appellatione multis modis. I. Relatio fit à iudice, l. 1. & 2. appellatio interponitur à litigatore, D. de appell. l. 2. & passim. II. Relatio fit ante vel post sententiam definitiuam, l. 1. in princ. & infr. tit. prox. l. 6. §. super his. l. iudicibus. 14. & D. quan. appellan. sit, l. vltim. & de appellat. recip. l. penult. quamquàm potissimum hîc agitur de ea, quæ fit ante sententiam definitiuam: quam Iustinianus nouissimè sustulit, vetans iudicem ante sententiam definitiuam referre ad principem, ac iubens vt ex animi sui sententia finem liti imponat, quia si alteruter litigator ea sententia se lædi existimauerit, facilè poterit ad prouocationis remedium confugere, Nou. 125. Verùm iure canonico restituta est ea facultas principem consulendi, & ad eum ante sententiam referendi, extr. de appellat. cap. intimasti. 68. Appellatur autem regulariter post sententiam definitiuam, non antè, supr. de sent. & interlocut. l. vlt. & infr. tit. proxim. l. oportet. 36. & D. de appellat. recip. l. 2. III. Appellationem, si appellatum sit ad principem, sequitur consultatio principis, litem decidens: ad relationem verò princeps rescribit, supr. vt lite pend. l. 2. rescribit (inquam) ex sententia quæstoris sacri palatij, & duorum patriciorum, vel cõsularium, vel præfectoriorũ ab ipso principe electorũ, infr. tit. prox. l. iubemus. 34. ¶ Porrò iudici referenti tria præscribuntur. I. Si ante sententiam definitiuam ad principem referendum

referendum putet, interim sententiam non proferat, immo nec de causa cognoscat, sed ad principem referat, & eius respósum expectet. Si verò post sententiam se relaturum promittat, litigantes ne terreat, quò minùs appellent, l. 1. §. 1. & infr. tit. prox. l. ex illo. 13. II. Relatioois exemplum det litigatoribus, vt pro libitu contradicere, vel assentiri possint, d. l. 1. §. vltim. & l. 2. & D. quan. appell. sit l. vltim. III. Acta & refutatorias preces, quibus litigatores relationem impugnant, ipsi relationi adiungat, & cum plena instructione ad principem mittat, d. l. 1. §. vltim. & l. vltim. & infr. tit. prox. l. 6. §. super his, l. quoniam nonnulli. 18. l. à proconsulibus. 19. in princip.

Tit. LXII. De appellationibus, & consultationibus.

I. 25.
II. 20. j.
III. 25. 28. *ij.*
IV. 3. 24. 29.
V. 11. *iij.* 30. j. *iij.*
VI. p. 26. 32 j.
§. j. 31. j.
§. si quis autem. 31. *ij. iij.*
§. super his. 20. *iv.* 26. 28. *iij.*
§. ne temerè. 25.
§. sin autem. 26. 27. j.
§. penultim. 28. *iij.* 32. *iij.*
§. vltim. 28. *iv.*
VII. 3. 24.
VIII. 28. *ij.* 29. 30. j. *iij.*
IX. 7. j.
X. 7. *ij.*
XI. 29.
XII. 20. *iv.* 27. j. 28. *ij.*
XIII. 20. *iv.* 28. *iij.*
XIV. 20. *iv.* 27. *ij.*
XV. 11. j. 28. *iij.*
XVI. 11. *ij.*
XVII 15 j.
XVIII. 28. *ij. iij.*
XIX. p. 9. *iij.* 10. *iv.* 28. *iij.*
§. j. 10. *iv.*
§. vltim. 28. j. 32. *iv.*
XX. 20. *iij.*
XXI. 9 j. 20. *ij.* 23.
XXII. 20. *ij. v.*
XIII. 15. *ij.*
XXIV. 28. j. *iij.*
XXV. 20. *vj.*
XXVI. 17.
XXVII. 24.
XXVIII. 27. j. 28. *iv.*
XXIX. 7. *iij.* 14. 20. *iv.*
XXX. 9. *iij.* 10. *iv.* 20. *iv.*
XXXI. 9. *ij.* 11. *ij.* 28. *j. iij.*
XXXII. p. 14. 34.
§. j. 16. 34.
§. in his autem. 28. *iij.* 30. *ij.* 34.
§. hæc si appellatio. 9. *j.* 18. *p.* 34.
§. hunc saluberrime. 9. *j.* 18. j. 30. *ij.* 34.
§. penultim. 9. j. 13. 18. *j.* 34.
§. vlt. Non eget expositione: quia tantum confirmat anteriores leges in casibus hac lege non decisis.
XXXIII. 15. *ij.* 18. *ij.*
XXXIV. 20. *j.*
XXXV. 10. *iv.*
XXXVI. 3. 22. 26. 28. *j.*
XXXVII. p. 14. 34.
§. vt tamen. 30. *j.*
§. quæ verò. 10. *iij.*
§. vltim. 31. *j.*
XXXVIII. 9. j. 16. 18. *j.* 34.
XXXIX. p. 32. *ij.*
§. j. 28. *iij.*
§. vltim. 34.

1 RElationibus subiiciuntur appellationes:
quia his duobus modis res à minori ad
maius auditorium transfertur. Et quia
cùm appellatur ad principem, res per cõ-
sultationem disceptatur, idcirco tractatui
de appellatione adnectitur tractatus de consultatio-
2 nibus. ¶ Appellatio est ab inferiori ad superiorem
3 iudicem prouocatio. ¶ Appellatur autem vel à sen-
tentia definitiua, quod regulariter fit: vel ab interlocu-
tione iudicis, quòd iure ciuili rarò admittitur, l. opor-
tet. 36. & D. de appellat. recip. l. 2. vel à nominatione ad
aliquod munus, l. 4. & l. 7. cum sim. sed hæc magis pro-
priè appellatur querela, quàm appellatio, C. Theod.
4 eod. tit. l. si nominatus. 12. ¶ Consultatio non accipi-
tur hîc pro relatione iudicis, vt superiori titulo, sed
pro iudicio principis, seu viceprincipis, vt in l. 2. supr.
5 vt lite penden. & Nou. 62. ¶ Ex dictis patet, duas esse
partes huius tituli: priorem de appellationibus, poste-
6 riorem de consultatiooibus. ¶ In priori parte agitur
de appellatione interponenda, introducenda, prose-
quenda, ac terminanda. Propterea quatuor sunt huius
partis capita. In primo capite de appellatione in-
terponenda deciduntur octo quæstiones.
¶ Primò quæritur, quis appellet. Hîc dantur tres re- 7
gulæ. I. Procurator, qui litigauit, & aduersam sententiã
retulit, appellare potest: eius autem appellationem do-
minus prosequi poterit, l. dominus. 9. Nota, procurato-
rem, contra quem iudicatum est debere appellare, sed
non teneri appellationem persequi, sup. de procurato-
ribus. l. inuitus. 17. II. In causa ciuili, si iudicatum sit
cõtra actorem à tutore vel curatore datum; tam actor,
quàm tutor, vel curator appellare potest: sed appella-
tionem exercebit curator, vel adolescens, si interim ve-
niam ætatis impetrauerit, aut ad legitimam ætatem
peruenerit, l. si actor. 10. III. In causa criminali omnes
possunt intra statuta tempora appellare, non tamen
possunt reum per vim eximere, l. addictos. 29. & supr.
de episc. audien. l. 6. ¶ Secundò quæritur, quis à quo 8
appelletur. Hæc quæstio est tripertita: videndum enim,
à quo simpliciter appellari possit, vel non; deinde
ad quem appellari possit: postremò inter quos ap-
pellatio versetur; quoniam à certis iudicibus certi
iudices sunt appellandi, nec licèt à quolibet ad quem-
liber appellare. ¶ Appellari potest, I. Non solùm à 9
iudice delegato, l. præcipimus. 32. §. hæc si appellatio.
& §§. seqq. & l. si quando. 38. sed etiam à iudice ordina-
rio: qui nisi appellationem recipiat, triginta libras auri
sacris largitionibus infert, & eius quoque officium, ni-
si appellationem respuenti pertinaciter resistat, toti-
dem auri libris multatur, l. quoniam iudices 21. II. Tam
à iudice, quàm ab arbitro, l. si appellationem. 31. Vbi iu-
dex dicitur in iudicio stricti iuris, arbiter autem in iu-
dicio bonę fidei, vel arbitrio, vt & D. de re iudic. l. à Di-
uo Pio. 15. in princip. & de le. Iul. repetun. l. 7. in princip.
& Institut. de actionibus. §. 1. & aliis locis. constat enim
à sententia arbitri compromissarij appellari non posse,
supr. de rer. arb. l. 1. & D. eod. l. non distinguemus. 32. §.
cum quidam. III. Tam à iudice prouinciali, vt à procõ-
sule, vel comite, l. à proconsulibus. 19. in princip. quàm
à iudice vrbano, l. si quis prouocatione. 30.
¶ Deinceps videamus, à quibus appellare non licèt. 10
Appellari non potest, I. à Principe, D. à quibus appel.
non licet, l. 1. §. 1. II. A senatu, d. l. 1. §. sciendum. III. A
sacro consistorio; vel à iudice siue iudicibus ex sacro
consistorio deputatis, l. in offerendis. 37. §. penultim.
IV. A præfecto prætorio, l. à proconsulibus. 19. §. 1. d.
l. si quis prouocatione. & D. de off. præt. præto. l. vnic.
§. his cunabulis. sed ab hoc tantum licet supplicare, l.
cum iam. 35. & supr. de senten. præf. præto. l. vnic.
& D. de offic. præfect. præto. l. vnic. §. his cu-
nabulis. cum sim. Rectè tamen appellatur ab his
qui vice pręfectorum cognoscunt, d. l. à proconsulibus.
in princip. ¶ Post hæc videamus, ad quem appellare 11
liceat. Appellatur, I. Ad principem, l. ne causas 15. & d.
l. in offerendis. in princ. II. Ad eum, qui vice sacra co-
gnoscit, l. eos. 16. vt ad præfectum prætorio, vel præfe-
ctum vrbi, l. si appellationem. 31. III. Ad iudicem ordi-
narium, vt ad præsidem. l. 5. ¶ Tandem videamus, quis 12
à quo appelletur: quoniam ab aliis ad alios iudices pro-
uocatur. Hîc dantur plures regulæ pro diuersitate iu-
dicum, à quibus appellatur. ¶ De iudicibus, illustrib. 13
datur vna regula, quod ab his appellatur ad principem,
l. præcipimus. 32. §. penultim. ¶ De spectabilibus da- 14
tur similiter vna regula, quòd ab his appellatur ad am-
plissimas potestates, l. addictos. 29. id est, ad iudices il-
lustres, nempe ad præfectum prætorio, & quæstorem
sacri palatii, d. l. præcipimus, in princip. Hæc sententia
limitatur, vt ita demum obtineat, si litis æstimatio ex-
cedat decem, non viginti libras auri: nam si lis sit intra
decem libras, vnus ex proceribus cognoscit: si verò ex-

cedat viginti libras, in ipso principis consistorio exa-
minatur,d.l. in offerendis. in princip. Iure nouissimo
hæc distinctio non obtinet in appellatione à judici-
bus ordinatiis, sed in iudicibus à principe delegatis,
15 Nou.23.cap.4. ¶ De clarissimis dantur duæ regulæ.
I.A prætore appellatur ad præfectum vrbi, l. si apud
17. II. A rectore prouinciæ, si de statu appariroris, vel
de tributis & functionibus iudicauerit, appellatur
ad præfectum prætorio, & magistratum militum,l. eo
casu. 33. aliàs ex Bithynia, Paphlagonia, Lybia, Helel-
ponto, insulis, Phrygia salurari, Rhodope, & Hemo
monte appellatur ad præfectum vrbi,l.cum appellatio
23.Ergo à clarissimis appellatur ad illustres, nam præ-
tor & prouinciæ rectores sunt clarissimi:præfectus au-
tem prętorio.&pręfectus vrbi sunt illustres.Sed nouis-
simo iure si lis extra diœcesim Thraciæ, in qua est vrbs
regia,non excedat decem libras auri, appellatio defer-
tur à clarissimo ad spectabilem: vt in diœcesi Ægypti
ad præfectum Augustalem: in diœcesi Orientis ad co-
mitem Orientis:in Pontica, & Asiana ad comites, vel
proconsules,vel alios viros spectabiles: quibus specia-
liter datum est, vt vice sacra cognoscant, Nou.23.c.3.à
cõsulari quartæ Armeniæ ad comitem tertię Armenię:
& à correctore secundæ ad proconsulem primæ, Nou.
16 31. ¶ De ducibus datur regula,quòd cuiuscumque di-
gnitatis sint,& quocumque iure cognoscant, ab eis ap-
pellatur ad magistrum officiorum, & quæstorem sacri
palatij,l.si quando. 38. obrogato §. 1.l.præcipimus.32.
vbi à duce, qui & præses est, appellatur ad præfectum
prætorio. Hactenus de iudicibus ordinariis, qui inter
priuatos iudicant,sed nouissimè constitutum est, vt à
spectabili duce appelletur ad præfectum prætorio, &
17 quæstorem sacri palatij,Nou.23.cap.vltim. ¶ De dis-
cussoribus autem & rationalibus datur regula, quòd
ab eis appellatur ad comitem rerum priuatarum,l.cum
post. 26. vbi pro *iudicio rectoris prouinciæ*, legendum ex
Cod.Theodos. *iudici prouinciæ*. Discussor est rationum
fiscalium & publicarum cognitor & disceptator, infr.
de discuss.l.vltim. Rationalis, qui & procurator Cæsa-
ris appellatur de causis fiscalibus in prouincia cognos-
cit,supr.si aduer.fisc.l.vltim.& vbi causæ fisca.l.5.& l.7.
vt pręfectus ærario de iisdem causis cognoscit in vrbe,
D.de transact.l.cùm hi.8.§ transactiones.

¶ De iudice delegato datur regula,quod ab eo appel-
18 latur is, qui delegauit,d. l.præcipimus, §.hæc si appel-
latio. Sed adiiciuntur duæ exceptiones. I. A delegato
principis,si sententiæ tempore illustris sit,causa per ap-
pellationem deuoluitur ad consistorium principis, d. l.
præcipimus. §. penultim.si verò sit spectabilis, defer-
tur ad magistratum officiorum, & quæstorem sa-
cri palatij,l.si quando. 38. At si clarissimus sit,appella-
tur ad præfectum prætorio,& quæstorem sacri palatij,
d.l.præcipimus. §.huic saluberrimæ,nisi lis extra Diœ-
cesim Thraciæ, in qua est regia vrbs,intra decẽ auri li-
bras cõsistat:tũc enim appellatio nouissimo iure deuol-
uitur ad iudices spectabiles, vt & ab aliis iudicibus cla-
rissimis,Nou.23.cap.vltim.II.A rectore prouinciæ,cui
magister militum causam de statu curiali vel cohorta-
li delegauit,cognitio per appellationem ad præfectum
prætorio & ipsum magistrum militum transfertur, l.
eo casu.31. Hæc dicta sint de secunda quæstione: quis
& à quo appelletur. ¶ Tertiò quæritur,à quo actu ap-
19 pelletur.Hic notentur quinque regulæ.

¶ Prima regula est, A sententia definitiua appella-
20 ri potest. Hæc regula producitur, vt obtineat,I.Etiam
si sententia rescriptum principis secuta sit, licet à re-
scripto non appelletur,l. 2. & l. iubemus. 34. II.Etiam
si lata sit à iudice ordinario,l.quoniam iudices a 1.dum-
modò is iudex sit, à quo appellari possit:nam à quibus-
dam appellare non licere supr.exposui.III.Tam in ma-
ioribus,quàm in minoribus negotiis,l.in maioribus.20.
& ex eod. tit.cap.de appellationib.11.IV. Tam in cau-
sis ciuilibus,quàm in criminalibus,l.6.§ super his.l.mi-
nimè.12.l.ex illo.13.l.litigatoribus 14.l.addictos.29.l.si
quis prouocatione.30.& supr.de vet.iu.enucl.l.2.§.sep-
timus vers. liber. V. Etiam de bonis vacantibus, & de
his quæ vt indignis auferuntur, l.lata 22.VI.Etiam in
multa irroganda,l.& in multis,25.

¶ Secunda regula est, A sententiæ interpretatione 21
appellari potest,D.eod.l.4.§.1. ¶ Tertia regula est,Ab 22
interlocutione iudicis non licet appellare, l. oportet.
36. nisi inferat grauamen, quod non possit per appel-
lationem à sententia definitiua reparari, veluti vt ali-
quis tormentis subiiciatur,D.de appellat.recip.l.2.Sed
iure Canonico ab omni grauamine, atque adeo etiam
ab interlocutione iudicis appellare licet,extr. h.t.cap.
super eo. 12. ¶ Quarta regula est, Ab executione 23
sententiæ non licèt appellare, nisi executor modum
sententiæ excedat, d.l. quoniam iudices. & supr. quor.
appel.non recip.l.5.& D. h.t.l.4.in princip. ¶ Quinta 24
regula est, Appellari potest à nominatione ad decu-
rionatum,vel honorem,vel munus, l.7. vt scribarum,
l.4. Et quidem appellatio ab impositione muneris ne-
cessaria est, vt excusatio admittatur; & munus illud
vitetur,d.l.4.& D.de vacat.muner.l.1. §. 1. dummodò
rectè,& solemniter nominatio facta sit, l. nominatio-
nes.27.Excepta tutela & curatione, à quorum mune-
rum impositione non appellatur,sed à sententia excu-
sationem tutoris vel curatoris reprobante, vt exposui
supr.de excus.tutor.num.16. ¶ Quartò quæritur, qua 25
ex causa sit appellandum. Nemo debet sine iusta causa
appellare; alioquin à iudice appellationis mediocri
pœna afficietur,l. 6. §. ne temerè, eàmque causam in
iudicio appellationis probare oportet, l. 3. Est autem
iusta appellandi causa, veluti si iudex, ordine iudicio-
rum turbato,priùs de proprietate pronunciauit, quàm
de possessione,l.1.cuius species ita poni debet: Titius
fundum suum,seu quem suum esse prætendebat, per
vim,Mæuio possessore expulso,inuasit. Mæuius ad re-
cuperandam possessionem mouit interdictum vnde vi.
Titius contendit eum non esse audiendum, aut saltem
fundum sibi esse adiudicandum, tanquàm ad se perti-
nẽtem:iudex pronunciauit fundum esse Titij,cùm ante
omnia iudicare deberet fundi possessionem esse Mæ-
uio restituendam:rectè igitur ab ea sententia Mæuius
appellauit.Nota, interdictum vnde vi concurrere cum
quæstione de proprietate, & cum quæstione de iure
possessionis,D.de iud.l.si de vi. 37. & ad leg. Iul. de vi
publ.l.5.§.1.& cum criminali accusatione ex lege Iu-
lia de vi,infr. eod.l.7.&.vnde vi, l. 4. & Instit de inter-
dic. §.retinendæ. sed omnibus his iudiciis præfertur:
quia spoliatus ante omnia restitui debet,extr. de restit.
spoliat.cap. 7. Vnde notandæ sunt tres regulæ. I. Pro-
nunciandum est priùs super interdicto vnde vi, quàm
super quæstione de proprietate, d. l. 1.quæ à Cuiacio
lib.5.obseru.cap.15.malè accipitur,quasi dicat priùs co-
gnoscendum de possessione, postea de violentiæ cri-
mine ex lege Iulia:nam lex non inquit *postea*, sed ait,
& ita crimen violentiæ excutere.sensus est, iudicem dis-
quirere de vi, vt pronunciare possit de possessione,
quæ dicebatur per vim adempta:ceterùm sententia &
interpretatio Cuiacij antinomiam inducit; quoniam
hæc lex,& d.l.7.contradicent dictæ l. si de vi. & dictæ
l.5.§.1.quod non est facilè admittendum. Fefellit (vt
arbitror) Cuiacium in exponenda d. l. 1. verbum *cri-
men*, quasi Imperator respiceret ad iudicium criminale
de vi:sed huc verbum me non mouet:quia commodis-
simè refertur ad interdictum vnde vi, quod dicitur
atrocitatem facinoris in se habere, D. vnde vi, l.1.§.
interdictum hoc. tantum igitur abest, vt legi primæ
huius tituli

huius tituli contrariæ sint dictæ l. si de vi. & l. 3. §. 1. vt
potiùs eandem sententiam contineāt: nam in his legi-
bus quærebatur de vi & de possessione, id est de vio-
lenta possessione (hîc possessio & momentum, infr.
si de moment. possess. l. vnic. accipitur pro momen-
taria possessione, vt & Virgilius dixit,

Arma virumque cano.

Id est, virum armatum.) Nec dicitur pronunciari priùs
de vi, quàm de possessione: sed priùs de vi (id est, de pos-
sessione illa violenta, quæ spoliato ante omnia restitui
debet,) quàm de proprietate. II. Priùs est pronuncian-
dum de vi, quàm de iure possessionis, d.l. 5. §. 1. in fin.
quia etiam ille ad quem possessio iure spectat, & qui
potest eam consequi vel actione hypothecaria, D. de
euict. l. si cùm venditor. 66. in princip. vel aliquo inter-
dicto, si eam per vim accipiat, ante omnia eam restitue-
re compellitur: tunc deinde poterit de iure suo litiga-
re, D. vnde vi. l. cùm fundum. 18. in princip. III. Inter-
dictum vnde vi præfertur etiam criminali quæstioni
26 de vi, infr. ad leg. Iul. de vi. l. 7. ¶ Quintò quæritur, quā-
do appellandum sit, & intra quæ tempora. Responde-
tur, appellandum esse post sententiam definitiuam, l. 6.
in princip. & §. super. l. oportet. 36. hoc iure intra biduū
in causa propria, intra triduum in aliena, d.l. 6. §. fin au-
tem. & D. quan. appel. sit. l. 1. §. in propria. hodie indi-
stinctè intra decem dies, siue sit causa propria, siue alie-
na, Nou. 23. cap. 1. Interdum appellatur ante sententiam
27 definitiuam. Lege notata, supr. quæst. 3. reg. 3. ¶ Sextò
quæritur, quomodò appellandū sit. Duobus modis ap-
pellari potest. I. Oblatis libellis appellatoriis, d.l. 6. §. sin
autem. & l. minimè. 12. qui continere debēt quis appel-
let, contra quem, & à qua sententia, D. h. tit. l. 1. §. vltim.
quamquam sustinentur etiam non expressa persona,
contra quam appellatur, D. eod. l. 3. in princip. Hos au-
tem libellos recuperare appellatione reuocata, l. si quis
libellos. 28. vel corrigere, nihil vetat, d.l. 3. §. vltim.
II. Viua voce sine scriptis, dummodò non ex interuallo
appelletur, sed statim, l. litigatoribus. 14. & apud acta:
quo casu sufficit dicere, *appello*: nec est necesse, vt ad-
datur, quis, contra quem, & à qua sententia appelletur,
28 D. eod. l. 2. ¶ Septimò quæritur, qui sint effectus appel-
lationis. Hoc loco quatuor traduntur. I. Iudex a quo
appellatur, appellationem recipere tenetur, l. iudicibus
24. alioquin is qui appellauit, nihilominùs litem prose-
qui potest apud iudicem, ad quem appellauit, & ille
punitur, qui appellationem non susceperit, l. à proconsu-
libus. 19. §. vltim. vt supr. num. 9. exposui. Querela au-
tem non susceptæ appellationis, si appellatum sit à iu-
dice ad præfectum prætorio vel præfectum vrbi, pro-
poni debet intra annum: si verò appellatum sit ad infe-
riorem iudicem vice sacra cognoscentem proponenda
est intra sex menses: at si ab arbitro appellatum sit, pro-
ponenda est intra quatuor menses, l. si appellationem.
31. Quod dixi, appellationem esse recipiendam à iudice
à quo fuit appellatum, patitur exceptionem, nisi appel-
latio illa prohibita sit vel pacto in scripturam relato,
infr. tit. prox. l. vlt. §. vltim. vel iure, putà quia sit inter-
posita ante sententiam definitiuam, l. oportet. 36. II.
Nihil est innouandum appellatione pendente, licet à
iudice sit repudiata, l. 3. & d. l. minime. & D. nihil innou.
appel. interpo. l. vnic. Quare sententia, à qua appella-
tum fuit, executioni mandari nequit, nisi appellatio sit
deserta, & de negotio transactum non sit, l. si contra. 8.
& l. quoniam nonnulli. 18. III. Intra dies triginta
opinionis exemplum, id est, iudicium eius à quo appel-
latur, acta, refutatoriæ preces (in quibus breuitas re-
quiritur, l. vltim. §. 1.) vnà cum relatione iudicis (id est,
cum libellis dimissoriis siue apostolis, per quos ab in-
feriori iudice à quo est appellatum, ad superiorem ad
quem prouocatum fuit, causa transmittitur, D. de libel.
dimiss. l. vnic.) præstari litigatoribus debent, l. 6. §. super
his, l. ne causas 15. l. si appellationem, 15. l. præcipimus.
32. §. in his autem. alioquin tam iudex, quàm officium
eius multatur, l. iudicibus. 24. Et quidem libelli dimis-
sorij etiam non petentibus dari debent, d.l. 6. §. penult.
sed iure canonico nisi appellator eos petat, appellatio-
ni renunciare censetur, extr. eod. c. 6. lib. 6. & Clement.
2. Horum autem omnium exemplum datur litiganti-
bus, vt curare possint, vt superiori iudice insinuentur,
l. ex illo. 13. l. quoniam nonnulli. 18. l. à proconsuli-
bus. 19. in princip. & Nou. 126. cap. 3. Notandum est
querelam de apostolorum copia denegata, intra illud
tempus proponi posse, intra quod paulò ante dixi pro-
ponendam esse querelam de appellatione non susce-
pta, l. si appellationem 31. Nec illud est ignorandum,
cum ad principem causa dimittitur, relationem iudicis
plenam esse debere, id est, causam plenè instructam es-
se transmittendam, l. ne causas. 15. & supr. tit. prox. l. 1. §.
1. & l. vltim. & D. de interd. & releg. l. 6. §. 1. IV. Appel-
lans non cogitur cauere de appellatione prosequenda,
l. 6. §. vlt. quod meritò placuit, cùm eam reuocare pos-
sit, etiam postquam libellos appellatorios dedit: vt sup.
notaui ex l. si quis libellos 28. ¶ Octauo quæritur, 29
quid iuris, si appellatum non sit. Respondetur, si à sen-
tentia non sit appellatum, rem iudicatam executioni
mandari, l. si cōtra 8. si verò à nominatione ad aliquod
munus nō sit prouocatum, non admitti excusationem,
licet manifesta sit, nec eius probationem, l. ciues. 11. nec
posse munus detrectari, l. 4. Excipitur munus tutelæ, à
cuius datione non est necesse appellare, vt supr. ex-
posui quæst. 5. reg. 5. Hactenus de appellatione inter-
ponenda. ¶ Interpositam appellationem sequitur in- 30
troductio apud iudicem appellationis idcirco secun-
do capite agitur de appellatione introducenda, vbi tria
notantur. I. Acta ad iudicem appellationis perferri de-
bent intra tempus statutum, l. 5. l. si cōtra 8. quod tem-
pus sequenti titulo commodiùs explanabitur; nunc
tantùm oneretur, statutum olim fuisse biennij tempus,
cùm causa appellationis apud vnum vel duos proce-
res more sacræ consultationis est disceptanda, l. in of-
ferendis. 37. §. vt tamen. sed hodie esse annum, infr. tit.
prox. l. vltim. §. in his. II. Iudex appellationis acta illa
suscipere debet, l. præcipimus. 32. §. in his autem, & §.
huic saluberrimæ. III. Si appellantis culpâ non sint
acta ad iudicem appellationis perlata, appellationi re-
nunciatum videtur, & res iudicata executioni manda-
tur, d.l. si contra. Secus est, si casu fortuito id contigerit,
putà eo in itinere mortuo, qui acta perferebat, l. 5. hic
est, qui gerulus appellatur, C. Theod. eod. tit. l. omnes
legitimæ. 29. & l. quoniam plerique. 31. ¶ Tertio ca- 31
pite de appellatione prosequenda tria traduntur. I.
Omissa in priori iudicio, possunt in iudicio appella-
tionis proponi, l. 6. §. 1. & d. l. in offerendis. §. vltim. II.
Testes producendi sunt permissu iudicis, si hoc necessa-
rium esse perspexerit. III. Producendi sunt sumptibus
ipsius producentis, d. l. 6. §. si quis autem. ¶ Quarto 32
capite de iudicio appellationis terminando quatuor
traduntur. I. Lis per iudicem appellationis est deciden-
da, non ad primum iudicem remittenda, l. 6. in princip.
II. Sententia reformari potest, non solùm pro appellan-
te, sed etiam pro eius aduersario licet absente: quia
neuter ei sententiæ, à qua alteruter appellauit, stare
tenetur, si appellator ad iudicem appellationis venit,
& causas appellationis proposuit, l. vltim. in princip.
III. Qui temerè appellauit, mediocriter à competenti
iudice multari debet, l. 6. §. penultim. IV. Appellatione
à iudice, à quo appellatum fuit, non recepta; si is, qui
appellauit, vincatur, infamia notatur, si vincat, res ad
principem est referenda, vt iudicem puniat qui ap-
pellationem non recepit, l. à proconsulibus. 19. §. vlt.

33 De appellationibus hactenus. ¶ Secunda tituli pars est de consultationibus. Consultatio duobus modis accipitur, I. Pro relatione iudicis ad principem, sup. tit. prox. l. 1. & l. vltim. II. Pro iudicio principis, seu vice principis, supr. vt lite penden. l. 2. & Nou. 62. Poste-
34 rior significatio hoc loco accipi debet. ¶ In qua significatione definiri potest disceptatio, l. præcipimus. 32. in princip. quæ fit in communi florentissimorum sacri palatij procerum auditorio, id est, in principis cōsistorio, d. l. præcipimus. §. penultim. & l. in offerendis. 37. in princip. vel apud vnum duosve ex proceribus, pro iudicum, à quibus appellatum est, dignitate, dicta l. præcipimus, in princip. cum quatuor. §§§§. seqqqq. & l. si quando. 38. & rei, qua de agitur, quantitate, d. l. in offerendis, in princip. & l. vltim. §. vltim. quod exposui par. 1. cap. 1. q. 3. Sed hæc distinctio videtur tolli per Nou. 62. vbi generaliter statuitur omnes prouocationes per consultationem disceptari in senatu.

35 ¶ Notandum est, quod suprà de iudicio appellationis diximus, id etiam in consultationibus admitti, vt scilicet allegationes, vel probationes, quæ in priori iudicio omissæ fuerunt, recipiantur, infr. tit. prox. l. 4.

Tit. LXIIII. De temporibus & reparationibus appellationum, seu consultationum.

I. 5.	*IV.* p. 12.
II. l. 1. iij. in princ. 6.	§. j. 12.
§. *quod si arbitro.* 6.	*V.* p. 6.
§. *sin autem.* 6.	§. j. 2. iij. 6.
§. *qui verò.* 6.	§. *in his autem.* 13.
§. *penultim.* 1. v.	§. *si tamen.* 11.
§. *vltim.* 1. vj.	§. *illud.* 7.
III. p. 9.	§ *penult.* 8.
§. j. 10.	§. *vltim.* 1. vj. 8.

1 Ntequàm partes huius tituli analyticè explicentur, non ab re erit generalia quædam exponere. I. In omni appellatione duo iudices considerantur: nempe iudex à quo, & iudex ad quem appellatur: ille vocatur iudex primæ instantiæ; hic, iudex appellationis, siue secundæ instantiæ. II. Tria sunt præcipua tempora appellationum: primum appellationis interponendæ, alterum introducendæ, tertium prosequendæ ac terminandæ. Interponitur appellatio apud iudicem à quo, introducitur autem ac terminatur apud iudicem ad quem. III. Dies fatales seu temporales, Græcè ἡμέραι κύριαι, καὶ ὡρισμέναι, sunt dies, quibus causa apud iudicem appellationis introducitur, id est, agi incipit, adeovt nec citeriori, nec vlteriori tēpore id facere liceat. Et olim quidem vnus erat dies fatalis, nimirum post tēpus introducendæ appellationis statutū, l. 2. Sed ex Iustiniani constitutione sunt decem dies fatales, adiectis veteri diei fatali quatuor præcedentibus, & quinque sequentibus, l. vltim. §. 1. IV. Sæpius in eadem causa vnus dies fatalis iure antiquo, aut decem dies iure nouo conceduntur: quia si intra statutum tempus appellatio introducta non sit, aliquoties reparatio conceditur: nam reparatio nihil aliud est, quàm redintegratio lapsi & amissi temporis, intra quod appellatio apud iudicem appellationis erat introducenda. V. Si dies fatales sint feriati, proximè antecedentes pro fatalibus haberi debent, l. 2. §. penultim. VI. Si appellator dies fatales non obseruauerit, id est, appellationem non introduxerit, & omnes dies fatales, etiam hi, qui per reparationem conceduntur, lapsi sint, perinde habetur ac si appellatum non esset. Itaque sententia à qua appellatum fuit, firma manet, & executioni mandatur, d. l. 2. §. vltim. nisi litigantes pacti sint de fatalibus non obseruandis: quoniam hoc pactum valet, quemadmodum & pactum ne victo appellare liceat, l. vltim. §. vltim. VII. Si appellator, vel eius aduersarius, vel vterque coram iudice appellationis comparuerit; iudex autem appellationem recipere neglexerit, vel per eum steterit, quò minùs causa perageretur: culpa iudicis appellationi non nocet, Nou. 129. cap. 4.

¶ His generaliter expositis agendum specialiter 2
primùm de appellationibus, postea de consultationibus, id est, de iudiciis principis consistorialibus, & de iudiciis, quæ more consultationum procedunt. ¶ De temporibus appellationis interponendæ
superiori titulo dictum fuit: de temporibus introdu- 3
cendæ, & prosequendæ ac terminandæ nunc dicetur.

¶ Quod ad tempus introducendæ attinet, distin- 4
guendum est inter appellationem à nominatione ad
aliquod munus, & appellationem à sententia. ¶ Qui 5
à nominatione appellauit, intra duos menses appellationem introducere debet, l. 1. quam cum Cuiacio accipio de tempore introducendæ, non de tempore interponendæ appellationis: quia quod ad tempus interponendæ, nulla est differentia inter nominationem, & sententiam: sed vtroque casu appellatur iure Digestorum intra biduum, aut triduū, D. quan. appellan. sit. l. 1. §. quod in sententiis. hodie intra decem dies, Nou. 23. cap. 1. Hæc interpretatio confirmatur per l. si ad curiam. 19. C. Theod. de appellationib. vbi duo menses, cùm à nominatione appellatum est, ad hoc dantur, vt negotia perorentur. Cùm igitur in d. l. 1. dicitur, *ex eo die interponenda appellationis*, accipere oportet *interponenda*, pro, interpositæ: vt passim in iure legitur *litis contestanda*, pro *litis contestata*: & *res iudicanda*, pro, *res iudicata*. Rursus quod in fine legis dicitur, *appellare voluerit*, perinde accipi debet, ac si scriptum esset, *volens appellauerit*: vt in l. vltim. D. de diuis. rer. verba *transcendere voluerit*, significant volentem transcendisse, vt exposui Centur. 1. quæst. 38. vbi alia similia iuris loca adduxi. ¶ Iam dicamus de appellatione à sententia. 6
Hîc considerantur quatuor casus. Primus casus est, cùm à iudice clarissimo vel spectabili appellatur ex prouincia in vrbem. Secundus casus est, cùm in prouincia prouocatur ab arbitro, quem princeps delegauit. Primo casu Theodosius sex menses concedit, ita vt primus dies post lapsum sex mensium sit fatalis, id est, eo die causa appellationis agi debeat: & post primum lapsum, reparationem vnius mensis concedit, adeo vt tricesimus prius dies sit fatalis. Itidémque post secundum vel tertium lapsum tantundem temporis indulget ipso iure: post quartum verò lapsum non est reparationi locus ipso iure, sed reparatio trium mensium peti potest à principe: ita vt quacunque horum trium mensium die peti possit, atque adeo etiam pridie diei fatalis, l. 2. in princip. Secundo casu idem statuit, hoc excepto, quòd post quartum lapsum reparatio à principe impetrari non potest, d. l. 2. §. 1. Iustinianus autem vtroque casu duo mutauit. Vnum est: quia pro locorum distantia modò sex, modò trium mensium spatium tribuit ad appellationem introducendam, l. vlt. in princip. Alterum est, quod supr. notaui: quia diei fatali addit quatuor dies antecedentes, & quinque sequentes, ita vt hodie decem sint dies fatales, quibus causa agi potest, d. l. vltim. §. 1. Tertius casus est, cùm appellatur in vrbe ab eo iudice, quem illustris magistratus delegauit: hoc casu pro sex mensibus dantur tantum duo menses: cetera obseruantur, vt in iudicibus à principe delegatis, d. l. 2. §. sin autem. Quartus casus est, cùm appellatur ab eo quem clarissimus, vel spectabilis iudex, seu præses prouinciæ delegauit: hoc casu idem statuitur, quod tertio casu, d. l. 2. §. qui verò. Hæc dicta sint de temporibus appellationis introducendæ.

¶ Tempus

7 ¶ Tempus autē prosequēdæ ac finiendæ appellationis
est annus,vel,si per iudicem aut aliā ineuitabilem cau-
sam lis prorogetur,bienniū:quo elapso,appellator,qui
iudiciū deseruit,causâ cadit, & prima sententia perin-
de manet firma,ac si ab ea nō fuisset appellatū,vt con-
stituitut,in d.l.vlt.§.illud. Verum hæc decisio nouissi-
mè à Iustiniano bifariā limitatur. I. Hæc decisio tunc
obtinet,cùm vterq; litigator abest,id est, cùm post in-
troductā appellationem nec appellator,nec appellatus
comparet corā iudice appellationis,vt litē prosequatur
ac terminet:sed si solus appellator abiit,appellatus sub
finem biennij,id est,cùm mensis vnus superest, vrgere
iudicē debet,vt de causa cognoscat, & sententiā ferat:
iudex autem nō omnino cōtra absentem iudicabit,sed
sententiā feret iuri & legibus cōsentaneā:absentia ve-
rò appellatoris dumtaxat ei nocebit,quod ad impensas
litis:quia omnino in expensas secundæ instantiæ dam-
nabitur,etiāsi in causa principali obtineat,No. 49.c.1.
II.Dictū anni vel biennij tēpus non currit,quādiu res
apud arbitrū ex cōpromisso sumptum agitatur,No.93.
c. 3. Hucusq; de temporibus & reparationibus appel-
lationū: consequenter dicendum de consultationibus.
8 ¶ Quia verò nihil refert,vtrùm ex appellatione causa
ad sacrū consistorium deuoluatur,an ex supplicatione
aduersus sententiā præfecti prætorio,l.vlt.§. pe. tātùm
de appellatione loquemur ,eadē intellecturi de retra-
9 ctatione sentētiæ per supplicationē. ¶Tempus intro-
ducendæ appellationis in sacrū consistorium est sex,
vel trium mensiū,pro locorum distantia, & litis quan-
titate,vt sup. exposui:post hoc tempus appellator iure
Codicis non auditur , l. 3 . in pr.dummodò consistorij
copiā habuerit : alioquin si princeps conuocare patres
& alios proceres per imperiales occupationes nō po-
tuerit, hoc appellatori non nocet, Nou.23.c.2.Item ex
Zenonis constitutione dies fatales non obseruātur in
causis criminalibus ad viros illustres pertinentibus,de
quibus ipse princeps,aut cognitor à principe datus co-
gnoscit,sup.vbi senatores vel clarissimi , l.vlt.in princ.
10 ¶ Acta verò iudicij,à quo est prouocatū , transmittēda
sunt ante mediā partem tēporis , quo causa inferri de-
bet in consistorium:vt ex locis remotioribus ante tres
mēses,ex propinquioribus ante sesquimēsem,d.l.3.§.1.
11 ¶Tempus exequendæ in sacro cōsistorio appellationis
nullum statutum est,ne contingat propter principis &
procerū occupationes litem perire, d.l. vlt.§.si tamen.
12 ¶Obiter notandū,in hac appellatione prosequenda li-
cere nouis allegationibus vel exceptionibus vti,id est,
omissis in priori instantia,quæ non ad nouum capitu-
lum pertineāt,sed ad aliquod ex iis,quæ in priori iudi-
cio disceptata fuerūt,l.4.in prin. Et similiter vti licere
13 nouis probationibus,d.l.4.§.1. ¶ Cùm autem lis secū-
dum distinctionē l. in offerendis.31.sup.tit.prox.more
consultationum coram vno vel duobus proceribus
examinatur : consultatio illi vel illis est intimanda ex
eiusdem constitutionis §. 1. intra biennium : hodie ex
d.l.vltim §.in his autem.intra annum.

Tit. L X I V. Quando prouocare non est necesse.

I. 5. j.	*V I. 4. j.*
I I. 5. v.	*V I I. 3. 9.*
I I I. 8. iij.	*V I I I. 8. 9.*
I V. 3. j.	*I X. 8. j.*
V. 2. iij.	*X. 5. iij.*

1 QVæstio huius tituli tractatur primò in sen-
tentia iudicis , deinde in nominatione ad
2 aliquod munus. ¶ Quod ad sententiam at-
tinet , variæ sunt causæ, propter quas non
est necesse ab ea appellare, quia sententia ipso iure nō
tenet.Hæ causæ partim à iudice,partim à tempore,par-
3 tim à sententiæ tenore sumuntur. ¶ A iudice sumun-
tur tres causæ. I.Si non omnes iudices dati adfuerunt,
l.4.& D.de re iudica.l.tunc autem. 37.l. duo. 39.II. Si
iudex sententiæ pretiū accepit, l.7. III. Si quem vltra
modum sibi permissum multauit.l.5.De modo multa-
tum vide supr.lib.1.tit.54. ¶Ratione temporis senten- 4
tia non valet, I. Si iudex delegatus , non ea die, quam
delegans præscripsit,sed alia die sententiam tulit , l. 6.
II. Si die feriata iudicauit sine partium consensu , nisi
sit causa fauorabilis , quæ debeat examinari etiā dieb.
feriatis,D.de feriis,l. 1. ¶ Tenor sententiæ respuit ap- 5
pellationem sequentibus casibus.I.Si iudicatum sit cō-
tra rem antea iudicatā,l.2.& sup. de senten. & interlo.
omn. iud. l. post rem.5. II. Si iudicatum sit contra ius
constitutionis,puta minorē quatuordecim annis posse
facere testamentū.Secus,si contra ius litigatoris,velu-
ti testatorem fuisse puberem,qui in ætate pupillari de-
cessit,l.2.& D.eod.l.1.§.item cùm contra.III.Si omis-
sa sit impensarum condemnatio , & victus à sententia
appellauerit:nā victor appellare non debet, immo nec
potest:sed nihilominùs in sententia reformanda etiam
condemnatio impensarum suppleri poterit,l.vlt.Con-
iunge,quæ scripsi sup.de fructib.& lit.expen.in fi. Ha-
ctenus de sententia. ¶ A nominatione ad aliquod mu- 6
nus duabus de causis appellare non oportet. ¶Prima 7
causa est,cùm sine appellatione succurritur, vt ei , cui
tutela delata est,D.de excusat.l.sciē. 13. in pr. & Inst.
eod.§.qui autem. ¶ Secunda causa est,cùm nominatio 8
non tenet , vt sequentibus casibus. I.Si veterano mu-
nus,vel onus imponatur,l.pe.II.Si minor vigintiquin-
que annis decurio creetur,l.si pater. 8. III. Si is,qui à
decurionatus nominatione appellauit, pendēte appel-
latione ad duumuiratum vocetur,l.3.quia cùm duum-
uir sumatur ex decurionibus , non potest fieri duum-
uir,qui nondum est decurio,quoniam à nominatione
ad decurionatum appellauit.

Tit. L X V. Quorum appellationes non recipiuntur.

I. 3. v.	*V. 4. 5.*
I I. 3. iij.	*V I. 3. v.*
I I I. 3. j.	*V I I. 5.*
I V. 3. iv.	*V I I I. 3. iv.*

SVperiori titulo dictum est de appellatione 1
superuacua: nunc dicendum de ea,quæ non
admittitur. ¶ Sunt autem huius tituli tria 2
capita:quorum primum ad sententiam de-
finitiuam,alterum ad eius executionem,tertium ad in-
terlocutionem pertinet. ¶ In primo capite appellare 3
prohibentur,&,si appellare velint, eorū appellatio nō
recipitur,I.Apparitor siue officialis à sententia proprij
iudicis,cui inseruit , si ab eo sit damnatus in causa cri-
minali , quam non potest exercere per procuratorem:
tantùm enim ab hoc iudice potest appellare in causa
ciuili,ad quam potest constituere procuratorem , l. 3.
II.Qui,cùm per contumaciam abesset , damnatus est:
hæc enim est pœna contumaciæ,l.1.& supr.de iudic.l.
properandum,13.§.cùm autem,& D.de iudic.l.& post.
73.§.vlt.& de appellat.l.ex consensu.23.§.vlt.III.Qui
crimen confessus est,nisi metu tormentorum perterri-
tus id fecerit,l.2.IV.Debitor omnino conuictus,adeo
vt eius appellatio sit manifestè frustratoria:veluti cùm
exiguntur tributa,vel aliud quoduis debitum omnino
certum & liquidum , l.4.& l.vlt. V. Qui vult appellare
ne testamentum aperiatur , vel ne scriptus heres in
possessionem mittatur,l.6.

¶ In secundo capite traditur, ab executione appel- 4
lari non posse,nisi executor modum excesserit: túncq;
res contentiosa & fructus deponuntur apud seque-
strem,vt ab illo restituantur ei,qui iudicio obtinuerit:

temerè autem ab executione appellans, quinquaginta
5 libris auri multatur, l.5. ¶ Eadem pœna tertio capite
irrogatur ei, qui temerè ab articulo, id est, ab interlo-
cutione appellauit, d.l.5. quia regulariter ante senten-
tiam definitiuam appellare non licet, l.pen. quæ loqui-
tur specialiter de discussore & rationali, sed generali-
ter in omnibus iudicibus obtinet. vide sup. de appella.
nu. 22. Quis sit discussor, & rationalis, exposui supr.
eod.tit.num.17.

Tit. LXVI. Si pendente appellatione mors interuenerit.

I. 4.	*IV.* 10.
II. 9.	*V.* 2. j.
III. 8.	*VI.* 11.

1 PEndente appellatione mors accidere potest
vel mancipij de quo litigatur, vel appellan-
2 tis, vel eius cōtra quem appellatur. ¶ Mor-
tuo homine, de quo agitur, non omnino lis
moritur; quia manet disceptatio. I. De peculio, l.pen. &
supr. de libera.cau.l.principaliter.13. & ne de sta.defun-
ctor. l.3. II. De fructibus, & partu, D. de rei vindic.l.
vtique.16. III. De euictione, d.l.vtique. & supr. de as-
sert.toll.l.vlt. IV. Propter periculum, quod modò per-
tinet ad possessorem, modò ad actorem, D. quod met.
cau.l.item si cum exceptione.14.§.quid si homo. & de
3 verb.oblig.l.si ex legati.23. ¶ Mors appellantis consi-
deratur tribus casibus. I. In iudicio ciuili. II. In iudicio
criminali. III. In nominatione seu vocatione ad hono-
4 rem vel munus aliquod. ¶ Iudicium ciuile continua-
tur in persona heredis, adeo vt heres teneatur reddere
causas prouocationis, alioquin cogetur rei iudicatæ sa-
5 tisfacere, l.1. & D.eod.l.vnic. §. tutor. ¶ Quod attinet
ad iudicium criminale, vel reus condemnatus fuit, vel,
6 cùm abesset, est requirendus annotatus. ¶ Cùm dam-
natus appellauit; mox decessit: duplex quæstio oritur.
7 ¶ Prior quæstio est, vtrùm crimen, id est, accusatio ex-
tinguatur, an in persona heredis continuetur. Respon-
detur extingui, excepto crimine perduellionis, quo
memoria defuncti damnatur, D. ad leg. Iul. maiest.l.vlt.
& Inst. de hered. quæ ab intesta.defer.§.per cōtrarium.
8 ¶ Posterior quæstio est, an disceptatio de bonis ma-
neat. Respondetur per distinctionem: aut enim quæri-
tur de bonis tacitè confiscatis (vt quia reus fuit depor-
tatus; quia deportatio secū trahit omnium bonorū pu-
blicationem, infr. de pœnis, l.deportatorū.8. & de sen-
tent.pass.l.vlt.§.vlt.) aut de bonis expresse cōfiscatis (vt
quia reus fuit relegatus; nam relegati bona non con-
fiscantur, nisi iudex id in sententia expresserit, d.l.de-
portatorum. & D.h.t.l.vn.) aut de auferēdis bonis sce-
lere quæsitis, vt quia reus peculatum commisit. Primo
casu quæstio de bonis morte damnati extinguitur. Se-
cundo casu remanet, l.3. & D.eod.l.vn.vers.nā si adem-
ptis. & inf. si reus vel accusa.mort.fuer.l.vlt. Tertio ca-
su similiter superest quæstio de bonis, D.de le.Cornel.
de fals.l.4. & l.cùm falsi.12. & ad leg.Iul.pecul. l.vlt. &
9 de iur.fi.l.Lucius.9. ¶ Cùm autem requirendus anno-
tatus appellauit, & ante actā causam mortuus est, om-
nis quæstio finitur, ac bona ad heredem eius pertinent,
l.2. Hæc de iudiciis ciuilibus, & criminalibus dicta
10 sint. ¶ At si vocatus ad decurionatum appellauerit, ac
pendente appellatione decesserit, omnis quæstio fini-
ta est, l.4. nisi propter medij temporis periculum suc-
cessores eius causas appellationis reddere teneantur:
quia si nominatus temerè appellet, suo periculo ab ad-
ministratione cessat, D. si tutor vel cura. vel mag. crea.
11 app.l.1. Hactenus de morte appellantis. ¶ Illud appel-
lanti & appellato cōmune est, vt, si alteruter penden-
te appellatione decesserit, heredi eius ad introducen-
dam vel prosequendā appellationem non solum detur
tempus, quod defuncto supererat mortis tempore, sed
insuper addantur quatuor menses: quod tempus non
currit à die, quo appellator mortuus est, sed ex quo fi-
nitum erit tempus heredi deliberandi causa datum.
Finge appellantem, cui competebant (vt interdū acci-
dit) sex menses, exactis quatuor mensibus decessisse: re-
liqui sunt duo menses, qui conceduntur heredi vnà
cum aliis quatuor mensibus: quod tempus ipsi heredi,
qui tempus deliberandi petiit, tamdiu non currit,
quamdiu intra datum tempus de hereditate adeunda
vel repudianda deliberat, l.vlt.

Tit. LXVII. De his, qui propter metum iudicis non appellauerunt.

QVi intra statutum tempus non appella- 1
uit, prætextu metus non excusatur; quia
non est iustus, sed vanus metus, l.1. & l.2.
in princ. nisi per vim iudicis, à quo appel-
lare volebat, prohibitus sit: quo casu si
intra appellationum tempora, libellos appellatorios
publicè proponat, perinde habebitur, ac si appellasset,
d.l.2.§.1. & D. de appellat.l.7.

Tit. LXVIII. Si vnus ex pluribus appellauerit.

HIc titulus in consortibus eiusdem litis di- 1
scrimen ponit inter restitutionem in inte-
grum, & appellationem: quia cùm vna est
causa pluribus communis, si vnus beneficio
ætatis restituatur in integrū, hæc restitutio ceteris nō
prodest, l.2.§.1. at si vnus appellauerit, & obtinuerit,
eius victoria consortibus prodest, l.1. & d.l.2.§.1.

Tit. LXIX. Si de momentanea possessione fuerit appellatum.

INterdicta pleraque sunt de sola possessio- 1
ne, quæ vocatur possessio momentanea, vel
momentaria, supr. vbi de poss.agi opott.l.
vn. & infr. vnde vi. l. momentariæ. 8. quo-
niam ei, qui interdicto vincit, non in perpetuum attri-
buitur, sed tantisper dum agitur de proprietate, cui
quæstioni iudicium de possessione non facit præiudi-
cium. Idcirco à sententia de momentanea possessione
appellare non licet, l.vn. eâdem ratione, qua in supe-
rioribus diximus ab interlocutionibus iudicum regu-
lariter non appellari: quia vt grauamen per interlocu-
tionem illatum potest reformari per appellationem à
sententia definitiua; ita si grauamen in adiudicanda
momentaria possessine illatum sit, per sententiam de
proprietate, vel per appellationem ab hac sentētia po-
terit reparari: si quidem post sententiam de proprie-
tate latam, sententia illa de possessione nullum habet
effectum, sed sententiæ super proprietate latæ cedit.
extr. de cau.possess. & propriet.cap.6.

Tit. LXX. Ne liceat in vna eadémque causa tertiò prouocare, vel post duas sententias iudicum, quas definitio præfectorum prætorio roborauerit, eas retractare.

QVæstio huius tituli est, an is, qui triplici iudi- 1
cio victus fuit, & bis appellauit, contra tertij
iudicis sententiā aliquod habeat remedium.
Iustinianus in l.vn. h.t. I. Denegat tertiam appellatio-
nem in eadē causa, & eodē litis articulo. II. In vers. vel
sententias. similiter denegat retractationē, id est, si ter-
tius iudex fuit præfectus prætorio, à quo non prouoca-
re, sed tātùm supplicare licet, vt fuit expositū sup.t.42.
cōtra hanc sentētiā non licet supplicare. III. In vers. li-
cētia. permittit tertiū iudicē recusari tāquàm suspectū:
qui

qui si sit iudex pedaneus, causa suspicionis & recusationis agitabitur apud eum, qui iudicem dedit. Hæc sunt, quæ in d.l.vn. habentur de prouocatione, supplicatione & iudicis recusatione. Hic est finis tractatus de appellationibus.

Tit. LXXI. *Qui bonis cedere possunt.*

I. 10. j. ij.	*V.* 6. j.
II. 10. v.	*VI.* 8.
III. 8. j.	*VII.* 4. 10 ij iij.
IV. in pr. 3.	*VIII.* 7. 9. 10. iv.
§. j. 10. iv.	

1 CVm duæ sint causæ mittẽdi in rerum pos-
sessionem, sententia, & cessio bonorum:
quia mittitur aliquis in possessionem bo-
norum aduersarij vel sibi damnati, vel bo-
nis cedentis: meritò post tractatum de sententiis, &
de appellationibus, quæ à sententiis interponuntur,
2 subiicitur tractatus de cessione bonorum. ¶ Hic tra-
ctatus plures quæstiones cõtinet, licèt vna in rubr. pro-
ponatur, qui bonis cedere possint: decidũtur enim hoc
3 titulo octo quæstiones. ¶ Prima quæstio est, quo iure
cessio bonorum sit introducta. Respondetur, lege Iulia
datũ esse hoc beneficiũ in vrbe: quod postea per con-
stitutiones principum productũ est ad prouincias, l.4.
4 in pr. ¶ Secunda quæstio est, qui bonis cedere possint.
Respõdetur, hoc beneficiũ dari, nõ solùm patribus, sed
etiam filiisfamiliarũ, siue peculium habeãt castrẽse vel
quasi castrense, siue aduentitiũ vel profectitiũ, siue ni-
5 hil habeãt, l.pe. ¶ Tertia quæstio est, quo loco cedi pos-
sit. Hic duæ regulæ traduntur. I. Cessio admittitur tam
in vrbe, quàm in prouinciis, vt sup. notaui. II. Tam in
6 iure, quàm extra ius, D.eod.l.vlt. ¶ Quarta quæstio est,
qua ex causa admittatur cessio bonorum. Vt cessio ad-
mittatur, tria requirũtur. I. Vt cedatur propter æs alie-
num ipsius cedẽtis: nec refert, ex qua causa debeat: pu-
tà propter munus gestũ, l.3. vel ob condemnationẽ pe-
cuniariã in iudicio criminali factã, inf. de custod. reor.
l.vlt. §. in pecuniaria. sed declinandi honoris vel mune-
ris delati causà non admittitur: quia nemo his vltra fa-
cultates suas subiicitur, l.5. II. Vt cedẽs eiuret bonã co-
piã, id est, iuret se non esse soluẽdo, Nou.135. III. Vt in
eam calamitatẽ, id est, inopiã aduersis casibus, nõ suo
7 vitio inciderit, d.No.135. ¶ Quinta quæstio est, si plu-
res sint creditores, quorum alij quinquennales indu-
cias debitori concedãt, alij malint eũ bonis cedere, vtra
sentẽtia præualeat. Iustinianus perspicuam distinctio-
nem affert, sententiã præferens eorũ creditorum, qui-
bus plus debetur, vel qui plores numero sunt: &, si om-
nia vtrimq; paria sint, mitiorẽ & humaniorem senten-
tiam admittens, eorũ scilicet, qui inducias quinquẽnij
8 concedunt, l.vlt. ¶ Sexta quæstio est, quomodo bonis
cedatur. Respondetur, olim fuisse necessariã verborum
solemnitatẽ, hodie verò nudam volũtatis significatio-
9 nem sufficere. l.6. & D.eod.l.vlt. ¶ Septima quæstio est,
quale sit hoc beneficiũ. Respõdetur, esse auxiliũ flebi-
le, & miserabile: quia misericordiæ causà conceditur
10 iis, qui sunt oppressi ære alieno, l.pe. & vlt. ¶ Octaua
quæstio est, quis sit finis & effectus cessionis. Hic quin-
que notantur. I. Debitor cessione bonorum non libe-
ratur, nisi creditores solidum debitum receperint, l.1.
& infr. tit. prox. l.3. II. Qui bonis cedit, iniuriã vitat, l.
pe. id est, carcerem, l.1. & infamiam iuris, supr. ex quib.
cau. infa. irrog. l. debitores. 11. non infamiam facti, No.
4. cap. vlt. & Nou.135. III. Non potest à creditoribus
conueniri, D.h.t.l.4 §.1 nisi quid non modicum postea
quæsierit: tunc enim rectè conuenitur, nõ in solidum,
sed in quantum facere potest, l.pen. in fi. & D. eod. l. 6.
& infr. tit. prox. l.3. & Instit. de act. §. vltim. IV. Credi-
tores non mittuntur in possessionem patrimonij, quod
ad cedentis filium emancipatum pertinet, sed in pos-
sessionem bonorum, quibus debitor cessit, d.l. debito-
res. non vt hæc bona inter se sua auctoritate diuidant,
& iure dominij retineant, sed vt ea legitimè distrahãt,
& ex pretio sibi satisfaciant, l.4. §.1. si tamẽ emptorem
non reperiant, tunc ius dominij a principe impetrare,
inst. de iu. dom. impetr. l.1. & 2. & res auctoritate iudi-
cis inter se diuidere poterunt, l.vlt. in fi. V. Qui bonis
cessit, re integra, id est, rebus nondum distractis, potest
pœnitere, ac bona sua recipere, si vel debita soluat, l.2.
vel paratus sit iudicium subire, negans, se quicquam
debere, D.eod.l.3. & l.5.

Tit. LXXII. *De bonis auctoritate iudicis possidendis, seu venumdandis, & de separationibus bonorum.*

I. 13. iij. 17.	*VII.* 18.
II. 19. p. j.	*VIII.* 7.
III. 4. j. 6.	*IX.* 4 ij. 12.
IV. 8.	*X.* in pr. 9.
V. 4. iij.	§. j. 14 j. iv.
VI. 7. 13. j ij.	§. vlt. 14. ij. iij.

QVæ hactenus dicta sunt de sententiis, & 1
confessione in iure facta, & bonorum ces-
sione, in gratiam eorum, quæ hoc titulo
tractantur, exposita sunt: quia condemnati,
vel confessi, vel cedẽtis bona à creditoribus possiden-
tur, ac distrahuntur, quatenus separatio (si fortè separa-
tio impetrata fuerit) id fieri permittit. ¶ Hæc rubrica 2
tribus partibus constat. ¶ Prima pars de bonis aucto- 3
ritate iudicis possidẽdis, diuiditur in duo capita. ¶ Prius 4
caput tres causas explicat, propter quas creditores in
possessionem bonorum debitoris primo decreto mit-
tuntur, eáq; bona secundo decreto possidere iubẽtur.
I. Si debitor bonis cesserit, l. 3. de qua cessione plura
diximus, sup. tit. prox. II. Si debitor latitet, nec à quo-
piam defendatur, l.pen. III. Si debitor sine herede de-
cesserit, eiusq; bona vacantia fiscus non accipiat, l.5.
¶ Posteriori capite de effectu missionis in possessionẽ 5
tractãtur variæ quæstiones. ¶ Primò quæritur, an cre- 6
ditore in possessionem bonorum debitoris misso, debi-
tor liberetur. Respondetur, non liberari, etiamsi bonis
cesserit: quamuis ex contractibus cessionem antecedẽ-
tibus non possit efficaciter conueniri, quia exceptione
cessionis defenditur, nisi postea non modicum aliquid
acquisierit, & in id quod facere potest, conueniatur, l.
3. vide sup. tit. prox. quæst. 8, reg. 3. ¶ Secũdò quæritur, 7
an rerum dominium pertineat ad creditores in posses-
sionem missos. Respondetur, non pertinere, l.6. & l. in
possessionem. 8. ¶ Tertiò quæritur, an vnus ex credito- 8
ribus cogi possit bona debitoris suscipere; ac ceteris
satisfacere. Respondetur, non posse cogi, l.4. ¶ Quartò 9
quæritur, si quidam creditores in possessionem missi
sint, an hoc aliis creditoribus prosit. Respõdetur, præ-
sentes, id est, eos, qui in eadem prouincia sunt, ad ean-
dem possessionem admitti intra biennium: absentes,
id est, qui sunt in alia prouincia, admitti intra quadriẽ-
nium: dummodò impensarum partem pro quantitatis
sibi debitæ rata portione restituant iis, qui in posses-
sionem missi fuerant, l. vlt. in princ. ¶ Quintò quæri- 10
tur, an creditores possint vendere bona, in quorũ pos-
sessionem missi sunt. Huic quæstioni satisfiet parte
seq. ¶ Nam secunda tituli pars est de bonis vendun- 11
dis: vbi dissoluuntur tres quæstiones. ¶ Ac primò quæ- 12
ritur, an bona à creditoribus in possessionem missis
distrahi possint. Duo requiruntur, vt hæc distractio ad-
mittatur. I. Iudicis permissio. II. Aliquanti temporis ef-
fluxio, l.pe. quod tẽpus cùm in iure definitum nõ repe-
riatur, intelligendũ est, eius definitionẽ arbitrio iudicis

relinqui, D. de iur. delibet. l. 1. §. vlt. Non obstat l. vltim.
§. 1. illo loco, *post definitum à nobis tempus* : quia verbum
à nobis à veteribus Codicibus abest, vt Alcia. li. 1. dispū-
13 ctionum, cap. 19. & post eum alij notarunt. ¶ Secundò
quæritur, quo ordine creditoribus ex rerum distracta-
rum pretio satisfiat. Hîc dantur tres regulæ. I. Priùs sa-
tisfit creditoribus hypothecariis, quàm chirographa-
riis, l. 6. II. Omnibus creditoribus chirographariis
simul soluitur pro rata portione eius, quod cuique de-
betur, d. l. 6. nisi quidam priuilegiarij sint, quoniam hi
ceteris præferuntur: priuilegia verò non ex tempore
æstimātur, sed ex causa, D. h. t. l. priuilegia. 32. III. Priùs
satisfit creditoribus, quàm legatariis. Idcirco si Titius
Mæuium heredē instituerit, & aliis Titius, aliis Mæuius
legauerit: priùs illis satisfit, quibus Titius, quàm quibus
Mæuius legauit: quia legata à Titio, sunt æs alienū Mę-
14 uij, l. 1. ¶ Tertiò quæritur, quæ sint obseruanda post res
distractas, siue ad alios translatas. I. Attestatio per ta-
bularios conscribatur, per quam manifestetur pretij
quantitas, & an ex eo, postquàm satisfactum credito-
ribus erit, aliquid supersit, l. vlt. §. 1. II. Hæc attestatio
apud loci defensorem, actis interuenientibus insinue-
tur, præsentibus nō solùm illis tabulariis, sed etiam Ci-
meliarcha, id est, thesaurario: quia si quid pecuniarum
supersit, in ecclesiæ cimeliarchio deponi debet. III. Qui
res vendidit, siue aliter transtulit, se id bona fide fecis-
se, non per gratiam vel dolum res minori pretio addi-
xisse iurat, d. l. vlt. §. vlt. IV. Si alij creditores postea cō-
pareant, eis causâ cognitâ satisfit ex pecunia deposita:
priùs igitur oportet rectorem prouinciæ causam exa-
minare, & interloqui, vt œconomi vel cimeliarchæ
nullum damnum seu dispendium patientes, his credi-
15 toribus ex deposita pecunia soluant, d. l. vlt. §. 1. ¶ Ter-
tia tituli pars est de separationibus bonorum. Quinque
sunt separationum genera. I. Postulantibus creditori-
bus hereditariis, id est, creditoribus defuncti non item
postulātibus creditoribus heredis propriis, D. de sepa-
rat. l. 1. §. ex contrario. & §. pe. separātur bona defuncti
à bonis propriis heredis; vt creditoribus hereditariis,
qui separationē petierunt, ead. l. 1. §. quæsitum. soluatur
dumtaxat ex bonis defuncti; ceteris autē creditoribus
soluatur ex bonis propriis heredis, non ex bonis here-
ditariis, nisi quid supersit, postquàm creditoribus here-
ditariis satisfactū erit, ead. l. §. pe. II. Seruus necessarius
domini heres, antequàm se bonis hereditariis immi-
sceat, impetrare potest, vt bona, quę post mortē patro-
ni acquisiuit, à bonis hereditariis separentur, & à cre-
ditoribus hereditariis non attingantur. ead. l. 1. §.
vltim. III. Qui cum filiofam. pagano contraxerunt,
si is postea militet, ac peculium castrense habeat, pete-
re possunt, vt paganica separentur à castrensibus, d. l. 1.
§. si filiifamiliâs. IV. Si libertus Titio, patronos liberto
successerit: patronos petere potest, vt separentur bona
propria liberti à bonis Titianis, & similiter creditores
eiusdem liberti separentur à creditoribus Titij, D. eod.
l. pen. §. 1. V. Si bona patris à fisco propter debitum oc-
cupentur: filio separatur peculium ex cōstitutione Di-
ui Claudij, ne in eo quicquam iuris fiscus habeat, D. de
16 minorib. l. 3. §. sed vtrùm. vers. vlt. ¶ Hoc titulo de pri-
mo tātùm separationis genere agitur: de quo tres quę-
17 stiones deciduntur. ¶ Primò quæritur, quo iure hæc
separatio concedatur. Respōdetur, cōcedi edicto præ-
toris, l. 1. Quod non est ita intelligēdum, quasi ipso iu-
re locum habeat: quoniam opus est, vt à prætore im-
petretur, & prætoris decreto concedatur, D. eo. l. 1. in
18 pr. ¶ Secūdò quæritur, qui possint separationem pete-
re. Respondetur, hoc beneficium concedi creditoribus
hereditariis, nō etiā creditoribus heredis, vt paulò antè
notaui. Creditoribus autē hereditariis, etiāsi ipsi quoq;
ex aliqua parte heredes sint, tamen datur hoc beneficiū
aduersus coheredes pro illorum hereditariis portioni-
bus, pro quib. obligatio manet: nam pro partibus, pro
quibus ipsi creditores sunt heredes, sine dubio obliga-
tio extinguitur, l. 7. ¶ Tertiò quæritur, an hęc separatio 19
indistinctè cōcedatur. Respōdetur, nō cōcedi sine cau-
sæ cognitione, l. 2. quia iam diximus decretū à prætore
interponi: quod cùm fit, causæ cognitio est necessaria,
D. de offic. procōs. l. nec quicquā. 9. §. 1. Ergo interdum
hoc beneficium denegatur, veluti post quinquennium
ab adita hereditate computatum, D. de separat. l. 1. §.
quod dicitur. etsi res integra nō sit. Non est autem in-
tegra, I. Si creditor fidem heredis secutus sit, d. l. 2. vt
putà ab eo nouandi causâ stipulatus sit, vel acceperit
vsuras, D. de separat. l. 1. §. illud. seu pignus, d. l. 1. §. si quis
pignus. seu fideiussores, d. l. 1. §. item quæritur. Secus, si
heredem iudicio conuenerit: quia hoc ex necessitate
fecit, d. l. 2. quem enim alium creditor hereditarius cō-
uenire potest, quàm heredem? II. Si bona hereditaria
cum bonis heredis commixta sint, D. de separat, d. l. 1.
§. præterea. III. Si heres bona fide hereditatem ven-
diderit, D. eod. l. 2.

Tit. LXXIII. De priuilegio fisci.

I. 2. iv.	*V. 3.*
II. 3. 4. iij.	*VI. 2. iij.*
III. 5.	*VII. 6. ij.*
IV. 2. ij.	

MVlta sunt fisci priuilegia: sed hîc tractatur 1
de prærogatiua, qua fit, vt fiscus ceteris cre-
ditoribus præferatur. Cùm igitur superiori
titulo dictum sit, ex bonis debitoris distra-
ctis primùm solui creditoribus hypothecariis, deinde
chirographariis priuilegiariis, postremò chirographa-
riis, qui priuilegium non habent: nunc explicanda sunt
tria fisci priuilegia huc spectantia, id est, quæ ad hoc
generale priuilegium referuntur, vt fiscus aliis eiusdē
debitoris creditoribus præferatur. ¶ Primum priuile- 2
gium est tacita hypotheca, supr. de seruo pigno. da. ma-
num. l. 2. de quo notentur sequentes regulæ. I. Fiscus
ex contractu semper habet tacitam hypothecā in bo-
nis debitoris, infr. in quib. caus. pign. tac. contrah. l. 2. &
D. de iu. fisci. l. aufertur. 46. §. fiscus. II. Fisco non sunt
obligata bona, quæ debitor antè alienauit, quàm cum
fisco contraheret, l. 4. III. Fisci debitor ex suis bonis
filiam dotando, non facit præiudicium fisco: ideóque
procurator fisci eas res persequi potest actione hypo-
thecaria, l. pen. IV. Fisco ob causam primipilarem non
solùm obligata sūt bona eius qui primipili onus subiit
& annonæ militaris curam gessit, sed etiam res, quas is
dotis nomine accepit, si ex eius propriis bonis, & ex
bonis eorum, à quibus nominatus fuit, fisco satisfieri
nequeat, infr. in quib. caus. pign. tac. contrah. l. 4. Sed res
mulieris præterdotales in hanc hypothecam non ca-
dunt, l. 1. Differentiæ ratio est: quia in rebus dotalibus
maritus habet dominium, supr. de rei vindic. l. doce. 9.
ciuile, supr. de iu. dot. l. pen. in pr. in rebus autem præ-
terdotalibus nihil iuris habet, licèt interdum eas ad-
ministret, D. ad leg. Falcid. l. pe. in pr. Quæri potest, an
ob alia munera, præter primipilum, à marito gesta, dos
mulieris sit in subsidium fisco obligata. quod Cuiacio
placet, argum. l. 3. sup. ne vxor pro marito. Mihi tamen
falsum videtur: quia dos respectu munerum non cen-
setur esse in dominio mariti, D. ad municipal. l. Lucius.
21. §. idem respondit cōstante. nec tantus est aliorū mo-
nerū fauor, quantus annonæ exercitui præbēdæ. ¶ Se- 3
cundū priuilegiū est prælatio seu prærogatiua in actio-
ne personali. Hîc sciendū est, fiscum præferri aliis cre-
ditoribus etiā priuilegiariis, vt ei, qui in nauē extruen-
dam, vel emendā credidit, D. de reb. auctor. iud. possid.
l. qui in nauē. 26. l. quod quis. 34. (Quod adeo verū est,
vt si

vt si fiscalis debitor alij suo creditori soluerit, ac fisco
satisfacere non possit, creditor ille pecuniam exactam
fisco restituere cogatur, non tamen eius summæ vsuras
præstare tenetur: quia non contraxit fœnus, sed suum,
id est, sibi debitum exegit, quod iure extraordinario,
propter fisci fauorem, restituere compellitur, l. 5. pro-
inde non tã persona creditoris, qui non contraxit cum
fisco, videtur à fisco conueniri, quàm res, id est, pecu-
nia, quam hic creditor exegit, adeo vt nullus sit vsuris
locus, D. de iure fisci, l. denique. 19.) Excipitur mulier
dotem repetens: nam in rebus dotalibus, cùm earum
domina sit, & eas vindicare possit, omnibus creditori-
bus in personam agentibus meritò præfertur, supr. de
iure dot. l. pen. In aliis autem rebus mulier & fiscus pa-
ri iure vtuntur: ita vt prior tempore, sit potior iure, l. 2.
4 & supr. de iure dot. l. dotis. 9. ¶ Tertium priuilegium
est prælatio in hypothecis, quod patitur multas limi-
tationes. I. Locum habet dumtaxat in bonis post con-
tractum fiscalem debitori quæsitis, D. de iur. fi. l. si qui
mihi. 28. nam in antea quæsitis fiscus cedit anteriori
creditori siue speciale pignus habenti, D. qui potio. in
pign. hab. l. si pignus. 8. siue generalem hypothecam, D.
eod. l. vlt. II. Religionis fauore fiscus cedit agenti fu-
neraria actione, vt & omnes alij creditores, D. de reli-
gios. l. & si quis. 14. §. 1. & l. pen. III. Excipitur mulier
dotem contractu fiscali vetustiorem repetens: quia
fiscus mulieri anteriori dotem petenti cedit, posteriori
præfertur, l. 1. excepta causa primipilari, in qua mulieri
5 omnimodò præfertur, vt supra notaui. ¶ Extra casus
modò expositos, cùm fiscus præferatur creditoribus
hypothecariis, multò magis præfertur priuilegiariis in
personam agentibus, l. 3. Sed hoc non est referendum
inter fisci priuilegia: quia omnes creditores hypothe-
carij hoc iure vtuntur, supr. tit. prox. l. 6. & inf. qui pot.
6 in pign. hab. l. eos. 9. ¶ Generaliter duo sunt notanda.
I. Fiscus in pœnis exigendis non habet priuilegium,
immo omnibus dãnati creditoribus cedit, infr. de pœ-
nis fiscalib. credit. præfer. l. vnic. & D. de iure fisci. l. in
summa. 17. l. quod placuit. 37. l. Status. 48. §. vlt. II. Qui
fisco pro eius debitore soluit, in locum & ius fisci non
succedit, nisi, dum solueret, iura fisci in eum à compe-
tenti iudice sint translata, l. vlt.

Tit. LXXIV. De priuilegio dotis.

1 QVæ priuilegia superiori titulo tribuimus
fisco, eadem mulieri dotem repetenti com-
petunt: nam dotis causa est maximè fauo-
rabilis, cùm publicè intersit mulieres esse
dotatas, quò faciliùs nubere possint, sup. ad S. C. Vel-
leian. l. vlt. & D. de iur. dot. l. si ego. 9. §. 1. & solu. matri-
2 mo. l. 1. ¶ Primum priuilegium est tacita hypotheca,
3 supr. de rei vxo. act. l. vn. §. & vt pleniùs. ¶ Secundum
est prælatio in actionibus personalibus: de qua præla-
tione datur regula, & eius regulæ productiones, atque
4 exceptiones. ¶ Regula est, Mulier dotem repetens, pé-
nè omnibus creditoribus in personam agentibus præ-
fertur, infr. qui potio. in pigno. hab. l. vlt. in princ. & D.
5 de iur. dot. l. si sponsa. 74. ¶ Hęc regula producitur. I.
Ad sponsam, d. l. si sponsa. II. Ad minorem duodecim
annis nuptam: licèt enim nuptiæ non cõsistant, tamen
priuilegium quasi doti tribuitur, d. l. si sponsa. III. Ad
filios mulieris. Quod adeo verum est, vt filij ex primo
matrimonio suscepti in dote materna repetenda præ-
ferantur secundæ vxori, & filiis eius, infr. qui pot. in pi-
6 gn. hab. l. vlt. §. exceptis, & Nou. 91. c. 1. ¶ Exceptiones
tres notentur. I. Heres mulieris extraneus hoc priui-
legio non fruitur, d. Nou. 91. c. 1. II. Actio funeraria
præfertur actioni de dote, & omnibus aliis actionibus,
Anal. Cod.

D. de religios. l. etsi. 14. §. 1. & l. pen. III. Antiquior cre-
ditor priuilegiarius præfertur mulieri, quæ tempore
est posterior, vt respublica, supr. de iur. dot. l. dotis. 9. &
D. de reb. auctor. iud. possid. l. pen. §. 1. ¶ Nota mulie- 7
rem, quæ creditoribus priuilegiariis cedit in actione
personali, nihilominùs eis regulariter præferri ratione
actionis hypothecariæ, propter regulam, qua credi-
tores hypothecarij præferuntur priuilegiariis, sup. eod.
l. 6. & infr. qui potio. in pigno. hab. l. eos. 9. Excipitur
actio funeraria, quæ omnibus actionibus, etiam hypo-
thecariis præfertur religionis fauore, d. l. & si. §. 1.
¶ Tertium priuilegium est prærogatiua, seu prælatio 8
in actione hypothecaria: in qua mulier nũ solùm præ-
fertur creditoribus chirographariis, vt dixi, sed etiam
hypothecariis, infr. qui potio. io pign. hab. d. l. vlt. §. 1.
¶ Hæc regula producitur, vt mulier præferatur. I. Etiã 9
creditoribus anteriorem expressam hypothecam ha-
bentibus, vt probaui in tractatu de pignore, num. 122.
II. Etiam his, qui habent priuilegium in hypotheca,
Nou. 97. c. 3. quia etsi regulariter priuilegiarius contra
priuilegiarium nõ vtitur suo priuilegio, tamen maius
priuilegium vincit minus. Azo in summa supr. de bon.
auctor. iud. possid. num. 11. ¶ Sed notandæ sunt qua- 10
tuor exceptiones. Nam mulier dotem repetens cedit,
I. Fisco vel agenti ex causa primipilari, vel ex causa ve-
tustiori, vt superiori tit. exposui. II. Repetenti dotem
prioris matrimonij, siue eam mulier repetat, siue eius
liberi, infr. qui pot. in pign. hab. d. l. vlt. §. exceptis, & d.
Nou. 91. c. 1. Excipe res dotales, quæ extant: nam in his
non habetur ratio prioris, aut posterioris matrimonij:
sed indistinctè mulier, ad quam hæ res spectant, & li-
beri eius præferuntur, siue sint tempore priores, siue
posteriores, d. Nou. 91. c. 1. III. Ei, qui pecuniam ad mi-
litiam emendam credidit hoc pacto, vt militia sibi pi-
gnori sit, & vt in hoc pignore ceteris creditoribus
præferatur, Nou. 97. c. 4. IV. Repetenti impensam in
funus factam, vt paulò antè exposui. ¶ Cùm dictum sit, 11
ad filios, non ad extraneos mulieris heredes priuile-
gium dotis transire: quæsitum est, an hoc priuilegium
detur tantùm filiis ex eo matrimonio susceptis, cui dos
accessit, an etiam aliis eiusdem mulieris liberis. Finge
Mæuiam Gaij viduã, cùm aliquot ex priori matrimo-
nio liberos haberet, nupsisse Titio; deinde nullis ex Ti-
tio susceptis filiis obiisse; postea Titium Semproniam
vxorem duxisse; tandem liberis ex Sempronia fortasse
genitis decessisse, ab heredibus igitur Titij doté Mæ-
uianam repetunt filij & heredes Mæuiæ, non à Titio,
sed à Gaio procreati: Semptonianam verò dotem repe-
tit ipsa Sempronia, vel eius filij ex ipso Titio suscepti,
quæritur, vtri sint potiores. Communis Doctorũ opi-
nio est, Semproniam, vel eius filios præferri filiis Mæ-
uiæ: quia priuilegium prælationis, quod datur filiis,
coangustatur ad filios eiusdem matrimonij, cui petita
dos accessit, inf. qui pot. in pign. hab. d. l. vlt. §. exceptis.
in casu autem proposito filij non procreati à Titio, do-
tem Titio datam repetunt. Non obstat authen. si quid.
infr. eod. vbi tribuitur priuilegium cuicumque mulie-
ris soboli: quia si horum verborum expositio sumatur
ex Nou. 91. c. 1. vnde authen. sumpta est, facilè appare-
bit non significari sobolem cuiuscumque matrimonij,
sed cuiuscumque sexus & gradus, id est, filios, filias, ne-
potes, neptes, pronepotes, proneptes, &c.

---

*Tit. LXXV. De reuocandis his, quæ in fraudem cre-
ditorum alienata sunt.*

I. 3. j. 4. ij. 5. j. ij. 6. ij. 7.	*IV. 3. ij.*
II. 4. j. 5. j. ij. 6. ij.	*V. 2. 3. j. 4. j. 5. j. ij. iij 6. j. ij.*
III. 4. iij.	*VI. 4. ij. 5. j.*

1 PRiuilegia suprà exposita, fisci & mulieris propria sunt. Generaliter autem omnibus creditoribus hoc priuilegium prætor cõcedit, vt alienatiu à debitore in eorum fraudem facta, quò minus reperiant in bonis, in quorum possessionem missi sunt, rescindatur, & perinde habeatur, ac si res alienatæ mansissent in bonis debitoris. Hinc dantur creditoribus tria remedia. I. Interdictum fraudatorium, D.h.t.l.ait prætor. 10. II. Actio in rem, quæ vocatur rescissoria, vt docui in Anal. Inst. de actionib §. item si quis. III. Actio personalis, quæ appellatur Pauliana, D. de vsur. l. videamus generali. 38. §. in Fabiana. adhibito princ. eiusdem legis. De hac actione dissoluuntur hoc titulo quinque quæstiones. ¶ Prima quæstio est, qualis sit hæc actio. Re-
2 spondetur, esse in factum, l. pen. & D. eod. l. ait prætor. 10. vers. interdum. & §. annus, & l. hac in factum. 14. Intellige in factum prætoriam, D. eod. l. 1. in princ. & §. 1.
3 ¶ Secunda quæstio est, cui hæc actio detur. Respondetur, dari I. Creditoribus fraudatis, id est, in quorũ fraudem debitor res alienauit, l. 1. & d. l. pen. II. Eorum heredibus, d. l. ait prætor. §. pen. non heredi debitoris, l. 4.
4 ¶ Tertia quæstio est, contra quem detur. Respondetur, dari I. In eum, ad quem res fraudulenter translatæ sũt, l. 2. & D. eod. l. 1. in princ. siue titulo oneroso, siue lucratiuo, d. l. pen. II. In ipsum debitorem, qui alienauit, l. 1. in princ. & l. vlt. & D. eod. l. vltim. §. vlt. III. In heredes dictarum personarum, in quantum ad eos peruenit, d. l. ait prætor. §. vlt. & l. seq. Sed filius fraudatoris, si nec patris heres sit, nec aliquid per fraudem acceperit, non
tenetur, l. 3. ¶ Quarta quæstio est, quæ requirantur, vt 5
hæc actio competat. Tria requiruntur, vt huic actioni locus sit. I. Alienatio, l. 1. 2. & pen. Quomodò enim dicere possemus reuocari, quæ in fraudem creditorum alienata sunt, si nulla esset alienatio: Sed etsi debitor in fraudem creditorum suo debitori acceptò tulit, alienasse videtur, & huic actioni locum facit, l. vlt. II. Fraus alienantis, l. 1. 2. & pen. & D. eod. l. 1. in princ. III. Vt intra statutum tempus agatur, d. l. pen. id est, intra annum vtilem, d. l. 1. in pr. ex die factæ alienationis cõputandum, d. l. ait prætor. §. annus. Post annum igitur agi non potest, nisi in id, quod ad eum peruênit, qui con-
uenitur, ne in lucro versetur, d. l. ait prætor §. pen. ¶ In- 6
super duo requiruntur, vt hæc actio in eum detur, ad quem res sunt translatæ. I. Eius scientia, id est, ne ignorauerit creditores fraudari, si titulo lucratiuo res accepit, secus, si titulo oneroso, d. l. pen. II. Debitoris inopia,
vt soluendo non sit, l. 1. 2. & pen. ¶ Quinta quæstio est, 7
quis sit huius actionis effectus. Respondetur, reuocari ea, quę in fraudem creditorũ alienata probabuntur, l. 1.

IVL. PACII A BERIGA I. C.

ANALYSIS LIBRI VIII. CODICIS.

Tit. I. De interdictis.

I. 6. 10.	*§. j. 7.*
II. 8.	*IV. 7.*
III. in princ. 9.	



1 CVM superiori libro de possessione per multos titulos tractatum sit: rectè subiiciuntur interdicta, quibus maximè locus est, cùm de possessione, vel quasi possessione inter aliquos contenditur, Inst. h. t. in
2 in princ. ¶ Interdictum dicitur quasi inter duos dictum, Inst. eod. §. 1. vers. sed tamen. quia prætor inter actorem & reum interdicebat. Cùm autem actionem dabat, etiam iudicem dabat, quare interdictum reddebatur inter duos: in iudicio verò tres erant personæ præter prætorem.

3 ¶ Interdictum igitur erat forma & conceptio verborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat, aut prohi-
4 bebat, Inst. eod. in princ. ¶ Differt autem ab edicto, & decreto. Nam prætor generaliter edicta proponebat: specialiter autem de singulis causis vel iudicem dabat, vel causâ cognitâ decernebat, id est, sentẽtiam ferebat, vel interdicebat, id est, aliquid fieri iubebat, aut prohibebat.

5 ¶ Hoc titulo de interdictis deciduntur quinq; quæstiones.

6 ¶ Prima qoæstio est, quis proponat interdicta. Respondetur, proposita esse à prætore in albo, id est, in edicto perpetuo, quo prætor tam interdicta, quàm
7 actiones se daturũ pollicebatur, l. 1. ¶ Secunda quæstio est, an hodie interdicta sint in vsu. Respondetur, olim fuisse locum interdictis in iudiciis ordinariis: ideóque interdicta in desuetudinem abiisse, quia posteritas iudicia extraordinaria amplexa est, l. pen. §. 1. & Inst. eod. §. vlt. Quod non est ita accipiendum, quasi nullus sit hodie vsus interdictorum, nam sublatis formulis, idem effectus iuris mãsit: etenim prętor viuus olim vt actiones, ita etiam interdicta reddebat: & post redditum interdictum, iudicem dabat, apud quem quæreretur, an contra interdictum factũ esset. Sed hodie sicot actiones non dantur à prætore viuo, cùm sufficiat eas vel iure ciuili, vel ex edicto prætoris competere, ad hoc vt rectè intentari possint: ita etiam interdicta nõ dantur à prætore viuo, sed quodammodò ipsum ius interdicit, ac statim actio proponitur, perinde ac si prætor interdixisset, & actionem dedisset, l. vlt. Denique tam interdicta, quàm actiones erant formulæ, quæ sublatæ
sunt, supr. de formul. & impetrat. act. subl. l. 1. ¶ Tertia 8
quæstio est de iudice competente. Hîc habet locum vulgata regula: Actor sequitur forum rei. Nam rector prouinciæ non potest ex interdicto cognoscere aduersus eum, qui est alterius prouinciæ, l. 2. quæ lex, vt inscriptio & subscriptio indicant, coniungenda est cum l. vnic. supr. vbi de hered. agi oport. & inde colligendæ sunt tres regulæ. I. Heres in possessionem rerum hereditariarum se mitti postulare ibi debet, vbi sunt res hereditariæ, d. l. vn. in princ. II. Hereditas petenda est, vel vbi reus domicilium habet, vel vbi sunt res hereditariæ, si reus ibi reperiatur, d. l. vn. §. 1. III. De possessione ex interdicto agendum est apud præsidem, cui reus subiectus est: nam alterius prouinciæ præses de hac causa cognoscere non potest, d. l. 2. Alia ratio est libertatis, cuius fauore inter cetera cautum est, vt si dicatur heres libertatem præstare debere, eo absente & in alia prouincia degente, præses cognoscere possit, D. de fideicom. libertat. l. si eum. 28. §. vlt. l. non tantùm. 51. §. sed Articuleiano.

¶ Quar

¶ Quarta quæstio est, si controuersia sit tam de proprietate, quæ spectat ad iudicium petitorium, quàm de possessione, ad quam pertinent interdicta, vtra causa priùs examinanda sit, id est, vtrùm iudicio petitorio, an ex interdicto priùs contendere oporteat. Respondetur, priùs ex ioterdicto terminandam controuersiam de possessione, vt rectè ordinetur iudicium de proprietate; in quo is, qui non possidet, actoris partibus fungitur, & probandi onus sustinet; possessor autem est reus, & aduersario non probante, ipse etiam nihil probans vincit, l.3.in princ.& supr.de rei vindic.l.ordinarij. 13. & Instit.eod.§.retinendæ. Quare iore ciuili hæc duo iudicia, peritorium & possessorium, cumulari non possunt: iure tamen canonico litium minuendarum gratiâ cumulari possunt, extr.de caus.possess.& propr.c.5.& 4.

10 ¶ Quinta quæstio est, au interdicta possint produci ad casus omissos. Respondetur, posse produci, cùm eadem est ratio. Vtputà si in areâ tuâ ædibus meis proximâ sit arbor posita, cuius radices erescentes fundamentis ædium mearum periculum afferant: nullum quidem bac de re interdictum extat, sed exemplo interdictorum de arboribus cædendis vtile interdictum boe casu admitti debet, l. 1. in qua lege vtrumque interdictum de arboribus cædendis notatur: primum illis verbis, *si arbor in alienas ædes impendebit*: alterum his verbis, *si in alienum agrum impendebit*. Priori interdicto, si arborem in vicini ædes impendentem, atque ita luminibus eius officientem dominus succidere nolit, prætor vicino, quò minùs illam arborem adimat, & sibi ligna habeat, vim fieri vetat, D.de arborib.cæden.l.1.io pr. Posteriori interdicto arborem ex proximo fundo in suum agrum impendentem vicinus quindecim à terra pedes coërcere, id est, ramos ad eam altitudinem circumcidere, & sibi ligna habere potest, nisi dominus id facere velit, d.l.1.§.deinde. Ex his duobus interdictis apparet nulle prætorem, vt alicuius arbor vicino prædio noceat. Quare ex mente prætoris in casu proposito dabitur interdictum, vt vel arbor succidatur exemplo prioris interdicti de arboribus cædendis, vel pars radicum amputetur exemplo posterioris interdicti, prout iudex intelliget factò opus esse, vt ab ædium fundameotis periculum amoueatur.

Tit. II. Quorum bonorum.

I. 3.6.j.ij.7 j. | *III. 3.7.j.ij.*
II. 3.5.6.iij.7.j.

1 TRactatui generali de interdictis subiiciuntur specialia quædam interdicta. Cùm antem interdictorum, quæ ad priuatam singulorum vtilitatem pertinent, alia sint rei familiaris, alia sui iuris, vel officij tuendi causa, D.de interdict.l.2.§.1.cúmq; interdicta rei familiaris, partim sint restitutoria, partim prohibitoria, partim exhibitoria, D.eod.l.1.§.1.& Instir. eod. §.rursus.item vel possessionis adipiscendæ, vel recuperandæ, vel retinendæ, vel mixta, id est, recuperandæ, & retinendæ, d.l.2. §. vlt.& Instit.eod.§.sequens. cùm (inquam) tot & tam varia sint interdicta: initio explicantur duo interdicta restitutoria, possessionis adipiscendæ, quorum bonotum, h.t.& quod legatorum, tit. seq. deinde subiicitur vnum restitutorium, recuperandæ, vnde vi, tit. 4. & 5.tum additur vnum prohibitorium, quod est possessionis retinendæ, & appellatur vti possidetis, tit.6. postea subiungitur vnum exhibitorium, de tabulis exhibendis, tit. 7. Post hæc, enarrantur interdicta quæ iuris sui, vel officij tuendi causâ proponuntur, tit. 8. His subiiciuntur duo interdicta mixta, tam recuperandæ, quàm adipiscendæ, de precario, & Saluianum, tit.9. De ædificiis autem priuatis sunt varia interdicta, vt dicetur tit. 10. Quibus subiiciuntur interdicta de operibus publicis, tit.11. cuius pars est titulus 12. Hinc patet series titulotum de interdictis vsque ad tractatum de pignorib. & hypothecis: nunc exponenda sunt ea, quæ sunt huius tituli propria.

¶ De interdicto quorum bonorum deciduntur hoc 2
titulo quatuor quæstiones. ¶ Prima quæstio est, cui 3
hoc interdictum competat. Respondetur, ei competere, qui ad defuncti hereditatem, vel bonorum possessionem admissus est: vt filio præterito, qui petiit bonorum possessionem contra tabulas, l.1. consanguineo, vel patrueli, qui petierũt bonorum possessionem vnde legitimi, l.2.& 3. ¶ Nota, eum, qui admissus est ad bono- 4
rum possessionem, babere interdictum directuio ex verbis prætoris, D. eod. l. 1. eum verò, qui admissus est ad beredirarem, habere interdictum vtile, ex mente prætoris, siue ex constitutionibus, argum. l. 2. supr. de bonor.possess.secund.tab. ¶ Secunda quæstio est, con- 5
tra quem hoc interdictum detur. Respondetur, dari contra eos, qui pro herede, vel pro possessore possident, vel dolo malo fecerunt, quò minùs possiderent, l.2. & D.eod.l.1.in princ. Pro berede possidet, qui putat se esse heredem, vel bonorum possessorem. Pro possessore possidet prædo, qui scit successionẽ ad se nõ pertinere, Inst.eod.§.adipiscẽdæ.& D.de hered.petit.l.pro possessore. 11. & l. seq. ¶ Tertia quæstio est, quid probare 6
debeat is, qui vtitur hoc interdicto. Respondetur, eum debere tria probare. I. Se esse filium, si tamquàm filius agat, l.1. Similiter igitur probabit se fratrem, si vt frater agat, & ita de ceteris dicendum. II. Se esse heredem, vel bonorum possessorem, d. l. 1. III. Negotium esse integrum, l.2. id est, res, quarum possessionem expetit, non esse ab alio vsucapias, nec aliter exiisse de hereditate. ¶ Quarta quæstio est, qui sint effectus huius 7
interdicti. Hîc duo norantur. I. Possessio sine cunctatione, & remotis omnibus frustrationibus restituenda est ei, qui hoc interdicto obtinuit, l. 3. adeo vt hac ratione possessor efficiatur, l.1. Nam per bereditatem, vel per bonorum possessionem non acquisiuit possessionem, quæ plurimum facti habet, sed ius successionis, D.de bonor.possess.l.3.§.1. Et rectè dicitur restitui, l.2. quia hoc interdictum est restitutorium, D.eod.l.1.§.1. Intellige restitui possessionem, quam antea non habuerat, quia est interdictum adipiscendæ, d.l.1.§.1.& Instit. eod.§. adipiscendæ. II. Per hue interdum non fit præiudicium iudicio petitorio, quo de rerum proprietate quandocumque agetur, l.3.

Tit. III. Quod legatorum.

LEx vnic. b. t. quatuor quæstiones decidit. 1
¶ Primò quæritur, cui detur hoc interdi- 2
ctum. Respondetur, dari heredi, & bonorum possessori. Adde, dari etiam eorum heredibus, D.eod.l.1.§.hoc interdictũ. ¶ Secundò quæri- 3
tur, contra quem detur. Respõdetur, dari contra legatarium, vel fideicommissarium. Adde, dari etiam contra eum, qui legatario vel fideicommissario successit: siue vniuersaliter & in ius, siue in eam rem successerit, d.l.1. §.illud. Non tamen contra eum, cui mortis causa donatum est, d. l. 1. §. si quis ex mortis. Quamuis enim lex Falcidia, quæ loquitur de legatis, noo solùm producta sit ad fideicommissa, Instit. de fideicom.bered.§.sed quia heredes.& D. ad leg. Falcid. l. filiusfam. 18. sed etiam ad mortis causa donationes, supr.ad leg. Falcid. l. 5. & infr.de donat. cau. mort. l. 2. tamen interdictum quod legatorum, tanùm ad fideicommissa productũ est, non etiam ad mortis causa douationes. Rationem differentiæ mox afferam. ¶ Tertiò quæritur, quæ requirantur, 4
vt huic interdicto sit locus. Quinque requiruntur. I. Vt

legatarius seu fideicommissatius rem à testatore non
acceperit, sed post illius mortem occupauerit:ideóque
si ex donatione mortis causa rem à testatore acceperit,
non tenetur hoc interdicto. Nec dicendum, deficiente
directo interdicto, vtile interdictum accommodari de-
bere: quia sententia interdicti ad hunc casum accom-
modari non potest, ac heredi sufficit legis Falcidiæ
actio. Idem puto dicendum, si viuus testator rem lega-
tam præstiterit legatario, vt in specie, l.filia.11.supr. de
legat.& l.Lucius.22. D. de legat. ij. II. Vt eam rem te-
merè occupauerit, non consentiente herede vel bono-
rum possessore, postquàm hereditatem adiit, vel bono-
rum possessionem adgnouit, d. l. 1. §. quod ait prætor
voluntate. III. Vt ipse legatarius seu fideicommissa-
rius possideat, vel dolo malo desierit possidere, id est,
facultatem rei restituendæ vel habeat, vel dolo malo
habere desierit, d.l.1. §. quod ait prætor. IV. Vt heres
eam rem nũquam possederit: quia hoc interdictũ non
est recuperandæ, sed adipiscendæ possessionis, d.l.1.§.1.
V. Vt actor reo legati seu fideicommissi nomine satis-
det, aut per eum non stet, quo minùs satisdet, D. eod.
5 l.vlt. ¶ Quartò quæritur, quæ sit ratio huius interdi-
cti. Duplex ratio affertur. I. Quia legatarius non sibi
ius dicere occupatis rebus legatis, sed ab herede petere
debet, d. l. 1. §. & continet. II. Vt heres ex rebus sibi à
legatario restituendis quartam Falcidiam deducere
possit, l. vnic. in fin. nam ex lege Falcidia heres tam
actioné, quàm retentionem habet, vt alibi demonstra-
ui: constat autem retentionem esse commodiorem
actione: quapropter electio conceditur heredi, vtrùm
malit ex lege Falcidia agere, an interdicto res recipere,
& ex receptis rebus Falcidiam deducere.

Tit. IV. Vnde vi.

I. 10.	§.j.6.18.j.
II. in princ. 3.j.ij.12.	*VII.* 18.ij.
§ j.11.	*VIII.* 16.j.ij.
III. 5.	*IX.* 15.
IV. 3 j.15.17.	*X.* 18.ij.
V. 16.ij.	*XI.* 16.j.
VI. in princ. 5.17.	

1 DE vi, quod ad hunc titulum attinet, id est,
de vi, quam Doct. expulsiuam appellant,
vel agitur, interdicto vnde vi, vel generali
interdicto restitutorio, vel ex constitutio-
nibus principum, vel lege Iulia. Hinc
2 oriuntur quatuor capita huius tituli. ¶ Primo capite
de interdicto vnde vi dissoluuntur tres quæstiones.
3 ¶ Prima quæstio est, cui, & contra quem detur hoc in-
terdictũ. Respondetur, dari I. Ei, qui deiectus est de pos-
sessione, contra eum qui deiecit, l. 2. in princ. & l. 4.
II. Heredibus, & contra heredes, non tamen omnino
contra heredes, sed in id quod ad eos peruenit, vel do-
lo fecerunt quò minùs perueniret, d.l. 2. vers. & here-
des. & D. eod. l. 1. §. hoc interdictum & heredi. & §. vlt.
4 & l.2. & l.3. in princ. ¶ Nota primò, hoc interdictum
pertinere ad possessionem rerum immobilium, id est,
fundi vel ædium, non rerum mobilium, D. eod. d. l. 1.
§. hoc interdictum non ad omnem: cum quinque pa-
ragraphis sequentib. & Instit. de interdict. §. recuperan-
5 dæ. ¶ Nota secundò, nec auctoritate rescripti posse
aliquem possessionem vi occupatam defendere, l.3. nec
eum, qui rescriptum vel iudicis præceptum contra al-
terum obtinuit, ideo posse eum expellere; sed id quod
obtinuit, ei, vel eius actori siue procuratori intimate, &
iuris ac iudiciorum ordinem seruare debere, l.6. in prin.
6 ¶ Nota tertiò, si tutor vel curator minoris per collu-
sionem (id est, fraudulenter, vt minorem huic interdi-
cto subiiciat) debitorem minoris expellat possessio-
nem spoliato statim restitui, sine præiudicio iurium
minori competentium, ipsum autem curatorem de-
portari, d.l.6.§.1. ¶ Nota quartò, hoc interdictum per- 7
tinere ad vim expulsiuam: de vi ablatiua agi vi bono-
rum raptorum: de turbatiua esse interdictum quod vi
aut clam: de inquietatiua interdictum vti possidetis:
de compulsiua agi vel excipi quod metus causa, vt ex-
posui disputat. 16. the. 14. ¶ Nota quintò, in hoc inter- 8
dicto requiri vim atrocem, d.l.1.§. hoc interdictum non
ad omnem. ¶ Nota sextò, sub hoc titulo fuisse olim 9
duo interdicta, D. de interdict. l. 2. §. vlt. alterum de vi
quotidiana seu priuata, quæ fit sine armis; alterum de
vi armata: inter quæ differentias quasdam referunt
Duarenus l.1. disputationum, cap. 20. & Cuiacius lib. 5.
sententiar. Pauli tit. 6. §. vi deiicitur. Sed ex Iustiniani
mente, Instit. de interdict. §. recuperandæ. qui vnum in-
terdictum in Pandectas retulit, D. hoc tit. l. 1. in princ.
existimo vnum esse considerandum interdictum de
vtraque vi; licèt interdum referat, vtrum sit vis armata,
an quotidiana: vt quia ex illa datur interdictum liber-
to in patronum, & filio in patrem; ex hac non item,
d. l. 1. §. interdictum. Dixi *interdum*: quia non omnes
differentias Iustinianus retinuit, vt mox notabo.
¶ Nota septimò, hoc interdictum cessare duobus ca- 10
sibus, licèt vis adhibita sit: qui non datur, I. Contra
eum, qui non vi expulit possessorem; sed, cùm pos-
sideret, vi repulit alterum vim inferentem: quia vim
vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ,
id est, si eatenus vis adhibeatur, quatenus ad vim alte-
rius repellendam necesse est, l.1. & D. eod. l.1. §. vim vi.
& §. seq. & de iustit. & iur. l.3. II. Contra eum, qui alte-
rum, à quo vi deiectus fuerat, vi deiecit, atq; ita per vim
possessionem recuperauit, dummodò incontinenti id
fecerit, non ex interuallo, D. eod. l.3. §. eum agitur. l. qui
possessionem. 17. ¶ Nota octauò, hoc interdictum da- 11
ri etiam ei qui per vim possidebat, si vel ab eo, quem
expulerat, deiectus sit ex interuallo, d.l.3. §. eum igitur.
& Instit. de interdic. §. recuperandæ. vel ab alio deiectus
sit, d.l.1. §. qui à me. Olim quidem hæc erat differentia
inter interdictum de vi quotidiana, & interdictum de
vi armata: quòd ex hac dabatur interdictum sine exce-
ptione, id est, etiamsi deiectus quis esset ab eo, quem vi
deiecerat, Cic. pro Cæcin. ex illa verò dabatur interdi-
ctũ cum exceptione, nisi deiectus vi, aut clã, aut preca-
riò ab aduersario possedisset, Paul. l.5. sent. tit. 16. §. qui
vi. sed hãc differentiam Iustiniano displicuisse patet ex
d. §. recuperãdæ. ¶ Secunda quæstio est, intra quod tem- 12
pus detur hoc interdictũ, siue actio ex interdicto. Res-
pondetur, dari intra annum vtilem, l.2. in princ. ¶ No- 13
ta primò, hoc interdictum dari simpliciter intra an-
num: ac post annum non omnino denegari, sed dari li-
mitatè, id est, in id tantùm quod ad deiicientem per-
uenit, D. eod. l.1. in princip. sicut etiam datur in here-
dem, l.2. §.1. & D. eod. l.3. §. hæc actio. ¶ Nota secundò, 14
olim interdictũ de vi armata nõ fuisse annale, sed per-
petuum, Cic. lib. 15. epist. 16. ad Cassium. sed (vt suprà
notaui) Iustinianus quasi vnum de vtraque vi interdi-
ctum considerat, & annale facit: placet igitur, ex mente
Iustiniani hoc interdictum, & actionem in factum ex
eo descendentem, anno vtili terminari. ¶ Tertia quæ- 15
stio est, quid veniat in actionem ex hoc interdicto.
Respondetur per distinctionem: aut enim is, qui vi de-
iecit, intra annum conuenitur, aut post annum, aut he-
res conuenitur. Primò casu, reus non tantùm possessio-
nem restituere cogitur, sed etiam omnem causam, id
est, omnem vtilitatem, quam haberet actor, si vi deie-
ctus non fuisset: proinde restituendi sunt fructus, non
quos reus percepit, sed quos actor percipere potuit,
l.4. Item restituendæ sunt res, quæ erant in fundo, vel
ædibus,

ædibus, vnde actor expulſus fuit, D. eod. l. 1. §. illud.
quæ ſi amiſſæ ſint, defertur actori iuſiurandum in li-
tem, vt intra quantitatem à iudice taxatam eas ſuo iu-
reiurãdo æſtimet, ac tanti reus condemnetur, l. ſi quan-
do. 9. Secundo & tertio caſu agitur in id, quod ad reum
16 peruenit, vt paulò antè notaui. ¶ Secũdo capite agitur
de generali interdicto reſtitutorio, quod vocatur mo-
mentarię poſſeſſionis: quia non in perpetuum attribuit
poſſeſſionem, ſed tantiſper dum de proprietate lis pen-
det, vt expoſui ſupr. ſi de momen. poſſ. fuer. appell. De
hoc generali interdicto tria traduntur. I. Datur aduer-
ſus eum, qui alienam poſſeſſionem temerè occupauit
ſiue vi publica, ſiue vi priuata, ſiue ſine vi, l. momenta-
riæ. 8. veluti ſi quis vacuam poſſeſſionem ad ſe non
pertinentem occupauerit, l. vlt. I I. Non ſemper requi-
rit inſcriptionẽ actoris, id eſt, vt actor ſua ſubſcriptione
ſe ſubiiciat pœnæ talionis niſi crimen probauerit, d. l.
momentariæ. Hoc dictum ex ſuperiori pendet: quia
cùm non ſemper detur ob vim & delictum eius qui
conuenitur, non eſt ſemper opus inſcriptione, quæ tan-
tùm in criminibus locum habet. I I I. Qui ſine vi occu-
17 pauit, poſſeſſionem ſine pœna reſtituit, l. 5. ¶ Tertium
caput eſt de lege Iulia. Etenim qui vi aliquem de poſ-
ſeſſione deiecit, non ſolùm iudicio ciuili, id eſt inter-
dicto, ſiue actione in factum ex cauſa interdicti conue-
niri, ſed etiam criminaliter accuſari poteſt lege Iulia
de vi priuata, l. 4. videlicèt ſi vim priuatam ſeu quoti-
dianam alteri fecerit: nam ob vim publicam incidit in
legẽ Iuliam de vi publica. Quarum legum pœnam non
vitat, qui reſcripto, ſeu iudicis præcepto contra aduer-
ſarium impetrato, inde occaſionem ſumit eum per vim
de poſſeſſione deiiciẽdi: non enim propterea vim face-
re, ſed reſcriptum vel ſententiam aduerſario, vel eius
actori, ſeu procuratori intimare debet, l. 6. in princip.
18 ¶ Quartum caput eſt de pœna violentis poſſeſſoribus
per conſtitutiones impoſita: vbi tria notantur. I. Si mi-
noris tutor vel curator colludens cum eius debitore,
vt ipſum minorem interdicto de vi obnoxium reddat,
res debitoris per vim occupauerit, deportatur, l. 6. §. 1.
I I. Qui rem ſiue mobilẽ ſiue immobilem per vim oc-
cupat; quamuis dolo careat, vt quia putat rem ſuam eſ-
ſe, ac ſibi licere rem ſuam per vim occupare; tamen ex
conſtitutionibus punitur, ita vt, ſi rei dominus ſit, eius
dominio priuetur: ſi verò alienam rem occupauerit,
non tantùm eam reſtituat, ſed etiam eius æſtimatio-
nem, l. ſi quis in tantam. 7. & Inſtit. de vi bon. raptor.
§. ita tamen. Lege, quæ ſcripſi infr. ad leg. Iul. de vi. §. 12.
I I I. Coloni, & qui precariò poſſident, ſi domino poſ-
ſeſſionem reſtituere nolint, & iudicialem condemna-
tionem expectent, ſimiliter non tantùm rem, ſed etiam
eius pretium reſtituere coguntur, l. pen.

Tit. V. Si per vim, vel alio modo, abſentis poſſeſsio perturbata ſit.

I. in princ. ij. | *I I. j.*
§. j. iij.

1 COnſtitutionibus principum non ſolùm tria
illa, quæ ſuperiori titulo expoſuimus, ſed
etiam alia quędam de abſentium poſſeſſio-
ne ſunt introducta. I. Abſens poſſeſſione
priuari non debet prætextu reſcripti, ſeu iudicialis præ-
cepti, l. 2. ſed obſeruato iudiciorum ordine hæc ſunt
actori ſeu procuratori abſentis inſinuanda, ſupr. tit.
prox. l. 6. in princ. I I. Si quis per vim expulſis perſonis,
per quas abſens poſſidebat, poſſeſſionem occupauerit,
hæ perſonæ ſtatim agere poſſunt ex interdicto de mo-
mentaria poſſeſſione, l. 1. in princ. Nec eis obeſt vel de-
fectus mandati, (licet alias nomine alieno ſine domini
voluntate nemo agere poſſit, D. de negot. geſt. l. 6. §. vlt.
l. ſoluẽdo. 39.) vel ſtatus ſeruilis, d. l. 1. in princ. quia mo-
mentariæ poſſeſſionis interdictum à quauis perſona
exerceri poteſt, ſupr. qui legit. perſon. ſtan. in iud. l. vlt.
Hoc autem remedium non eſt annale, ſed perpetuò
competit, d. l. 1. in princ. I I I. Si hæ perſonæ litiga-
re nequierint, aut neglexerint: abſens, quamdocum-
que reuerſus fuerit, poſſeſſionem recuperare poterit,
d. l. 1. §. 1.

Tit. VI. Vti poſsidetis.

Princ. 1. 3. 6. 7. 3. | *§. 3. 7. ij.*

SVperius interdictum eſt de vi expulſiua: hoc 1
de vi turbatiua: libet enim maioris per-
ſpicuitatis causâ his vulgò receptis appel-
lationibus vti: illo datur remedium aduer-
ſus vim commiſſam: hoc prohibetur ne vis fiat, l. vn.
in princ. & D. eod. l. 1. in princ. illud eſt reſtitutorium,
Inſtit. de interdict. §. 1. verſ. reſtitutoria. recuperandæ
poſſeſſionis, Inſtit. eod. §. recuperandæ. hoc prohibito-
rium eſt, & poſſeſſionis retinẽdæ, D. h. t. l. 1. §. 1. Vtrum-
que autem eſt de re immobili, D. de vi & vi arma. l. 1.
§. hoc interdictũ non ad omnem. & Inſt. de interd. §. re-
tinendæ. Quam autem rationem habet interdictum
vti poſſidetis in rebus immobilibus, eandem habet
Vtrubi in rebus mobilibus, d. §. retinendæ. ¶ Sub hoc 2
tit. vna eſt conſtitutio, quæ tres quæſtiones breuiter
decidit. ¶ Prima quæſtio eſt, cui detur hoc interdi- 3
ctum. Reſpondetur, dari ei, qui nec vi, nec clam, nec
precariò ab altero, id eſt, ab aduerſario poſſidet, in prin.
& D. eod. l. 1. in princ. ¶ Nota primò, ſi quis non ab 4
aduerſario, ſed ab alio vitioſè poſſideat, hoc ei non
obeſſe, quò minùs contra ſuum aduerſarium hoc in-
terdicto vtatur. Verbi gratia, ſi Titium vi de poſſeſſio-
ne deieci, hoc interdicto contra te, quem non deieci,
vti potero, non contra Titium, d. l. 1. §. vlt. ¶ Nota ſe- 5
cundò mutationem iuris: quoniam hoc interdicto
olim vincebat, qui tempore interdicti redditi poſſide-
bat: interdicto autem vtrubi, quod ad res mobiles per-
tinere dixi, is vincebat, qui maiore parte eius anni re-
trorsùs computati poſſederat: hodie vtroque interdi-
cto vincit, qui tempore litis conteſtatæ poſſidet, Inſtit.
de interdict. d. §. retinendæ. & D. vtrubi. l. vnic. in princ.
Paul. l. 5. Sententiar. t. 6. in princ. ¶ Secunda quæſtio 6
eſt, quibus in rebus locum habeat hoc interdictum.
Reſpondetur, habere locum in fundo, quippe quod
fundi poſſeſſori competit, in princ. Fundum hîc latè ac-
cipe, vt complectatur tam ædes, quàm agrum, vt in
l. fundi. 211. D. de verb. ſignif. quamuis ſæpe fundus ab
ædibus diſtinguatur: nam hoc interdictum tam in ædi-
bus, quàm in fundo propriè dicto locum habet, D. h. t.
l. 1. in princ. & Inſtit. de interdic. d. §. retinendæ.
¶ Tertia quæſtio eſt, quis ſit effectus huius interdi- 7
cti. Duo effectus hîc traduntur. I. Ei, qui hoc interdi-
cto vincit, poſſeſſio conſeruatur, in princ. I I. Idem ſa-
tiſdare debet de re conſeruanda, &, ſi iudicio petitorio
victus fuerit, reſtituenda: quòd ſi non ſatiſdet, poſſeſſio
ad aduerſarium ſatiſdantem transfertur, vt edicto præ-
toris cautum fuit, §. 1. neutro autem ſatiſdante, res inte-
rim erit penes ſequeſtrem, argum. l. 5. §. 1. D. vt legato.
nomin. cauea.

Tit. VII. De tabulis exhibendis.

SVb hoc titulo vna eſt conſtitutio referen- 1
da ad quæſtionem, cui detur interdictum
de tabulis exhibendis: nempe datur his,
quibus aliquid in teſtamento relictum eſt,
D. eod. l. 3. §. ſolent. vt ſubſtituto pupillariter, d. l. vnic.

¶ Nota

2 ¶ Nota primò, hoc interdictum non solùm pertinere
ad tabulas testamenti, sed etiam ad codicillos, & cete-
ra, quæ ad vltimas voluntates spectant, D.eod.l.1.§.hoc
3 interdictum pertinet. ¶ Nota secundò, non dari de
4 tabulis viuentis, sed defuncti, d.l.1.§.pen. ¶ Nota ter-
tiò, si plures sint tabulæ, omnes exhibendas esse, &
tam vtiles, quàm inutiles, d.l.1.§. siue autem. & §§§.
5 seqqq. ¶ Nota quartò, exhibere, nihil aliud esse, quàm
ipsarum tabularum apprehendẽdarum copiam facere.
6 d.l.3.§.quid sit. ¶ Nota quintò, exhiberi apud præto-
rem, vt testes eius auctoritate muniti conueniant ad
sua signa adgnoscenda, &, si non obtemperent, ab eo-
7 dem prætore coërceantur, d.l.3.§.exhibere. ¶ Nota sex-
tò, eum, qui non vult exhibere, condemnari in id, quod
actoris interest, d.l.3.§.condemnatio.

Tit. VIII. De liberis exhibendis, seu deducendis, & de libero homine exhibendo.

I. 3.4. | *III. 4.*
II. 2.

1 VT tres sunt partes rubricæ, ita tres leges sub
ea positæ sunt, quarum singulæ interdicta
2 singula exponunt. ¶ Primum est interdi-
ctum de liberis exhibendis, quo pater po-
stulat filios suos exhiberi, l.2. quos scilicèt in potestate
habet: idémque intelligendum de nepotibus, & aliis
liberis cuiuscumq; sexus, vel gradus, D.eod.l.1.in princ.
3 & §.1. ¶ Hoc interdicto tenetur is, apud quem filius
est, vel qui dolo fecit quò minùs penes se esset, d.l.1.in
princ. vbi prætor dicit *apud te*, cùm in interdicto de ta-
bulis exhibendis dicat *penes te*, D.de tabul.exhib.l.2. in
princ. quia tabulæ possunt esse non solùm apud te, sed
etiam penes te: homines verò liberi, quatenus sunt li-
beri, non possunt esse penes te: plus est enim *penes te*,
quàm *apud te*: siquidem apud te est, quod qualitercum-
que tenetur: penes te est, quod quodãmodò à te possi-
4 detur, D.de verbor.signif.l.penes. 63. ¶ Secundum est
interdictum de liberis ducendis: quod similiter datur
parenti ad ducendos liberos, quos in potestate habet:
veluti si filius contendat se esse patremfamiliàs, & he-
reditatem maternam petere velit; pater autem eum es-
se in sua potestate, & suo iussu hereditatem adiisse di-
5 cat, l.1.& D.eod.l.pen. ¶ Tertium est interdictum de
homine libero exhibendo: quod cuiuis datur, D. de
hom.lib.exhib.l.3.§. hoc interdictum omnibus. contra
eum qui dolo malo hominem liberum retinet, D.eod.
l.1.in princ. non contra parentem, qui in potestate ha-
bet, d.l.3.§.is tamen. nisi fortè maritus contra socerum
experiri velit: quia potior est causa mariti, quàm patris,
l. vlt. (quæ auctoribus codicibus manu exaratis, non
ad Euodiam, sed ad Euodium, id est, ad mulieris exhi-
bendæ maritum scripta est) & supr. de nupt. l. si inuita.
6 11.& D.de liber.exhibend.l.2. ¶ Exhibere autem est in
publicum producere, & videndi tangendíque hominis
potestatem præbere, d.l.3.§.ait prætor.

Tit. IX. De precario, & Saluiano interdicto.

I. 10.ij.11.ij. | *II. 7.8.*

1 HIc quoque titulus tot habet leges, quot
sunt partes rubricæ: sed in rubrica obserua-
tur ordo interdictorum, in legibus ordo
temporis: etenim lex prima ad posteriorem
rubricæ partem, secunda ad priorem pertinet. Expli-
2 cantur igitur hoc titulo duo interdicta. ¶ Primum est
interdictum de precario. Precarium est, quod precibus
petenti vtendum tamdiu conceditur, quamdiu conce-
3 denti libuerit, D.h.t.l.1.in princ. ¶ Simile est commo-
dato multis rationibus, I. Vtroque res vtenda conce-
ditur, d.l.1.§.vlt. II. Vt gratuitum est commodatum,
Instit. quib. mod. re contrah. oblig. §. item is cui. vers.
commodata. ita & precarium, D.h.t.d.l.1.§.1.l. interdi-
ctum. 14. III. Regulariter vt non consistit commo-
datum in re commodatarij, D.de commoda. l. bona fi-
des. 31.§.vlt. ita nec precarium, si quis rem suam preca-
riò accipiat, D.h.t.l. 4.§.pen. ¶ Differunt autem qua- 4
tuor modis. I. Commodatur ad certum vsum, D.com-
moda.l.in commodato.17.§.sicut. precarium non datur
ad certum vsum, D.h.t.l.& habet. 15.§.1. II. Commo-
datum est contractus, D.de pact.l.7.§.1. precarium non
est contractus, D.h.t.d.l.interdictum. III. Commoda-
tarius dolum & culpam latam & leuem præstat: is au-
tem qui precariò accepit, tantùm præstat dolum, & la-
tam culpam, D.eod.l.quæsitum.8.§.eum. IV. Commo-
datum parit vltrò citróque ciuilem commodati actio-
nem, d.l.in commodato. §. sicut. precarium verò non
parit actionem, sed interdictum, d.l.interdictum. quam-
quàm postea benignè placuit etiam actionem præscri-
ptis verbis competere, D.eod.l.2.§.pen.l.duo.19.§.vlt.
¶ Hoc interdictum de precario est perpetuum. d.l.quæ- 5
situm.§.1. restitutorium: iubet enim prætor, vt, qui pre-
cariò ab altero habet, vel dolo malo fecit, quò minùs
haberet, id ei reposcenti restituat, d.l.2.in princ. quod
nisi faciat, iudicio in factum in id damnabitur quod
agentis interest, d.l.quæsitum.§. ex hoc. ¶ De hoc in- 6
terdicto duæ quæstiones hoc titulo dissoluuntur.

¶ Primò quæritur, an habitatio precariò concedi, & 7
interdicto de precario repeti possit. Respondetur pos-
se, l.2. In dubio tamen non intelligitur precarium, sed
commodatum, D. eod.l. & haber. 15.§.1. ¶ Secundò 8
quæritur, an heres eius qui precariò accepit, teneatur
hoc interdicto. Respondetur teneri, d.l.2. Hic duo no-
tentur. I. Heredem, non suo, sed hereditario nomine
teneri: quia heres in precarium non succedit, sed morte
accipientis precarium finitur, D. eod.l. cùm precariò.
12.§.1.& de diuers. tempor. except. l. cùm heres. 11.
II. Heredem ex suo dolo teneri in solidum, ex dolo
autem defuncti teneri in quantum ad eum peruẽnit,
d.l.quæsitum.§.vlt. Hucusque de precario. ¶ Secundum 9
est interdictũ Saluianum: quod ita appellatum videtur
à Saluio Iuliano Iurisconsulto, qui edictũ perpetuum
iussu Imperatoris Adriani cõposuit, & prætoriis inter-
dictis hoc adiecit: qua de causa in Pãdectis in vltimum
locum est reiectum. Est autem de possessione pignoris,
de qua prætores ideo fortasse non interdixerunt, quia
sufficere putarunt actionem Seruianam siue hypothe-
cariam, quæ nudam pignoris possessionem auocat, D.
de euict.l.si cùm venditor.66.in princ. ¶ Hoc interdi- 10
ctum datur directum domino fundi contra colonum
ad persequendam possessionem rerum sibi ab eo pigne-
ratarum, D.de Salu.interd.l.1.§.1.& Instit.de interdict.
§. adipiscendæ. vers. interdictum. Vtile autem datur
duobus casibus. I. Cùm dominus fundi contra ter-
tium possessorem agit, non de rebus sibi à colono pi-
gneratis, sed de partu ancillæ pigneratæ, qui post ancil-
læ venditionem editus est, d.l.1.in princ. II. Cùm alij
quicumque creditores agunt contra suos debitores,
non contra extraneum pignoris possessorem, l.1.

¶ Nunc breuiter colligamus differentias inter actio- 11
nem Seruianam, & interdictum Saluianum. I. Illa est in
rem, infr. de pignorib.l.pignoris.18.& D. eod.l. pigno-
ris.17. hoc in personam est, quia omnia interdicta sunt
personalia, D.de interdict.l.1.§.pe. II. Cuiuis creditori,
præter fundi locatorem, datur vtilis Seruiana, non vtile
interdictum, l.1. III. Cùm duo creditores concurrunt,
actione vincit, qui est potior, tot.tit. qui pot.in pigno.
hab. interdicto autem vincit, qui possidet, D.de Saluia.
interdict.l.1.§.1.& l.2.

Tit. X. De

Tit. X. De ædificiis priuatis.

I. 16.
II. in princ. 9.
§. j. 10. j. ij.
III. 11.
IV. 7.
V. 17.
VI. 10. iij. iv.
VII. 10. iv.
VIII. 4. 11.
IX. 5. ij. 6. j.
X. 19.
XI. 5. ij. 6. j. 18. p. ij.
XII. in princ. 5. j.
§. τῆς δὲ μὲν, sed cùm nostra. 5. ij.
§. μηδενὶ δὲ, nulli autem. 5. ij.
§. εἰ δὲ τὸ παλαιὸν, si autem vetus. 5. ij.
§. ἔτι δὲ τῆς προτέρας, insuper cùm priore. 5. ij.
§. ἔτι δὲ θεσπίζομεν, item illud etiam statuimus. 18. p. j. ij. iij. iv. v.
§. πρὸς τούτοις παραγγελλόμεθα, præterea iubemus. 13. 14.
§. κακεῖνο δὲ, & hoc quidem. 21. iij. iv.
§. παραπλήσιον δὲ, quod autem est proximum. 21. iij. iv.
§. γινωσκέτωσαν δὲ, nouerint autem. 21. v.
§. πᾶσαν μέντοι, omnem autem. 21. ij.
§. pen. 20. ij.
§. vlt. 10. ij.
XIII. 5. ij. 22.
XIV. 21. j. ij.

1 REctè in hac parte iuris, quæ est de interdictis, tractatur de ædificiis priuatis, de quibus sunt varia interdicta, partim ipsorum propria, vt de operis noui nunciatione prohibitorium, D. de ope. nou. nunc. l. prætor ait. 20. in princ. de satisdatione super nouo opere faciendo, d. l. prætor ait. §. deinde. de remissionibus, D. de remiss. l. 1. in princ. de cloacis, D. de cloac. l. 1. partim communia cum aliis rebus, vt de damno infecto, quod
2 vi aut clam, & plura alia. ¶ Hic titulus diuiditur in octo
3 capita. ¶ Primo capite, quod est de ædibus, quinque
4 quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò quæritur, an quis cogatur ædificare, id est, nouas ædes construere, aut vetustas seu collapsas instaurare. Hîc distinguitur inter curialem, & non curialem. Nam curiales non solùm coguntur instaurare domos, quas in suis vrbibus habent, sed etiam de nouo sibi ædificare, si domibus careant: qui verò non sunt curiales, tantùm coguntur, si quas ædes possident, eas reparare, non etiam nouas
5 extruere, l. singularum. 8. ¶ Secundò quæritur, quæ sint iure obseruanda in ædificando. Hîc dantur duo præcepta. I. Qui ædificium collapsum aut combustum instaurat, veterem eius formam seruare debet, nisi aliter inter eum & vicinum conuenerit, l. ἐξ οἰκίας. ex quo pace. 12. in princ. & D. de seruit. præd. vrban. l. qui luminibus. 11. in princ. II. Inter ædes, quæ ædificantur, & ædes vicinas intermittendum est legitimum spatium, D. de seruit. prædior. vrbanor. l. Imperatores. 14. id est, à publicis ædibus pedes quindecim, l. si cui. 9. l. meniana. 11. vers. quem intercapedinis, à priuatis autē modò duodecim, modò centum pedes. Nam si vicino prospectus maris non impediatur, sufficit intermittere spatium duodecim pedum, d. l. 12. §. τῆς δὲ μὲν, sed cùm nostra. nisi ædificium collapsum, vel combustum, secundum veterem formam instauretur, ead. l. §. εἰ δὲ τὸ παλαιὸν, si autem vetus. Si verò impediatur, non sufficiunt duodecim, d. §. sed cùm nostra. sed relinquendi sunt centum pedes, nisi prospectus sit ex culinis, vel secessibus ad ventrem purgandum, seu latrinis, vel scalis, vel basternis, (id est, transennis seu protectis, quæ habentur in ædibus transeundi vel spatiandi causa, vide Cuiac. lib. 13. Obseru. cap. 30. Harmenop. lib. 2. cap. 4. §. 59.) tunc enim sufficiunt duodecim pedes, d. l. 12. §. ἔτι δὲ τῆς προτέρας, insuper cùm priore. Nota primò, hæc ita obtinere, nisi aliter inter vicinos conuenerit. Nam ex pacto vel stipulatione licèt intermittere minus quàm duodecim pedes, d. §. sed cùm nostra. vel intra centum pedes adimere vicino prospectum maris, d. §. insuper cùm priore. vers. hæc autem. Nota secundò, in d. §. sed cùm nostra pro ἀσφάλειαν legendum ἀμφιβολίαν. Nota tertiò, si inter ædes, quæ non ædificantur, & vicinas interiectus sit angiportus, aut platea latior duodecim pedibus, non licere ædificanti huius angiportus, vel plateæ partem auferre, & tantùm duodecim pedes intermittere inter suas & vicini ædes, ead. l. § μηδενὶ δὲ, nulli autem. Nota quartò, quosdam, vt intra centum pedes prospectum maris vicino adimerēt saluis verbis dictæ constitutionis, quæ Zenonem auctorem habet, in eius fraudem ædificasse murum vltra centum pedes adimentem vicino maris prospectum, deinde intra centum pedes ædificasse, non adimentes hoc ædificio prospectum, qui iam muro extructo sublatus fuerat, postea murum illum diruisse: sed huic fraudi occurrit Iustinianus Nou. 63. id fieri vetans. Nota quintò, dictam Zenonis constitutionem prohibere tantùm, ne adimatur directus maris prospectus, sed à Iustiniano produci ad aspectum obliquum, Nou. 165. Nota sextò, dictam constitutionem Zenonianam pertinere solum ad ædificia quæ fiunt in vrbe, sed à Iustiniano produci ad prouincias, non solùm in eo quod de prospectu maris
statuit, sed & in omnibus aliis suis articulis, l. pe. ¶ Ter- 6
tiò quæritur, quæ sit pœna ædificantis illicitè, & contra præcepta supr. de tradita. Pœna est duplex. I. Quod ædificatum est, diruitur, l. si cui. 9. l. meniana. 11. & D. de legat. iij. l. fideicommissa. 11. §. si quis illicitè. II. Qui fraudulenter prospectum maris vicino ademit, vt paulò antè exposui, non solùm iubetur domum deiicere, sed etiam centum auri libras fisco inferre, d. Nou. 63. Interdum domus confiscatur: sed quia hæc pœna ad menianorum constructionem pertinet, eam paulò post
proponam, vbi agam de menianis. ¶ Quartò quæritur, 7
si insula duobus communis refectione egeat, & dominorum alter nolit pro sua portione impensas ad refectionem necessarias conferre, quod remedium alteri contra eum detur. Ipse de suo potest insulam reficere, & ex constitutione Diui Marci vsuras centesimas quatuor mensium post opus refectum, atque in posterum totius insulæ dominium consequi: vel hoc remedio omisso, si socij sint, pro socio actione petere potest quod sua interest, l. 4. & D. pro soc. l. cùm duobus. 52.
§. idem respondit socius. ¶ Quintò quæritur, an ædes, 8
vel ædium partem demoliri, vel materiam auferre liceat. Hîc distinguitur: aut enim id negotiandi aut transferendi, aut in aliam formam conuertendi causa fit.

¶ De negotiatione datur regula, Negotiandi causa 9
non licet ædificia demoliri, & marmora detrahere, l. 2. in princ. Itaque cùm negotiandi causa domus, aut villa, aut pars eius vel materia vendita est: tam emptor, quàm vēditor pretium fisco infert: aut emptor duplum fisco soluit, & simplum repetit à venditore, D. de contrah.
empt. l. senatus. 52. & de damno infec. l. vlt. ¶ De trans- 10
latione quatuor regulæ traduntur. I. Ædificia demoliri transferendæ materiæ causa, indistinctè non licèt, d. l. 2. §. 1. II. Ornamenta ædibus iuncta, vt columnas & marmora de domo in domū eiusdem domini & in eadem vrbe transferre licet, d. l. 2. §. 1. III. Eadem ornamenta de possessione in aliam eiusdem domini possessionem transferre licet: nec est impedimento, quò minùs licitè transferatur, si forte per vrbem ea transducantur, dummodò non admisceatur alia materia ex illius vrbis ædificiis sumpta, l. 6. IV. Eadem ornamenta transferri possunt ex alia in aliam vrbem, dummodò sumantur ex parietibus labentibus, & transferantur in
ædificia eiusdem domini, d. l. 6. & l. seq. ¶ De conuer- 11
sione in aliam formam notetur, non licere quidem domum diruere, vt ibi hortus constituatur: immo domus diruta reparari debet, l. singularum. 8. §. possessores. Interdum

tet dum tamen admittitur conuersio in aliam formam: nam si domus sponte sua corruerit, ibique hortus factus sit, præses causa cognita æstimare debet, num id rectè factum sit, an eandem ædificij faciem restituere oporteat: in causæ autem cognitione consistit, vt dispiciat, an magistratuum municipalium, id est, duumuirorum, & vicinorum cōsensu id factum sit, & quid in eodem controuersiæ genere frequenter in eodem oppido obseruatum fuerit, l. 5. ¶ Secundum caput est de
12 tabernis siue officinis inter publicas columnas. Hic distinguitur inter locum, qui est inter Milium & Capitolium, & alia loca. Capitolium locus est notior, quam vt de eo necesse sit à me quicqam notari. Milium verò, seu miliarium, seu miliarium aureum erat columna in capite fori Romani, iuxta ædem Saturni ab Augusto posita, à qua omnes viæ Italiæ principium & finem accipiebant, & ad singulas portas mensuræ regionum currebant, Plin. lib. 3. cap. 5. Sueto. in Othone, cap. 6. Tac. lib. 1. histor. Plutar. in Galba, Dion. lib. 54. Huius mentio fit etiam in l. mille passus. 154. D. de verb. signif.

13 ¶ Illo loco, qui est inter Miliarium & Capitolium, quatuor obseruari iubentur in ædificandis tabernis, siue officinis. I. Ædificium non excedat in latitudine sex pedes, comprehensis etiam parietibus, plateam versus. II. Non excedat in altitudine pedes septem. III. Per quatuor columnas liberum iter relinquatur à porticibus ad plateas. IV. Eiusmodi ædificia extrinsecùs decorentur marmore, vt afferant vrbi pulchritudinem, ac transeuntibus oblectamentum, d. l. ex quo pace. §. πρὸς τούτοις παρακελεύομεθα, præterea iubemus.

14 ¶ Alibi res committitur arbitrio præfecti vrbi, qui rationem habere debet eius, quod ciuitati vtile est, & cauere vt æqualitatem inter omnes seruet, nec idem alij permittat, alij interdicat, eod. §. vers. τὰ δὲ ἐν τοῖς

15 ἄλλοις, in reliquis autem. ¶ Tertiū caput est de balneis, quæ extruuntur vel in solo proprio, vel in communi: nam in alieno sine domini consensu qui liceat?

16 ¶ Qui balneum in suo solo ædificat, hæc obseruare iubetur. I. Illud concameret: quia concameratio firmior est, & aduersus ignes tutior, quàm contignatio. II. Si ædificium ei superponere velit, hoc quoque concameret, & formam seruet, qua ceteris supra balneum ædificare permittitur, & modum vsuatum altitudinis

17 non excedat, l. 1. ¶ Si quis autem commune balneum collapsum solus instauret, non quasi socius vel collega, sed vt totius loci dominium vsurpet: nihilominùs balneum commune est, quia ædificium solo cedit: impensarum autem partem à socio non omnino repetit, l. 5. Sed necessariarum tātùm pro parte socij repetitionem habet: voluptarias amittit: vtilium nomine auferre potest, quod apposuit, dummodò sine rei læsione id faciat, supr. de rei vindic. l. 5. & aliquod emolumentum inde percipiat: quid enim si tectorium abradere velit, tantùm vt noceat, cùm nihil inde laturus sit? certè hoc ei non permittitur, quia non est malitiis hominum indulgendum, D. eod. l. in fundo. 38. & de impens. in res

18 dot. fac. l. pro voluptariis. ¶ Quarto capite de Menianis (quæ etiam solaria, & à Græcis ἐξώσται vocantur, l. Meniana. 11 in cuius princ. legendum ἐξώσται, non τοιχοεῖς d. l ex quo pace. §. ἔτι δὲ διωρίσμεθα, item illud. & D. de seru. præd. vrban. l. si arborem. 17. in princ. Harmen. lib. 2. tit. 4. §. 41. & 65. & Ecl. lib. 58. tit. 2. ex tit. 11. cap. 9. & 10. / & scalis hæc traduntur. I. Ne fiant ex solis lignis vel tabulis, sed secundum formam eorum, quæ vocantur Romanensia, d. l. pen. § item illud. II. Si Menianum extruatur è regione ædificij publici, distet ab eo quindecim pedes. Si è regione alterius Meniani, distet ab eo decem pedes, l. Meniana. 11. & d. l. penult. §. item illud. Si loci angustia tantùm spatij non admittat inter duo Meniana, fiant ἐναλλάξ, id est alternatè, & (vt ita dicam) locis commutatis: verbi gratia, sit paries vicini a b c d: paries meus, e f g h: ita vt è regione sint a e, b f, c g, d h, hoc modo.

a ——— b ——— c ——— d

e ——— f ——— g ——— h

Non debent esse duo Meniana in b f, vel in c g: sed alterum in b, alterum in g: vel alterum in c, alterum in f, vel alio simili modo, ita vt ne è regione, sed per transuersum se inuicem respiciant. Si verò via vel angiportus non sit latior decem pedibus, à neutra parte Menianum fieri cōceditur, d. l. pen. §. item illud. III. Inter solum & Menianum sint quindecim pedes interiecti, cod. §. IV. Non subiiciantur Meniano ad perpendiculum columnæ ligneæ, vel lapideæ, seu muri; neque scalæ ad Menianum ducentes: sed omnino subiectus Meniano aër liber maneat, & via non coangustetur, eod. §. V. Si quid contra suprà dicta factum fuerit, destruetur, & insuper dominus ædificij decem libris auri multatur: architectus tantumdem persoluet: opifex verò, qui opus fecit, inopia laborans, fustigabitur, & in exilium mittetur, §. eod. vers. εἰ δὲ παρὰ τὸν ἡμέτερον, sin autem contra nostram. ¶ Quinto capite de muris 19
duo statuuntur. I. Ne Menianis ad perpendiculum subiiciantur, vt proximè expositum fuit. II. Vt cuilibet liceat suum fundum muro circumdare, l. per prouincias. 10. ¶ Sexto capite agitur de his qui opus faciunt: 20
hi sunt architecti, qui formam faciendi præscribunt: opifices, qui suis manibus faciunt: & redemptores, qui opus suis impensis faciendum conducunt. De his personis quatuor statuuntur. I. Opus illicitum ne faciant: alioquin puniuntur, vt ex exposui supr. §. 16. membr. 5. II. Opus à se inchoatum perficiant: alioquin domino damnantur in id quod interest: & nisi sint soluendo, fustigati ex vrbe eiiciuntur, d. l. ex quo pace. §. penult. III. Nemo prohibeatur opus ab alio cœptum perficere, ead. l. §. vlt. IV. Nemo recuset opus ab alio inchoatum perficere. Si ob hanc solam causam recuset, quia alius inchoauit, in eandem pœnam incidat, in quam incidit is, qui opus deseruit, ead. l. §. vlt. ¶ Septi- 21
mum caput est de operis noui nunciatione, & litib. ad ædificationem pertinentibus. Hìc quinque traduntur. I. Nunciatio noui operis anni lapsu non extinguitur: verumtamen iudex competens curare debet, vt lis de operis noui nunciatione intra tres menses, si fieri possit, terminetur: sin id fieri non potuerit, ædificare volenti licebit, satisdatione de opere suis impensis, si contra se iudicatum fuerit, restituendo præstita, in ædificatione pergere, l. vlt. II. Iudex competens de ædificiorum controuersiis in vrbe est præfectus vrbi, denegata omni fori præscriptione, in prouincia rector prouinciæ, d. l. ex quo pace. §. πάντων μέντοι, omnem autem. & d. l. vlt. Non tamen necesse est, vt hi per se cognoscant, sed possunt iudicem dare, d. §. ex quo pace. l. III. Appellari potest à iudice dato ad eum qui dedit, & ab hoc ad principem, d. l. ex quo pace. §. καὶ τοῦτο, & hoc quidem. & §. seq. IV. Alterutri parti licet, soli vel vna cum aduersario, non expectato appellationis introducendæ tempore ad iudicem appellationis adire, & causa illico sine mora terminari debet, iisdem §§. V. Iudicio victus omnia damna, quæ ob litem victor passus est, ei resarcite cogitur, d. l. ex quo pace. §. γινωσκέτωσαν, nouerint. ¶ Octauum caput est de Zenonis constitutione ad 22
Adamantium præfectum vrbi, id est, d. l. ex quo pace. quam de ædificiis vrbicis loquentem Iustinianus, l. pen. ad omnes prouincias Romano imperio subiectas producit, & in omnibus obseruari præcipit, vt & supr. notaui §. 5. membr. 2.

Tit. XI. De operibus publicis.

I. 8. 9.

I. 8.j.11.viij.	*XII. in princ.4.*
II.8.iij.	*§.j.11.v.*
III.11.iij.	*XIII. 10.ij.*
IV.4.7.j.	*XIV.9.*
V.10.j.	*XV.7.j.*
VI.8.j.11.viij.	*XVI.11.j.*
VII.8.ij.	*XVII.11.x.*
VIII.5.7.iij.10.iij.	*XVIII.11.iv.*
IX.6.	*XIX.11.vj.*
X.11.vij.	*XX.11.ij.*
XI.11.viij.	*XXI.7.j.ij.*

1 VT de priuatis, ita etiam de publicis operi-
bus & locis extant interdicta quędam, D. de
ope.no.nunc.l.1.§.nunciatio fit.& de inter-
dic.l.1.vers. quæ sunt. Quocirca hoc loco
de operibus publicis cùm in genere, tum in specie tra-
2 ctatur. Sunt igitur huius tituli duo capita. ¶ Primi ca-
3 pitis, quod est generale, sex sunt segmenta. ¶ In primo
segmento de nouo opere faciendo dissoluuntur tres
4 quæstiones. ¶ Primò quæritur, an opus publicum fieri
possit. Respondetur, vt id fieri possit, duo requiri, I. Vt
vel princeps fieri permiserit, vel aliquis suis impensis
id faciat, l.4.& l.nemo.12.in princ. quod nec ad æmu-
lationem alterius ciuitatis pertineat, nec materiam se-
ditionis præbeat, nec circum, theatrum vel amphithea-
trum sit, D.eod.l.3. vbi nescio an pro *circum*. legendum
sit *circus*. II. Vt si alia opera inchoata, vel diruta sint,
priùs perficiantur, siue instaurentur, quàm nouum ali-
5 quod opus fiat, l.vlt. ¶ Secundò quæritur, an huius ope-
ris faciendi gratiâ liceat aliquem domum diruere. Re-
spondetur, non licere, nisi vel vsque ad quinquaginta
libras argenti æstimetur, vel princeps id specialiter
6 permiserit, l. si quando. 8. ¶ Tertiò quæritur, an is,
qui opus fecit, nomen suum ei possit inscribere. Re-
spondetur, non posse alterius nomen inscribi, quàm
principis, aut eius, cuius sumptu factum est, d.l.3.§.vlt.
& l. seq. Quare si sumptu publico factum est, iudices,
qui sine principis mentione suum opus inscripserint,
læsæ maiestatis crimini sunt obnoxij, l. si qui iudi-
ces. 9.

7 ¶ In secundo segmento de veteri opere instaurando,
aut imperfecto perficiendo tria traduntur. I. Cuilibet
iudici hoc permittitur, l.4. etiam inconsulto principe,
l.si quando. 15. & hinc plurimum laudis ei acquiritur,
l. vlt. II. Priùs ea quæ sunt vetustate diruta, instaurari
vel quæ per desidiam imperfecta sunt derelicta, perfici
debent, quàm noua opera inchoentur, d. l. vlt. quod &
paulò antè notaui. III. Reparandi operis causâ etiam
imaginem principis deponere eo inconsulto licet, ita vt
& cum reuerentia deponatur, & post opus perfectum
8 in suum locum restituatur, d. l.si quando. ¶ In tertio
segmento, quod operib. faciendis, & instaurandis com-
mune est, tria traduntur. I. Nemini immunitas publici
operis est concedenda: & ab aliquo iudice concessa
non valet, l.1.& l.6. II. Curatores operum publicorum
(id est, quibus respublica curam faciendi operis manda-
uit, aut pecuniam ad illud extruendum credidit) eo-
rúmque heredes intra quindecim annos ab opere per-
fecto numerandos, de operis vitio tenentur: ita vt quod
intra hoc tempus non casu fortuito, sed operis vitio
contigerit, eorum sumptibus reformetur, l. omnes.7.
III. Quæ operibus publicis sunt impensa, accepto fer-
ri debent, l.2. Exempli causa is, quem iudex multauit,
fisco multam inferre debet, nisi ipse iudex in aliquem
vsum publicum, putà operi publico faciendo, vel in-
staurando deputauerit, supr. de mo. multat. l. pen. finge
igitur aliquem iussu iudicis tantam pecuniam in opus
publicum impendisse, quanta multatus ab eo fuerat:
certè multa ei acceptò ferri debet.

¶ In quarto segmento de his, qui opus publicum 9
à principe sibi præberi postulauerint, duo statuuntur.
I. Ne alia, quàm diruta, penitúsque destructa, & quæ
parum sunt in vsu ciuitatum, percipiant. II. Vt rescri-
pta, quibus hæc conceduntur, apud acta præfecti præ-
torio insinuentur, l.si aliquando.14.

¶ In quinto segmento dirui iubentur, I. Quæ publi- 10
co quocumque loco sunt contra ornatum, vel commo-
dum ciuitatis extructa, licèt præscriptio tẽporis, vel re-
scripta principũ prętendãtur, l.5. II. Quæ mœnibus, vel
publicis operibus ita iuncta sunt, vt inde periculum in-
cendij vel insidiarum periculum immineat, & quæ
platearum spatium, aut porticuum latitudinem mi-
nuunt, l. ædificia. 13. III. Domus, quæ publico operi
faciendo officiunt, si aut vsque ad quinquaginta libras
argenti æstimentur, aut princeps specialiter consultus
destrui iusserit, l.si quando.8.

¶ Secundo capite, quod est de variis speciebus ope- 11
rum publicorum, hæc statuuntur. I. In palatio hi
soli habeant locum habitandi, quos principis vsus,
vel reipublicæ disciplina delegit: priuata verò ædi-
ficia, quibus incommodè occupatur, diruantur, l.qui-
cumque. 16. II. Basilica inaurata & marmoribus de-
corata, libera in perpetuum maneat: & neque alicu-
ius imagine, neque pictis honoris causa tabulis inum-
bretur, nec stationes vel ergasteria in ea constituantur,
nec equi intromittantur, nec nuptiæ ibi celebrentur,
l.penult. quam Cuiac. accipit de Basilica Theodosiana,
foro iuncta, in qua negotiatores versabantur. III. Præ-
toria & publicæ domus publico iuri atque vsui sem-
per vindicentur, l. 3. IV. Cùm ad thermas Zeuxip-
pi (quæ erant Constantinopoli, ne intelligas cum Ac-
cursio vrbem Zeuxippũ) essent porticus, & in his do-
mus cum officinis, quæ locari solebãt: reditus, qui inde
colligitur, luminibus thermarum & ædificiis ac tectis
reparandis inseruire debet, l. quia plurimæ. 18. V. Pu-
blicæ horreorum & stabulorum fabricæ in prouinciis
fiant arbitrio præsidum, l.nemo. 12. §. 1. VI. Qui sine
rescripto principis apud præfectum vrbi intimato
angiportus, vel eorum partes suis domibus incluserint,
vel portius vsurpauerint, iura pristina ciuitati reddere
iubentur, & quinquaginta libris auri multantur, l. qui
sine.19. VII. De reditibus fundorum iuris reipublicæ
tertia pars reparationi mœnium & thermarũ deputa-
tur, l.ne splendidissimæ.10. VIII. Ad portuum, aquæ-
ductuum, & murorum instaurationem siue extructio-
nem omnes pro viribus conferant, nemine propter
dignitatem excusando. Totius autem futuri operis
æstimatio fiat, ne plus quàm necessitas postulat, nére
minus exigatur: per singula verò non sterilia agro-
rum iuga onus conferendi distribuatur, vt inter om-
nes æqualitas geometrica obseruetur, l.6. & l.omnes.
11. Coniun. l.1.& supr.§.8.membr.1. IX. Mœnibus vel
publicis operibus iuncta destrui iubentur certis casi-
bus, quos retuli supr. §. 10. membr. 2. X. Turres lon-
gi muri ad munitionem vrbis extructi, vsibus eo-
rum conceduntur, per quorum terras ipse murus
extenditur, ita vt, si quid instaurandum seu reparan-
dum sit, eorum sumptibus fiat, l.turres.17.

Tit. XII. De ratiociniis operum publicorum, & de patribus ciuitatum.


1 OPerum publicorum, de quibus superiori tit.
dictum fuit, redẽptores curatoribus reipu-
blicæ (qui & patres ciuitatũ appellantur, vt
docet Cuiac. ad l.3.C. de his qui spon. publ.
munera sube. & obser. lib.10.c.20.) rationes reddũt, non
præsidibus prouinciarum, qui rationes exigere, vel (vt

aliquando facere ſolebant)ſiliquam pro ſingulis ſolidis capere vetantur,l.vn. in princ. Quòd ſi hoc legis præceptum exceſſerint, quinquaginta libris auri multantur: ac quinque illius officij primates in perpetuum exilium mittuntur,eorúmque bona ciuitati, quam læſerunt,vindicantur,§.vlt. Sicut autem operum redemptores patribus ciuitatum, ita hi reipublicæ tenentur, D.de oper.publ.l.a. §. 1. Ex his apparet,qui, & quibus rationes publicorum operum reddant. Iam ſciendum eſt, eos, qui ex ſua liberalitate opus ſe facturos promiſerunt,licèt ex ſola pollicitatione vel pactione(quid inter hæc interſit,expoſui in Iſagog.D.de pollicitationib. §. 2.) teneantur efficaciter, & conueniri poſſint, (quod ſpecialiter fauore reipublicæ receptum eſt, cùm regulariter ex his cauſis actio non detur) tamen opere perfecto non poſſe conueniri, quemadmodum nec eorum heredes, quaſi non totam promiſſam quantitatem impenderint, vel opus inutiliter fecerint: nullæ enim rationes ab eis,qui mera liberalitate vſi ſunt,exigi poſſunt,§.1.;

Tit. XIII. De pignoribus & hypothecis.

I. 18.37.*iv.*	*XV.* 26.27.*ij.*
II. 7.21.*j.*	*XVI.* 17.
III. 19.*vij.*	*XVII.* 7.11.*p.*
IV. 8.*j.*10.37.*j.*	*XVIII.* 19.
V. 39.	*XIX.* 34.
VI. 16.	*XX.* 33.35.37.*ij.*
VII. 38.*iv.*	*XXI.* 37.*j.*
VIII. 38.*ij.*	*XXII.* 15.22.
IX. 8.*j.*25.27.*j.ij.*	*XXIII.* 37.*v.*
X. 19.*j.*	*XXIV.* 19.*j.*27.*ij.*
XI. 5.	*XXV.* 8.*ij.*
XII. 29.	*XXVI.* 8.*ij.*19.*v.*
XIII. 37.*iv.*	*XXVII.* 7.8 *iij.*11.*ij.*12.
XIV. 19.*j.*27.*ij.*	

1 POſt interdicta tractatur de pignoribus & hypothecis in gratiam actionis hypothecariæ; nam de actione pigneratitia dictum fuit lib.4.tit.24.De Saluiano autem interdicto ſupr. tit. 9. huius octaui libri: actio verò hypothecaria rectè hoc loco conſideratur, quia poſſeſſionem perſequitur,D.de euict.l.ſi cùm venditor. 66.in princ.vt & interdicta,Inſtit. de interdic.in princ.

2 ¶Porrò pignoris vocabulum duplici ratione eſt homonymum. I. Vel ſumitur latè, vt ab hypotheca non differat ſignificatione,ſed tantùm ſono & voce:vel anguſtè,vt diſtinguatur ab hypotheca, ita vt pignus dicatur, quod creditori traditur,præſertim ſi ſit res mobilis,hypotheca verò,cuius poſſeſſio ad creditorem non transfertur,præſertim ſi ſit res immobilis,D.de pign.act.l. ſi rem alienam.9.§.pignus.& de verb. ſignif.l.plebs. 238. §.pignus.& Inſtit.de action.§.item Seruiana. II.Modò accipitur pro re creditori obligata in rei creditæ ſecuritatem,vt in tit.de diſtract. pign. modò pro contractu, quo res illa obligatur,D.de pact.l.1.§.vlt.modò pro iure, quod creditor in ea re habet, vt in tit.quib. mod. pign.vel hypoth. ſolu.

3 ¶Hypotheca quoque eſt ſimiliter verbum homonymum: & I. Dicitur propriè de re immobili, quam debitor ſuo creditori obligat, poſſeſſione retenta: latè autem ſumpto vocabulo,dicitur etiam de re mobili, & de re creditori nexus causâ tradita, D.de pign.act.d.l.ſi rem alienam. §. pignus. & Inſtit.de act. d. §.item Seruiana. II.Accipitur interdũ pro re obligata,vt in d. tit. de diſtract.pign.vel hypoth. nõnumquàm pro contractu,videlicèt contractus vocabulo latè ſumpto,vt con-
ueniat etiam nudo pacto, quæ hypotheca obligatur,
D.h.t.l.4. ¶Diuido hunc titulum in duo capita:quorum 4
prius eſt de pignore prætorio, poſterius de pignore cõuentionali.Sunt hæ duæ pignoris ſpecies, infr. de prætor. pignor. l. 2. & præter has eſt pignus teſtamentarium,D.de pigner.act.l.non eſt mirum.26.in princ.Doctorum duo peccata hîc notentur. I. Pignus iudiciale male faciunt ſpeciem ſeparatam à prætorio pignore, ſub quo continetur tamquàm ſpecies ſub genere: nam pignus,quod in cauſa iudicati capitur, non capitur auctoritate iudicis,ſed prætoris,vel præſidis,qui iudicem dedit,infr.ſi in cauſ.iudic.pign.capt.ſit.l.vlt. & D. de re iudic.l.à Diuo Pio.15.in princ.Nos igitur dicamus duas eſſe ſpecies pignoris prætoris: alteram, cùm pignora capiuntur iuſſu magiſtratus ita coërcentis (exẽpli gratiâ) condemnatum, qui non vult rei iudicatæ ſatisfacere,d.tit.infr.ſi in cau.iudic.pign.capt.ſit.vel tutorem, qui non vult ſatisdare rem pupilli ſaluam fore,Inſtit.de ſatiſdat.tut. §.pen.alteram, cùm quis mittitur in poſſeſſionem,putà rei ſeruandæ causâ, vel legatorum nomine,ſupr.vt in poſſeſſ.legat. l. 3. & D. de pigner.act. d.l. non eſt mirum. in princ. & de reb. cor. l. 3. §.1. & pro emptore,l.miſſio.12.Conuentionalis quoque pignoris duæ ſunt ſpecies: quia vel obligatur contractu, D. de pact.l.1.§. vlt.re perfecto,Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.§.vlt.vel nudo pacto,D.h.t.l.4.& de pact.l.ſi tibi. 17. §. de pignore. II. Falluntur, exiſtimantes in teſtamento contrahi,eò quòd pignus in teſtamento conſtituitur:nam hoc pignus comparatur miſſioni in poſſeſſionem, d. l. non eſt dubium. in princ. quam à natura contractuum longè diuerſam eſſe nemo ambigit. Ceterùm ſi in teſtamento contraheretur, teſtamentum non fieret vno contextu,quod eſt abſurdum, D.qui teſtam.fac. poſſ.l. heredes palam. 21. §. vlt. ¶Iam huius 5
tituli capita enarremus. Præpono caput de prætorio pignore: quia perbreue eſt: alterum verò de pignore conuentionali eſt prolixius.Qui prætori vel præſidi ad tutelam vel aliud publicum munus obeundum nominatur,illud,niſi iuſta de cauſa excuſetur,ſubire cogitur: vnde quæritur,quomodò,& per quẽ cogatur. Reſpondetur, eum captis pignoribus coerceri:capiendi autem pignora poteſtatem nõ habere eum qui nominauit, ſed totũ hoc pendere ab auctoritate prætoris vel præſidis, qui nominationem probauit,& ſecundum eam munus iniunxit,l.nominatori.11.& ſup.de ſuſpect.tut.l.3.& D. de muner.& honor.l.ſi quis magiſtratus.9 Idem obſeruatur, cùm tutores vel curatores rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore ſatisdare recuſant,Inſtit. de ſatiſdat.tut.§.pen.Reliqua de prætorio pignore explicanda
ſunt infr.tit.21.& 22. ¶Secundum caput, quod eſt de 6
pignore vel hypotheca cõuentionali, diuiditur in octo
ſegmenta. ¶In primo ſegmento hypotheca diuiditur in 7
generalẽ,& ſpecialem,l.2.l.quamuis.17.& l.vlt. & infr.
quæ res pign.oblig.poſſ.l.4.& 5. ¶In ſecundo ſegmẽ- 8
to agitur de re pignerata.Quęcumq; res in emptionem & vẽditionem cadunt,pignori obligari poſſunt, D.h.t. l.ſed & quod.9.§.1.id eſt,quæcumq; ſunt in cõmercio, D.quæ res pign.datæ oblig.nõ poſſ.l. 1.§.vlt.nam commercium definitur emendi vendendíque inuicem ius, Vlp.tit.de domin.& acqu.rer.§.cõmercium. vbi emendi & vendendi vocabula latè accipiuntur,vt omnẽ alienationem complectantur, ſicut accipiuntur etiam in lege xij. tab.D.de ſtatuliber.l.ſtatu liberi. 29. §. 1. verſ. quoniam lex. Obligantur igitur I. Res immobiles, vt agri, l. 4.l.ſi dominium. 9. vbi poſſeſſionis appellatione ſignificantur agri,vt in l.interdum.78.D.de verbor. ſignif. II. Res mobiles, vt mancipia, l. ſi tibi. 25. & l.ſeq. III.Res incorporales,vt cautio debitoris,ſupr.de hered.vel act.vend.l.7.militia,ſi talis ſit,vt vendi,& ad heredes tranſmitti poſſit, l. vltim. (militia hîc ſignificat offi

cat officium eorum,qui in aliqua palatij ſcola inter ſta-
tutos ſunt, ex quo ſalaria & commoda à principe con-
ſequũtur,Cuiac.ad l.3.§.ſi quis minori.D.de minorib.)
vſuſfructus,D.hoc tit.l.ſi is qui bona.11.§.penult.Serui-
tutes autem prædiorum (nec diſtingo inter vrbanas &
ruſticas) pignerari non poſſunt ab eo, cuius prædio
præſtantur,ſed iure pignoris conſtitui poſſunt à domi-
no fundi ſeruientis,non vt ipſo iure valeant, quia ſer-
uitus ad tempus conſtitui nequit,ſed vt beneficio præ-
toris ſuſtineantur, d.l. ſi his qui bona. §.vlt. & l.ſeq.&
9 D.de ſeruit.l.4. in princ. ¶ Tertium ſegmentum eſt de
modis, quibus pignus vel hypotheca contrahitur. Hîc
10 dantur duæ regulæ. ¶ Prima regula eſt, qui fatetur ſe
mutuam pecuniam accepiſſe, & rem eo nomine pi-
gneraſſe,fruſtra allegat ſe fuiſſe compulſum, ad pignus
11 dandum,l.4. ¶ Secunda regula eſt, Quamuis in mul-
tis caſibus pignus tacitè contrahatur,infr.& D.in quib.
cauſ.pign.tac.contrah. tot.tit.& D.de pact.l.4.in princ.
tamen huc locum non habet,cùm quis pecuniâ mutuo
acceptâ prædium vel aliam rem emit: quoniam hæc
res non intelligitur tacitè obligata creditori, l. quam-
uis. 17. Excipitur I. Niſi res empta ſit pecuniâ pupilli:
quia pupillus in ea re ius habet taciti pignoris, ſupr. de
ſeruo pigno.da.manu. l. penult. & D. qui pot. in pign.
habean.l.7.in princ.& de reb.cor. l.3.in princ. II. Niſi
quis pecuniam mutuatus ſit ad militiam comparan-
dam:loquimur enim de militia, quæ emi & vendi po-
teſt. Si quis igitur pecuniam mutuò acceperit ad mili-
tiam emendam, eáque pecuniâ militiam emerit, hæc
militia eſt tacitè creditori obligata,necnon eius militię
caſus, id eſt, pecunia, quæ mortuo eo qui militabat,
eius heredibus præſtatur ex beneficio principis, vel
communi ſcholæ placito, l. vlt. verſ. vt quod genera-
liter.

12 ¶ Quid ergo, ſi quis, pecunia mutuò accepta, mox
militiam emerit? præſumiturne in hunc finem pecu-
niam mutuatus, & eadem pecunia militiam emiſſe?
Tres caſus diſtinguuntur: aut enim is, qui pecuniam
mutuatus eſt, militiam ſibi emit,aut alteri. Ruſus qui
alteri emit: vel eſt argentarius, ſeu metaxarius (id eſt,
Serici negotiator) ſeu aliarum rerum negotiator, vel
alia quælibet perſona. Primo & ſecundo caſu ea præ-
ſumptio locũ habet, ac militia eſt tacitè creditori obli-
gata,niſi contrarium probetur.Tertio caſu pręſumptio
ceſſat, & creditori probandum eſt eâ pecuniâ fuiſſe
militiam emptam,ſi vult ius pignoris exercere, d.l.vlt.
Ad hunc tertium caſum additur iure nouiſſimo exce-
ptio, niſi is, qui militiam ſibi vel filio ſuo emit, pecu-
niam ab argentario mutuatus fuerat: hoc enim caſu
conceditur argentario tacita hypotheca in ea militia,
Nou.136.nap.2.

13 ¶ Quæri poteſt,an militia contineatur ſub generali
bonorum hypotheca.Iuſtinianus hoc ius tribuit credi-
tori, non indiſtinctè, ſed ita demum, ſi nec vxor, nec
vllus filius militantis extet,nec alij creditori ea militia
14 ſpecialiter ſit obligata,Nou.53.c.5. ¶ Quarto ſegmen-
to de principali obligatione, cui pignus accedit, qua-
15 tuor quæſtiones diſſoluuntur. ¶Primò quæritur,vtrùm
pignus obligationi ſortis,an vſurarum accedere poſſit.
Reſpondetur,poſſe accedere vel obligationi ſolius ſor-
tis,vel duntaxat vſurarum,D.de pigner.act.l.ſolutum.
11. §. ſi in ſortem. vel vtrique obligationi, tam ſortis,
quàm vſurarum, l. ſecundus. 22. & D. eod. l. grege. 13.
16 §.vlt.& de pigner.act.l.ſi neceſſarias.8.§.vlt. ¶ Secundò
quæritur, an pignus obligatum ſit pro neceſſariis im-
pẽſis à creditore in ipſam rem factis.Reſpõdetur,debi-
tam ſummam,cui pignus acceſſit, his impenſis augeri.
Ergo etiam pro his impenſis pignus eſt obligatum,l.6.
17 ¶ Tertiò quæritur,an obligatio pignoris acquiratur
domino pecuniæ ab alio creditæ, pignore in eam cau-
ſam accepto. Reſpondetur per diſtinctionem: quia ſi
pecuniam tuam meo nomine credam: neutra obliga-
tio,id eſt,neq; mutui,neque pignoris,tibi quæri poteſt,
l.& ſi frater. 16. Si verò meam pecuniam tuo nomine
credam,vtraque obligatio tibi acquiritur,ſup.per quas
perſon.nob.acquit.l.2.& D.de verb.oblig. l.ſi ita ſtipu-
latus.126.§.Chryſogonus.verſ.planc. Si quis priori ca-
ſu quærat, cùm dictum ſit, obligationem tibi non ac-
quiri,quis ſit effectus illius numerationis:reſpondebo,
ſi pecunia extet, te poſſe eam vindicare, ſi mala fide
conſumpta ſit,te poſſe agere ad exhibendum, vel con-
dictione furtiua.Si verò bona fide conſumpta ſit, mihi
dari certi condictionem ex conſumptione: quæ tunc
ex conſumptione oritur,cùm ex numeratione nata non
eſt, D. de reb.cred.l.rogaſti.11.§.vlt.l.nam etſi fur. 13.
in princ.& §.1. ¶ Quartò quæritur,an debitor, cedẽdo 18
pignus creditori,liberetur à principali obligatione.Re-
ſpondetur non liberari, l.1. quia fieri poteſt, vt minus
ſit in pignore,quàm in obligatione principali:nec pro-
hibetur creditor petere, quod ſibi debetur vltra quan-
titatem, qua pignus æſtimatur, infr. de iur domin. im-
petr.l.vlt.§.ſed ſi quidem.& D. de reb. cred. l. creditor
qui non idoneam.26.

¶ Quinto ſegmento agitur de iure & commodo 19
creditoris circa pignus. Multa creditori conceduntur.
I. Actio hypothecaria: quæ eſt actio in rem, l.pignoris.
18.& D.eod.l.pignoris.17. id eſt, vindicatio pignoris,
ſupr.de pigner.act.l.nec creditores. 10. nec eſt vindica-
tio dominij,cùm dominium pignoris ſit penes debito-
rem,ſupr.eod.l.pignus. 9. ſed nudæ poſſeſſionis, D. de
euictionibus.l.ſi cùm venditor.66.in pr. Hîc quæritur,
an creditor poſſit agere hypothecaria, priuſquàm mo-
ueat actionem perſonalem, quam habet ex principali
obligatione.Reſpondetur,iure Codicis electionem in-
diſtinctè dari creditori, vtram actionem prius intenta-
re velit,l.diſtractis. 14. l. perſecutione.24.Non obſtat,
l. debitores. 10. quæ non iubet creditorem experiri
actione hypothecaria priuſquàm agat perſonali, ſed
hortatur, & ſuadet, vt creditor, antequàm pignus
perſequatur, debitorem extra iudicium interpel-
let, atque ei denunciet vt ſoluat: non quia hoc ſit ne-
ceſſarium,ſed quia eſt æquius & humanius.Iure autem
nouiſſimo ſuccurritur extraneis pignoris poſſeſſori-
bus, vt à creditore per actionem hypothecariam pi-
gnus eis auferri non poſſit, niſi priùs debitorem prin-
cipalem & eius interceſſores excuſſerit, ac debitum
exigere nequiuerit. Si verò ipſe debitor pignus poſſi-
deat,ſalua manet electio creditori,vtra actione debito-
rem conuenire malit, Nou.4.cap.2. II. Actio pignera-
titia perſonalis,de qua dictum fuit, ſupr. lib. 4. tit. 24.
III. Exceptio pignoris,de qua dixi ſupr.eod. tit. num.
12.& 13. IV. Interdictum Saluianum,quod expoſitum
fuit ſupr. de precario. V. Actio furti contra eum, qui
pignus ſurripuit:ſiue extraneus aliquis,ſiue ipſe domi-
nus,qui pignerauit, pignus ſurripuerit, l.penult.& D.
de furt.l.itaque.12.§.ſed & ſi.& Inſtit. de oblig.quæ ex
delict.§.vnde conſtat. VI. Condictio furtiua,quæ non
eſt certi condictio, quia hæc ſoli domino competit,
D.de condict.furt.l.1.ſed incerti, D. eod. l. & ideo.12.
§.vlt.nimirum quia condicitur poſſeſſio,quæ ad credi-
torem pertinet, &, cùm ſit res incorporalis ſine dubio
eſt incerta. VII. Occupatio pignoris auctoritate pro-
pria ex pacto conuento,l.3.quod expoſui ſupr.ad tit.de
pigner.act.num.10.memb.5. VIII. Diſtractio pigno-
ris.de qua infr.tit.28.

¶ Iam verò quia fieri poteſt, vt plures creditores 20
in idem pignus concurrant: cùm id accidit, duæ quæ-
ſtiones concurrunt. ¶ Primò quæritur, qui ſint po- 21
tiores.Regulariter prior tempore eſt potior iure,etiam
ſi prior habeat generalem hypothecam, poſterior

ſpecialem, D. qui pot. in pign. hab. l. 2. Excipitur I. Niſi prior creditor generalem omnium bonorum, & ſpecialem quarumdam rerum hypothecam habeat, & ex iiſdem bonis aliæ res ſecundo ſint ſpecialiter obligatæ: poſterior enim creditor in his rebus ſibi ſpecialiter & priori creditori generaliter obligatis, priori præfertur, dummodò ex aliis rebus ſpecialiter priori creditori obligatis, ei ſatisfieri poſſit, l. 2. Cetera huc ſpectantia declarabuntur, infr. titul. 18. qui potior. in pign. hab. II. Niſi poſterior creditor priori debitum offerens, in eius locum ſucceſſerit. Finge tres eſſe creditores: primum, ſecundum, tertium: ſi tertius primo ſatisfaciens, in eius locum ſucceſſerit, præfertur ſecundo, infr. de his qui in prior. cred. loc. l. pen. & D. qui potior. in pign. hab. l. creditor. 12. §. à Titio.

22 ¶ Quæritur, an is, qui priori creditori ſoluit, repetere à debitore poſſit, quod ſoluit. Sortem quidem repetit, & vſuras, quas debitor eidem primo creditori ſoluere debuiſſet: ſed vſuras vſurarum à ſe ſolutarum non repetit, l. ſecundus. 22. Reliqua huc pertinentia exponentur infr. tit. 19. de his qui in prior. cred. loc. Hactenus de iuribus creditoris in pignore.

23 ¶ In ſexto ſegmento agitur de iuribus debitoris, qui rem pignori obligauit. Hic tria conſiderantur: pignoris alienatio, pignoris repetitio, & debiti petitio.

24 ¶ De alienatione pignoris tres quæſtiones diſſol-
25 uuntur. ¶ Primò quæritur, an debitor rem pigneratam alienare poſſit. Reſpondetur poſſe, l. ſi dominium. 9. quia non obſtante pignoris obligatione manet rei dominus, ſupr. de pigner. act. l. pignus. 9.

26 ¶ Secundò quæritur, quomodò alienare poſſit. Reſpõdetur, poſſe alienare tam inter viuos, vt vendendo, vel donando, quàm in vltima voluntate, vt legando, vel per fideicommiſſum relinquendo, l. debitorem. 15.

27 ¶ Tertiò quæritur, quis ſit effectus huius alienationis. Duo ſunt effectus. I. Is, ad quem res tranſlata eſt, eam vindicare poteſt etiam à creditore, d. l. ſi dominium. II. Creditoris cauſa non fit deterior. Idcirco ſi creditor non poſſidet, pignus perſequi poteſt actione hypothecaria, d. l. debitorem. & electionem habet hoc iure, vtrùm malit agere perſonali actione contra debitorem, an hypothecaria contra pignoris poſſeſſorem, l. diſtractis. 14. l. perſecutione. 24. qua de re ſuprà dixi. Si verò poſſidet, dominum vindicantem ſummouet exceptione pignoris, niſi ſibi ſolutum, vel aliter ſatisfactum ſit, vel debitum offeratur, d. l. ſi dominium, & ſupr. de pigner. act. l. nec creditores. 10. Hæc ita obtinent, ſi aut creditore inſcio debitor pignus alienauerit, aut eo ſalua pignoris cauſa alienationem permittente: nam ſimpliciter permittens debitori vt pignus alienet, ius pignoris amittit, dummodò alienatio ſecuta ſit, & iure valeat, D. quib. mod. pign. ſoluit. l. 4. §. 1. l. 7. in princ. l. voluntate. 10. l. Lucius. 11. l. Paulus. 12. in pr. Hæc de alienatione pignoris dicta
28 ſint. ¶ De repetitione autẽ ſex quæſtiones occurrunt.

29 ¶ Primò quæritur, quis pignus repetat. Reſpondetur, non ſolùm debitorem, qui pignus dedit, poſſe illud repetere, d. l. nec creditores. ſed etiam heredem
30 eius, l. ſi vxor. 12. ¶ Secundò quæritur, à quo repetatur. Reſpondetur, repeti à creditore, qui pignus accepit, vel
31 ab eius heredibus, d. l. nec creditores. ¶ Tertiò quæritur, quid repetatur. Reſpondetur, repeti ipſam rem, quæ pignori data fuit, hoc eſt, eandem ſpeciem, Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. §. vlt. vnà cum acceſſionibus,
32 ſupr. de pigner. act. l. 1. 2. & 3. ¶ Quartò quæritur, qua actione repetatur. Reſpondetur, repeti actione pigne-
33 ratitia, de qua ſupr. dictum fuit, lib. 4. tit. 24. ¶ Quintò quæritur, quando repetatur. Reſpondetur, non antè repeti poſſe, quàm debitum ſolutum, vel aliter creditori ſatisfactum fuerit, D. de pigner. act. l. ſi rem alienam. 9. §. omnis. aut ſaltem ei debitum ſit oblatum, l. creditor. 20. Qui verò ante ſatisfactionem & oblationem agit, quãuis male agat, tamen ſi in eodem iudicio debitum offerat, rem pigneratã & quod ſua intereſt conſequetur, d. l. ſi rem alienam. §. vlt. ¶ Sextò quæritur, quid 34
creditor in re pignerata præſtet. Reſpondetur, eum præſtare dolum, & culpam, & cuſtodiam, non vim maiorem, l. ſicut. 19. Intellige culpam latam, & leuem, non leuiſſimam, vt expoſui ſupr. ad tit. de pigner. act. Et nota creditorem, quia cuſtodire pignus debet, niſi illud cuſtodiat, dolo aut culpa non vacare: additur ergo in d. l. ſicut. verbum *cuſtodia*, non quaſi creditor aliquid præſtet præter dolum & culpam, ſed vt intelligatur dolum & culpam eò extendi, vt etiam cuſtodiam complectatur. ¶ De debiti petitione notatur, debitorem 35
non poſſe vrgere creditorem, vt debitum petat: nam ei ſufficere debet, quòd poteſt debitum ſoluere, &, creditore nolente accipere, conſignare ac deponere, atque ita pignus luere, l. creditor. 20. ¶ Septimum ſegmen- 36
tum eſt de pactis pignorum. Hîc vnum pactum proponitur, vt creditori poſſeſſionem pigneratam ingredi liceat: quod pactum ſupr. expoſui.

¶ Octauum ſegmentum eſt de modis, quibus pignus 37
ſoluitur: vbi multi modi proponuntur. I. Solutio debiti, D. quib. mod. pig. ſolu. l. 6. in princ. Idem eſt, ſi alio quouis modo ſatisfiat creditori, d. l. 6. in princ. & D. de pigner. act. l. ſi rem alienam. 9. §. omnis. Nec refert, vtrùm ipſe debitor ſoluat, l. 4. an alius pro eo, l. res obligatas. 21. quamuis inuito: quia ſolutione à quocumque facta debitor etiam inuitus liberatur, D. de negot. geſt. l. ſoluendo. 39. Oportet autem totum debitum, in quod fuit pignus obligatum, ſolui, non partem duntaxat: quia pignoris cauſa eſt indiuidua; adeo vt parte debiti ſoluta, totum pignus pro reſiduo obligatum maneat, D. de pigner. act. d. l. ſi rem alienam. §. omnis. & l. ſolutum. 11. §. ſi in ſortem. II. Debiti oblatio, & creditore nolente accipere, conſignatio & depoſitio, d. l. creditor. & ſupr. de pigner. act. l. nec creditores. 10. & de vſur. l. acceptam. 19. & infr. de par. pign. l. 2. & de diſtract. pign. l. ſi priuſquàm. 8. Adeo autem oblatio debiti ad pignus liberandum valet, vt etiam is, qui ante ſolutionem pignus repetit, quamuis malè agat, tamen debitum offerendo, pignus recipiat, vt paulò antè notaui. III. Fructuum perceptio, videlicèt ſi tantum ex re pignerata creditor percepit, quantum ſibi debebatur, ſup. de pigner. act. l. 1. Quòd ſi minus percepit, reſidui ſolutione, vel oblatione pignus lui poteſt, ſupr. eod. l. 2. & 3. IV. Datio pignoris in ſolutum, l. cùm dominam. 13. videlicèt ſi conſentienti creditori detur: quoniam aliud pro alio ſolui inuito non poteſt, D. de reb. cred. l. 2. §. 1. Vnde fit, vt debitor paratus cedere pignus creditori, non propterea liberetur, l. 1. V. Remiſſio pignoris à creditore facta, l. maior. 23. VI. Alienatio pignoris à debitore facta, creditori ſiue reſeruatione pignoris conſentiente alienationi, vt ſupr. expoſui.

¶ Non liberatur autem pignus ſequentibus modis. 38
I. Si debitor profiteatur ſe velle cedere pignus creditori, vt paulò antè dixi. II. Si ipſe debitor principalis, vel qui pro eo interceſſit, creditori tantùm condemnatus ſit, non etiam iudicatum ſoluerit, l. quamuis. 8. & infr. etiam ob chirograph. pecu pi. re. poſſe. l. vn. §. 1. & D. h. t. l. grege. 13. §. etiã. quomodo fit nouatio debiti neceſſaria, inf. de vſu. rei iudic. l. vlt. verſ. ſi enim nouatur, & D. hoc tit. l. ſi fundus. 16. §. ſi pluris. & quod met. cau. l. item ſi cũ exceptione. 14. §. quid ſi homo. Alia ratio eſt nouationis voluntariæ, quæ fit per ſtipulationẽ, D. de nouat. l. aliam. 29. per hanc enim pignus tollitur, niſi in noua obligatione repetatur, infr. etiã ob chirograph. pecun. d. l. vn. in pr. & D. de pigner. act. l. ſolutum. 11. in pr. III. Si debitor inſcio creditore pignus alienauit, vt ſup. docui.

IV. Si

IV. Si alius pignus vsucepit, l. 7. quia nihil commune habet dominium cum pignore, & vsucapio nihil aliud
39 quàm dominium tribuit. ¶ Quæsitum est, an exceptio rei contra debitorem iudicatæ, creditori noceat, si debitor rem vindicans, superatus sit, deinde creditor eandem rem persequatur actione hypothecaria. Respondetur per distinctionem: aut enim pignoris conuentio sententiam secuta est, aut præcessit. Priori casu indistinctè creditori nocet, D. de pignor. l. 3. §. 1. & de except. rei iudic. l. si mater. 11. §. vlt. Posteriori casu subdistinguitur: quia vel creditore sciente, vel ignorante debitor contra rei pigneratæ possessorem egit. Ignoranti creditori sententia contra debitorem lata non obest, scienti obest, D. de re iudic. l. pen. & de except. rei iudic. l. iudicatæ. 29. §. 1. nisi aut debitor cum reo à se conuento colluserit in fraudem creditoris, aut præscriptione superatus sit, l. 5. & D. de appellat. l. 4. §. pen. Ergo præscriptio ex persona debitoris non nocet creditori: ex ipsius autem creditoris persona nocet: quoniam ab extraneo bonæ fidei possessore creditor agés hypothecaria summouetur præscriptione longi temporis, supr. si aduers. cred. l. 1. & 2. a posteriori autem debitore summouetur præscriptione triginta annorum: denique ab ipso debitore summouetur præscriptione quadraginta annorum, supr. de præscript. trigin. vel quadrag. ann. l. 3. in princ. & l. 7. in princ. & §. 1.

Tit. XIV. In quibus causis pignus tacitè contrahitur.

I. 3. j.	*V. 9. j.*
II. 3. ij.	*VI. 6. ij.*
III. 7.	*VII. 8.*
IV. 3. ij.	



1 Enerali titulo de pignoribus & hypothecis hic subiicitur, ex quo habetur diuisio pignoris vel hypothecæ in tacitam, & expressam, quæ in l. penult. D. h. t. vocatur pignus
2 manifestarium. ¶ Tacitum pignus iure introducitur vel fauore creditoris, vt fisci, mulieris, pupilli: vel ratione rei obligatæ: vel ratione eius, quod fieri solet.

3 ¶ Fiscus habet ius taciti pignoris. I. In omnibus bonis eorum, qui censentur, pro tributis soluẽdis, l. 1. ideo namq; nomina & bona ciuiũ in censum referuntur, vt inde constet, quibus munera imponi debeant, & vt pro suis quisque facultatibus tributa pendat. II. In bonis eius, cum quo contraxit, l. 2. & D. de iur. fisc. l. si qui mihi. 28. & l. aufertur. 46. §. fiscus. III. Non solùm in bonis eius qui primipilum administrauit, id est, munus annonæ exercitui subministrandæ, supr. de priuil. fisc. l. 1. & supr. de primipil. l. 3. sed etiam in dote, quam ille à muliere accepit, si ex propriis eius bonis fisco satisfieri non possit, l. 4. non in aliis rebus præterdotalibus, quæ paraphernales appellantur, supr. de priuileg. fisc. d. l. 1.

4 ¶ Respublica autem non comparatur fisco, sed iure priuatorum vtitur, D. de verbor. signif. l. eum qui. 16. ideóque ius tacitæ hypothecæ non habet, nisi si cui specialiter sit concessum à principe, infr. de iure reipub. l. 2. & D. ad municip. l. simile. 10. vel lege municipali, D. de reb. auctor. iud. possiden. l. Antiochensium. 37.

5 ¶ Mulieri pro dote recipienda, omnia bona mariti sunt tacitè obligata, supr. de rei vxor. act. l. vn. §. & vt plenius, & infr. qui potior. in pign. habean. l. vlt. §. 1. &
6 Instit. de act. §. fuerat. ¶ Pupillo datur tacita hypotheca. I. In omnibus bonis tutoris, vt etiam adolescenti in bonis curatoris, supr. de administr. tut. l. pro officio. 20. II. In bonis vitrici, si mater tutelà gestà, antequàm alium tutorem dari curauerit, & rationes tutelæ gestæ reddiderit, ac reliqua soluerit, ad secundas nuptias transierit, l. penultim. III. In rebus suâ pecuniâ emptis supr. de seru. pign. dat. manum. l. pen. & D. qui potior in pign. hab. l. 7. & de reb. cor. l. 3. in princ. Quòd si ipse tutor pecuniâ pupilli rem emerit, etiam pupillo datur vtilis rei vindicatio, supr. arbitr. tut. l. 3. & D. quan. ex
fact. tutor. l. 2. ¶ Ratione rei pignus tacitè consti- 7
tuitur in fructibus rei pigneratæ, de quorum pignore expressè non conuenit. Sed hoc pignus non producitur ad prædia ex fructuum pretio empta, l. 3. ¶ Ratio- 8
ne eius quod fieri solet, res inquilini in ædes conductas illatæ, domino ædium pro pensione & ædium deteriorațione tacitè sunt obligatæ, l. vlt. & D. eod. l. 2. l. 4. in princ. l. 6. & D. de pact. l. 4. in princ. dummodò hoc animo illatæ sint, vt ibi maneant, D. h. t. l. 7. Solebant enim qui ædes locabant, de harum rerum pignore pacisci: quod autem plerumque fieri solet, tacitè fieri censetur, D. de ædil. edict. l. quòd si nolit. 31. §. quia assidua. & hæc vocatur iusta præsumptio, d. l. vlt. Alia ratio est fundi locati: quia non res coloni, sed fructus ipsius fundi censentur tacitè domino fundi pignerati, D. eod. d. l. 4. in princ. d. l. 7. in princ. quia locantes fundum, non solebant pacisci de rebus coloni, sed erant contenti pignore ipsorum fructuum.

¶ Res igitur coloni non sunt domino fundi obliga- 9
tæ, nisi sequentibus casibus. I. Si locator cum colono pactus sit, vt hæ res pignori sint, l. 5. vbi traditur, seruos coloni, non esse domino fundi pignori nexos; nisi aut pactum de rerum inferendarum pignore intercesserit, & hi serui in fundum inducti fuerint; aut inter locatorem & colonum specialiter conuenerit, vt hi serui pignori essent, quo casu pignore tenentur, quamuis in fundum non inducantur. II. Si procurator locatoris ita sit pactus, vel domino mandante, vel ratum habente, D. de pignor. l. si inter. 21. in princ. quamuis enim regulariter pignoris obligatio per procuratorem non acquiratur, D. de pign. act. l. solutum. 11. §. pen. tamen hic casus excipitur, & alius casus in l. 2. supr. per quas person. nob. acquir. III. Si dominus cum colono pactus sit, vt ab eo res in fundum inferentur: censeatur enim pacisci in hunc finem, vt res pignori sint: ita ego puto esse accipiendam l. 5. supr. de locato.

Tit. XV. Si aliena res pignori data sit.

I. 4. ij. iv.	*V. 4. vi.*
II. 2. ij. 4. ij.	*VI. 2. ij. 3. 4. j. ij.*
III. 4. v.	*VII. 4. ij. v.*
IV. 3. 4. ij.	*VIII. 2. j. 3. 4 ij. iv.*



Ic titulus ad rem pigneratam pertinet, vel 1
potiùs ad personam pignerantem: cùm enim res aliena pignori datur: quæstio an pignus valeat, non tã respicit rẽ, quàm personã, propterea quòd is, qui pignerat, non est dominus.

¶ Hic dantur duæ regulæ. I. Pignus non tenet, nisi 2
is pignori det, qui hoc faciendi, id est, rei obligandæ ius habet, l. vlt. II. Qui rei dominus non est, rem obligare nequit, l. 2. & l. 6. & infr. tit. prox. l. 6. vers. cùm sit. Vnde agẽs hypothecaria, probare debet rem sibi fuisse à domino obligatam, D. de pignor. l. & quæ nondum. 16. §. 1. & de probat. l. ante omnia. 23. ¶ Hæc posterior 3
regula producitur, vt obtineat etiam in domini filio. l. 4. procuratore, seruo, conductore, colono, d. l. vlt. & in eo qui rem donauit; quia cùm per donationem rei dominium in alium transtulerit, non potest ampliùs eam rem obligare, l. 6.

¶ Limitatur autẽ multis modis. I. Obtinet respectu 4
actionis hypothecariæ, non respectu personalis pigneratitiæ, quæ etiam de re aliena competit, tam contraria

creditori aduersos debitorem, d.l.6.& D.de.pigner.act. l.si rem alienam.9. in princ.l.tutor. 16.§.1.l.cum debitores.32.l.si quis in pignore.36.quàm directa debitori aduersus creditorẽ, d.l.si rem alienam.§.pen. II.Pignus non obligatur domino inuito, seu non consentiente, sed obligatur eo consentiente, l.1.4.6.pen.& vlt.vel ratum habente, D.de pigner. act. l. aliena. 20. in princ. vel sciente, & in fraudem creditoris dissimulante, l.2. III. Si is, qui rem vsucapiebat, pignori dederit: sicuti prætor eum quasi dominum tuetur in actione Publiciana, ita etiam creditorem, quasi pignus à domino acceperit, tueri debet in actione vtili hypothecaria, D. de pignor.l.si ab eo. 18. IV. In procuratore sic distinguitur: Aut habet speciale mandatum ad rem pignerandam; aut speciale mandatum ad aliud negotium, non ad pignos contrahendum; aut generale mandatum de omnibus bonis administrandis. Primo casu sine dubio rem pignerare potest, D.de pigner. act. l. solutum. 11. §.vlt. Secundo casu non potest, l.1. & l. vlt. Tertio casu, si dominus solebat sub pignoribus mutuas pecunias accipere, etiam procurator id facere poterit, tamquàm sibi mandatum: aliàs rem domini obligare non potest, D.de pigner. act. l. vel vniuersorum.12. V. Cùm tutor vel curator in rem suam mutuatur, rem minoris obligare non potest. Cùm autem in rem minoris mutuatur, obligare potest, l.3.& l.pen. VI. Si is, qui rem alienam pignerauit, postea dominium acquirat: pignus cõualescit, data vtili actione hypothecaria, l.5.& D. de pigner.act.l.rem alienam, 41.in princ. Si tamen creditor, cùm pignus acciperet, non ignorabat rem alienam esse, eáque res non solùm non erat debitoris pignerantis, sed etiam ei non erat debita: tunc creditori faciliùs dabitur retentio pignoris, quàm actio hypothecaria, D.de pignor.l.1.in princ.id est, retentio dabitur aduersus quemcumq; agentem, actio verò nõ dabitur, nisi contra debitorem, & eos qui à debitore causam habent, vt exposui Centur. 4. quæst. 51. Quid si è contrario dominus ei successerit, qui rem pignori obligauerat? Modestinus dat vtilem actionem, D.de pignor. l.si Titio.22.Paulus eandem denegat, D.de pigner. act. l.rem alienam.4 [illegible]c mihi manifestum videtur, vtrumque loqui de vtili actione Seruiana, non de pigneratitia personali: quæ cùm statim oriatur, D.eod. l.tutor. 16.§.1.cùm fin.frustra quæreretur, an eius respectu pignus ex pòst facto conualesceret. Quocirca puto inanem esse laborem eorum, qui has leges conciliare nituntur, & sequor sententiam Duareni lib.2. disput.cap. 4.& Cuiacij lib.19.obseruat.cap.26.existimantium vtilem Seruianã hoc casu tempore Pauli nõ fuisse admissam, sed postea Modestini ætate fuisse receptam: consequenter fateor Tribonianum peccasse, qui contraria Iurisconsultorum responsa retulit in Digesta, & sententiam obsoletam cum vsitata & recepta coniunxit. VII. Si procurator, qui citra domini voluntatem pignus dedit, pecuniam mutuatam, in rem domini vertit: creditor habet quasi pignoris retentionem, l.1.Notandum igitur est, quibusdam casibus, etsi re vera non est pignus, ideóque non datur actio hypothecaria, tamen ex bono & æquo creditori retentionem quasi pignoris concedi: vt in casu nunc exposito. Sic venditor rem venditam retinet, donec sibi pretium soluatur, D. de act. empt. l. Iulianus. 13. §. offerri. & commodatarius rem commodatam retinet, donec impensæ necessariæ, quas in eam rem fecit, sibi restituantur, D.de furt.l.creditoris. 15. §. vlt. alium casum proponam titulo seq. num.5.memb.1.Alium habebimus in l.vnic.infr.etiam ob chirograph.pecun.pign.tene.posse.

Tit. XVI. Quæ res pignori obligari possunt, vel non, & qualiter pignus contrahatur.

I. 4.	*VI.*
II. 7.j.ij.10.	*VII.* 3.
III. 5.ij.	*VIII.* 3.
IV. 4.7.iij.	*IX.* 7.ij.iij.8.
V. 5 j.iij.ij.j.	


Oc titulo contractus pignoris resoluitur 1
in materiam, & formam: distinctè enim
agitur de rebus, quæ obligantur, proinde
materia pignoris sunt; & de modis obligandi, qui ad formam spectant. Sunt igitur huius tituli duæ partes. ¶ Prior pars de rebus quæ 2
pignori obligari possunt, vel non possunt: diuiditur in duo capita.

¶ Priori capite agitur de pignore iudiciali, ac 3
prohibetur, ne agriculturæ instrumenta pignori capiantur, l.7.& 8. ¶ In posteriori capite, quod est 4
de pignore conuentionali, distinguuntur tria rerum genera. Quædam enim omnino obligari possunt, tam generaliter, quàm specialiter, vt nomina debitorum, l.4.Nonnulla obligari specialiter possunt, sed generali hypotheca non continentur: quia nemo præsumitur hæc pignerare, nisi expressè pigneret, vt supellex, vestimenta, mancipia ad vsum necessaria, & ea quæ ad affectionem pertinent, vt concubina, filij naturales, alumni, l.1.& D. de pignor. l. 6. & ll. seqq. Alia neutro modo obligari possunt; quia nõ sunt in commercio, vt supr. de pignor. num. 8. ¶ Harum rerum, quæ nullo 5
modo pignerari possunt, tria exempla in hoc tit. proponuntur. I. Liberi homines, l.5. Quocirca, cùm dicitur redemptos ab hostibus, esse liberos, & à redemptore retineri in causa pignoris, donec pretium redemptionis restituant, infr.de postlim.reuer.l.2.& D.de legat. j. l.senatus. 43.§. vlt. intelligendum est, non de vero pignore, sed de quasi pignore: idcirco dicuntur vinculo quodã pignoris retineri, D.qui rest.fac.poss.l.qui testamẽto.20.§.1. vbi partic. *quodã*, est nota improprietatis. Multis autẽ casibus res, quæ pignori propriè non sunt, quasi iure pignoris retinentur, vt in calce superioris tit.notaui. II. Loca religiosa, l.5.& supr.de religios.l.2. III. Spes præmij athletici, l. 5. quæ expressè loquitur de pignore conuentionali: quoniam in causa iudicati etiam hæc præmia pignori capi possunt, D.de re iudic. l. commodis. 40. videlicèt si alio modo satisfieri rei iudicatæ non possit: alioquin hæc pignori non capiuntur, supr.de execut.rei iudic.l.4.

¶ Posterior tituli pas, quæ docet qualiter pignus 6
contrahatur, diuiditur in tria capita. ¶ In primo capi- 7
te dantur quatuor regulæ generales. I. Pignus non solùm rei traditione contrahitur, sed etiam solo consensu, l.2.& D.de pigner.act.l.1.in princ.id est, nudo pacto, D.de pact.l.si tibi.17.§.de pignore. quãquàm illo casu, id est, cùm res traditur, propriè dicitur pign⁹: nudo autẽ pacto propriè dicitur contrahi hypotheca, D.eod.l.si rem alienam.9.§.propriè.& Instit.de act.§.item Seruiana. II. Consensus contrahendi pignoris vel ex verbis colligitur, l.vlt.§.1.vel ex scriptura, d.l.vlt.in princ. vel ex rei pigneratæ traditione, vel etiam ex traditione instrumenti, quo illius rei emptio continetur, l. 2. vbi emptionis appellatione significatur instrumentum emptionis. III. In pignore obligando magis spectatur voluntas contrahentiũ, quàm verba, d.l.vlt. IV. Pignus obligatur vel specialiter, vel generaliter, l.4. & supr. de pignor.l.2.Hæc dicta sint de primo capite. ¶ In secun- 8
do capite agitur de generali hypotheca, & quæritur, quænam res hac hypotheca contineantur. Respondetur, omnes res debitoris, nec solùm quas nunc habet, sed etiam quas in posterum acquiret, hac hypotheca contineri. Quæ doctrina illustratur duobus exemplis, id est, propositis duabus formulis, quibus non fit mẽtio

bonorum

bonorum futurorum, & nihilominùs hæc quoque pi-
gnore comprehenduntur. Altera formula est, *Fide &*
periculo rerum ad me pertinentium. Altera est, *Per rerum*
9 *mearum exactionem satisfieri tibi promitto*, d.l.vlt. ¶ Ex-
cipiuntur tamen, I. Quæ obligari nequeunt, vt quia
non sunt in commercio, l.5. I I. Quæ contrahentes no-
minatim exceperunt. I I I. Quæ contrahentes præsu-
muntur tacitè excepisse: quia sunt eiusmodi res, quas
non est probabile debitorem velle pignerare, nisi ex-
pressè pigneret, vt supr. docui.
10 ¶ In tertio capite datur vnum exemplum pignoris
specialis: quia qui emptionem (id est: instrumentum
emptionis, qua prædium comparauit,) pignori dedit,
ipsum prædium pignori dedisse censetur, l.a.

Tit. XVII. Qui potiores in pignore habeantur.

I. 10. *ij.*	*IX.* 4. *j. ij.*
II. 8.9.j.	*X.* 4. *iij.* 6.10. *ij.* 13. *ij.*
III. 4.j.	*XI.* 13. *iij.*
IV. 9. *y.*	*XII. p.* 13. *ij.*
V. 10. *y.*	§. 1. 13. *ij.*
VI. 9. *iij.*	§. *exceptis.* 11. 13. *ij.*
VII. 8. 13. *j.*	§. *pen.* 13. *ij.*
VIII. 8.	§. *vlt.* 13. *ij.*

1 SVperiores tituli erant de pignore consti-
tuendo: deinceps explicantur eius effe-
ctus. Huc refertur, quòd creditor, qui pi-
gnus accepit, ratione pignoris præfertur
aliis creditoribus. Hæc prælatio non po-
test habere locum, nisi plures sint creditores eiusdem
debitoris, qui cùm ad petendum debitum concurrant,
aut pari iure vtuntur, aut alij aliis præferuntur: dicen-
dum igitur est de concursu creditorum. Cùm duo sint
creditorum genera; quorum alij vocantur chirogra-
pharij, qui tantùm habent actionem personalem; alij
hypothecarij, qui præter actionem personalem habẽt
etiam hypothecam seu pignus & actionem hypothe-
cariam: hinc oriuntur tres creditorum concursus. Aut
enim concurrunt creditores chirographarij, aut hypo-
thecarij, aut chirographarij cum hypothecariis. Pri-
mus concursus, cùm in eo nullum sit pignus, non per-
tinet ad hunc tit. sed ad tit. de priuilegiis creditorum:
nunc de secundo, & tertio concursu dicendum. Quare
huius tit. duo sunt capita.
2 ¶ In primo capite de concursu creditorum chiro-
graphariorum & hypothecariorum dantur duæ regu-
3 læ. ¶ Prima regula est: Creditor pigneratitius siue hy-
pothecarius præfertur chirographario, l. eos qui. 9. Ra-
tio est: quia plus cautionis est in re quàm in persona,
D. de diuers. reg. iur. l. plus cautionis. 26. ac rei quidem
incumbit hypothecarius creditor, qui habet ius in re,
id est, ius pignoris: personæ autem incumbit creditor
chirographarius, qui solam personalem actionem ha-
bet, d.l. eos qui.
4 ¶ Hæc regula producitur, I. Ex persona creditoris
hypothecarij: quia nihil refert, vtrùm habeat pignus
conuẽtionale, d.l. eos qui. an prætorium, l.3. I I. Ex per-
sona creditoris chirographarij, qui pigneratitio cedit,
quamuis priuilegiarius sit, id est, quamuis præferatur
aliis creditoribus in actione personali, d.l. eos qui. & D.
eod. tit. l. si & iure. 10. quam legem sic accipio, vt dica-
tur, Mæuium, qui iudicio obtinuit contra Titium, &
heredem Mæuij, si pignora ex causa iudicati capta sint,
in his pignoribus præferri aliis eiusdem Titij credito-
ribus licèt priuilegiariis: quamuis aliter hanc legem
interpretetur Cuiacius lib. 9. obseru. cap. 37. aliter For-
nerius lib. 2. select. c. 7. Nec obstat l. in iudicati. 61. D.
de re iudica. in cuius specie nullum est pignus iudicia-
le, id est, non fuerunt capta pignora ex causa iudicati,
sed tantummodò fuit reus condemnatus. Pulchrè igi-
tur has leges conciliabimus, cum Cuiacio statuentes
creditorem priuilegiarium in actione personali præ-
ferri non priuilegiario, etiamsi hic prior iudicio obti-
nuerit, quoniam adhuc tantùm actio personalis com-
petit, sed postquàm pignora ex causa iudicati capta
sunt: tunc, quia creditor non priuilegiarius consecutus
est ius pignoris, meritò secundum datam regulam pre-
fertur creditori priuilegiario, qui tantùm habet actio-
nem personalem. I I I. Ex parte vtriusque creditoris:
quia nihil refert, vtrùm chirographarius, an hypothe-
carius creditor pignus possideat, l. cùm tibi. 10. & D.
eod. l. creditor. 12. in princ.
¶ Ab eadem regula excipitur, religionis fauore, im- 5
pensa funeris: quam repetens quacumque actione,
omnibus aliis creditoribus, tam hypothecariis, quàm
priuilegiariis præfertur, infr. de iur. deliber. l. vltim. §. in
computatione. & D. de religios. l. pen. & de reb. auctor.
iud. possiden. l. quæsitum. 17. Idemque priuilegium,
quamuis lex deficiat, in praxi tribuitur etiam impensis
in ægrotum curandum factis.
¶ Secunda regula est: Chirographarius creditor nul- 6
lam habet actionem, nec in rem, nec in personam, cõ-
tra creditorem hypothecarium; nisi is debitori succes-
serit, l. cùm tibi. 10. vers. nam chirographarios. ¶ Secun- 7
do capite agitur de concursu creditorum hypotheca-
riorum: qui quidem triplex est: aut enim concurrunt
creditores non priuilegiarij, aut creditores priuilegia-
rij, aut non priuilegiarij cum priuilegiariis.
¶ Cùm nullus creditor priuilegium habet, datur re- 8
gula, quòd prior tempore, est potior iure, l. 2. 7. & 8.
Quæ regula non habet locum in actionibus persona-
libus: quoniam in his nulla temporis ratio habetur, D.
de reb. auctor. iud. possiden. l. priuilegia. 32. Priorem
tempore intellige, non eum, qui prior pecuniam cre-
didit: sed eum, qui prior pignus vel hypothecam cum
effectu accepit. Hæc doctrina quatuor casibus exposi-
tis dilucidior euadet. I. Si primus sine hypotheca pe-
cuniam Titio credidit, deinde secundus sub hypothe-
ca eidem Titio credidit, postea primus de hypotheca
pactus est: quamuis secundus sit posterior in obliga-
tione principali, tamen est prior in pignore, proinde
est potior primo, D.h.t.l. creditor. 12. §. si primus. I I. Si
primus pecuniam Titio credidit, & de pignore in diem
pactus est, deinde ante illam diem secundus eidem
Titio sub pignoribus credidit: primus est secundo po-
tior, d.l. creditor. §. vnde. quia dies adiecta obligationi,
nõ differt obligationem, sed eius effectum, D. de verb.
signif. l. cedere diem. 213. in princ. I I I. Si Titius cùm
primo conuenerit, vt, si ab eo mutuam pecuniam acce-
perit, prædium ei pignori sit; deinde sub eiusdem præ-
dij hypotheca pecuniam mutuam à secundo accepe-
rit; tandem à primo pecuniam acceperit: secundus est
potior primo: quia cùm Titius potuerit non accipere
pecuniam à primo, consequenter pignus non est obli-
gatum primo antequàm obligaretur secundo, D.h.t.l.
potior. 11. in pr. I V. Si primus sub conditione stipula-
tus, de hypotheca conuenerit, deinde secundus pecu-
niam sub eadem hypotheca Titio crediderit, postea
conditio stipulationis à primo factæ extiterit: primus
est potior secundo: quia natura cõditionis est, vt retrò
trahatur: & hac ratione fit, vt pignus reperiatur obli-
gatum primo priusquàm obligatum esset secundo, d.
l. potior. §. 1.
¶ Dicta regula, quòd inter creditores hypotheca- 9
rios prior tempore, est potior iure, producitur, vt obti-
neat nulla facta distinctione, I. Inter pignus conuen-
tionale, & prætorium, l. 1. I I. Inter priuatum credito-

rem & rempublicam,l.4. III.Inter generalem,& specialem hypothecam, l.6.

10 ¶ Eadem regula limitatur: I. Quia non habetur ratio horæ,sed tantùm diei,vel mensis,vel anni:adeo vt, si duo creditores eadem die contraxerint, & de hypotheca conuenerint,alter ante meridiem,alter post meridiem;nihilominùs æquo iure vtantur,nec alter alteri præferatur,D.de pignor.l.si fundus.16.§.pen.II. Quia posterior creditor priori debitam pecuniam soluens, aut eo nolente accipere consignans, & in publico deponens,adeo ius suum confirmat, l.1.& l.5.vt etiam à priori creditore pignus vindicare possit,l.cùm tibi.10. eum verò cogere non potest, vt sibi debitum offerat, d. l. 5. III. Si posterior creditor priorem conueniat actione hypothecaria,asserens rem,quam prior creditor possidet,sibi fuisse à Titio ipsius rei domino pigneratam;& priore creditore negante rem ad Titium pertinere,actor id probet;deinde reus (id est,prior creditor) velit opponere exceptionem pignoris,eò quòd res sibi fuit priùs à Titio obligata, non auditur, sed propter mendacium cogitur rem posteriori creditori restituere, adeo vt pignus & prioritas temporis hoc casu nihil ei prosit: non tamen omnino ius suum amittit, sed tantùm possessionem amittit, vt ex reo fiat actor, Non. 18.c.10.IV. Prior creditor habens generalem hypothecam in omnibus bonis debitoris,& specialem in aliqua re eiusdem debitoris,si ex hac speciali hypotheca suum consequi possit, in generali hypotheca cedit posteriori creditori habenti hypothecam specialem in aliqua re sub illa generali prioris creditoris hypotheca comprehensa, sup.de pignor. l. 2. Hæc dicta sint de creditoribus priuilegio carentibus.

11 ¶ Inter plures creditores priuilegiarios obtinet eadem regula,quòd prior tempore,præfertur posteriori: quia priuilegiarius contra priuilegiarium non vtitur suo priuilegio:ideóque manet differẽtia temporis; cuius ratione prior præfertur.Hac ratione(vt rem exemplis illustremus)priuigni dotem maternam repetentes præferuntur nouercæ dotem suam repetenti: quia dos ad illos pertinens,est antiquior,l.vlt.§.exceptis.& No. 91.c.1.Eadémque ratione, si mulier dotem repetens, & fiscus concurrant:prior tempore,est potior iure,sup. de priuil.fisc.l.2.

12 ¶ Ab hac regula excipitur, nisi aliquis creditor firmius & potentius priuilegium habeat,quàm ceteri, vt exposui in Isagogico,D.h.t.num.12.memb.3.

13 ¶ Superest, vt videamus de creditoribus, quorum alij priuilegium habent,alij priuilegio carent.Hîc non habetur ratio temporis,sed causæ.idcirco datur regula, quòd priuilegiarius,licèt tempore posterior,præfertur creditori non priuilegiario. Hac ratione vulgaribus creditoribus præfertur. I.Is,cuius pecuniâ res comparata est,si modò specialiter de pignore conuenit, l. 7. Nisi enim de pignore pactus sit, ius pignoris non habet,consequenter prælationem in pignore habere non potest. Sed si de pignore pactus sit, in eo pignore habet priuilegium.Eadémq; ratio est eius, qui pecuniam credidit in rem conseruandam,veluti ad nauem armãdam,siue instruendam seu reficiendam, D.h.t.l.5.& 6. Excipitur, qui pecuniam ad ædes reficiendas credidit. Huic enim nominatim senatusconsultum ius taciti pignoris concessit,D.eod.l.1.Pupillus quoque, cuius pecunia res empta est,in ea re tacitam hypothecam,& in ea prælationem habet, D.eod. l. 7. & de reb.cor.l.3.in princ.& sup.de seru.pign.da.manum.l. pen.II. Mulier dotem repetens: nec dubitandum, quin præferatur omnibus anterioribus creditoribus, etiam expressam anteriorem hypothecam habentibus,l.cum tibi. 10.& l.vlt.in pr.& §.1.dummodò post d. l. vlt.contraxerint: sic enim Iustinianus in §. vlt. eam constitutionem limitat. A qua excipientes hos creditores expressam hypothecam habentes, nimia libertate vtuntur: cùm & verba legis generalia sint,& omnes rationes,quas Imperator ibi affert,æquè sint generales, nec minùs valeant in creditores habentes hypothecam expressam, quàm in habentes tacitam. Hoc priuilegium producitur ad filios communes dotem repetentes,d.l.vlt.§.exceptis.non ad extraneos mulieris heredes, supr.de priuil.dot.l.vn.Sed ne quidem ipsa mulier hoc priuilegio fruitur in donatione propter nuptias exigenda,d.l.vlt. §.pen.III. Creditores,quorum obligatio publicò instrumento continetur: nam in persecutione pignoris publicum instrumentum præfertur priuato, nisi hoc à tribus idoneis testibus subscriptum sit, quo casu vim habet publici instrumenti,l.scripturas.11.

Tit. XVIII. De his,qui in priorum creditorum locum succedunt.

I. a. 3. *y.*	*III.* a. 3. *j. ij.*
II. a. 5.	*IV.* 2. 3. *p.*

CReditores vel suo iure vtuntur,& ex sua persona veniunt ad contendendum de pignore,vel ex persona aliorum creditorum,in quorum locum successerũt.priorem casum superiori titulo considerauimus:nunc dicendum de posteriori,ac dissoluendæ tres quæstiones. ¶ Primò quæro,quinam in priorum creditorum locum succedere possint. Respondeo, hoc quibuscumque concedi: nec solùm aliis creditoribus hypothecariis, l. vlt. & supr.tit.prox.l.1.l.5.l.cùm tibi. 10.sed etiã creditoribus chirographariis.Immo etiam iis,qui creditores non sunt,l.1.2.& 3. ¶ Secundò quæro, quomodò fiat hæc successio in locum prioris creditoris.Respondeo, distinguendum esse inter creditores hypothecarios, & ceteros omnes siue creditores eiusdem debitoris sine pignore, siue non creditores. Nam illi eo ipso quòd priori creditori soluunt,vel offerunt,& eo nolente accipere pecuniam obsignatam deponunt,in eius locum succedunt,l.vltim.& supr.tit. prox.l.1.& l.5.& D.qui potior. in pign. hab.l. potior. 11.§.vlt.Alij vero vt prioris creditoris locum occupẽt, duo requiruntur. I. Vt eorum pecunia ad creditorem illum peruenerit,vel quia ipsi creditori soluerunt, vel quia pecuniam debitori crediderunt vt illi creditori solueretur, l. 3. II. Vt si in fisci locum succedere velint, ius fisci in pignore sit ad eos auctoritate iudicis competentis translatum,sup.de priu.fisc.l. 3. & l.vlt. & infr.de fideiussor.l.cùm alter.11.Si verò in priuati creditoris locum successuri sunt, cum eo pacti sint, vel cum debitore,vt in ipsius primi creditoris locum succedant,vel cum debitore pacti sint,vt pecunia illi creditori soluatur,& pignus ad se transferatur, l.1.& 3.& D.quæ res pign.l.3.in princ.

¶ Obiter notà, eum cuius pecunia ad creditorem peruenit, etsi non succedat in ius pignoris, tamen in illius iura personalia succedere, proinde habere actionem Paulianam, quæ illi creditori competebat ob res à debitore fraudulenter alienatas,D.quæ in frau. cred. l.ait prætor. 10. §.1. & l.nisi.16.necnon frui illius priuilegio,si erat creditor priuilegiarius, D.de cessio.bonor.l.2.& de reb.auctor.iud.possiden.l.si ventri. 24. §. vlt. ¶ Tertiò quæro, quis sit effectus huius successionis.Respondeo, eum, qui in locum prioris creditoris succedit,omni eius iure & priuilegio frui,adeo vt aliis creditoribus præferatur,l.2. tertius enim creditor succedens in locum primi,præfertur secundo, D.qui pot. in pign. hab. l. creditor. 12. §. si tertius.licèt secundus

hoc

hoc pacto pecuniam crediderat, vt si res primo obligata esse desierit, sibi pignori esset, d. l. creditor. §. à Titio.

Tit. XIX. *Si antiquior creditor pignus vendiderit.*

I. p. 5.	*II. 3.*
§. 3. 6.	*III. 2.*

1 Cvm dictum sit, antiquiorem creditorem posteriori præferri: consequens est, vt ius vendendi pignoris potissimùm priori creditori competat. Hac in parte dantur qua-
2 tuor regulæ. ¶ Prima regula est: Creditor, quò minùs pignus distrahat, impediri, nisi sibi debitum offeratur, non potest: neque à debitore, infr. de distract. pign. l. si priusquam. 8. & infr. debitor. vendit. pign. imped. non
3 posse. to. tit. neque à posteriore creditore, l. vlt. ¶ Secunda regula est: Postquã creditor pignus distraxit, debitor id euincere non potest, infr. de distract. pign. l. qui à creditore. 18. quamuis emptori pretium, vel creditori debitum offerat, l. 2.
4 ¶ Excipitur I. Nisi fideiussor, vel secundus creditor emerit: quoniam ei debitor solutam pecuniam offerre, & ita pignus euincere potest, D. de distract. pign. l. 5. §. 1. & l. 6. Ne intelligas fideiussorem hoc nomine debitori teneri actione pigneratitia, vel hypothecaria, sed mandati, D. de pignor. l. 2. & manda. l. si mandatu Titij. 59. §. 1. quæ vocatur actio de dolo, supr. de do. l. 1. vt exposui eccur. 2. quæst. 74. Præterea tam fideiussor, quàm secundus creditor rei vindicatione conueniri possunt, D. de rei vind. l. emptor. 65. in princ. facit l. si cùm venderet. 13. D. de pigner. act. II. Nisi emptor mala fide emerit, arg. l. 2. supr. de repudian. hered. III. Nisi creditor pignus vendiderit hoc pacto, vt sibi vel debitori pecuniam restituenti reddatur: quo casu debitor vel actione pigneratitia creditorẽ coget sibi cedere actionem ex vendito, vel rem ab emptore vindicabit, vel contra eum aget in factum, id est, vtili actione ex vendito, d. l. si cùm venderet. & D. de distr. pign. l. 7. in pr.
5 & §. 1. ¶ Tertia regula est: Si prior creditor pignus vendidit, posterior non habet actionem hypothecariam, l. 1. in pr. ideóque non potest emptorem inquietare, sup. qui por. in pignor. hab. l. 6. & de oblig. & act. l. 6. Excipitur, nisi emptor mala fide emerit, supr. de re-
6 pudian. hered. d. l. 2. ¶ Quarta regula est: Si debitor priori creditori pignus vendidit, vel in solutum dedit, nihilominùs secundus creditor priori debitum offerre, & ita pignus euincere potest, d. l. 1. §. 1.

Tit. XX. *Si communis res pignori data sit.*

1 Tractanti de effectu pignoris, illud non est omittendum, si vnus ex pluribus dominis totam rem pignori dederit, in sola pignerantis portione pignus consistere, pro sociorum verò partibus nullum esse pignoris effectum, supr. commun. diuid. l. 2. & commu. vtriusq; iudic. l. 7. quia rei communis quilibet partem suam dumtaxat, quam habet pro indiuiso, pignetare potest, non etiam partem sociorum, l. vnic.

Tit. XXI. *De prætorio pignore, & vt in actionibus etiam debitorum missio prætorij pignoris procedat.*

I. 2.	*II. 3.*

1 Svperiores tituli sunt de pignore conuentionali: nunc dicendum de pignore prætorio, quod cùm subdiuidatur in prætorium proprie dictum, & iudiciale, quorum illud fit missis creditoribus in possessionem rerum ad debitorem pertinentium, hoc autem captis per officium pignoribus ex causa iudicati, vt exposui supr. de pignor. num. 4. hoc titulo exponuntur effectus pignoris prætorij: sequenti titulo effectus pignoris iudicialis.

¶ De pignore igitur prætorio duæ quæstiones dis- 2 soluuntur. Primò quæritur, in quibus rebus effectum habeat. Respondetur, non solùm tenere in rebus corporalibus, siue sint immobiles, siue mobiles, siue se mouentes, sed etiam in rebus incorporalibus, quales sunt actiones competentes debitori, in cuius bonorum possessionem creditores missi sunt, l. 1. atque hoc in posteriori parte rubr. proponitur. ¶ Se- 3 cundò quæritur, si creditor in possessionem missus, possessionem amiserit, an possit eam recuperare per actionem hypothecariam. Iustinianus hanc actionem ei concedit, cùm olim ei non competeret, l. 2. Ex qua ne colligas duas tantùm esse species pignoris, conuentionale, & prætorium: quia scopus Imperatoris non est species pignoris enumerare; sed duarum tantùm specierum, quæ ad propositum faciebant, mentionem facit, vt effectum pignoris conuentionalis producat ad pignus prætorium, id est, vt actionem hypothecariam, quæ dabatur ex pignore conuentionali, tribuat etiam ex pignore prætorio: quapropter omittit pignus testamentarium, cuius mentio fit in l. non est mirum. 26. in princ. D. de pigner. act.

Tit. XXII. *Si in causa iudicati pignus captum sit.*

I. 1.	*§. 3. 5.*
II. p. 1. 4.	*III. 1. 2.*

Hic titulus est de effectu pignoris iudicialis, 1 quod ob causam iudicati, id est, vt sententia condemnatoria executioni mãdetur, auctoritate iudicis competentis capitur, l. 1. l. 2. in princ. & l. vltim.

¶ Effectus est, vt distrahi debeat, non addici credito- 2 ri, nisi per calliditatem debitoris factum sit, vt emptor non reperiatur: quo casu auctoritate principis dominiũ pignoris addicitur creditori, d. l. vlt. videlicèt cùm creditor missus antea fuerit in eius possessionem, supr. de execut. rei iudica. l. 4.

¶ Hinc oriuntur duæ quæstiones: quarum altera ad 3 venditorem, altera ad emptorẽ spectat. ¶ Primò quæ- 4 ritur, quis hoc pignus vendat. Respondetur, non vendi à creditore, pro quo sentẽtia lata fuit: sed per officium iudicis, qui sententiam tulit, d. l. 2. in princ. ¶ Secundò 5 quæritur, an ipse creditor hoc pignus emere possit. Duo requiruntur vt rectè emat. I. Vt nullus alius velit emere, aut saltem nullus alius dignum pretium offerat. II. Vt ipse creditor per licitationem emat, sicut extraneus emeret, d. l. 2. §. 1.

Tit. XXIII. *Si pignus pignori datum sit.*

I. p. 2. 6. 7. 8.	*§. vlt. 7. 9. 8.*
§. 1. 4.	*II 8.*

Cvm de pignore contrahendo, & de eius 1 contracti effectibus dictum sit: consequenter explicandi videntur modi, quibus pignus soluitur: qui quidem exponentur tit. 25. de remissione pignoris, & aliquot sequentibus. Sed prius, tanquàm in confinio, interiiciuntur duo tituli, partim ad effectum, partim ad dissolutionem pignoris pertinentes. ¶ Quod ad hunc titulum attinet, inter 2 effectus pignoris est, vt à creditore, cui datum fuit, possit,

possit alteri pignetari, l.1.in princ. & inter modos dis-
soluendi pignoris est, vt resoluto iure creditoris pigne-
rantis, tollatur etiam ius eius cui pignerauit, vt mox
docebo.

3 ¶ Vt igitur hæc pleniùs intelligantur distinguendi
4 sunt duo casus. ¶ Primus casus est, cùm is, cui à suo de-
bitore vsusfructus pigneratus est, rem ipsam (putà pos-
sessionem, id est, fundum: nam possessionis appellatio-
ne hîc significatur proprietas, vt & aliis quibusdam
locis, D. de verb. signif. l. interdum. 78.) pignori dedit.
hoc casu pignus non tenet: ideóque secundus creditor
rẽ distrahere non potest, & distrahendo non facit do-
mino, à quo primus creditor rem pignori accepit, vl-
5 lum præiudicium, d.l.1.§.1. ¶ Secundus casus est, cùm
is, qui à debitore rem pignori accepit, eandem rem suo
creditori pignori dedit. Finge Primum pecuniam de-
bere Secundo, Secundum Tertio; ac Primum rem pi-
gnerasse Secundo, Secundum eandem rem pignori
dedisse Tertio. Hoc casu tres quæstiones deciduntur.
6 ¶ Primò quæritur, an secundum pignus teneat. Respó-
7 detur, tenere, l.1.in princ. ¶ Secundò quæritur, quid
iuris in hoc pignore Tertius habeat. Responderut, eum
habere. I. Vtilem actionem Seruianam, d.l.1.in princ.
II. Ius pignoris distrahendi, si neque sibi Secundus,
8 neque Secundo Primus satisfecerit, d.l.1.§.vlt. ¶ Ter-
tiò quæritur, quomodò hoc secundum pignus libere-
tur. Respondetur, hoc pignus dissolui, non solum si Se-
cundus debitam pecuniam soluat vel offerat Tertio:
sed etiam si Primus soluat vel offerat Secundo, d.l.1.in
princ. Idémque est, si Primi heres Secundo soluat, vel
offerat: potest enim recuperare pignus à Tertio: quam-
uis ipsi Tertio solutum non sit, l.2. recuperare, inquam,
per rei vindicationem, cui pignoris exceptio non po-
test opponi, propterea quòd resoluto iure pignerantis,
id est, Secundi, cui à Primo satisfactum est, resoluitur
etiam ius eius qui pignori accepit, id est, Tertij. Excipi-
tur, nisi Primus pecuniam soluat, vel offerat Secundo,
postquam Tertius rectè pignus distraxit, d.l.1.§. vltim.
Coniunge ea, quæ docui supr. si antiqu. cred. pign.
vendid. reg.2.

Tit. XXIV. De partu pignoris, & omni causa.

I. 1.	*II.* 2.

1 Hic quoque titulus, qui est de accessioni-
bus rei pigneratæ, partim ad effectum pi-
gnoris pertinet, quatenus partus ancillæ
pigneratæ sequitur ventrem, & pignori
est, l.1. partim ad dissolutionem pignoris
spectat, quatenus creditor fructus, quos ex re pignera-
ta percepit, vel percipere potuit, primò imputat in
vsuras, deinde in sortem debitam, & superfluos resti-
tuit, vel reliquum, quod debetur, exigit, vt docui supr.
2 de pignerat. act. ¶ Secundum hanc doctrinam, si man-
cipia pignerata sint, creditor operas, quas percepit, aut
percipere potuit, primo in vsuras, deinde in sortem im-
putat: si quid autem præterea debetur, id creditori de-
bitor offerre, & eo accipere nolente consignare ac de-
ponere debet, vt pignus luat, & recipiat, l.2.

Tit. XXV. De remissione pignoris.

I. 8.12. *ij.*	*VII.* 10.
II. 2.3.5.6.*iij.*12.*j.*	*VIII.* 3.7.*ij.*
III. 9.	*IX.* 11.
IV. 2.3.12.*iv.*	*X.* 5.
V. 10.	*XI.* 12.*iij.*
VI. 3.7.*ij.*	

Inter modos liberandi pignoris est remis- 1
sio: de qua diuiduntur quatuor quæstio-
nes. ¶ Primò quæritur, quid sit. Remissio 2
pignoris nihil aliud est, quàm consensus
creditoris à pignore discedentis l. 2. & 4.
& D. de pigner. act. l. si rem alienam. 9. §. omnis. & quib.
mod. pign. solu. l. 5. in princ. ¶ Secundò quæritur, quo- 3
tuplex sit remissio. Respõdetur, aut esse expressam, quæ
fit expresso creditoris consensu, l.2. & l.4. aut tacitam,
quæ fit consensu tacito & præsumpto. l.9. l. si hypothe-
cas. 8. & D. quib. mod. pign. soluit. l. Titius. 9. §. 1. ¶ Ter-
tiò quæritur, quibus ex causis creditor præsumatur pi-
gnus remittere. Causæ plures sunt. ¶ Prima causa est, 4
si debitor consensu creditoris (nam siue debitor citra
creditoris consensum, siue nouus pignoris possessor,
cui creditor non permisit, rem pigneratam alienet, pi-
gnus non soluitur, l. pe. & infr. de distract. pign. l. si de-
bitor. 12. & D. quib. mod. pign. solu. l. sicut. 8. §. si debi-
tor fortè) rem pigneratam vendiderit, d.l.2.

¶ Hæc sententia producitur, vt obtineat, I. Etiamsi 5
alius consenserit, qui consentiendi potestatem habuit,
vt creditoris tutor, D. quib. mo. pign. solu. l. 7. in princ.
vel procurator habens speciale mandatum, vel seruus
actor, cui dominus iussit, vt consentiret, d. l. 7. §. 1. II.
Etiamsi duobus creditoribus res pignerata in solidum
fuerit, & vtrique simul eum à debitore emant, quia
mutuò consensum venditioni præbent, D. eod. l. Titius.
9. in princ. III. Etiamsi res nondum tradita sit empto-
ri: sufficit enim, venditionem præfectam esse, ita vt de-
bitor actione ex empto teneatur, D. eod. l. sicut. 8. §. si
debitor vendiderit. Quare l. 2. huius nostri tituli non
sic accipi debet, vt emptor probet possessionem sibi
fuisse traditam: sed vt emptor, qui rem sibi venditam
& traditam dicit, probet hæc facta esse cum creditoris
consensu. IV. Etiamsi heres debitoris vendiderit, d.l.
sicut. §. si debitori. V. In quacumque alienatione, vt in
donatione, permutatione, dotis donatione, legato, D.
eod. l. 4. §. 1. d.l. sicut, §. venditionis, & l. Lucius. 11.

¶ Sed excipitur, I. Nisi is consenserit, qui iure con- 6
sentire non potuit, vt pupillus sine tutore, D. eod. l. 7. in
princ. II. Nisi creditor salua pignoris sui causa aliena-
tioni consenserit, d.l.4. §. 1. Quid ergo, si hoc non ex-
presserit, se salua pignoris sui causa consentire? Distin-
ctio est adhibenda: quia si tantùm sciuit creditor pi-
gnus vendi, neque contradixit, ius suum non amisit:
sed tum demum pignus remisisse videtur, cùm expres-
sè venditioni consensit, putà venditionis tabulis non
per errorem nec deceptus subscribens, d.l. sicut. §. non
videtur. vel à debitore de futura alienatione admoni-
tus est, putà per publicum programma, l.6. vel re publi-
cè distracta sub hasta, l. si hypotheca. 8. III. Nisi post
tempus à creditore definitum alienatio facta sit: vt pu-
tà quia creditor debitori concessit, vt pignus intra an-
num venderet, ille autem post annum vendidit, d.l. si-
cut. §. pe. IV. Nisi debitor aliter rem alienauerit, quàm
creditor concessit, vt putà creditor permisit vendere,
vt ex pretio sibi satisfieret: debitor autem rem dona-
uit, contra si permissa donatione, debitor rem vendi-
derit, pignus liberatur, nisi in donatarij, quem dilige-
bat, gratiam donari permiserat. Item si permissa ven-
ditione, res in dotem data sit, pro vendita habetur pro-
ter onera matrimonij. Denique facti quæstio est, an
creditor in aliquod alienationis genus expressè con-
sentiens, in alterum quoque consentire videatur, d. l.
sicut. §. sed si permiserit. & §. seq. V. Nisi venditio con-
sensu creditoris facta, effectu careat; veluti quia con-
sensu contrahentium resoluta sit, D. eod. l. voluntate.
10. ¶ Secunda causa est, si seruum pigneratum debitor 7
consensu creditoris manumittat, l. 1. ¶ Tertia causa 8
est, si debitor consensu primi creditoris eandem rem
obliget

obliget secundo, D.quib.mod.pign.soluit, l.Paulus. 12. in princ.est tamen facti quæstio: quia interdum primus creditor secundæ obligationi consentit, non vt suum pignus perdat, sed vt ipse secundo loco constituatur, D.qui pot.in pign.hab.l.creditor.12.§. si tecum. Ignorans autem vel inuitus creditor per obligationem posteriorem non læditur, l.3. nisi posteriori loco res obligata sit creditori priuilegiario, qui ratione priuilegij sit potior in pignore, vt mulieri propter dotem, supr. qui pot.in pign.hab.l.vlt. Sed quicquid de ordine creditorum dicendum sit, numquam primus creditor ius pignoris amittit, si eo inuito vel ignorante debitor rem
10 secundo pignerauit. ¶ Quarta causa est, si creditor chirographum, quo obligatio pignoris continebatur, debitori reddi iusserit, l.7. nam & principalis obligatio reddito chirographo inefficax redditur, quasi tacitè pactum de non petendo factum sit, D.de pact.l.2.§.1. quamuis nec reddito pignore obligatio principalis fiat inefficax, D.eod.l.3. nec inutili pacto de non peten-
11 do infirmetur pignus, l.5. ¶ Quinta causa est, si is, qui pro debitore soluit, ei pignus à creditore receptam tradiderit: hoc enim casu obligatio pignoris semel extincta non potest iterum instaurari: sed ad repetẽdam pecuniam solutam, aduersus eum, pro quo soluit, habet actionem mandati, quia eius mandato soluit, l.cùm ex causa. 9. quòd si sine mandato soluisset, sine dubio ageret negotiorum gestorum, supr.de negot.gest.l.1. l. si filius.12.§.1. nisi debitoris interera non solui, D.eo.
12 l.cùm pecuniam.43. ¶ Quartò quæritur, qui sint remissionis effectus. Tres huius remissionis effectus proponuntur. I. Pignus vel hypotheca soluitur, l.2.& l.4. II. Seruum, qui pigneratus fuerat, manumissum neque creditor neque creditoris heres in seruitutem petere potest, l.1. III. Si debitor rem consensu creditoris alienatam, iterum acquisiuerit, hæc res generali præsentium & futurarum rerum hypotheca non continetur, l.vlt. sed si iterum specialiter obligetur, pignori nexa erit, l.4.

Tit. XXVI. Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri.

1 CVm duplex sit nouatio; altera voluntaria, quæ fit per stipulationem, veluti si nouandi causâ stipuleris à Seio, quod Titius tibi debet: altera necessaria, quæ fit iudicio, veluti si contra Titium debitorem tuum egeris, & eum condemnaueris, supr. de vsur.rei iudica.l. vlt. vers. si enim nouatur. & D.de pignorib l.si fundus. 16. §. si pluris. & de nouat.l.aliam. 29. per illam pignus liberatur, nisi in noua obligatione constituenda repetatur, l.vnic.in princ.& D. de pigner. act.l.solutum.11.in princ.per hanc non liberatur, d.l. vnic.§.1. & supr.de pignorib.l.quamuis.8. & D.eod.l. grege.13.§.etiam.

2 ¶ Cùm autem pignus repetitur, eosdem habet effectus, quos ante nouationem habebat, D.qui pot.in pign.hab.l.3.in princ.l.creditor.12.§.Papinianus.& l.vlt. in princ. Inter quos hic est, vt soluto debito hypothecario, creditor ob debitum chirographarium nondum solutum retinere pignus possit: quia debitorem pigneratitia agentem summouet exceptione doli mali, vt pote cùm debitor tantùm hypothecarium debitũ soluens, non videatur bonam fidem adgnoscere, sed tantùm pignoris recipiendi causa soluere. Ergo ob debitum hypothecarium datur debitori persecutio & retentio pignoris: ob chirographarium non datur persecutio, sed tantum retentio, si ei solum hypothecarium, non etiam chirographarium debitum offeratur, d.l. vn.§.at si in possessione. Hypothecarium debitum appello, cui pignus siue hypotheca accessit: chirographarium verò, quod est sine pignoris & hypothecæ accessione, nudo chirographo comprehensum, vt in d.l. vn. in fi.& similiter chirographarius debitor dicitur, qui chirographum dedit sine pignore, sup.si cert.pet.l. vlt. & infr.de nouat.l.pe.& chirographarius creditor, qui chirographum sine pignore accepit, ideóque distinguitur ab hypothecario creditore, supr. qui potio. in pigno.hab.l.cùm tibi.10.& de bon. auctor.iud. possid. l.4.& 6.& D.eo.l.pen.& chirographaria pecunia, cuius obligatio in chirographum collata est, pignore & hypotheca non accedente, vt in hac rubrica.

¶ Quod dixi, pignus retineri ob debitum chirogra- 3
pharium, tribus modis limitatur. I. Obtinet in debitore, non in alio, vt in secundo creditore, qui primo creditori offerens debitum hypothecarium, ei pignus aufert, licèt non offerat debitum chirographarium: quia mala fides, quæ debitorem repetentem pignus summouebat, in secundo creditore locum nõ habet, quippe qui nihil primo creditori debet, d.l.vn.§.vltim. Eadémque ratio est extraneæ personæ, cui sufficit offerre debitum hypothecarium: cur enim exceptione doli mali summoueatur, cùm omni dolo careat? II. Obtinet in sorte, non in vsuris, supr.de vsur.l.4. Nam pecuniæ appellatione in d.l.vn.§.pe. significatur sors, vt & in l.lecta.40.D.de reb.cred.& aliis locis. III. Ita demũ in sorte obtinet, si simpliciter sors debeatur, neque conuentio aliqua interuenerit sortem à pignore seiungens: sicut enim si pignus obligatũ sit dumtaxat in sortem, non potest retineri nomine vsurarum: ita si sit obligatum dumtaxat in vsuras, non potest retineri nomine sortis: quia contrahentium voluntas fuit, vt alteri obligationi pignus accederet, ab altera omnino separaretur, argum.l.vlt.supr.tit.prox. Et hæc mihi videtur sententia d.l.solutum. §. si in sortem. quam aliter interpretatur Robertus lib.1. Receptar.lectionum, ca. 17. aliter Cuiac.lib.5. Obseru.cap.18.& lib. 15.cap. 22.
¶ Vtrùm autem pignus obligatum in sortem, censea- 4
tur etiam obligatum in vsuras, docui in commentario d.l.4.supr.de vsur.

Tit. XXVII. De distractione pignorum.

SÆpe contingit, vt pignus soluatur rei pi- 1
gneratæ distractione, vel quia debitor eam consensu creditoris vendit, vt docui sup.de remiss.pign. vel quia creditor vendit, vt ex rei pretio consequatur quod sibi debetur, l.obligatis. 15.& supr.de remiss.pign.l.si hypothecas.8. Quare huius tit. duo sunt capita: primum de venditione facta à debitore, alterum de facta à creditore.

¶ In priori capite proponuntur duo casus: aut enim a debitor pignus vendit creditori, aut extraneo.

¶ Priori casu rata est venditio, nisi per dolum vel 3
metum facta sit, l.& qui.10. vers.sanè. Adde, nec venditor sit læsus vltra dimidiã iusti pretij, sup.de rescind.

vendit.

4 vendit.l.2.& l.si voluntate. 8. in fin. ¶ Posteriori casu
valet quidem venditio, sed salua causa pignoris, si sine
consensu creditoris facta sit, l.si debitor. 12. ceteroquin
creditor venditioni consentiens, ius pignoris remitte-
re censetur, vt exposui supr. de remiss. pign.
5 ¶ Quid ergo, si in contrahendo pignore conuene-
rit, ne debitori pignus vendere liceret: hæc conuentio
valet, adeo vt venditio à debitore facta non teneat, D.
h.t.l.7.§.vlt. vide Centur.2.quæst.10.
6 ¶ Quod autem dicitur in l.si is qui rem.66.in prin.
D.de furt. debitorem, qui rem pigneratam vendit, fur-
tum committere, tum demum obtinet, cùm duæ con-
ditiones adsunt: quarum altera est, vt inuito creditore
vendat: altera, vt vel sit hypotheca specialiter obligata,
vel pignus, cuius furtum debitor dicitur facere credi-
tori, quamuis rem suam surripiat, ratione possessionis
ad creditorem pertinentis, Inst. de oblig. quæ ex delict.
7 §. aliquando. ¶ In secundo capite de pignore distra-
hendo à creditore, id est, de re pignerata à creditore
8 vendenda, dissoluuntur tres quæstiones. ¶ Primò quæ-
ritur, an creditori liceat pignus vendere. Prima facie
non videtur posse vendere: quia venditione id agitur,
vt rei dominium per traditionem transferatur in em-
ptorem, D.de contrahen. empt.l. pe.§. vlt. quod credi-
tor, qui dominus non est, supr. de pign. act.l. pignus. 9.
facere non potest, D.de diu. reg. iur. l. nemo plus iuris.
54. Contrarium verius est: quia nihil refert, vtrum do-
minus, an alius eius cōsensu rem tradat emptori: æquè
enim vtroque casu dominium in emptorem transfer-
tur, D.de acq. rer. do.l. qua ratione. 9.§. nihil autem. &
Inst. de rer. diuis. §. nihil autem. domini autem consen-
su distractio & traditio pignoris à creditore fieri intel-
ligitur; quia cùm debitor pignus dedit, expressè pactus
est, vel tacitè pactus censetur, vt, nisi creditori satisfa-
ceret, ei pignus vendere liceret, Inst. quib. alien. li. vel
non.§.1. Quid ergo, si in contrarium pactus, sit ne ven-
dere liceret? Hoc pactum sic interpretamur, ne liceat
vendere, dummodò debitor soluat quod debet: ergo
nihilominùs creditor pignus vendere poterit, dum-
modò priùs debitori ter denunciauerit vt soluat, D.de
pignerat. act. l. 4.
9 ¶ Sed quid, si debitor pignus precariò possideat,
quomodò poterit creditor illud emptori tradere, nisi
à debitore repetat? Rem igitur litigiosam vēdere vide-
tur: cui consequens est, vt venditio non valeat, inft. de
litigios.l.2.& l.vlt. Contrarium respondetur, l.a. l. si in
hoc. 14.& infr. tit. prox.l.1.& 2. & infr. de litigios. l. 1.
quia res litigiosa dicitur, de cuius dominio est contro-
uersia, Nou. 112.c.1. in casu autem proposito nulla est
controuersia de dominio.
10 ¶ Sed ita demum creditor pignus vendere potest, si
ei res sit obligata, d.l.2. Quare pignus vendere nō pos-
sunt, I. Creditor chirographarius, qui si vēdat, res emp-
tori à creditore hypothecario poterit auferri, l. rei cre-
ditor. 17. II. Is, cuius pecuniam alius suo nomine cre-
didit, nisi creditori successerit, l. pen. III. Qui à mulie-
re pro alio intercedente pignus accepit, l. mulier. 11.
quia S.C. Velleiano pignus infirmatur, D.ad S. C. Vel-
leian. l. quamuis. 8 in princ. l. si mulier. 32.§.1. Secus est,
si alius, putà maritus, rem quasi suam, dissimulāte mu-
liere, creditori ignoranti pignerauit: quia pignus hoc
casu tenet, ac vendi à creditore potest, d. l. mulier. pro-
pterea quòd senatus mulieribus deceptis, non deci-
pientibus succurrit, D.ad S.C. Vellei.l. 2.§. sed ita. IV.
Creditor, qui tantum ex fructibus pignoris percepit,
quātum sibi debebatur, l.1. Idem est, si alio quouis mo-
do pignus liberatū sit, veluti si debitor soluerit (dum-
modò totum, non partem soluerit, l.6.& l. vnus. 16.) aut
quicquid debebat, creditori ante venditionem pigno-
ris obtulerit; eóque nolente accipere, consignauerit ac
deposuerit, l.5.& l. si priusquam. 8. & infr. tit. prox. l. 2.
vel aliter creditori satisfecerit, l. si in hoc. 14. ¶ Secun- 11
dò quæritur, quæ obseruare creditor debeat in pigno-
re vendendo. Debet autem, I. Obseruare pacta conuen-
ta, si in contrahendo pignore pacta interuenerint, l.7.
& infr. de iur. dom. impetr. l. vlt.§.1. II. Testatò denun-
ciare debitori, vt soluat, alioquin se pignus distractu-
rum, l.4. & infr. de iur. dom. impetran. d.l. vlt.§.1. Semel
autem denunciare debet, nisi pactus fuerat de pignore
non vendendo: vi namq; huius pacti fit, vt ter denun-
ciare cogatur, D. de pign. act. l. 4. III. Pignus venale
publicè proscribere, secūdum ius antiquum, quod de-
suetudine ante Iustiniani tempora, & Iustinianea con-
stitutione sublatum est, d.l. vlt. in pr. Huius proscriptio-
nis mentio fit etiam in l.4. supr. de distract. pignor. IV.
Solemniter sub hasta vendere, ita vt plus offerenti ad-
dicatur, l.4.& l. quæ specialiter. 9. vnde vocatur distra-
ctio pignorum tam in hac rub. quàm multis aliis locis:
quia distractionis vocabulum maximè conuenit au-
ctioni, id est, venditioni quæ sub hasta fit, propterea
quòd si multæ res siue specialiter obligatæ, siue gene-
rali hypotheca comprehensæ vendantur, quodammo-
dò lacerantur, & distrahuntur in diuersas personas, vt
loquitur Cic. pro Quintio. V. Bona fide vendere, d. l.
4. d.l.7. d.l. quæ specialiter. VI. Non sibimetipsi per se
vel per alium emere, sed alij vendere: alioquin res ea à
debitore auferri poterit, l.& qui. 10. Alia ratio est pi-
gnoris, quod in causa iudicati capitur, & per officium
distrahitur: hoc enim creditori plus offerenti addici
nihil vetat, supr. si in cau. iudica. pign. capt. sit, l.2.§.1.
¶ Tertiò quæritur, qui sint effectus venditionis rectè 12
à creditore factæ. Hi effectus partim spectantur in per-
sona emptoris, partim inter debitorem & creditorem.
¶ Quod ad emptorem attinet, de proprietate vinci 13
non potest, l. qui à creditore. 18. nec solùm habet re-
tentionem, sed etiam rei vindicationem, dummodò res
à venditore ei tradita fuerit, l. qui prædium. 13. & l.
obligatis. 15. quia creditor licèt pignoris dominus nō
sit, tamen eius dominium in emptorem transfert, pro-
pterea quòd voluntate debitoris id facere videtur,
tanquam debitor id in pignore contrahendo conces-
serit, Inst. quib. alien. lic. vel non. §. 1. nihil enim refert,
vtrum dominus, an alius eius voluntate rem tradat, D.
de acq. rer. do.l. qua ratione. 9.§. nihil autem. & Inst. de
rerum diuis. §. nihil autem.
¶ Quod verò ad creditorem & debitorem spectat, 14
sic distinguitur: Aut creditor rem tanti vēdidit, quan-
tum sibi debebatur, aut minoris, aut pluris. Primo casu
neque creditor, cui satisfactum est, agere potest contra
debitorem: neque debitor cōtra creditorem nihil præ-
ter debitum consecutum. Secundo casu creditor resi-
duum petere potest, l.3.& d. l. quæ specialiter. & infr.
de iur. do. impe. l. vlt.§. pen. Tertio casu creditor actio-
ne pigneratitia cogitur superfluum debitori restitue-
re, non rem, quam fortasse ea pecunia sibi comparauit,
l. vlt.& inf. de iu. dom. impetr. d. l. vlt.§. sin verò credi-
tor. Et siue hanc pecuniam fœnori dederit, siue ea vsus
sit, siue in ea restituenda moram fecerit, etiam vsuras
præstare cogetur, D.de pigner. act. l.6.§. vlt.& l.7. Si ta-
men nondum ab emptore exegit, vrgeri à debitore ad
superflui restitutionem non potest: sed expectandum
est, donec exigat, nisi debitor malit actiones ad id exi-
gendum sibi cedi à creditore aduersus emptorem, D.
eod. l. eleganter. 24.§. pen. Quid ergo dicendum, si de-
bitor creditori obiiciat, quasi dolo vel gratia rem vi-
liori pretio vendiderit? Iuriiurādo creditoris res com-
mittitur, vt si iuret se bona fide vendidisse quanti plu-
rimi vendere potuit, eius iuratæ assertioni fides ha-
beatur, infr. de iur. dom. impetr. d. l. vlt.§. pen.

Tit. XXVIII.

Tit. XXVIII. Debitorem venditionem pignoris impedire non posse.

I. 2. j. | *II. 2. ij. iij. 3.*



1 DE distractione pignorum datur hoc tit.
regula, debitorem non posse impedire,
quo minùs creditor pignus distrahat.
Huic regulæ adduntur tres productio-
nes, & vna exceptio. ¶ Productiones hæ
2 sunt. I. Etiamsi debitor in testamento vetuerit pignus
vendi, adiecta pœna, vt, si vẽdatur, fisci fiat, l. 1. II. Etiã-
si denunciauerit creditori, ne venderet. III. Etiamsi
denunciauerit emptori, ne emeret, l. 2. Non enim pro-
pterea creditor vendit rem litigiosam, sup. tit. prox. l. 2.
& infr. de litig. l. 1. quia denunciatio impediendæ ven-
ditionis causâ facta non reddit rem litigiosam, D. eod.
l. 1. in princ. Sed tum demum res litigiosa dicitur, cùm
de eius dominio controuersia mota est, No. 112. c. 1.
3 ¶ Exceptio est, nisi debitor creditori totum debitum
obtulerit, &, si is accipere noluerit, obsignatum depo-
suerit, l. 2. Hæc oblatio, consignatio & depositio pecu-
niæ debitæ ante venditionem pignoris fieri debet,
postea non admittitur, supr. si antiq. cred. pign. ven-
did. l. 2.

Tit. XXIX. Si vendito pignore agatur.

I. 4. | *IV. 7.*
II. 2. 3. 4. | *V. 5.*
III. 6.



1 HIc titulus pertinet ad effectum venditionis
pignoris à creditore factæ, vt sciamus, an
debitori aduersus emptorem, vel aduersus
creditorem hoc nomine aliqua actio com-
petat. Distinguũtur autem quatuor casus: quia vel cre-
ditor iure vendere non potuit, putà quia ante diem,
aut contra pacta vendidit, vel iure vendere potuit: &
hoc casu subdistinguitur: quia vel bona fide vendidit,
vel mala fide, seruatis tamẽ solemnitatibus iure in di-
strahendo pignore requisitis; vel mala fide & iis so-
2 lemnitatibus neglectis. ¶ Primo casu, quo creditor
non iure vendidit, duæ quæstiones in l. 2. deciduntur.
3 ¶ Primò quæritur, an debitor, vel eius heres possit rem
petere ab emptore qui eã à creditore ex causa emptio-
nis accepit. Respondetur, posse, d. l. 2. id est, posse rem
vindicare: quia rem pignerando, eius dominium reti-
nuit, sup. de pigner. act. l. pignus. 9. nec illud venditione
à creditore perperam facta amisit. Excipitur, I. Nisi de-
bitor nolit emptori restituere, quod emptor creditori
soluit, quatenus id valuit ad pignus liberandum, D. de
rei vindic. l. emptor. 65. in pr. Non dico cum Accurs. de-
bitorem emptori pretium, quo à creditore emit, offer-
re debere: quid enim si plus sit in pretio, quàm in de-
bito? Certè non restituit quasi rei pretium, sed tãquàm
in rem suam versum per debiti & pignoris liberatio-
nem. Rursus non dico cũ Cuiacio non esse in rem de-
bitoris versum, ac debere emptorem recipere pretium
à creditore à quo emit, per l. super empti. 16. infr. de
euict. quæ non loquitur de venditione facta à credito-
re, sed ab extraneo non habente ius in re, vt & l. 3. sup.
de rei vindic. & l. 7. infr. ad S. C. Velleian. Denique, qui-
cumque rem vendiderit, non est in hac quæstione spe-
ctandum quo pretio res empta sit, sed quãtum emptor
creditori intra debitam à rei domino quantitatem sol-
uit. II. Nisi possessor rem vsuceperit: tunc enim actio
debitori tantum contra creditorem superest, d. l. 1. de
qua actione dicam in sequenti quæstione. Certi nam-
que iuris est, veterem dominũ vsucapione dominium
& rei vindicationem perdere. Supponendi sunt igitur
in d. l. 2. termini habiles: & cùm agatur de seruis pigne-
ratis, non solùm oportet emptorem bona fide emisse,
sed etiam creditorem bona fide vendidisse: alioquin
serui, tanquam furtiui, non potuissent vsucapi, Inst. de
vsuc. §. furtiuæ. ¶ Secũdò quæritur, an debitori aduer- 4
sus creditorem actio detur. Respondetur dari ad con-
sequendum pretium, etiamsi actio contra possessorem
propter vsucapionem sublata sit. Intellige, offerẽti de-
bitum dari actionem pigneratitiam in id quod inter-
est, quo verum rei pretium continetur. Hæc dicta sint
de primo casu. ¶ Secundus casus est, cùm creditor re- 5
ctè & bona fide pignus vendidit, quod iure vendere
poterat. Hoc casu debitor nullam habet actionem, ne-
que contra creditorem, neque contra emptorẽ, ac fru-
stra illi debitum, aut huic pretium offert, supr. si antiq.
cred. pign. vend. l. 2. Excipitur, nisi pignus pluris distra-
ctum fuit, quàm creditori deberetur: tunc enim debi-
tor, non ab emptore, vel herede eius; sed à creditore,
vel ab eo qui creditori successit, superfluum petere po-
test actione pigneratitia, l. vlt. ¶ Tertius casus est, cùm 6
creditor, qui iure pignus vendere potuit, solemniter
illud, sed mala fide distraxit, putà curauit, vt vili pretio
in gratiã emptoris, & fraudem debitoris addiceretur.
Hoc casu debitori aduersus creditorem datur actio pi-
gneratitia in id quod interest: aduersus emptorem au-
tem nulla actio competit, nisi tria cõcurrant. I. Emptor
mala fide emerit. II. Creditor non sit soluẽdo. III. De-
bitor emptori offerat pretium cum vsuris, vt recipiat
rem cum fructibus, d. l. 1. & 3. ¶ Vltimus casus est, cùm 7
creditor mala fide pignus distraxit, non seruatis solem-
nitatibus, quæ iure in distrahẽdo pignore requirũtur.
Hoc casu, si emptor sit fraudis particeps, electio da-
tur debitori, vtrùm malit agere contra creditorẽ actio-
ne pigneratitia in id quod sua interest, an rescissa ven-
ditione rem ab emptore cõsequi, l. pe. vbi non iubetur
offerre pretium, sed pũto, hoc supplendum esse ex l. 1.
& tam in hoc casu, quàm in præcedẽti existimo actio-
nem, quæ datur debitori aduersus emptorem, esse vti-
lem rei vindicationem, quæ appellatur rescissoria: quia
d. l. 1. vtitur verbo restituendi, & d. l. pen. verbo reuo-
candi: ergo actio rescissoria non solùm datur duobus
illis casibus, quos exposũi in §. rursus. & §. seq. Instit. de
act. sed quotiescumque rei vindicatio per actum ali-
quem amissa, actu illo per prætorem rescisso, restitui-
tur, vt in casibus modò expositis.

Tit. XXX. De luitione pignoris.

I. 1. j. | *III. 1. 3. ij.*
II. 2. |



LVitur, proinde liberatur pignus. I. Solutio 1
ne totius debiti, l. vlt. & D. quib. mod. pign.
solu. l. 6. in prĩnc. Solutione autem partis, li-
cèt obligatio principalis pro parte tolla-
tur, nihilominùs tamen totum pignus obligatum ma-
net. Quare vnus ex multis heredibus debitoris pro he-
reditaria sua portione debitum soluens, etsi à principa-
li obligatione liberatur, tamen pignoris partem he-
reditariam ad se spectantem non recipit: pignoris
enim causa est indiuidua: & quamuis pignus non sit
ampliùs obligatum pro parte heredis qui soluit, nihi-
lominùs totum obligatum manet pro partibus cohe-
redum qui nondum soluerunt, l. 1. & D. de euiction. l.
rem hereditariam. 65. Nihil autem refert, vtrùm
illud ipsum solutum sit, quod debetur, an aliud
volenti creditori, d. l. vltim. nam inuito aliud pro
alio solui non potest, D. de reb. cred. l. 2. §. 1. II.
Oblatione debiti, d. l. 6. §. 1. videlicèt si debitor,

nolente creditore oblatam pecuniam accipere, eam obsignatam deposuerit, d. l. vltim. III. Quauis satisfactiooe creditori præstita, d.l.6. in princ. non tan-
2 tùm oblata, d. l. 6. §. 1. ¶ Si verò principalis obligatio ipso iure consistat, sed exceptione elidatur, nihilominùs pignus durat, l. 2. & D. ad S. C. Trebell. l. debitor. 59. in princ. & de except. rei iud. l. pen. in fi.

Tit. XXXI. Si vnus ex pluribus heredibus creditoris vel debitoris partem suam debiti soluerit, vel acceperit.



1 Vod in tit. præcedente dictum est, pignoris causam esse indiuiduam, nec diuidi ex personis heredum, hoc titulo confirmatur: quia etsi obligatio principalis, tam actiua, quàm passiua, inter heredes ipso iure diuiditur pro hereditariis portionibus ex lege xij. tabularum, l. 1. & sup. fam. ercisc. l. 6. & de hereditariis actionibus l. 2. tamen pignoris obligatio non diuiditur. Quare si multi sint heredes creditoris, pignus in solidum singulis tenetur: & vno pro sua parte debitum exigente, pignus in solidum pro residuo, quod ceteris heredibus debetur, obligatum manet, l. 1. & supr. tit. prox. l. 1. Item si multi sint heredes debitoris: quicumque pignus possidet, actione hypothecaria in solidum conuenitur: & vel totum debitum soluere, vel totum pignus restituere compellitur, l. 2.

Tit. XXXII. Si pignoris conuentionem numeratio pecuniæ secuta non fuerit.



1 Vod dictum fuit, non lui pignus, nisi debitum solutum, vel aliter creditori satisfactum sit: tunc obtinet, cùm obligatio principalis consistit: nam si quis spe pecuniæ mutuò accipiendæ, caotionem (id est, chirographum) & pignus dederit: qoia per exceptionem non numeratæ pecuniæ principalis obligatio infirmatur, eadem exceptio facit, vt pignus efficaciter obligatum non sit, l. 2. Quare si creditor rem sibi pignori datam possideat, & eam debitor petat actione pigneratitia, D. de pigner. act. l. solutum. 11. §. 1. vel tanquam dominus, supr. eod. l. pignus. 9. vindicet; creditor autem exeipiat de pignore dato & pecunia non soluta secundum l. nec creditores. 10. supr. eod. debitor replicabit de non numerata pecunia, atque ita intentionem (id est, exceptionem) creditoris elidet. Si verò debitor possideat, & creditor contra eum actionẽ hypothecariam moueat; eâdem exceptione non numeratæ pecuniæ summouebitur, l. 1. & sup. de non numera. pecu. l. 1.

Tit. XXXIII. De iure dominij impetrando.

I. 2. 6. *v.*	§. *sin autem tempore.* 6. *v.*
II. 3. 8.	§. *& postquàm.* 7. *j.*
III. p. 6. *iij.* 7. *j.*	§. *sed si quidem minus.* 7. *ij.*
§. *j.* 5. 6. *j. ij.*	§. *pen.* 7. *ij.*
§. *sin verò nemo.* 6. *iv.*	§. *vlt.* 7. *ij.*



1 Ltimus dissoluendi pignoris modus est, si creditor dominium eius impetrauerit, D. de pigner. act. l. eleganter. 24. in princ. qua de re sub hoc titulo dissoluuntur quinque
2 quæstiones. ¶ Primò quæritur, quid, seu cuius rei dominium addicatur creditori. Hic distinguitur inter specialem & generalem hypothecam. Quod enim specialiter obligatum est, creditori addici potest: si verò omnia debitoris bona sint hypothecæ subiecta: non possunt omnia creditori addici, sed tantùm pro modo debiti sit alicuius rei, vel aliquarum rerum addictio, l. 1. & supr. de bon. auct. iud. possid. l. 6. & ne pro dote mul. bona quon. mat. addic. l. vn. ¶ Secundò quæritur, 3
quis dominium creditori addicat. Respondetur, solum principem addicere, l. 2. & l. vlt. §. sin autem tempore. ¶ Tertiò quæritur, quæ sint in iure dominij impetran- 4
do à creditore obseruanda: vbi sic distinguitur: Aut aliqua, aut nulla pacta in pignore contrahendo interuenerunt. ¶ Priori casu pacta sunt seruanda, l. vlt. §. 1. Si 5
tamen cõuenerat, ne creditor pignus vẽderet: nihilominùs creditor post ternam denunciationem debitori factam, eo non soluente poterit pignus vendere, D. de pigner. act. l. 4. consequenter, si emptor non reperiatur, dominium pignoris impetrare, secundum ea quæ mox docebo. ¶ Posteriori casu creditor hæc debet 6
obseruare. I. Testatò denũciet debitori, vt soluat, cum vendendi pignoris comminatione, nisi debitum soluatur, aut debitorem per iudicem condemnet, d. l. vlt. §. 1. & sup. si in cau. iudica. l. vlt. Sufficit autem regulariter vna denunciatio: sed interdum tres requiruntur, vt nuperrimè docui. II. Biennium à die sententiæ vel denunciationis computandum expectet, antequàm pignus distrahat, l. vlt. §. 1. III. Post biennium elapsum, iure antiquo inspecto pignus publicè proscribat: sed hæc proscriptio in desuetudinem abiit, d. l. vlt. in pr. & supr. de distract. pignor. l. 4. IV. Si nullus emptor inueniatur, & debitor sit præsens, ei denunciet iterum, vt soluat, alioquin se dominium impetraturum. Si verò debitor sit absens, adeat iudicem, vt tempus statuat, intra quod debitor possit debitum soluere, & pignus recuperare. Et si intra hoc tempus debitor non compareat, iudex aliud tempus definiat, intra quod liceat debitori se manifestare, ac pignus luere, d. l. vlt. §. sin verò nemo. Hoc tempore elapso, si debitor vel non compareat, vel totum debitum non offerat, licebit creditori ius dominij impetrare. V. Libellum supplicem offerat principi, vt ab eo dominium pignoris impetret, d. l. vlt. §. sin autem tempore. quem libellum rectè concipere debet, ita vt in eo tria exprimat: nimirum nomina debitorum, & eorum cessationem in solutione facienda, & solemnitatum modò à nobis expositarum obseruationem à se adhibitam, l. 1. ¶ Quartò quæritur, qui sint 7
effectus dominij à creditore impetrati. I. Debitor intra tempus constitutum potest, debitum soluendo, pignus recuperare, D. de acquir. rer. dom. l. si is qui. 63. §. vlt. id est, olim intra annum, l. vlt. in pr. hodie ex Iustiniani constitutione intra biennium, d. l. vlt. §. & postquàm. II. Si pignus minoris valeat, quàm creditori debeatur, residuum creditor actione personali petere potest. Si tantidem, pignus iure dominij retinet, omnĩ obligatione hinc inde sublata. Si pluris, tunc in eo, quod debitum excedit, integra debitori, & aliis creditoribus, si fortè aliis quoque creditoribus res pignerata sit, iura seruantur; adeo vt res communis pro ratis portionibus fiat debitori, & creditori qui ius dominij impetrauit. Sed ne aliqua controuersia ex communione inter eos oriatur (quia rerum communio discordias & contentiones producere solet, D. de lega. ij. l. cùm pater. 77. §. dulcissimis.) creditori permittitur, vt debitori, vel aliis eiusdem debitoris creditoribus id offerat, quo res pluris æstimatur, qoàm sibi debetur, ita vt de eo soluendo caoens competenter, (id est, pro qualitate personæ repromittens, vel iurans, vel satisdans, Inst. de satisdat. §. sed hodie.) totam rem iure dominij in solidum obtineat, d. l. vlt. §. sed si quidem. Quòd si dubitetur quanti res valeat, iudicis arbitrio æstimabitur, d. l. vltim. §. vltim. III. Creditor potest rem iure dominij

possessam

possessam vendere. Etsi quidem pluris vendat, quàm tibi debebatur, superfluum reddit debitori, d.l. vltim. §.pe.quod exposui supr.de distract.pign.in fi. ¶ Quintò quæritur, quomodò creditor à beneficio impetrati dominij cadat, ita vt rei dominium debitori, & pristina obligatio creditori restituatur. Hoc autem contingit, si post dominium impetratum sequentis anni vsuras à debitore accipiat, l.1.

Tit. XXXIV. De pactis pignorum, & lege commissoria in pignoribus rescindenda.

I. 2.	III. 4.
II. 3.	

1 Postremo loco, vt imponatur finis tractatui de pignoribus, agitur de pactis, quæ pignoribus accidunt. Quæ cùm multa & varia ac propemodùm infinita sint, tria sub hoc titulo declarantur. ¶ Primum est pactum, quo côuenit, 2 debitorem, nisi intra certum tempus debitá pecuniam soluerit, cessurum hypothecas creditori. Quæritur, quæ sit vis huius pacti. Prima facie videri potest habere vim venditionis, vt intelligatur debitor quantitate, quam creditori debet, pignus ei vendere sub conditione, si ei intra tempus, de quo conuenit, non soluerit. Hæc interpretatio non accipitur: quia neque conuênit, vt debita quantitas esset hypothecarum pretium, neque vllum aliud pretium statutum est: non potest autem esse emptio & venditio sine pretio, Inst. de empt.& vend. in pr.vers.vlt. Quòd si conuenisset, vt ea quâtitate, quæ sibi debetur, hypothecá creditor emptam haberet, esset lex commissoria in pignoribus reprobata, de qua paulò pòst dicetur. Ergo dictum pactum nullam aliam vim habet, quàm vt creditor, si ei statuto tempore non soluatur, possit pignus vendere: quod etiam sine pacto haberet iure communi. Quare hypothecam iure communi vendere debet, l. 1. id est, iis omnibus obseruatis, quæ à creditore in pignore distrahêdo obseruanda esse docuimus, supr. de distract. pign.cap.a. 3 quæst.2. ¶ Secundum est pactum de pignore, quod ob periculum euictionis datum est, si euictio secuta non sit, restituendo. Species ita poni debet. Vendidisti Mæuio fundum: deinde, cùm Sempronius eum fundum à Mæuio vindicaret, tu, qui de euictione Mæuio tenebaris, ei alterum fundum (quem facilioris doctrinæ gratiá vocemus vineam) pignori dedisti hoc pacto, vt si fundus non euinceretur, ipse vineam obtineres: postea sententia contra Sempronium lata, securitas Mæuio parta est. Quæritur, an Mæuius cogatur tibi vineá restituere. Dubitandi causa, quam Hotomanus sibi obscuram esse fatetur, hæc est, quia non videtur conditio pacti esse impleta: quamuis enim Sempronius nô possit ampliùs pignus euincere, tamen alius fortasse euincere poterit: oh quod periculum videtur pignus obligatum manere. Contrarium respondetur io l. 2. quia ob periculum euictionis, quæ à Sempronio imminebat, pignus contractum est; hoc igitur periculo sublato, conditio pacti de restituendo pignore extitit. Quæro, qua actione possis à Mæuio vineá recuperare. Accursi. dat actionem præscriptis verbis, vel pigneratitiam. Hotomanus addit actionem ex vendito, Quæ sententia vera esset, si pactum vêditioni inesset, id est, incontinenti factum esset: cùm autem sit de adminiculo contractus, id est, de pignore: factum ex interuallo, non potest ad agendum valere, D.de contrah. empt.l.pacta conuenta. 72. in pr. in specie verò proposita pignus ex interuallo datum esse, consequetor pactum pignori adiectum, non inesse in venditione, facilè probari potest. Lex enim ait, *quem vendideras*, iudicans venditionem pignus præcessisse: deinde ait, *ab alio mota proprietatis quæstione*: ergo non solùm venditio, sed etiam euictionis iudicium, quod venditionem secutum est, pignerationem vineæ præcessit: etenim dicere non possumus, iudicio euictionis pendête fundum fuisse venditum, quia esset venditio rei litigiosæ, proinde non valeret, infr. de litigio.l.a & l.vlt.Nou.112.cap.1.Quid ergo est, quod in d.l.2.h.t.dicitur *emptionis instrumentis*? Hotomanus videtur ita hæc verba accipere, quasi pactum pignoris insertum sit in instrumêto venditionis, ideóque factum sit incontinenti: quæ expositio suprà dictis repugnat. Ac vt omittam debuisse potiùs vocari instrumenta venditionis, quàm emptionis, cùm Imperator loquatur de pignore dato à venditore: vt, inquã, hoc omittam, certè Imperator non dicit pactum esse insertum in instrumentis: nec vllum verbum addit, quo id colligi possit. Aliam igitur puto esse horũ verborum sententiam, nempe tradidisse vineam Mæuio traditis instrumêtis emptionis, (intellige emptionem, qua tu vineam comparasti, non qua Mæuius à te fundum emit) nam qui instrumentum emptionis pignori dat, rem ipsam pignori dare censetur, supr. quæ res pignori oblig. poss.l. 2. ¶ Tertium pactum est lex com- 4 missoria, id est, pactum, vt, nisi debitor intra certum tempus creditori satisfecerit, pignus creditori committatur, id est, acquiratur: quod pactum, cùm hac ratione res vilissimo pretio creditores debitoribus auferrent, à Constantino reprobatur, l. vlt. Aliud est pactum, vt debitore non soluente, pignus creditori emptum sit iusto pretio tunc æstimandum: quod pactum iure probatur, D.de pignorib.l.si fundus. 16.§.vlt. Item alia est lex commissoria venditioni adiecta, vt, nisi emptor intra certam diem pretium soluerit, res sit inempta: quam pactionem ius admittit, D.de lege commiss. l.1.& passim.

Tit. XXXV. De exceptionibus, seu præscriptionibus.

I. 19.	VIII. 8. 16.ij.
II. 18.	IX. 6. 9.
III. 22.	X. 7. 16.j.
IV. 8.	XI. 15.v.
V. 20.	XII. 8. 16.ij.
VI. 22.	XIII. 21.
VII. 22.	

Ostquàm de interdictis, & de actione hy- 1 pothecaria dictum est, superest, vt de exceptionibus pertractetur: hoc enim est tertium & vltimum remedium ad possessionem pertinens. ¶ Exceptionis & præ- 2 scriptionis vocabula hîc accipio ἐκ παραλλήλου, quamuis interdum præscriptio sumatur angustius pro exceptionis specie sumpta à tempore, vel à foro. ¶ Ver- 3 bum autem *exceptio* bifariam capitur. I. Generaliter, vt complectatur etiam replicationem, duplicationem, & ceteras vlteriores allegationes, quæ ab vtraque litigantium parte proponuntur, D.eod.l.2.§.1.& Instit.de replic. §. quarum. II. Specialiter, vt distinguatur à replicatione, duplicatione, & vlterioribus allegationibus, d.l.2.in pr.& §.illud. & Inst. de replic. in pr. Hæc significatio sæpe in legibus interpretandis accipienda est. In hac speciali significatione accipitur, cùm definitur exclusio quædá, quæ opponi actioni solet ad excludendum id, quod in intêtionem vel condemnationem deductũ est, d.l. 2. in pr. ¶ Hic titulus diuiditur in tria 4 capita: in quorũ primo agitur generaliter de exceptionibus, in secûdo dantur generales quædam diuisiones, in tertio

in tertio enarrantur quædam exceptionis species.
5 ¶ In primo capite de exceptionibus in genere quin-
6 que quæstiones dissoluuntur. ¶ Prima quæstio est, an
necesse sit exceptionem proponere. Respondetur per
distinctionẽ:aut enim reus negat actoris intentionem,
quam confidit eum non posse probare, quia fortè ipso
iure non consistit:aut eam fatetur, & omnem suæ de-
fensionis spem in exceptione collocat:aut de ea du-
bitat.Primo casu non est opus vlla exceptione.Secun-
do casu exceptio est necessaria, & in ea vertitur tota
quæstio. Tertio casu vtile est exceptionem propone-
7 re,l.si quidem.9. ¶ Secunda quæstio est,quis excipiat.
Respondetur,reum excipere, actorem replicare,l. non
exceptionibus.10.& D.eod.l.2.§.illud.&Inst.de replic.
in pr.ac deinceps reum duplicare, actorem triplicare,
reum quadruplicare, atque ita rem procedere, donec
partium disceptationi finis imponatur,d.l. 2.§. pen. &
8 Inst.de replicat. §. rursus. & §§.seqq. ¶ Tertia quæstio
est,quando exceptio sit proponenda.Respondetur,ex-
ceptionem peremptoriam quandocumque proponi
posse, dummodò ante sententiam definitiuam propo-
natur,l.4.l.præscriptionem. 8.dilatoriam verò tantùm
in litis exordio proponi posse:nam si aduocatus exce-
ptionem dilatoriam initiò prætermissam, postea vo-
luerit exercere, non tantum eius fructu carebit, sed
9 etiam auri libra multabitur, l. pen. ¶ Quarta quæstio
est,quando exceptio sit probanda. Respondetur, pro-
bandam esse, postquàm actor intentionem suam pro-
bauerit,d.l.si quidem.quod quidem commune est tam
exceptioni peremptoriæ,infr.de præscript. lon. temp.
l.emptor.9.quàm dilatoriæ,infr.de probat.l. exceptio-
10 nem.20. ¶ Quinta quæstio est,an exceptio, quæ debi-
tori principali competit, intercessoribus quoque pro-
sit.Pro huius quæstionis decisione tradam regulam, &
regulæ interpretationem, rationem, productionem,
11 exempla, & exceptiones. ¶ Regulariter exceptiones,
quæ reo tribuuntur,etiam intercessoribus prosunt, D.
h.t.l.omnes.9.& Instit.de replic. §. vlt. Intellige exce-
ptiones ex persona debitoris competentes, produci ad
intercessorem: nam dicta regula non debet accipi de
exceptionibus intercessori ex sua persona competenti-
bus,(putà si fideiussor pactus sit ne à se petatur,vel bo-
nis cessit) sed de exceptionibus sumptis ex persona rei
principalis,pro quo intercessit,D.de fideiuss. l. ex per-
12 sona. 32. ¶ Ratio huius regulæ duplex est. I. Propter
debitorem principalem: qui cogetur intercessori,quic-
quid pro se soluerit, restituere: vnde dictum est,eum,
qui ab intercessore petit, vi ac potestate videri à reo
petere,D.de recep.qui arbitr. l.aduersus. 29. & parum
interesse,vtrùm reus statim & per se, an per interposi-
tam personam soluere cogatur, D. quar. rer. act. non
da.l. 1.§. exceptionem. I I. Propter intercessorem, ne
damno afficiatur, si fortè reus, à quo repetiturus est,
13 non sit soluendo, D.de donat. l. fideiussori.24. ¶ Pro-
ductiones dictæ regulæ sunt duæ. I. Habet locum in
quocumque intercessore, vt fideiussore, expromis-
sore, & quouis alio, D. quar. rer. act. non da. d.l.1.
§.exceptionem.& de fideiuss. d.l.ex persona. I I. Obti-
net etiam reo inuito, id est, quamuis reus nolit exce-
ptionem sibi competentem transferre ad intercesso-
rem:quia ipso iure ad eum producitur etiam reo inui-
to,D.de donat.d.l.fideiussori.& hoc t.d.l.omnes. & de
14 fideiuss.d.l.ex persona. ¶Exempli gratiâ,sequentes ex-
ceptiones reo tribuuntur, & ad intercessorem produ-
cuntur. I.Rei iudicatæ. I I. Doli mali. I I I. Iurisiuran-
di. I V. Metus. V. Pacti in rem facti. V I. S. C. Vel-
leiani. V I I.S.C Macedoniani. V I I I. Quod libertatis
onerandæ causâ. I X.Quòd minor dolo malo circum-
scriptus sit,D.h.t.l.7.§.1.& quar.rer.act. non da. l. 1.§.
exceptionem. X. Donationis vltra modum lege per-
missum factæ,D.de donat.l.fideiussori.24. ¶ Excipiun- 15
tur à dicta regula sequentes casus.I. Si liberatio perso-
naliter legata sit debitori, ita vt testator nolit eam ex-
tendere ad intercessorem,D.de liber.lega.l. 5.in princ.
I I. Si pactum de non petendo, non in rem,sed in per-
sonam factum sit,d.l.5.& D.de pact.l.idem.25.§.1. III.
Si reus vtatur beneficio,ne condemnetur vltra quàm
facere potest,D.h.t.d.l.7.in princ.& de re iudica. l.etsi
fideiussor.24.& Inst.de replicat.§. vlt. I V. Si interces-
sor non habeat regressum contra eum, pro quo inter-
cessit,veluti si donandi animo fideiussit,D.de liber.le-
ga.d.l.5.in princ. V. Si reus capite minutus sit, infr.de
fideiuss.l.1.nam eæ demum exceptiones ad intercesso-
res producuntur, quibus reus principalis integro statu
manente vti potest,l.defensiones.11. Non obstat, l. 4.
in pr.D.si quis cautionib.vbi fideiussor non vtitur ex-
ceptione ex persona rei principalis, vt contingit in to-
to hoc nostro tractatu, sicut supr. exposui, sed ex sua
persona;quia reo ante diem, quo sisti debuit, mortuo,
fideiussor eum sistere non tenetur: quòd si post eum
diem decessisset, fideiussor teneretur, D. qui satisda.
cog.l.4.Hæc de primo capite. ¶In secundo capite dan- 16
tur tres exceptionis diuisiones.I.In exceptionem pro-
priè dictam,& replicationem,l.non exceptionibus. 10.
& D.eod.l.2.§.1.Adde duplicationem, triplicationem,
quadruplicationem, & vlteriores actoris, vel rei alle-
gationes,d.l.2.§.pe.& Inst.de replic.to.tit.Exceptio est
exclusio actionis,d.l. 2. in princ.& §.illud. Replicatio
est exclusio exceptionis,d.l.2.§.1.& 2.& Inst.de replic.
in pr. quæ ad muniendam actionem proponitur, d. l.
non exceptionibus. Duplicatio est replicationis exclu-
sio,adiuuandi rei gratiâ,Inst.de replic. §.rursus. Tripli-
catio est duplicationis exclusio,adiuuandi actoris cau-
sâ,Inst. eod.§. & si rursus. Similiter quadruplicatio est
triplicationis exclusio, quæ reo ab actore obiicitur.
Omnes enim eiusmodi defensiones,exclusiones sunt,
d.l.2.§.illud. I I. In peremptoriam, l. præscriptionem.
8.& dilatoriam, l.pen. Peremptoria, quæ & perpetua
vocatur,litem in totum perimit:vt exceptio doli, vel
metus,vel rei iudicatæ.Dilatoria, quæ & tẽporalis di-
citur,rem ad tempus differt:vt exceptio pacti ne intra
certum tẽpus petatur,D.eod.l.3.& Inst.eod.§. appellã-
tur.& §§.seqq.I I I. In exceptionẽ personæ, vel rei co-
hærentem:hæc intercessoribus quoque prodest:illa ad
intercessores non transit,D.eod.l.7.Plerasque antẽ ex-
ceptiones rei cohærere, & intercessoribus quoq; pro-
desse,suprà docui. ¶ Sequitur tertium caput, quo spe- 17
cialiter agitur de quibusdam exceptionibus: quæ par-
tim sunt peremptoriæ,vt rei iudicatæ, doli,metus:par-
tim dilatoriæ,vt fori præscriptio:partim variæ, vt ex-
ceptio pacti,quæ modò est perpetua,Inst.eod.§.perpe-
tuæ.modò tẽporalis,Inst. eod.§.tẽporales. ¶ Exceptio 18
rei iudicatæ ei tantùm nocet, qui in iudicio fuit,eiúsq;
heredi,supr.quib.res iud.non noc.to.tit. & D. qui po-
tio.in pign.hab.l.Claudius. 16. in fi. & de vsu & vsufr.
lega.l.is qui.31.in fi.Quare si domũ mecum commu-
nem habeas,& partẽ tuam vindicans succubueris,sen-
tentia mihi non nocebit,quò minùs partem meã vin-
dicare possim.l.2. ¶ Doli exceptio latissimè patet:nam 19
& cum omnibus aliis exceptionibus concurrit; quia
dolo facit, quicumq; actionem mouet,quæ exceptio-
ne aliqua elidi potest,D.de doli ma.except.l.2.§. & ge-
neraliter. & aliis exceptionibus cessantibus, in subsi-
dium datur,D.de pact.l.rescriptum. 10. §. vlt.vt in se-
quenti specie. Testator singulos debitores singulis
heredibus attribuit: putà cùm duos haberet debito-
res, Gaium & Mæuium, duos heredes instituit, Ti-
tium & Sempronium: ac nomen Gaij Titio, Mæuij
Sempronio prælegauit,postea testatore mortuo,here-
des scripti adierunt hereditatem: ac Mæuius Sem-

pronio

pronio foluit,quod defuncto debebat:nihilominùs tamen à Titio pro ipfius parte hereditaria conueniri poteft:quia actiones hereditariæ,tam actiuæ, quàm paffiuæ, lege antiqua duodecim tabularum inter heredes ipfo iure diuiduntur pro partibus hereditariis: quod ius pacto heredum, vel difpofitione teftatoris nõ mutatur,fupr.de pact.l.pacto fucceffotum. 26. & fam. ercifc.l.6.& de hered. action. l. 2. & l.vlt.fed quia Titius contra teftatoris voluntatem petit, exceptione doli mali fummouetur,l.1. vbi ponitur, debitorem ei foluiffe,cui teftator folui voluit, non vt hinc fumatur ratio decifionis,(quia etiamfi nondum foluiffet, eandem exceptionem haberet aduerfùs alterum heredem, cui teftator folui noluit, D. de doli ma. except.l.4.§. præterea.) fed vt fpecies magis dubia, & elegantior fit: nam fi non foluiffet,minùs dubitãdum effet, quin poffet à Titio herede conueniri, fed etfi totum iam foluit alteri heredi,nempe Sempronio,cui teftator folui voluit, nihilominùs à Titio rectè conuenitur pro ipfius parte, nec eft aduerfus eum tutus ipfo iure, fed doli mali exceptione fe tueri poteft.

20 ¶ Exceptio metus perpetua eft, licèt interdictum vnde vi fit annale,l.5.& fupr.vnde vi. l. 2. Differentiæ ratio eft:quia in poteftate actoris eft, quando ex interdicti vel alia caufa agat;non eft autem in poteftate rei, quando cõueniatur; proinde non eft in eius poteftate, quando excipiat,fupr.de tempor.in integr.reftit.l.pen. & D.de do.ma. except.l.5.§.vlt.

21 ¶ Fori præfcriptio debet initio litis proponi, l. vlt. id eft,ante litem conteftatam,fupr. de iurifdict. l. 4. vt regulariter omnes dilatoriæ exceptiones, fupr.de probat, l. exceptionem. 19. Illud huius exceptionis proprium eft, vt, cùm aliæ tum demum probentur, cùm actor intentionem fuam probauerit, d.l.exceptionem. hæc ante litem conteftatam non folum proponi, fed etiam probari debeat, vt expofui ad d.l.exceptionem. num.31.

22 ¶ Pacti exceptio elidi poteft replicatione, l. 7. doli mali,l.3.quę replicatio tempore non finitur,fed perpetuò competit,l.6.quemadmodum & doli exceptio, D. de doli mali except.l.5.§.vlt.

Tit. XXXVI. De litigiofis.

I. 4 j.
II. 4. p.ij.6.j.
III. 5.6. v.
IV. in pr.4.p.ij.5.6.j.
§. j. 5. 6. j.iij.
§. vlt. 5.6.j.

1 GEnerali tractatui de exceptionibus fubiici-
2 tur fpecialis de exceptione litigiofi. ¶ Differentia eft inter hunc titulum, & tit. de alienatione iudicij mutandi caufa:quòd ibi agitur de re alienata ob litem futuram; hic de re liti-
3 giofa,id eft,de qua lis pendet. ¶ Tres quæftiones hoc
4 titulo deciduntur. ¶ Primo quæritur, quæ fit res litigiofa.Quoniam litigiofa dicitur à lite,omnis autem lis eft inter actorem & reum; idcirco litigiofa res dicitur vel ex parte actoris, vel ex parte rei. Ex parte actoris dicitur litigiofa actio,quæ in iudicium deducta eft.Ex parte rei litigiofa eft res,quæ petitur,l.2.& l.4.in prin. Nec refert,vtrùm fit res immobilis,an mobilis, vel fe mouẽs,No.112.c.1.Vt autem res fiat litigiofa,duo requirũtur.I.Vt de ea re fit lis conteftata, vel faltẽ reo in ius vocato inchoata,d.No.112.c. 1. Itaq; denunciatio facta poffeffori ne rem vẽdat,non facit eã rem litigiofam,D.h.t.l.1.etiãfi debitor,qui rẽ fuã pignerauit, creditori denunciauerit ne pignus vendat,l.1.II. Vt fit lis de dominio,non de pignoris obligatione,d. Nou.112. c.1.multò minùs de obligatione perfonali: nam leges, quæ de re litigiofa loquuntur, ponunt reum ideo conueniri,quia rem poffidet,feu detinet,l.2.& l. 4.in prin. & d.Nou. 112 c.1.quod eft proprium actionis in rem, neque conuenit iudicio perfonali,fupr.de alien. iudic. mutan.cau.l.vn.& D.de rei vindic.l.officium.9. & Inft.
de action.§.1. ¶ Secundò quæritur,an res litigiofa pof- 5
fit alienari.Refpondetur per diftinctionem: quoniam inter viuos alienari quouis titulo prohibetur, nifi dotis,vel donationis propter nuptias, vel diuifionis gratiã alienetur: fed nec pignori vel hypothecæ obligari debet: in vltima verò voluntate legari, aut per fideicommiffum,fiue iure hereditario relinqui poteft, l. 3. & l.vlt.& D.quæ res pign.l.1.§.vlt.& d.No. 112.cap.1.
¶ Tertiò quæritur, quis fit alienationis effectus, fi res 6
litigiofa alienetur. Hic multa notantur. I. Alienatio ipfo quidem iure ciuili tenet, D. de rei vindic.l.Iulianus.17.in princ.& l.fi poft acceptum.18. fed ea conftitutionibus,& iure prætorio non valet,l.2.& l.vlt. quia fi is,ad quem res tranflata eft,rem perfequi velit,exceptione litigiofi fummouetur,D.eod.l.1.§. 1. & quæ res pigno,d.l.1.§.vlt.vel actio ei denegatur,argum. l. nam poftea quàm.9.in pr.D.de iureiuran.quandoquidẽ perinde habetur,ac fi alienatio nulla facta fuiffet,d.l.2.II. Cùm res litigiofa ad fcientem tranflata eft,duplũ fifco præftatur partim ab eo qui quouis titulo alienauit, partim ab eo ad quem res tranflata eft, l. vlt. in princ. III. Qui ignorãti rem litigiofam vendidit,pretium & infuper tertiam eius partem emptori reftituit:qui verò donauit, tertiam æftimationis partem donatario præftat:vtroque autem cafu alienatio irrita fit,d.l.vlt. §. 1. &(vt probabile videtur) reliquũ æftimationis beffem fifco perfoluit.IV.Si feruus rem litigiofam emit ipfius ferui,non domini fcientia vel ignorãtia fpectatur, nifi mandato domini emerit, D.eod.l.2. V. Si res litigiofa legetur, vel per fideicommiffum relinquatur, æftimatio iure Codicis legatario debetur,ita vt heres fuò periculo litem perfequi debeat, l. 3. fed notiffimo iure videtur teftator litis euentum reliquiffe,adeo vt periculum fit legatarij,non heredis:quia fi heres rem obtinuerit, eam legatario, feu fideicommiffario præftare debebit: fin autem fuccubuerit, nihil legati vel fideicommiffi nomine præftabit: quocirca legatario feu fideicommiffario permittitur, vt iudicio adfit, ne fortè in ipfius fraudem heres cum aduerfario colludat, d. Nou.112.cap.1.

Tit. XXXVII. De contrahenda, & committenda ftipulatione.

I. 12. ij.13.j. 14.ij.
II. 7 iij.
III. 6.
IV. 7.vij.8.j.12.iij.
V. 8. ij. 20.
VI. 10.
VII. 5.j. 13.ij.
VIII. in pr.9.
§. j.12.iij.
IX. 10.22.
X. 12. j.
XI. 12.iij.
XII. 21.
XIII. 8.iij.16.
XIV. 5.ij.13.v.14.j.
XV. 12.iij.16.iv. 18.

QVi in exceptionibus enarrandis verfatur, 1
prętermittere non debet,obligationem interdum ipfo iure non valere,interdum ope exceptionis infirmari.Quocirca inutilis ftipulatio modò ipfo iure non tenet, modò parit actionem,quæ exceptione eliditur,vt fequenti titulo explicabitur: priùs enim de contrahenda, & committenda ftipulatione pertractare neceffe eft.

¶ Stipulatio eft verborum conceptio, quibus is,qui 2
interrogatur, daturum facturumve fe, quod interrogatus eft, refpondet, D. hoc tit. l. 5. §. ftipulatio. Vel contractus,Inftit.de verbor.oblig.in princ.nominatus.

D.da pact.l.1.§.vlt.verbis celebratus,D.de reb.cred l.2. §.vlt.& de oblig.& act.l. 1. §. verbis. quo respondens interroganti ad aliquid dandum vel faciẽdum obligatur,d.l.1.§.verbis.& Inst.de verb.oblig.in princ.

3 ¶ Huius tituli duæ sunt partes:prior de stipulatione contrahenda,posterior de eadem committenda. Contrahitur stipulatio,cùm perficitur,id est,cùm suam formam accipit,de qua posteriùs dicemus:impletur, cùm promissor ei satisfacit,& fidem suam liberat:committitur, cùm dies obligationis venit, ita vt ex stipulatione agi possit:veluti cùm is,qui vim abfuturam promisit,vim facit,D.de verb.obligat. l. qui sic stipulatus: 123. Eodem sensu dicitur committi obligatio, D. de stipul.seruor.l. 1. §. vlt. vel id quod per stipulationem promissum est,vt pœna,D.de recep.qui arbitr.l.si duo. 34.§.1.& l.quamuis.37.& de verborum oblig. l. 4.§.1.

4 ¶ Prior pars, quæ est de cootrahenda stipulatione, sex
5 capitibus constat. ¶Primo capite de persoois stipulantibus duæ regulæ traduntur. I. Minor, etiamsi femina sit,rectè sine tutore vel curatore stipulatur, l. 7. quia sine illius auctoritate suam conditionem meliorem facere potest:noo tamen deteriorem, ideóque sine tutoris vel curatoris auctoritate promittere non debet:&, si pupillus sine auctoritate tutoris promittat, ipso iure oon tenetur,Inst.de auctor.tut.in pr.adolescẽs sine curatore promittens, obligatur quidẽ,D. de verb.oblig. l.puberes.101.sed in integrũ restituitur,D.de minor.l. 1.§.1.& l.vlt.Ratio differentiæ inter pupillũ,& adolescentem est:quia tutor datur personæ,D.de testam.tut. l.quia.14.& Inst.qui testam.tuto.da.poss.§.certæ.curator rebus,supr.de noptiis,l.in copulandis. 8. obligatio verò iohæret personæ, D. de pecul. l. quis ergo casus. 16.in fi.& pro soc. l.3.in princ. vbi notatur: quoniam igitur sub tutore est persona pupilli, sub curatore autem non tam persona quàm res adolescentis sunt constitutæ:idcirco pupillus sine tutore non obligatur, adolescẽs sine curatore obligatur, sed propter ætatem restitui potest.Excipitur venditio, ex qua minor sine curatore non obligatur, supr.de in integr. rest. minor. l.3.vide Method.supr.in quib. caus.in integr. rest. non est necess. num. 2. membr. 13. II. Seruus stipulari potest,l.pen.quia ex persona domini habet ius stipulandi,
6 Inst.de stipul.seruor.in prin. ¶ Secundum caput est de persona,cui quis stipulatur.Hic notanda est regula,nemo potest alteri stipulari: quia stipulationes introductæ sunt,vt quis sibi acquirat,non alteri,infr. tit. prox. l.3.& l.vlt.& D.de verbor.oblig.l. stipulatio ista. 38. §. alteri.& Inst. de inutil. stipol. §. si quis alij. & §. alteri. Quare si pecuniam credens, reddi extraneo stipuletur: non illi ex stipulatione,sed sibi ex mutuo actionem, id est,certi condictionem acquirit,quòd si debitor extraneo illi soluerit, & solutionem creditor ratam habuerit, ipse creditor ab illo extraneo actione negotiorum gestorum repetere poterit,l.3.& D.de reb.cred.l.certi. 9.§.numeraui.

7 ¶ A dicta regula excipitur,I. Nisi quis ei stipuletur, in cuius potestate est, vt filius patri, seruus domino: quoniam ei actionẽ acquirit, D.de verb. oblig. d.l.stipulatio ista. §.alteri.& l.quodcumque.45.in pr.& Inst. de inutil.stipul.d.§.si quis alij.Domini appellatione intellige etiam eos, qui pro dominis habentur; vt hereditatem,Inst.de stipul.seruor.in princ. & fructuarium, vel bonæ fidei possessorem,quibus ex causis acquirere solent,id est,ex re sua,& operis stipulantis, Instit. per quas person.nob.oblig.acquit.§.1.& 2. II.Nisi stipuletur ei,qui in eiusdem potestate est, vt fratri, vel conseruo,D.de verb.obl.l.si filius.40.& de stipul.seruor. l. fine.15.& Inst.eo.§.1. III. Nisi stipuletur ei, quem in potestate habet: sibi enim acquirit, l. 2. & D. de verb. oblig.l.dominus. 39. & Instit. de inutilib. stipul.d.§. si quis alij,vers. ei verò. IV. Nisi stipulantis intersit; vt cùm tutor à contutore stipulatur rem pupilli saluam fore,Instit.eod.§.sed & si quis. & D. de ver.oblig. d. l. stipulatio ista.§.si stipuler.& §§§.seqq.& inf. tit prox. l.3. V. Nisi quis heredi suo stipuletur,D.de verb. obligat.d.l.stipulatio ista.§.sed si quis vti frui, & §.suæ personæ,l.si ita stipuler.92.l.continuus.137.§.vlt. VI.Nisi in personam alterius, non obligationem, sed solutionem conferat, ita vt actio stipulanti acquiratur, sed extraneo, qui solutioni adiectus vocatur,solui possit, d.§.si quis alij,& D.de verb.oblig.l.vlt.§.si ita.VII.Nisi mulier in dote danda, ita à marito stipuletur, *Dotem*, vel, *Dotis partem dimidiam,cùm moriar,ei restitues,cui relinquere voluero?* quamuis enim hæc stipulatio tãquam extraneo,& quidem incertæ personæ facta, non videatur valere,tamen sustinetur, quia perinde habetur ac si mulier stipulata esset,cùm moreretur, sibi reddi, l.4.huiusmodi verò stipulatio, qua quis stipulatur sibi dari cùm morietur, & olim valebat, & hodie valet, Inst.de inutil.stipul.§.ita autem. licèt hæ stipulationes; *Post mortem meam dabis? Post mortem tuam dabis?* olim non valerent,Instit.eod.§.post mortem.& D. de verb. oblig.l.quodcumque.45.§.penultim. ¶ Tertio capite 8
agitur de materia stipulationis,id est, de iis quæ in stipulationem deducuntur. Stipulari possumus, I. Non solùm totam rem,sed etiam partem eius, vt dimidiam partem dotis,d.l.4.II.Id quod nostra interest,l.5.III. Rem,vel factum,vel vtrumque,l.veteris. 13.& Inst.de verb.oblig.in princ.& §.vlt.

¶ Stipulari non possumus,quod est impossibile, quia 9
impossibilium nulla est obligatio,D.de diuer. reg. iur. l.impossibilium. 185.veluti rem quæ non est, vt hominem mortuum,D.de verb. oblig. l. si homo. 69. vel hippocentaurum,D.eod.l.si ita stipulatus.97.in princ. aut rem,quæ non est in commercio,vt sacram, vel religiosam,vel publicis vsibus destinatam,D.eod.l. continuus,137.§.cum quis.aut factum impossibile, D.eod. l.si stipulor.35. in princ.putà vt promissor præstet, ne seruus moriatur, l.non moriturum. 8. in princ. Hanc quoque stipulationem veteres tanquam impossibilem reiiciebant, *Cùm morieris, insulam ædificabis?* quia fieri non potest, vt quis eo momento,quo moritur,insulam ædificet: Iustinianus tamen, l.vltim eam confirmat triplici argumento: quorum primum sumitur à præsumpta contrahentium voluntate:quia non est verisimile, vt voluerint insulam in ipso mortis articulo fieri,cùm hoc esse impossibile cuiuis appareat, sed potius videntur voluisse,vt obligatio incipiat à persona promissoris,& transmittatur in heredem, donec promissio impleatur: quoniam olim actiones non poterant cõtra heredes incipere,si initiũ in persona defuncti nõ sumpsissent,sup.vt actio.ab hered. & con.hered. l.vnic.Secundum argumentum est: quia heredis mentio solet in contractibus subaudiri,D.de probat.l.si pactum. 9. quapropter hîc quoque subaudiri debet.Tertium argumentum est à simili: quia stipulatio dandi transmittitur in heredem,si quis se,cùm morietur,daturum promiserit,Inst.de inutil.stip. §. ita autem.ergo etiam in stipulatione faciendi idem est admittendum.

¶ Quartum caput est de causa stipulationis,sicut enim 10
traditio sine causa,id est,sine titulo non tribuit dominium,D.de acq. rer. dom.l. numquam.31. in princ.ita stipulatio sine causa non parit obligationem, saltem efficacem,quia per doli mali exceptionem eliditur,D. de doli except.l.2.§.circa.& de fideiussorib. l. si stipulatus. 15. in princ. In causarum numero est transactio. Quæritur ergo, an id, quod transactionis causa promissum est, peti possit. Distinguitur: quia vel transactio valet, vel est inutilis. Primo caso rectè ex stipulatione agitur, siue sit certi stipulatio, siue incerti,

incerti, l.6. vt certæ quantitatis, vel quanti ea res eſt, D. de recept. qui arbitr. l. non autem. 28. ſed ex certi ſtipulatione agitur certi condictione, ex incerti datur actio ex ſtipulatu, D. de reb. cred. l. ſi quis certum 24. & Inſtit. de verb. oblig. in princ. Secundo caſu, ſicut non valet tranſactio, veluti ſi de crimine facta ſit, ita nec ſtipulatio valet, l. ſiquidem. 9. verſ. ſin autem. quia delicta non debent manere impunita, D. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. 51. verſ. quòd ſi quis. Sed crimen intellige non capitale, id eſt, quod non irrogat pœnam mortis, ſupr. de tranſact. l. tranſigere. 18. quam dilucido commentario illuſtraui.

11 ¶ Quinto capite agitur de modo contrahendæ ſtipulationis. Duo requiruntur, vt ſtipulatio rectè contrahatur. I. Verba: quia hic contractus verbis perficitur, D. de reb. cred. l. 2. §. vlt. & de obl. & act. l. 1. §. verbis. & de verbor. oblig. l. 1. in princ. & Inſtit. eod. in princ. II. Præſentia contrahentium: quia verba ſunt præſentium: abſentes verò literis vtũtur loco verborum. Ouidius lib. 2. de Ponto, eleg. 8.

Litera pro verbis tibi Meſſaline ſalutem.

12 ¶ De verbis dantur tres regulæ. I. Stipulatio fit quibuſcumque verbis idoneis: nam hodie neceſſe non eſt adhibere verba ſolemnia, quæ olim in vſu erant, l. omnes. 10. veluti, *Spondes? ſpondeo. Promittis? promitto. Fideiubes? fideiubeo. Dabis? dabo.* Facies? faciam. Inſtit. de verb. oblig. §. 1. II. Interrogatio ſtipulantis præcedere, & reſponſio promittentis ſequi debet: hæc ſolemnitas ſeruata præſumitur, ſi ſcriptum ſit aliquem promiſiſſe, & res inter præſentes geſta ſit, l. 1. & D. de verbor. obligat. l. ſciendum. 30. & l. Titia. 134. §. pen. & Inſtit. de inutil. ſtipul. §. ſi ſcriptum. & de fideiuſſ. §. vlt. III. Valent ſtipulationes collatæ in tempus, quo ſtipulator vel promiſſor morietur, vel poſt mortem, vel pridie quàm morietur, l. 4. l. ſcrupuloſam. 11. & l. vlt. & Inſtit. de inutil. ſtipul. §. poſt mortem. & §. ita autem. vel poſt mortem tertij, veluti, *Poſt mortem Titij dabis?* Inſt. eod. §. item poſt mortem. *Poſt mortem filij mei dabis?* D. de verb. oblig. l. quodcumq;. 45. §. ſi ita. *Poſt mortem ſerui dabis?* l. moriturum. 8. §. 1. vbi non intelligo fuiſſe promiſſum ſeruum iam mortuum, nec ſeruum cum erit mortuus, ſed aliquid aliud dandum vel faciendum poſt ſerui mor-
13 tem. ¶ De præſentia contrahentium ſtipulationem,
quæve contrahentibus adeſſe debent, dantur quinque regulæ. I. Stipulatio fit tantùm inter præſentes, l. 1. & D. de verb. oblig. l. 1. §. 1. & Inſtit. de inutil. ſtipul. §. item verborum. II. Cùm minor ſtipulatur, præſentia tutoris vel curatoris non eſt neceſſaria, l. 7. & Inſtit. de auctor. tut. in princ. III. Pupillus tutore abſente promittens non obligatur, eod. princ. IV. Pubes curatore abſente promittens obligatur, D. de verb. oblig. l. puberes. 101. ſed reſtitui poteſt. Coniunge, quæ notaui ſupr. cap. 1. V. Si ſcriptum in inſtrumento ſit partes fuiſſe præſentes, non præſumitur abſentia, niſi probetur, l. pen. & Inſtit. de inutil. ſtipul. §. item verborum.

14 ¶ Sextum caput eſt de ſcriptura, quæ ſtipulationi accidit probationis causâ, vt & conuentionibus, quæ conſenſu perficiuntur, D. de pignor. l. 4. & de fid. inſtrum. l. 4. Hîc dantur duæ regulæ. I. Scripturæ credendum eſt, niſi contrarium idoneè probetur, d. l. pen. d. §. item verborum. II. Quod ſcriptum eſt eſſe factum, præſumitur rectè factum: putà ſi ſcriptum ſit aliquem promiſiſſe, credimus interrogationem ſtipulantis præceſſiſſe, l. 1. & Inſtit. de inutil. ſtipul. §. ſi ſcriptum. Item ſi ſcriptum ſit aliquem fideiuſſiſſe, præſumuntur omnia ſolemniter acta, Inſtit. de fideiuſſ. §. vlt. Hucuſque de ſtipulatione contrahenda.

15 ¶ In ſecunda tituli parte de committenda ſtipula-
16 tione deciduntur tres quæſtiones. ¶ Prima quæſtio eſt,
an ſtipulatio tranſeat ad heredes, ita vt in eos committi, & per eos impleri poſſit. Reſpondetur, tranſire ad heredes: quę regula multis modis producitur. I. Siue ſtipulatio in dando, ſiue in faciendo, ſiue in vtroque conſiſtat. II. Siue heredum mentio facta ſit, ſiue non. III. Siue quæratur de heredibus ſtipulantis, ſiue promittentis, l. veteris. 13. IV. Siue ſit ſtipulatio pura, ſiue in diem, l. vlt. ſiue conditionalis, Inſtit. de verb. oblig.
§. ex conditionali. ¶ Secunda quæſtio eſt, quando ſti- 17
pulatio committatur. Generaliter ſtipulatio committitur, cùm dies venit, id eſt, cùm peti poteſt. Specialiter dari poſſunt tres regulæ. I. Stipulatio pura ſtatim committitur, quia ſtatim peti poteſt, id eſt, modico temporis interuallo interiecto, quo id, quod promiſſum eſt, dari fierive poſſit. II. Stipulatio in diem tunc committitur, cùm dies, quæ in ſtipulatione comprehenſa eſt, aduenerit. III. Stipulatio conditionalis tunc committitur, cùm conditio exiſtit, D. de verb. ſignif. l. cedere diem. 213. & Inſtit. de verb. oblig. §. omnis. & de inutil.
ſtipul. §. vlt. ¶ Stipulationis in diem exemplum eſt, 18
Inſulam, cùm morieris, mihi ædificabis? quam ſtipulationem veteres tanquàm impoſſibilem reiiciebant; Iuſtinianus eam ſuſtinet, adhibita interpretatione, vt perinde habeatur, ac ſi heredis mentio facta eſſet, & conueniſſet, vt defunctus inſulam per alium inchoaret, quam mox heres perficeret, l. vlt. vt paulò latiùs expoſui ſupr.
num. 9. ¶ Stipulationis conditionalis duo exempla in 19
hoc titulo proponuntur. ¶ Primum exemplum eſt, *Si* 20
contra pactum petieris, tantum dabis, quanti ea res eſt? Hæc ſtipulatio committitur lite per promiſſorem contra pactum mota, l. 5. id eſt, ſi aduerſarium interpellauerit, licèt nondum litem ſit conteſtatus, D. de hered. petit. l. ſed etſi lege. 25. §. ſi ante. Vnde apparet falſum eſſe quod Cuiac. ſcribit, litem motam ſemper accipi pro lite conteſtata. Et quia Iohannis interpretationem d. l. 5. quam Accurſius & Cuiacius amplectuntur, non probo, paucis meam expoſitionem afferam. Titius à Mæuio fundum (exempli causâ) ſibi deberi aſſerebat: pollicitus tamen eſt ſe non petiturum: hæc pollicitatio pacto, & ſtipulatione confirmata eſt. Notum eſt diſcrimen pollicitationis, & pacti: quia illam vnius, hoc duorum conſenſus facit, D. de pollicitat. l. 3. in pr. Neutra conuentio regulariter parit actionem, ſed certis caſibus, vt pactum legitimum, D. de pact. l. 6. & pollicitatio facta reipublicæ, D. de pollicit. l. 1. d. l. 3. In caſu igitur propoſito neque ex pollicitatione, neque ex pacto agi poteſt: quare adiecta eſt ſtipulatio, qua conuentio quaſi clauo trabali confirmaretur. Titius enim Mæuio ſi fundum peteret, non pœnam, nec certam ſummam promiſit, ſed quanti ea res eſt, id eſt, quanti Mæuij intereſt, non peti: hæc ſtipulatio dicitur committi, cùm Titius litem mouet, id eſt, (vt expoſui) cùm Mæuium iudicio interpellat, non agens ex pacto, vt Iohannes interpretatur, ſed contra pactum, vt ratio iuris, & verba legis oſtendunt.
¶ Secundum exemplum eſt in l. magnam. 21. in qua 21
duæ ſunt ſtipulationes: vna de re certo tempore danda, vel facienda ſiue ſtipulanti, ſiue alteri, cui ſtipulator dari fierive volebat: altera pœnalis, niſi id ſtatuto tempore daretur, ſeu fieret. Et priori ſtipulatione oritur obligatio, ſi ſtipulator ſibi dari, aut fieri voluit, non ſi alteri, quoniam alteri ſtipulari regulariter non poſſumus, vt ſupr. expoſui, part. 2. cap. 2. Poſterior ſtipulatio indiſtinctè valet: quia pœnam ſibi, non alteri ſtipulatus eſt, D. de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri. & Inſt. de inutil. ſtipul. §. alteri. committitur autem exiſtẽte conditione, id eſt, ſi intra tempus, de quo conuenit, non detur, ſeu non fiat, quod promiſſum eſt, etiamſi promiſſor interpellatus non fuerit; quia dies interpellat pro homine, ſupr. de iur. emphyt. l. 2. §. 1.

¶ Tertia quæſtio eſt, an ſtipulatio commiſſa habeat 22
effectum. Reſpondetur, habere effectum, niſi iuſta ex-

ceptio obsit, putà quòd metus causa promissum sit, videlicet si iustus sit metus, vt mortis, vel cruciatus, non accusationis institutæ, vel instituendæ, l.si quidem.9. & infr.tit prox.l.pen.& supr.de transact.l.interpositas.13. & de his quæ vi metúsve cau.l.7.

Tit. XXXVIII. De inutilibus stipulationibus.

I. 2.j.	*IV.* 2.iv.
II. 2.iv.	*V.* 3.
III. 2.ij.iij.	*VI.* 2.ij.

1 STipulatio est inutilis, vel quia committi non potest, vel quia frustra committitur.
2 ¶ Committi non potest, quæ ipso iure non valet: quod multis de causis cõtingit. I. Ratione promittentis, veluti si pupillus sine tutoris auctoritate promittat, l.1. quia pupillus sine tutore tantùm stipulari, & conditionẽ suam meliorem facere, non promittere & alteri obligari potest, Inst.de auctor. tut.in princ.vide supr. tit.prox.num. 5. artic.1. II Ratione personæ, cui quis stipulatur; quoniã stipulatio extraneo facta, regulariter non valet, vt docui supr. tit.prox.§.6.ille igitur, cui stipulatur, actionem non habet, nisi ipse quoque sibi stipuletur, l.vlt. Interdum tamen stipulatio extraneo facta valet, videlicèt si stipulantis intersit, vt docui supr.tit.prox.§.7.artic.4.& confirmatur, l. 3. vbi etiam accommodatur eiusmodi speciei: Isidorus dotem pro filia dedit, ac pactus cum genero est, vt, mortua in matrimonio filia, gener filij sui superstitis nomine dimidiam partẽ dotis retineret, alterã dimidiã alteri ipsius stipulantis nepoti, aut, si is nepos obiisset, Iuliano cuidam extraneo restitueret, atque hæc pacta stipulatione subiecta confirmauit: postea nepote illo mortuo, gener nihil Iuliano restituit. Iulianus nullam actionem habet: quia nec stipulatus est: immo stipulationis tempore aberat, nec Isidorus ei actionem acquirere potuit: sed ipse Isidorus agit ex stipulatu in id quod sua interest Iuliano restitui, putà procuratori, vel creditori suo: generaliter enim in faciendi stipulationibus placuit, si id non fiat quod promissum est, stipulationem cõmitti in id quod interest, D.de re iudic.l.si quis ab alio.13. in fin.& de verbor.oblig.l.stipulationes non diuiduntur.72. in princ. III. Ratione absentiæ: quia inter absentes stipulatio contrahi non potest, d.l.3. vt exposui sup.tit.prox.§.11.artic.2. IV. Ratione eius quod promissum est, veluti si sit contra ius, supr.de legib.l.5. aut contra bonos mores, l.4. & Instit. eod. §. quod turpi.& de verb. oblig. l. generaliter. 26. Exemplum stipulationis contra ius est, si vir & vxor inuicem pœnam stipulentur, quam præstare debent, vter eorum sine iusta causa diuortium fecerit, quia matrimonia debent esse libera, non solùm in contrahendo, D.de condit.& demonstrat.l. Titio centum.71.§.1. sed etiam in retinendo, l. 2. vbi intellige pœnam promissam vltra legitimam pœnam, de qua in l. consensu 8. supr. de repud. Pœnis enim legitimis contenti esse debemus, D.de verbor.oblig l.si stipulatio.19. Denique in casum diuortij tantùm stipulari non possumus pœnam lege definitam, d.l.si stipulatio. vel reddi quod donatum fuit, quia hoc extra pœnam est, D.de donat. inter vir. & vxor. l. ea quæ. 57. Exemplum stipulationis contra bonos mores est, si facta sit de futura successione, d.l.4. Ne intelligas id actum, vt stipulator promissori succedat, vt vulgò hanc legem accipiunt, eiusmodi namque stipulatio, cùm inter milites probetur, supr.de pact.l. licet. 19. turpis dici non potest, sed alia ratione non valet, quia successio est iuris publici, ideóque non potest dari hereditas pactis vel stipulationibus, sed tantùm lege, vel ex testamento obuenit, vt docui supr.eod. tit. de pactis. num. 47. Ergo d. l. 4. est explicanda ex d. l.vlt.supr.eod. nempe vt sit stipulatio de hereditate viuentis, veluti, *Si Titius moriatur*, aut, *si Titij hereditas ad nos peruenerit, eam mecum diuides ex æquis partibus?* huiusmodi namq; stipulationes turpes sunt, & contra bonos mores; quia nemo debet esse solicitus de hereditate viuentis, d.l.vlt nisi ex iusta causa præcedente, vt in specie, l.si quis seruum.D.de action.emp. vbi is qui seruum cum peculio vendiderat, eum manumisit; proinde tenetur emptori præstare, quæ ipse emptor haberet, si seruus manumissus non esset: inter cetera igitur venditor cauere debet se emptori restituturum quicquid ex hereditate liberti ad se peruenit. Hæc dicta sint de stipulationibus, quæ ipso iure non valent.

¶ Frustra autem stipulatio committitur, cùm aliqua exceptione actio summouetur, vt exceptione doli, vel metus, l.pen. Adde notata supr.tit.prox.in fin. 3

Tit. XXXIX. De duobus reis stipulandi; & promittendi.

I. 5.j.iij.	*III.* 5.ij.
II. 5.j.	*IV.* 6.

REús dicitur à re, auctore M. Tullio 3. de oratore: proinde tam reus credendi, quàm debendi dicitur, D.de recept.qui arbit.l.si duo.34.in prin.& tam reus satis accipiendi, quàm satisdandi, D. de solut.l.qui hominem.34.§.quidam.& tam reus stipulandi, quàm promittendi, D.h.t.l.1. 1

¶ Duos reos intellige, etiamsi tres, vel quatuor, vel plures sint, vt secundarum nuptiarum appellatione continentur etiam tertiæ, quartæ, & vlteriores: & secundi heredis appellatio omnes substitutorum gradus complectitur. 2

¶ Duo rei stipulandi sunt, qui simul eandem rem sunt stipulati, ita vt solidum singulis debeatur. Duo rei promittendi sunt, qui simul eandem rem promiserunt, ita vt singuli solidum debeant, Instit. h. t. in princ. & §. 1. quod non contingit, nisi expressè actum sit, alioquin singuli tenẽtur pro partibus, Nou.99.cap.1. Quod autem dicimus, solidum à singulis deberi, non ita debet accipi, quasi idem sæpius solui debeat, quia vnius solutione vel acceptilatione omnes liberantur, d.§. 1.& D. eod. l. 2. ¶ Huius tituli duæ sunt partes: prior est de duobus reis promittendi; posterior est communis reis promittendi, & reis stipulandi. ¶ In prima parte de duobus reis promittendi dantur tres regulæ. I. Creditor habet electionem petendi vel partes à singulis, D. eod.l.reos.11.in princ. vel solidum à quo velit, l. 1. in princ. Vnde seiunguntur duo rei ab his, qui pro partibus tenentur, l. 2. Sed hodie ei qui in solidum conuenitur, beneficium datur diuisionis, id est, exceptio, qua actorem cogit actionem suam diuidere, si modò alij correi præsentes, & soluendo sint, d.Nou.99.c.1. II. Si ex pluribus reis promittendi pecunia vni numerata fuerit, ceteri non habent exceptionem non numeratæ pecuniæ, l.3. III. Reus promittendi, qui solidum creditori soluit, partem repetere potest à correo, vel correis, l.1.vers.& ideo. vel actione ex stipulatu, si à stipulatore sibi cessa fuerit; vel actione pro socio, si socij sint; vel actione mandati, si vice mutua fideiusserunt, quod non inutiliter fieri testatur Papinianus in d. l. reos. in princ. D. eod. ¶ In secunda tituli parte datur regula, quòd adgnitio debiti facta ab vno reo promittendi, vel vni reo stipulandi: nec non interpellatio aduersus vnum reum promittendi, vel ab vno reo stipulandi facta, & generaliter omnis interruptio præscriptionis, 3 4 5 6

quæ in

quæ in vna reorum persona spectatur, omnibus correis promittendi nocet, omnibusqoe stipulandi correis prodest, id est, in omnium persona obligationem conseruat, l. vlt.

Tit. X L. De fideiussoribus, & mandatoribus.

I. 24.ij	*XV. in princ. 20.iv.*
II. 15.20.iij.	*§.j.23.j.24.ij.*
III. in princ. 14.	*XVI. 16.*
§.j.16.	*XVII. 15.*
IV. 23.j.28.ij.	*XVIII. 17.iij.*
V. 13.	*XIX. 13.*
VI. 6.ij.	*XX. 24.ij.27.29.ij.*
VII. 28.j.	*XXI. 13.20.iij.*
VIII. 5.	*XXII. 29.j.*
IX. 15.17.iij.	*XXIII. 13.17.ij.27.29.ij.*
X. in princ. 8.	*XXIV. 9.*
§.j.16.	*XXV. 17.iij.24.iij.*
XI. 20.iij.21.	*XXVI. 9.20.v.23.iij.*
XII. 2.j.6.j.	*XXVII. 6.iij.24.iij.*
XIII. 9.j.	*XXVIII. 17.ij.27.*
XIV. 19.20.iij.	

DVo rei æquè principaliter contrahunt:
1 fideiussores autem & mandatores obliga-
tioni principali accedunt: neque hac tan-
tùm ratione inter se similes sunt, sed
etiam quia quibus casibus aliquis obliga-
tur fideiubendo, iisdem obligatur mandando, D. māda.
2 l. si hereditatem. 32. ¶ Differunt autem multis modis;
I. Mandator obligatur consensu, D. eod. l. 1. in princ. &
de oblig. & act. l. 2. & Instit. de oblig. ex consen. fideius-
sor verbis, l. blanditus. 12. & D. eod. l. Græcè. 8. in princ.
& Instit. eod. §. pen. & vlt. II. Mandat præsens, D. man-
da. l. 6. §. si passus. & l. si mandauero. 22. §. pen. vel absens,
D. eod. l. si hereditatem. 32. fideiubet tantùm præsens,
d. l. si hereditatem. Hæc differentia ex superiori pendet:
quia verborum obligatio tantùm inter præsentes con-
trahitur, supr. de contrah. stipul. l. 1. & D. de verb. oblig.
l. 1. §. 1. & Instit. de inutil. stipul. §. item verborum. con-
sensu autem obligatio cōtrahitur tam inter præsentes,
quàm inter absentes, D. de verb. oblig. d. l. 2. vers. vnde.
III. Mandatum præcedit actum, qui fieri mandatur,
supr. ad S. C. Macedon. l. vlt. in princ. fideiussio & præ-
cedere & sequi potest principalem obligationem, D.
hoc tit. l. 6. §. vlt. & Instit. eod. §. fideiussor & præcedere.
¶ Duæ sunt igitur huius tituli partes: prior de fideius-
3 soribus, posterior de mandatoribus. ¶ Prior pars diui-
4 ditur in octo capita. ¶ Primum caput pertinet ad quæ-
5 stionem, qui, & pro quibus fideiubere possunt, vbi quæ-
ritur, an filiusfam. pro patre fideiubere possit, & fideiu-
bendo obligetur. Respondetur, filium pro patre fideiu-
bentem obligari, l. filiusfamilias. 8. adeo vt sui iuris effe-
ctus conueniri possit, in quantum facere potest, vel in
potestate constitutus damnari in solidum possit, & ip-
se quoq; pater ex hac causa tenetur quod iussu, nisi pro
eo ignorante filius fideiusserit, & si filius ex hac causa
soluat, id à patre repetet, si aut sui iuris factus, aut de
castrensi peculio soluat, D. eod. l. si dubitet. 10. §. filius-
6 familias. ¶ Secundo capite explicatur, quomodò fide-
iussor obligetur. Hæc obligatio contrahitur verbis, vt
supr. notaui, sed insuper hoc loco tria sunt notanda.
I. Non est opus solemnibus verbis, veluti, *fideiubes? fide-
iubeo;* vt olim, Instit. de verb. obligat. §. 1. sed quæcum-
que verba idonea sufficiunt, D. h. t. l. Græcè. 8. in princ.
vt in quauis stipulatione, supr. de contrah. stipul. l. om-
nes. 10. veluti si quis stipulanti *fideiubes?* responderit, *fa-
ciam quod vis*; l. blanditus. 12. II. Qui tabulas signauit
vt testis, non obligatur quasi fideiussor, l. 6. III. Obli-
gatio fideiussoris vel in scriptis redigitur, vel sine scri-
ptura contrahitur: cùm autem fatetur quis, apud acta
se fideiussisse, in causis publicis intelligitur fideiussio
scripta, in priuatis non scripta, l. pen. ¶ Tertio capite 7
exponitur, ad quid fideiussor teneatur, vbi duæ quæ-
stiones deciduntur.

¶ Prima quæstio est, an fideiussor teneatur in vsuras. 8
Respondendum per distinctionem: aut enim fideiussit
tantùm in sortem, aut tantùm in vsuras, aut in omnem
causam. Primo casu non tenetur in vsuras, D. h. t. l. fi-
deiussores magistratuum. 68. §. 1. & Incati, l. quæro. 54.
in princ. Secundo & tertio casu debet vsuras, l. fideius-
sor. 10. in princ. iure permissas, non maiores, supr. de
vsur. l. constitutionibus. 20. Quarto casu similiter vsu-
ras debet, etiam eas, quæ ex rei principalis mora in iu-
dicio bonæ fidei debentur officio iudicis, d. l. quæro. in
princ. ¶ Secunda quæstio est, ad quid teneatur fideius- 9
sor iudicio sistendi causa datus, id est, qui promittit se
reum exhibiturum. Hîc tria traduntur. I. Qui se latro-
nem inuenturum spopōdit, aut compellendus est eum
exhibere, aut transmittendus ad præfectum prætorio,
siue ad prouinciæ præsidem, l. si Barsatoram. 13. Exhi-
bere cogendus, quia non dicitur inuentum, quod non
apprehenditur, D. de diuis. rer. l. 3. & Instit. eod. §. item
lapilli. & D. de acquir. possess. l. 1. §. 1. Ad præfectum au-
tem prætorio, vel præsidē remittēdus, si latronem non
exhibeat, vt extra ordinem puniatur: propterea quòd
incidit in extraordinariū crimen occultatoris, seu rece-
ptatoris, de quo tractatur lib. seq. tit. 39. & D. lib. 47. tit.
16. II. Qui apud acta promisit in causa priuata, intelli-
gitur promisisse sine scriptis, in causa publica in scrip-
tis, l. pen. vt paulò antè notaui. III. Qui vltra certū tem-
pus se exhibiturum, &, nisi exhibeat, pænam certam
promisit, etsi tempore illo elapso pœna commissa est,
tamen Iustinianus adhuc sex menses ei benignè indul-
get, intra quos si reum sistat, vel eum defendat, à pœna
promissa liberatur, l. sācimus. 26. IV. Qui in iudicio cri-
minali promisit, si culpâ non exhibeat, pœna pecunia-
ria plectitur, si dolo malo, extra ordinem punitur, D. de
custod. reor. l. 4. qua ratione decurio, id est, senator mu-
nicipalis, qui latronem se exhibiturum spoponderat,
nisi exhibeat, ad præfectum prætorio vel ad prouinciæ
præsidem transmittitur puniendus, d. l. si Barsatoram.
¶ Quarto capite quæritur, an obligatio fideiussoria 10
transmittatur in heredes. Respondetur transmitti, l. fi-
deiussoris. 24. j. respon. & l. sancimus. 26. vers. vltim.
Quid ergo, si quis succedat tam reo principali, quàm
fideiussori? principalis obligatio manet, fideiussoria ex-
tinguitur, d. l. fideiussoris. vers. sed si idem. quemadmo-
dum si debitor fideiussori, vel fideiussor debitori heres
extiterit: quia non potest idem esse fideiussor pro se-
metipso: & cùm duæ obligationes, altera principalis,
altera accessoria in eandem personam concurrunt,
principalis manet, accessoria extinguitur, D. de separat.
l. 3. in princ. & de duobus reis, l. si reus. 13. & de fideiuss.
l. 5. l. cùm reus. 14. & de solut. l. si duo. 93. §. pen. (vbi ma-
lè Taurel. adiecit negandi aduerbium, quod rectè abest
ab archetypo Florentino) & §. vlt. Hanc regulam limi-
ta, vt obligatio fideiussoria extinguatur dumtaxat pro
parte hereditaria, id est, pro qua parte reus fideiussori,
vel fideiussor reo successerit, D. de fideiussor. l. debitori.
50. Item excipe, nisi principalis obligatio sit plenior; vt
quia reus debebat tantùm naturaliter, fideiussor autem
ciuiliter: tunc enim neutra obligatio per successionem
extinguitur, sed vtraque manet, D. eod. l. heres. 21.
§. seruo. & de solut. l. Stichum. 95. §. quod vulgò. Simi-
liter cùm fideiussor confideiussori succedit, vtraque
obligatio in eius persona consistit, d. l. heres. §. 1.
quemadmodum & cùm creditor creditori, vel debitor
debitori succedit, D. de duob. reis. d. l. si reus. & de fide-
iussor.

iussor,d.l.5.& de solut.d.l.si duo.in princ.& §.1. Diffe-
rentiæ ratio in dictis legib. traditur, quia cùm in ean-
dem personam duæ obligationes inæquales concur-
runt,principalis,vel plenior manet: cùm æquales, non
apparet,vtra potiùs tollenda sit, d. l. si reus. d.l.5.d.l.si
11 duo.§.pen.d.l.Stichum. §.quod vulgò. ¶ Quintum ca-
put est de electione creditoris cui tenentur debitores,
fideiussores, & pignora. Huius capitis duo sunt se-
gmenta.
12 ¶ Primum segmentum est de electione creditori
13 danda. Quadruplex electio datur creditori. ¶ Prima
electio est inter reum, & fideiussorem. Regulariter
enim potest conuenire vel reum in solidum, vel fide-
iussorem in solidum,vel vtrumque pro parte, nisi aliter
ab initio conuenerit, l. 5. l. si alienam. 19. l. sicut. 21.
l.reos.23.fideiussorem autem eligens cogitur ei pigno-
ra siue hypothecas cedere,d.l.sicut.Sed iure nouissimo
contraria regula statuenda est:nam creditori non datur
electio,nisi debitor sit inops:sed si reus sit præsens,ipse
priùs excuti debet;si absens,fideiussori tempus à iudice
præscribitur,intra quod reum sistat:quo non veniente,
ipse fideiussor damnatur,cessis sibi à creditore actioni-
bus contra reum principalem: quod quidem in omni-
bus intercessoribus locum habet, Nou. 4. cap.1. Se-
cunda electio est inter reum,& pignora.Nam creditor
potest persequi pignora, etiamsi à fideiussore sint alie-
nata,& ad fiscum translata,l.3.in princ. Hodie creditor
non potest eligere pignora, nisi in bonis ipsius debito-
ris: quia contra debitorem potest incipere ab actione
hypothecaria,contra alios non potest,d.Nou. 4. cap. 2.
14 ¶ Tertia electio est inter fideiussorem, & pignora:nam
qui fideiussorem & pignora accepit, potest primò per-
sequi pignora,l.etiamsi. 9.vel primò conuenire fideius-
sorem,dummodò eum simpliciter acceperit, non in id
quod ex pignoribus refici non poterit, l.omissis.17.&
ei pignora& hypothecas cedat, nisi in aliam quoque
causam sint obligata, quo casu ea transferre non cogi-
tur,nisi omne debitum sibi soluatur,l.2.Hodie(vt dixi)
non potest eligere pignora, si non sint in bonis debi-
toris,sed ad alium translata sint,d.Nou.4.cap.2.
15 ¶ Quarta electio est inter plures fideiussores. Nam
si plures sint fideiussores, creditor vel vnum in soli-
dum, vel plures pro partibus conuenire potest: sanè si
actionem suam diuisit,& contra plures litem contesta-
tus est, non potest ampliùs vnum in solidum pulsare,
l. liberum. 16.Item qui conuenitur in solidum, potest
per exceptionem ex epistola Diui Hadriani cogere
creditorem,vt actionem suam diuidat, dummodò hoc
ante condemnationem petat, & alij quoque fideiusso-
res sint soluendo:quia si qui non sint soluendo,hoc ce-
teros onerant, l.3.§.1.l.fideiussor.10.§.1.& D.eod.l.in-
ter fideiussores.16.& Instit.eod.§.si plures.
16 ¶ Secundum segmentum est de effectu electionis.
Hîc dantur tres regulæ. I. Electo reo, non liberatur
correus,nec fideiussor,nec pignora, l.vlt. II. Electo fi-
deiussore,non liberatur reus,nec confideiussor, nec pi-
gnora,l.reos.23.& d.l.vlt. III. Electis pignoribus,non
liberantur fideiussores,l.etiamsi. 9. l.si vt proponis.18.
17 l. pignorib. 25. ¶ Sexto capite dantur fideiussori varia
remedia partim contra reum principalem,partim con-
tra creditorem,partim contra confideiussores.
18 ¶ Contra reum principalem habet actionem man-
dati,vt ab eo sibi præstetur indemnitas, l. mandati. 14.
& Instit. eod.§.si quid autem. nisi donandi animo, vel
pro inuito, vel pro absente & ignorante fideiusserit:
quia hoc vltimo casu non agit mandati, sed negotio-
rum gestorum;duobus illis casibus nullam habet actio-
nem,D.eod.l.6.§.si passus.l.ex mandato.20. §. 1.l.si pro
te.40.& l.qui fide.53.
19 ¶ Contra creditorem plura habet remedia. I. Bene-
ficium diuisionis, de quo paulò antè dixi, num. 14.
II. Beneficium ordinis ex Nou. 4. vt suprà docui.
III. Beneficium cedendarum actionum, d.Nou.4.cap.
1.in fin.vt contra confideiussores, D. h. t.l.fideiussorib.
17.& ad persequéda pignora,l.2.l.cùm alter. 11.l.man-
dati. 14.l. sicut. 21. IV. Si cùm falsò putaret se fideius-
sisse, cauit se pecuniam soluturum, & à creditore con-
ueniatur,doli mali exceptione defenditur: sed etsi non
conueniatur, vltrò agere, & liberationem condicere
potest,l.si in debitam.15.in princ. vt & in aliis casibus
contingit, quibus aliquis indebitum per errorem facti
promisit,supr.de condict.indeb.l.3. & D. eod. l. is qui.
31.& de condict.si.cau.l.3.& de action.empt.l.5.in fin.
V. Fideiussor iudicio sistendi causa datus, elapso tem-
pore,quo reum sistere debuit,vel sex mensium,dilatio-
nem petere, vel reum defendere potest, nisi ab initio
pactus sit se præcisè exhibiturum sine defensione,
l.sancimus.26.¶Contra confideiussores actionem nul- 20
lam habet,nisi sibi à creditore cessa sit,l.cùm alter. 11.
& D.eod.l.vt fideiussori.39.& Instit.eod.§.si plures.
¶ Septimo capite exponuntur modi,quibus fideius- 21
sores liberantur,vel non liberantur. ¶ Tres modi pro- 22
ponuntur, quibus fideiussor liberatur. I. Sublata prin-
cipali obligatione siue per debiti solutionem,l.si inde-
bitam. 15.§.1.siue per nouationem,nisi etiam pro noua
obligatione fideiusserint,l.4.siue per successionem, vi-
delicèt si creditor debitori successerit, D. eod. l. si Sti-
chum.38.§.1.vel debitor creditori, D.eod.l. heres. 21.
§. quod si stipulator. vel tertius vtrique, infr. de solu-
tion.l.2.II.Si reus fideiussori,vel fideiussor reo,vel ter-
tius vtrique successerit:secus est cùm fideiussor succes-
sit confideiussori,vt exposui supr.cap.4.III.Morte rei,
quem iudicio sisti fideiussor promisit, si intra tempus,
quo sisti debuit,moriatur,l.sancimus.26.vers.nisi intra.
¶ Similiter tres modi proponuntur, quibus fideiussor 23
non liberatur. I.Electione confideiussorum,vel pigno-
rum, nisi creditori satisfactum sit, vt supr. docui.
II. Confiscatione bonorum debitoris,d.l.si indebitam.
§.1.& l.sententia.20.vel partis bonorum, l.1.quæ non
loquitur de deportato,vt Cuiac. putat libr. 15. Obser-
uat.cap. 35.sed de relegato:etenim deportatorum om-
nia bona semper confiscantur,infr.de pœnis.l.deporta-
torum.8.& D. de bon.damn. l. 1. in princ. Non obstat,
quòd d.l.1. C.h.tit.loquitur de exilio:quia etsi exilium
propriè significat deportationẽ, D. de public.iudic.l.2.
sæpe tamen accipitur pro relegatione, D. si quis caut.
l.4.in princ.& de interd.& relegat.l.4.& 5. Vnde Oui-
dius, qui fuit ab Augusto relegatus, modò se exulem
vocat,vt Tristium lib. 1. eleg. 1. & lib. 3. eleg. 3.modò
exulem esse negat,vt Tristium lib.2.&libr. 5. eleg. 11.
Rursus non obstat l.14.§.vlt.D.de interdict. & relegat.
quoniam ibi non dicitur deportatus retinere bona, sed
detinere, licèt (vt Græcus interpres notat,quia lex illa
ex Basilicis sumpta est, cum in libris latinis non exta-
ret)in his bonis ad fiscum pertinentibus nihil iuris ha-
beat; vel dicitur detinere bona, quæ post deportatio-
nem acquisiuit, quia bona acquirere potest, non iure
ciuili,vt hereditate,sed iure gentium,vt contractu, D.
manda.l.si mandauero. 22. §. is cuius. III. Lapsu tem-
poris,quamuis longum sit,l.pignoribus.25.Excipe pri-
mò longissimum tempus triginta annorum,cuius tem-
poris exceptio cuiuis personali actioni nocet, supr. de
constit.pecun.l.2.vers.neque sit. & de præscript. trigin.
vel quadrag.annor.l.3.& l. 7. Excipe secundò fideiusso-
rem iudicio sistendi causa datum,qui,si sine scriptis ca-
ueat,duobus mensibus elapsis liberatur,nisi ad longius
tẽpus cauerit. Cùm autem apud acta cauet, si quidem in
causa priuata, intelligitur fideiussione sine scriptis fa-
cta,adeo vt dicti tẽporis lapsu liberetur:si verò in cau-
sa publica,censetur in scriptis cauisse,adeo vt perpetuò
teneatur,

teneatur, l.pe. Hæc quæ hactenus docui, specialiter tra-
duntur de fideiussoribus, licet maxima ex parte accom-
25 modentur etiam mandatoribus. ¶ De quibus in poste-
riori huius tituli parte duæ quæstiones dissoluuntur.
26 ¶ Prima quæstio est, an mandator teneatur. ¶ Tenetur, si
27 rectè contraxit, adeo vt non liberetur, nec propter ele-
ctionem, si creditor contra alterum egit, vt contra al-
terum mandatorem, vel contra reum principalem,
l. reos. 23. quod enim supr. de fideiussoribus diximus,
idem in mandatoribus, & reliquis intercessoribus ob-
tinet, l. vlt. nec propter bonorum debitoris confiscatio-
nem; quoniam hoc quoque omnibus intercessoribus
28 commune est, l. sententia. 20. ¶ Non tenetur, I. Si con-
ditio mandati defecerit, veluti si creditor sine pignori-
bus pecuniam crediderit, cùm mandator suo periculo
credi cósenserit, ita demum si sob pignoribus credere-
tur, l. 7. II. Si principalis obligatio nouata sit, nisi etiam
29 nouæ obligationi idem mandator accesserit, l. 4. ¶ Se-
cunda quæstio est, quomodò mandator teneatur. Hîc
dantur duæ regulæ. I. Mandator non tenetur vltra
mandatum: putà si mandaui Mæuio, vt Titio centum
aureos crederet, & ille ducentos credidit, non habet me
obligatum vltra centum, l. si vltra. 22. quod generaliter
in omnibus mandatis obtinet, Instit. de mandat. §. is qui
exequitur. II. Mandator potest vel in solidum etiam
ante reum principalem, vel pro parte conueniri, pro
creditoris libitu, l. si alienam. 20. l. reos. 23. habet tamen
diuisionis & ordinis beneficia, non minus quàm fide-
iussor, supr. de constit. pecun. l. vlt. & Nou. 4. cap. 1.

Tit. XLI. De nouationibus, & delegationibus

I. in princ. 5. 19. 20.	*IV. 8. 17. 20.*
§. j. 18. 19.	*V. 5. 12. 13.*
II. 5. 14.	*VI. 13.*
III. in princ. 4. 5. 12. 13. 18. 19. 20.	*VII. 5. 15.*
§. j. 14.	*VIII. 9.*

1 Obligatio contrahi, committi, transferri, tol-
li dicitur. Contrahitur, veluti stipulatione:
committitur, vt cùm dies stipulationis ve-
nit: transfertur, vt per nouationem, & dele-
gationem: tollitur, vt solutione, & acceptilatione. Quo-
niam igitur superioribus titulis de contrahenda obli-
gatione tractatum fuit, nunc agemus de ea transferen-
da, dicturi postea de ea dissoluenda & extinguenda.
2 ¶ Duæ sunt partes huius tituli: prior de noua-
3 tionibus, posterior de delegationibus. ¶ Nouatio est
veteris obligationis in nouam transfusio; cùm scilicet
vetus obligatio perimitur, & in eius locum noua sub-
4 stituitur, D. eod. l. 1. in princ. ¶ Est autem duplex: nem-
pe voluntaria, & necessaria. Voluntaria per stipulatio-
nem fit: necessaria fit per iudicium, D. eod. l. aliam. 29.
quia stipulatio est inter consentientes: iudicium verò
redditur in inuitum, D. de verbor. oblig. l. inter stipu-
lantem. 83. §. 1. est ergo necessitas ex parte rei: quin
etiam ex parte actoris, quatenus aliter suum consequi
non potest, D. de separat. l. vlt. Hæc necessaria nouatio
quæ per iudicium fit, duobus modis fit, id est, vel per
sententiam, vel per litis contestationem. Per senten-
tiam fit nouatio, cùm debitor à suo creditore conuen-
tus condemnatur, supr. de vsur. rei iudic. l. vlt. vers. si
enim. & D. de pignor. l. si fundus. 16. §. si pluris. Per litis
contestationem nouatio fit, cùm is, cui debitor delega-
tus est, vel cui mandatæ sunt contra aliquem actiones,
contra eum iudicio agit, l. 3. & D. eod. l. delegare est.
11. §. 1.
5 ¶ Delegatio in vniuersum definiri vix potest: quia
multiplex est, I. Alia est actionis, seu eius quod dele-
ganti debetur, infr. de donat. l. cùm de bonis. 21. &
D. de pecul. l. quod debetur. 51. alia personæ, l. 2. solutu-
ræ, l. pen. & D. eod. l. si debitorem. 21. vel promissuræ,
quod delegans aut debet, d. l. delegare est, in princ. aut
donare vult, arg. d. l. cùm de bonis. In hac igitur perso-
næ delatione tres personæ spectantur: delegans, delega-
tus, & is cui delegatur, quem delegatarium vocemus.
Ac interdum delegatur debitor delegantis, l. 1. in princ.
l. 3. in princ. & D. eod. l. si quis delegauerit. 12. interdum
qui non est debitor; vel quia delegans eum indemnem
seruaturum promisit, l. 5. vel quia pro debitore habe-
tur, D. eod. l. si non debitorem. 13. Rursus delegatur vel
creditori delegantis, d. l. delegare est. in princ. vel non
creditori, veluti cui delegans donare volebat, d. l. cùm
de bonis. aut cui creditor delegantis iussit delegari,
d. l. delegare est. in princ. II. Alia est voluntaria, quæ
per stipulationem perficitur, cùm delegans à delegato
stipulatur: alia necessaria, quæ per litis contestationem
perficitur, cùm delegans à delegato petit, & litem con-
testatur, vt supr. exposui.
¶ His expositis, accedo ad tituli analysim: cuius par- 6
tes duæ sunt: prior de nouationibus, posterior de dele-
gationibus.
¶ In priore parte de nouatione necessaria à delega- 7
tione distincta nihil traditur: de voluntaria duæ quæ-
stiones dissoluuntur. ¶ Primò quæritur, an procurator 8
creditoris nouare possit. Respondetur, eum, qui ad exi-
gendam pecuniam datus est, neque nouare, neque de-
bitorem non soluentem, aut pro qua parte non soluit,
liberare posse, l. 4. quia fines mandati excedere non po-
test, supr. de procurat. l. si procurator. 10. & D. mandat.
l. 5. & Instit. eod. §. is qui exequitur. ¶ Secundò quæri- 9
tur, quomodò fiat nouatio. Respondetur, non fieri ta-
citè, nec in dubio præsumi, sed tantùm fieri expressè;
adeo vt, nisi partes expressè dicant se pro veteri actio-
ne nouam eligere, siue ab illa obligatione recedere, vt
nouam constituant, non intelligatur nouatio, sed po-
sterior obligatio priori accedat, l. vlt. & Instit. quib.
mod. tollit. oblig. §. præterea. ¶ Posterior tituli pars, quæ 10
est de delegationibus, diuiditur in tria segmenta.
¶ In primo segmento de persona delegata vt pro- 11
mittat, dissoluuntur tres quæstiones. ¶ Primò quæri- 12
tur, quis possit delegari. Respondetur, delegari posse
vel debitorem ipsius delegantis, l. 3. in princ. vel non
debitorem, vt quia delegans ei promisit indemnitatem,
l. 5. ¶ Secundò quæritur, quomodò fiat hæc delega- 13
tio. Respondetur, inchoari nudo consensu delegantis
& delegati, l. 6. & D. eod. l. delegare scriptura. 17. id est,
mandato, quo delegans mandat delegato, D. eod. l. si
quis delegauerit. 12. non vt soluat, sed vt promittat de-
leganti, D. eod. l. si debitorem. 21. perfici autem vel sti-
pulatione, vel litis contestatione, D. eod. l. delegare est.
11. §. 1. id est, cùm delegatarius à delegato stipulatur, l. 5.
vel ab eo apud iudicem petit, l. 3. in princ.
¶ Tertiò quæritur, quis sit effectus huius delegatio- 14
nis. Duo sunt effectus. I. Delegatus non potest ampliùs
à delegante conueniri, quia eius obligatio per noua-
tionem sublata est, l. 2. & l. 3. §. 1. II. Delegatus ex sua
promissione conueniri à delegatario sine exceptione
potest, D. eod. l. si quis delegauerit. 12. & l. seq. ¶ In se- 15
cundo segmento agitur de persona delegata vt soluat,
hoc casu delegatus non potest suo nomine à delegata-
rio conueniri, nisi ei se soluturum promiserit, vel con-
stituerit, vt ex stipulatione, vel de pecunia constituta
ab eo cóueniri possit, l. pen. ceterùm etsi soluendo libe-
ratur, tamen promittendo non nouat obligationem
delegantis, D. eod. l. si debitorem. 21. ¶ In tertio se- 16
gmento considerantur duo casus: actio namque man-
datur facto procuratore vel in rem domini, vel in rem
suam. ¶ De procuratore in rem domini facto notatur, 17
eum

eum posse dumtaxat exigere debitum,non nouare, l.4.
18 quod paulò antè exposui. ¶De procuratore in rē suam
facto,vt quia nomen emit,l.1.§.1.vel in solutū accepit
à suo debitore,l.3.in princ. decidūtur duæ quæstiones.
19 ¶ Prima quæstio est,quomodò fiat delegatio.Primò
præparatur per cootractum, putà per nominis venditionem, iu qua non requiritur voluntas vel scieotia
debitoris,cuius nomen venditur, l. 1. §.1.Secundò inchoatur,cùm conttactus ille impletur,id est, cùm actio
mandatur seu ceditur. Tertiò perficitur,cùm delegatarius à debitore, contra quem sibi actio mandata est,
stipulatur,aur iudicio petit,l.1.in princ. & l. 3. in princ.
20 ¶ Altera quæstio est, quis sit effectus huius delegatioois.Respondetur,eum, qui actionem mandauit, nihilominùs posse exigete,& exactionem eius, cui mandauit,impedire,exceptis tribus casibus,id est, nisi mandatarius litem cum debitore contestatus sit, vel ab eo
partē debiti acceperit, vel ei denūciauerit,ne mādatori
solueret, l.3.in pr. Primo casu est delegatio & nouatio
perfecta per litis contestationem:idémque intelligendum,si mandatarius à debitore stipulatus sit. Secundo
casu fingit lex partem debitt solutam mandatario, id
est,saltem partem debiti:nam multò minòs posset mandator exigere,si mandatarius totum debitum exegisset.
Tertio casu valet denunciatio mandatarij, ne mandatori soluatur; quia in rem suam procurator factus fuerat,mādato solutionis causâ facto, id est,nomine debitoris dato in solutū: alioquin cùm procurator in rem
mandantis factus est, mandator re integra reuocare
mandatum potest, D. de procurator. l. ante litem. 26.
mandatarius verò actionem mandatori adimere nequit, l.4. His autem duobus posterioribus casibus non
est nouatio,sed quasi nouatio:quia delegatus non liberatur ipso iure ab obligatione,qua deleganti obstrictus
est, sed exceptione taciti pacti, vel doli mali: oouatio
namque aliter quàm stipulariooe, vel iudicio fieri non
potest, l. 1. in princ. & D. eod. l. delegare est. 11. §.1.
l. aliam. 29.

Tit. X L I I. De solutionibus,& liberationibus.

I. 13.*j.*	*XIII.* 14.*vj.*
II. 14.*iv.*	*XIV.* 12.*iij.*
III. 6.*j.*	*XV.* 14.*v.*
IV. in princ. 6.*iij.*	*XVI.* 9.
§.*j.* 13.*j.iv.*	*XVII.* 4.9.
V. 4.	*XVIII.* 12.*iv.*
VI. 10.12.*ij.* 14.*vj.*	*XIX.* 6.*p.ij.* 13.*iv.*
VII. 14.*iij.*	*XX.* 9.14.*iij.*
VIII. 11.*j.*	*XXI.* 14.*vj.*
IX. 14.*ij.*	*XXII.* 13.*iv.*
X. 9.13.*ij.*	*XXIII.* 14.*vj.*
XI. 7.	*XXIV.* 9.13.*iij.*
XII. 7.	*XXV.* 12.*j.* 13.*iv.*


1 Vm dictum sit de contrahenda, committenda, & in alium transferenda obligatione; superest, vt de ea tollenda dicamus.
Tollitur,cùm debitor liberatur,vt solutione,acceptilatione,& aliis modis, Institut.
2 quib.mod.toll.obligat. ¶ Duæ sunt partes huius tituli:
prior de solutionibus, posterior de liberationibus. Solutionem hîc intelligo,non obligationis, alioquin omnes modos contrahendæ obligationis complecteretur,
vt exposui in Isag. D.h.t.num. 1.sed rei debitæ, vel alterius rei in locum rei debitæ, vt sit specialis modus
obligationis tollendæ. Sic accepto solutionis vocabulo, duplex est inter solutionem, & liberationem differentia. I. Solutio est facti,D.de curat.furio.l.7.§.vltim.
liberatio est iuris. II. Solutio est causa, liberatio est
effeétus; quia debiti solutione debitor liberatur, Institut.quib.mod.toll.oblig. in princ. III. Liberatio latiùs
patet, quàm solutio: quia non tantùm solutione, sed
etiam aliis modis liberamur,Instit.eod.tit.

¶ Prior tituli pars,quæ est de solutionibus,diuiditur 3
in sex capita. ¶ Primum caput est de persona soluente;quæritur enim,quis soluere, & soluendo obligatio- 4
nem tollere possit, vtrùm debitor dumtaxat, an etiam
alius.Respondetur,quocumque soluente,si pro debitore soluat,debitorem liberari,l.5.& l.manifesti.17.etiam
inuitum,D.de negot.gest. l. soluendo. 39. ergo qui pro
debitore soluit,non potest solutum repetere,D.de condict.indeb.l. repetitio. 44. quamuis si suo nomine,quasi ipse deberet,soluisset, cōdicere posset,D.eod.l.si poenæ. 19. §. 1. ¶ Secundum caput est de persona,cui sol- 5
uitur. Hîc duæ quæstiones deciduntur. ¶ Primò quæ- 6
ritur,an seruo creditoris solui possit. Regulariter, qui
seruo soluit,quod eius domino debet,non liberatur,l.si
actore.19.in fin.Excipitur, I. Qui ab eo liberam peculij administrationem habente, mutuam pecuniā accepit: nisi dominus ei peculium ante solutionem ademerat,ac debitor ademptum esse sciebat,l.3. II. Qui à seruo actore pecuniis credendis ac recipiendis præposito,
mutuum acceptum restituit,d.l.si actore. III. Qui domini voluntate seruo soluit,l.4.in princ.

¶ Secundò quæritur, an alij, quàm creditori solui 7
possit. Respondetur, eum, qui alij soluit,non liberari,
nisi vel creditor initio consentiat,vel postea ratum habeat, l.inuito. 12. quod obtinet etiam in debitore mulieris,qui marito soluit,l.cùm maritum.11. ¶ Tertium 8
caput est de eo quod soluitur. Hîc similiter duæ quæstiones dissoluuntur.

¶ Primò quæritur,an aliud solui possit, quàm qood 9
creditori debetur. Respondetur, aliud pro alio solui
posse creditori,l.successores.10.l.manifesti.17. l.si operas.10.& l.pen.non inuito,l.cum à quo.16.& D.de reb.
cred.l.2.§.1.vnde creditor,cui nummi certæ speciei debentur,in alia specie recipere,si inde damnum passurus
sit,non tenetur,D.eod.l.99.vbi pro *debitorem*, quod est
in libro Flor.legendum ex Basilicis, *creditorem*, vt scriptum est in vulgatis libris.

¶ Secundò quæritur, si creditor, recepta parte rei 10
debitæ, apocham vniuersi debiti dederit, quasi totum
accepisset,an residuum petere possit.Respondetur,quoniam apocha vim acceptilationis non habet, residuum
peti posse, nisi vel transactionis, vel donationis causâ
pars soluta sit: tunc enim residuum petenti obstabit
pacti exceptio, l.6. ¶ Quartum caput est de loco solu- 11
tionis. Finge certum locum esse destinatum solutioni, putà, *Romæ dabis?* potestne in prouincia solui:Hæc
quæstio bifariam tractari potest: vel enim creditor
vult alibi exigere, vel debitor vult alibi soluere. Notentur igitur duæ regulæ. I. Qui certo loco se soluturum promisit, alibi inuito creditore soluere non potest,D.de eo quod cer.loc.l.is qui.9.Non esset enim res
boni exempli,si hoc debitori permitteretur, nisi ex iusta causa,l.vsuras.8. (vbi legendum *permittere*, non *promittere*) veluti, si ad locum solutionis tutò accedi propter bellum vel pestem non possit. II. Nisi debitor suo
loco soluat, creditor potest alio loco petere vel actione bonæ fidei, si obligatio ex contractu bonæ fidei orta sit, vel actione arbitraria de eo quod certo loco, si
debeatur ex contractu stricti iuris, D. de eo quod cer.
loc.l.1.l. 2. §. 1. l.5.6.7.& Institut. de action.§.plus autem. ¶ Quinto capite de probatione solutionis dan- 12
tur quatuor regulæ. I. Si dubitetur,an solutum sit,nécne:creditor probare non tenetur obligationem durare,
sed debitor probare debet solutum esse,l.vlt.& supr.de
probat.l.1.ipse enim solutum dicit,creditor verò negat;

ac probare

æ probare tenetur is qui dicit,non qui negar, D. eod. l.2. I I. Apocha partis ſolutæ oon obſtat reſidui petitioni, l.6.vide ſupr. num. 10. I I I. Apocha maiorem fidem facit, quàm ſi chirographum debitori redditum ſit,l.pecuniæ.14. I V. Si heres procuratoris mei chirographum meum cum procuratoris ſubſcriptione,quod nihil crediroti debeatur, mihi reddiderit, non tollitur quæſtio,vtrùm meâ, an procuratoris mei pecuniâ creditoribus ſatisfactum ſit,l.inquiſitio.18.

13 ¶ Sexto capite declarantur quatuor effectus ſolutionis. I. Debitor liberatur ex ea cauſâ, ex qua ſoluit, neque creditore ante redditũ debitori chirographũ moriente obligatio exſuſcitatur,l.4.§.1. Quid ergo, ſi debitor ex multis cauſis tenebatur? poteſt exprimere, in quam cauſam ſoluat,vt ex ea liberetur: ſi id non fecit, creditor eliget, in quam cauſam accipiat, dummodò in eam cauſam imputet,in quam ipſe ſolueret, ſi debitor eſſet: rem enim debitoris ſic agere debet, vt ſuam ageret. Neutro ſuam voluntatem declarante, primò in vſuras, deinde in ſortem ſolutum cenſetur, dummodò vſuræ ciuiliter debeantur,ita vt peti poſſent: ſemper enim præſumitur ſolutio in duriorem cauſam facta, vt à moleſtiori obligatione debitor liberetur:&, ſi par omnium obligationum cauſa ſit, ex omnibus pro portione ſolutum videtur,l.1.& D. eod. l. 1. cum 7. legib. ſequentib. I I. Heres ſoluentis noo poteſt ſolutionem à defuncto maiore viginti quinque annis factam reuocare, licèt aliud pro alio ſolutum ſit, l. ſucceſſores. 10. I I I. Commodum & incommodum, quod rei ſolutæ accedit, ad creditorem pertinet, cui ſolutum eſt, licèt aliud pro alio ſolutum fuerit, l.penult. I V. Inſtrumentum obligationis per probationem redditur inane, l.ſi actore.19.& ſupr.de condict.ex leg. l.2. etiamſi neque cancellatum ſit, l. inductum. 22. neque debitori redditum, l. 4. §. 1. ac debitor illud condicere poteſt, l.vlt.& ſupr.de condict. ex le. d.l.2. vel ad exhibendum agere, ſupr. ad exhibend. l. vltim. Hactenus de ſolutionibus.

14 ¶ Secunda tituli pars eſt de liberationibus: quarum variæ cauſæ exponuntur. I. Solutio, de qua dictum fuit ſuprà. I I. Obſignatio pecuniæ debitæ, id eſt, ſi debita pecunia, fuerit oblata creditori, & eo nolente accipere ſit conſignata & depoſita: hoc modo debitor liberatur, dummodò totam pecuniam ibi obtulerit, vbi ſoluendum erat, l.obſignatione.9. Vide plura in noſtro commentario ad l.ſi per te. 9. & ad l. acceptis. 19. ſupr.de vſur. I I I. Compenſatio, l.7. Compenſationem accipio pro crediti & debiti mutua contributione, vt definitur in l. 1. D. de compenſat. & accipitur in toto illo titulo: in alia ſignificatione accipitur in l. ſi operas.20. nimirum cùm aliud pro alio ſoluitur, & ita res cum re debita compenſatur, vt & in l.6.ſupr.de rei vindic.& in l.6.ſupr.de hered.inſtitut. I V. Succeſſio: ſiue debitor creditori ſuccedat, ſupr. de fideicomm. l. 3. & D.hoc tit.l.Stichum. 95.§. aditio. ſiue creditor debitori, d.l.Stichum.§.aditio.& ſupr.de pact. l.7.& de negor. geſt.l.7.& de hered.actio.l.penul.& ad leg. Falcid. l. licèt.14.& de bon. auctor. iudic. poſſid. l.7.(niſi vel cum beneficio inuentarij adeat hereditatem, ſupr.de iur.delib. l.vlt. §. ſi verò & ipſe. vel totam hereditatem reſtituat ex ſenatuſconſulto Trebelliano, ita vt nec damnum nec commodum inde ſentire debeat, Inſtitut. de fideicommi.heredit.§.ſed quia ſtipulationes. vel per inofficioſi querelam ei euincatur hereditas, ſupr. de inoffic.teſtam. l. ſi maritus. 22.) ſiue tertius vtrique, l. 2. V. Reſtitutio chirographi, ſi creditor debitori chirographum reddiderit: verùm hoc caſu non tollitur obligatio ipſo iure, ſed inducitur tacitum pactum de non petendo, ex quo datur debitori exceptio, D. de pact. l. 2. §. 1. Si verò alius ſine voluntate creditoris debitori chirographum reddiderit, non nocet creditori, l. quod debitori. 15. Vnde quæritur, ſi chirographum apud debitorem reperiatur, an præſumatur a creditore redditum: quod puto verius: quia idem obſeruatur in chirographo deleto vel cancellato, vt ſcilicèt à creditore cancellatum præſumatur, niſi contrarium probetur, D. de pact. l. ſi chirographum. 24. Noo obſtat lex vnic. §. ille autem. ſupr. de lat. liber. toll. vbi ſeruus præſumitur furatus, vel deleuiſſe inſtrumentum, ex quo ſeruitus oſtenditur, ideóque libertatem non conſequitur, niſi per quinque teſtes probet dominum reddidiſſe, vel cancellaſſe: quia hoc caſu eſt præſumptio contra ſeruum,qui deſiderio libertatis incenſus, facilè adducitur,vt velit: & quia eſt perſona domeſtica, facile poteſt inſtrumenta domino ſurripere, vel cancellare. Rurſus quæritur, ſi duo ſint chirographa, & vnum redditum ſit, vtrùm hoc redditum officiat obligationi, an alterum retentum eam conſeruet. Verius eſt obligationem illæſam manere, niſi debitor probet creditorem animo diſſoluendæ obligationis chirographum reddidiſſe, arg. l. vltim. D. de his quæ in teſtam. delent. & ita plerique Doct. rectè ſentiunt contra Bartolum in d. l. 2. §. 1.D.de pact. V I. Si creditor accepta parte ſcripſit ſe totum accepiſſe, dummodò vel tranſactionis, vel donationis causâ id ſcripſerit, alioquin reſiduum peti poteſt, l. 6. & l.intereſt. 21. quemadmodum & cum ſpe futuræ numerationis ſcripſit ſe totum debitum recepiſſe, tuta obligatio ſalua manet: quoniam huiuſmodi apochæ non habent vim acceptilationis, l. ſi obligatum. 13.& l. ſi literarum. 23.

Tit. X L I I I. De acceptilationibus.

I. 3.4.	*I I I. 5.*
I I. 5.	

Cceptilatio eſt imaginaria ſolutio, creditore, diſſoluendæ obligationis cauſâ, debitori interroganti num debitam pecuniam acceptam habeat, reſpondente ſe acceptam habere, Inſtitut. quib. mod. toll. oblig. §. 1. 1

¶ De hac diſſoluuntur in præſentia tres quæſtiones. 2

¶ Primò quæritur, quis poſſit acceptò ferre. Reſpondetur, creditorem poſſe acceptò ferre, etiamſi pupillus ſit, dummodò tutore auctore id faciat, l.1. 3

¶ Secundò quæritur, quomodò acceptò feratur. Reſpondetur, acceptò ferri ſolemnibus verbis, d. l. 1, veluti, *Quod tibi promiſi, habéſne acceptum? habeo*, Inſtit. quib.mod.toll.oblig.d.§.1. Nec tamen hoc ius correctum, licèt in ſtipulationibus, quæ acceptilationi ſimilem formam habent, verborum ſolemnitas ſublata ſit, ſupr.de contrahen.ſtipul.l.omnes.10. 4

¶ Tertiò quæritur, quis ſit effectus acceptilationis. Reſpondetur, quia verbis fit, eá verborum tantùm obligationem ipſo iure tolli, Inſtitut. quib.mod. toll. oblig. d. §. 1. nihil enim tam naturale eſt, quàm vnumquodque diſſolui eo modo, quo ligatum eſt, D. de diuerſ. reg. iur. l. nihil tam naturale. 35. Ceteris autem obligationibus acceptilatio nocet, non ſuâ naturâ, ſed vi & poteſtate conuentionis ſeu pacti, quod in ſe continet. Quare ſi ei acceptò feratur, qui re obligatus eſt, exceptione pacti, vel doli mali ſe tueri poterit, D.hoc tit. l. ſi acceptũ latum. 19. ſed ſi acceptò feratur ei, qui ſolo conſenſu eſt obligatus, ipſo iure obligatio tollitur, nõ vi acceptilationis, ſed pacti, ſeu cõuentionis, 5

D.de tescind.vend.d. l.5. quia huiusmodi obligationes nudo pacto tolluntur, d.l. nihil tam naturale. & D. de pact.l. 7.§.adeo.l.ab emptione. 58. Præterea omnes aliæ obligationes per stipulationem nouari possunt:deinde verborum obligatio, in quam prior qualiscumque obligatio transfusa est,per acceptilationem tollitur:atque ita omnis obligatio dissoluitur, l.2. & Instit.quib. mod.toll.obligat. d. §. 1. Quin etiam variæ & diuersæ obligationes, quotcumque sint, per formulam Aquilianam in vnam stipulationem conferri per nouationem possunt: cui subdita acceptilatio debitorem omnino liberat,l.vlt.& Instit. quib.mod. toll. oblig. §. est autem.quod etiam vtrimque fieri potest, vt omnes obligationes ab vtraque parte tollantur, D.h.t.l.1. Huius Aquilianæ formulæ magnus est vsus in transactionibus,l.3.l.4.l.vt responsum.15.l.vbi pactum.40.& D.eod. l.2.4.5.l.pacto.15.

Tit. XLIV. De euictionibus.

I. 13.*iij.*	*XVII.* 9.j.13.*iv.vj.*16.
II. 13.j.	*XVIII.* 7.13.j. vj.14.j.vj. *vij.viij.*
III. 13.*ij.*	*XIX.* 10.13.vj.
IV. 14.*ij.*	*XX.* 13.vj.
V. 13.*ij.*	*XXI.* 13.j.ij.vj.15.*ij.*16.
VI. 13.j.15.*ij.*	*XXII.* 6.13.v.15.j.
VII. 14.*vij.*	*XXIII. in princ.* 6. 13.vj. 14.vj.
VIII. in princ. 13.vj.15.j.ij.16.	§.j.13.*ij.*vj.16.
§.j.13.vj.*vij.*	*XXIV.* 13.*ij.*
IX. 13.ij.vj.14.j.vj.16.	*XXV.* 7.13.*ij.*15.j.*ij.*16.
X. 13.*iij.*	*XXVI.* 13.*ij.*
XI. 9.v.	*XXVII.* 13.j.
XII. 7.	*XXVIII.* 8.
XIII. 9.*iij.iv.*14.v.	*XXIX.* 13.vj.14.*iij.*
XIV. 9.*ij.*	*XXX.* 13.j.
XV. 13.*vij.*15.*iij.*16.	*XXXI.* 5.*ij.*9.v.14.*viij.*

1 QVi ex aliqua obligatione conuenitur, is vel exceptione seu defensione aliqua se tuetur, ne condemnetur, vel condemnationem subit,&, vt indemnitatem consequatur,de euictione contra eum agit, qui sibi de euictione tenetur, ac possunt hæc duo remedia in eundem competere: veluti contra eum, qui alienam rem vendidit; posteáque dominium nactus, eam rem euincit,D.h.t.l.vindicantem. 17. Quare defensionibus pro reo iam expositis rectè subiicitur tractatus de cui-
2 ctionibus. ¶ Hîc duo iudicia considerantur: alterum, quo agitur de re euincenda;alterum,quo is,cui res euicta est, contra suum auctorem regreditur, & contra eum de euictione agit,idcirco duo sunt capita huius ti-
3 tuli. ¶ In priori capite de iudicio rei euincendæ duo considerantur:actoris intentio,& rei defensio.
4 ¶ Intentio actoris fundatur dominio,vel hypotheca, vel libertate:tria igitur sunt iudicia, quibus res euincitur:rei vindicatio,actio hypothecaria, vt præiudicium:
5 de quibus singulis dispiciamus. ¶ Dominus potest rem euincere:quia rem suam vindicare potest,D.de rei vindic. l. in rem.23. in princ.à quolibet possessore, D.eod. l.officium.9.& supr.de alienat.iudic.mut.cau.l.vn. Hæc regula producitur, I. Ad dominum pro parte, qui potest partem suam euincere, sicut dominus ex asse totam rem euincit,l.super.16.& D.eod.l.1.l.bonitatis.13. l.qui fundum.45.l.si fundo.53.in princ.l. si dictum. 56. §. in stipulatione. Euincitur autem pars vel pro diuiso, vel pro indiuiso, D.eod.l.ex mille. 64. II. Ad heredem fideiussoris suo,non hereditario nomine rem euincentis. Nam si, cùm mihi rem Titij venderes, Seium fideiussorem euictionis nomine dederis,deinde Titius Seio heres extiterit, nihilominùs rem mihi euincere,Titius suo iure potest, quamuis hereditario nomine de euictione tenetur,l.vlt.Hæc dicta sint de domino rem vindicante.

¶ Creditor quoque, cui res pignerata est, eam 6
euincit, l. cùm tibi. 22. l. cùm successores. 23.in princ. actione hypothecaria: hæc enim actio datur creditori pigneratitio, D.de pignorib.l.si fundus. 16.§.creditor. & Inst.de actionib.§.item Seruiana.contra quemcumq; possessorem,supr.de pignorib.l.distractis.14. & D. eod. l.creditor. 13. §. & in superficiariis. ¶ Denique si quis 7
quasi seruus alienatus sit, nihil vetat eum in libertatem euinci,l.siue in libertatem. 12.quod quidem præiudicio fieri constat,Instit.de actionib. §.præiudiciales. cùm liber sententia iudicis pronunciatur, l.si status. 18.l.si tibi. 25.Dictum est de actoris intentione.

¶ Iam dicamus de rei defensionibus: quæ quidem 8
multæ sunt:& ei qui conuenitur competunt vel ex sua, vel ex auctoris sui persona, l.emptori.28.vt putà emptori non solum suum, sed etiam venditoris pactum ad excipiendum prodest,D.de pact.l.si tibi. 17. §. pactum. nec tantùm sua, sed etiam venditoris possessio ad præscribendum prodest,D.de contrah.empt.l.dolia.76.§.1. & Instit.de vsucap. §. inter. ¶ Prima defensio est, si is 9
velit rem euincere,qui de euictione tenetur:quia in rei cõuenti potestate est,vtrùm malit pati, vt res sibi euincatur,deinde contra eum,qui euicit,agere de euictione, an ab initio eum rei venditæ & traditæ, vel doli mali exceptione summouere, secundum vulgatam illam regulam, quem de euictione tenet., eum agentem repellit exceptio, D.h.t.l.vindicantem. 17. & l.seq. Hac ratione summouetur I. Is qui vendidit, D.de except. rei vend.& trad.l. 1.in princ. siue iure communi vendiderit,D.eod.l.vindicantem. 17. siue iure creditoris, infr. tit. prox. l. 1. §. 1. & D. de distract. pign. l. & si is. 10. II. Successor venditoris: siue suo siue hereditario nomine rem vindicare velit,l.siue possessio.14.& supr. de reb.alie.non alien.l.3.& D.de exc.rei vend.& trad. d. l. 1.§.1.necnon successor eius, qui ex alia causa, putà dotis,rem tradidit,D.h.t.l. Seia. 73. Nec refert, vtrùm in vniuersum ius, an in eam dumtaxat rem successerit, D.de exc.rei vend.& trad.l.vlt. in fin. III. Damnatus, cui res ablatæ & distractæ sunt rei iudicatæ exequendæ gratia, l. si ob causam. 13. IV. Eiusdem damnati successor, d.l. si ob causam. V. Fideiussor, veluti qui pro venditore fideiussit, l.exceptione. 11. non tamen heres fideiussoris suo nomine rem euincens, l. vlt. vt paulò antè notaui.

¶ Secunda defensio est longi temporis præscri- 10
ptio, l. si obligata. 19. ad quam perficiendam iam notaui coniungi possessionem auctoris cum possessione successoris. ¶ Tertia defensio est, si reus rem peti- 11
tam suis sumptibus meliorem fecerit, plus impendens, quàm ex fructibus perceperit:quia nisi actor eos sumptus, quatenus perceptos fructus excedunt, restituat, doli mali exceptione summouetur,l.super.16. & D. de rei vindicat.l.sumptus. 48. & de action. empt. l. idque. 45.§.1.& de doli except.l.Paulus. 14. Hæc dicta sint de iudicio, quo res euincitur. ¶ Consequenter de eo vi- 12
deamus, quod ob rem euictam competit: quod est secundum huius tituli caput. Quatuor quæstiones hîc deciduntur.

¶ Primò quæritur, quænam requirantur, vt de eui- 13
ctione agi possit. Hîc septem requiruntur. I. Vt euictionis periculum pacto remissum non sit,l. empti. 21. & D.eod.l.cùm ea.68. in princ. hoc enim pactum venditori prodest, quò minùs de euictione teneatur, nisi dolo malo fecerit, id est,nisi rem alienam sciẽs ignorãti vendiderit,

vendiderit, D. de act. empt. l. 6. §. vltim. l. ex empto. 11. §. denique.& §.seq. Pactio autem vel stipulatio de euictione præstanda non est necessaria in venditione, l.6.& D.de contrah. empt. l. in vendendo. 66. in princ. nisi quis mala fide emerit, id est, sciens rem esse alienam, vel obligatam, l. si fundum. 27. & supr. commun. vtriusq. iudic. l. 7. vel hominem, quem emebat, liberum esse, l. si status. 18. Sed hæc scientia & mala fides ex pacto vel stipulatione de euictione præstanda non colligitur, nisi aliis argumentis probetur, l. penult. Donator autem ne quidem ex pacto tenetur de euictione, nisi per stipulationem se obligauerit, l. 2. sed tantùm de dolo conueniri à donatario potest, si dolum in donando commiserit, D. de ædil. edic. l. ad res. 62. & de donat. l. Aristo. 18. §. vlt. II. Vt euictio secuta sit, l. si controuersia. 9. l. cùm successores. 23. §. 1. l. si tibi. 25. Nihil autem referr, quando sit euicta: nam etsi post longum temporis spatium euicta fuerit, tamen actio de euictione efficaciter competit, nec longi temporis præscriptione summouetur, l. empti. 21. quia de euictione actio ante rem euictam non nascitur: actione autem nondum nata, præscriptio non currit, supr. de præscr. trigin. vel quadrag. ann. l. 7. §. illud.) nec vtrùm res sit euincenti restituta, an ei pecunia soluta, veluti si debita pecunia soluta sit creditori agenti hypothecaria actione, l. cùm tibi. 22. Si igitur res nondum euicta pereat, euictionis periculum cessat, nec potest amplius esse locus actioni de euictione, l. si quis tibi. 26. Et quamuis res aliena, vel obligata dicatur, non potest agi de euictione, l. 3. ne quidem si controuersia mota, nec dum finita sit, nisi quis nominatim pactus sit, vt ante rem euictam agere possit, l. siue. 12. Sed alia remedia dantur emptori, qui nondum pretium soluit: aut enim actione ex empto petit, vt venditor rem, quæ obligata est, à creditore liberet: aut doli mali exceptione opposita se tuetur, ne pretium soluat, l. 5. l. si post. 24. nisi sibi venditor idoneè de euictione caueatur, D. de peric. & com. rei vend. l. penult. §. 1. III. Vt euicta sit tota res, vel eius pars similaris, vt pars fundi venditi, l. si fines. 10. l. super. 16. & D. eod. l. 1. l. minor. 39. §. si à me. l. qui fundū. 45. vel ius in re, vt vsusfructus, D. eo. l. sed si quid 15. §. 1. & l. minor. §. vlt. l. fundum. 46. in princ. l. ex mille. 64. & D. de contrah. empt. l. in vendendo. 66. in princ. aut seruitus prædialis, d. l. in vendendo. in princ. Tres autem sunt casus, quibus non agitur de euictione, nisi euictio promissa fuerit, sed ex empto in id quod interest. Primus, cùm accessio rei venditæ, de qua nihil conuēnit, euicta est, vt fructus, aut partus, D. h. t. l. venditor. 8. l. si prægnans. 42. & l. seq. Secundus, cùm pars dissimilaris est euicta, vt pars hominis venditi, quia pars hominis non est homo, D. eod. l. si dictū. 56. §. in stipulatione. Tertius, cùm materia est euicta: veluti cùm hereditas est vendita, & res hereditariæ sunt euictæ, l. 1. aut domo seu naue vendita, cæmenta seu tabulæ euictæ sunt, D. eod. l. naue. 36. IV. Vt res sit per iudicem euicta, non sine iudiciali contentione sit ab emptore volenti euincere tradita, l. si cùm quæstio. 17. nec per arbitrum compromissarium euicta, D. eod. l. dictum. 56. §. 1. Quo autem iudicij genere res euincatur, nihil interest, D. eod. l. si mancipium. 34. §. 1. V. Vt euicta sit ex causa venditionem antecedente, l. cùm tibi. 22. VI. Vt sine culpa eius sit euicta, cui euicta fuit, vt emptoris, eiusve qui rem ex causa permutationis accepit. Culpam autem committit sequentibus casibus. Primus casus est, cùm is, qui præscriptione se tueri potest, ea non vtitur, l. si obligata. 19. Secundus casus est, cùm auctori suo, vel heredi eius non denunciat, vt ab eo defendatur, l. emptor. 8. in princ. l. si controuersia. 9. d. l. si cùm quæstio. 17. l. si parentes. 20. l. empti. 21. l. cùm successores. 23. in princ. l. si permutationis. 29. & D. eod. si ab emptore. 49. l. si per imprudentiam. 51. §. 1. l. si rem. 62. §. 1. nisi aut denunciandi necessitas pacto remissa fuerit, D. eod. l. Herennius. 63. in princ. aut denunciare non potuerit, siue quia scire nō potuit, vbi esset vēditor, D. eo. l. si dictum. 56. §. penult. siue quia venditor curauit, ne sibi denunciaretur, D. eod. l. si ideo. 55. in fin. & d. l. si dictum. §. simili. Item cùm quis seriùs, id est, propè condemnationem denunciat, D. eod. l. si rem. 29. §. vlt. Item cùm iudicio non adfuit absente auctore vel fideiussore ab eo dato, d. l. emptor. §. 1. aliàs vtrùm auctor iudicio quo res euincitur, adsit, an absit, nihil interest: vtroque enim casu de euictione tenetur, quia sufficit ei denunciatum fuisse, vt adesse posset, d. l. cùm successores. §. 1. VI. Vt res euicta non sit per iniuriam iudicis iniquè iudicantis: quia iniuria, quam iudex emptori facit, venditori nocere non debet, d. l. emptor. §. 1. l. si non iniuria. 15. & D. eod. l. si per imprudentiam. 51.

§ Secundò quæritur, qui teneantur de euictione. Tenentur I. Venditor, l. si controuersia. 9. l. si status. 18. II. Is, qui rem in solutum dedit: quia hic contractus (id est, datio in solutum, quæ est quasi contractus, arg. §. 1. Institut. quib. mod. re contrah. oblig. & §. penultim. Institut. de oblig. quæ qua. ex contract.) vicem venditionis obtinet, l. 4. III. Is, qui ex causa permutationis rem dedit, l. si permutationis. 29. Cui similis est is, cuius socio res attributa, deinde euicta fuit, veluti si prædium mihi tecum commune obligauero creditori meo, deinde in rerum communium diuisione conuenerit, vt hoc prædium ad te pertineret, mox idem prædium tibi pro mea parte, quam pro indiuiso habebam, (nam pro parte, quæ ad te spectabat, pignus non tenuit) euincatur: ego tibi de euictione tenebor, supr. commun. vtriusq. iudic. l. 7. IV. Donator, si de euictione se obligauit, aut dolum commisit, vt supr. exposui. V. Is, cuius condemnati res ex causa iudicati capta & distracta fuit, l. si ob causam. 13. VI. Heres venditoris, l. si controuersia. 9. l. si status. 18. quocumque gradu constitutus, l. cum successores. 23. in princ. Eadem ratio est eius, qui permutatori aliive de euictione obligato successit. VII. Fideiussor, l. 7. & l. si status. VIII. Heres fideiussoris, d. l. si status. & l. vlt. 14

§ Tertiò quæritur, quæ actio de euictione competat. Variæ actiones pro casuum diuersitate dantur. I. Actio ex stipulatu, si stipulatio intercessit, l. emptor. 8. in princ. l. cùm tibi. 22. l. si tibi. 25. & supr. commun. vtriusq. iudic. l. 7. cum sim. Est autem stipulatio ædilitia, quæ iussu ædilium interponitur, D. hoc tit. l. emptori duplam. 37. & Institut. de diuis. stipul. §. prætoriæ. & ibi Theoph. II. Actio ex empto, cùm res emptori euincitur, siue de euictione nihil sit stipulatus, siue stipulationem omiserit, l. 6. d. l. emptor. in princ. l. empti. 21. d. l. si tibi. & D. eod. l. quòd si nolit. 31. §. quia assidua. & de contrah. empt. l. in vendendo. 66. in princip. & supr. de commun. rer. alien. l. vltim. III. Actio hypothecaria, si pignus obligationi euictionis accesserit, l. si non iniuria. 15. IV. Actio præscriptis verbis, si res ei sit euicta, qui eam ex causa diuisionis acceperat, supr. common. vtriusq. iudic. l. 7. & de rer. permut. l. 1. V. Actio de dolo, si donator, qui euictionis periculo se non subiecit, donatarium decepit: putà rem alienam sciens donauit, in quam donatarius, priùs quàm euinceretur, magnos sumptus fecit, D. de ædil. edic. l. ad res. 62. & de donat. l. Aristo. 18. §. vlt. 15

§ Quartò quæritur, quid consequatur agens de euictione. Hic spectanda est actio, quam is mouet, qui euictionem passus est. Nam si ex stipulatu agat, modò simplum, modò duplum petit, prout stipulatus fuit, l. emptor. 8. in princip. l. si tibi. 25. & D. eod. l. emptori. 37. 16

Actione ex empto vel petit quod sua interest, l.si controuersia.9. l.empti.21.l.cùm successores.23.§.1.in quo continetur pretium, l. super. 16. & omne damnum ob euictionem contingens, l.si cùm quæstiu.17. An etiam sumptus in rem meliorandam facti continentur? Distinguendum est: aut enim potuit eos aduersus euincentem seruare, l.super.16.nimirum quia possidebat, ita vt euincentem & sumptus deductis impensis restituere nolentem, exceptione mali summouere posset: aut eos ab euincente consequi non potuit, quia rem non possidebat. Priori casu sibi debet imputare, si doli mali exceptione omissa non est, sumptus ab euincente consecutus, nec debet eius culpa venditori nocere, proinde venditor hoc nomine non tenetur, nisi venditor sciens rem alienam vendiderat; tunc enim ob dolum tenetur, D.de action.empt.l.idque. 45.§.1. Posteriori casu à venditore sumptus consequitur, l.si controuersia.9. & d. l. idque. §. 1. nisi sua culpa possessionem amiserat, D.h.t.l.si rem quam.29.§.1. Prærerea, quo casu venditor de dupla cauere tenebatur; nempe ex edicto ædilium, si seruum vendidit; vel ex consuetudine, si rem pretiosam vendidit; si duplex stipulatio fuerit omissa, nihilominùs duplum actione ex empto peti poterit, D.eod.l.2.l.emptori duplam. 37. §.vlt. & de ædil. edict.l.quòd si nolit.31. §.quia assidua. Actione hypothecaria persequitur pignus sibi euictionis nomine obligatum; l. si non iniuria.15. id est, nudam pignoris possessionem, D. h. t. l. si eum venditor.66.in princip. Actione præscriptis verbis petit, quod sua interest, l. 1. hoc enim etiam aliis casibus in hanc actionem supr. commun. vtriusq. iudic. l. 7. & de rer. permut. venit, D.de præscripr. verb.l.5.§.1.l.7. eum sim. Denique per actionem de dolo obtinet, vt indemnis seruetur, ne contra regulam iuris dolus alterius sibi obsit, D.de noxalib.act.l.electio.26.§.vlt.

Tit. XLV. Creditorem euictionem pignoris non debere.

I. in princ.
§. 1.

II.

1 E creditore, quod ad euictionem attinet, duæ traduntur regulæ, ex quarum priore
2 inscriptio huius tituli sumpta est. ¶ Prima regula est; Creditor, qui rem sibi pignoratam vendidit, euictionis nomine non obligatur: siue sit creditor priuatus, siue fiscus, l.1. in princ. & D.de distract. pignot. l. & si is.10.sed tantùm tenetur ius suum emptori cedere, D. eod.l.pen. id est, contrariam pigneratitiam actionem, quæ sibi aduersus debitorem competit, D.h.t.l.in creditore. 38. A dicta regula excipitur, I. Nisi iure communi, id est, quasi dominus vendidit: regula namque obtinet, cùm vendidit iure creditoris; quod dicitur lege pignoris in d. l. & l. si is. D.de distract.pignot.& vtroq; modo contingere potest, vt creditor pignus vendat, D.manda.l.si mandatu Titij. 59. §. creditor. II. Nisi priuatus creditor de euictione promisit, d. l. 1. in princ.& l.2.& D.de pign. act.l.si necessarias.8.§.1. nam etiam duplam promittere potest, & ex ea promissione obligatur, D.eod.l. si pignore.22.§.vlt. III. Nisi dolum commiserit, l.2.

3 ¶ Altera regula est, Creditor non potest pignus, quod vendidit, ex alia causa euincere, D.de distract. pign.d.l. & si is.putà quia successit alij creditori eiusdem debitoris, l.1.§.1.

Tit. XLVI. De patria potestate.

I. 5.*ij*.6.j.
II. 4.j.
III. in princ. 4.j.
§.j.4.*iij*.
IV. 4.*iij*.
V. 4.*iy*.

VI. 5.j.
VII. 3.7.*ij*.
VIII. 3.
IX. 4.*iv*.*v*.5.*ij*.6.j.*ij*.*iij*.
X. 4.*vj*.*vij*.

N sequenti parte agitur de præiudicio, quo quæritur, an aliquis sit filius, vel an sit in potestate patris: nam de præiudicio libertatis dictum fuit in prima parte libri septimi. 1

¶ In hoc titulo dissoluuntur quatuor quæstiones. 2

¶ Primò quæritur, qui & quos in potestate habeant. Cùm igitur tres sint causæ potestatis patriæ, iustæ nuptiæ, Institut. hoc tit. in princ. & D.de his qui sui vel alien.iur.l.3.adoptio, D.de adopt.l.1. in princ. & Institut.eod. in princ. & legitimatio, Institut. de nupt. §.vlt.de adoptione dicetur titulo sequenti: de legitimatione dictum fuit in tit.supr.de natural.lib. de ea potestate, quæ ex iustis nuptiis oritur, nunc dicendum. Liberi sunt in potestate patris, (siue pater ingenuus, siue libertinus sit, dummodò filios ex iustis nuptiis post libertatem procreauerit, l.libertos. 8. quia serui nec nuptias contrahere possunt, supr.de incest. & inutil. nupt. l.3. & Instit. de nupt. in princ. nec aliquem habere in potestate, D.ad leg.Iul.de adulr.l.sic eueniet.21.) vel superioris adscendentis per lineam paternam (vt aui, vel proaui paterni, D.de his qui sui vel alien.iur.l.4. & Inst. de pa.potest. §.vlt. & licet nepos ex filio milite sit susceptus; tamen in aui, non in patris potestate est, si hic erat in patria potestate, l. 7. quo tempore nepos fuit conceptus, Institut.quib.mod.ius potest.solu.§.penult.) non matris, infr.tit.prox.de adopt. l. 5. & Institut.eod. §. feminæ. vel adscendentium per lineam maternam, Instit.de pat.potest.d.§.vlt. 3

¶ Secundò quæritur, qui sint effectus patriæ potestatis. Sunt autem plures effectus. I. Quod filius acquirit, non sibi, sed patri acquirit, quibusdam exceptis, l.2. id est, peculio castrensi, quasi castrensi, & aduentitij proprietate, Institut. per quas nob. acqnir. §. 1. Quod autem patri acquirit, alienare nequit, l. 3. in princip. II. Qui filium in potestate habet, etiam nepotem & ceteros ex eo per iustas nuptias descendentes in potestate habet, l.7.& D. de his qui sui vel alien. iur. l. 4. & Institut.de pat.potest.§. vltim. III. Pater filium, quem in potestate habet, castigare iure patriæ potestatis potest, d. l. 3. §. 1. Mater autem filium debitam reuerentiam non exhibentem si coërcere auctoritate materna & ad pietatem redigere non possit, quia non habet eum in potestate, per iudicem consequetur, vt sibi debita reuerentia exhibeatur, eodem iudice causam pecuniariam inter matrem & filium ortam examinante ac decidente, l.4. nec tantùm reuerentiam, sed etiam alimenta præstare iudex iubebit, l. 5. IV. Non potest quis negare filium suum esse, si reuera filius sit, l.penult. V. Alimenta ei præstare cogitur, d. l.penultim. qua de re dictum fuit supr.de alen.lib.& paren. VI. Libertatem filio eripere non potest, l.vltim. VII. Olim ius vitæ & necis in eum habebat: sed hoc postea sublatum fuit, vt patria potestas potiùs in pietate, quàm in sæuitia consistat, d. l. vltim. & D. de liber. & postum.l. in suis.11. & ad leg.Cornel.de sicar.l.2.& de leg.Pompe.de patricid.l.5. 4

¶ Tertiò quæritur, quibus modis patria potestas soluitur, vel non soluitur: varij modi considerantur, Institut. quib. mod. ius potest.solu. Hîc tres modi proponuntur. I. Abdicatio, quæ apud Græcos fuit in vsu, sed Romanis legibus reprobatur, l.6. Aristoteles lib.8. Ethic. c.vlt.ad morem Græcorum respiciés subribit ἐκ 5

ἐξεῖναι υἱῷ

ἐξεῖναι υἱῷ πατέρα ἀποκηρύξαι, πατρὶ δ' υἱόν, non licere filio abdicare patrem, sed licere patri abdicare *filium.* I I. Negario, si negetur esse filius : hic quoque modus reprobatur, l.pen. sed malè (vt mihi quidem videtur) a Cuiacio cum superiori modo confuuditur: nam qui abdicat, non negat esse suum filium, sed in futurum reiicit, simile quid faciens iis qui rem habent pro derelicto. I I I. Præscriptio, si patre sciente nec contradicente filius pro patrefamilias se gesserit, aut res eius quasi patrisfamilias à tutoribus sint administratæ : huius rei examinatio iudici committitur, l. 1. quid enim, si per errorem id passus sit, falsò putans se, vel filium fuisse ab auo emancipatum? quid si emancipationem à se factam non valere dicat? hoc enim ei permittitur viuo filio, supr. aduers. rem iud. l. 2. non post eius mortem, D. de adopt. l. si post mortem. 25. in princ.

6 ¶ Quartò quæritur, quibus indiciis cognoscatur de patria potestate. Iudicia plura sunt. I. Præiudicium, quo quæritur, an sit in potestate, l. 1. & l. pen. I I. Præiudicium de partu agnoscendo, d. l. pen. & Institut. de action. §. præiudiciales. ad quod pertinet tit. D. de adgnosc. lib. I I I. Coguitio prætoria, D. de rei vindic. l. 1. §. pen. quæ etiam ad alimenta filiis præstanda extenditur, d. l. pen. I V. Interdicta, d. §. pen. id est, interdictum de liberis exhibendis, D. de lib. exhib. l. 1. in princ. & interdictum de liberis ducendis, D. eod. l. 3. in princ. de quibus interdictis dictum fuit supr. eod. tit. V. Vindicatio iure Quiritium, d. §. pen.

Tit. X L V I I. De adoptionibus.

I. 48.7.1.	*V I I I.*4.5.6.*9*.12.13.15.*j*.
*I I. in princ.*12.15.*9*.19.	*I X.* 19.
§.j.14.15.j.	*X.* 6.j.
I I I. 13.	§.*sin autem.*19.
I V. 7 8.	§.*pen.*4.
V. 13.19.	§.*vlt.*5.12.13.17.j.
V I. 12.15.j.	*X I.*4.5.7.8.
V I I. 6.9.9.	

1 CVm adoptionis, qua (vt superiori titulo notaui) potestas patria constituitur, duæ sint species; adoptio specialis, qua filijfamiliarum imperio magistratus adoptátur; & arrogatio, qua patresfamilias ex rescripro principis adoptantur, D. h. t. l. 1. & l. 2. in princ & Instit. eod. in princ. §. 1. hinc tria huius tituli capita oriuntur : primum de speciali adoptione, alterum de arrogatione, tertium de his quæ vtrique adoptioni communia sunt. ¶ Primi ca-
2 pitis duo sunt segmenta : prius de adoptione facienda, posterius de eius effectu. ¶ In priori segmento spectan-
3 tur personæ, & adoptandi modus. Personæ sunt, adoptatus, dans in adoptionem, adoptans, & is apud quem adoptatur.

4 ¶ Adoptantur, qui in aliena potestate sunt, l. 1. id est, filijfamiliarum, qui sunt in parentum potestate, vt paulò antè notaui. Nec refert, vtrùm sint in potestate patris, l. in adoptionem. 8. an aui, seu proaui, l. pen.
5 §. pen. & l. vlt. ¶ In adoptionem eos dant, qui eos in potestate habent, d. l. in adoptionem. siue sit pater naturalis, d. l. vlt. in princ. & Instit. eod. §. sed hodie. siue adoptiuus, Instit. eod. §. in plurimis. nec vtrùm sit pater, an
6 auus, vlteriòrve, d. l. pen. §. vlt. & d. l. vlt. ¶ Adoptare potest, I. Auus, vel proauus naturalis, siue paternus, siue maternus: extraneo verò adoptante, adoptio non valet, nisi quod ad hoc, vt adoptatus adoptanti intestato succedat, d. l. pen. & Instit. eod. d. §. sed hodie. & de hered. quæ ab intest. §. at hi. & §. sed ea omnia. II. Etiam ciuis alterius municipij. l. 7. III. Etiam patronus matris personæ adoptandæ, d. l. in adoptationem.

¶ Adoptatur apud iudicem competentem, l. vlt. & 7
Instit. quib. mod. ius potest. solu. §. sed etsi pater. id est, apud eum, apud quem plena legis actio est, l. 1. vt apud præsidem, l. 4. vel procunsulem, D. eod. l. emancipati. 36. §. 1. apud legatum verò proconsulis, antequam in prouinciam venerint, non adoptatur, quia nondum apud eum est legis actio, D. de offic. procons. l. 3. quippe cùm ingressus in prouinciam proconsul iurisdictionem ei mandet, D. eod. l. 4. §. vlt. Nota primò, præsidem posse apud semetipsum adoptare, D. de offic. præsid. l. 2. & adoptari, D. h. t. l. 3. & in adoptionem dare, D. eod. l. 4. Nota secundò, posse adoptari apud præsidem vel proconsulem etiam extra illius prouinciam, D. eod. d. l. emancipari. §. 1. Hæc dicta sint de personis.

¶ Quod ad modum adoptandi spectat, sublata per 8
Iustinianum veteri adoptandi per emancipationes & manumissiones ritu ac forma, hodie adoptio fit apud acta, adoptante & adoptato consentientibus, l. vlt. & Instit. quib. mod. ius pot. solu. d. §. sed & si pater. necnon eo, qui in adoptionem dat, D eo. l. 5. Non sufficit autem tabulas per tabellionem confici, nisi dictus ordo seruetur, l. 4. Hactenus de adoptione facienda.

¶ In posteriori segmento agitur de adoptionis effe- 9
ctu. I. Patria potestas transfertur ab eo qui dat in adoptionem, ad eum qui adoptat, Instit. quib. mod. ius pot. solu. d. §. si pater. nisi extraneus adoptauerit, vt paulò antè exposui. I I. Qui adoptatur ab alterius municipij ciue, non mutat patriam: sed vtrobique (id est, tam in loco originis, quam vbi adoptatus est) honores & munera suscipit, l. 7. & D. ad municip. l. ordine. 15. §. vltim. nisi à patre adoptiuo emancipetur : quia sicut per adoptionem ciuis factus fuerat, ita per emancipationem eius ciuitatis ciuis esse desinit, D. eod. l. sed si emancipatur. 16. siquidem emancipatio omnia iura adoptionis dissoluit, D. h. t. l. in omni. 13. & l. seq. & Instit. de hered. quæ ab intestat. §. minus. Sicut autem patriam adoptio non mutat, sed veteri nouam addit, ita etiam dignitatem non minuit, sed auget, vnde senator à plebeio adoptatus, senator manet, D. h. t. l. per adoptionem. 35. Hucusque de speciali adoptione.

¶ Secundo capite in arrogatione explicanda adhibe- 10
tur eadem methodus. Ergo huius quoque capitis duo sunt segmenta: prius de adoptione facienda, posterius de eius effectu.

¶ In priori segmento considerantur personæ, 11
quæ in arrogatione interueniunt, & modus arrogandi. Personæ sunt, arrogatus, arrogans, & is apud quem arrogatur.

¶ Arrogantur, qui sui iuris sunt, l. 6. & l. penult. 12
§. vltim. vt initio huius tituli notaui, etiam impuberes, l. 2. in princ. & D. eod. l. nec ei. 17. §. 1. & Instit. eod. §. cùm autem. vel feminæ, l. in adoptionem. 8. vers. nam sui. & D. eod. l. nam & feminæ. 21.

¶ Arrogare potest etiam extraneus, l. pen. §. vlt. nisi 13
libertum alienum arrogare velit, D. eod. l. si paterfamilias. 15. §. vlt. Suum verò libertum arrogare patronus ita demum potest, si liberis careat, l. 3. Sed liberti, vel libertæ filium seu filiã arrogare nihil prohibet, l. in adoptionem. 8. vers. nam sui. Mulier, cùm nec naturales filios in potestate habeat, arrogare non potest, nisi princeps in solatium filiorum amissorum id specialiter permittat, l. 5. & Instit. eod. §. feminæ.

¶ Olim arrogatio per populum fiebat: hodie fit apud 14
prætorem vel præsidem, l. 2. §. 1. ¶ De modo arrogandi 15
duo notentur. I. Necessariũ est rescriptũ principis, quod apud acta insinuetur, d. l. 2. §. 1. l. 6. l. in adoptionẽ, 8. Idcirco Imperatoris auctoritate arrogatio fieri dicitur, D. eò. l. 2. in pr. & Inst. eo. §. 1. I I. Cùm impubes arrogatur, necessaria est causę cognitio, vt appareat arrogationem pupilli

nem pupillo vtilē & honestā esse:& insuper opus est, vt
aduersarius seruo publico, id est, rabulario satisdatò ca-
ueat, si arrogatus in ætate pupillari morietur, se bona
per eum quæsita restiturum illis, qui successissent, ni-
si arrogatio facta fuisset, id est, substitutis pupillariter,
vel vocatis ad intestati successionem, l.2.in princ. & D.
eod.l.nec ei.17.& lll.seqqq.& Instit.eod.§.cùm autem.
16 & D. de vulgar. & pupill. l. causa. 40. ¶ Arrogationis
effectus partim sunt generales,& omnium communes,
17 partim impuberis proprij. ¶ Communes hi sunt, I. Ar-
rogatus transit in familiam arrogantis, l.pen.§.vlt.eius-
que potestati subiicitur, D. eod. l. 2.§.vlt.& Instit.eod.
§.pen.& fit ei suus heres, d.l.pen.§.vlt. II. Liberi, qui in
eius potestate erant, eum sequuntur,& arrogatoris po-
testati subiiciuntur quasi nepotes, D.eod.d.l.2.§.vlt.l.si
paterfam.15.in princ.l.arrogato. 40. in princ. & Instit.
eod. d. §. pen. III. Bona arrogati acquiruntur arroga-
tori, d.l.si paterfam.in princ.iis exceptis, quæ per capi-
tis deminutionem pereunt, Instit.de acquis. per arrog.
§. s. quam acquisitionem Iustinianus ad solum vsum-
fructum coāgustauit, Instit. eod.§.nunc autem. IV. Ar-
rogator à creditoribus arrogati conueniri potest vel
actione de peculio, D.h.t.l.pen.& de pecul.l.in arroga-
torem. 42. vel quasi filij defensor: quem si defendere
nolit, creditores mittentur in possessionem bono-
rum, quæ arrogati pleno iure fuissent, nisi se arroga-
18 tori subiecisset, Instit.de acquis.per arrog.§.vlt. ¶ Effe-
ctus arrogationis impuberis proprius est, vt arrogator
non possit arrogatum sine iusta causa emancipare, vel
exheredare: ex iusta causa emancipans, tenetur ei bona
per eum quæsita restituere: sine iusta causa emancipans,
vel exheredans, non solùm dicta bona, sed etiam quar-
tam bonorum suorum partem ei reddere seu relinque-
re compellitur, l. 2. in princ. & Instit. eod. §. cùm au-
tem. in qua quarta non potest ei substituere per fidei-
commissum, sed tantùm pupillariter, D.eod.l.si arroga-
tor.22.§.1.& D.de vulgar.& pupill. l. sed si plures. 10.
19 §.pen. ¶ Superest tertium caput de his, quæ adoptioni
& arrogationi communia sunt. Harum adoptionum si-
militudo partim spectatur in eis constituendis: vt quia
spadones adoptare,& arrogare possunt, nisi sint castra-
ti, D.h.t.l.2.§.1.& Instit.eod. §.sed & illud. & tam ado-
ptans, quàm arrogans debet plena pubertate, id est,
octodecim annis esse maior quàm adoptatus siue arro-
gatus, D.eod.l.arrogato. 40. §. 1. & Instit.eod.§.mino-
rem. partim in effectu: vt quia tam adoptati quàm ar-
rogati vicem naturalium filiorum obtinent, l. 1. l.5.&
Instit.eod.§.in plurimis.& per emancipationem omnia
iura, quæ per adoptionem obtinuerant, illicò per-
dunt, l.adoptatum.9.l.penult.§.sin autem.& D.eod.l.in
omni.13.& l.seq.& Instit.de hered.quæ ab intest.defer.
§.minus.

Tit. XLVIII. De emancipationibus liberorum.

I. 3.j.	*V. 2.ij.iij.4.ij.*
II. 4.iij.	*VI. 2. j. 3. j. 4.j.iij.5. j.ij.6. j.ij.*
III. 4 j.iij.	
IV. 2.ij.	

1 EMancipatio, quam adoptioni contrariam
esse,& eam tollere in calce superioris tituli
docuimus, eadem ferè methodo est expla-
nanda. Primùm igitur dicendum de eman-
cipatione facienda: vbi personæ,& emancipandi modus
considerabūtur: postea de eius effectu: tādem de adiun-
ctis. Personæ sunt emancipans, & emancipatus, & is
2 apud quem emancipatur. ¶ De emancipante,& eman-
cipato notentur tres regulæ. I. Emancipantur liberi cu-
iuscumque gradus vel sexus, l.vlt. & ex his vnus, vel
aliqui, vel omnes, D.de adopt. l. liberum. 28. & Instit.
quib.mod.ius pot.solu.§. admonendi. II. Emancipatio
fit inter consentientes: & nec inuitus emancipat, l. 4.
& infr.vnde lib.l.pen.& D.de adopt.l.non potest.31.&
Instit.quib.mod.ius potest. solu. §. vlt. nisi tutor priui-
gnum suum adoptauerit, & hic pubes factus probet
id sibi non esse vtile, D.de adopt.l.nonnumquàm.32.&
l.seq.aut pater leno filiam peccare cogat, supr.de episc.
audient.l.si lenones.12.& inf.de spectacul.l.6.nec inui-
tus emancipatur, quoniam emancipandæ quoque per-
sonæ consensus requiritur, nisi infans sit, l.5. III. Ab-
sens absentem emancipare potest, & emancipatio va-
let, dummodò emancipatus suum consensum vel ante
vel post emancipationem patefaciat, d. l. 5. ¶ De eo, 3
apud quem emancipatur, duo notentur, I. Emancipare
licet apud iudicem competentem, l. vlt. id est, apud
quem est legis actio, argum. l. 1. & l.vlt.supr.tit.prox.
vel apud magistratum, cui lege, aut consuetudine hoc
est permissum, d. l. vlt. putà apud duumuiros alterius
municipij, si lex municipalis hoc permittat, l.1. II. Ma-
gistratus apud se emancipari, si filiusfamilias sit, D. de
adopt.l.3. vel emancipare potest, D.eod.l.4.
¶ Modus emancipandi est triplex, I. Ex lege duo- 4
decim tabularum per imaginarias venditiones, & ma-
numissiones, Instit.quib.mod.ius potest.solu.§. præter-
ea. Vlpia.tit.15.in princ. id autem quarta tabula conti-
nebatur teste Halicarnass. lib. 2. atque hic erat actus
solemnis, l. 3. sed hæc solemnitas à Iustiniano prorsus
sublata est, l. vlt. & Instit.quib. mod. ius pot. solu.d.§.
præterea.& de bon. poss.§.sed eas. II. Ex constitutione
Anastasij per rescriptum principis apud competentem
iudicem insinuatum, l.5.& Instit. d.§.præterea. III. Ex
Iustiniani constitutione apud iudicem competentem
sine imperiali rescripto, l.vlt.& Instit.d.§.præterea. Nu-
dus ergo consensus non sufficit ad filium à patria po-
testate liberandum, sed vel actus solemnis (id est, eman-
cipatio, quæ olim solemniter fiebat) vel casus aliquis,
vt mors vel deportatio patris, Inst. quib. mod. ius pot.
solu. in princ. & §. 1. necessarius est, l. 3. Nec dubito,
quin requiratur scriptura, vt in ceteris, quæ apud acta
fiunt: etsi non tam scriptura, quàm veritas attenditur,
vt & in donationibus obseruatur, l. 2. quia plus valet
quod agitur, quàm quod simulatè scribitur, supr. plus
val.quod ag. tot. tit. & actis amissis emancipatio non
fit irrita, si quouis alio modo probetur, supr.de probat.
l. emancipatione. 11. ¶ Effectus emancipationis hi 5
sunt. I. Patria potestas soluitur, l.vlt.& Instit.quib.mod.
ius pot.solu.d.§. præterea. II. Emancipator habet iura
legitima in bonis emancipati, d.l. vlt. id est, si emanci-
pato sit superstes, est legitimus eius heres, Instit.de leg.
adgn.success.§.vlt.vel bonorum possessionem vnde le-
gitimi petere potest exemplo patroni, Instit. d. §.præ-
terea. III. Qui impuberem emancipat, legitimus eius
tutor fit, D.de legit.tut.l. 3. §.vlt.& Instit.d.§.præterea.
& de legit. parent.tut. IV. Dignitas,& cetera per ado-
ptionem quæsita, extinguuntur, D.de adoptionib. l. in
omni. 13. & l. seq. V. Qui impuberem arrogatum
emancipat, non solùm quæ per eum acquisiuit, sed
etiam, si sine iusta causa emancipet, quartam bonorum
suorum partem ei relinquere compellitur, vt docui
supr.tit.prox.§.18.
¶ Adiuncta sunt duo, I. Pater peculium, vel alia fi- 6
lio, quem emancipat, donare solet, l.vlt. II. Dimidiam
partem vsusfructus earum rerum, quæ sibi non acqui-
runtur, id est, pertinentium ad peculium aduentitium,
non castrense, vel quasi castrense, retinere potest
quasi pro præmio emancipationis, d.l. vlt.& supr. de
bon.quæ lib.l.6.§. pen. & Instit. per quas person. nob.
aeq.§.hoc quoque.

Tit.XLIX.

Tit. X L I X. De ingratis liberis.

1 Liberi, qui per emancipationem sui iuris facti sunt, inuiti in patris potestatem non rediguntur, D. de his qui sui vel alie. iur. sunt. l. vlt. nisi huius beneficij indignos se ostendant, & erga parentẽ sint ingrati, adeo vt graui offensa eum lædant: tunc enim reuocantur in patriam potestatem, l. vn. quãuis libertus etiam ob leuem offensam reuocetur à patrono in seruitutem, supr. de libert. & eor. lib. l. 2. Addunt Placen. & Azo aliam causam, qua liberi in patriam potestatem redeũt, nempe si dati auo aut proauo in adoptionem, ab eo emancipentur, quoniam ad patrem naturalem redire dicuntur, supr. de adopt. l. penult. in fine princ. Sed aliud est redire ad patrem, aliud redire in potestatem patris: sic ad patrem redeunt, vt videantur ab eo, non abauo, aut proauo emancipati, Inst. de hered. quæ ab intesta. defer. §. at hi. nihilominùs igitur sui iuris sunt.

Tit. L. De postliminio, & redemptis ab hostibus.

I. 3. 5. 7.	*X I.* 10. ij.
I I. 8. 10. ij.	*X I I.* 5. v. 6. j. ij.
I I I. 2. j.	*X I I I.* 10. ij.
I V. 2. ij. 3.	*X I V.* 6. iij.
V. 5. v. 6. j.	*X V.* tt.
V I. 10. j.	*X V I.* 9
V I I. 10. iv.	*X V I I.* 10. j. ij.
V I I I. 9.	*X V I I I.* 6. ij.
I X. 6. iij.	*X I X.* 5. j.
X. 6. j.	*X X.* 6. iv.

1 Patria potestas vel per iudicem restituitur, nempe in liberos ingratos, arg. l. 1. & l. pen. supr. de libert. & cot. liber. vel ipso iure, id est, iure postliminij, Inst. quib. mod. ius pot. solu. §. si ab hostibus. quo tamen non fruuntur, qui redempti fuerunt, priusquam redemptionis pretium redemptori restituerint, D. de captiu. l. si patre. 15. Quãobrem de postliminio, & de redemptis ab hostibus hîc agendum proponitur. Quamuis autem hæ tãtùm duæ partes sint huius rubricæ, tamen plenioris doctrinæ causa, vt nihil eorum, quæ in subiectis legibus traduntur, prætermittatur, alias duas partes premittemus: captiuorum namque consideratio est quadruplex: aut enim degunt in hostium potestate, aut apud eos mortui sunt, aut postliminio sunt reuersi, aut ab alio redempti. 2 ¶ In prima parte de his, qui in potestate hostium degunt, duo notantur. I. Datur curator bonis, l. 3. & D. ex quib. caus. maio. l. ab hostibus. 15. §. 1. & de tutel. l. 6. §. vlt. & quib. ex caus. in poss. ea. l. 6. §. vlt. & de munerib. & honor. l. 1. §. vlt. qui seruo publico (id est, tabulario) stipulante rem saluam fore satisdat, d. l. 3. I I. Neque heredem interim habent, neque de eorum bonis transigi vel iudicari potest, l. 4. 3 ¶ In secunda parte de mortuis in potestate hostium sciendum est, eos lege Cornelia fingi primo captiuitatis momento decessisse, D. de captiu. l. in omnibus. 18. ideóque testamẽta ab eis ante captiuitatem facta sustinentur: vel si testamentum non fecerint, eis ab intestato succeditur, perinde ac si in ciuitate mortui essent, l. 1. & D. qui testam. fac. poss. l. lege. 12. & de captiu. l. bona. 22. videlicèt ex quo eorum mors innotuit: quia quamdiu de eorum vita vel morte dubitatur, nec eis succedi, nec de eorum bonis iudicari, aut transigi potest. Quare fieri potest, vt ille succedat, quem alius præcedebat, si hic, qui prior est, interim decedat, dum de morte captiui dubitatur. Finge, dum dubitatur vtrùm mulier ab hostibus capta, an interfecta esset, filium hereditatem adiisse, ac decessisse: postea mortem captiuę innotuisse; sororis filij, si nemo eos hoc tempore præcedat, ad intestatæ successionem vocantur, quoniam aditio hereditatis à filio facta non valuit, l. 4. Et in successione intestati, dum quæritur, quis ad successionem vocetur, spectatur tempus, quo certum est defunctũ intestatum obiisse. Inst. de hered. quæ ab intesta. defer. §. cùm antem. & de leg. adgn. success. §. proximus. Nota in specie d. l. 4. rectè filiis sororum dati bonorum possessionem: quia secundùm hæc iura, cùm sint tãtùm cognati, non adgnati, non possunt fieri heredes legitimi, sed in tertio ordine vocãtur beneficio prætoris, Inst. de success. cognat. §. eos. videtur igitur hæc esse bonorum possessio vnde cognati. Ferretus tamen & Contius intelligunt bonorum possessionem vt ex legibus: quia hæc successio per legem Corneliam defertur: & citra hanc legem captiua, quæ hostium serua decessit, successorem habere non potest, D. de verb. signif. l. eius. in fi. 4 ¶ In tertia parte de reuersis ab hostibus deciduntur duæ quæstiones. 5 ¶ Primù quæritur, qui habeant ius postliminij. Omnes hoc ius habent, cuiuscumque sexus & conditionis sint, D. de captiu. l. postliminium. 19. §. vlt. dummodò I. Ad hostes non transfugerint, nec eis se dediderint, sed per vim ab eis capti fuerint, l. pen. & D. de captiu. l. postliminio. 17. & d. l. postliminium, §. transfugæ. §. filius. §. transfuga. vel hostibus dediti sint, D. eo. l. 3. vel ibi ex captiuis nati sint, l. 1. Nota primò, eos, qui hostibus deduntur, amittere ciuitatem, etiamsi ab eis non recipiantur, nec recipere ciuitatem, nisi ab ea nominatim recipiantur, D. de captiu. l. 4. & de legationib. l. vlt. Nota secundò, natum apud hostes non habere postliminium ex sua persona, sed ex persona parentum, si hi quoque redierint, l. 1. & D. de captiu. l. Diui. 25. I I. Hostium potestatem euadant, d. l. postliminium, §. postliminio. l. nihil. 26. & Instit. quib. mod. ius potest. solu. §. si ab hostibus. I I I. Cùm primùm possunt, ad suos redeant, nec manere apud hostes velint, D. eo. l. si captiuus. 20. in princ. I V. Redeant animo manendi in ciuitate, non animo redeundi ad hostes, D. eod. l. 5. §. vlt. V. Non euaserint hostium potestatem per redemptionem, sed vel ab hostibus sint dimissi seu traditi, vel militum virtute sint recuperati, vel vi, seu fallacia se ad suos receperint, l. 5. l. ab hostibus capti. 12. & D. de captiu. l. nihil. 26. & Inst. quib. mod. ius potest. solu. §. si ab hostibus. Nam redemptus non habet postliminium, antequàm vinculum quasi pignoris quo redemptori obstringitur, D. de legat. 3. l. senatus. 43. §. vlt. & de captiu. d. l. postliminium, §. pen. solutum sit, vt notaui supr. num. 1. ex l. si patre. 15. D. de captiu. Quibus autem modis soluatur, in calce huius tituli docebo. Redemptio igitur non mutat ius postliminij, id est, postliminium nec adimit, nec tribuit, sed facultatem redeundi præbet, D. eod. l. si captiuus. 20. §. vlt. 6 ¶ Secundò quæritur, qui sint effectus postliminij. Reuersus iure postliminij, I. Pristinum suum statum recipit, l. ab hostibus. 12. siue ingenuus erat, l. 5. & paterfamilias, D. de captiu. l. in bello. 12. §. 1. & Inst. quib. mod. ius potest. solu. §. si ab hostib. vel filiusfamilias, siue seruus, l. sernus. 10. l. ab hostibus. 12. & D. de captiu. d. l. in bello. §. si plurium. In pristinam verò causam omnino restituitur, putà si erat obnoxius pignori, d. l. in bello. §. si pignori. vel pœnæ, d. l. in bello. §. si deportatum, & §§. seqq. vel statuliber, d. l. in bello. § si statuliber. I I. Amissa recuperat, non quæ consistunt in facto vt possessionem, sed quæ in iure consistunt, vt dominium, d. l. in bello. §. facti. ita vt quæ in eadem causa durant, directa rei vindicatione persequi possit: vsucapta verò vel præscripta, vel non vtendo amissa, per actionem rescissoriam

recipiat, quæ olim dabatur intra annum vtilem, l. ab hostib.captis.18.hodie intra quadriennium continuum, supr.de tempor.in int. restit.l. vlt. Matrimonium verò postliminio non restituitur, sed consensu redintegratur:& nolens consentire, si iustam causam non habeat, incidit in pœnam temerè diuertentium, D. de captiu. l.cùm à patre.9.l.cùm duæ.14.§.1. Sed hodie ex Nou. Iustiniani matrimonium captiuitate non soluitur, nisi per quinquennium ignoretur, an persona captiua sit in viuis, Nou.22.c.7. Ex Nou.autem Leonis 33. tamdiu matrimonium durat, quamdiu persona captiua viuit, quamuis de eius vita vltra quinquennium dubitetur. III. Succedit parenti tempore suæ captiuitatis mortuo: nam & patri siue testato siue intestato fit suus heres, & res hereditarias iure vindicat, nisi præscriptione summoueatur, quæ post eius reditum ab hostibus currere incipit, l.captum.9. & matri intestatæ fit heres legitimus ex S.C.Orphitiano, l. ius postliminij.14. IV. A nemine, præterquam ab eo, cui redemptionis pretium debet, detineri potest, quò minus liberè ad sua redeat, si quidem omnia iura incolumia ei seruantur. Qui verò in eius vestes aut alimenta aliquid
7 impendit, donasse censetur, l.vlt. ¶ In quarta tituli parte de redemptis ab hostibus dissoluuntur quatuor quæ-
8 stiones. ¶ Primò quæritur, quo iure redemptus sit penes redemptorem. Respondetur, eum qui liberatur, non fieri seruum redemptoris, sed quodam quasi pignoris vinculo ab eo detineri, l.2.& D. de lega. 3.l. senatus.43.§.vlt.& de captiu. l. postliminium.19.§.pen. nisi pietatis causa, vt mater filium redemerit, l. liber. 17.eum verò, qui, cùm seruus esset, ab hostib. captus fuit, redemptoris seruum fieri, donec pretio redemptionis restituto reuertatur in veteris domini potesta-
9 tem, D.de captiu.l.in bello.12.§. si quis seruum. ¶ Secundò quæritur, an filij, quos redempta peperit, eodem vinculo teneantur. Respondetur per distinctionẽ: aut enim post redemptionem concepit, aut prægnans redempta fuit. Priori casu filius non tenetur, l.præses.8.l. commercio.16.vbi ex ingenua redempta & seruo procreatus dicitur esse ingenuus, propter vulgaram regulam, quòd partus sequitur ventrem, supr. de rei vindic, l.partum.7.& Inst.de ingenu. in princ. Posteriori casu
10 tenetur, D. de captiu.l.in bello.12.§.vlt. ¶ Tertiò quæritur, quibus modis ius redemptoris tollatur. Nam hoc durante postliminium cessat, vt supr.docui. Tollitur, I. Si pretium redemptionis ei restituatur, l. liber. 17. quod quidem velit, nolit, recipere, & redemptum dimittere cogitur, l.6. II. Remissione, l.si liberum. 11. Nec refert expresè redemptor hoc pretium donauerit, l.2.an tacite qualicumque iudicio, siue hoc ab initio, id est, tempore redemptionis accidat, vt quia mater filium pietatis causa redemit, d.l.liber. siue post redemptionem, veluti si redemptor eum redempta matrimonium contrahat, l.si is qui.13.& D.de captiu. l. si quis ingenuam. 21. in prine. III. Morte personæ redemptæ, D.eod. l.si patre.15. IV. Si mulier redempta
11 prostituatur, l.7. ¶ Quartò quæritur, an redemptus successionem sibi delatam vindicare possit, vt ex ea pretium redemptionis restituat venditori. Respondetur, hoc ei benignè concessum esse, l.is qui.15.

Tit. LI. De infantibus expositis liberis, & seruis, & de his qui sanguinolentos nutriendos acceperunt.

I. 3.	*III.* 3. 4.
II. 1. 3.	

1 HIc quoque titulus ad patriam potestatem pertinet: quia pater filium suum infantem sanguinolentum (id est, recens natum) exponens, patriam potestatem amittit, nec recuperat, alimentorum restitutionem offerens ei qui expositum collegit, atque educauit. Similiter dominus seruum suum infantem exponens, amittit dominium, l.2.

¶ Diuiditur in duas perspicuas partes. ¶ Prior pars 2
est de infantibus expositis liberis, vel seruis. Intellige 3
infantes sanguinolentos, id est, recens natos, vt in posteriori parte rubricæ: nam in vtraque parte de hisdem infantibus agitur. Hic distinguuntur duo casus; aut enim exponitur infans à patre seu domino, aut hoc ignorante exponitur ab extraneo. Priori casu exponẽs amittit ius suum: siue suum filium exposuerit, siue seruum, siue libertum, siue adscriptitium, siue colonum: nec illud ius recuperat, etiamsi sumptus ab eo qui expositum collegit factos restituere velit, l. 1. & 3. Excipitur, nisi necessitate, vt nimia paupertate coactus exposuerit, supr.de nupt.l.patrem.16.fac.l.2.sup.de patr. qui fil. distraxer. Posteriori casu ius suum saluum retinet: proinde dominus seruum, aut adscriptitium suum se inuito vel ignorante ab alio expositum, iure vindicat etiam à bonæ fidei possessore: sed ab eo per exceptionem doli mali summouebitur, nisi sumptus in alimenta & eruditionem factos restituat, l. 1.

¶ Posterior pars est de his, qui infantes sanguinolen- 4
tos ab aliis expositos collegerunt, & nutriendos susceperunt. Hi non succedunt in locum patris, vel domini, vel patroni, (quoniam expositi omnino liberi & sui iuris sunt) nec possunt impensas, vtpote pietatis causa factas repetere, l.vlt.nisi in casu d.l.patrem.id est, cùm pater, qui vrgente necessitate filiam exposuit, non vult consentire, vt educatoris filio nubat.

Tit. LII. Quæ sit longa consuetudo.

I. 1. 2. 3.	*III.* in pr. 2. 3. 4.
II. 2. 4.	§. 1. 2. 3.

PAtria potestas consuetudine recepta est, 1
D.de his qui sui vel alie.iur.sunt, l. patre. 8.quæ est ius non scriptum longo vsu, & tacito consensu populi comprobatum, D.de legib.l.de quib.32.& l.seq.& Instit. de iu.natur.§.sine scripto. Vnde vocatur longa consuetudo, vt hîc in rubr.& l. 1.vel diuturna, D. de legib. l. diuturna.33.vel inueterata, d.l.de quibus.§. 1. Quanto autem tempore constet, arbitrio iudicis definiendum est, vt exposui in Analysi Instit.ad d.§.sine scripto.

¶ Consuetudinis quatuor proprietates hîc tradun- 2
tur. I. Vim legis obtinet, l. vlt.§.1.& supr. de testam. l. vlt. Idcirco custodienda est vnà cum ratione, propter quam est recepta, ita vt nihil in contrarium ibi fiat, vbi consuetudo recepta est, vt in oppido, l. 1.quam consuetudinem specialem vocari ab Hostiensi notaui in Isag. D.de legib.§.vlt. Quare ea omnia seruanda sunt, quæ quibuscumque corporibus consuetudo tribuit: vt officiis, curiis, ciuitatibus, principiis, (in quibus stant militiarum principes, infr. de vetera. l. 1. & supr.de Iustin. Cod.confir.§.pe.& D.de re milita.l.officium.12 §.vlt.) vel collegiis, d.l.vlt.§.1. II. Legem imitatur, d.l.vlt in princ.& Inst.de iur.natura. d.§. sine scripto. vbi hanc proprietatem exposui. III. Legem retinet, d. l. vlt.in princ.id est, eam confirmat, quemadmodum desuetudo eam infirmat, & (vt Iustinianus loquitur Inst.proce. §.in quibus.) inumbrat. IV. Legi æquiparatur, & neque eam aut rationem superat, l.2.neque ab ea superatur, si hæc simpliciter & eadem ratione spectentur: ceteroqui ius posterius, siue scriptum siue non scriptum, præualet priori siue scripto siue non scripto, vt exposui Centur.1.quæst.14.

Tit. LIII.

Tit. L I I I. De donationibus.

I. 3.*iv*.8.*iij*.	*X X V I I*.7.*ij*.12.*iij*.*iv*.
I I.8.*v*.	*X X V I I I*.12.j.
I I I. 8.*v*.	*X X I X*. *in pr*. 7.j.
I V. 3.*ij*.8.j.	§.j.12.*iij*.
V.3.*v*.	*X X X*. 11.12.*iij*.
V I.14.	*X X X I*.*in pr*.12.*iij*.
V I I.3.*iij*.7.*v*.11.	§.j.12.*iij*.
V I I I. 3.*iij*.11.	§.*vlt*.12.*iij*.
I X. 12.j.*ij*.19.	*X X X I I*. 12.*iij*.
X. 11,11.*iij*.	*X X X I I I*.8.*v*.
X I. *in pr*. 8.*ij*.	*XXXIV*.*in pr*.8.*iv*.12.*iij*.13.
§.j.7.*iij*.8.*v*.	§.j.*sin autē*.5.j.8.j.*iv*.12.*iij*.
X I I.8.*ij*.	§.*ne autem*. 20.
X I I I. 12.*iij*.	§.*pe*.12.*iij*.
X I V. 7.*iv*.9.	§.*vlt*.8.*iv*.12.j.*iij*.
X V. 8.j.9.19.	*X X X V*.*in pr*.8.*iv*. 17.*ij*.
X V I. 5.*ij*.	§. j.8.j.17.*ij*.
X V I I. 7.*iij*.16.	§.*simili*.8.*iij*.17.*ij*.
X V I I I.8.*v*.18.	§.*sin autem*.8.j.*iij*.*iv*.17.*ij*.
X I X. 9.	§.*sed in his*.12.*iij*.
X X. 12.*iij*.	§.*pen*.8.*ij*.
X X I. 9.	§. *vlt*.1.12.j.13.17.j.*iij*.*iv*.
X X I I. 7.*iij*.12.*ij*.19.	*XXXVI*.*in pr*.8.*iv*.12.j.*iij*.13
X X I I I.10.*ij*.	§.j. 8.*iij*.10 j.14.
X X I V. 9.	§.*pe*.12.*iij*.13.
X X V. 12.j *ij*.*iij*.13.	§. *vlt*.12.*iij*.
X X V I. 6.7.*iij*.8.j.	*X X X V I I*.12.j.

1 VLtimus inter ciuilia iudicia locus tribuitur
donationibus: quibus & formam, & effe-
ctum Iustinianus tribuit, quatenus nudo
consensu factas confirmauit, & ex eis de-
dit nouam actionem, l. si quis argentum. 35.§.vlt. &
Instit.eod.§.aliæ.id est,condictionem ex lege,No.162.
cap. 1. Hic igitur tractatus octauum librum & ciuilia
iudicia claudet.

2 ¶ In hoc tit.dissoluuntur tres quæstiones:prima, an
donatio præsumatur;altera, an donatio valeat: tertia,
qui sint effectus donationis.

3 ¶ De præsumptione donationis hæc notentur. I. Do-
natio in dubio non præsumitur,D.de probat.l.cùm de
indebito.25.in pr. II. Si quis tributa,vel alia rei onera
soluerit: non propterea res ei acquiritur, supr. de rei
vindic.l.solẽnibus.25.vel donata præsumitur, nisi do-
natio probetur, l.4. III. Censualis professio domino
non nocet,nisi eius consensu fiat: nam qui consentit,
vt res sua in alterius censum conferatur, ei donare vi-
detur,l.7.& 8. IV. Instrumentis emptionis donatis, &
traditis,ipsæ res donatæ & traditæ censentur,l.1. V. Si
qui in testamento dicat se confirmare donationẽ inter
viuos factam:hac apparente non est legatum,vel fidei-
commissum,sed donationis confirmatio, supr.de don.
intr.vir. & vxor.l.ex verbis. 14. Si verò non appareat,
ex dictis testamenti verbis non præsumitur, sed fidei-
commissum petitur, l.5.ita vt hîc habeat locum regu-
la, quòd falsa demonstratio legatum seu fideicommis-
sum non vitiat,D.de legat.ij.l.Lucius Titius testamen-
to.88.& de condit.& demonstr. l.demonstratio. 17. &
l.falsa.33.in prin.& Instit.de lega.§.huic proximo. Sed
etsi testator dicat se inter viuos liberto donasse, nec
addat se donationem confirmare, tamen voluntas eius
sustinetur,& dominium liberto acquiritur, D. de do-
nat.l.ex hac. 16.non iure donationis (quæ nulla fuit,
nec sine traditione dominium trãsferret)sed iure fidei-
4 commissi. ¶ In secunda quæstione, an facta donatio
5 valeat, multæ inspectiones adhibentur. ¶ Primò spe-
ctatur donator:de quo dantur duæ regulæ. I. Non est
dubium,quin princeps donare possit,l.sancimus. 34.§.
1. II. Senes donare possunt,l.senectus. 16. ¶ Secundò 6
spectatur donatarius:vbi notatur, infantem posse rem
donatam per seruum acquirere,l. si quis in emancipa-
tum. 26. ¶ Tertiò vtraque persona donantis & dona- 7
tarij simul spectatur:vbi sequentia notantur. I. Extra-
neus extraneo etiam ignoto donare potest, l.in extra-
neos. 29. in princ. II. Donatio fieri potest inter con-
iunctas personas,l.data. 27. III. Donatio à patre in fi-
lium emancipatum collata, statim valet, & perfecta
est,l.cùm de bonis.11.§.1.l.siue.17.l.cùm res.22.etiamsi
filius infans sit,vt scilicèt(quemadmodum soprà nota-
ui)per seruum ei acquiratur,d.l.si quis in emãcipatum.
IV. Licèt maritus vxori donare prohibeatur, vt fuit
expositum supr.de donat.inter vir.&vxo.tamen spon-
sos sponsæ ante nuptias contractas donare potest, sup.
eod.l.si quidem.13.& D.eod.l.5.in princ.l.inter. 27. &
l.pen.& D.h.t.l.1.§.1.& multò magis pater, vel mater
sponsi,supr.de donat.ant. nupt.l.si mater.12.& de don.
intr.vir.& vxo.l.si te. 23. Sed si sponsus rem parentis
sui sine eius consensu donauerit, donatio non valet,l.si
filius. 14. tanquam à non domino facta, vt posteriùs
explicabitur. V. Vitricus priuigno donare potest, l. 7.
¶ Quartò spectatur res donata. Donari possunt, I. Præ- 8
dia,l.æris.15.l.si quis in emancipatum.26. l. sancimus.
34.§.1. (etiamsi tributis siue aliis oneribus sint obno-
xia.l.4.)& eorum reditus,l.si quis argentum. 35.§.1.&
§.sin autem. II. Vniuersa bona, vel pars bonorum, l.
cùm de bonis.11.in pr.& d. l, si quis argentum. §. pen.
Nam & pars pro indiuiso donari potest, l.portionem.
12. III. Res mobiles,vel se mouentes,l.pe.§.1.vt serui,
l.1.d.l.si quis argentum.§. simili. & §.seq. IV. Ea, quæ
pondere,numero,vel mensura constant: vt argentum,
d.l.si quis argentum.in pr.& §. sin autem.aurum, d. l.
sancimus.in princ.& §.1.pecunia,l.pen.in princ. annua
quantitas,d.l.sancimus.§.vlt. V. Res incorporales: vt
actio,l.2.l.illam.33.vel nominis delegatio, d. l.cùm de
bonis. §.1.futuræ actionis spes,l. 3.actionis remissio, l.
si donationis. 18. ¶ Quintò simul spectantur donans 9
& res donata. Aut enim donat aliquis rem suam, aut
alienam. Donatio rei suæ valet,l.æris. 15.vndecumque
donator eam rem acquisiuerit,l.si auia. 19. nisi mulier
dotem suam penes maritum constitutam donet,l.con-
stante.21.quia ipsa tantùm naturale dominium habet:
ciuile verò dominium est penes maritum, sup. de iur.
dot.l.pen.Donatio rei alienæ non potest eam ad dona-
tarium transferre,l.si filius. 14.aut domino præiudiciũ
facere. Quare si pater rem filij donauerit,eam filius re-
ctè vindicabit, nisi patri heres extiterit, l. si patri. 24.
Nam si patri successerit, & rem ab eo donatam vindi-
care velit, doli mali exceptione summouebitur, argu.
l.cùm à matre 14.sopt. de rei vindicat. ¶ Sextò consi- 10
derantur simul donator, donatarius, & res donata; vbi
dantur duæ regulæ. I. Magister militum donare mili-
tibus potest tam ex sua substantia, quàm ex spoliis ho-
stium: nec refert: vtrùm sit in ipsa belli expeditione,
an alibi,l.pen.§.1. II. Donatarius rem donatam potest
inuicem donatori donare, l. si ea.23. ¶ Septimò spe- 11
ctatur modus donandi. Donatio consensum donantis
requirit,sine quo non consistit,l.7.l. si præses. 8. l. nec
ignorans 10.l.in hac.30. vers.atque.

¶ Donatur autem variis modis. I. Vel nudo pacto, 12
seu nudo consensu,d.l.si quis argentum.§.vlt.& Instit.
eod. §. aliæ. túncque dicitur fieri animo dantium, &
sententiis accipientium,l.donatio.25.Vel stipulatione,
d.l.donatio,l.sancimus.34.§.vlt. d. l. si quis argentum,
§.vlt.& l.pen.in princ.(Solemnia verò verba,quę olim
adhibebantur,sublata sunt,l.vlt.) Vel traditione, l.le-
gem. 9. d.l. pen.in princ. seu quasi traditione,vt vsus-
fructus retentione,l.quisquis.28.d.l. si quis argentum.
§.vlt.

§.vlt. II. Vel purè, vel sub conditione, vel in diem, d.l. donatio. vel sub modo, l.legem.9.l.cum res.22. & supr. de condict.ob caus.l.2.3.6.l.dictam.8.l.si liber. 9.l.pen. & vlt.& de contrah.emp.l.3.& inf.tit.prox.l.1. III. Vel sine scriptis, l.in extraneos. 29. §.1. l.in donationibus. 31.§.vlt.vel in scriptis, l.nec ignorans. 10. vt per epistolam, l.si aliquid.13. Debet autem scriptura contioere nomen donantis, & ius quod in re donata habet, & ipsam rem donatam: (addendum videtur, & nomen donatarij) nec refert in qua materia scribatur: nec vtrũ donator, an eius voluntate alius scripserit, d.l.donatio, seu subscripserit, l. vice. 20. & d. l. in donationib. §. 1. Porrò acta necessaria sunt, id est insinuatio donationis apud acta, his casibus, quibus iure requiruntur, d.l.donatio.id est, si vltra legitimam summam donetur, d.l.si quis argẽtum.35.§.sed in his. Hæc autem summa olim erat ducentorum aureorum, postea trecentorum, l.sancimus. 34.in princ.hodie quingentorum, l.pen.§.vltim. Nota primò, si donatio non in pecunia, sed in aliis rebus consistat, has res æstimari, vt appareat, an donatio quingentos aureos excedat, d.l.sancimus.§. 1. Nota secundò, hanc distinctionem obseruari etiam in donationibus factis inter necessarias coniunctásque personas, l.data.27. Nota tertiò, acta rectè fieri etiam rerum donatarum, quæ alio loco positæ sunt, d.l. data. & l. in hac.30. Nota quartò, donationem in vrbe factam insinuari tantùm apud magistrum census: in prouinciis verò apud moderatorem prouinciæ, vel duumuiros, vel defensorem ciuitatis, d.l.in hac.apud quos si insinuetur donatio in vrbe facta, tam insinuantes, quàm tabellio, qui testimonium præbuit, vicenis libris auri, & alia grauissima indignatione plectuntur, l.secũdum. 35. Nota quintò, in donatione insinuata non esse necessarios priuatos testes: quoniam acta sufficiunt, d. l. in donationib.in prin. Nam & testamentum sine testibus apud acta confectum valet, supr.de testam. l. omnium.19. Nota quintò, donationem vltra quingentos aureos sine insinuatione factam non esse omnino inutilem; sed vsque ad quingentos aureos valere, l.pen. §. vltim. sicut olim valebat vsque ad trecentos, d. l. sancimus. in princip. & §. 1. Nota sextò, excipi quasdam donationes, quæ indistinctè insinuationem apud acta non desiderant, etiamsi quingentos aureos excedant. Hæ verò sunt, 1. Donatio facta à principe, d.l.sancimus. vers. exceptis. vel à priuato collata in principem, No.52.c.2. 2. Facta ad pias causas, quæ olim valebat vsque ad quingentos aureos, cùm aliæ valerent regulariter vsque ad trecentos, d. l. sancimus. in prin.hodie indistinctè valet, quamcumque quantitatem contineat, saltem quæ fit in redemptionem captiuorum, l.pen.in pr. 3. Donatio propter nuptias, iure Codicis, si in minores sui iuris constitutas conferatur, d.l.sancimus.vers.his insuper. iure nouissimo indistinctè, Nou. 119.cap.1. 4 Facta militibus à magistro militum, d.l.pen. §.1. 5. Facta ad reficiendas ædes incendio vel ruina corruptas, d.l.pe. §. pen. Quod ergo dicitur, quasdam donationes sine actis consistere, d.l.in donationib. §. 1. intelligendum est de donationibus intra quantitatem legitimam factis, vel specialiter exceptis. Nota septimò, si plures donationes sint diuersis temporibus factæ, singulas spectari seorsum, nec requiri insinuationem apud acta, si singulæ sint intra quingẽtos aureos, licèt omnes simul coadunatę eam summam excedant, d.l.sancimus, §.pe. Nota octauò, si quis donationis causa annuam summam, quæ quingẽtos aureos non excedat, sibi dari stipulatus sit, sic distingui, vt, si donatio morte donantis vel donatarij finiatur, acta nõ requirat, si verò perpetua sit, & vtrimque ad heredes transeat, omnimodò sit insinuanda, d.l.sancimus.§. vlt. cuius vers. sin autem etiam. corrigendus est ex Basilicis, & legendum, *vel non adiiciatur tempus.*

¶ Octauò spectatur causa donandi: quæ quidem aut 13
est sola liberalitas seu beneficentia, D.eod.l.1.§.1.(tũc-
que vocatur donatio directa, l. donatio. 25. & est pro-
priè, absolutè, & simpliciter donatio, d. l. 1. §.1. aut est
causa adscititia, extrinsecùs accedens: eáque vel præte-
rita, (vt cùm quis benè de se merito donat, D.eod.l.5.
putà quia negotia donantis gessit, aut quia sibi antea
donauit, vnde ei naturaliter debet *ἀντίδωρον*, D.de he-
redit.petit.l.sed etsi.25.§.consuluit.) vel futura: veluti
vt seruus ematur, D.hoc tit.l.2.§.vltim.& l.3. vt seruus
manumittatur, supr.de condict.ob cau. l. 6.l.si liber. 9.
vt donatarius creditoribus donantis satisfaciat, supr.
eod.l.2.vt eum alat, infr.tit.prox.l. 1.& supr.de contra-
hen.emptio.l.3.vt eius procurationem suscipiat, supr.
de cond.ob caus.l.5. vel aduocationem, supr.eod. l. vlt.
Vt domus instauretur, l.pe. §. pen. Vt captiui rediman-
tur, d.l.pe.in princ.vel alia pia causa sequatur, l. sanci-
mus.34.in princ.l.si quis argentum. 35. §. vlt. Hæ vo-
cantur donationes ob causam, sup.de condict. ob caus.
l.5.l.6.l.dictam.8.& III. seqq. vel sub modo, infr. tit.
prox. Huc referendæ sunt etiam donationes mortis
causa, l.donatio. 25. de quibus dicetur infr. tit. 57. &
propter nuptias, d.l. sancimus. in princ. de qua dictum
fuit supr.lib.5.tit.3.

¶ Nonò spectatur locus. vbi duo notantur. I. Dona- 14
tio fieri potest etiam inter absentes, maximè si donan-
tium voluntate donatarius res donatas nanciscatur, l.
6. II. Donatio valet, non solum rerum præsentium,
sed etiam aliis locis constitutarum, l.pen.§.1.

¶ Superest, vt explicemus effectus donationis: quos 15
refero ad tria genera: partim enim sunt pro donata-
rio, partim contra donatarium, partim donatario &
donatori communes. ¶ Primo loco declaremus ef- 16
fectus pro donatario. Aut donatio facta est per rei tra-
ditionem, aut per conuentionem de re tradenda, aut
per remissionem actionis donatori contra donatarium
competentis. ¶ Primo casu, si donatarius rem à domi- 17
no accepit, statim eius dominium acquirit, Inst. de rer.
diuis.§. per traditionem. nec potest ei auferri à dona-
tore, nisi vel priùs auferatur, quàm donatio, quæ ab ini-
tio non valuit, confirmata sit, l.siue.17. vel donatarius
sit ingratus erga donatorem, inf. de reuoc.don.l.vlt.&
Inst.h.t.§.aliæ. Si à non domino accepit, rem vsucapit,
Instit.de vsucap.in princ.pro donato.supr.lib.7. tit. 27.
& D.lib.41. tit.6. ¶ Secundus casus quatuor quæstio- 18
nes continet. I. An donator cogatur rem donatam tra-
dere donatario. Respondetur cogi ad exemplum ven-
ditoris, si donatio perfecta sit, l.si quis argentum. 35.
§.vlt.& Inst.eod.§.aliæ. II. Quid cogatur tradere. Re-
spondetur per distinctionem a rebus donatis sumptã.
Nam si argentum donauerit, non expressa qualitate,
sed expresso certo pondere, (alioquin donatio propter
rei incertitudinem nõ valeret, D.de iu.dot. l.cùm post.
69. §. gener.) dictum pondus dare debet vel in massa,
vel in vasis non deterioribus massæ æstimatione, d.l.si
quis argentum. in princ. aut si argentum non habet,
minúsve habet, quàm donauit, æstimationem soluere
cogitur, ea.l.§ sin autem. Si reditum certum donauit ex
possessionibus, quarum nomen non expressit; ex suis
fundis mediocres tantum reditum inferre valẽtes tra-
dere debet, ea.l.§.1.aut, si fundos non habet, æstimatio-
nem in quindecim annos præstabit, d. §. sin autem. Si
certum numerum seruorum non expressis eorum no-
minibus donauit, tot mediocris conditionis, ex suis
seruis, non optimos, nec deterrimos tradere tenetur.
ea.l.§.simili. aut si nullos seu nõ tot seruos habet, quot
donauit, pro singulis æstimationem, id est, quindecim
aureos præstabit, d. §. sin autem. III. Qua actione ad
tradendum vrgeatur. Respondetur per distinctionem,
aut enim

aut enim donatio per ſtipulationem facta eſt, & ex ſtipulatione agitur: aut nudo pacto, & agendum condictione ex lege, d.l.ſi quis argentum.§.vlt.& No.162. cap. 1. IV. An hæc actio detur heredibus, & contra heredes. Reſpondetur dari, ita vt donatore, vel donatario defunctis, huius heredibus tradendum ſit, & illius heredes tradere compellantur, d. l. ſi quis argen-
19 tum.§.vlt.verſ.vlt. ¶ Tertio caſu, ſi actio per acceptilationem remiſſa ſit, ipſo iure extincta eſt, Inſtit.quib. mod.toll.oblig.§.1. & 2. Si per pactum de non petendo, donator agens ſummouebitur exceptione pacti, vel doli: exceptis duobus caſibus, quibus actio ipſo iure tollitur, id eſt, cùm obligatio nudo conſenſu conſtabat, D.de pact.l.7.§.adeo.l.ab emptione.58.& de cõtrahen.empt.l.pacta conuenta. 72. in pr. & Inſt. quib. mod.toll.oblig.§.vlt.& cùm eſt pactum legitimum, id eſt, lege, vel ſenatuſconſulto, vel principis conſtitutione comprobatum, D. de pact.l. 6. vt pactum ne furti, vel iniuriarum agatur, D. eo.l.ſi tibi.17. §.1.& ſupr. de furt.l.poſt deciſionem.13. Quò reſpicientes Imperatores in l.ſi donationis.18. inquiunt, eum, cui donationis cauſa furti actio remiſſa eſt, non debere eſſe ſolicitum: quia quocumque modo remiſſa ſit, ipſo iure ſublata eſt, adeo vt ampliùs agi non poſſit: etenim ſi acceptilatio interuenit, iure communi actio eſt extincta, ſi pactum, iure ſpeciali extincta eſt, quia hoc pactum legitimum eſt, hoc eſt, lege duodecim tabularum nominatim comprobatum, vt opinor: ſi quidem comparatur pacto iniuriarum, d.l.ſi tibi.§.1. quod eſſe ex duodecim tabulis conſtat ex Gellio lib.20.cap.1.

20 ¶ Sequuntur effectus contra donatarium. Hîc videndum, ad quid, & qua actione donatarius teneatur, diſtinctio adhibenda. Nam ſi ſimpliciter donatum ſit, donatarius nõ tenetur donatori, niſi naturaliter ad *ἀντίδωρα*, D.de hered.petit.l.ſed & ſi. 25. §. conſuluit. Si verò ob cauſam donatum fuit, ea debet à donatario impleri, l.legem.9.& ſupr.de contrah.empt.l.3. vt putà is cui donatum eſt hac lege, vt creditoribus donantis ſatisfaciat, his ſatisfacere cogitur, l. cùm res. 22. cùm aliàs donatarius creditoribus donatoris ſoluere non cogatur, l. æris. 15. Si verò donatarius id non faciat, quod facere debet: in arbitrio donãtis eſt, vtrùm actione ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio interceſſit, vel præſcriptis verbis, ſi ſtipulationem omiſit, donatarium vrgeat, vt vel id, de quo conuenit, adimpleat, d.l.legem. d.l. cùm res. vel condemnetur in id quod intereſt, D.de re iudica.l.ſi quis ab alio. 13. in fi. an condictione ob cauſam repetat, quod dedit, ſupr.de cond.ob cau.l.2.3. 6. 8.vlt. videlicèt ſi per donatarium ſtetit, non caſu fortuito factum eſt, quò minùs id fieret, ſup.eo.l.pen. Interdum etiam datur donatori vtilis rei vindicatio, vt in ſpecie l.1.infr.tit.prox.

21 ¶ Vltimo loco explicandus eſt effectus donationis, qui æquè donatario contra donatorem, & donatori contra donatarium prodeſt. Cùm enim pars pro indiuiſo donata eſt: vter eorum maiorem partem obtinet, pretium alterius offerens, totum conſequentur. Eo nolente offerre, ſi res commodè diuidi poſſit, diuidetur. Sin minùs, is, qui minorem partem poſſidet, pretium alterius partis offerre, atque ita totum conſequi poterit, l.ſancimus.34.§.ne autem.

Tit. LIV. De donationibus, quæ ſub modo, vel ſub conditione, vel ex certo tempore conficiuntur.

I. 2.3.j.4.iij.	*IV.* 3.j.
II. 6.j.	*V.* 5. y.
III. 6.ij.	

TRes ſunt partes huius tituli: quia ſub eo 1
tria donationum accidentia declarantur: modus, conditio, tempus. ¶ Modus eſt 2
cauſa futura, propter quam donatur: cuius varia exempla retuli, ſupr. tit. prox. §.13. Hîc vnus modus conſideratur, quoniam aliquid ſpeciale habet, *Dono tibi, vt certa alimenta mihi præbeas.* Donatarius ea præſtare tenetur, ſupr.de contrah.empt. l.3.& niſi præſtet, à donatore conueniri poteſt, vel vt promiſſa impleat, vel vt ſibi data reſtituat, vt expoſui, ſup.tit.prox.§.20. Data autem repetere donator poteſt, non ſolùm condictione ob cauſam, quæ regulariter competit, ſed etiam vtili rei vindicatione, quaſi dominium in donatarium translatum non fuerit, quia facta translatio propter ingratum donatarij animum reſcinditur, quod ſpecialiter fauore alimentorum conſtitutum eſt, l.1. vbi verbum *reſtituatur*, indicat eſſe actionẽ reſtitutoriam ſeu reſciſſoriam: quia dominium per donationem translatum fuit ad donatarium: ſed reſciſſa donatione, datur donatori vtilis vindicatio, quæ cum dicta condictione concurrit. ¶ Nota primò, reſciſſo- 3
riam actionem in rem dati tribus caſibus. I. Reſciſſa donatione, vt in caſu modò expoſito, & cùm cum pœnituit, qui mortis cauſa donauit, D.de mort.cau.don.l. qui mortis.30. II. Reſciſſa alienatione in fraudem creditorum facta, Inſt. de action. §. item ſi quis. quem §. vulgò malè accipiunt de actione Pauliana perſonali, vt ibi in Analyſi expoſui. III. Reſciſſa vſucapione, vt cùm res abſentis, vel ab abſente vſucapta eſt, Inſtit. eo. §.item ſi quis. ¶ Nota ſecúdò, rei vindicationem cum 4
condictione cõcurrere tribus caſibus, ita vt idem vindicare quaſi dominus, vel condicere quaſi non dominus. I. Ob rem ſurreptam, Inſt.eo.§. ſic itaque. & D. de vſufr.quemad.cau.l.vlt.in fi. vel amotam, D. de actio. rer.amot.l. ob res amotas. 24. II. Ob rem legatã, ſup. commun.de lega.l.1.& Inſt.de lega.§.ſed olim. III. Ob alimenta non præſtita in caſu l.1. iam expoſito. Ex cauſa verò depoſiti vel commodati non condicitur res, quæ noſtra manſit, ſed eius reſtitutio petitur: idcirco non eſt mirum, ſi commodati & depoſiti actiones concurrunt cum rei vindicatione, ſupr.ad exhiben.l.vlt.m. hoc enim regulis iuris eſt conſentaneum: ſed ſuperioribus illis caſibus datur ipſius rei condictio, quæ cum rei vindicatione cõtra regulas iuris concurrit vel odio furti vel fauore alimentorum, vel propter diuerſa legatorum genera ſic à Iuſtiniano exæquata, vt cuiuſcũque generis vis ſit aliis legatorum generibus communicata, vt in Analyſ.Inſt.expoſui ad d.§.ſed olim.

¶ Condictio eſt adiectio, quæ facit, vt tum demum 5
donatio effectum habeat, cùm aliquid ſecutum fuerit, D.h.t.l. 1. De qua duo traduntur. I. Donator poteſt ab initio conditionem, quam vult, donationi apponere: ſed donationi iam perfectæ conditionem adiicere in præiudicium donatarij non poteſt, l.pen. quia in defectum conditionis donatio reuocaretur, arg.l.pen. in fi. D.de condit.inſtit.& l.aliquando.107. D.de condit. & demonſtr. II. Etſi regulariter conditio impleri præciſè debet, non per æquiualens, D.de lega. iij. l. fideicommiſſa.11.§.vlt. tamen conditio, *ſi donatarius emancipetur*, impleri dicitur, ſi filius morte patris fiat ſui iuris: quod & in vltimis voluntatibus obtinet, vt legatis, l. vlt.& heredum inſtitutionibus, ſupr.de inſtit.& ſubſti. ſub condit.fac.l.3. Contrà quoq; hæc conditio, *ſi mortuo patre fiat ſui iuris*, filio emancipato impleta videtur, d.l.fideicommiſſa.§.ſi cui ita.& D.quan.dies legat.ced. l.ſi ita.15.

¶ De tempore quoque duo traduntur. I. Tempus 6
donationi addi poteſt, ſupr.de donat.l.vlt. aut certum, veluti vt poſt annum res donata reſtituatur donatori: aut incertum, veluti vt poſt mortem donatarij res ad donatorem

donatorem reuertatur,l.2.quia dies mortis incerta est,
D.de condit.& demonstr.l.1.§.pen. II.Dono tibi fun-
dum hac lege,vt eum post biennium restituas Titio. te
fidem pacti non præstante, nisi Titius sibi restitui sti-
pulatus esset, nullam aduersus te actionem habebat,
quia tecum non contraxerat,idcirco iure veteri daba-
tur donatori fundi repetitio per cōdictionem ob cau-
sam, vtpote causâ non secutâ, propter quam donatum
fuerat:sed hodie ex constitutionibus principum datur
Titio vtilis actio præscriptis verbis,l.3.quæ scripta est
ad Marcellum seu Marcellam (vtroque enim modo le-
gitur) fratrem vel sororem, simulque heredem Titij:
quapropter vtilis actio, quæ Titio daretur, si viueret,
huic eius heredi accommodatur: quoniam accommo-
dari passim dicitur actio,quæ non est directa,sed vtilis.

Tit. LV. De reuocandis donationibus.

I. in pr. 4. 7. 9.	*VII. 3. 4. 5. 6.*
§. hoc tamen. 3.	*VIII. 8. & sequentib. vsque ad finem tit.*
II. 4.	*IX. 3. 4.*
III. 4.	*X. in pr. 1. 4.*
IV. 4. 9.	*§. hoc tamen. 3.*
V. 4.	
VI. 4.	

1 DOnatio ob causam, seu sub certo modo
facta, donatario fidem non implente re-
uocatur,l.vlt.in princ. per condictionem
ob causam,& interdum per actionem re-
scissoriam, vt superiori titulo expositum
fuit.Simplex verò& pura,inter viuos perfecta donatio
reuocatur, vel quia donatarius fuit ingratus erga do-
natorem, quo casu datur donatori actio ingrati; vel
quia donator postea liberos suscepit: quæ duo cùm hic
2 titulus contineat,rectè diuidetur in duo capita. ¶ Prio-
ri capite de actione ingrati dissoluuntur quinque quæ-
3 stiones. ¶ Primò quæritur, cui, & contra quem hæc
actio detur.Respondetur, dari donatori contra dona-
tarium:non heredi,nec contra heredem,l.1.§. 1. l. vlti.
§.1.quia vindicationis habet effectum,id est, quia da-
tur vindictæ causâ:cuiusmodi actiones non solent he-
redi competere,neque contra heredem, vt actio iniu-
riarum,D.si quis caution.l.si eum. 10.§. si iniuriarum.
& de collat.bon.l.2. §. emancipatus. Ergo hac ratione
actio ingrati non datur heredi donatoris,nec in here-
dem donatarij:quod verum est,etiam cùm parentes li-
beris donarunt:vt pater filio,vel filiæ:auus nepoti, vel
nepti:proauus pronepoti,vel pronepti, l. pe. Idem di-
cendum de matre, quæ filiis donauit, nisi transeat ad
secūda vota: quo casu donationem in filios primi ma-
trimonij collatam non potest hoc prætextu reuocare,
quasi sint ingrati, l.7. nisi ex certis causis, quas paulò
4 pòst notabo. ¶ Secundò quæritur, qua ex causa hæc
actio detur. Non datur ob solam donatoris pœniten-
tiam,(quamuis in fraudem tertij donauerit,l.4.vel mu-
lier,marito & liberis absentibus, in extraneum dona-
tionem contulerit,l.6.vel mater filiis emancipatis lar-
gita sit,l.3.vel auia,quæ nepti donauit, instrumentum
donationis cōburat,l.2.)sed ob ingrati animi vitium,si
donatarius in donatorem ingratus fuerit,l.1.in pr.& l.
7. Non tamen sufficit eum quocumque modo esse in-
gratum,sed ita,vt leges definiunt,l.pe.id est, ita vt do-
natorem atrocibus iniuriis affecerit,vel manus in eum
intulerit,vel non leui bonorum iactura affecerit,vel in
vitæ periculum adduxerit,l.vlt.in princ.Atque hæ cau-
sæ certis argumentis in iudicio cognitionaliter (id est,
vtraque parte præsente)probari debent,dd.ll.penul. &
vlt.in princ. Mater autem,quæ filio primi matrimonij
donauit,deinde ad secundas nuptias transiit, eum in-
grati arguere,ac res donatas ei auferre nequit, l.7. nisi
filius manifestè probetur aut vitæ matris insidiatus es-
se,aut ei manus intulisse,aut aliquid egisse, quo mater
omnia bona perderet,Nou.22.ca.35. Extra dictas cau-
sas ne quidem principis rescripto donatio rescinditur,
l. 5. ¶ Tertiò quæritur,quid in hanc actionem veniat, 5
id est, quid donatarium donatori restituere oporteat.
Respondetur,restituendum, quod donatarius tenet eo
tempore, quo controuersia à donatore mouetur: nam
quod donatarius antè fecit,vel alienauit, non reuoca-
tur,sed firmum permanet, d. l.7. ¶ Quartò quæritur, 6
vtrùm sit actio personalis,an in rem.Respondetur,esse
actionem in personã,d.l.7. ¶ Quintò quæritur,vtrùm 7
sit perpetua,an temporalis. Respondetur, esse perpe-
tuam,l.1.in princ. ¶ Posteriori capite agitur de dona- 8
tione liberis à donatore postea susceptis infirmanda,
l.si vmquam. 8. in cuius legis specie patronus liberis
carens,bona sua,vel bonorum partem libertis dona-
uit,deinde liberos suscepit.Ideo constituitur, vt bona
donata redeant in potestatem donatoris. Hinc multæ
quæstiones oriuntur. ¶ Primò quæritur, vtrùm dona- 9
tio infirmetur ipso iure, an per reuocationem donato-
ris,& actionem ab eo propositam. Ego eorum senten-
tiæ subscribo,qui putant non infirmari ipso iure, sed
posse à donatore reuocari: quia constitutio non ait res
donatas reuerti in dominium, sed in arbitrium ac di-
tionem donatoris. Hanc rationem quidam conantur
eludere, verba illa *in arbitrio ac ditione* non referentes
ad verbum *reuertatur*,sed ad verbum *mansuram*:sed lin-
guæ ratio satis ostendit ad vtrumque referri,quasi Im-
peratores dicerent redire in arbitrium donatoris, &
mansurum in eius arbitrio: quia cùm non dicant aliò
reuerti, sine dubio intelligunt eò reuerti, vbi dicunt
mansurum.Præterea rubrica,sub qua constitutio posi-
ta est,nostram interpretationem confirmat; quia non
inscribitur hic titulus de infirmandis donationibus,
sed de reuocandis:reuocantur autem per donatorem,
l.1.4.& passim. Quocirca si donator non reuocauerit
donationem, filij non possunt eam per hanc constitu-
tionem infirmare, sed confugere debent ad querelam
inofficiosæ donationis. ¶ Secundò quæritur, cùm do- 10
natio perfecta regulariter non infirmetur, nisi dona-
tarius sit ingratus,Institut.de donat.§.aliæ. cur hoc ca-
su infirmetur, licèt donatarij non sint ingrati:nam hu-
ius rationis cognitio ad quæstiones nonnullas deci-
dendas est necessaria. Duplex huius constitutionis ra-
tio à Doctoribus affertur.Multi putant hoc ita consti-
tutum esse fauore liberorum, ne sint paternæ substan-
tiæ expertes.Hæc ratio non satisfacit. Nam cur Impe-
ratores hoc statuerent de liberis post donationem su-
sceptis, alio iure obtinente in procreatis ante dona-
tionem:hos enim constat non infirmare totam dona-
tionem,sed de ea tantum detrahere,quantum ipsis le-
gitimam iure naturæ debitam efficiat, supr.de inoffic.
donat.l. 5. & 7.Præterea si fauore liberorum donatio
reuocatur,cur non iubet Imperator hæc bona, quæ ad
donatorem redeunt,liberis seruari, sed ea subiicit po-
testati& arbitrio donatoris:nam hac ratione fit,vt ite-
rum ea donare possit: atque hæc secunda donatio va-
lebit, non obstante hac constitutione: sed pro parte
tantum infirmari poterit ad legitimam liberis sup-
plendam ex tit.de inoffic.donat. Plerique aliam ratio-
nem afferunt, id est, coniecturam paternæ pietatis:
quia pater non censetur fuisse donaturus, si de liberis
cogitasset,adeo vt donatio susceptis postea à donato-
re liberis non valeat ob defectum consensus, quia pa-
ter non præsumitur in hunc casum donare voluisse,
arg.l.7.§.1.supr.de instit.& substit.& l.cùm acutissimi.
30.supr.de fideicomm.& l.cùm auus.102.D.de cōdit.
& demon

& demonstrat. Huic rationi obstat, quòd frustra præsumitur voluntas, quæ nihil operatur, nisi expressa sit, supr. de condict. ob cau. l. 7. Hæ igitur rationes, si per se spectentur, sufficere non videntur: sed fortasse, si coniungantur, & aliquid eis addatur, perfectam rationem huius constitutioois habebimus: animaduerto namque, inofficiosi querelam faciliùs dari contra libertos, quàm contra alios, supr. de inoffic. testam. l. fratres. 27. Concurrente igitur liberorum fauore cum præsumptione voluntatis paternæ, & odio libertorum, qui ingrati videntur, si per inopiam liberorum patroni ditati velint, donatio reuocatur: vnde intelligimus, quàm aptè hæc constitutio sub hoc titulo collocetur, in quo diximus tractari de donatariis ingratis.

11 ¶ Tertiò quæritur, vtrùm hæc constitutio in suo tantùm casu obtineat, an etiam ad alios sit producenda: quos casus ordine enarrabimus, si singulas speciei in constitutione propositę circumstantias consideremus, & singulis conuenientes casus applicemus.

12 ¶ Prima est circumstantia personarum: quia patroous donauit liberto. Huc referendi sunt quatuor casus.

13 ¶ Primus casus est, cùm donatio collata est in extraneum. Quidam putant, constitutionem non esse ad hunc casum producendam, sed donationem infirmari ex titulo de inofficiosis donationibus. Multùm autem interest, vtrùm reuocetur per hanc constitutionem, an ex dicto titulo de inofficiosis donationibus: quia hæc constitutio totam donationem rescindit, ex illo autem titulo tantùm pars detrahitur, vt liberi legitimam iure naturæ debitam saluam habeant, vt supr. notaui. Alij communiter producunt hanc constitutionem etiam ad donationem cuiuis extraneo factam. Mihi, ob ea quæ paulò antè de ratione huius constitutionis notaui, prior sententia magis placet.

14 ¶ Secundus casus est, cùm pater donat vni filio, deinde procreat alios filios. Hoc casu non est locus huic constitutioni, sed querelæ de inofficiosa donatione, supr. de inoffic. donat. l. 5. Neque enim si datur hac constitutione actio contra libertos donatoris, propterea dari debet etiam contra eiusdem filios.

15 ¶ Tertius casus est, cùm vir liberis carens donat vxori, mox ex ea liberos suscipit. Corneus cons. 194. lib. 3. negat rescindi donationem per hanc constitutionem. Ripa in d. l. si vnquàm. quæst. 48. contrariam sententiam probat. Ego Cornei sententiæ subscribo, non ob rationem ab ipso allatam, sed quia iam docui speciale esse in liberto donatoris, vt contra eum donatio rescindatur. Filij igitur confugere debent ad querelam inofficiosæ donationis, si ea donatio legitimam eorum minuit.

16 ¶ Quartus casus est, cùm quis non habens liberos, bona sua donauit ecclesiæ, mox liberos suscepit. Respondet Augustinus, ecclesiam bona filiis donatoris reddere debere iure cœli, non iure fori, xvij. quæst. 4. can. vlt. rectè: quia (vt dixi) hæc constitutio libertum donatoris onetat, non alios. nam Augustinus longè recentior est Constātino & Constantio auctoribus huius constitutionis, si vnquam. ad quam mihi videtur respexisse, non ad querelam inofficiosæ donationis, dum ecclesiam dixit non teneri iure fori, vt donata restituat.

17 ¶ Secunda circumstantia est, quòd donator tempore donationis non habebat filios. Huc referuntur duo casus.

18 ¶ Primus casus est, cùm habebat liberos, sed putans se liberis orbatum, vt quia falso rumore ductus credebat eos peregri obiisse, bona sua in alium contulit. Respondeo, si in libertum contulit, hanc constitutionem ad hunc casum producendam esse, quoniam eadem est ratio. Nam & cùm pater filium falsò mortuum arbitratus, alium heredem instituit; constitutum est, hereditatem nihilominùs ad filium pertinere, D. de inoffic. testa. l. cùm mater. 28. & de hered. instit. l. vlt.

19 ¶ Secundus casus est, cùm sciens se habere filium, liberto donauit, deinde alios filios suscepit: hoc casu non puto esse locum huic constitutioni: quia nec verbis constitutionis continetur, nec eius rationi subiicitur: etenim qui filiis orbus, liberto donat, ob defectum liberorum ei donare censetur: at qui sciens se filium habere, liberto donat, perspicuè libertum liberis præfert: quare locus erit querelæ inofficiosæ donationis.

20 ¶ Tertia circumstantia est modus alienandi, nempe donatio. Huc referuntur quatuor casus.

21 ¶ Primus casus est, cùm bona sua, vel partem bonorum vendidit vili pretio. Hoc casu si iustæ æstimationis ignarus, viliori pretio vendidit, non potest vllo modo dici donatio, proinde hæc lex cessat, & hic casus referendus est ad tractatum l. 2. supr. de rescind. vend. Si verò iustum pretium non ignorans, viliori vendidit, donatio est in parte pretij, id est, in eo, quo rei æstimatio statutum pretium excedit, D. de contrah. empt. l. si quis donationis. 38. & hac ratione videtur contractus per hanc constitutionem infirmari: quod tamen non omnino verum est: nam si modica sit donatio, vt quia in pretio constituendo parum ex iusta æstimatione detractum est, non esse huic constitutioni locum omnes fatentur. Si verò parum sit in pretio, & multum in donatione, puto contractum emptore iustum pretium supplente confirmari, eo supplere nolente rescindi, arg. d. l. 2. Dico rescindi ob liberos postea procreatos, etiam si non sit pretium donationis causâ deminutum vltra dimidiam: quia in hac donatione non spectamus, an sit donatum vltra dimidiam, sed tantùm an sit magna donatio, quam non præsumatur donator facturus fuisse, si de liberis cogitasset.

22 ¶ Secundus casus est, cùm quis heredem extraneum instituit: hoc casu non est locus huic constitutioni: sed filij postea nascentes, testamentum rumpunt, D. de iniust. rup. l. 1. & Inst. de exhered. liber. in princ.

23 ¶ Tertius casus est, cùm quis legat. Hic casus dubius est apud eos, qui putant donatiooem superuenientibus liberis infirmari ipso iure: nos autem diximus posse à donatore reuocari: ergo frustra quæritur de legatis, quæ constat posse indistinctè reuocari à testatore, siue liberos postea susceperit, siue non.

24 ¶ Quartus casus est, si quis legitimet filios naturales, quos solos habebat, deinde procreet filios legitimos, quæritur enim hoc casu, an legitimatio reuocetur, quasi pater non fuisset legitimaturus, si de liberis ex iustis nuptiis procreandis cogitasset. Hic casus est nimis à nostra constitutione remotus, adeò vt ad eum constitutio nullo modo trahi possit: nec rectè dici puto, patrem non fuisse legitimaturum, si de legitimis liberis procreandis cogitasset: quia patres malunt habere omnes filios legitimos, quàm aliquos illegitimos. Denique de legitimatione per sequens matrimoniū, quòd non reuocetur, expressè habetur sup. de natural. lib. l. cùm quis. 10. & l. seq. & Inst. de nupt. §. vlt. & aliis locis. Idem omnino dicendum puto de omni alia filiorum legitimatione: quia in hoc nullum inter legitimationes discrimen dari iusta cum ratione potest.

25 ¶ Quarta circumstantia est species donationis: nam constitutio ponit donatum esse inter viuos simpliciter: vnde quæritur, an idem dicendum sit de aliis donationum generibus. Hîc consideremus quatuor casus.

26 ¶ Primus casus est, cùm donauit causâ mortis: sed
frustra hoc casu quæritur, an donatio superuenienti-
bus liberis possit à donatore reuocari, cùm indistinctè
per pœnitentiam reuocari possit, Instit. de donat. §. 1.
hanc igitur quæstionem iis relinquamus, qui donatio-
nem ob liberos posteà susceptos infirmari ipso iure
27 existimant. ¶ Secundus casus est, cùm donauit ob cau-
sam, & causa secuta est: hoc casu nostra constitutio
cessat, argum. l. 1. supr. de pact. quia donatio ob cau-
sam non est propriè donatio, D. de donat. l. 1. in
princ. & de donat. int. vir. & vxor. l. si quis pro vxo-
28 re. 21. §. 1. ¶ Tertius casus est, cùm est donatio re-
muneratoria. Idem de hac dicendum, quod dixi de
donatione ob causam. Nam etiam donatio remunera-
toria non est propriè donatio, sed valde similis dona-
tioni ob causam: eo autem differt, quòd hæc est ob
29 causam futuram, illa ob causam præteritam. ¶ Quar-
tus casus est, cùm donatur in contractu matrimonij;
putà maritus donat vxori propter nuptias: vel con-
uênit, vt coniux superstes certam partem bonorum
defuncti lucretur. Dicendum est, hanc constitutio-
nem cessare; quia non sunt simplices donationes, sed
ob causam matrimonij: & quod coniux à coniuge ac-
quirit, liberis communibus seruare tenetur, supr.
de secun. nupt. l. 3. cum sim. adeo vt videri possit ma-
ritus donaturus fuisse, etiamsi de futuris liberis co-
30 gitasset. ¶ Quinta circumstantia in re donata cerni-
tur: quia constitutio ponit donata esse omnia bona,
vel partem bonorum. Intellige quamuis partem; vt
legem simpliciter loquentem, accipias simpliciter. Sed
quæritur, an idem obtineat in re singulari donata, putà
prædio. Et placet Doctorum distinctio: vt si sit res
magni pretij, quam pater præsumitur non fuisse do-
naturus, si de liberis cogitasset, constitutio locum ha-
beat: rei verò parui pretij donatio non reuocetur.
Quantum autem pretium esse debeat, vt donatio re-
uocari possit, quia nullo iure est expressum, arbitrio
31 iudicis definiri debet, D. de iur. delib. l. 1. §. vlt. ¶ Sexta
circumstantia est, quòd post factam donationem na-
ti sunt liberi donatori; intelligo liberos legitimos, non
naturales tantùm, & multò minùs spurios: quia qui
non sunt legitimi, non habentur pro filiis, supr. de na-
tural. lib. l. vlt. in fi. & D. de his qui sui vel alie. iur. sunt,
l. 6. Hæc interpretatio confirmatur optimo argumen-
to: quia similiter quod dicitur, fideicommissum, quo
filius simpliciter est oneratus, deficere, si filius su-
sceptis liberis decesserit, D. de condit. & demonst. l.
cùm auos. 102. & supr. de fideic. l. cùm acutissimi. 30. à
Iustiniano accipitur de iustis liberis dumtaxat, supr.
de instit. & substit. sub condit. fac. l. 7. §. 1. Sed ad hanc
circumstantiam considerandi supersunt tres casus.
32 ¶ Primus casus est, si filij naturales legitimentur. Hic
casus est bipertitus. Aut enim ante donationem sunt
nati, & post donationem legitimati: aut post dona-
tionem nati, & postea legitimati sunt: sed indistinctè
puto, filios legitimatos locum facere huic constitutio-
ni, quandocumque nati fuerint, & quomodocumque
sint legitimati. Quamuis enim lex loquatur de natis
post donationem, tamen eadem ratio est eorum, qui
antea nati sunt, si postea per legitimationem incipiant
in filiorum numero esse: sicut videmus, non solùm
adgnatione postumi rumpi testamentum, sed etiam
quasi adgnatione, si quis ante testamentum natus,
post testamentum in locum sui heredis succedat, D. de
iniust. rup. l. postumorum. 13. & Instit. de exhered. liber.
33 §. postumorum. ¶ Secundus casus est, cùm donator
post factam donationem adoptat filium. Et videtur
hoc quoque casu locus esse constitutioni: quia hic est
filius legitimus: & dum pater eum adoptauit, quo-
dammodò eum suscepit. Contrarium est verius: cùm
quia facilè donator posset donationem simplicem,
quæ irreuocabilis est, reuocare adoptãdo filium, quod
non est dicendum: tum etiam quia filius adoptiuus
non est verus filius, sed habetur pro filio, D. de his qui
sui vel alien. iur. sunt, l. 6. ¶ Tertius casus est, si donator 34
monasterium ingrediatur. Communis Doctorum opi-
nio est, hac ratione donationem reuocari; quia mona-
sterium est loco filij. Ripa in h. l. si vnquàm. q. 34. hanc
sententiam rectè reprehendit, & eius rationem euertit:
quia nullo iuris contextu probatur monasterium esse
loco filij: immo hoc secundum Bart. Bald. Salic. Feli-
num, est falsum: nec dubitat Baldus eos vocare fa-
tuos, qui hoc credunt. Certè falsum esse, probari ex eo
potest, quòd si quis honoretur sub conditione si libe-
ros susceperit; vel oneretur sub conditione, si sine libe-
ris decesserit, hæc conditio eo monachismum eligen-
te habetur pro non scripta, supr. de episc. & cler. l. san-
cimus neminem omnino. 53. §. item illud. & de instit.
& substit. sub condit. fact. l. 6. & Nou. 123. c. 37. non es-
set enim opus, vt conditio pro non scripta haberetur,
si monasterium monacho esset loco filij. Opponitur c.
in præsentia. 8. extr. de probat. vbi dicitur, eum non de-
cedere sine herede, qui monasterium heredem insti-
tuit, appellatione heredis significans filium, vt con-
stat ex princ. eiusdem cap. in illis verbis, *si absque liberis
decederet*: quomodò hoc verbum etiam in libris Feudo-
rum accipitur, lib. 1. tit. 13. de alien. feu. vers. etsi clien-
tulus; & lib. 2. tit. 34. de lege Conradi. §. similiter. vers.
profectò. Respondeo cum Panorm. Ripa, & aliis re-
centioribus, illud dici à parte litigante, cuius allegatio-
nes à summo Pontifice tantùm referuntur, non etiam
probantur. Hæc dicta sint de tertia quæstione, quibus
casibus dicta l. si vnquàm. locum habeat. ¶ Quartò 35
quæritur, si donator donationem reuocauit, quæ actio
ei competat aduersus donatarium. Sic distinguendum
puto: Aut donator dominium rerum donatarum ad
donatarium transtulit, aut donationis causâ se obliga-
uit, putà donatario stipulanti omnia sua bona vel par-
tem bonorum promisit. Priori casu vel agit condictio-
ne sine causa, D. de condic. si. cau. l. 1. §. pe. & vlt. vel vti-
li rei vindicatione, id est, actione rescissoria, seu resti-
tutoria, argum. l. 1. supr. tit. prox. & l. qui mortis. 30. D.
de mort. cau. donat. Posteriori casu liberationem petit
condictione sine causa, d. l. 1. §. pen. vel contra donata-
rium agentem excipit de dolo, siue in factum: quia cui
damus actionem, ei multò magis damus exceptionem,
D. de superfi. l. 1. §. is autem. & de diuer. regu. iur. l. inui-
tus. 156. §. 1.

¶ Quintò quæritur, si donator donationem non 36
reuocauit, an heres possit eam reuocare. Ego suprà
docui reuocari ab herede non posse. ¶ Sextò quæ- 37
ritur, donatione à donatore reuocata; quid do-
natarius restituere debeat. Lex ait totum, quicquid
largitus fuerat, reuerti in donatoris potestatem: ni-
hil igitur donatarius retinet ex rebus donatis. Sed
quæritur, an debeat restituere fructus ex rebus do-
natis perceptos. Distinguendum est inter fructus
perceptos ante donationem reuocatam, perceptos an-
tequàm donatario reuocatio donationis innotuisset,
& perceptos postquàm donatarius sciuit donationem
esse reuocatam. Percepti ante reuocatam donationem
non restituuntur: quia lex ait in arbitrium donatoris
reuerti quicquid donatum fuit: fructus autem, qui ex
re donata percepti sunt, donati dici non possunt: vt
probatur duplici argumento: primò quia cùm quæri-
tur, an res donatæ legitimam summam excedant, ita vt
insinuatio sit necessaria, non computantur fructus,
supr. de donat. l. sancimus. 34. secundò quia licèt
coniux

coniux fructus sibi à cōiuge donatos restituere teneatur, in quātum inde factus est locupletior, sup. de don. int. vit. & vxo. l. si fructus. 8. tamen fructus prædiorum donatorum non restituit, D. eo. l. de fructib. 17. in prin. Percepti post reuocatam donationem, antequàm donatarius eam reuocatam esse sciret, si sint merè naturales, restituuntur: si industriales, nō restituuntur, propter bonam fidem percipientis; quia bona fide ex causa lucratiua possidens percipiendo fructus industriales
38 lucratur, non merè naturales, Centur. 5. q. 45. ¶ Septimò quæritur, si liberi post donationem nati moriantur patre superstite, an hoc donatario prosit. Si donatio reuocaretur ipso iure, vt multi putant, quæstio magis dubia esset: sed cùm docuerim donationem non infirmari ipso iure, nisi à donatore reuocetur: profectò si donator eam viuentibus filiis reuocauit, eorum morte conualescere non potest: sed si eam, quamdiu filij viuebant, non reuocauit; probabile videtur, eum, fundamento reuocationis sublato, id est liberis mortuis, non posse ampliùs eam reuocare.

Tit. LVI. De mortis causa donationibus.

I. 5. 9. | *III. 6. 9.*
II. 5. 9. | *IV. 4. 5. 9.*

1 DOnationum duo sunt genera: inter viuos, & mortis causâ, Instit. de donat. in pr. quoniam igitur de donationib. inter viuos superioribus titulis actum est: superest, vt de mortis
2 causa donationibus dicamus. ¶ Est autem mortis causa donatio, cùm quis mauult donatarium, quàm heredem; & mauult se, quàm donatarium rem habere, D. h.
3 t. l. 1. & Instit. de donat. §. 1. ¶ Diuido hunc titulum in
4 tria capita. ¶ Primo capite declaratur, quomodò mortis causâ donetur: vbi tria notentur. I. Hæc donatio fit cogitatione mortis imminentis, vel non imminentis. II. Potest fieri in scriptis, vel sine scriptis. III. Non requirit insinuationem apud acta, sed sufficit quinque
5 testium præsentia, l. vlt. ¶ Secundo capite exponuntur huius donationis effectus. I. Comparatur legatis, Inst. de donat. d. §. 1. siue vltimis voluntatibus, d. l. vlt. ideóq; minuitur per legem Falcidiam, non tamen ex verbis legis, sed ex constitutione Seueri, qui ad has donationes legem Falcidiam produxit, l. 2. cuius species ita exponi debet: Titius filius tuus, suscepta filia ex vxore Gaia, decessit: mox Gaia ad secundas nuptias transiens, cum secundo viro pacta est, vt, si in matrimonio sine liberis decederet, dos fratri suo Gaio, cui mortis causa donatum volebat, restitueretur: eámq; dotem in eum euentum Gaius consentiente sorore sibi reddi stipulatus est: postea Gaia nullis ex secundo matrimonio susceptis liberis obiit intestata. Lex in hac specie decidenda tria tradit. Vnum est, neptem tuam matri suæ Gaiæ intestatæ succedere; nimirum ex senatusconsulto Orphitiano. Alterum, Gaiam secundò nubentem pacisci potuisse, vt post mortem suam dos fratri suo restitueretur: & Gaium habere actionem ex stipulatu, cùm volente sorore sibi reddi sit stipulatus. Tertium est, quia mortis causa donando Gaia pacta est fratri suo, & passa est eum sibi stipulari: idcirco si filia eadémque heres Gaiæ, fideicommissis ab intestata matre sit onerata; non solùm fideicommissa minui per legem Falcidiam ex constitutione Diui Pij, D. ad leg. Falcid. l. filiusfamilias. 18. sed etiam minui hanc mortis causâ donationem ex cōstitutione Seueri, supr. eod. l. 5. Non obstant l. 1. §. item si ita legatū. & l. acceptis. 93. D. eod. vbi non agitur de mortis causa donatione, quam per legem Falcidiam minui diximus; sed de mortis causa capione, ad quam nulla constitutio legem Falcidiam produxit. II. Donatarius fideicommisso onerari potest, supr. de fideic. l. ab eo. 9. & D. de transact. l. cùm hi. 8. §. hæc oratio. & de lega. ij. l. cùm pater. 77. §. 1. & de do. prælega. l. Seia. 11. Hinc deciditur species l. 1. in qua mulier Titio & Mæuio mortis causa donauit hac lege, vt præmoriens portionem suam superstiti restitueret. Quæritur ergo, an superstiti contra heredes præmorientis actio detur. Non videtur dari, quamuis non sit pactum nudum, sed lex contractus; quia nemo potest alteri paciscei, D. de verb. oblig. l. stipulatio ista. 38. §. alteri, & Instit. de inutil. stip. §. si quis alij. & §. alteri. Lex tamen actionem dat, nō tanquàm ex pacto, sed in vim fideicommissi: quia cum pactū illud de portione superstiti restituenda, non sit adiectū donationi inter viuos, sed mortis causa, vim habet fideicommissi, quod quocumque modo relinqui potest, supr. de fideicommiss. l. & in epistola. 22. III. Per pœnitentiam reuocari potest, vt sequenti capite docebo. ¶ Tertium enim caput 6
est de reuocatione donationis: vbi dantur duæ regulæ. I. Donator eā reuocare potest, l. qui mortis. 30. II. Nullus alius præter donatorem potest donationem reuocare, quamuis sit persona coniuncta, vt soror donatoris, l. 3. ¶ Quia suprà docui fideicommissum ab eo re- 7
linqui posse, cui mortis causa donatū fuit, obiter quæro, an is fideicommisso onerari possit, cui donatum est inter viuos. Respondeo, non posse, supr. eod. tit. l. ab eo. 9. Excipitur, I. Nisi sub aliquo pacto donatū fuit, quod donatarium donatoris debitorem faciat, D. de legat. ij. l. cùm quis. 37. §. pater. quoniam ex rescripto Diui Pij à quolibet debitore fideicommissum relinqui potest, D. de legat. j. l. si pecunia. 77. II. Nisi donatio inter viuos facta, non valeat inter viuos, sed morte confirmetur, vt inter virum & vxorem, D. de legat. ij. l. sequens. 68. quia donationes, quæ morte confirmantur, fideicommissi partibus funguntur, supr. ad leg. Falcid. l. in donationibus. 12.

Tit. LVII. De infirmandis pœnis cælibatus, & orbitatis, & decimariis sublatis.

I. 3. | *II. 4.*



Via mortis causa donationes comparan- 1
tur legatis, vt superiori titulo expositum fuit: idcirco lex Iulia & Papia contra cœlibes & orbos, & coniuges latæ, ne ex testamento legata caperent, senatusconsulto productæ sunt ad mortis causa donationes: adeo vt qui ex testamento legatum capere non potest, similiter mortis causa donationem capere non possit, D. de mort. cau. donat. l. senatus. 35. Sed hæ leges h. tit. abrogantur, ita vt dictæ personæ & legata & mortis causa donata sine impedimento acquirant. ¶ Huius rubricæ 2
partes duæ sunt: & subiectæ leges similiter sunt duæ, quarum prior ad priorem rubricæ partem, id est, ad cœlibes & orbos pertinet, posterior ad posteriorem, id est, ad decimas. ¶ Quod ad priorem partem attinet, 3
cœlibem marito, orbum parenti habenti liberos opponit Quintilianus lib. 5. c. 10. Cœlebs igitur est, qui non habet vxorem, vel quæ nō habet maritum, etiamsi castè non viuant. Vnde Martialis lib. 12 epigr. 64. malum poëtam eius versus gratis recitantem, cœlibi adultero comparans ait,

Corrumpit sine talione cœlebs.

quasi dicat, quemadmodum cœlebs adulter, qui alienas vxores corrūpit, inuicem eandem iniuriam à maritis, quos læsit, pati nō potest: sic ego malo poëtæ, qui meos versus recitando corrūpit, par pari referre nō possum.

Ille quoque dicitur cœlebs, qui vxore amissa manet in viduitate. Sueton. in Galba, cap. 5. *Amissa vxore Lepida, duobúsque ex ea liberis, mansit in cœlibatu.* & paulò pòst, *maritum quoque adhuc necdum cœlibem Galbam sollicitauerat.* Orbus est, qui liberis caret. Quid si liberos aliquis habeat, vxore amissa? Hunc puto vocari patrem solitarium ab Vlp. rubr. 16. Sed & hic appellatione cœlibis continetur. Cœlebs ex testamento extranei capere non poterat, nisi intra centum dies à testatoris morte vxorem duceret: sed hereditas ipsi adempta confiscabatur: feminis tamen, quæ in matrimonio fuerunt, longioris temporis vacatio dabatur: orbus verò tantùm semisse hereditatis multabatur. Vide Vlpia. tit. 15. & tit. 17. §. vlt. & tit. 18. in prin. & tit. 23. §. 2. & Sozom. lib. 1. cap. 9. Hodie cœlibatus & orbitatis pœnis sublatis, omnes indistinctè ex quouis testamẽto capere pos-
4 sunt, l. 1. ¶ Quod ad secundam tituli partem spectat, vir & vxor inter se regulariter decimam tantùm, interdum (id est, ob liberos ex alio matrimonio superstites) vltra decimam, quandoque solidum capere poterant, vt explicat Vlpia. tit. 16. & 17. vt scilicet, cùm solidum non capiebant, residuum confiscaretur: nam lex Iulia & Papia locupletandi ærarij causa, quod bellis ciuilibus exhaustum fuerat, latæ sunt; hodie his decimariis legibus sublatis, coniux ex testamento coniugis, etiam liberis non extantibus, solidum capere potest, l. 2.

Tit. LVIII. De iure liberorum.

IVs liberorum habebant, qui vel liberos 1
genuerant, vel id à principe impetrauerant, vt perinde haberentur, ac si genuissent. ¶ Erant autem huius iuris tres effectus. I. Facultas capiendi ex testamento 2
extranei. II. Facultas capiendi ex testamento coniugis vltra decimam. Quos duos effectus superiori titulo attigimus. III. Facultas succedendi filiis, quæ concessa est ingenuæ matri trium liberorum, libertinæ matri quatuor liberorum, Inst. de S.C. Tertul. §. postea. Hodie ius liberorum omnibus est concessum, vt opus non sit id impetrare à principe, l. 1. Quocirca etiam orbi indistinctè succedunt tam ex testamento extranei supr. tit. prox. l. 1. quàm coniugis, supr. eo. l. 2. Et mater filio, vel filiæ ab intestato succedit, etiamsi nec alios pepererit, nec ius liberorum à principe petierit, l. 2. & Inst. de S.C. Tertull. §. sed nos.

IVL. PACII A BERIGA I. C.

ANALYSIS LIBRI IX. CODICIS.

Tit. I. Qui accusare non possunt.

I. 5. j.	*XII.* 3. j. vj. 6. j.
II. 3. v. 6. j.	*XIII.* 5. ij. 6. j.
III. 3. vj. 6. j.	*XIV.* 4. j. 6. j.
IV. 3. j. 6. j.	*XV.* 3. iij.
V. 3. j. 6. j.	*XVI.* 3. iv.
VI. 3. vj. vij.	*XVII.* 5. vj.
VII. 3. vj.	*XVIII.* 5. j.
VIII. 3. ij. 6. j.	*XIX.* 5. j.
IX. 3. j. 6. j.	*XX.* 5. iij. v.
X. 3. ij. vj.	*XXI.* 5. iv.
XI. 4. ij. 6. j.	

1 HOc libro enarrantur iudicia criminalia: quæ cùm per accusationem institui soleant, infr. de adulter. l. quamuis indubitati. 19. primo loco datur hic titulus ad personam accusatoris pertinens. Sicut enim in testamentis primò quæritur, an quis possit facere testamentum, deinde quomodo testamentum fiat, D. qui testa. fac. poss. l. 4. ita etiam in criminibus primò quæritur hoc tit. qui accusare possint, postea tit. seq. quomodò accusetur. Et quia possunt accusare, quicumque non prohibentur: idcirco hæc rubrica negatiuè concipitur: cùm enim cognouerimus qui accusare non possunt, simul etiam sciemus qui accusare possunt, D. de accusat. l. qui accusare. 8.
2 ¶ Porrò alij simpliciter accusare prohibentur, alij
3 per relationem ad certas personas. ¶ Simpliciter accusare prohibentur. I. Mulier, nisi suam suorúmve iniuriam persequatur, l. 5. l. de crimine. 12. Idcirco si necem filij dicat se persequi, cùm negetur esse mater, priùs probare debet se esse matrem, l. non ignorat. 9. Inter suos connumerantur consobrini, quorum necem mulier iudicio persequi non prohibetur, l. 4. & D. de accusat. l. hi tamen. 11. in princ. Præterea feminæ ad accusandum crimine læsæ maiestatis admittuntur, D. ad leg. Iul. maiest. l. in quæstionibus. 8. II. Miles similiter accusare nequit, nisi suam suorúmve iniuriam, vt consobrini necem exsequatur, l. nõ prohibentur. 8. l. si crimen. 10. aut crimen læsæ maiestatis intendat, D. ad leg. Iul. maiesta. l. 7. §. 1. III. Infamis, l. criminis. 15. & D. de accusat. l. qui accusare. 8. adhibitis suprà dictis exceptionibus, id est, nisi suam suorúmve iniuriam persequatur, D. eod. l. hi tamen. 11. in pr. aut crimine læsæ maiestatis accusare velit, D. ad leg. Iul. de adulter. l. 7. in pr. IV. Qui duos reos delatos habet, l. cum rationibus. 16. quia turpis quæstus causa, id est, propter præmium accusantibus crimenque peragentibus propositum, videtur tertio accusato periculum inferre, D. de accus. d. l. qui accusare. Hic quoq; excipitur, nisi suam suorúmve iniuriam persequatur, d. l. cum rationibus, d. l. hi tamen. in pr. & D. ad leg. Iul. de adulter. l. 6. §. vlt. quia nõ turpi quæstu, sed iusta indignatione motus videtur ad accusandum procedere. Qua ratione quin admittatur etiam ad accusandum crimine læsæ maiestatis, nullus dubitat. Nota, eodẽ crimine plures simul accusare posse, infr. si reus vel accus. mort. fuer. l. 1. excepto adulterio, quo crimine non licet adulterum & adulterã simul accusare, infr. ad leg. Iul. de adulter. l. reos. 8. & D. eod l. nihil. 32. §. 1. l. vim. 39. §. duos. quamuis duo simul incesti accusari possint, d. l. vim. §. pe. Diuersis verò criminibus licet quidẽ duos deferre eodẽ tempore, d. l. cum rationibus. & D. ad leg. Iul. de adulr. d. l. 6. §. vlt. vtrumque tamen iudiciũ simul non procedit, quia de vtroq; crimine simul quæri lex Iulia prohibet, nisi quis suas iniurias persequatur, D. de accus. l. hos accusare. 12. §. lege. vt in specie d. l. 6. §. vlt. Ita mihi videntur hæc loca posse conciliari: ceterùm ita ineptè alij interpretes ea ad concordiam adducere conantur, vt, nisi nostram distinctionem probes, cogaris vel antinomiam admittere, vel præter omniũ exemplariũ etiã vetustissimorum fidem

fidem corrigere cum Cuiac.lib.6. Obseru.c.12. dictum §.lege.& pro *duobus*, legere *tribus*. V. Volens nomine alieno accusare, nisi tutor vel curator nomine pupilli seu minoris accusare velit, l.2.(vbi non, *proprio nomine*, sed, *pupilli nomine*, legendum esse, rectè monet Cuiac. ad Paul.lib.5.Sententiar.tit.12. §. ætati.) & sup.de his quib.vt indign.l.2.& D.eod.l.tutorem.22. VI. Qui ea, quæ accusationem præcedere debent, non impleuit: oportet enim eum, qui accusaturus est, ad iudicem venire, & ab eo petere, vt sibi accusare liceat: & hac facultate impetrata nomen rei deferre oblato libello, (cuius conceptio declaratur D. de accusat. l. 3.) cui subscribere debet, se, nisi crimen peregerit & probauerit, pœnæ talionis subiiciens, vt de calumnia conuinci & damnari possit, l.3. l.si crimen.10. & infr.tit. prox.l. vlt.in pr.& de calumniat.l.7.& l.vlt.& D.de accusat. l. 7.in princ. Hæc inscriptio seu subscriptio (vtroq; enim modo appellatur) à muliere accusante nó exigitur, l.de crimine.12. à tutore tamen vel curatore, eius nomine accusante, cuius tutelam vel curam gerit, adhibenda est, licet hi non facilè de calumnia teneantur, id est, nisi euidenter sint calumniati, quia non sponte sua, sed à matre vel cognatis minoris impulsi, aut necessitate officij coacti accusant, l.2.& D. de his quæ vt indign. d.l. tutorem. ne ob accusationem omissam iudicio tutelæ conueniantur, cùm non solùm factorum, sed etiam prætermissorum rationem reddere debeant, D.de tut. & rat.distrah. l.1.in princ. Præterea qui accusare vult, dato fideiussore cauere debet, se crimen peracturum, nec destituturum. Et si post hanc satisdationem præstitam iudicio non adsit, edictis citatur, d.l.3. quam citationem si contemnat, renunciasse causæ intelligitur, l.7.nec instaurare ampliùs accusationem omissam potest, l.6.& l.ad leg.Iul.de adult.l.abolitionem.16. & D. eo.l.quæsitum.40.in fi.& ad S.C. Turpill. l. 2. & extra ordinem punitur, omnésque litis sumptus accusato restituere cogitur, d.l.3. VII. Qui accusationi semel motæ renunciauit expressè, vel tacitè, vt modò notaui ex l.6.& iurib.concord. Dictum est de his, qui simpliciter accusare prohibētur, non habita ad certas personas accusandas relatione: consequenter ea proponenda sunt, quæ in relatione inter accusantem, & accusatum spectantur, id est, qui certas personas, ad quas referuntur, accusare possint, vel non possint.

4 ¶ Accusare potest, I. Pater filium, à quo insidias vitæ suæ paratas conqueritur, l.propter. 14. II. Incendium passus, eum, cuius opera res suæ sunt incensæ: & cùm incendium non caso, aut culpa, sed data opera, id est, dolo malo factum sit, rectè agitur lege Cornelia de sicariis, l.data. 11. qua lege tantùm verus dolus punitur, non culpa quamuis lata, D.ad leg.Cornel. de sicar.
5 l.7. ¶ Accusare prohibetur, I. Accusatus suum accusatorem, quamdiu iudicium contra se motum pendet: quia non relatione criminis, sed innocentia se purgare debet, l.neganda.19. & D.de publ.iud. l. 5. in princ. Excipitur, nisi grauiori crimine accuset, vel suam suorúmve iniuriam persequatur, d.l.neganda. vbi additur, hunc, etsi accusare non potest, tamē reum deferre posse oblato inscriptionis libello, qui accusationem præcedit, vt antea notaui: is enim accusat, qui litem contestatur: is autem qui reum defert, non tam accusat, quàm accusare vult, arg. l.amplius. 15. D. ra. rem habe. quia quod est editio actionis in iudicio ciuili, id est rei delatio & inscriptio in iudicio criminali. Sed nec delatus suum delatorem deferre potest, nisi maius crimen ei obiiciat (adde, vel suam suorumve iniuriam persequatur:) tuncque maius crimen priùs peragitur, l. 1. Quæro, an hic accusatus vel delatus, quem diximus nó posse accusatorem vel delatorem suum inuicem accusare, iudicio finito id facere possit. Respondeo hoc pendere ex euentu. Nam si absolutus, vel siue capitis deminutione condemnatus, putà relegatus sit, indistinctè ad accusandum admittetur. Si verò libertatem vel ciuitatem amiserit, non accusationem nouam instituere, sed inchoatam peragere poterit, D.de publ.iudic.d.l.5.§.1. & §.vlt. II. Frater fratrē, vel sororem, nisi leue crimen obiiciat: nam graui crimine accusationem proponens, non solùm ab accusando repellitur, sed etiam exilio plectitur, l.si magnum.13. l.si sororem. 18. III. Seruus dominum: quem si accuset, ante exhibitionem testium, & examen iudiciale gladio punitur, excepto crimine læsæ maiestatis, id est, perduellionis, l.penul. & infr. de delator.l.6. IV. Libertus patronum, vel eius heredem, eadem pœna hîc constituta, quam proximè diximus infligi seruo dominum accusanti, l.vltim. V. Familiaris eum cuius familiaritati inhæsit. hic quoq; eadem pœna gladij imponitur accusanti, d. l. pen. VI. Educatus suum educatorem, quamuis non sit eius libertus, sed ingenuus: ciuilē tamen actionem contra eum mouere non prohibetur, l.iniquum.17. ¶ Obiter nota, I. No- 6
minari hoc titulo crimen publicum, l.3.l. non prohibentur.8. l.de crimine. 12. capitale, l.si magnum. 13. homicidium, l.4.l.non ignorat 9.& insidias contra alicuius vitam structas, l.propter. 14. incendium, l.data. 11.falsum, l.2.& l.5. II. Effectus accusationis. Nam accusator punitur, siue accusationem non peregit, siue calumniosè accusauit, vt exposui, supr.§.3.memb.6.

Tit. II. De accusationibus, & inscriptionibus.

I. 9. iv. 13.	*X. 10.ij.13.*
II. 6.j.iij.	*XI. 9.iij.*
III. 8.ij.13.	*XII. 9.v.13.*
IV. 8.iij.	*XIII. 6.ij.*
V. 9.j.13.	*XIV. 11.ij.iij.*
VI. 8.j. 13.	*XV. 7.*
VII. 11.ij.	*XVI. 12.j.iij.*
VIII. 10.j.12.ij. 13.	*XVII. in pr.12.j.*
IX. 9.ij.	*§. j. 11.iv.*

SVperiori titulo dictum est de accusanti- 1
bus; reliqua ad accusationes pertinentia sub hoc titulo traduntur: & quia tenentur accusantes se in crimen inscribere, l. si quis seruos.13 & supr.tit.prox. l. 3. l. si crimen. 10, idcirco tractatur etiam de inscriptionibus. ¶ Duæ sunt igitur 2
huius tituli partes: prior de accusationibus, posterior de inscriptionibus. Si quæras, cùm inscriptio accusationem præcedat, supr.tit.prox.d.l.3.& l. neganda. 19. cur in hac rub.accusationes inscriptionibus præferantur: respódebo duplicem rationem huius ordinis afferri posse. I. Quia de accusationibus ex professo & principaliter, de inscriptionibus verò in gratiam accusationum agitur. II. Quia sub hoc tit. priùs ponuntur leges de accusationibus, quàm de inscriptionibus, ordine temporum, quem in legib. sub quoque Codicis tit. collocandis Iustinianus sequitur, obseruato. Prior ratio mihi magis arridet, quia conuenit etiam Digestis, in quib. idem ordo obseruatur. ¶ Prima tituli pars, quæ 3
est de accusationibus, tribus capitibus constat. ¶ Pri- 4
mum caput est de reo accusato: qui consideratur vel quatenus talis est absolutè & per se; vel respectu criminis, quo accusatur. ¶ Secundum priorem inspectio- 5
nem tres considerantur: seruus, vir potens, & absens.
¶ De seruo tria traduntur. I. A domino sisti, & de- 6
fendi potest, l.2. vel à domini procuratore, D.de publ. iud. l. seruus. 11. II. Non subiicitur quæstioni, antequàm accusator in crimen se inscripserit, l. si qui seruos.13. III. Crimine probato sententia non fertur in

dominum,sed in ipsum seruum, d.l.2.ipse enim seruus est puniendus:nec est in publicis criminibus locus noxæ deditioni,vt in priuatis delictis,D.de ædilit.edic. l. quid sit. 17. §.noxas.Non tamen seruus damnatus,sed dominus vel domini procurator appellare potest,quãquam,si nec dominus,nec alius pro eo appellet,seruus supplicare , & ita auxilium contra sententiam implorare potest,D.de appell.l.serui.15.

7 ¶ Vir potens iure communi vtitur : idcirco causas pecuniarias per procuratorem suscipere potest: in criminalibus tunc debet iudicio se sistere,quod vulgò dicimus personaliter comparere, cùm causa præsentiam eius requirit,l.tunc. 15. secundum ea , quæ sequenti §.
8 exponam. ¶ De absente tria notantur. I. Absens non potest accusari,sed requirendus annotari , l. 6. de qua annotatione dicetur infr.tit. 40. II. Qui post accusationem abesse cœpit , per procuratorem defendi potest,l.3.quia & damnari potest.Vide Cent. 2.quæst.40. III. Absentiæ causas indistinctè per procuratorem proponere licet;vt,si iustæ sint,iudicium differatur,D. de procurat.l.absens.71.& de publ.iud.l.inter. 10.& l. pen.§. 1. Quare si reus non per contumaciam absit, non est damnandus : & si accusator non per contumaciam absit,nec ipse calumniç damnandus est,d.l.inter. nec reus absoluendus , & , si absoluatur, nihilominùs accusatio durat , & postea conuictus damnabitur , l.4.

9 ¶ Nunc dicendum de accusato per relationem ad crimen.Hic quinque traduntur. I. Si quis mandatu alterius crimen commiserit , putà iniuriam atrocem fecerit,vterque tenetur,tam qui mandauit , quàm is qui improbum mandatum executus est , l.5.nec propterea, huic contra illum datur actio mãdati,quia turpe mandatum non est obligatorium,D.manda.l. 6.§.rei. & l.si mandauero.22.§.qui ædem.& Inst.eod. §.illud.II. Accusatus non potest eodem crimine ab alio accusari , l. qui de crimine.9.ne quidem alia lege,si plures leges de eodẽ crimine latæ sint,D.h.t.l.senatus.14. Quin etiam ab aliquo delatus,ab alio deferri nequit, D.h. t.l. hi tamen.11. §.vlt. Alio autem crimine , etiamsi ex eodem facto oriatur,(vt quia ob alienam vxorem vi compressam,vim & adulterium commisit)accusari potest apud eundem iudicem,vt iudex de vtroque crimine cognoscat,nec separatim de vno sentẽtiam ferat, priusquàm alterum plenissimè examinauerit , d. l. qui de crimine. III. Absolutus non potest eodem crimine accusari ab alio, nisi priùs probetur & condemnetur prioris accusatoris præuaricatio , l. si quis homicidij. 11. & D. de præuaricat.l.3.§. 1. Alio autem crimine , etiamsi ex eodem facto descẽdat,accusari potest, vt putà si quis per latrocinium interfecisse aliquem dicatur , absolutus homicidij,potest accusari latrocinij , quod crimen pastorum vocatur, d.l.si quis homicidij.quia pastores latrocinia exercebant : vnde patres prohibentur filios suos pastoribus nutriendos tradere , ne videantur societatem cum latronibus coiisse, C. Th. ne pastorib. dentur filij nutriendi,l.vn. Tales fuisse in Ægypto pastores verisimile est,quandoquidem Ægyptij eos detestabantur,Genes.cap.46.ver.vlt.IV. Qui terminos effoderunt , extra ordinem in eos proceditur , quia sunt extraordinaria pœna afficiendi , l.1. quæ in hunc titul. coniicitur , propterea quòd nullus est in C. titulus de termino moto,sed tantùm in Digestis.V.Si quis innocens tædio vitæ , aut alicuius morbi vel doloris impatiens se præcipitem dederit , vel sibi alio modo mortem consciuerit,hoc nomine accusatio locum non habet,l.factum.12.Secus est,si cõscientia criminis & metu pœnæ sibi manus intulit,vt explicabitur infr.de bo-
10 nis cor.qui mort.sibi consciu. ¶ Secundo capite de iudice,apud quem accusatur,duo traduntur. I.Accusatio deferenda est ad præsidem,non ad stationarios,l.si quis sc. 8. id est , apparitores per quos tuendæ popularis quietis causa, quid vbiq; agatur notitia ad magistratus defertur, D.de offic.præf.vt.l. 1. §. quies. & C.Th. de episc.& cleric.l.si quis.31. II. Finis ac terminus accusationis est in iudicis potestate:ipse enim potest absoluere,vel condemnare:& si alius liberationem reo polliceatur,vterque punitur,l.qui explicandi,10.idemque multò magis dicendum , si condemnatio accusatori promittatur. Generaliter enim puniendi sunt , qui euentum sententiæ in commercium deducunt,Paul.5. sentent.tit.25.§.vlt.Et qui tanquam daturus iudici pecuniam , euentum sententiæ vendidit , iudici tenetur iniuriarum,D.de iniur.l.item apud.15.§.idem ait.

¶ Tertio capite considerantur accusationis affinia 11 & adiuncta. I. Promissio victoriæ , de qua nuperrimè dixi. II. Inscriptio accusatoris, de qua dicetur in sequenti tituli parte. III. Notoria,id est, relationes irenarcharum vel aliarum publicarum personarum , quæ etiam vocantur literæ, epistolæ , elogia.his autem non est omnino credendum,sed veritas per iudicem inquiri debet,l.7.l.singuli.14.& D.de custod.reor. l. 6.l. non est dubium.22.§.1.& ad S.Turpill.l.6.§.pen. & infr. de custod. reor. l. 1. in princ. III. Decreta decurionum, quæ non debent veritati præiudicium facere,non magis quàm notoria, d.l.singuli. IV. Criminis confessio: vbi notandum,eum,qui de se confessus est,non esse de consciis siue adiunctis interrogandum : quia fides ei non habetur ; cùm facilè fieri possit , vt alium eodem crimine irretire velit,vel vt eius præsidio elabatur,vel vt inimici supplicio gaudeat,l.vlt.§. 1. vnde nec ad testimonium admittuntur, qui socij & participes criminis sunt,supr.de testib.l.quoniam. 11. Excipiuntur crimina atrocia,vt falsæ monetæ, infr.de falsa mone. l. 1. latrocinij,D.de custod.reor.l.6.maleficij,infr.de malef. & mathem. l. vlt. quibus casibus etiam de seruo exhibendo agi potest,vt per eius tormenta conscij & participes criminis inuestigentur,D.ad exhiben. l. vlt.Item excipitur , nisi quis socium criminis apprehenderit & custodierit,ne ab eo detegatur , infr. de quæstion. l. 4.
¶ In secunda tituli parte agitur de inscriptionibus , de 12 quibus præter ea,quæ dixi supr.tit.prox.§.3.membr. 6. tria in præsentia notantur. I. Accusationem inscriptio præcedere debet,adeo vt ea omissa hi qui ex officio secretarium ingrediuntur, quinque libris auri puniãtur, l.pe.& l.vlt.in princ. Secretarium est locus,in quo iudices causas audiunt , & cognoscunt , supr.de offic.diuers.iud.l.vlt.& vbi senat.vel clariss.l.vlt.vers.en qui in crimen. II. De iniuriis si criminaliter agatur,inscriptio est necessaria:si ciuiliter,querela deponitur apud acta, l.si quis se iniuriam.8. III. Inscriptio debet continere crimen,& eius admissi tempus,d.l.pen.& cetera , quæ proponuntur in l. 3. in princ. D. eod. ¶ His expositis 13 obiter nota(vt & superiori titulo notatum fuit)nominatim hic mentionem fieri criminis capitalis, l.3. & 6. iniuriarum,l.5.l.si quis se iniuriam.8.termini moti,l. 1. mortis sibi illatæ,l.factum.12.& fumi venditi,l.qui explicandi.10.

Tit. III. De exhibendis, & transmittendis reis.

l.4 j.iij.7.	*§. vlt. 2.ij.*
II. in pr. 4.iij.	*III.2.j.*
§.3.4.ij.iv.6.7.	

POst accusatoris inscriptionem , de qua su- 1 periori titulo dictum fuit,reus est exhibendus,& si absit,transmittendus, vt exhibeatur, & exhibitus accusetur , cúmque eo lis contestetur.

¶ De reis

2 ¶ De reis exhibendis duo traduntur. I. Nemo est exhibendus sine iussu iudicis, l.vlt. Hoc enim non est in apparitoris, sed in iudicis potestate, vt & accusationem seu querelam recipere, supr. tit. prox. l. si quis se iniuriam. 8. II. Exhibitus adhibito aduocato se defendit, & pari iure cum accusatore vtitur (quoniam in iudiciis seruanda est æqualitas, supr. de postulan. l. penult. & de fructib. & lit. expens. l. vlt. & infr. de prox. sacr. scrin. l. in sacris. 12. §. vlt.) donec iudicis cognitio discrimen inter eos inuenerit, vt is potior habeatur, qui meliorem causam habet, l. 2. §. vlt.

3 ¶ Ad transmittendos reos quod attinet, transmissio consideratur vel facienda, vel dum fit, vel iam facta.

4 ¶ De transmissione facienda: quatuor notantur. I. Cùm quæritur, an militem delinquentem rector prouinciæ remittere debeat ad eum sub quo militat, tam facti, quàm personæ qualitatem spectare oportet, l. 1. quia quod dicitur militem esse à præside ad ducem remittendum, sub quo militat, D. de custod. reor. l. de militibus. 9. tum demum obtinet, cùm aut leue, aut militare crimen est: alioquin ipse præses cognoscit & iudicat, D. de re milit. l. 3. in pr. II. Iudex reum ex loco remoto ad se transmitti ne petat, nisi priùs accusator libellum obtulerit, séque in pœnam talionis inscripserit, l. 2. §. 1. III. Reus transmittendus, interim custodiatur, l. 1. non tamen in carcere vinciatur, priusquàm conuictus sit, d. l. 2. in princ. IV. Reo ad res suas componendas tempus concedendum est non breuius mense; concedendum, inquam, à iudice loci, in quo reus reperitur, non ab eo qui ad perducendum & exhibendum reum missus est, ne hic definitionem temporis nundinetur, id est, pro eo statuendo pecuniam à reo accipiat, d. l. 2. §. 1.

5 ¶ De transmissione quæ fit, notetur, reum esse transmittendum cum prosecutoribus, D. de custod. reor. l. 7. seu cum idonea prosecutione, supr. de defensor. ciui. l. 7. id est, cum militibus seu paganis, qui eum comitentur & adseruent, ne aufugiat.

6 ¶ Transmissionis factæ effectus est, vt reus exhibeatur iudici de crimine cognituro, l. 2. §. 1. de qua exhibitione in priori tituli parte dictum fuit.

7 ¶ Nota reum transmitti vel petente iudice ad quem transmittitur, d. l. 2. §. 1. vel vltrò à transmittente sine petitione eius ad quem transmittitur, l. 1. & D. de accusat. l. 7. §. vlt. Priori casu præcedit inscriptio accusatoris, d. l. 2. §. 1. vt suprà notaui. Posteriori casu præcedit cognitio transmittentis, per quam de crimine constat, & adiungitur elogium, quo criminis & personæ qualitas refertur, d. l. 1. & D. de custod. reor. l. non est dubium. 11. §. 1. & de re milita. l. 3. in princ. Hæc elogia vocantur etiam notoria, literæ, epistolæ, vt exposui supr. tit. prox. §. 11. membr. 2.

Tit. IV. De custodia reorum.



1 Cvm dictum sit de exhibendis reis, consequenter dicendum de eorum custodia, qua vel exhibiti custodiuntur, l. 1. in princ. vel
2 exhibendi, supr. tit. prox. l. 1. ¶ Custodia vel est publica, vel priuata, sed quia hæc iure prohibetur, infr. tit. prox. idcirco custodiæ appellatione significatur custodia publica, D. ex quib. caus. maio. l. succurritur. 9. in fin. & de verb. signif. l. vinculorũ. 224. cuius genera quinque sunt; vincula, carcer, custodia officij, fideiussio, & iuratoria cautio: ita vt quomodò sit reus custodiendus, ipse iudex pro facti & personarum qualitate dispicere debeat, d. l. succurritur, & l. seq. & D. h. t. l. 5.

¶ Custodia officij dicitur, cùm reus per officium, id 3
est, per officiales custoditur, infr. ad S. C. Turpill. l. 1. & C. Th. de exhib. & transmitt. reis. l. 2. vnde sumpta est l. 1. supr. tit. prox. proinde constat ibi intelligi custodiam officij. Custodiunt autem milites, statores (qui & stratores dicuntur) commentarienses, (qui sunt carceribus præpositi, ex eo dicti, quòd incarceratorum nomina in commentarium referunt) & ministri municipales, l. 1. §. illud. l. 4. & D. ex quib. cau. maio. l. in eadem. 10. & de custod. reor. d. l. 1.

¶ De vinculis notandum, I. Nemině in publica vin- 4
cula conijci extra carcerem, D. eod. l. 3. quamquàm potest aliquis esse in carcere sine vinculis: nam incarceratus non coniicitur in vincula, nisi sceleritas grauis id exigat, l. 1. in prin. & D. eod. d. l. 3. aut reus sit confessus, D. eod. l. 5. quod tamen in leui crimine obtinere non puto, aut sit seruus indefensus; D. eod. l. 2. II. Non esse adhibendas ferreas manicas, ossibus inhærentes, sed laxiores cathenas, d. l. 1. in princ.

¶ In tractatu de carcere considerantur reus, & circa 5
eum officium diuersarum personarum. ¶ De ipso reo 6
dissoluuntur quinque quæstiones. ¶ Primò quæritur, an 7
sit in carcerem coniiciendus. Vt hoc fiat, plura requiruntur. I. Vt de crimine constet, l. 2. supr. tit. prox. l. 2. in princ. vel sit idonea præsumptio, l. vlt. § προλήψεως. facta. II. Vt vel reus fideiussores dare non possit, vel sit graue scelus, quod carcerem mereatur, d. l. vlt. §. ἐὰν δὲ φόνου. si verò cædis, & l. vlt. §. ἐὰν ἄλλως. vel reus sit seruus, à domino non defensus, D. eod. l. 2. III. Vt sit reus masculus, non femina, licèt enim mulieres iure Codicis possint carceribus includi, l. 3. tamen hoc est correctum, Nou. 134. cap. 9. IV. Vt interlocutio iudicis præcedat, iubens reum in carcerem mitti: hoc autem iubent in vrbe maiores magistratus, vt præfectus prætorio, & præfectus vrbi: in prouinciis præsides, vel defensores ciuitatum, l. vlt. in princ.

¶ Secundò quæritur, cur in carcerem coniiciatur. 8
Carcer institutus est non puniendorum, sed custodiendorum reorum causa: idcirco condemnatio ad carceres iure ciuili improbatur, D. de pœnis. l. aut damnum. 8. §. solent. iure tamen canonico etiam pœna carceris recipitur, extr. eod. cap. 3. l. 6. quia res ad aliquem vsum reperta, etiam ad alium vsum transferri potest, vt Aristot. docet lib. 1. Polit. cap. 6. sed & cum adhibetur custodiæ, non condemnationis causa, tamen aliquo modo pœna dici potest, l. 1. in princ. & l. 2. & D. eod. l. 3.

¶ Tertiò quæritur, quo carceris loco sit continen- 9
dus: vbi dantur duo præcepta. I. Eodem crimine accusati solent eodem claustro contineri: sed excipiuntur mulieres, quæ separato à viris claustro contineri debent, l. 3. Verum iure nouissimo mulieres in carcerem non coniiciuntur, vt supr. docui. II. Reus in ima & tenebricosa carceris parte non includatur, sed noctu in vestibulo carceris adseruetur, & oriente sole publicæ luci restituatur, l. 1. in princ. ¶ Quartò quæritur, quo- 10
modò sit in carcere detinendus. Hîc dantur tria præcepta, I. Non sit in vinculis, nisi sceleris atrocitas hoc requirat: tuncque laxiorib. cathenis vinciatur, vt supr. exposui. II. Luce fruatur, vt nuperrimè docui. III. Ne acerbè tractetur à custodientibus & ministris, d. l. 1. §. 1.
¶ Quintò quæritur, quamdiu sit in carcere detinendus. 11
Conuictus vel confessus, & is contra quem est idonea præsumpto detinetur in custodia vsque ad finem cau-

ſæ,l.vlt.§.[illegible],facta, & D. eod. l. 5. Non tamen propterea debet eſſe diuturna detentio, d.l. 1. §.1.nam ſerui iudicari debent intra viginti dies,l.vlt. §.καὶ εἰ μὲν, & ſi quidem.liberi homines ſtatim,d.l.1.in princ. l.5.in
12 pr.& l. vlt. §. εἰ δὲ ἐλεύθεροι, ſi verò liberi. ¶ Excipitur I. Niſi homicidij crimine ſint à publicis perſonis iudicati:quo caſu ſex menſes præſcribuntur : aut ab aliquo accuſatore delati,quo caſu annus eſt definitus, d.l.vlt. §.ἐὰν δὲ φόνου.ſi verò cædis. I I. Niſi alius criminis capitalis præter ſeditionem & homicidium, rei ſint; quo caſu iudicandum eſt intra menſem, d.l.vltim.§.εἰ δὲ μὴ ἔχωσιν, ſi verò non habeant. I I I. Niſi prolixiorem dilationem cauſa requirat : tunc enim etiam vltra dicta tempora iudicium protrahitur,d.l.vlt.§.εἰ δὲ μὴ ἔχωσιν, ſi verò non habeant.ita tamen, vt intra biennium omnino terminetur, infr. vt intra cert.temp. crim. quæſt. termin.l.vlt.Hæc de reo dicta ſint.

13 ¶ Conſequenter dicamus de officio diuerſarum perſonarum huc ſpectante,id eſt, iudicis, commentarienſis,adiutoris,ſtatoris,epiſcopi. Vltimo loco pono epiſcopum, quia eſt perſona à cuſtodia remotior : nam ſi dignitatis rationem haberem, primo loco de eo dice-
14 rem. ¶ Iudex I. Reum audiat apud acta, eductum è carcere,deinde eò reduci iubeat, l. 2. I I. Cauſam intra dicta tempora nuperrimè expoſita definiat, ſupr. de epiſcop.aud.l. θεῖα.neminem. 22.§.1.alioquin tam ipſe,quàm officium eius quinque libras auri fiſco inferet, l.vlt.§.pen. I I I. Incarceratorum numerum,delicta,ordinem, ætatem ſingulis menſibus ex commentarienſis actis percipiat : alioquin hoc inquirere negligens, in exilium mittitur,& decem auri libris multatur,ſeruata fortuna,id eſt,bonis non confiſcatis, l. 5.§. 1.vt exulum bona confiſcari ſolent,D.de bon.dam.l. 1.I V.Ne patiatur incarceratos crudeliter à ſtatorib. vel eorum miniſtris tractari:alioquin & infamia notabitur,& extra ordinem punietur,l.1.§.1.

15 ¶ Commentarienſis I. Reum cuſtodiat, ſciens ad ſe periculum cuſtodiæ pertinere : qua enim pœna reus erat afficiendus,eam reo fugiente commentarienſis patitur, nec auditur, ſi vilem perſonam, vt ianitorem carceris, ſui liberandi gratia iudici offerat,l.4.I I. Singulis menſibus clauſorum numerum, delicta, ordines, ætatemque in commentarium & ad iudicem referat,
16 d. l. 5. §. 1. ¶ Adiutor abſente commentarienſi eadem facere debet,quæ commentarienſi præſcripſimus, nec minori cura & diligentia vti,d.l.5.§.1.

17 ¶ Stator ſeu ſtrator (vtroque enim nomine appellatur)reum cuſtodiat,& adſeruet,non ſolùm extra carcerem ſuæ curæ & cuſtodiæ commiſſum, D. ex quib. cauſ.maio. l.in eadem. 10. ſed etiam carcere incluſum: in quem tamen non debet per ſe vel per miniſtros ſæuitia vti,aut occidendo,aut iudiciali audientiæ ſubtra-
18 hendo,vt in carcere contabeſcat, l.1.§.1. ¶ Epiſcopus, I. Semel in ſeptimana, id eſt, feria quarta, quæ eſt dies mercurij,vel feria ſexta, quæ eſt dies veneris, diſpiciat eos qui ſunt in carcere,& quærat cur in carcerem coniecti ſint,l.vlt.§.1.ſupr. de epiſc. aud. d. l. θεῖα. neminem.22.§.1. I I.Moneat iudicē,vt ea obſeruet,quæ obſeruanda diximus ſupr.§.12. memb. 2. I I I. Iudicis ſibi non audientis negligentiam ad principem deferre poteſt,l.vlt.§.vlt.ſupr.de epiſcop.audient.d.l.θεῖα. neminem.22.§.1.Hactenus de carcere.De officialium cuſtodia ſufficiant, quæ paulò antè notaui:ſupereſt vt de ſatiſdatione,& iuratoria cautione dicamus.

19 ¶ Satiſdationis duplex eſt effectus, I. Qui eam offert,non conijcitur in carcerem,niſi criminis atrocitas carcerem requirat, D.h.t.l.3.vide ſupr. §. 6. membr.2. I I. Qui carcere concluſus eſt,datis fideiuſſoribus emittitur,niſi atrocis criminis,vt homicidij reus ſit,l.vltim. §.εἰ δὲ μὴ ἔχωσιν.ſi verò non habeant.& §.ſeq.

¶ Iuratoria cautio admittitur, I. Propter rei hono- 20
rem,vel dignitatem, D.eod.l.1. Honor ſignificat magiſtratum,Inſtit.de iur.natur.§.prætorum. dignitas ſignificat præſtantiam alicui à iure tributam, vt illuſtratum, ſpectabilitatem, clariſſimatum, vide Iſag. infr. de dignitatib. I I. Propter rei diuitias, quia quodammodò pro fideiuſſore habentur, d. l. 1. I I I. Pro rei innocentia, id eſt, propter indicia innocentiam eius arguentia, d. l. 1. I V. Ob criminis leuitatem, ead. l. 1. V. Quia reus non poteſt dare fideiuſſores, cùm non ſit accuſatus homicidij, l. vltim. §. εἰ δὲ μὴ ἔχωσιν. ſi verò non habeant.& §.ſeq.

Tit. V. De priuatis carceribus inhibendis.

SVperior titulus eſt de cuſtodia publica: 1
hoc autem titulo cuſtodia priuata prohibetur, adhibita triplici ſanctione : quia & qui priuatum carcerem exercuit, & præſes,qui eum punire neglexit; & primates officiorum, qui ſimul ac memoratum facinus nouerunt,ad præſidem non detulerunt, crimine læſæ maieſtatis tenentur, & vltimo ſupplicio afficiuntur ex conſtitutione Zenonis, l. 1. Sed Iuſtinianus mitiùs punit, iubens eum qui priuatum carcerem exercuit, tot dies manere in publico carcere, quot alium retinuit in priuato; & cauſa cadere, propter quam detinuit aduerſarium in priuato carcere. Præterea prouidentia epiſcopi incluſos è priuato carcere dimitti iubet. Magiſtratus autem hæc non exequentis negligentiam punit bonorum confiſcatione,& ſalutis priuatione, l.2. & ſupr. de epiſcop.aud.l.1[illegible],priuatos, 23. Non obſtat, quòd viro liceat adulterum in vxore ſua deprehenſum viginti horas continuas retinere : quoniam hoc ei ſpecialiter conceſſum eſt lege Iulia, non vt priuato carcere concludat, ſed vt rei teſtandæ cauſa tamdiu retineat, D. ad leg.Iul.de adult.l.capite.15.in princ.

Tit. V I. Si reus, vel accuſator mortuus fuerit.

I. 3.	*V. 4.j.5.iij.*
I I. 5.iv.	*V I. in princ.6.*
I I I. 5.	*§.j.7.*
I V. 5.iv.	*§.vlt.6.*

TRactanti de accuſatione non eſt omit- 1
tendum eam morte rei, vel accuſatoris finiri. Hinc duæ ſunt huius tituli partes
perſpicuæ. ¶ In prima parte de morte rei 2
datur regula,& adiunguntur eius regulæ
productiones,& exceptiones. ¶ Regula eſt, morte rei 3
crimen extinguitur, l.1.& l.3. & D. ad leg. Iul. maieſt. l.vlt.in princ.ad eſt,accuſatio,D.de public. iud. l. 3. vbi cùm Græcis legendum,*remittitur*,non(vt in lib.Florentino) permittitur. Nam crimen pro criminatione ſiue accuſatione ſæpe accipitur,infr.de calumn.l.3.in fin.& D.de ſuſpec.tut.l.1.§.1.& 2.& Inſtit.eod.in pr. & D.de S.C.Silan.l.propter.21.in princ.& de diu.reg.iur.l.nullum.109.Ratio dictæ regulæ eſt,quia fruſtra in accuſatione pergeretur, & fruſtra ad condemnationem perueniretur, cùm heres in pœnam non ſuccedat, D. de pœnis,l.ſi pœna.20. quod enim eſt inutile vel ſuperuacuum, in iure non admittitur, ſupr. de nouo Cod. fac. l.vnic.§.quibus.& D.de euiction.l.ſi ita 31. in fin. & de teſtib.l.1.§.vlt.& vt legat.nom.cau.l.hæc ſtipulatio.14.
§. 1. ¶ Data regula producitur,vt obtineat, I. Siue ac- 4
cuſatus per ſe deliquerat, ſiue alij mandauerat, l. 5. I I. Etiamſi reus,non accuſatus,ſed,cùm abeſſet, requirendus annotatus fuerit, ſupr. ſi pend. appell. mors interu.l.2.

5 teru.l.2.& D.de req.vel abſ.dam.l.1.§.vlt. ¶ Excipitur, I. Crimen perduellionis,infr.ad leg.Iul.maieſt.l.vltim.§.Paulus.& §.Marcianus.& D.eod.l.vlt.& ſupr. de hæretic.l.4.§.in mortem.& infr.de bon.eor.l.2.&D.de accuſat.l.ex iudiciorum.20.I I. Crimen repetundarum, d.l.ex iudiciorum.& D.de leg.Iul.reper.l.2.I I I. Hæreſis Manichæorum,& Donatiſtarum,d.l.4.§.in mortem. I V. Qui conſcientia criminis & metu pœnæ ſibi mortem conſciuit,l.5.& infr.de bon.eor.l.1.& 2. & D.eod.l.3. V. Correus accuſati: nam vno deliquente mortuo, nihilominùs contra alios eiuſdem criminis reos accuſatio procedit,l.2.& l.4. V I. Quæſtio pecuniaria, D.de publ.iudic.l.6. licèt enim heres in pœnam non ſuccedat,vt ſuprà notaui: tamen quod ſcelere quæſitum eſt, etiam heredi auferri debet,D.de calumniat.l.5.in prin. & de leg. Cornel. de falſ. l. cum falſi. 12.& de iur.fiſc. l.Lucius.9.

6 ¶ Quæro, ſi reus condemnatus appellauit, & pendente appellatione deceſſit, an crimen extinguatur, nécne.Reſpondeo diſtinguendum eſſe. Cum enim alia ſit pœna perſonalis,vt fuſtigatio,exilium;alia realis, vt bonorum confiſcatio: reſpectu pœnæ perſonalis crimen euanuit: de reali ſubdiſtinguere oportet: quia ſi capitalem pœnam ex iuris diſpoſitione ſequitur, vt in deportato,reo mortuo locũ non habet:ſi verò expreſsè per ſententiam irrogata eſt,cum aliter bona confiſcanda non eſſent,quàm ſi index ita pronunciaſſet, vt accidit in relegato; tunc rei perſona ſubducta, & capitis cauſa perempta, nihilominùs quæſtio confiſcationis bonorum remanet, l.vlt.in princ. & §.vltim. & ſupr. ſi pend. appell. mors interu. l. 3. Hæc dè morte rei dicta ſint.

7 ¶ Morte quoque accuſatoris crimen, id eſt, accuſatio extinguitur,l.vlt.§.1.ſed alius eundem reum accuſare non prohibetur,D.qui & à quib.manum.l.ſed ſi maritus.14.in princ.& de public.iud. l.pen. in princ. & de accuſ.l.3.§.vlt. vbi quod de triginta diebus dicitur, adulterij, de quo in ea lege Iuriſconſultus loquitur, proprium eſt.

Tit. VII. Si quis imperatori maledixerit.

1 DEinceps ſingula crimina conſiderantur, ſumpto initio à crimine læſæ maieſtatis longè grauiſſimo, cùm aduerſus rempublicam committatur,vel aduerſus principem, à quo reipublicæ,& omnium ſingulorúmque ciuium ſalus pendet. Hoc crimen dicto, vel facto committitur:de dictis eſt hic titulus,de factis di-
2 cetur titulo ſequenti. ¶ De dictis, quibus aliquis in principem vtitur, duo notantur in l. vnic. huius tituli. I. Qui tempora vituperat, putà dicens ſe malis temporibus natum, principis nomen his verbis laceſſit: quia temporum adminiſtratio in principe poſita eſt, &(vt Plato & Cic. inquiunt) qualis eſt princeps, tales eſſe ciues.Nam

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

I I. Delatus hoc crimine non eſt ab aliquo iudicandus inconſulto principe, ſed res debet ad principem referri: iudex enim, vt videatur principis ſtudioſus, facilè reum damnabit:princeps autem faciliùs ignoſcet:quod tribus caſibus ſe facturum oſtendit, reſpicientem ad propoſitum delinquentis: ex quo crimina dignoſcuntur & diiudicantur,D.de furt.l.qui iniuriæ.53.in princ. Quare ſi leuitatis cauſa locutus eſt,contemnitur. Si ex inſania, miſeratione dignus habetur. Si propter iniuriam,quam paſſus eſt,ei crimen remittitur,id eſt,ignoſcitur. Extra hos caſus, ſi malo in principem animo ad conuicia proceſſit, puniri debet. Res igitur ad principem referenda eſt,vt ipſe cauſa cognita ſtatuat, quid ſit iudicandum.Simile fuit iudicium Dionyſij ſenioris, qui ex duobus ſibi maledicentibus, alterum ebrioſum dimiſit, alterum cautè bibentem interfecit tamquàm maleuolum & inimicum, vt ſcribit Plutarch.in eius apopht. 9.

¶ In verbis contextus nota primò Accurſium & 3
alios verbum *ex iniuria* accipere pro, per iniuriam, &, vt Accurſius loquitur,iniurioſè:quæ interpretatio verbis non conuenit: quis enim ita loquitur, vt dicat aliquem procedere ab iniuria, id eſt, vt iniuriam faciat? Præterea cùm iniuria facta priuato puniatur,ſi quid iniuriandi,vt Doctores noſtri loquuntur, animo factum ſit,cur non idem multò magis dicemus de iniuria facta principi? Nam quod Titus huiuſmodi iudicia ſuſtulit, teſte Dione ſeu Xiphilino in Tito, id ad inanem laudem captandam factum videri poteſt,ſed nec iuri, nec æquitati,nec publicæ vtilitati eſt conſentaneum:immo quia grauior eſt iniuria,quæ principi,quàm quæ priuato fit,D.de iniur.l.7.§.vlt.& Inſti.eod. §.atrox. grauiùs puniri debet, vt ſeruetur analogia, quam Ariſtot. 5. Ethico. ſeruari iubet. Denique cùm hæc tria in eadem oratione, & ſub eodem procedendi verbo coniungantur,leuitas, inſania,& iniuria: certè eodem modo debent accipi, vt ſcilicèt cauſam procatarcticam ſignificent, qua motus aliquis ſua tempora vituperauit, quia vel homo leuis erat, vel inſanus,vel propter acceptam iniuriam iratus, quam vlciſci fortaſſe non poterat. Nota ſecundo verbum *remittendum*, eſſe homonymum:quia dicitur remitti, id eſt, referri ad principem: vel remitti, id eſt, condonari, & ignoſci. Priorem interpretationẽ accipit Accurſius. Poſteriorem Cuiacius eum Græcis. Hanc probo eodem modo accipiens hîc remittendi verbum,quo accipitur in l.3.D.de publ.iud. vbi legendum eſſe *remittitur*,notaui ſupr. tit. prox.§.3. Dico tamen Accurſium magis ſibi conſtare,quam Cuiacium,cùm enim vterque verbum *ex iniuria* interpretetur, vt cauſam finalem ſignificet, id eſt, vt iniuria principi fiat:cõſequens eſt,vt reus puniri, non ei ignoſci debeat.Hucuſque de maledictis contra principem.

Tit. VIII. Ad legem Iuliam maieſtatis.

IAm dicamus de factis, quibus maieſtas læ- 1
ditur,ſi priùs monuero me variis argumentis colligere legi quintæ vnam Iuſtiniani legem ſubiectam eſſe, cuius tam initium quàm finis Græcis verbis concepta fuerunt,Pauli verò & Martiani reſponſa inſerta ſunt: malè autem in vulgatis libris duas leges conſtitui,alteram Pauli, alteram Martiani. Huius meæ coniecturæ fundamenta hæc ſunt, I. In Codice non ponuntur reſponſa Iuriſconſultorum per ſe, ſed conſtitutiones principum. Et quod ait Cuiacius, duas leges ex Paulo & Martiano hîc eſſe poſitas, quia prætermiſſæ fuerunt in Digeſtis,facilè refellitur per l.vnic.ſupr. de emend. Cod. nam prior editio Codicis eſt Digeſtis vetuſtior: in ſecunda editione tantùm nouæ Iuſtiniani conſtitutiones adiectæ ſunt,

vt ipſe

vt ipſe teſtatur d.l. vnic. I I. Ante & poſt hæc reſponſa
notatur deeſſe Græcam conſtitutionem : niſi igitur di-
camus vnam eſſe Græcam cōſtitutionem,hæc reſponſa
in ſe concludentem , plures erunt leges ſub hoc titulo,
cùm & Baſilica , & veteres interpretes Odofredus &
Azo ſex tantùm leges adgnoſcant. I I I. In Baſilicis lex
vltima huius tituli nihil aliud continet , quàm ea quæ
à Paulo & Martiano traduntur. Odofredus verò &
Azo vnam adgnoſcunt legem,quæ dicta Pauli & Mar-
tiani comprehendit.Immo & in quibuſdam manuſcri-
ptis ita coniuncta reperi,& in vno legi, *Martianus ve-
rò*,&c.I V.Qui libros iuris deſcripſerut,in inſcriptioni-
bus nuda auctorum nomina poſuerunt : libros autem
non ſcripſerunt, niſi qui in contextu legum nominan-
tur : atque hîc omnia exemplaria libros Pauli & Mar-
tiani adſcriptos habent:non ſunt igitur hæ diuerſarum
legum inſcriptiones , ſed diuerſi §§. eiuſdem legis.
.V. Verbis Martiani ſubſcribitur *Datum III. Nonas
Martij.* quæ ſubſcriptio non conuenit reſponſo Iuriſ-
conſulti, ſed conſtitutioni principali. Ad literas autem
Seueri & Antonini à Iuriſconſulto citatas referri non
poſſe conceptio verborum facilè oſtendit.Statuo igitur
legem ſextam eſſe vltimam huius tituli, & eius princi-
pium , ac finem deeſſe , leui (vt opinor) iactura , quòd
tantùm præfationem & cōcluſionem Iuſtiniani conti-
2 netent. ¶ Diuido hunc titulum in duo capita:quorum
prius eſt de maieſtate ſimpliciter læſa extra ſalutis diſ-
crimen ; poſterius de crimine perduellionis longè ma-
ximo & grauiſſimo.

3 ¶ In primo capite nullus caſus ponitur, quo quis in
pœnam læſæ maieſtatis incurrat : ſed duo ſpeciales ca-
ſus traduntur , quibus hæc pœna ceſſat. I. Cùm quis
contra conſtitutiones iudicauit , l. 1. quo caſu ſcimus
ſententiam ipſo iure non valere , D.quæ ſentent.ſi ap-
pell.reſcind. l. 1. §. item cùm contra. I I. Cùm quis per
principem iurauit ſe fore ſemper iratum ſeruo ſuo,
deinde ei reconciliatur , l. 2. Lege quæ ſcripſi in com-
4 ment.l.2.ſupr.de reb cred. ¶ Additur , aliis quoque ca-
ſibus hoc crimen ceſſare:quę verba non ſunt accipien-
da καθόλου,ſed ἀδιορίστως : non enim omnibus aliis caſi-
bus hoc crimen ceſſat, ſed aliis quibuſdam , qui à non-
nullis vetuſtioribus Imperatoribus puniebantur:vt ſub
Caracalla puniti ſunt, *qui vrinam eo loco fecerunt , in quo
ſtatuæ aut imagines erant principis : & qui coronas ſtatuis
eius detraxerant,vt alias ponerent*, teſte Spartiano in eius
5 vita. ¶ Secundi capitis de crimine perduellionis qua-
6 tuor ſunt ſegmenta. ¶ Primum ſegmentum eſt de ad-
miſſione criminis,vbi traditur , hoc crimen committi,
I. Si quis cum priuatis vel barbaris ſceleſtam factio-
nem iniuit , aut factionis iuramentum ſuſcepit vel de-
dit. I I. Si de nece virorum illuſtrium , qui conſiliis &
cōſiſtorio principis interſunt, vel aliorum principi mi-
litantium cogitauit : quia voluntas ſceleris æquè atque
effectus in hoc grauiſſimo crimine punitur,l.5.in prin.
& §. 1. in aliis criminibus non punitur ſola cogitatio,
D.de pœnis,l.cogitationis. 18.ſed cogitatio ad aliquem
actum procedens , licèt plenè effectus non ſit ſecutus:
veluti ſi quis alienas nuptias ſolicitauerit,D.de extraor.
crim. l.1. ſi virgines Deo dicatas attentauerit , ſupr. de
epiſcop. & cler.l.5. ſi rector prouinciæ poteſtate ſua ſit
abuſus ad nuptias cum prouinciali contrahendas,ſupr.
ſi quac.præd.poteſt.l.vnic. & in caſu l.ſi quis. 20. ſupr.
de furt.repetito 10 §.ſed etſi credat.Inſtit.de oblig.quæ
ex delict. Interdū pœna ceſſat, niſi effectus actū ſequa-
tur,veluti ſi quis in teſtamento adſcribat legatum ſer-
uo alieno,putans ſuum ſeruum eſſe , D.de leg. Cornel.
de falſ. l. impuberem. 23. §. & ſi ei ſeruo. ſi nouum ius
dicat,D.quod quiſque iuris,l.1.§.vlt. Ergo modò puni-
tur voluntas,modò conatus, modò effectus.Et cùm hu-
ius criminis proprium ſit,vt voluntas puniatur:non eſt
ſatis accuſata Rhodienſium defenſio , qua Cato vſus
eſt,dum dixit voluntatem non puniri , vide Gell. lib.7.
capit. 3. ¶ Secundum ſegmentum eſt de quæſtione: 7
vbi tria ſpecialia , & huius criminis propria traduntur.
I. Non ſolùm reus , ſed etiam accuſator , & ille cuius
conſilio & inſtinctu ad accuſandum acceſſit,quæſtioni
ſubiicitur , l. 3. Ad cuius legis verba nota primò, con-
uictum dici non reſpectu pœnæ huic crimini infli-
gendæ,ſed reſpectu quæſtionis habendæ , id eſt, cate-
nus conuictū, vt torqueri debeat.Nota ſecundò verba
ſic eſſe interpungenda, *non potuerit cōprobare.Cum eo, qui
huiuſmodi eſſe temeritatis reus deprehenditur , illum quoque
tormentis ſubdi oportet*,&c. Nota tertiò temeritatem dici
accuſatoris, qui crimen intentauit , quod probare non
poteſt. I I. Priuilegia militiæ,generis , dignitatis , non
eximunt huic quæſtioni,vt in aliis cauſis,d.l.3.& l.4.&
D.eod.l.eorum.9.& infr.de quæſtion. l.decuriones. 16.
& D.eod.l.de minore.10.§.1.& de iur.patron.l.4. & de
decurionib. l.2.§.penult. I I I. Seruus in dominum tor-
quetur,l.vlt.§.in hoc item.& §.in hac cauſa. ¶ Tertium 8
ſegmentum eſt de pœna reo huius criminis conuicto,
& aliis perſonis irroganda.

¶ Rei pœnæ ſunt hæ , I. Notatur infamia , l. 5. §. 1. 9
I I. Gladio feritur , d.l.5.in princ. I I I. Omnia eius bo-
na confiſcantur , d.l.5. in princ. In cuius confiſcationis
fraudem non poteſt res ſuas alienare:quia poſt crimen
contractum non poteſt de rebus ſuis diſponere , d. l. 5.
§.dotes.& l.vlt.§.Marcianus.& D.de donationib. l.poſt
contractum.15.l.donationes in concubinam. 31. §. vlt.
& de manumiſſ.l.qui pœnæ.8. & de ſolut. l. reo. 41. &
l.ſeq.& de iur.fiſ.l.cùm quidā.26.I V.Nō lugetur,D.de
his qui not.infam.l.liberorum.11.§.pen. & de religioſ.
l. minimè. 35. V. Impunè à patre vel à filio occidetur,
immo eum occidens,præmium meretur , d. l. minimè.
V I. Non eſt ſepeliendus , D. de cadauer. punit. l. 1.
V I I. Si viuus damnatus non ſit , eius memoria poſt
mortem damnatur , & bona heredibus auferuntur , &
confiſcantur,l.vlt.§.Paulus.(vbi ex manuſcriptis legen-
dum *Depitiani* , non vt vulgò , Drunciani : quia Diuus
Marcus Drūciano Caſſij genero ignouit, vide Capito-
linum in Marco.)§.Marcianus.& §.ſi deceſſerit. & Inſt.
de heredit.quæ ab inteſt.defer.§.per contrarium.

¶ Reorum filij I. Notantur infamia. I I. Heredita- 10
tum & ſucceſſionum omnium ſunt incapaces , l.5.§.1.
Filiabus tantùm in bonis teſtatæ vel inteſtatæ matris
reſeruatur Falcidia,id eſt , legitima iure naturæ debita,
d. l. 5. §. ad filias. I I I. Emancipatio non valet , d. l. 5.
§.emancipationes. I V. Dotes , vel donationes propter
nuptias à parentibus poſt crimen cogitatione admiſ-
ſum in eos collatæ nō valent, quemadmodum nec vlla
alia alienatio à reis facta , d.l.5. §. dotes. V. Vxori à reo
donata hoc pacto vt filiis reſeruētur, ſuo tempore non
reſtituuntur filiis , ſed confiſcantur , reſeruata in his
quoque ſolis filiabus legitima,d.l.5.§.vxores.

¶ Vxor igitur rei nulla pœna afficitur , ſed tam do- 11
tem recuperat, quàm donata retinet,d.§.vxores.vt mo-
dò dictum fuit. ¶ Satellites, conſcij , & miniſtri huius 12
criminis æquè ac ipſi rei:& horum filij æquè ac reorum
filij puniūtur,d.l.5.§.pen. ¶ Qui pro reorum filiis apud 13
principem interceſſerint,infamia notantur,l.5.§. deni
que. ¶ Qui bona damnati detinent , niſi ea intra duos 14
menſes in vrbe,vel intra octo menſes in prouincia de-
ferant,nō ſolùm ipſa bona,ſed & inſuper quadruplum
fiſco inferre coguntur, infr.de bonis proſcript. l.vltim.
¶ Quartum ſegmentum eſt de pœna remittenda, ſeu de 15
his qui hoc crimen arcanum patefecerunt.Hi ſi ab ini-
tio coniurationem prodant,non ſolum veniam meren-
tur, ſed etiam præmium & honorem à principe conſe-
quuntur: ſi ſerò id faciant , veniam impetrant ſine præ-
mio,l.5. §.vlt.

Tit. I X. Ad

Tit. IX. Ad legem Iuliam de adulteriis, & stupro.

Rubr. 2.	*XIX.* 13.*iij.*
I. 2.7.*iij.* 8.	*XX.* x4.j.25.j.
II. x8.j.	*XXI.* 12.*iij.*
III. 2.18.j.*iij.iv.*	*XXII.* x4.*iv.*
IV. 2.	*XXIII.* *in princ.* 9.j.
V. 1x.j.	§.j.13.*vj.*
VI. 8.1x.*iij.*18.j.x0.j.	*XXIV.* 9.j.
VII. *in princ.* 8.x5.*ij.*	*XXV.* x4.*ij.*
§.j.7.*ij.*25.*iij.*	*XXVI.* 13.*ij.*
VIII. 2.13.*iv.*	*XXVII.* 14.j.
IX. 2.20.*iij.*	*XXVIII.* 1x.j.13.j.v.15.j.
X. *in princ.* 13.*vj.*	*XXIX.* 9.*ij.*24.*iij.*
§.j.x.	*XXX.* *in princ.* 7.j.8.2t.
XI. 13.*ij.*	§.j.x0.*ij.*
XII. 20.*iv.*	*XXXI.* 27.
XIII. 9.*iv.*	*XXXII.* 18.j.*ij.*
XIV. 7.j.10.13.v.	*XXXIII.* 8.14.*ij.*
XV. *in princ.* 9.*iij.*	*XXXIV.* t7.j.
§.j.rx.*iij.*	*XXXV.* x6.
XVI. 3.7.*iij.*13.*vj.*2x.	*XXXVI.* *in princ.* 18.j.*iij.*
XVII. 28.j.*ij.*	§.j.13.*vij.*18.*iij.*
XVIII. x4.j.	

1 Xponens singillatim iudicia publica, singulis leges adscribit, per quas publica sūt: quia nō omnia iudicia criminalia, publica sunt; sed ea tantùm, quæ ex legibus publicorum iudiciorum veniunt, D. de
2 public. iudic. l. 1. ¶ Porrò cùm hæ leges ab auctore, & à subiecta materia appellationem sumunt: hæc lex ab auctore dicitur Iulia, quoniam à Iulio Cæsare Augusto lata fuit, D. h. t. l. t. à materia verò duo cōtraria nomina recipit: alterum à crimine, cui pœnam imponit: alterum à virtute illi vitio contraria, cuius virtutis in republica conseruandæ gratia legem Augustus tulit. Hæc virtus est pudicitia: crimen verò est adulterium, & stuprum. Quare modò dicitur lex Iulia, vt l. t. & l. 4. modò lex Iulia de adulteriis, vt l. 3. l. de crimine. 10. §. t. & alibi passim. vel de adulteriis & stupro, vt in hac rubr. vel de adulteriis coërcendis, vt in rubr. D eod. modò lex Iulia de pudicitia, vt l. reos. 8. & l. castitati. 9. Esse auté vnam & eandem legem de adulteriis & de pudicitia, inde apparet: quia quod Imperator Alexander tribuit legi Iuliæ de pudicitia, d. l. castitati. Vlpianus legi Iuliæ de adulteriis adscribit, D. de minorib. l. exilium. 37. §. 1. Nec moueor verbis Suetonij in Augusto, cap. 34. vbi inter leges Augusti ponit de adulteriis & de pudicitia, non duas leges significans, sed duas (vt opinor) appellationes eiusdem legis.

3 ¶ Huc spectat etiam senatusconsultum, & lex Petronia, quorum mentio fit in l. abolitionem. 16. Huius legis Petroniæ tria capita reperio. I. Vt si dissonantes iudicum sententiæ pares sint, pro libertate pronuncietur, D. de manumiss. l. lege Iunia. 24. in princ. vbi vocatur Iunia Petronia (malè Flor. Patronia) quia Iunio Cæsone & Petronio Turpilliano consulibus lata fuit anno ab vrbe condita 813. II. Ne domini seruos arbitrio suo traderent ad bestias depugnandas, D. ad leg. Cornel. de sicar. l. circumcidere. 11. §. vlt. III. Ne ei, qui iure mariti delatum adulterium non peregit, postea hoc crimen deferre permittatur, d. l. abolitionem.

4 ¶ Redeo ad legem Iuliam, in qua adulterij & stupri vocabula promiscuè accipiuntur, etsi adulterium propriè committi dicitur in nuptam; stuprum in virginem, aut viduam, aut puerum, D. eod. l. 6. §. 1. l. stuprum. 34. §. 1. Punit ergo hæc lex adulteria, & stupra, vt hæc rubr. ostendit, & insuper lenocinium, per quod adulteria &
stupra committuntur. Quocirca tres huius tituli partes constituo: primam de adulterio, secundam de stupro, vltimam de lenocinio. ¶ Primæ partis de adulte- 5
rio facio sex capita. ¶ Primo capite, quod est de accu- 6
satore, dissoluuntur duæ quæstiones. ¶ Primò quæri- 7
tur, qui accusare possint, vel non: vbi tria notantur. I. Quamuis hoc crimen inter publica referatur, quorum delatio solet omnibus concedi: tamen ne temerè matrimonia turbentur, hæc accusatio tantùm coniunctis personis conceditur, vt marito, patri, fratri, patruo, auunculo: extraneis autem denegatur, l. quamuis adulterij. 30. in princ. de raptu autem, quia potestatem legis Iuliæ de adulteriis excedit, etiam extranei accusare possunt, D. ad leg. Iul. de vi publ. l. 6. §. vlt. Intellige maritum posse accusare adulteram, etiamsi soluto matrimonio maritus esse desierit, l. si dum. 14. Porrò in accusatione adulterij primò admittitur maritus, nisi aut sit infamis, aut cum vxore colludat, postea pater, deinde inter alios qui est magis idoneus, d. l. quamuis adulterij. in princ. & D. eod. l. x. §. penult. & vlt. & l. 3. II. Mulier neque alio publico crimine, neque hoc accusare potest, ne quidem si de matrimonio suo violato conqueri velit, l. 1. etsi aliis criminibus suam suorúmve iniuriam persequi non prohibetur, supr. qui accusa. non poss. l. de crimine. 12. quin etiam ea, quæ violata est, de stupro potest violantem accusare, l. 7. §. 1. III. Qui ab accusatione destitit, non potest ampliùs accusare, etsi iure mariti accusauerat, l. abolitionem. 16. & D. eod. l. x. §. 1. l. quæsitum. 40. in fin. quod & in aliis criminibus obtinet, vt ab accusatione desistens non possit accusationem repetere, supr. qui accus. non poss. l. 6. & D. ad
S.C. Turpill. l. 2. ¶ Secundò quæritur, quo iure quis ac- 8
cuset. Maritus & pater accusant vel iure mariti seu patris, vel iure extranei, (quod ius publicum appellatur, D. h. t. l. quæsitum. 40.) alius quilibet iure extranei duntaxat, l. 1. l. 6. l. adulterij. 33. & D. eod. l. is cuius. 14. §. pen. Intellige maritum accusare iure mariti si thori sui violati iniuriam persequatur: quia vel sibi nupta, adulterio maculata est: vel saltem sponsa stupro polluta: alioquin ob violatam virginem, quam postea vxorem duxit, ad accusandum iure mariti non admittitur, l. 7. in princ. Sed quæstio de violata virgine ad sequentem tituli partem pertinet. Atqui paulò antè diximus extraneos ad hanc accusationem non admitti, d. l. quamuis adulterij. quomodò ergo nunc dicimus maritum accusare iure extranei, & eodem modo alios accusare? Hæc non sunt contraria: quia extraneum suprà vocabamus eum, qui nec est maritus, nec pater, nec frater, nec patruus, nec auunculus: hîc verò eum, qui nec est maritus, nec pater, etiamsi frater sit, aut patruus, aut auunculus. Iure autē mariti, vel patris accusare, est, sine metu calumniæ accusare, vt posteriùs exponam §. x1.

¶ Secundo capite de reis accusatis dantur quatuor 9
regulæ. I. Vbi matrimonium non consistit, adulterij accusatio non habet locum: veluti si seruorum contubernium violatum dicatur, l. serui. 23. in princip. quod constat non esse matrimonium, supr. de incest. nupt. l. 3. sed vel legis Aquiliæ, vel de seruo corrupto, vel iniuriarum actioni locus esse poterit, D. h. t. l. 6. in princ. & de iniur. l. si stuprum. 25. Similiter si mulier alicuius quasi mariti contubernio hæreat, adulterij rea ab eo, qui non est maritus, fieri non potest, l. si eius. 24. II. Cauponæ domina adulterij accusari potest, ministra propter summam vilitatem non potest, l. quæ adulterium. 29. III. Si mulier antequàm adulterij accusaretur, abesse cœperit, non potest hoc crimine accusari; nec potest peti, vt transmittatur in prouinciam, in qua est maritus, l. si quondam. 15. in princ. sed requirenda adnotatur, vt & in aliis capitalib. criminib. accidit, supr. de accusat. l. 6. qua de re erit titulus 40. IV. Adultera,

quæ post

quæ post crimen inchoatum, id est, litem contestatam abesse cœpit, inter reos recipi potest, l.adultera.13. Sed cum aliquis inter reos recipiatur, vt contra eum instituatur accusatio, & certum sit, priùs inter reos recipi, quàm lis contestetur; quomodò dicitur, post litis contestationem inter reos recipi? Intelligo accusationem fuisse abolitam generali abolitione, & intra statutum tempus repeti, id est, intra triginta dies vtiles, secundum ea quæ traduntur, D.ad S.C.Turpill.l.7.in princ. l.aut priuatim,10.§.pen.& vlt.l.si interueniente.12. &
10 l.penult.qua de re dicetur infr.tit.41. ¶ Tertium caput est de iudice seu foro competenti: vbi traditur, crimen adulterij in ea prouincia esse persequendum, in qua admissum fuit, l.si dum.14.quia vt contrahendo, ita delinquendo aliquis forum sortitur. Lege, quæ suprà scripsi ad tit.vbi de crimi.agi.oport.

11 ¶ Quartum caput est de præscriptionibus, quæ huic accusationi obiici possunt, aut videntur obiici posse, quò minùs quis inter reos recipiatur. Hæ præscriptiones variæ & diuersæ sunt: quarum aliæ sunt peremptoriæ, aliæ dilatoriæ, aliæ inutiles & reprobatæ.

12 ¶ Peremptoria est præscriptio temporis: quæ quidem est multiplex. I. Quinquennij continui à die quo crimen commissum dicitur. Hæc præscriptio datur tam reo, quàm reæ, quocumque crimine accusetur descendēte ex lege Iulia, vt adulterij, stupri, lenocinij, l.5.l.ita.28.& D.eod.l.mariti.29.§. sex mensium. & §§.seqq. & ad S.C.Turpill.l.1.§.accusationem. Secus est, si alia lege agatur, vt de stupro per vim illato, d.l.mariti.§.vltim. II. Sex mensium vtilium. Hæc præscriptio mulieris propria est: quæ si diuortio facto, in viduitate mansit, sex menses computantur a die commissi criminis: si verò ad secundas nuptias transit, à die diuortij, d.l.mariti.§. sex mensium. Ratio diuersitatis ab Accursio hæc affertur: quia vidua faciliùs accusatur, quàm nupta: idcirco ei concessum est, vt breuioris temporis præscriptione fruatur. III. Duorum mensium vtilium. Hæc præscriptio obiicitur volenti iure mariti vel patris accusare: nam hoc tempore elapso etiam maritus & pater iure extranei accusare possunt, l.6.& D.eod.l.is cuius.14.§.pen.& de minorib. l.auxilium.37.§.1. Et quia tempus vtile est, idcirco aduersus eum non currit, qui militaribus, vel aliis publicis negotiis est occupatus, l.si quondam.15.§.1.l.ob commissa.11. IV. Quatuor mensium vtilium. Hæc præscriptio datur contra extraneos accusatores; & hoc tempus incipit currere post duos vtiles menses, intra quos iure mariti vel patris accusatio institui potest, D.eod.d.l.4.§.1. Quocirca hæc præscriptio potest aliquo modo referri ad præscriptionem sex mensium vtilium.

13 ¶ Dilatoriæ præscriptiones multæ sunt. I. Lenocinij, quæ marito accusare mulierem volenti obiicitur, l.ita.28. immo ipse quoque maritus lege Iulia punitur, vt quia deprehensam in adulterio retinuit, nec diuortium fecit, aut quæstum ex adulterio vxoris fecit, vt posteriùs exponam §.28. II. Vxoris in matrimonio retentæ. Hæc quoque præscriptio opponitur marito, licèt vxorem in adulterio non deprehenderit: quia non potest vxorem retinere, & adulterij crimen intentare, l.crimen.11. Hæc exceptio non prodest seruo adulterij accusato. Quare si se liberum contendat, priùs est de statu cognoscendum; vt si liber deprehendatur, exceptio ei prosit: si seruus, exceptio ei denegetur, l.quoniam.26. Sed nouissimo iure hæc præscriptio est abrogata, nec tenetur maritus vxorem, antequam iudicio conuincatur, dimittere, Nou.117.cap.8. III. Absentiæ accusatoris. Hæc præscriptio tempestiuè proponi debet: alioquin sub tempus ferendæ sententiæ crimine iam probato non admittitur, l.quamuis indubitati.19. De absentia verò rei dixi supr.§.9.memb.4. IV. Si adulter & adultera simul ab eodem accusentur: hoc enim prohibetur, l.reos.8.& D.eod.l.si maritus sit.15.§.vlt. a diuersis autem accusatoribus ambo eodem tempore, nisi aliud obstet, accusari possunt, D.eod.l.denunciasse.17.§.vlt. V. Ordinis: debet enim adulter accusari, & damnari, antequam adultera accusetur, videlicèt si adultera, priusquàm sibi denunciaretur ne nuberet, secundo viro nupta est: quod ideo constitutum est, ne facilè matrimonia turbentur: si verò vel in viduitate mansit, vel post denunciationem nupta est, liberum est accusatori ab vtro velit accusationem incipere, l.si dum.14.l.ita.28.& D.eo.l.5.d.l.si maritus sit.§.pen.l.qui vxori.16.& d.l.denunciasse.§.vlt. VI. Desertæ accusationis, l.abolitionem.16.vide supr.hoc tit.§.7.memb.3. Quocirca, accusator, qui de crimine adulterij pactus est, vel transegit, etsi pacta & transactiones de adulterio prohibentur, l.de crimine.10.in pr.& sup.de transaction.l.transigere.18.tamen nō solùm punitur senatusconsulto Turpilliano tāquàm præuaricator vel accusationis desertor, l.serui.23.§.1.sed etiam iterum accusare prohibetur: alij tamen accusare volentes admittuntur: vide nostrum comment. in d.l. transigere. num.33. Quæro an etiam reus, qui transegit, puniatur. Respondeo, si metu accusationis sibi per per virum potentem illato pecuniam dedit, extra culpam est, & pecuniam repetit per condictionem ob turpam causam, supr. de condict.ob turp.cau.l.4.& D.eod.l.1.§.vlt. vel agit in factum ex tit.de calumniatorib. D. de calumniat.l.1.& l.pen.& pro eo iudex sententiam feret, d.l.serui.§.1. Si verò vt criminis impunitatem captaret, pecuniam soluit, nec pecuniam datam repetit, (cùm vtriusque turpitudo versetur, tam dantis, quàm accipientis, & in pari causa melior sit causa possidentis, supr. de condict.ob turp.cau.l.2.& l.5.& D.eod.l.3.)& lege Iulia de adulteriis, sine dubio punietur. Quare probo emendationem Cuiac.qui in d.l.serui.§.1.pro, *eum qui etiam*, legit, *eum etiam qui*: vt sensus sit, non solùm reum adulterum puniri, sed etiam accusatorem, qui ab eo corruptus pecuniam accepit.

¶ Reprobātur sequentes exceptiones. I. Nuptiarum 14
cum adultero postea contractarum, l.commissum.27. nam hæ nuptiæ potiùs valent ad crimen probandum, quàm purgandum, Martial.l.1.epigram.75.

Mœchus erat: poteras tamen hoc tu Paula negare.
Ecce vir est: numquid Paula negare potes?

& lib.6.epigram.22.

Quòd nubis, Proculina, concubino,
Et mœchum modo, nunc facis maritum,
Ne lex Iulia te notare possit:
Non nubis, Proculina, sed fateris.

II. Dotis repetendæ, vel debiti exigendi: nam ciuilis controuersia criminali non officit, l.adulterij.33. III. Mortis adulteræ: quamuis enim ante accusationem mortua sit, tamen huic accusationi locus est, tam contra adulterum, D.h.t.l.miles.11.§.adulterij. quàm contra memoriam mulieris, vt constare possit, vtrùm dos lucro mariti cedat, an heredibus mulieris restitui debeat, l.vlt.§.1.

¶ De præscriptionibus aduersus crimen adulterij 15
generaliter & in vniuersum duo notentur. I. Non omnes tolli in l.ita.28. præter tres ibi nominatas, sed eas tantùm, quæ per veteris iuris ambages introductæ fuerant, quales sunt eæ, quas proximè exposui: & ita Accursius rectè interpretatur. II. Præscriptiones priùs esse proponendas, & examinandas, quàm accusati inter reos recipiantur: nam qui semel inter reos receptus est, non potest exceptionem obiicere, D.eod.l.si maritus sit.15.§.præscriptiones. Excipio præscriptionem absentiæ accusatoris, de qua dixi §.13.membr.3.& si qua alia similis est.

¶ Quintum

16 ¶ Quintum caput est de probatione criminis, quæ vel ex præsumptione sumitur, vel ex seruorum quæstione.

17 ¶ Præsumptiones duæ notentur, ex quibus adulterij pœna irrogatur. I. Si qui adulterij accusati, obtentu proximitatis, fidem crimini derogauerint, deinde in nuptias & consortium conuenerint, l. si qui adulterij. 31. II. Si adulterij marito suspectus, post tres mariti denunciationes in scriptis coram tribus testibus factas, cum muliere collocutus per tres idoneos testes probetur, Nou. 117. c. 15. Nisi fortè dicatur ibi non puniri adulterium, sed vetitam collocutionem.

18 ¶ Iam de seruorum quæstione dicamus: de qua quinque notentur. I. Torquentur serui, l. 6. mariti, mulieris, & patris in cuius potestate est vir seu mulier, l. 3. l. in adulterij. 32. l. vlt. in princ. & D. eod. l. si postulauerit. 27. §. haberi. & supr. de repud. l. consensu. 8. §. seruis. & inf. de quæstion. l. 1. & D. eod. l. extraneo. 17. in princ. quod specialiter in hoc crimine est receptum contra regulam iuris, quæ vetat seruos in dominos, vel eorum coniuges torqueri, infr. eod. l. 1. & D. eod. l. 1. §. seruum. l. 3. l. 5. & nec in accusatione incesti locum habet, D. eod. l. 4. nec stupri, d. l. extraneo. §. 1. II. Ita demum torquendi sunt, si eo tempore domi fuerint, quo adulterium commissum dicitur, d. l. in adulterij. & d. l. si postulauerit. §. haberi. & aliæ probationes deficiunt, d. l. consensu. §. seruis. III. Vt torqueri possint, ante duos menses à die soluti matrimonij computandos manumitti non possunt, l. 3. quod non solùm obtinet, si matrimonium diuortio solutum sit, l. vlt. in prin. sed etiam si morte mulieris, d. l. vlt. §. 1. IV. Domino serui torquendi cauere accusator debet de indemnitate, si fortè seruus in quæstione moriatur, vel deterior reddatur, l. 3. V. Huic quæstioni tam accusator, quàm reus interesse iubentur, d. l. si postulauerit. §. quæstioni.

19 ¶ Sextum caput est de euentu huius iudicij: de quo distinguendi sunt tres casus. Aut crimen probatur, aut non probatur, aut accusator iudicium non peregit.

20 ¶ De primo casu hæc notentur. I. Accusator notam calumniæ non timet, l. 6. II. Adulter gladio punitur: eius autem vxor dotem recipit, & propter nuptias donationem lucratur: vel, si indotata sit, quartam bonorum mariti partem accipit ex Nou. 22. cap. 18. cetera damnati bona liberis ac parentibus seruantur vsque ad tertium gradum: his verò non extantibus, confiscantur. Adultera verò mulier competentibus subdita pœnis (Græcè scriptum est *ποιναῖς*: sed vetus interpres videtur rectiùs legisse *πληγαῖς*, cùm vertat *vulneribus*: vnde in Auth. sed hodie. Codici inserta dicitur *mulier verberata.*) in monasterium coniicitur: & intra biennium à viro recipi potest: quod nisi accidat, tondetur, & monasticum habitum induitur, vt perpetuò in monasterio maneat: eius autem bona sic diuiduntur, vt vir accipiat, quod ex pactis dotalibus lucrari debet: quod autem ad cetera bona attinet, si mulier liberos habeat, hi bessem, monasterium trientem accipiant: si liberis careat, & parentes habeat, hi trientem accipiant, monasterium bessem: si liberis & parentibus orbata sit, omnia ad monasterium deuoluantur, l. quamuis adulterij. 30. in fin. & Nou. 117. cap. 10. III. Damnatus vel damnata in pœnis legitimis perseuerat, l. castitati 9. nisi per principem restituatur, secundum ea quæ tradentur infr. tit. 51. vel mulier à marito recipiatur, vt proximè exposui. IV. Sententia contra adulterum lata, siue sit, siue non sit restitutus, mulieri non nocet, l. etsi. 12. & sententia contra adulteram lata, filio eius non obest, D. eod. l. miles. 11. §. quæ propter. rei tamen absolutio mulieri prodest, vt accusari ampliùs adulterij non possit, D. eod. l. denunciasse. 17. §. vlt.

21 ¶ Secundo casu ob crimen non probatum accusator pœnam talionis subit, id est, eamdem, quam reus subiret, si conuictus fuisset: hoc enim generaliter in omnibus accusationibus obseruatur, & ad hoc se obligat accusator in crimen subscribens, supr. qui accusa. non poss. l. 3. l. 6. & de accus. l. vlt. in princ. & infr. de calumn. l. vlt. Excipitur, qui iure mariti accusat: quia ex sola suspicione accusare vxorem potest, & vinculo inscriptionis non tenetur, quamquàm nec ex sola suspicione cogitur inuitus accusare, d. l. quamuis adulterij. in princ. nec reus vel rea ex sola suspicione damnatur, D. de pœnis. l. 5. in princ. Intellige maritum ex eo non teneri de calumnia, quòd crimen non probauit: ceterùm si euidenter calumniatus sit, pœnam non vitat, D. hoc tit. l. is cuius. 14. §. vlt. Idem puto dicendum de patre, & l. pater. 30. in princ. D. eod. sic accipio, vt dictum §. vlt. vt scilicèt ad euidentem calumniam pertineat. Sed nouissimo iure videtur maritus hoc priuilegio priuatus, si quidem ob non probatum crimen punitur, Nou. 117. cap. 9.

22 ¶ Tertio casu, qui crimen non peregit, sed ab accusatione destitit, etiamsi iure mariti accusauerit, I. Non potest accusationem desertam repetere. II. Nisi abolitionem impetrauerit, in pœnā incidit senatusconsulti Turpilliani, l. abolitionem. 16. de qua pœna dicetur infr. tit. 45. Hactenus de adulterio.

23 ¶ In secunda tituli parte agitur de stupro: quod vel cum virgine committitur, vel cum vidua, vel cum puero: itaque primò dicendum de muliere seu femina in vniuersum, postea de virgine, tertiò de vidua, postremò de puero.

24 ¶ De femina generaliter hæc notentur. I. Vel stupro consensit: vel vim passa est: vel decepta est prætextu matrimonij, cùm ignoraret, eum, cui nubebat, aliam vxorem habere. Primo casu tam vir, quàm mulier punitur, l. fœdissimam. 20. & Instit. de public. iudic. §. item lex Iulia de adulteriis. Secundo casu mulier non punitur, sed inuiolatam existimationem retinet, d. l. fœdissimam. nam in ea quæ vim passa est, tam stupri, quàm adulterij pœna cessat, D. eod. l. si vxor. 13. §. si quis planè. ipse autem stuprator ob stuprum & vim illatam punitur, D. eod. l. maritus. 29. §. vlt. Tertio casu decipiens tenetur stupri, mulier decepta non tenetur, & res sibi ab illo sub specie matrimonij interceptas repetit, non etiam quas ille sibi quasi sponsæ daturum promisit, l. eum qui. 18. II. Qui ancillam compressit, non afficitur pœna stupri, nec infamia iuris, sed tantùm infamia facti aspergitur, l. etsi. 25. III. Stupri pœna irrogatur etiam ei qui dominam cauponæ stuprauit: secus, si ministram, l. quæ adulterium. 29. vbi idem traditur etiam de adulterio, sicut supr. notaui. §. 9. memb. 2. IV. Cùm ea, quæ vulgò se prostituit, impunè stuprum committitur: quamuis adulterium cum ea commissum lege puniatur, D. eod. l. si vxor. 13. §. sed & in ea. Quare quod dicitur ob eam, quæ stupro cognita est, si se vulgò prostituit, pœnam adulterij cessare, l. si ea. 22. accipiendum est de pœna stupri; quia lex Iulia promiscuè adulterij & stupri vocabula accipit, vt notaui supr. §. 4.

25 ¶ De virgine stuprata tria notantur. I. Quæ vim passa est, extra pœnam legis est, vt patet ex suprà dictis. II. Qui eam postea vxorem duxit, non potest stupratorem accusare iure mariti, nisi stupri commissi tempore sibi desponsata fuerat, l. 7. in princ. sed iure extranei rectè accusabit, arg. l. si vxor. 13. in princ. D. eod. III. Ipsa violata, si minor sit viginti quinque annis iniuriam suam criminali iudicio persequi potest curatoribus suis auctorib. d. l. 7. §. 1.

26 ¶ De vidua vnum notatur, eam, quæ temerè à marito diuertit, & in viduitate stuprū cōmisit, iure proprio &

præcipuo ab illo accusari posse, ita vt aliis accusare volentibus præferatur, l.pen.

27 ¶ Ob stuprum cum puero commissum irrogatur pœna gladij, l.cùm vir.31.& Instit.de public.iud.§.item lex Iulia de adulteriis.vbi traditur eandem esse adulterij pœnam, stupra verò sine vi cum feminis commissa, mitiùs puniri. Nam qui vim intulit, lege Iulia de vi publica deportatur, D.h.t.l.mariti. 29. §. vlt. & ad leg.Iul. de vi public.l.3.§.præterea.& Instit.de public.iudic.§.item lex Iulia de vi.

28 ¶ Tertia tituli pars est de lenocinio, quod adulterio, & stupro inseruit: vnde lenones dicuntur publicæ castitatis corruptores, Nou.14. Hinc lege Iulia puniuntur, I. Qui in adulterio deprehensam, vel adulterij damnatam non dimittit, sed in matrimonio retinet, secus, si tantùm adulterij suspectam habeat, vel ignorantiam criminis simulare possit, l.2.l.fine.17. & D.eo. l.2.§.lenocinij.& §.sequ.& l.mariti. 29. in princi. & de minor ib.l.auxilium.37.§.2. II. Qui eam vxorem ducit, vel reducit, quæ adulterij damnata est, d. l. fine. & d.l. mariti.§.1.& d.l.auxilium.§.1. Secus est, si quis ex suspicione accusatam, neque conuictam reuocet in matrimonium, d.l. fine. Sed hodie licet damnatam postquàm legitimas pœnas subiuit, in matrimonium reuocare, Nouel. 134. cap. 10. III. Qui quæstum de vxoris adulterio fecit, D. hoc tit.d.l. 2 .§.lenocinij. & d.l. mariti. §. qui quæstum. & §. seq. & de minor. d.l.auxilium.§.1.& supr.de cond.ob tur.cau. l. 5. IV. Qui pretium pro comperto stupro accepit, d.l.auxilium. §.1. siue sit maritus, siue alius quilibet, d.l.mariti. §.plectitur. Itaque Ouid.ex hac causa ab Augusto relegatus, vt peccatum suum minuat, fatetur quidem passim se stuprum comperisse ac vidisse, sed pecuniam se accepisse negat: sic enim scribit 3.Tristium, eleg.6.

Nil igitur referam, nisi me peccasse, sed illo
Præmia peccato nulla petita mihi.

29 ¶ De lenocinij verò præscriptione dixi supr. §. 13. membr. 1.

Tit. X. Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit.

1 REgulariter stupri sine vi commissi pœna est in personas honestiores confiscatio dimidiæ partis bonorum, in humiliores corporis coërcitio cum relegatione, Instit.de public. iudic. §. item lex Iulia de adulteriis. Sed si tutor pupillam quondam suam, fidei & curæ suæ commissam stuprauerit, grauius est delictum, Nou.Leon.34.& raptui comparari potest, media tamen pœna inter pœnam stupri & raptus ei imponitur, id est, omnibus bonis confiscatis deportatur, l. vnic. cùm regulariter stuprum leuiùs puniatur, vt suprà exposui, pœna autem raptus sit vltimum supplicium, infr. de raptu virg.l.vn. Sed Leo dicta Nou. bona addicit puellæ. At si eam in matrimonium duxerit, matrimonium non valet, ipse autem regulari pœna stupri plectitur, nisi vel maiorem viginti sex annis, vel à patre desponsatam seu destinatam, siue in testamento nominatam vxorem duxerit: quod & in curatore obtinet, D. ad leg. Iul. de adulter. l. 7. Idem est, si pupillam filio suo desponderit, D. de ritu nupt. l. libertum. 64. §.1.secus, si filiam suam pupillo suo despondeat, d.l.libertum. §. vltim.

Tit. XI. De mulieribus, quæ se propriis seruis iunxerunt.

MVlier cum seruo stuprum committens, aut seruo alieno se iungit, aut suo. Prior casus tractatus fuit supr. de senatuscons. Claudia. tollen. Posteriori casu hæc in præsentia statuuntur. I. Mulier capite plectitur, id est, gladio punitur. II. Seruus crematur. III. Crimen publicum est, & à seruis quoque deferri potest, ita vt seruus, qui crimen detulerit, & probauerit, libertate donetur. IV. Filij ex ea coniunctione nati, omni dignitate carent, liberi tamen sunt, vtpote ex libera muliere nati: ex bonis autem maternis nihil vllo modo accipere possunt. V. Mulieri ab intestato filij legitimi, vel alij secundum iuris ordinem succedunt. VI. Quicquid stuprator, vel eius filij quoquo casu in sua substantia videntur habuisse, putà quia ille fuit manumissus, vnà cum mulieris bonis ad dictos successores deuoluitur. 1

Tit. XII. Ad legem Iuliam de vi publica, seu priuata.

I. 4.j.	*VII. 12.*
II. 7.	*VIII. in princ. 13.*
III. 4.sj.sij.	*§.iudicem.9.*
IV. 6.sj.sij.	*IX. 11.*
V. 6.j.	*X. 4.sv.*
VI. 12.j.	

ADulterium vel stuprum sine vi commissum punitur lege Iulia de adulteriis: per vim admissum punitur lege Iulia de vi publica, D.hoc tit.l.3.§.præterea. & ad leg. Iul.de adulter.l.mariti. 29. §. vltim. Idcirco hic titulus rectè superioribus cohæret, quamquàm aliis etiam casibus vis committitur, vt ex sequentibus apparebit. 1

¶ Vim publicam esse, quæ fit armis, vel à persona publica, vel in persooam publicam, vel quæ violat ius publicum: priuatam verò, quæ fit sine armis à persona priuata in personam priuatam, sine iuris publici violatione, iam docui in Epit.iuris, hoc eodem titulo. 2

¶ Huius tituli duæ sunt partes speciales, prima de vi publica, secunda de vi priuata: quibus accedit tertia pars de his, quæ communiter ad vtramque vim pertinent. 3

¶ In prima parte quatuor casus considerantur spectantes ad vim publicam. I. Cum ob debitum viri, vel ob munus publicum viro impositum, quod suscipere recusat, res vxoris pignori capiuntur, l. 1. Hæc publica vis est, quoniam à personis publicis fit, supr.de pignor. l.nominatori.11.& D.de mun.& hon. l.si quis. 9. & illicita ac punienda: quia res viri, noo vxoris pignori capere oportebat. II. Si mulier rapta sit, l. 3. Hæc est vis publica, qoia violat ius publicum, D. ad leg. Iul. de vi public.l.5.§.vltim. Idem diccodum de puero rapto, D.eod. l.6. III. Si homo liber inclusus sit, d. l. 3. Hæc ob eandem rationem vis publica est, d. l. 5. in princip. IV. Si quis Bucellarios, vel Isauros, vel seruos armatos habeat, l. vltim. Hi sunt, qui à Venetis vocantur *Braui*, vel *Sgherri*, à Gallis, *couppe-jarets*. Isauros fuisse latrociniis infames constat ex Dione libr. 55. Ammiano Marcellino lib. 14. Strabone libr. 12. eorum mentio fit tamquàm latronum in l.penultim.supr. de feriis. Buccellariorum videtur esse eadem ratio, si Suidæ credimus, qui scribit Buccellarios esse Hellenogalatas, & Buccellariam regionem esse Gallogræciam, Græci autem interpretes lib. 60. Basilicῶn ad hunc tit. buccellarios aiunt appellari à bucca, quod est panis, quia panem alicuius comedunt, vt apud eum morentur. Sed bucca est *γνάθος*, noo *ἄρτος*, vt illi putant. Ego Suidæ assentior, Buccellarios esse Gallogræcos. 4

Quicumque

quicumque tales habuerint, centum libris auri multantur, & ſeueriſſimè puniuntur. Præſides quoque, qui eos punire neglexerint, dignitate & adminiſtratione priuantur, centum auri libris multantur, & vitæ ac ſaluris periculum ſubeunt, & apparitorum primates bonis omnibus confiſcatis, capitali ſupplicio plectuntur, d. l. vltim.

5 ¶ In ſecunda tituli parte de vi priuata duæ quæſtio-
6 nes diſſoluuntur. ¶ Primò quæritur, quibus caſibus vis
priuata committatur, vbi proponuntur tres caſus. I. Si creditor in poſſeſſionē fundi ad ſuum debitorem pertinentis per vim ingrediatur, l. 5. Idem eſt, ſi alias res debitoris occupet ſine iudicis auctoritate, D. ad leg. Iul. de vi priuat. l. vltim. Sed ſi ex pacto ob non ſolutam pecuniam in poſſeſſionem ingrediatur, vim facere non videtur, niſi repugnante debitore aperta vi vtatur: debet enim auctoritate præſidis adipiſci poſſeſſionem, ſupr. de pignor. l. 3. quam non poteſt licite accipere, niſi ex conuētione, vel iuſſu præſidis, ſup. de pign. act. l. peu. §. 1. I I. Si ſeruus alienus res noſtras rapiat, l. 4. Nam priuata actio vi bonorum raptorum cōcurrit cum publica accuſatione ex lege Iulia de vi priuata, D. vi bonorum rapt. l. 1. §. 1. illa eſt in dominum noxalis, d. l. 2. §. ex hac. & Inſtit. de noxalib. actiou. in princ. hæc in ſeruum directa, d. l. 4. vt in omnibus publicis criminibus accidit, D. de public. iudic. l. ſciendum. 9. & de accuſ. l. 5. l. hos accuſare. 12. §. pen. & vlt. l. ſi ſeruum. 17. I I I. Si quis hominibus coactis verberatus ſit, d. l. 4. verſ. ſed quoniam. vbi Fiſcinulus fortaſſe fuit idem ſeruus, qui res rapuit. Hoc caſu concurrunt lex Iulia de vi publica, D. ad leg. Iul. de vi public. l. qui dolo. 10. §. penultim. lex Iulia de vi priuata, D. ad leg. Iul. de vi priu. l. 1. lex Cornelia de iniuriis, D. de iniur. l. 5. in princ. & Inſtit. eod. §. ſed & lex. & edictum prætoris de iniuriis, Inſtit. eod. §. in ſumma.

¶ Secundò quæritur, quæ pœna huic crimini irro-
7 getur. Regulariter infamia irrogatur, & tertia pars bonorum delinquentis confiſcatur, D. ad leg. Iul. de vi priuat. l. vlt. & Inſtit. de public. iudic. §. item lex Iulia de vi. quæ ad fiſcum tranſit cum ſuo onere, ita vt fiſcus pro tertia parte creditoribus damnati teneatur, l. 2. Serui autem grauiùs puniuntur, vt mox docebo, hoc enim obſeruatur in omnibus criminibus, vt ſerui ſeueriùs puniantur, quàm homines liberi, D. de pœnis. l. in ſeruorum. 10. in princ. l. capitalium. 28. §. vlt.

8 ¶ In tertia tituli parte declarantur quædam communiter ad vtramque vim pertinentia, tam publicam, quam priuatam: hæc verò partim ad iudicem, partim
ad reum ſpectant. ¶ Iudici præſcribitur, vt facinoroſos
9 legitimis pœnis afficiat: quod niſi fecerit, id eſt, ſi probatum crimen impunitate donauerit, aut molliùs puniuerit, infamia notatur, l. ſeruos. 8. §. iudicem. Interdum grauiùs punitur, vt expoſui ſupr. §. 4. membr. 4.

10 ¶ De reis tractantur tres ſpecies. ¶ Prima ſpecies
11 eſt cùm res per vim rapta eſt, hoc caſu rapiens, & qui
ſciens rem raptam ſeruat, æquè puniuntur, l. penult.

12 ¶ Secunda ſpecies eſt, cùm per vim de poſſeſſione contentio fuit, qua de re duo traduntur. I. Si aliquem interimi contingat, is qui vim fecit, vltimo ſupplicio, id eſt, morte afficitur, nec poteſt à ſententia contra ſe lata appellare, l. 6. I I. Qui poſſeſſionem tamquàm rei ſuæ ad ſe pertinere contendit, optionem habet, vtrùm interdicto poſſeſſionem recipere, an de vi criminaliter agere velit: ſed de vi accuſans, niſi crimen probet, pœnam talionis ſubibit, vt regulariter in omnibus criminibus accidit. Quod ſi vtroque remedio prætermiſſo, vim poſſidenti intulerit: hic ordo obſeruandus præſcribitur, vt primùm de poſſeſſione per interdictum vnde vi, poſtea de rei dominio per iudicium petitorium, tandem de crimine ex lege Iulia de vi quæratur.

nam pœnæ definitio ex eo pendebit, quòd is, qui vim fecit, rei dominus eſt, vel non eſt: quia ſi non ſit dominus, omnibus bonis confiſcatis deportatur, l. 7. in cuius fine addebatur, ſi is dominus ſit, dimidiam partem rerum, de quibus litigatum eſt, confiſcari, vt legere eſt in C. Th. hoc titul. l. 3. Sed hæc poſtrema verba à Triboniano detracta ſunt: quoniam hodie poſſeſſionem vi occupatam reſtituit ei qui poſſidebat, & rerum illarum dominium in ſolidum amittit, ſupr. vnde vi. l. 7. id eſt, res illæ omnino confiſcantur, vt Cuiacius interpretatur: ſicut enim olim dimidia pars domino adempta confiſcabatur, ita aucta pœna probabile videtur totam rem, quæ domino aufertur, confiſcari. Mihi tamen hæc interpretatio non placet, ac verius puto dominium ad eum pertinere, qui vim paſſus eſt. Moueor, quia dicta l. 7. nulla fit mentio confiſcationis, quemadmodum nec in §. 1. Inſtitut. de vi bon. rapt. vbi illius legis ſententia refertur. Præterea quo bono reſtitueretur poſſeſſio aduerſario, vt dicitur in ead. l. 7. ſi res ad fiſcum pertineret? Denique vt non dominus reddit poſſeſſionem & æſtimationem poſſeſſori: ita dominus reſtituit poſſeſſionem & dominium, vt verba legis perſpicue (ni fallor) oſtendunt. Argumentum autem, quod Cuiacius ſumit ex iure abrogato, nullam conſequentiæ vim habet.

¶ Tertia ſpecies eſt, cùm ſeruus vim fecit. Hîc diſtin- 13
guitur vtrùm inſcio domino, an iuſſu domini fecerit. Priori caſu ſeruus vltimo ſupplicio afficitur, l. ſeruos. 8. in princ. id eſt, morte, D. de pœn. l. vltimum. 21. Poſteriori caſu ſeruus damnatur in metallum: ac dominus, ſi honeſtus ſit, infamia notatur, d. l. ſeruos. verſ. quòd ſi. ſi vilis, aut infamis, legitimæ pœnæ ſubiicitur, d. l. ſeruos. verſ. viles. vt puta tertiæ partis bonorum confiſcationem patitur ob vim priuatam, vel omnibus bonis confiſcatis deportatur ob vim publicam, vel capite punitur ob perſonam liberam raptam, Inſtitut. de public. iudic. §. item lex Iulia de vi. Quòd ſi per vim virgo aut mulier rapta ſit, omnimodò eſt pœna capitalis, vt titulo ſequenti demonſtrabitur.

Tit. XIII. De raptu virginum, vel viduarum, vel ſanctimonialium.

Princ. j. ij.	*§. pœnas. iv.*
§. primo. iij.	*§. pen. v.*
§. nec ſit. vj.	*§. vlt. pen.*



Ex vnic. hoc titulo (quæ ex parte repetitur 1
ſupr. de epiſcop. & cleric. l. raptores. 54.) abrogat priores leges de raptu loquentes, §. vlt. & ſiue mulier conſentiens ſiue inuita rapiatur (conſenſu enim mulieris à raptoris fraude & inſidiis procedere præſumitur) ſequētes pœnas imponit: (quamquàm iure canonico non dicitur raptus, ſi mulier conſentiat, etiamſi parentes reluctentur, extr. de raptorib. cap. penult.) I. Raptor, & eius in ipſo raptu comites & adiutores poſſunt in flagranti crimine deprehenſi interfici à mulieris parente, vel conſanguineo, vel tutore, vel curatore, vel patrono, vel domino, in princ. & d. l. raptores. in princ. I I. Idem, ſi quoquo modo aufugerint, vltimo ſupplicio per loci, in quo inuenti fuerint, iudicem afficiuntur, denegata appellandi licentia, in princ. & d. l. raptores. in princ. I I I. Eorum bona, ſi ingenua rapta ſit, (nam in ancilla aut libertina rapta hæc pœna ceſſat) mulieri attribuuntur, §. 1. ſi monaſtria, monaſterio addicuntur: ſi aſcetria, aſceterio adiudicantur: ſi diaconiſſa, eccleſiæ, cui ſeruit adſcribuntur: ita vt vſusfructus ad ipſam monaſtriam, ſiue aſcetriam, ſiue diaconiſſam,

quamdiu vixit,pertineat,d.l.raptores .§.bona.I V. Qui criminis participes sunt,vt conscij , ministri, susceptores , opem ferentes , non comitati raptorem in ipso raptu , tantùm capitali pœna plectuntur , bonis non ademptis,§.pœnas. V. Serui , qui ministerium crimini præbuerunt,cremantur , §.pen. V I. Matrimonium inter raptorem & raptam omnino prohibetur , §.nec sit. sed iure canonico permittitur,extr.de raptorib.c.vlt.

Tit. XIV. De emendatione seruorum.



Transit conditor Codicis à vi ad homicidium : quia cùm vis alicui infertur, sæpe inde oriuntur homicidia,supr.ad leg. Iul. de vi.l.6.Hoc crimen regulariter punitur lege Cornelia,de qua dicetur infr.tit.16. sed cùm dominus seruũ suum occidit,ex constitutionibus punitur,nõ lege Cornelia, quia dominus in seruos ius habebat vitæ & necis,D.de his qui sui vel alien.iur. sunt.l.1.§.1.& 2.& Instit.eod.§.1.& 2.Sed quemadmodum lex Cornelia dolum requirit,nec ordinariam pœnam irrogat ei qui culpa occidit,D.ad leg.Corne.de sicar.l.7.ita etiam hoc casu constitutiones tantùm dolum puniunt,cùm eiusmodi est factum domini,vt voluntas occidendi appareat,veluti si gladio percusserit, vel suspendi,aut præcipitari iusserit:secus est,si virgis ceciderit,aut custodiæ causa(vt pater Eutyphronis fecit apud Platonem in Eutyphrone)in vincula coniecerit,l.vnic. vbi reprobatur dierum distinctio , intra quos seruus mortuus est , tradita in lege Mosis Exod. cap. 21. est enim lex iudicialis, non moralis , proinde Christianos non adstringit. Ergo domini in seruos hodie tantùm moderatam coërcitionem habent , D. de bis qui sui vel alien.iur.sunt,d.l.1.§.pen.& vlt.& Instit.eod.§.pen. & vlt. Grauia igitur crimina committentes non possunt competenti pœna afficere , sed eos apud competentes iudices accusare debent,D.de accus.l.5.& ad leg. Cornel.de sicar.l.circumcidere.11.§.vlt.

Tit. XV. De emendatione propinquorum.



Væ de domino dictasunt,eadem in patre obtinent: qui olim in liberos habuit ius vitæ &
1 necis,supr.de pat.potest.l.vlt. & D. de suis & legit. l. in fois. 11. hodie tantùm habet moderatam emendationem,supr.de pat.potest.l.4.& D.ad leg.Cornel.de sicar.l.2.& de leg. Pompe. de parricid. l. 5. Hæc modica emendatio etiam aliis propinquis senioribus in corrigendis adolescentibus tribuitur, vt iure patrio corrigant eorum errata,l.vn.Ceterùm si atrocitas facti domesticam disciplinam excedat,iudicum notioni seruari debet , & reus vel à patre accusari poterit , D. ad leg. Cornel.de sicar.d.l.2.vel à propinquis.vers.vlt.

Tit. XVI. Ad legem Corneliam de sicariis.

I. 2.iv.	*VI. 2.j.*
II. 2.iv.	*VII. 2 iij iv.*
III. 2.iv.	*VIII. 2.ij.4.*
IV. 2.iv.	*IX. 3.*
V. 2.iv.	



1 N hoc titulo deciduntur tres quæstiones.
2 ¶ Primò quæritur,quibus casibus irrogetur pœna per legem Corneliam.Hîc cõsiderantur quatuor circumstãtiæ. I.Ætas delinquẽtis : vbi traditur,etiam minorem vigintiquinque annis hac lege puniri,l.6.quoniam impunitas delicti propter ætatem non conceditur,dummodò delinquens ea ætate sit , in qua crimen , quod intenditur , cadere potest, infr.de pen.l. 7. & supr. si aduers. del.l.1.& 2.fieri tantùm potest,vt interdum propter ætatẽ pœna mitigetur, D.de minorib.l.auxilium.37.§.1. II. Ætas,non eius , in quem crimen commissum est.Nihil autem refert, quæcumque ætate sit,putà si sit infans, l.pen. III. Factum. Lex punit eum, qui hominem occidit:cuiúsve dolo id factũ est,& eum qui cum telo ambulauit hominis occidendi causa,l.7.Alia facta, quæ in hanc legem veniunt, referuntur D.hoc tit.& Instit.de publ.iudic. §. item lex Cornelia de sicariis.quæ tãtùm lectione egent,non interpretatione.IV.Causa faciendi.Hac lege punitur dolus,d.l.7.nõ culpa,ne quidẽ lata, D.eo.l.7.multò minus casus fortuitus , dummodò reus probet animum occidendi abfuisse,l.1.& l.5.Is quoque non tenetur,qui latronem vel alium aggredientem,sui defendendi gratia interemit,l.2.3.4.Qui tamen his defensionibus vtitur, veniam à principe debet impetrare , ne tamquam homicida puniatur:quod indicatur d.l.5.illis verbis,*secundum id,quod adnotatione nostra comprehensum est.* & apertiùs statuitur Nouel. Valentiniani de homicidio casu facto.

¶ Secundò quæritur , quomodò veritas inquiratur. 3
Vnus hîc modus proponitur,per quæstionem de seruis habendam:vbi traditur,ad insidias inter virum & vxorem factas detegendas , quæstionem haberi de omnibus seruis,tam viri,quàm vxoris,qui criminis tempore domi fuerunt,l.vlt.

¶ Tertiò quæritur,quæ sit huius legis pœna.Respon- 4
detur esse supplicium capitale,l.pen.id est,mortem, Institut. de public. iud. §. item lex Cornelia de sicariis. Hæc pœna non est ex ipsa lege, sed potiùs ex constitutionibus ad eam factis : nam lex pœnam deportationis cum omnium bonorum confiscatione irrogabat : quæ pœna in solis personis honestiori loco positis retenta est : humiliores enim capite puniuntur , D. hoc tit. l.3.§.vltim.

Tit. XVII. De his,qui parentes , vel liberos occiderunt.



Arricidij verbum accipitur tribus modis, I. Latè pro quocumque homicidio,vt in lege Numæ relata à Festo in verbo *Parricidiũ.* II. Angustè , vt coangustetur ad parentes, & liberos , & fratres vel sorores , & patruum, amitam auunculum , materteram , & consobrinum , consobrinam , & coniugem , & generum , nurũm , socerum,socrum , vitricum , nouercam , priuignum,priuignam,& sponsum,sponsam, & sponsi, sponsæ parentes aut liberos, & patronum,patronam , D. de leg. Pomp. de parricid. l. 1. vbi quædam personæ ex his , quos modò numeraui,tacitè continentur , vt matertera , socer,nouerca,D.eod.l.3.§.1.verba autem illa, *patruelẽm, matruelem,* aut sunt delenda , quod mihi planè videtur; aut ita accipienda , vt explicent præcedentia verba *fratrem,sororem,* vt frater vel soror patruelis dicatur,qui quæve ex eodem patre ortum ducit : matruelis, ex eadem matre. Sed cur non potiùs Iurisconsultus consanguineos & vterinos vsitatis vocabulis appellasset ? Itaque ea verba delenda puto , quæ nec in Basilicis extant. Nam si patruelem accipiamus , vt aliàs pro eo, qui patrui filius est , non suo loco recensebitur, & difficultas manebit , quomodò matruelis accipiatur : nouum est enim vocabulum quod alibi (vt opinor) non reperitur , nec dicere possumus matrueles esse filios materteræ , quia mox in contextu ponuntur conso

tur consobrinorum vocabulo receptissimo. III. Angustissimè, vt coarcterur ad eas tantùm personas, quæ parentum & liberorum locum inter se obtinent, vt patrem, matrem, auum, filium, filiam, nepotem, neptem, socerum, generum, nurum, vitricum, nouercam, priuignum, priuignam. Hoc parricidium punitur more maiorum, ita vt reus (id est, qui hoc crimen commisit, cuiúsve dolo factum est vt cômitteretur, & criminis conscius) virgis cæsus in culleo cum cane & gallo gallinaceo, & vipera & simia, prout regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proiiciatur, vel bestiis obiiciatur. Ceteri autem parricidæ pœna legis Corneliæ de sicariis plectuntur, l. vnic. & D. de leg. Pompe. de parric. l. pen. in princ. & §. 1. & Instit. de public. iudic. §. alia.

Tit. XVIII. De maleficiis, & mathematicis, & ceteris similibus.

I. 2. j.	*VI. 2. ij.*
II. 3.	*VII. 2. ij. 3. 4. j. ij. iij. iv.*
III. 2. iij. 4. j. 5. ij.	*VIII. 5. j.*
IV. 2. ij.	*IX. 5. ij.*
V. 2. ij. 3. 4. p. j. ij. iij. 5. ij.	

1 HVius tituli tres sunt speciales partes, prima de maleficiis, secunda de mathematicis, tertia de ceteris similibus impostoribus: quibus specialibus partibus accedit quarta generalis, quædam communia declarans.

2 ¶ In prima parte malefici dicuntur, qui in §. item lex Cornelia de sicariis. in fin. Instit. de publ. iud. & in lege Cornelia appellantur venefici. Tales sunt I. Qui veneno aliquem necarunt, quod est peiùs quàm gladio occidere, l. 1. & qui venenum hominis necandi causa fecerunt, vel vendiderunt, vel habuerunt, D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 3. II. Magi, qui incantationibus, & (vt loquitur Imperator in d. §. item lex Cornelia de sicariis.) susurris magicis in hominum perniciem vtuntur. Hi damnantur, si contra salutem hominum, vel pudicitiam, vel agriculturam aliquid moliantur, non item si prosint, veluti si faciant ne segetes corrumpantur, l. 4. 5. 6. 7. Sed rectiùs Leo Imperator, Nou. const. 65. omnes magorum incantationes in quemcumq; finem adhibitas condemnat, pœna mortis irrogata. Idcirco posterior pars dictæ l. 4. quę est in vers. nullis. tamquàm meritò a Leone correcta, in Basilicis prætermissa est. III. Sacerdotes, qui illicita & prohibita sacra faciunt, l. 3. & D. ad leg. Cornel. de sicar. l. ex senatusconsulto. 13. de quib. dictum fuit etiam supr. lib. 1. tit. 11. Hieronymus in cap. 2. Daniel. *Malefici*, inquit, *qui sanguine vtuntur & victimis, & sæpe contingunt corpora mortuorum: consuetudo autem & sermo communis magos pro maleficis*

3 *accipit.* ¶ In secunda parte mathematicorum appellatione significantur, non qui geometriam, l. 2. aut alias mathematicas disciplinas colunt, sed qui suas imposturas hoc vocabulo tegunt: & ita se habent ad veros mathematicos, vt sophistæ ad philosophos, circúforanei ad medicos, rabulæ ad aduocatos, hæretici ad theologos. Mathematicos, genethliacos, & Chaldæos pro eodem accipit Hieronymus dicto loco, quemadmodum planetarij & mathematici pro eodem accipiuntur xxvj. q. 2. c. illos. 8. sed in l. 5. mathematici à Chaldæis distinguuntur: quare puto Chaldæos vocari, qui ex natiuitatibus & siderum adspectu futura prædicunt: mathematicos, qui aliarum mathematicæ philosophiæ partium prætextu vaticinantur, vt geomantæ, chiromanthæ, physiognomi, qui ex terra, manuum, & vltus inspectione futura prædicunt. Horum omnium artes damnantur, l. 1. l. 5. & l. 7. & xxvj. q. 2. d. c. illos. etiamsi ex bono zelo fiant, extr. de sortileg. cap. 2.

Anal. Cod.

¶ Tertia pars est de ceteris similibus impostoribus, 4
qui appellantur vates, l. 5. quo vocabulo continentur, qui diuinandi seu vaticinandi artem profitentur, Plaut. in Milit. actu 3. sce. 3.

Bonus vates poteras esse: nam quæ sunt futura, dicis.

Tales sunt I. Haruspices, l. 3. 5. 7. qui harugis inspectis diuinant. Donatus in phorm. act. 4. sce. 4. *Haruspex ab haruga nominatur: nam haruga dicitur hostia ab hara, in qua concluditur & seruatur: hara autem est, in qua pecora includuntur.* Festus, *Haruga dicebatur hostia, cuius adhærentia inspiciebantur exta.* II. Harioli, l. 5. & 7. Donatus dicto loco, *Hariolus est, qui diuina mente vaticinatur. dictus hariolus quasi fariolus à fatis. & à fando. H enim pro F, & item F pro H in multis locutionibus mutabantur: an ab halando? nam halitu solem excludere velut mortalem animam, vt diuinam recipiant.* III. Augures, l. 5. & 7. qui ex auium volatu, cantu, pastu futura prædicunt. IV. Somniorum interpretes, l. 7. quos ὀνειροπόλους vocat Homerus Iliad. 1.

¶ In vltima tituli parte de pœna, quæ ob dicta cri- 5
mina irrogatur, tria traduntur, I. Æquè puniendi sunt, qui artes prohibitas docent, & qui discunt, l. penultim. II. Non solùm impostores prædicti gladio puniuntur, l. 5. ex lege Cornelia de sicariis, D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 3. & Institut. de public. iudic. §. item lex Cornelia de sicariis. sed etiam qui eorum opera vtuntur, d. l. 5. & qui eos occultant, vel clam occidunt, l. vlt. Præterea omnibus amicitia cum haruspice vel sacerdote interdicitur: adeo vt sacerdos, qui ad alterius domum venit, cremetur: is verò, qui eum aduocauit, bonis omnibus confiscatis deportetur, l. 3.

Tit. XIX. De sepulchro violato.

I. 3 j.	*§. huic autem. 1. 3. ij.*
II. 3. ij. 4. vj.	*V. 1. 3. ij. 4. iv.*
III. 4. viij.	*VI. 3. iv. 4. vij.*
IV. in princ. 3. ij. 4. v.	

CRimen sepulchri violati & sacrilegio 1
proximum est, l. 5. & maleficio, de quo superiori titulo dictum fuit: si quidem malefici (vt ait Hieronymus loco suprà citato) mortuorum corpora contingere solent, quod in crimen sepulchri violati incidit, l. 4. §. huic autem.

¶ De hoc crimine duæ quæstiones dissoluuntur. 2

¶ Primò quæritur, quibus modis sepulchrum viola- 3
ri dicatur. Quatuor modi hoc titulo proponuntur. I. Contrectatione rei religiosæ, emptionis & venditionis causa, l. 1. II. Demolitione sepulchrorum, & detractione lapidum, columnarum, vel cuiusuis materiæ, siue ędificandi, siue vendendi gratia fiat, l. 1. l. 4. in princ. & l. 5. III. Contrectatione corporum sepultorum, seu reliquiarum, d. l. 4. §. huic autem. IV. Impedita defuncti sepultura prætextu debiti, l. vlt.

¶ Secundò quæritur, quæ sit pœna sepulchri viola- 4
ti. Sciendum est plura esse iudicia de hoc crimine, proinde plures pœnas. I. Datur actio priuata in id quod interest, D. eod. l. 3. §. qui de sepulchri. & §§. seqq. & l. de sepulchro. 9. II. Actio popularis in centum aureos; vel ob sepulchrum inhabitatum, ædificiumve non sepulchri causa factum, in ducentos aureos, d. l. 3. in princ. III. Accusatio ex lege Iulia de vi publica, D. eod. l. sepulchri violati crimen. 8. IV. Ex constitutionib. irrogatur pœna sacrilegij, l. 5. V. Ex constitutionibus infligitur pœna decem librarum auri fisco inferendarum,

l.4. V I. Ob corpora extracta, vel ossa eruta, humiliores vltimo supplicio afficiuntur, honestiores in insulam deportantur: ex aliis causis, quibus sepulchrum violatur, humiliores damnantur in metallum, honestiores relegantur, D.eod.l.vlt. Seruus quoque, si inscio domino sepulchrum demolitus est, in metallum damnatur; si iussu domini fecit, relegatur, & eius ædificiũ in quod ossa detracta de sepulchro trãslata sunt, confiscatur, l.2. V I I. Facta per quæ prætextu debiti sepultura impedita est, vt cõfessiones, fideiussiones, pignora non tenent, sed omnia in pristinum statum reuocantur: & qui hac ratiooe sepulturam impediuit, quinquaginta libris auri multatur: ad quas soluendas si idoneus non sit, corpore pœnas luet, l. vlt. V I I I. Iudices hoc crimen vindicare negligentes, viginti libras auri sacris largitionibus inferunt, l.3.

Tit. X X. Ad legem Fabiam de plagiariis.

I. 3 j. 10. j. ij.	I X. 3. ij.
I I. 3. ij. 11. iij.	X. 4.
I I I. 10. j. ij. iij.	X I. 7. j.
I V. 10. iv.	X I I. 11. iv.
V. 7. ij. 10. iv.	X I I I. 10. j.
V I. 5. 6. j.	X I V. 6. ij.
V I I. 7. j.	X V. 7. j.
V I I I. 6. ij. 10. iv.	X V I. 9. ij. iij.

1 SEquitur crimen plagij: de quo tria declarantur, videlicet quomodò committatur, qui sint eius effectus, & quæ actiones cum
2 accusatione plagij concurrant. ¶ Quod ad primum attinet, considerantur seruus alienus, seruus proprius, & homo liber, in quibus interdum admitti-
3 tur plagium, interdum non admittitur. ¶ In seruo alieno plagium admittitur, I. Si seruus sit solicitatus & exportatus, l. 1. I I. Si fugitiuus sit susceptus, & occulta-
4 tus, l.eum qui.9. & in fugam datus, l.2. ¶ Non committitur autem ab eo, qui plagio abductũ emit bona fide, l.comparantem.10.quia non est plagium sine dolo, D.
5 eod. l.3.in princ. ¶ In seruo proprio plagium committitur, si dominus seruum, qui in fuga est, vendat, vel aliter alienet, l. 6.in princ. (quod ius senatusconsulto introductum est, D.eod.l.2.§.vlt.) nisi coheredes vel socij in rerum communium diuisione de fugitiuo seruo li-
6 citationem faciãt, d.l.6.vers.exceptis. ¶ Non committitur, I. Si venditio conferatur in tempus, quo fugitiuus deprehensus fuerit: siue alicui mandetur vt requirat, & deprehensum vendat, d.l.2. §.1. siue vt requirat, & cùm deprehenderit, emptum habeat, d. l. 6. vers.ita d.l. 2.§. pen. I I. Si is qui seruum suppressisse seu celasse dicitur, dominum se esse ostendat, l.præses. 8. aut iusta ratione ductũ existimasse eum seruum, vel filium suum esse, non autem criminis vitandi causa hoc asserat, l.plagij. 14. sola enim dominij allegatio à plagij pœna non
7 liberat, D.eod.l.5. ¶ In libero homine plagium admittitur, I.Si quis sciens eum asportet, l.7.seu vendat, l.pen. vel donet, vel in dotem det, vel emat, vel in dotem accipiat, D.eod.l.4. quamquàm hac ratione status hominis liberi non mutatur, l.abducti. 11. II. Si homo liber supprimatur & celetur, vel vinctus habeatur. l. 5.& D.
8 eod.l.pen.§. vlt. ¶ Iam declarandi sunt effectus plagij. Dictum est, plagio non mutari statum hominis liberi abducti: nunc de pœna plagij dicamus: de qua duæ
9 quæstiones decidũtur. ¶ Primò quæritur, quæ sit pœna. Tria inta hîc sunt distinguenda. I. Ex lege Fabia erat pœna pecuniaria: sed hæc pœna in desuetudinem abiit, D. eod. l. vlt. I I. Iure nouo plagiatij extra ordinem coercentur, & plerumque in metallum damnantur, l.vlt.in princ. (vbi ex C.Th.leg. *tenebantur*, non *teneantur*) & D.eod. l. vlt. Hanc pœnam puto significari in l. 7. vbi dicitur irrogari pœna capitalis. I I I. Iure nouissimo serui & libertini bestiis subiiciuntur, ingenui
gladio plectuntur, l.vlt.in princ. ¶ Secundò quæritur, 10
quæ necessaria sint ad hoc, vt plagij pœna quis afficiatur. Quatuor requiruntur. I. Accusatio, l.3. quæ quidem publica est, l.plagij.13. I I. Inscriptio, d.l.3. I I I. Condemnatio, d. l. 3. I V. Competentia iudicis, vt putà in vrbe de hoc crimine cognoscit præfectus vrbi, Vlpianus apud Rufinum tit.14. vt & de aliis criminibus, D. de offic.præf.vrb.l.1. in prin. in prouinciis præsides, l.4. l.5.l. præses.8. non procurator Cæsaris, nisi vice præsidis fungatur, d.l.4. Vlpianus apud Rufinum dicto titulo. 14.
¶ Superest, vt alia iuris remedia cum accusatione 11
plagij concurrentia proponam. Hæc autem sunt: I.Rei vindicatio, l. 1. I I. Accusatio de vi, aut raptu, d. l. 1. I I I. Actio serui corrupti, l. 2. I.V. Actio furti, l.si quis seruum.12.

Tit. X X I. Ad legem Viselliam.

VT lex Fabia personas ingenuorum, ita 1
lex Visellia eorum dignitatem tuetur, ne eorum ordinem libertini polluant gerentes se pro ingenuis, & vsurpantes honores solis ingenuis debitos.
¶ De his libertinis traduntur quatuor regulæ. I. Pa- 2
tronus ab eis operas petere potest. I I. Possunt criminaliter accusari ex lege Visellia. I I I. Si in curiam irrepserint quasi ingenui, eiiciuntur è curia, & notantur infamia, & multantur pecunia. I V. Munera in patroni patria subeunt tamquàm liberti.
¶ Adduntur duæ exceptiones. I. Nisi libertus ius au- 3
reorum anulorum à principe impetrauit: tunc enim, etsi non statum, tamen imaginem ingenuitatis obtinet, & ad honores ingenuorum admittitur. I I. Nisi natalibus sit à principe restitutus: tunc enim etiam statum ingenuitatis obtinet, h. l. & inst. quan.ciu.act. crim.præiud.l.vnic. vers. & cùm libertus. & si seru. aut libert.ad decur.adspir.l.1.& supr. de iur. aur. anul. l. 2. Addit Cuiac.ex Sueton.in Claudio, cap. 24. exceptionem. I I I. Nisi libertus ab ingenuo sit adoptatus. Sed hanc exceptionem nec verbá Suetonij probant, nec admittendum puto: quoniam libertus ab extraneo adoptari non potest, D.de adopt.l.si paterfamilias.15.§.vlt. quod si à patrono adoptetur, id est, si ex rescripto principis arrogetur, libertinus manet, D.eod.l.vlt.

Tit. X X I I. Ad legem Corneliam de falsis.

I. 3. iij. 13. ij. 16. ij.	X V I. 4. 13. j.
I I. 4. 7. j.	X V I I. 3. j. 4. 6. j. 11. iij. 14. iv.
I I I. 3. j. iv.	X V I I I. 14. ij.
I V. 3. j. ij. 14. vj.	X I X. 5. j.
V. 4. 5. ij.	X X. 14. v.
V I. 8. 3. j. 7. ij.	X X I. 11. ij.
V I I. 14. j.	X X I I. in princ. 12. j.
V I I I. 3. j. 14. ij.	§. j. 9.
I X. 3. j. 4. 14. iij.	§. sed inter. 15. j.
X. 3. iij. 6. j.	§. nec vlla. 15. ij.
X I. 4. 6. ij. 7. j.	§. pen. 16. j.
X I I. 14. iv.	§. vlt. 16. ij.
X I I I. 3. j.	X X I I I. 3. j. 4. 10.
X I V. 3. iv.	X X I V. 3. j. 4.
X V. 3. j.	

Superiori

1 Vperiori titulo punitum est lege Visellia falsum in statu personæ commissum: hoc autem titulo punitur lege Cornelia falsum in scripturis, & in subiecto partu admissum.

2 ¶ Huius tractatus capita sunt nouem. ¶ Primum
3 caput est de facto, quo quis in falsi pœnam incidit: quod quidem est multiplex. I. Si quis testamentum, vel codicillos, aliúdve instrumentum seu scripturam falsam fecerit, signauerit, recitauerit, subiecerit, l. 3. l. 6. l. si falsos. 8. l. si docueris. 9. l. qui veluti. 13. l. sicut. 17. l. pen. l. vlt. & Inst. de publ. iudic. §. item lex Cornelia de falsis. Quid ergo, si creditore & debitore consentientibus instrumenti seu chirographi dies repetatur seu præferatur, (Galli antidatam vocant) veluti si hodie scripto instrumento apponantur Kalendæ superioris mensis, quasi tunc cõscriptum fuerit? Inter ipsos consentientes non dicitur falsitas, D. de fi. instrumen. l. 3. sed simulatio, vt & ceteris casib. quib. aliud est actum, aliud partium consensu scriptum, supr. plus vale. quod ag. to. tit. sed si in tertij preiudicium id fiat, falsi accusationi locus est, D. h. t. l. si à debitore. 28. Finge duos esse creditores hypothecarios Titij, Seium & Mæuium: quorum ille Kalendis Martiis, hic Kalendis Septembris eodem anno pecuniam crediderit: sed contractui Mæuij adiectam esse dolo malo diem Kalẽdarum Ianuarij: accusatio falsi Seio competit. Sed etsi Sempronius diei scriptura deceptus pignus à Mæuio quasi antiquiore creditore emerit, rectè falsi accusationem instituet, l. si creditor. 15. vbi dicitur creditorem non officere emptori, sed se criminis accusationi facere obnoxium, id est, nõ obstringere innocentem emptorem falsi crimine, eò quòd falso instrumento emptor per errorem vtitur, arg. l. 4. sed ab eo posse accusari, quia dolo malo eum decepit. II. Si quis falso rescripto sciens, non ab alio deceptus vtatur, d. l. 4. III. Si falsum partum supponat, l. 1. l. cum suppositi. 10. IV. Si testamentum vel codicillos amoueat seu celet, l. 3. l. eum qui. 14. cum sim. Alia facta petenda sunt ex titulis se-
4 quentibus, & ex D. hoc tit. ¶ Secundo capite declaratur, quæ iudicia de falso reddantur. Vbi notatur, de falso tam ciuiliter, quàm criminaliter agi posse, l. 2. l. 5. l. si docueris. 9. l. si lis. 11. l. de fide. 16. l. sicut. 17. l. pen. & l. vlt. & infr. quan. ciui. act. crim. præiud. l. vn. vers. & suppresso. & D. de tabul. exhib. l. 3. §. si quis dolo. nam ciuile iudicium priuata vtilitas, criminale vigor publicæ disciplinæ postulat, arg. l. locatio. 9. §. quod illicitè, D. de
5 publican. ¶ Tertio capite quæritur, qui de falso conqueri possint: vbi dantur duæ regulæ. I. Mulier, si res ad eam pertineat, cauere debet, ne temerè & per calumniam accuset: si verò ad eam non pertineat, quamuis aliquando pertinuerit, tamen si pertinere, putà ob alienata prædia, desierit, accusare nequit, l. etsi. 19. II. Filius contra matrem de falso ciuiliter agere potest, non criminaliter, quemadmodum nullum aliud capitale crimen contra eam intendere potest, l. 5. & D. de accusat. l. hi tamen. 11. §. 1. Adde III. Regulam, Suppositi partus non omnes accusare possunt, sed soli parentes; aut hi, ad quos ea res pertinet, D. h. t. l. lege Corne-
6 lia testamentaria. 30. §. 1. ¶ Quarto capite de foro seu iudice competenti dantur duæ regulæ. I. Falsi iudex competens est rector prouinciæ, siue ciuiliter agatur, siue criminaliter, l. cùm suppositi. 10. & l. sicut. 17. II. Iudex pedaneus de falso non criminaliter, sed ciuiliter
7 cognoscere potest, l. si lis. 11. ¶ Quinto capite de effectu institutæ accusationis duo traduntur. I. Si debitor morandæ solutionis gratia dicat falsum esse instrumentum, ex quo conuentus est, nihilominùs soluere cogitur, salua criminis accusatione, l. 2. Sed si tempestiuè hoc crimen obiiciat, si quidem per modum exceptionis in iudicio ciuili, quo conuentus est, iudex de fide instrumenti priùs inquiret, quàm sententiam definitiuam proferat, aut eum soluere cogat, d. l. si lis. Si verò criminaliter, iudicium ciuile suspendetur, donec criminale finem accipiat, supr. de ordi. iudic. l. vlt. & ad leg. Iul. de adulter. l. adulterij. 33. vers. cùm & iurgia. II. Qui falsum testamentum dixit, nec obtinuit: id perdit, quod sibi in eo testamento relictum fuit, l. 6. & supr. de his quib. vt indig. l. 2. & D. eod. l. 5. §. 1. & §. ei qui. Videlicet si vsque ad sententiam perseuerauerit, nec antea destiterit ab accusatione, sup. eod. l. 2. ¶ Sex- 8
to capite de probatione tres quæstiones deciduntur.
¶ Primò quæritur, vtrùm probatio ab accusatore, an à 9
reo requiratur. Respondetur, hoc onus vtrique iniungi, l. vbi. 22. §. 1. ¶ Secundò quæritur, qualis probatio 10
requiratur. Respondetur, in iudicio criminali acerrimam fieri inquisitionem, d. l. vbi. in princ. ita vt probationes certissimæ afferantur, supr. de probat. l. vlt. in ciuili autem iudicio leuiorem inquisitionem admitti, l. pen. ¶ Tertiò quæritur, quomodò falsum probetur. 11
Hic tria traduntur. I. Veritas inquiritur argumentis, testibus, scripturarum collatione, & aliis vestigiis veritatis, d. l. vbi in princ. II. Quæstio habetur etiam de decurionibus, l. si quis. 21. III. Iudex certis indiciis motus iubere debet, vt exhibeantur personæ, quæ sunt per tormenta interrogandæ, vt veritas appareat, l. sicut. 17. & infr. de quæstiomb. l. milites. 8. §. 1. ¶ Septimo 12
capite proponuntur exceptiones, quibus reus se tueri potest, vel non. Hæ sunt partim dilatoriæ, partim peremptoriæ.

¶ Dilatoriæ duæ sunt. I. Si procuratorio nomine de 13
falso agatur. Hæc exceptio admittitur in iudicio criminali, non in ciuili, l. de fide. 16. II. Si muliere subiecti partus accusata, petatur accusationem differri, ne præiudicium filio impuberi fiat, in tempus pubertatis. Hæc exceptio reprobatur: quia cùm causa subiecti partus sit capitalis, non est verisimile mulierem cum capitis sui periculo infideliter aut negligenter causam defensuram, l. 1.

¶ Peremptoriæ sunt, quæ sequuntur. I. Transactio- 14
nis, quæ de falsi crimine facta est, l. 7. Nam de falso transigi potest, supr. de transact. l. transigere. 18. & difficile est, vt is, qui transegit, ad accusandum admittatur, d. l. 7. id est, nisi aduersus transactionem restituatur causâ cognitâ. II. Non vsus, id est, si reus dicat se non esse vsum falso instrumento. Hæc exceptio prodest ei, qui falsum non fecit, & ob solum vsum accusatur, non ei qui falsum fabricatus est, l. si falsos. 8. III. Indulgentiæ principalis, id est, si princeps crimen remiserit. Hæc exceptio valet in iudicio criminali: sed non obstat, quominùs ciuiliter de falso quæratur, l. si docueris. 9. IV. Temporis, id est, viginti annorum, non breuioris, l. querela. 12. quia sicut non scriptura tempore non euanescit, ita falsa tempore non confirmatur, l. sicut. 17. sed tantùm viginti annorum præscriptione accusator summouetur, d. l. querela. V. Erroris, veluti si quis exemplum libelli supplicis, aliter per errorem edat, quàm scriptus fuerit: quia falsum sine dolo non committitur, l. nec exemplum. 20. VI. Deceptionis, veluti si quis ab alio deceptus falso rescripto vtatur, l. 4. VII. Dominij. Veluti si reus asserat se vsucepisse fundum, de quo factum instrumentum falsi arguitur. Speciem sic finge. Titius fundum quasi emptum possedit per decennium; nunc instrumentum emptionis dicitur esse falsum. Excipit Titius se iam decennio fundum vsucepisse: proinde frustra de falsitate instrumenti quæri. Hæc exceptio reprobatur: quia cùm ab initio falsum commissum sit in instrumento quasi venditionis scribendo, fieri non potuit, vt inde iusta possessio acquiratur, vel vsucapio, quæ bonam ab initio fidem requirit,

15 procedere possit, l. ex initio. 18. ¶ Octauo capite de of-
ficio iudicis dantur duo præcepta. I. Iudex inter accu-
satorem & reum medius fit, l. vbi. 12. §. sed inter. Aristo-
teles 5. Ethic. cap. 4. *ζητοῦσι τὸν δικαστὴν μέσον, καὶ καλοῦ-*
σιν ἔνιοι μεσιδίους, ὡς, ἐὰν τοῦ μέσου τύχωσι, τοῦ δικαίου τευ-
ξόμενοι. μέσον ἄρα τι τὸ δίκαιον, εἴπερ καὶ ὁ δικαστής, id
est, *Quærunt iudicem medium: & nonnulli eum vocant*
mediatorem, quasi, *si medium consequantur, ius suum obti-*
neant: ius igitur est medium quiddam, si quidem etiam iu-
dex est medius. vide supr. de postul. §. 12. II. Nulla in-
terlocutione diuulget, quæ sentit, sed imitetur eum,
qui tantùm audiendi & referendi potestatem habet, &
tum demùm, cùm sententiam definitiuam proferet,
mentem suam aperiat, d. l. vbi. §. nec vlla. Hoc officium
in dubium à veteribus reuocatum fuisse, & contrarias
16 eorum opiniones refert Gellius lib. 14. c. 2. ¶ Nono
capite de fine & effectu huius iudicij duo traduntur.
I. Finiendum est omnimodò intra biennium à die litis
contestatæ, d. l. vbi. §. pen. & infr. vt in. cer. temp. crim.
quæst. termin. l. vltim. II. Pœna falsi regulariter est de-
portatio, interdum vltimum supplicium, vt in seruos,
& in partu subiecto, l. 1. d. l. vbi. §. vlt. & Inst. de public.
iudic. §. item lex Cornelia de falsis.

officio (subaudi, vitę) l. t. id est, vita functus & mortuus,
quia testamenta morte confirmantur. IV. Si impubes,
nondum doli capax sibi adscribat, D. ad leg. Cornel. de
fals. l. impuberem. 23. in princ.

¶ Pœna autem commissa remittitur, sed relictum 4
non capitur, si quis veniam à principe impetrauerit:
quæ venia ignorantiam & errorem profitentibus in-
terdum conceditur, sed rarò, l. 3. Indulgetur autem I.
Militi, l. 5. II. Mulieri, D. ad leg. Cornel. de fals. d. l. Di-
uus. §. matri. & §. seq. III. Minori viginti quinque an-
nis, arg. l. 5. D. eod. IV. Seruo, qui iussu domini sibi ad-
scripsit, l. vlt. & similiter filio, qui iussu patris, in cuius
potestate erat, sibi adscripsit, D. ad leg. Cornel. de fals.
l. si pater. 11. §. 1. secus si emancipatus patre dictante
sibi adscripsit, l. 1. in princ. & D. ad leg. Cornel. de fals.
l. filius. 14. in princ. & §. vlt. V. Marito, qui sibi adscripsit
in testamento vxoris, l. 4. VI. Si extraneus in testamen-
to sibi adscripsit, ac testator in codicillis significauit
se testamentum dictasse, l. 2. §. 1.

¶ Si verò minor vigintiquinque annis legata à se in 5
testamento data, in codicillis sua manu scriptis, iussu
patris ademit, senatus ei pœnam remittit, & heredita-
tem capere permittit, D. ad leg. Cornel. de fals. d. l. 5.

Tit. XXIII. De his, qui sibi adscribunt in testamento.

I. 2.ij, 3.iij. 4.iv.	*IV. 1.2.j. 2.ij.*
II. in princ. 3.j.	*V. 2.j. I.j.*
§. j. 2.j. 4.vj.	*VI. 2.j. 4.iv.*
III. 2.ij. 4.p.	

1 NOn solùm falsum punitur, vt superiori ti-
tulo expositum fuit, sed etiam quasi fal-
sum, D. ad leg. Cornel. de fals. l. 1. §. vlt. vi-
delicèt si quis in testamento, vel codicillis
aliquid sibi adscripserit volente testato-
re: quod factum senatusconsultis Liboniano & Clau-
diano, & edicto Diui Claudij (idem Neroni attribuit
Sueton. in Nerone, cap. 17.) coercetur, l. 4. & D. ad leg.
Cornel. de fals. l. 1. §. ad testamenta. l. Diuus 15. Si quis
autem nõ sibi, sed ei in cuius potestate est, vel ei, quem
in potestate habet, vel ei qui in eadem potestate est, ad-
scripserit, non continetur verbis senatusconsultorum:
sed nihilominùs ad legem Corneliam de falsis redigi-
tur interpretatione Iurisconsultorum, D. eo. l. de eo. 10.
in princ. & l. filius. 14. in princ. & d. l. Diuus. in princ.

2 ¶ Hoc igitur casu, siue his casibus, I. Quod scriptum
est, pro non scripto habetur, l. 2. §. 1. l. 4. l. 5. & l. vltim.
II. Pœna legis Corneliæ de falsis irrogatur, l. 1. §. 4. id
est, homo liber bonis confiscatis deportatur, seruus ca-
pite plectitur, D. ad leg. Cornel. de fals. l. 1. §. vlt.

3 ¶ Hæc pœna ipso iure cessat, & relictum capitur,
I. Si ipse testator legatum testamentario adscripsit, id
est, si testamentarius ceteras testamenti partes scripsit:
ea verò pars, qua testamentario relictum est, manu te-
statoris exarata est, l. 2. in princ. II. Si testator testa-
mento subscripsit. Et si quidem testatoris filius vel ser-
uus sibi in testamento adscripsit, sufficit generalis sub-
scriptio testatoris. Si verò extraneus sibi adscripsit,
non sufficit generalis subscriptio, sed requiritur specia-
lis, vt hæc aut similia verba adiiciantur, *Quod illi di-*
ctaui, & recognoui, D. ad leg. Cornel. de fals. l. 1. §. inter.
III. Si is, qui in testamento hereditatem sibi adscripsit,
ab intestato ad successionem vocatur, vt filius quamuis
emancipatus: frustra namque pro non scripto habere-
tur, quod nihilominùs per bonorum possessionem vn-
de liberi ad eundem perueniret: quare perinde habe-
tur, ac si pater filium heredem scripsisset functus dulci

Tit. XXIV. De falsa moneta.

I. in pr. 2. 10.	*§. domus. 3. j. ij.*
§. j. 4.	*§. viduas. 3 iij. iv.*
§. si quis autem. 5.	*II. 1. 7.*
§. appellandi. 8.	*III. 7.*
§. si verò miles. 2.	

QVi adulterinam monetam cudit, non so- 1
lùm falsi reus est lege Cornelia, quæ inde
numaria vocata est. Cic. Verri. 3. sed etiã
læsæ maiestatis, l. 2. ¶ Hic ab omnibus, 2
ad quos locus pertinet, in quo falsa mo-
neta cusa est, inquiri debet, ac iudici tradi, l. 1. in pr.
Quòd si miles, aut ad aliquam dignitatem promotus
sit, vt ab eo, qui inuestigauit, iudici tradi nequeat, eius
nomen & gradus ad competentem iudicem deferri
debet, d. l. 1. §. si verò miles.

¶ Non inquirentis negligentia punitur confiscatio- 3
ne domus, vel fundi, in quo crimen admissum est. Sed
excipiuntur, ne hac pœna teneantur. I. Qui ab initio
ignorantes, quamprimùm de crimine certiores facti
sunt, illud prodiderunt, d. l. 1. §. domus. in princ. II. Qui
lõgissimè à loco absunt: sed serui, aut incolæ, aut colo-
ni, qui ministerium præbuerunt, vnà cum eo qui fecit,
capitali pœna plectuntur, d. l. 1. §. domus. vers. Si verò
longissimè. III. Viduæ, nisi criminis consciæ sint, d. l.
1. §. viduas. IV. Pupilli, etiamsi conscij fuerint: sed tu-
tores, qui in proximo habitantes scire potuerunt, quid
in locis pupilli gereretur, tantum fisco inferunt, quan-
tum pupillus inferret, nisi ob ætatem excusaretur, id
est, quanti æstimatur locus, in quo falsa moneta cusa
est, d. l. 1. §. viduas.

¶ Accusare inuitus nemo cogitur, sed ad accusan- 4
dum inuitatur præmio, id est, immunitate pro modo
patrimonij concedenda, d. l. 1. §. 1.

¶ Miles, qui reum de custodia dimisit, capite plecti- 5
tur, d. l. 1. §. si quis autem.

¶ De reo quæstio habetur per tormenta, vt conscios 6
criminis prodat, d. l. 1. in princ.

¶ Rescriptum siue adnotatio principis ei faculta- 7
tem cudendæ monetæ concedens non prodest, quò
minùs legitimæ pœnæ subiiciatur, l. vlt. id est, concre-
metur, l. 2. ¶ Appellandi licentia ei denegatur, d. l. 1. §. 8
appellandi.

Tit. XXV.

Tit. XXV. De mutatione nominis.

1 FAlsi quoque nominis vel cognominis assertario pœna falsi coërcetur, D. ad leg. Cornel. de fals. l. falsi nominis. 13. in princ. nisi sine fraude nouum quis nomen, vel prænomen, vel cognomen assumat: quia vt nominum impositio, ita & mutatio libera est, dummodò fraus absit, l. vnic.

Tit. XXVI. Ad legem Iuliam de ambitu.

1 SAtis dictum est de crimine falsi: sequitur ambitus, quem committunt, qui illicitè, vt datis pecuniis, ad aliquem honoris, vel officij gradum contendunt. Inter hos referuntur, qui administrationis ratione non reddita, idem officium petunt, & continuant: qui quidem officio priuantur, debitum soluere coguntur, & deponuntur, l. vnic.

Tit. XXVII. Ad legem Iuliam repetundarum.

I. 2 j 3. j. 7. j.	*IV. 2. j. 3. iy. 5. 6. j.*
II. 2. j. 3. j.	*V. 2. j. iy. 5. 6. y. 7. j.*
III. 2. j. 3. iy.	*VI. 3. y. 4. j. 5.*

1 HOc titulo quinque quæstiones deciduntur.
2 ¶ Primò quæritur, qui teneantur hac lege Iulia repetundarum. Tenentur I. Quicumque administratione, officiô, vel ministerio publico funguntur, D. eo. l. 1. vt dux, l. 1. comes domorum, l. 5. iudex, l. 2. siue sit in administratione positus, l. 4. siue iudex pedaneus, l. 3. II. Eorum comites, D. eod. l. 5. III. Eorum heredes, l. 5. & D. eo. l. 2. & de accusat. l. ex iudicio. 20. & ad leg.
3 Iul. pecul. l. vlt. ¶ Secundò quæritur, quam ob causam, siue ob quod factum teneantur. Tenetur I. Qui per concussionem aliquid extorsit, abstulit, rapuit, siue per se, l. 2. siue per alium, vt domesticum, id est, corporis custodem, vel manipularium, id est, gregarium militem, l. 1. II. Qui promotionis causa pecuniam dedit, vel accepit, l. vlt. III. Qui sententiam vendidit, l. 3. &
4 4. ¶ Non tenetur I. Qui salarium accepit, d. l. vlt. II. Qui accepit à personis exceptis, D. eo. l. 7. §. 1. nempe à sobrinis, vel propinquioribus adgnatis, vel vxore, D. eo. l. 1. §. 1. III. Qui xeniola accepit, seu victus quotidiani causa, quæ intra paucos dies consumantur, D. de offic. procons. l. 6. §. vlt. dummodò hæc non accipiat ab
5 iis, qui coram se litigant, d. l. 7. §. 1. ¶ Tertiò quæritur, à quibus accusari possunt. Hoc crimen publicum est, l. vlt. idcirco non solùm is, qui concussionem passus est, l. 4. & 5. sed etiam quiuis alius ad accusandum admit-
6 titur, d. l. vlt. ¶ Quartò quæritur, quando accusari possunt. Hîc duo notantur. I. Accusari aliquis potest tam durante, quàm finita administratione, l. 4. quod Cuiacius putat speciale esse in casu ibi proposito: ego verò generaliter verum puto. II. Etiam post delinquentis mortem accusatio admittitur intra annum, l. 5. & D. eo.
7 l. 2. ¶ Quintò quæritur, quæ sit huius criminis pœna. Duplex pœna irrogatur. I. Restitutio quadrupli, l. 1. quod cùm restituendum est ei, qui sacræ domui pensiones debet, in pensiones debitas imputatur, l. 5. II. Dignitatis amissio, infr. de dign. l. iudices. 12.

Tit. XXVIII. De crimine peculatus.



CAptæ pecuniæ à priuatis pertinent ad crimen repetundarum, de quo proximè dictum fuit: captæ autem ex publico, nec relatæ in ærarium, spectant ad crimen pe- 1
culatus. ¶ Hoc quoque crimen publicum 2
est ex lege Iulia, l. vn. ¶ Qua lege tenentur, I. Qui tem- 3
pore administrationis publicas pecunias subtraxerunt. II. Qui ministerium eis ad hoc præbuerunt. III. Qui subtractas ab his pecunias scientes acceperunt, d. l. vn.
¶ Pœna est capitalis, d. l. vnic. 4

Tit. XXIX. De crimine sacrilegy.

I. 1. y.	*III. 1. sv.*
II. 1. sy.	

SAcrilegij tenentur, I. Qui publica sacra 1
compilant, D. ad leg. Iul. pecula. l. sacrilegi. 9. §. 1. & de pœnis, l. aut facta. 16. §. locus. II. Qui diuinæ legis sanctitatem aut nesciendo confundunt, aut negligendo violant, l. 1. Illos vulgò vocamus hereticos; hos verò, Dei contemptores, & atheos. III. Qui in dubium reuocant, an is sit dignus & idoneus, quem princeps elegit, l. 2. & supr. de diuers. rescript. l. 5. IV. Qui prouinciæ, ex qua ortum ducunt, administrationem petunt: quamquàm à principe sponte offerente accipere rectè possunt, l. vlt. & sup. vt nulli patr. suæ administr. l. vn. ¶ Pœna sacrilegij est capita- 2
lis, d. l. sacrilegi. in princ.

Tit. XXX. De seditiosis, & de his, qui audent plebem contra quietem publicam colligere.

I. 2. 3. j.	*II. 2. 3 y.*

DVæ videntur esse partes huius rubricæ: 1
sed posterior est prioris interpretatio. Nam seditio nihil aliud est, quàm plebis contra quietem publicam collectio: & seditiosi sunt, qui plebem contra publicam quietem colligunt. Ac seditio dicitur quasi seorsum itio. Cic. lib. 6. de repub. referente Nonio, *Ea dissensio ciuium, quòd seorsum eunt alij ad alios, seditio dicitur.*
¶ Multitudini parcitur, ac puniuntur seditionis aucto- 2
res, l. 1. & 2.

¶ Pœna est triplex. I. Multa grauissima, d. l. 1. Accur- 3
sius accipit pro pœna capitali. Sed multam pro eiusmodi pœna nusquam reperio: immo definitur animaduersio pecuniaria, arbitrio iudicantis indicta, D. de verbor. signif. l. aliud. 131. §. 1. II. Denegatio eorum, quæ per seditionem & tumultum sunt impetrata, l. 2. III. Pœna læsæ maiestatis, D. ad leg. Iul. maiest. l. 2. § 1. id est, pœna gladij cum omnium bonorum confiscatione, supr. eod. l. 5. in princ.

Tit. XXXI. Quando ciuilis actio criminali præiudicet, & an vtraque ab eodem exerceri possit.



CVm sæpe contingat, vt ex eodem facto vel 1
ciuiliter vel criminaliter agi possit, vt Inst. de iniur. §. in summa. Imperator post varia criminalium iudiciorum genera exposita tractat de eorum concursu cum ciuilibus, vt sciamus, an alterum alteri præiudicium faciat, id est, an obstet, quò minùs alterum quoque moueri possit. Hæc rubrica superiori similis est, quatenus videtur duabus constare partibus, cùm vna sit quæstio expositionis gratia repetita. Quod enim proponitur in primis rubricæ verbis,

verbis, *quando ciuilis actio criminali præiudicet*, ambiguitate non caret: quia vel præiudicium intelligitur, quò minùs criminali iudicio agi possit, vel quod ad sententiam ferendam, vt probatio in ciuili iudicio facta, valeat etiam in criminali. In hac posteriori acceptione ait Paulus actione priuata fieri præiudicium iudicio publico, D. de public. iudic. l. 4. Prior significatio sumitur hoc loco, vt dicatur fieri præiudicium, cùm is, qui priuata actione vsus est, non potest vti criminali. Hac igitur de causa in rubrica adduntur illa verba, *& an vtraque ab eodem exerceri possit*. Est & altera huius adiectionis ratio, vt quæstio prioribus verbis proposita extendatur latiùs: non solùm enim declarabitur, actioni criminali non fieri præiudicium per ciuilem, sed etiam è contrario per ciuilem non fieri præiudicium crimi-
2 nali. ¶ Pro solutione igitur quæstionis propositæ datur regula, quòd idem contra eundem ex eodem facto potest vtroque iudicio vti tam ciuili de re familiari, quàm criminali de pœna: & alterum per alterum non consumitur, l. vnic. in princ. quoniam in illo priuata vtilitas, in hoc vigor publicæ disciplinæ spectatur, D. de publican. l. locatio. 9. §. quod illicitè.

3 ¶ Data regula illustratur pluribus exemplis. I. Qui vi de possessione fundi deiectus est, postquam per interdictum vnde vi possessionem recuperauit, etiam lege Iulia de vi accusare potest, d. l. vn. vers. sic denique. Lege, quæ tradidi supr. ad leg. Iul. de vi. §. 12. membr. 2. II. Qui ob testamentum suppressum egit de tabulis exhibendis, potest accusare lege Cornelia de falsis, d. l. vnic. vers. & suppresso. III. Si libertus se pro ingenuo gerat, tam de operis ciuiliter conueniri, quàm lege Visellia accusari potest, d. l. vnic. vers. & cùm libertus. & supr. ad leg. Visell. l. vnic. vers. qui autem. IV. Furti agi ciuiliter, & criminaliter potest, l. vnic vers. quo in genere. & D. de furt. l. vlt. V. Qui seruum alienum intercepit, non solùm ciuiliter conueniri potest, vt rei vindicatione, vel de seruo corrupto, sed etiam criminaliter lege Fabia de plagiariis, d. vers. quo in genere. & supr. ad leg. Fab. de plagiar. l. 1. & 2. VI. De falso ciuiliter & criminaliter quæri potest, d. l. vn. vers. vlt. & supr. ad leg. Cornel. de fals. l. si docueris. 9. & l. pe. & D. eod. l. qui nomine. 25.

4 ¶ Eadem regula cessat, cùm vtraque actio est ad vindictam, vt iniuriarum, D. de iniur. l. 6. & l. 7. §. 1.

Tit. XXXII. De crimine expilatæ hereditatis.

I. 5. j. | *IV.* 5. ij.
II 4. 6. | *V.* 7.
III. 4. | *VI.* 3.

1 HActenus crimina publica, quæ ex legibus publicorum iudiciorum veniunt: sequuntur non publica, quæ partim sunt extraordinaria, partim priuata. Tale est crimen expilatæ hereditatis, cuius accusatio non est publica, sed extraordinaria, D. h. t. l. 1. & de extraordin. crim. l. 3. Dicitur autem expilata hereditas, cum aliquid ex rebus hereditariis surripitur, antequam heres adeat, & rerum possessionem apprehendat, D. hoc tit. l. 2. §. 1.

2 ¶ Quatuor quæstiones hoc titulo dissoluuntur.

3 ¶ Primò quæritur, cur hæc actio sit introducta: videri enim potest sufficere actionem furti. Respondetur, hanc actionem esse necessariam: quia furti actio hoc casu deficit, l. vlt. & D eo. l. 2. §. 1. & l. vlt. propterea quòd possessionis furtum fit, hoc autem caso nullus est possessor, D. si is qui testam. lib. esse ius. l. 1. §. Scæuola. proinde non fit furtum, D. de act. rer. amo. l. 6. §. vlt. Excipitur, nisi res ei surripiatur, cui defunctus pignori dederat, vel commodauerat, siue, cuius est in ea re vsusfructus, D. de furt. l. hereditatiæ. 68. & ll. seqq.

¶ Secundò quæritur, quibus, & contra quos hæc 4
actio detur. Datur etiam priuigno contra vitricum, l. 2. vel nouercam, l. 3.

¶ Denegatur I. Heredi contra coheredem, cui com 5
munis arcæ claues traditæ fuerũt. Quid ergo? ad exhibendum contra eum agi potest, qua actione conuentus non potest exceptione compẽsationis se tueri, quò minùs res exhibeat: etenim compensationis ratio non habetur in iudicio ad exhibendũ, quod est præparatorium, sed in iudicio principali, quo de rerum proprietate cognoscetur, l. 1. vbi directa quæstio dicitur, quæ est principalis, & opponitur præparatoriæ. II. Heredi mariti contra vxorem, quia in matrimonij quamuis iam dissoluti honorem turpis actio aduersus vxorem denegatur, D. de actio. rer. amot. l. 2. Quid ergo? Res vindicari possunt, vel, si mulieris dolo malo fecerit, quò minùs possideret, ad exhibendum agi potest. Sed etsi controuersiam hereditatis faciat, petitione hereditatis rectè conuenietur, l. 4. & D. de act. rer. am. l. 6. §. vltim. Quid de earum rerum fructibus dicendum? Extantes vindicari possunt: consumpti condicuntur condictione sine causa, vel ex iniusta causa, d. l. 4. & sup. de condict. ex le. l. 3.

¶ Tertiò quæritur, quis sit iudex competens. De hoc 6
crimine, vt de ceteris, in vrbe cognoscit præfectus vrbi, in prouincia præses, l. 2. & D. eod. l. 3.

¶ Quartò quæritur de accusationis effectu, an hoc 7
iudicio pendente heres legata soluere cogatur. Respondetur cogi, l. 5.

Tit. XXXIII. De vi bonorum raptorum.

I. 4. | *IV.* 2. iv. 5.
II. 2. j. 4. 5. | *V.* 2. iij. 3. 5.
III. 2. ij. 5.



Ctioni extraordinariæ de expilata here- 1
ditate, priuatam subiicit de bonis vi raptis: de qua decidit quatuor quæstiones.

¶ Primò quæritur, qui contra quos 2
agere possint. Hæc actio datur I. Donatario contra heredem, id est, ei, cui defunctus res donauit, contra heredem, qui donatori successit, l. 2. II. Debitori contra creditorem res sibi obligatas rapientem, l. 3. Si verò id rapiat, quod suum esse putat, existimans hoc sibi licere, non tenetur hac prætoria actione vi bonorum raptorum, sed ex constitutionibus, Inst. h. t. §. 1. & D. quod met. caus. l. extat. 13. & ad leg. Iul. de vi. l. pen. nisi debitorem fugitiuum persequatur, & ei suũ vel sibi debitum auferat: hoc enim propter fugam permissum est, D. quæ in fraud. credit. l. ait præt. 10. §. si debitorem. III. Priuigno contra nouercam, l. vlt. & eadem ratione contra vitricum. IV. Contra dominum rapientis: sed si seruus, domino ignorante, vel prohibere nequeunte, rapuerit, noxalis actio est, l. 4. & supr. de noxal. act. l. pen.

¶ Secundò quæritur, apud quem iudicem agatur. 3
Iudex competens in prouincia est præses, l. vltim. in vrbe præfectus vrbis, D. de offic. præf. vrb. l. 1. in princip.

¶ Tertiò quæritur, quibus de rebus agatur. Hæc 4
actio pertinet tantùm ad res mobiles, vel se mouentes, non ad immobiles, l. 1. & 2. quarum non dicitur rapina, sed inuasio, Instit. eod. §. 1. vers. quod non solùm.

¶ Quartò quæritur, quid in hanc actionem veniat. 5
Intra annum vtilem est in quadruplum; pòst, in simplum,

simplum, l. 2. & tribus seqq. & Instit. eo. in princ. In quadruplo autem res ipsa inest, ita vt pœna sit tripli, & hac ratione dicitur actio mixta, l. 1. & Instit. eod. in pr. & de actionib. §. vi autem.

Tit. XXXIV. De crimine stellionatus.

I. 3. j.	*III. 3.*
II. 3. ij.	*IV. 3. j. iij.*

1 VT actioni extraordinariæ priuatam, ita nunc priuatæ extraordinariam subiicit, hæc duo actionum genera inter se permiscens. Nam stellionatus nec publica actio est, nec priuata, l. 3. & D. eod. l. 1. & de his qui not. infam. l. quid ergo. 13. §. vlt. sed extraordinaria, l. vlt. & D. eod. l. 2. l. 3. §. pen.

2 ¶ Stellionatus dicitur a stellione lacerti genere versutissimo.

3 ¶ Ad stellionatum referuntur, quæcumque crimina propriu nomine carent, vt sequentibus casibus. I. Si quis eandem rem priùs alicui, deinde alteri, dissimulata priore obligatione pignerauerit, l. 1. & l. vlt. II. Si rem alienam sciens creditori ignoranti obligauerit, l. 2. III. Si in necem creditoris personam subiecerit quasi in pignore anteriorem, d. l. vlt.

4 ¶ An hoc crimen famosum sit, docui Centur. 2. quæst. 27.

Tit. XXXV. De iniuriis.

I. 4. ij.	*VII. 9. p.*
II. 4. j.	*VIII. 4. ij.*
III. 3. 6. ij.	*IX. 3. 6. ij.*
IV. 3. 7.	*X. 3. 6. ij.*
V. 3. 6. ij. 11.	*XI. 9. p. 10.*
VI. 3.	

1 HVius tituli tria sunt capita: primum de iniuriam passo, alterum de ipsa iniuria, tertium de iudicio iniuriarum.

2 ¶ Primo capite de iniuriam passo sciendum est, iniuriam aliquem pati vel per se, vel per alium, D. hoc tit. l. 1. §. item. & Inst. eod. §. patitur.

3 ¶ Per se iniuriam aliquis patitur, l. 3. 4. 5. l. qui liberos. 9. & l. pen. etiam si libertus sit, cui datur interdum contra patronum iniuriarum actio, D. eo. l. 7. §. præterea. & multo magis contra heredem patroni vel patronæ, l. 6.

4 ¶ Exempla iniuriæ per alium acceptæ hæc proponuntur. I. Iniuria fit patri per filios, quos in potestate habet, & marito per vxorem, d. §. patitur. Quare si quis tuis vxori, & filiæ iniuriam fecerit, duplici de causa, id est, ob vtramque iniuriam actionem habes tuo nomine, quasi propriam iniuriam passus, l. 2. & insuper cum eodem aliis quoque nominibus agi poterit, vt nomine mulierum, & nomine tui soceri, & tui generi, & eius qui generum tuum in potestate habet, D. eo. l. 1. §. vlt. l. seruo. 30. §. 1. & Inst. eo. d. §. patitur. II. Iniuria fit domino per seruum, dummodò sit aliquid atrox, quod ad domini contumeliam pertineat, l. dominum. 8. & Inst. eo. §. seruis. Sed etsi non in domini iniuriam factum sit, tamen qui iniuriam fecit, punitur, D. eo. l. item apud. 15. §. si quis sic fecit: quia seruis alienis iniuriam facere non licet, l. 1.

5 ¶ Secundò capite de ipsa iniuria duo quæruntur.

6 ¶ Primò quæritur, quomodò fiat iniuria. Tribus in vniuersum modis fit, I. Re, vt verberibus, D. eod. l. 1. §. 1. Inst. eod. §. 1. II. Verbis, vt conuicio, dictis iocribus, veluti si quis vocetur delator, l. 3. homicida, l. 5. seruus, l. qui liberos. 9. & similiter si mulier appelletur ancilla, l. pe. dummodò non inconsulto calore, sed iniuriandi animo dictum sit, qui quidem animus in eo qui crimen obiecit, præsumitur, nisi contrarium probetur, d. l. 5. Sed etsi in eo, quod inconsulto calore protulit, perseueret, iniuriarum tenetur, D. de diu. reg. iur. l. quicquid. 48. Cum autem is, cui præiudicialis actio competit, alicui seruitutem obiecit, si in hac assertione perseueret, iniuriarum conueniri non potest, antequam pro libertate pronunciatum sit: interim verò qui seruus dicitur, conqueri, & (vt vulgò loquimur) de iniuria protestari potest, d. l. pe. ne per dissimulationem tolli videatur, D. eo. l. non solùm. 11. §. 1. & Inst. eod. §. vlt.

¶ Secundò quæritur, quæ sit atrox iniuria. Atroci- 7
tas æstimatur ex circumstantiis, vt facto, loco, tempore, personis, loco vulneris, D. eod. l. 7. §. vlt. & ll. seqq. & Inst. eod. §. atrox. Exemplum iniuriæ atrocis ratione personæ est, si sacerdoti dignitatis habitum & ornamenta præferenti iniuria fiat, l. 4.

¶ Tertio capite de iudicio iniuriarum tres quæstio- 8
nes deciduntur.

¶ Primò quæritur, qualis sit hæc actio. Priuata dici- 9
tur, l. 7. & l. vlt. nempe cùm ciuiliter agitur: nam & criminaliter agi potest, tuncque est actio extraordinaria, D. eod. l. vlt. & Inst. eod. §. in summa. in qua actor debet in crimen subscribere, l. vlt. & dum certis casibus est accusatio publica. I. Ex lege Cornelia, D. de procurat. l. licèt. 42. §. 1. & de accusat. l. hos accusare. 12. §. vltim. si quis pulsatus aut verberatus, aut eius domus vi introita sit, D. hoc tit. l. 5. in princ. & Inst. eod. §. sed & lex. II. Ex eadem lege duodecim tabularum, & senatusconsulto, cùm de famosis libellis vel epigrammatis agitur, D. eo. d. l. 5. §. penult. & l. 6. Paul. lib. 5. sentent. tit. 4. III. Cùm quis in catholicam ecclesiam irruens sacerdotibus & ministris, vel ipsi sacro cultui & loco iniuriam fecit, supr. de episcop. & cler. l. si quis in hoc. 10.

¶ Secundò quæritur, an per procuratorem crimina- 10
liter agere, vel defendere liceat. Hoc specialiter solis viris illustribus, & eorum vxoribus, liberisque masculis, & superstitum filiabus conceditur: ita tamen, vt accusantes subscribant in crimen, & sententia in principalem personam, non in procuratorem feratur, l. vltim.

¶ Tertiò quæritur, intra quod tempus iniuriarum 11
agi possit. Actioni prætoriæ præscribitur anno, l. 5. vtili, D. quod metus cau. l. item si cum exceptione. 14. §. in causæ. Sed ciuilis ex lege Cornelia est perpetua: vt & actio ex d. l. si quis in hoc, sup. de episcop. & cleric. Inst. de perpet. & temp. act. in princ.

Tit. XXXVI. De famosis libellis.



CVm omnis iniuria fiat aut re, aut verbis, 1
aut scriptura, Inst. de iniur. §. 1. & vel in corpus inferatur, vel ad dignitatem pertineat, vel ad infamiam spectet, D. eo. l. 1. §. omnémque. hic titulus est de iniuria, quæ per scripturam ad infamiam fit: de qua ideo proprius est titulus, quòd hoc casu non solùm priuata actio datur, vt de ceteris iniuriis, sed etiam publica accusatio est, vt notaui supr. tit. prox. §. 9. memb. 2.

¶ Sub hoc titulo vna est lex, non duæ, vt Cuiacius 2
falsò scribit, deceptus ab eo, qui legum capita Basilicis in interiori spatio adscripsit.

¶ Huius constitutionis tres sunt partes. I. Iubetur is, 3
qui

qui famosum libellum inuenit, eum statim corrumpere, aut nemini fateri se inuenisse: alioquin pœnæ capitali subiicitur quasi falsi libelli auctor, in princ. II. Soluitur tacita obiectio: dicere enim aliquis posset, publicè interesse, ne crimina maneant impunita, D. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. §1. vers. quòd si quis. fore autem, vt impunita maneant, corrupto statim libello ea detegente, ne in vllius notitiam perueniat. Respondetur, non per famosos libellos, sed per legitimam accusationem crimina esse persequenda, vt appareat, vtrùm vera, an falsa obiiciantur. Nam qui vera crimina obiiciet, laudem reportabit: qui falsa, tanquam calumniator punietur, vers. sanè. vbi irrogatur pœna capitis, ei videlicèt, qui capitali crimine falsò accusauit, quia propter calumniam pœna talionis est, infr. de calumniat. l. vlt. III. Statuitur, vt famosus libellus, etiamsi in manus hominum peruenerit, tamen eius honorem non lædat, contra quem scriptus fuit, vers. vlt.

Tit. XXXVII. De abigeis.

1 ABigeus est, qui oues saltem decem, porcos saltem quatuor, equum vel vnum, bouem vel vnum abigit: qui verò pauciores oues, aut porcos abducit, fur est, non abigeus, D. h. t. l. 3. in prin. Ergo omnis abigeus est fur, D. eo. l. 2. sed non reciprocatur, vt omnis fur sit abigeus. Ex dictis patet, ob animal abactum, modò tantùm furti agi posse, modò furti, vel abigeatus. De hoc crimine est accusatio extraordinaria, d. l. 2. de illo priuata, & extraordinaria, D. de furt. l. vlt. Constat autem, inscriptionem accusatoris in crimen, locum habere in publicis & extraordinariis iudiciis, non in priuatis, d. l. vlt. & de priua. delic. l. vlt. Quare propter animal abactum modò intentatur crimen abigeatus cum inscriptione, modò furti aut cum inscriptione, aut sine inscriptione, prout ciuiliter, vel criminaliter furti agitur, l. vnic.

Tit. XXXVIII. De Nili aggeribus non rumpendis.

1 IN Ægypto crimen extraordinarium est, si quis chomata, id est, aggeres Nili rumpat, vel dissoluat: cuius criminis pœna est in opus publicum vel in metallum damnatio, D. de extraordin. crimin. l. penult. Horum aggerum, quæ sunt fluentis Nili valla, latitudo est duodecim cubitorum, propriis ac vetustis fluminis vsibus deputata. Intra quod spatium si quis aliquid vsurpauerit, eodem loco crematur: & conscij consortésque criminis deportantur, denegata eis in perpetuum licentia supplicandi, & ciuitatem, vel dignitatem, vel bona recipiendi, l. vnic.

Tit. XXXIX. De his, qui latrones, vel aliis criminibus reos occultauerint.

I. in pr. 3. j.	*§. tribuni. 7. ij.*
§. j. 1. 3. ij.	*§. domini. 7. iij.*
II. in pr. 4. 6.	*§. pen. 8.*
§. j. 7. j.	*§. vlt. 9.*

1 ALiud crimen extraordinarium est latronum, & facinorosorum hominum occultatio. l. 1. §. 1.

2 ¶ Huius tituli duo sunt capita.

3 ¶ Priori capite de his, qui latrones aliorúmve criminum reos suscipiunt, duo constituuntur. I. Si eos occultando, sibi socient, id est, pecuniam, vel surreptorum partem ab eis accipiant, eadem pœna afficiuntur, vt sicuti turpis lucri, ita & pœnæ sint participes, l. 1. in princ. & D. eo. l. 1. II. Qui latrones susceperit, nec iudici obtulerit, vel corporali supplicio vel damno pecuniario plectitur pro personæ qualitate, & iudicis æstimatione, l. 1. §. 1.

¶ Posteriori capite de criminum reis, qui in alicuius possessione degunt seu latitant, statuitur, vt vltro à domino possessionis, si adsit, vel eo absente à procuratore, siue à primate possessionis, id est, qui primas partes in ea possessione tenet, iudici offerantur, l. 2. in pr. Hinc tres casus oriuntur: quia dominus, aut procurator, aut primas possessionis vel reum iudici exhibet, vel exhibere differt, vel exhibere non potest. 4

¶ Primus casus, quia nullam dubitationem habet, in contextu prætermittitur. 5

¶ Secundo casu dominus seu procurator seu primas possessionis conuenitur à ciuili officio, vt reos tradat: quorum exhibitionem si differat, ad eos capiendos ciuilia officia mittuntur: quæ si non sufficiant, eis militaria adiunguntur, d. l. 2. in princ. 6

¶ Additur huic constitutioni triplex sanctio. Nam I. Iudex qui aduersus innocentem ob aliam causam, præter latronum seu nocentium inuestigationem, militare auxilium postulauerit, aut dispendiis affici prouinciales concesserit, arbitrio præfecti prætorio punitur, d. l. 2. §. 1. II. Tribuni seu primates militum, qui à iudice requisiti, militare auxilium non præbuerint, aut damna prouincialibus à militibus inferri passi fuerint, præter damnorum restitutionem, arbitrio magistri militum puniuntur, d. l. 2. §. tribuni. III. Qui reum nec obtulit, nec à iudice admonitus exhibuit, si dominus possessionis sit, dominio priuatur: si procurator, vel primas possessionis, in exilium mittitur, d. l. 2. §. domini. 7

¶ Tertio casu, cùm dominus, vel procurator, vel primas possessionis reum iudici exhibere vult, sed ad multitudinem comprimendam non sufficit, præses ciuilia officia mittet ad reum ducendum: & si hæc non sufficiant, militare auxilium adiungi curabit, d. l. 2. §. penult. 8

¶ Illud omnibus dictis casibus commune est, vt si reus iudici exhibitus sit innocens, accusatoris calumnia non maneat impunita, d. l. 2. §. vlt. 9

Tit. XL. De requirendis reis.

I. in pr. 1.	*II. 3. j. iij. iv.*
§. j. 2. ij.	*III. 3. j. ij.*
§. vlt. 2. iij.	

OStendimus varia crimina variis pœnis coërceri: sed generaliter sciendum est, eos, qui ante accusationem abesse cœperunt, grauioribus pœnis (id est, morte vel exilio, D. de pœnis, l. 5. in princ.) non affici, sed requirendos adnotari, l. 1. in pr. & D. eod. l. 1. §. 1. & edictis euocari, d. l. 1. §. præsides. Huius adnotationis & euocationis effectus spectantur intra annum, & post annum. 1

¶ Intra annum. I. Bona rei obsignantur, D. eod. l. 2 vltim. in princ. & res mobiles, quæ deteriorationi & interitui sunt obnoxiæ, distrahuntur, earúmque pretium deponitur, d. l. vltim. §. 1. II. Si reus compareat, & se crimine purget, bona sua recipit, l. 1. §. 1. & D. eo. d. l. vlt. in princ. III. Si intra annum moriatur, bona eius heredibus restituuntur, l. 1. §. vlt. 2

¶ Post

3 ¶ Poſt annum durante rei abſentia, I. Bona confiſcan-
tur.l.2.& 3.& D.eod.l.2.in prin. II. Reus infamiam in-
currit,l.3. III. Si nocens deprehendatur, grauiùs pu-
nitur,l.2. IV. Si reus quandocumque compareat,& in-
nocentiam ſuam probet, pœnam vitat, bona non reci-
pit, d.l.2.& D.eo.l.pe.§.vlt. Addit Cuiac. eum manere
infamem,niſi à principe reſtituatur. Quæ ſententia du-
ra eſt,nec vlla lege probatur. tantùm enim lex ait bona
penes fiſcum manere.puto igitur eum ab omni alia pœ-
na, proinde etiam ab infamia liberum eſſe ipſo iure, vt
reſtitutione non egeat.

Tit. XLI. De quæſtionibus.

I.12.j.13.j.ij.iij.	*X.13.x.18 ij.*
II.14.j.iij.	*XI.in pr.7.1.*
III.in pr.15.19.j.	*§.j.7.2.*
§.j.4.	*XII.15.*
IV.8.	*XIII.12.ij.13.v.x.*
V.17.iv.	*XIV.12.j.iv.*
VI.12.j.14.ij.18.j.	*XV.13.ix.*
VII.12.j.iij.	*XVI.7.p.ij.*
VIII.in pr.7.iij.	*XVII.in pr.6.7.ij.*
§.j.18.1.	*§.j.7.ij.*
IX.13.x.	*XVIII.13.xj.17.iij.18.iij.*

1 Diximus abſentes non affici pœnis ca-
pitalibus: nunc dico præſentes nulla pœ-
na affici,niſi examine præuio crimen pro-
betur. Quoniam igitur ad veritatē eruen-
dam ſæpe quæſtiones, id eſt, tormenta
adhibentur, D.h.t.l.1.in princ. & l.edictum.8.rectè hoc
2 loco de quæſtionibus tractatur. ¶ Et quia vel reus tor-
quetur, vel alius, putà ſeruus, ex quo veritas elici po-
teſt: ac de vtriuſque tormentis ſpecialiter diſſeritur, &
aliquid generaliter additur: idcirco diuido hunc titu-
3 lum in tria capita. ¶ Primo capite de reo torquendo diſ-
4 ſoluuntur duæ quæſtiones. ¶ Primò quæritur, an reus
ſit torquendus. Reſpondetur torqueri, etiamſi mulier
5 ſit, vtputà ſi veneficij ſit accuſata,l.3.§.1. ¶ Sed duplex
6 exceptio hîc adhibetur. ¶ Prima exceptio ſumitur ab
innocentia. nam torqueri non debet is, de cuius inno-
7 centia conſtat,l.pen.in pr. ¶ Secunda exceptio ſumitur
à dignitate, niſi ſit reus læſæ maieſtatis, in quo crimine
de qualibuſcumque perſonis quæſtio habetur,l.decurio-
nes.16.& ſuprà ad leg.Iul.maieſta.l.4. Extra hanc cau-
ſam non torquentur. I. Viri perfectiſſimi, vel altiori di-
gnitate decorati,& eorum liberi, niſi perſona interie-
cta infamiæ maculam contraxerit. nam dignitas aui ne-
poti ex filio infami ſuſcepto non prodeſt, l. Diuo.11. in
princ. II. Decuriones,& ſimiliter eorum liberi, d.l.Di-
uo.§.1.& l.decuriones.16. ergo multo magis excipiun-
tur principales,d.l.pe.in princ. qui ſunt decurionū prin-
cipes: & in aliis municipiis erant quinque: in aliis de-
cem, qui vocantur decemprimi ſeu decaproti: in aliis
viginti, qui dicuntur eicoſaproti. Sed & qui decurio-
natus munia depoſuerunt, hoc priuilegio fruuntur, d.l.
pen.§.1. III. Milites, & qui à militia non ignominioſè
8 dimiſſi ſunt, & eorum liberi,l.milites.8.in princ. ¶ Se-
cundò de effectu confeſſionis quæritur, ſi quis fateatur
ſe deliquiſſe vnà cum eo,à quo adprehenſus,& cuſtodi-
tus fuit, an huic confeſſioni fides habeatur cōtra eum
qui apprehendit,& cuſtodiuit. Reſpondetur,credi non
oportere,niſi probetur. facta autem probatione nō ſub-
trahi pœnæ eum, qui vt impunitatem conſequeretur,
correum apprehendit, & cuſtodiuit, l.4. vide ſuprà de
9 accuſat. §.11.in fin. ¶ Secundo capite tractatur de aliis
perſonis, quæ in reum torquentur, vt ſeruis,& libertis.
10 ¶ De ſeruis ita diſtinguitur: Aut cauſa, ſuper qua deſi-
deratur quæſtio,ad dominum pertinet, aut ad perſonam
domino coniunctam, aut ad extraneum, aut dominus
eſt incertus. ¶ Primo caſu datur regula, ſeruus in cauſa 11
domini nō eſt interrogandus ſeu torquendus. nam in-
terrogationem in hoc titulo ſemper intelligimus per
tormēta. ¶ Hæc regula multis modis producitur. I.Nec 12
interrogatur pro domino, nec contra dominum, l.1.l.6.
l.7.l.ſeruos.14. II Nec in eum, qui pro parte dominus
eſt. l.hoc quod.13.& D.eo.l.3. III. Nec domino vo-
lente,nec inuito,l.7.& D.eod.l.vnius.18.§.ſeruus nec ſi
à domino. IV. Siue dominus manſerit, ſiue eſſe deſie-
rit,l.ſeruos.14.& D.eo.l.etiamſi.11.d.l.vnius.§.ſeruus in
caput. etiamſi per condemnationem ſerui deſierit eſſe
dominus, D.eo.l.extrario.17 §.vlt. Secus,ſi ipſe domi-
nus damnatus ſit,quia criminis & pœnæ cauſa etiā hoc
priuilegium perdit: & qui eius ſeruus eſſe deſiit,in eum
torqueri poterit, D.eo.l.1.§ item Mummio. ¶ Non de- 13
ſunt etiam exceptiones dictæ regulæ. Nam ſeruus in
dominum torqueri poteſt, I In crimine perduellionis, l.
1.& ſuprà ad leg.Iul.maieſt l.vlt. §.in hoc crimine. & §.
in hac cauſa. de omnibus enim in tam graui cauſa quæ-
ſtio haberi poteſt,D.h.t.l.de minore. 10. §.1. II. In cri-
mine adulterij,l.1.& D.eo.d.l.extrario. in prin. & ſuprà
ad leg.Iul. de adulter.l.3. l.in adulterij 32. & l. vlt. quo
caſu, quò magis ſine domini metu veritatem profe-
rat, lex Iulia iubet eum poſt quæſtionem publicari, D.
eod l.ſi poſtulauerit.27.§.iubet. III. In crimine frauda-
ti cenſus,l.1. quod dicitur crimen fraudati tributi,D eo.
l.1.§ in cauſa.quia ex cenſu tributa penduntur. IV. Si
coniux vitæ coniugis inſidias ſtruxiſſe dicatur, ſuprà ad
leg.Corn.de ſicar.l.vlt. V. Si vnus ex dominis alterum
occidiſſe dicatur,d.l.hoc quod.verſ.vlt & D.de S.C.Si-
lan.l.6.§.pen. VI. Si heres defunctū occidiſſe dicatur,
d.l.6.§.1. VII. In crimine fraudatæ annonæ, arg.l.vix.
53.D.de iudiciis. VIII. In crimine falſæ monetæ, arg.
l.2.ſuprà de falſa mon.& d.l.vix. IX. Cùm de facto ſer-
ui agitur, veluti quia dicatur res fuiſſe apud ſeruum de-
poſita, vel ei commodata, l. interrogari. 15. & ſuprà de
teſtib.l.ſeruus.8. X. Si quæſtio ſit de hereditate.d.l hoc
quod.in princ. putà ſi dicatur falſum teſtamētum.l.cùm
teſtamentum.10. vel heredi fiat controuerſia ſtatus,quò
minùs heres eſſe poſſit,l.ſuper.9.& D.eo. d.l.extrario. §.
de quæſtione. & l.vnius.18. §.iudex. XI. Cùm eſt quæ-
ſtio de rebus, an ſint hereditariæ, nécne. & ſerui here-
ditarij eas retinent,l.vlt. ¶ Secundo caſu ſciendum eſt, 14
ſeruum regulariter non torqueri. I. Contra domini pa-
rentes, l.2.& D.eod.l.de minore.10 §. poteſt. II. Con-
tra domini filios, l.6. & D.eod.d.l.de minore. § poteſt.
III. Contra domini tutorem, niſi tutelæ agatur, l.2.
¶ Tertio caſu cùm res ad extraneum pertinet, quæſtio 15
de ſeruo haberi poteſt,l.3.in princ. dummodò ea obſer-
uentur, quæ ſequenti capite docebo,§.18. ¶ Quarto ca- 16
ſu, cùm de ſerui dominio dubitatur, veritas per eius
quæſtionem inquiri poteſt, l. quoties.12. ¶ De libertis 17
hæc notentur. I. Libertus non eſt interrogandus con-
tra patronum,vel eius liberos,aut parentes,l.6. II. Cùm
teſtamentum falſi arguitur, de ſeruis hereditariis quæ-
ſtio habetur, etiamſi ab eo, qui ſe heredem contendit,
manumiſſi fuerint,l.cùm teſtamentum.10. III Qui res
hereditarias, de quibus eſt controuerſia, detinent, de
his per quæſtionem interrogantur, etiamſi teſtator eos
liberos eſſe iuſſerit,l.vlt. IV. Cùm de vindicanda nece
defuncti agitur, etiam hi torquentur, quibus libertas in
teſtamento relicta fuit: non tamen indiſtinctè,l.5. ſæpe
enim euenit, vt ne ſerui quidem torqueantur, veluti ſi
tempore domini occiſi abfuerint, D.de S.C.Silan.l.1.§.
hoc autem. aut ſi dominus eorum officium purgauerit,
D.eo.l.2. ¶ Tertio capite generaliter traditur, non ſta- 18
tim & omnimodo quæſtionem adhiberi, ſed quædam
requiri,vt ea rectè adhibeatur. I. Præcedant aliqua indi-
cia ſiue argumenta, quæ iudicē moueant,& non leuem

ſuſpicionem contra reum inducant, l. 3. in princ.l.mili-
tes.8.§.1. & D.eod.l.1.in princ. II. Veritas aliter habe-
ri non poſſit,D.eod.l.edictum.8.in prin. & l.Dinus.9.in
princ.& ſuprà de iureiur.propt.cal.l.1.§.1. III. Qui ha-
beri quæſtionem poſtulat, priùs de calumnia iurare de-
bet,ſe nullius odio ad id procedere, ſed quia non poteſt
aliter veritatem oſtendere, l.vlt. & ſuprà de iur. propt.
cal. d l.1.§.1.

Tit. XLII. De abolitionibus.

I.1.6.ij.
II. in pr.5.iij.iv.v.
§.j.5.v.
§.vlt.5.v.
III. in pr.5.v.
§.j.5.vj.
§. quando.5.vj.
§.pen.5.ij.
§.vlt.5.j.

1 NON ſolùm rei, ſi noxij deprebendantur,
pœnis afficiuntur, ſecundùm ea, quæ ha-
ctenus docuimus: ſed etiam accuſatores,
ſi vel prævaricentur, vel tergiuerſentur,
id eſt, ſine abolitione deſiſtant, vel calum-
nientur, D.ad S. C. Turpill.l.1. in princip. Adeo autem
verum eſt accuſatores, qui accuſationem ſine abolitio-
ne deſerunt, puniri, d.l.1.§ ſi quis autem. vt is, qui plura
crimina intēdit, de omnibus, ſi pœnam vitare velit, abo-
litionem petere debeat, d.l.1.§. ſi plura. quod & hîc in-
nuitur in l.1. De prævaricatione tractatur, D. lib.47. tit.
5.in Codice nullus eſt titulus. De deſiſtentibus nunc di-
cemus, mox dicturi de calumniantibus. ſed in primis
agendum de abolitione, per quam accuſatio impunè de-
2 ſeritur. ¶ Abolitio eſt accuſationis deſerendæ licentia,
3 & accuſati ex reorum numero exemptio. ¶ Eſt autem
alia ſpecialis & priuata, de qua agitur hoc titulo: alia
generalis & publica, de qua dicetur titulo ſequenti.
4 ¶ Hoc titulo de abolitione ſpeciali & priuata deciduntur
5 tur duæ quæſtiones. ¶ Primò quæritur, an abolitionis cō-
ceſſio valeat. Multa ad hoc requiruntur. I. Non ſit cri-
men atrox, vt læſæ maieſtatis, peculatus, ſacramenti de-
ſerti, vel aliud ſimile, l.vlt.§.vlt. facit l.3.ſup.de epiſcop.
aud. II. Non ſint ingenui teſtes, licèt plebeij, tormentis
vexati, l.vlt.§.pen. III. Iudex competens eam concedat,
l.2.in princ. vt præſes, non is cui præſes iuriſdictionem
mandauit, D.ad S.C.Turpil.d l.1. §. abolitio. non eſt au-
tem neceſſe adire principem, d.l.2.in princ. IV. Conce-
datur vtraque parte (id eſt, accuſatore & reo) præſente,
d.l.2.in princ. V. Concedatur cauſa cognita, dicta l.
2. in princip. pro tribunali.d.§.abolitio. quia quæcumq;
cauſæ cognitionem requirunt, pro tribunali expediun-
tur, non de plano, D. de offic.proconſ.l.nec quicquam.9.
§.1. In cauſæ autem cognitione quæritur, quæ fuerit
cauſa accuſandi, & quæ ſit cauſa petendæ abolitionis.
Quod enim ad cauſam accuſandi attinet, is abolitionem
impetrat, qui per errorem, vel temeritatem, vel incon-
ſultum calorem ad accuſandum proſiluit, d.l.2.in princ.
non qui fallaciter & per calumniam accuſauit, l. vlt. in
pr.& infr.de calumn. l. pen. Sed hæc inſpectio non ha-
bet locum in eo, qui ſuam ſuorúmve iniuriam perſecu-
tus eſt, vel qui cognatum accuſauit: huic enim indi-
ſtinctè licèt pœnitere, d.l.2.§.vlt. Quod verò ad cauſam
petendæ abolitionis ſpectat, ei non datur abolitio, qui
per depectionem (id eſt, turpem cum reo pactionem,
D.de calum.l.3.§. pen.) & pecuniis à reo corruptus, ab
accuſatione vult deſiſtere, d.l.2. §. 1. vbi legendum *de-
pectionem*, vt in quibuſdā manuſcriptis, & in C. Theod.
non deceptionem. VI. Adhibeatur accuſati conſenſus,
ſi vel aliquid iniuriæ ob accuſationem paſſus eſt, vt car-
cerem, vincula, tormenta, l.vlt.§.1. vel poſt triginta dies
ex quo reus in cuſtodiam receptus eſt numerandos abo-
litio petatur: alioquin eius conſenſus non eſt neceſſa-
6 rius, d.l.vlt.§.quando. ¶ Secundò quæritur, qui ſint im-
petratæ abolitionis effectus. I. Accuſator impunè ab
accuſatione deſiſtit, arg.l.ſi interueniente.12. D.ad S.C.
Turpill. II. Accuſationem abolitam repetere non po-
teſt, niſi ex ſpeciali permiſſu principis, l. 1. quod non
ita habet in abolitione publica, vt ſequenti titulo expo-
nam.

Tit. XLIII. De generali abolitione.

I.3.4. *II.4.* *III.5.*

PVBLICA & generalis abolitio duplex 2
eſt: alia eſt ordinaria, quæ ipſo iure obti-
net, vt propter ferias Paſchales, ſuprà de
epiſc. audien.l.1. alia extraordinaria, putà
ob res proſperè geſtas, D.ad S. C.Turpil.l.
abolitio.8.& l. ſeq. ad quam leges huius tituli reſpiciūt.
¶ De hac duo quæruntur. ¶ Primò quæritur, quomodò 2
fiat. Fit edictis publicè propoſitis, l.1.& D.ad S. C.Tur- 3
pil.d.l.abolitio. ¶ Secundò quæritur, qui ſint eius effe- 4
ctus. Ea pendente non poteſt in accuſatione pergi. ea
verò finita, accuſator non cogitur crimen repetere, D.
eod.l.ſi interueniente.12.ſi tamen vult repetere, poteſt,
D.eo.l.7. in princ. dummodò intra tempus ſtatutum id
faciat, l.1.& 2. id eſt, intra triginta dies vtiles, D.d.t.l.aut
priuatim. 10.§.vlt. ¶ Huic abolitioni affinis eſt indul- 5
gentia principis, quæ fit per ſubnotationem principis,
ſuprà ad leg.Cornel.de ſicar.l.5. & pœnam remittit ma-
nente criminis infamia, l.vlt.& neque ciuilem cognitio-
nē tollit, ſuprà ad leg.Cornel.de falſ. l.ſi docueris. 9. nec
calumniantibus & fallaciter accuſantibus prodeſt, infrà
de calumniat.l.pen.

*Tit. LXIV. Vt intra certum tempus crimina-
lis quæſtio terminetur.*

I. 1. *II. 1.2.* *III. 1.3.*

ABolitione non impetrata, ſi accuſator in- 1
tra ſtatutum tempus, l.1.& 2.(id eſt, intra
biennium à die litis conteſtatæ compu-
tandum, l.vlt.) accuſationem non perege-
rit, & multò magis ſi vltima die adeſſe
neglexerit. d.l. 1. quaſi deſiſtens punitur: ac I. Notatur
infamia, d.l.1. II. Si ſit vilis perſona, quæ damnum in-
famiæ non curet, in exilium mittitur, d.l.2. III. Quar-
ta bonorum pars confiſcatur, d.l.1. ¶ Iudicis officiū eſt, 2
dilationes neceſſarias dare, non neceſſarias denegare, &
cauſæ notionem vrgere, l.2. Qui ſi litigatoribus admo-
nentibus, introductionem vel examinationem cauſæ di-
ſtulerit, viginti libris auri multatur, l.vlt.

Tit. XLV. Ad S.C. Turpillianum.

I. 3. j.
II. 4.j.ij.
III. 4.iij.
IV. 4. iij.
V. 3.iij.
VI. 3.ij.

SVPERIORI titulo dictum eſt de accu- 1
ſatore, qui tacitè accuſationem deſeruit,
quatenus in ea pergere neglexit: cōſequen-
ter agitur de eo, qui expreſsè deſiſtit, &
Senatuſconſulto Turpilliano punitur. ¶ De 2
hoc duæ quæſtiones diſſoluuntur. ¶ Primò quæritur, 3
qui contra ſenatuſconſultum faciant, eóque puniantur.
Hîc dantur tres regulæ. I. In ſenatuſconſultum incidit,
qui poſtquam in crimen ſubſcripſit, & fideiuſſores de
exercenda

exercenda lite dedit, eo, qui accusatur, in custodia retento, non impetrata abolitione, ab accusatione destitit, l.1. II. Qui intra statutum biennij tempus pergere in lite neglexit, non incidit in senatusconsultum, nisi animum impendæ accusationis prorsus deseruerit, l.vl. III. Etiam mulier suam, suorúmve iniuriam persequēs, si sine abolitione desistat, in pœnam senatusconsulti in-
4 cidit, l.pen. ¶ Secundò quæritur, quibus pœnis desistens
afficiatur. I. Ex senatusconsulto notatur infamia, l.2.&
D.de decurion.l.6. §. qui iudicij. II. Quinque libris auri ex eodem senatusconsulto multatur, D.de præuaric.l.
3. §. vlt. vel extra ordinem punitur, l.2. III. Desertam
accusatiooem instaurare non potest l.3.&.4.

Tit. XLVI. De calumniatoribus.

I. 4.ij.	*VI.* 8.iij.
II. in pr.	*VII.* 8.ij.
§.j.6.j.	*VIII.* 6.iij.8.j.
III. 7.8.j.	*IX.* 1.3.
IV. 4 j.	*X.* 8.ij.
V. 8.j.	

1 DIXIMVS de accusationibus desistentibus,
qui puniuntur senatusconsulto Turpilliano:
nunc dicendum de calumniantibus, qui puniuntur lege Remmia. D.ad S. C. Turpil.l. 1.
§. calumniatorib. Hi sunt, qui fallaciter accusant, l.pe. &
sup.de abolit.l.vlt.in pr. & falsa crimina sciētea intēdūt,
2 d.l.1. §.1. ¶ Huius tituli duo sunt capita. ¶ Priori capite
3 proponuntur defensiones eius, cuius calumnia arguitur:
quæ partim à personis sumuntur, partim à tēpore, partim à causa institutæ accusationis. Nam aliàs calumniatori nec publica, vel priuata abolitio, nec generalis vel
specialia indulgentia principis prodest, quominùs ob
4 calumniam puniatur, l.pen. ¶ A persoois sumuntur hæ
defensiones, quæ calumniæ accusationē excludunt. I. Si
mater necem filij persecuta sit, aliúdve publicum iudicium pro filio sit executa, l.2. II. Si filius paternam ne-
5 cem defeodit, l.4. ¶ A tempore defensio sumitur, si accusatus accusatori iudicio pendente calumniam nō obiecit, iudicio autem finito calumniam io eo commissam
6 puniri petat, l.1. ¶ Quod ad causam factæ accusationis
attinet: sic distinguitur: Aut is, qui per calumniam accusasse dicitur, iustam habuit accusandi causam, aut errore, vel temeritate ductus accusauit, aut per calumniā.
I. Casu non est locus pœnæ calumniatorum, veluti si
heres vindicauit necem defuncti aduersus eum, quem
defunctus arguit, l.2.§.1. II. Casu error excusat, D. ad
S.C.Turpil.l.1. §. sed non vtique. III. Casu temeritati
ignoscitur, d.l.1.§. quæri. IV. Casu calumnia punitur, l.
nostris.8. & D.d.l.1. §. sed oon vtique. & §. seq. cum sim.
7 ¶ Ex dictis colligitur, non esse calumniatorem, quicumque delatum crimen nō probat, l.3. & D.d.l.1.§. sed oon
8 vtique. ¶ Posteriori capite calumniæ conuictis irrogātur pœnæ. Cùm igitur aliquis dicatur calumniatus vel
in iudicio priuato, vel extraordinario, vel publico: primo & secundo casibus calumniator extra ordinem punitur, ad S.C. Turpil.l.3. Tertio casu irrogantur pœnæ
sequentes. I. Infamia, l.3. l.nostris. 8. quæ pœna cessat,
cùm quis in causa status calumniatus est: quia ad sola
publica iudicia pertinet, l.5. Hæc pœna est ex lege Remmia. D.ad S.C.Turpil. d. l.1. §. calumniatoribus. ex qua
in fronte calumniatoris inurebatur litera K, Cic. pro
Rosc. Amerino. sed frontem ita maculari vetat Constantinus infrà tit. prox. l. si quis. 17. II. Pœna talionis, l.vlt.
ad quā accusator se in crimen initio accusationia inscribit, l. 7. & suprà de accusat.l.vlt.in princ. & D.eod.l.7.in
princ. III. Dupli solutio ob seruū alienum per calumniam quæstioni subiectum, l.6.

Tit. XLVII. De pœnis.

I. 25.ij.26.j.	*XVI.* 17.
II. 7.26.ij.	*XVII.* 24.iij.31.iv.
III. 13.j.25.j.	*XVIII.* 8.j.
IV. 10.14.ij.22.ij.	*XIX.* 9 j.31.j.
V. 13.ij.23.j.iij.24.ij.25.j. 27.j.	*XX.* 18.ij.
VI. 12.j.31.ij.	*XXI.* 13.iij.
VII. 11.	*XXII.* 6.
VIII. 15.j.26.iij.27.iv.30.iv.	*XXIII.* 27.iij.
IX. 10.13.j.21.	*XXIV.* 27.iij.
X. 31.ij.	*XXV.* 12.j.
XI. 12.ij.22.j.	*XXVI. in pr.* 19.j. 27.iij. 29.j.ij.v.31.iij.
XII. in pr. 13.5.19 ij.	§.j.19.j 27.iij. 29.j.ij.v.31.iij.
§.j.5.6.	§. *magistratus.* 29.iij.
XIII. 14.iij.	§. *pen.* 27.iij.
XIV. 25.ij.	§. *vlt.* 29.j.
XV. 14.j.	

POSTQVAM seorsum dictum est de reo- 1
rum, & de accusatorum pœnis, iam in vniuersum de pœnis dicamus. ¶ Pœna est deli- 2
cti seu criminis, æstimatio, & coërcitio, D.h.
t.l.sanctio.41.in fin.& de diu.reg.iur. l.omnis hereditas.
138.§.1. ¶ Duo sunt huius tituli capita: primum de 3
pœnis in genere, secundum de speciebus pœnarum.
¶ Primo capite de pœnis in genere sex quæstiones de- 4
ciduntur. ¶ Primò quæritur, an pœna sit irroganda, vbi 5
datur regula, Vanæ populi voces non sunt audiendæ,
quò minùs noxius condemnetur, aut innocens absoluatur, l.decurionum.12.§.1. ¶ Secundò quæritur, quibus 6
pœnæ infligantur. Ibi pœna esse debet, vbi noxia est: &
peccata suos teneant auctores, nec vlteriùs progrediuntur: adeo vt noxij puniantur: innocentes, licèt noxiorum hominum cognatione, affinitate, amicitia iuncti
sint, pœnæ non subiiciantur, d. l.decurionum. §. 1. & l.
sancimus. 22. Hoc præceptum consentaneum est legi
Mosaïcæ Deute.cap.24. cap. 26. Excipitur crimen læsæ
maiestatis, ex quo etiam reorum filij puniuntur, suprà
ad leg.Iul.maiest.l.5.§.filij & §§. seqq. ¶ Tertiò quæri- 7
tur, à quibus pœnæ irrogentur. Soli iudices competentes pœnam irrogant. Quare procurator Cæsaris, nisi
vices præsidis gerat, in exilium mittere non potest, l.2.
¶ Quartò quæritur, quando sit pœna irroganda. Hîc 8
dantur duæ regulæ. I. Statim ac reus cōuictus est, condemnari debet, ne detur facultas supplicādi, vel per malas præsidum aut officialium artes pœnam vitādi. l. cùm
reis.18. II. Si princeps rescripserit, vt aliquis seueriùs
puniatur, pœna differtur ad dies triginta: sic tamen, vt
interim reus in vinculis contineatur, & excubiis solertibus custodiatur, l.si vindicari. 20. Alias olim Senatusconsulto sub Tiberio cautum fuerat ne damnati vltimo
supplicio afficerentur ante decimum diem. Sueton. in
Tiberio, cap.pen. Tacitus libro 3.annalium, Dio in calce libri 58. ¶ Quintò quæritur, qualis pœna sit irro- 9
ganda. Hîc dantur duæ regulæ. I. Congrua pœna est
irroganda pro ratione criminis admissi, l.ne quis. 19.
II. Habenda est ratio circumstantiarum, id est, causæ,
personæ, loci, temporis, qualitatia, quantitatis, euentus, D.eod. l.aut facta. 16. §.1. Hoc loco circa personam spectatur sexus, ætas, status, & qualitas. ¶ De se- 10
xu notatur, etiam mulierem metalli pœnæ subiici posse, l.4. nisi sit filia decurionis, l.si matrem. 9. ¶ De æta- 11
te notatur, impunitatem delicti propter ætatem noo
dari, dummodò crimeo, quod intenditur, in eam ætatem cadere possit, l.7. tantùm enim minor ætas ad mitigandam pœnam suffragari potest, D.minoribus. l. auxilio. 37.§.1. ¶ De statu duo notantur, I. Vinculorum 12

pœna cadit in seruum, oon in hominem liberum, l. 6.
II. Pœna metalli tam io liberos, quàm in seruos ca-
13 dit, l. metalli. 11. ¶ De qualitate tria notantur. I. De-
curiones, & corum filij non debent bestiis subiici, l. de-
curionum. 12. in princ. vel in opus publicum dari, l. 3. vel
metalli pœna affici, l. si matrem. 9. II. Tam veterani,
quàm eorum liberi primi gradus metalli, vel operis pu-
blici pœna non afficiuntur, sed relegari possunt, l. 5.
III. Apparitores, si in officio faciendo perfidè se gerãt,
etiam absentes competenti pœna afficiuntur, l. ne diu.
21. quod in aliis personis non obtinet indistinctè. vide
14 suprà de accusationib. §. 8. ¶ Sextò quæritur, quis sit ef-
fectus pœnæ à iudice dictæ. Tria hîc declarantur. I. Pœ-
na à iudice dicta, non potest ab eo reuocari, l. pœnam.
15. II. Condemnatio mulieris non nocet partui ante
condemnationem concepto: quia sequitur conditio-
nem, cuius mater fuit ante condemnationem, purà an-
tequam in metallum damnaretur, l. 4 & D. de sta. ho. l.
Imperator. 18. non debet enim calamitas matris ei no-
cere, qui est in vtero, D. eod. l. 5. §. pen. & Inst. de ingen.
in pr. III. Seruus damnatus, si quauis ratione proprie-
tas domino seruata est, domino obsequi debet, l. seruo.
15 13. ¶ Secundo capite varia pœnarum genera singilla-
tim considerantur. Hîc tria sunt præmunienda. I. Pœ-
narum aliæ sunt personales, vt fustigatio, exilium, mors:
aliæ reales, vt bonorum confiscatio. Hoc titulo de per-
sonalibus agitur ex professo: obiter mentio fit confis-
cationis bonorum, quatenus pœnam personalem se-
quitur, l. deportatorum 8. nam ex professo tribus se-
quẽtibus titulis tractabitur. II. Pœnarum personalium
aliæ sunt capitales, quæ morte vel seruitute, vel exilio
caput eximont de ciuitate Romana: aliæ non capitales,
quæ nec vitam nec libertatem, nec ciuitatem adimunt,
vt relegatio, & fustigatio, D. h. t. l. 2. in pr. l. capitalium.
28. in pr. & §. 1. & de public. iudic. l. 2. III. Pœna capi-
talis accipitur trifariam. Nam latè sumpta complectitur
etiam relegationem, D. si quis caution. l. 4. in princ. &
de accusat. l. hos accusare. 12. §. vlt. & de verb. signif. l.
licèt. 103. Augustè, & propriè, vt nuperrimè definiui,
exclusa relegatione, ea supplicia complectitur, quæ ciui-
tatem, vel libertatem, vel vitam eripiunt. Angustissimè
sumitur pro pœna mortis, vt suprà de raptu virg. l. vn.
16 in princ. & de malefi. & mathe. l. 5. cum sim. ¶ His præ-
17 notatis, diuido hoc caput in quinque segmenta. ¶ Pri-
mum segmentum est de pœna capitali in significatione
propria, & generaliter considerata. Vt hæc pœna sit ir-
roganda, duo requiruntur. I. Vt reus sit criminis capi-
talis, purà adulterij, homicidij, maleficij. II. Vt sit cri-
men confessus, aut legitimè conuictus, l. qui sententiã.
18 16. ¶ Secundum segmentum est de speciebus pœnalium
19 capitalium. ¶ Prima species est mors: de qua duo tradũ-
tur. I. His imponitur, qui morte dignum crimen admi-
serunt, l. vlt. in princ. veluti qui conficiendarum nauium
peritiam Barbaros docuerunt, l. pen. & qui prouinciam,
in quam missi sunt, intra exilij tempus excesserunt, d. l.
vlt. § 1. II. Decurionum filij bestiis non subiiciuntur, l.
20 decurionum. 12. in princ. ¶ Secunda species est pœna
21 metalli: de qua tres quæstiones dissoluuntur. ¶ Primò
quæritur quotuplex sit. Vel dãnatur quis in metallum,
vel in opus metalli D eod. l. aut damnum. 8. §. est pœna.
Sed vtrumuis accidat, pœna est prorsus similis. Differẽ-
tia tamen duplex est. I. Qui in metallum damnantur,
grauioribus vinculis premuntur. qui in opus metalli, le-
uioribus continentur. II. Refugæ ex opere metalli, in
metallum dantur: refugæ ex metallo, grauiùs puniun-
tur, id est, vltimo supplicio plectuntur, d. l. aut damnum.
§ inter. & de extraordin. cognit. l. pen. §. vlt. Præterea
reperio mulieres damnari in ministeriũ metallicorum,
id est, vt metallicis inseruiant, l. si matrem. 9. & D. eod. d.
22 l. aut damnum. §. in ministerium. ¶ Secundò quæritur,
quibus personis hæc metalli pœna irrogetur. Hæc pœ-
na potest irrogari. I. Tam liberis, quàm seruis, l. metalli.
11. II. Tam masculis, quàm fœminis, l. 4. & D. eod. d. l.
aut damnum. §. in ministerium. & l. capitalium. 28. §. Di-
uus. ¶ Non cadit autem I. In decuriones, & eorum pa- 23
rentes, ac liberos cuiuscumque gradus, l. 5. & D. eod. l.
moris. 9. §. istæ. & §§. seqq. II. In milites, & eorum fi-
lios, suprà de quæstion. l. milites. 8. in prin. III. In vete-
ranos, & eorum filios, l. 5. & D. de veteran. l. 3. ¶ Tertiò 24
quæritur, qui sit huius pœnæ effectus. Hîc tria notan-
tur. I. Hæc pœna libertatem adimit, D. h. t. l. aut dãnum.
8. §. est pœna. l. sunt quidam. 17. in princ. videlicet si con-
demnatio perpetua sit; alioqnin metalli pœna non cen-
setur, & libertas retinetur, d. l. aut damnum. §. in ministe-
rium (in cuius fine leg. *retinent libertatem*) & l. capitaliũ.
28. §. Diuus. II. Mulieris damnatæ filius, si ante condem-
nationem conceptus sit, sequitur conditionẽ, cuius ma-
ter fuit, antequam condemnaretur, l. 4. III. In damnati
manibus, vel suris potest aliquid inscribi siue inuri, non
in facie, l. si quis. 17. ¶ Tertia species est dãnatio in opus 25
publicum: de qua duo notantur. I. Non potest irroga-
ri decurionibus, l. 3. nec eorum liberis, vel parentibus,
arg. l. moris. 9. §. istæ. D. eod. nec veteranis, nec corũ filiis,
l. 5. II. Vel irrogatur in perpetuum, vel ad tempus. In
perpetuum opus damnati, sunt similes deportatis, quia
vtrique ciuitatem perdunt salua libertate l. 1. & D. eod. l.
sunt quidam. 17. §. 1. l. capitaliũ 28. §. Diuus. vbi affirma-
tiuè legendum, *qui in perpetuum*, vt est in archetypo Flo-
rentino, & in libris manuscriptis, & in Basilicis. In tem-
porarium verò opus damnati, infamia quidem notãtur,
sed ciuitatem retinent, d. l. capitalium, §. 1. ac diẽ à iudice
definitum expectare, nõ citiùs redire possunt, l. si operis.
14. ¶ Quarta species est deportatio: de qua tria hîc no- 26
tantur. I. Similis est condemnationis in opus publicum
perpetuæ, l. 1. vt paulò antè notaui. II. Irrogari nõ potest
à procuratore Cæsaris, nisi vice præsidis fungatur, l. 2.
III. Eam confiscatio bonorum sequitur, etsi iudex hoc
in condemnatione non expresserit, l. deportatorum. 8. &
D. de bon. damn. l. 7. § vlt. l. 8. § pe. ¶ Tertiu segmentum 27
est de relegatione, quæ non capitalis pœna est, quia nec
libertatem, nec ciuitatem adimit, d. l. capitaliũ, §. 1. & D.
de interd. & relega. l. 7. §. hæc est. De hac plura notãtur.
I. Etiam veterani, & eorum liberi possunt relegari, l. 5.
nec non decuriones, & eorum liberi, D. de decurion. l. 2.
in pr. l. 3. in princ. l. 5. l. vlt. in princ. II. Relegatur in per-
petuum, vel ad tempus, D. de interd. & releg. d. l. 7. §. hæc
est. III. Qui ad tempus est relegatus, non potest ante
tempus è prouincia excedere, & excedẽs capite punitur,
l. vlt. in pr. & § 1. sed tempore finito non debet in custo-
dia detineri, l. omnes. 23. & l. seq. sed dimitti sine impẽsa:
alioquin is qui aliquid accepit, quadruplum infligitur, d. l.
vlt § pen. IV. Bona relegati non confiscantur, nisi iudex
id expresserit in sua sententia, l. deportatorum. 8. qua ali-
quem in perpetuum relegauit: nam relegato ad tempus
bona auferri non debent, D. de interdic. & relega. l. 1. l. 4.
l. 7. §. ad tẽpus. ¶ Quarto segmento confertur relegatio 28
cum deportatione, vt harum pœnarum similitudines &
differẽtiæ intelligãtur. ¶ Similitudines sunt sex. I. Certæ 29
prouinciæ & ciuitates exceptæ sunt, in quas relegare vel
deportare non licet l. vlt in princ. §. 1. & §. vlt. quarũ no-
titia huic constitutioni subiecta intercidit. II. Condem-
natus nõ debet in custodiam mitti, sed in tota prouincia
versari potest: non tamen debet eã excedere: alioquin ca-
pite plectitur d. l. vlt. in pr. & §. 1. debet enim abstinere à
locis interdictis, D hoc titulo. l. 4. III. Ne quis alium
in Gypsum aut Oasim mittat, quam præfectus Augu-
stalis, & dux Thebaidos, dicta l. vltim. §. magistratos.
De Gypso & Oasi vide Cuiacium libro octauo. Obser-
uat. cap. 27. IV. Neutra pœna libertatem adimit. Inst.
de cap. dem. §. minor. & D. de interd. & releg. l. 4. Non
obstat.

obstat l.pe.§.vlt.D.de extraord. cognit.vbi pro, *id est*, legendum *idem*, vel *idem est*:& appellatione magnæ capitis deminutionis significãtur maxima & media, & vtriusq; exempla subiiciuntur. nam aquæ & ignis interdictio, & deportatio referũtur ad mediam capitis deminutionem; quæ ciuitatem adimit salua libertate:condemnatio verò in metallum vel opus metalli, refertur ad maximã capitis deminutionem, quæ libertatẽ & ciuitatẽ tollit. V. Damnati si in insula sediriosè & inciuiliter agant, capite plectuotur, d.l.vlt.in prin.& §. 1. VI. Damnatorum ex causa læsæ maiestatis, statuæ detrahuntur, D.de pœnis, l.eo-
30 rum.24. ¶ Differentiæ sunt quatuor. I. Deportatio ciuitatẽ adimit. Inst.quib.mod.ius potest.solu.§.1. & de cap. dem.§.minor.relegatio conseruat, D.de interd.& releg. l.7.§.siue.& Inst.quib.mod.ius pot.solu.§.relegati. Ouid. lib.2.Tristium,

—Relegatus, non exul dicor in illo.

& lib.5.eleg.11.

Nec vitam, nec opes, nec ius mihi ciuis ademit.

& paulò pòst,

Ipse relegati, non exulis vtitur in me
Nomine.————

II. Omnis deportatio fit in perpetuum: relegatio verò & ad tempus, & in perpetuũ fieri potest, D.de interd. & releg.l.7.§.hæc est. III. Deportatio fit in locũ certum, vt in insulam: relegatur autem vel in locum, vt in insulã; vel à loco, vt ab Italia, d.l. 7. IV. Deportatorum omnia bona confiscantur, etiamsi hoc sententia iudicis non sit expressum: relegatorum bona non confiscantur, nisi in perpetuum relegati sint, & iudex partem bonorum sua sententia expresse ademerit, l. deportatorum, 8.& D. de bon.damn.l.7.§.vlt.& l.8.§.pe.& de interdic. & rele-
31 ga.l.1.l.4.l.7.§.ad tempus. ¶ Quintum segmentum est de pœnis, quæ iure non admittuntur. hæ verò sunt, I. Vt aliquis certo corpori, putà pistorum vel nauiculariorum addicatur, l.ne quis.19. II. Vt aliquis in perpetuis vinculis contineatur, nisi sit seruus, l.6. qui si domino sub pœna vinculorum non adiecto certo tẽpore reddi iussus sit, perpetuò vinctus esse debet, l.seruus. 10. III. Vt deportatus vel relegatus in custodiam mittatur, l. vlt. in prin. & §. 1. IV. Vt in facie damnati in metallũ aliquid inscribatur pœnæ indicandæ causa. l.si quis.17.

Tit. XLVIII. Ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare.

A Poenis personalibus transit ad realem, id est, bonorum confiscationem: quæ à iudice irrogatur vel expresse per proscriptionẽ: vel tacitè per condemnationem, quam publicatio bonorum sequitur, vt deportationem. sup.tit.prox.l. deportatorum.8. De proscriptione datur regula hîc in l. vn. Illi soli magistratus possunt omnia bona confiscare, qui sunt in summa administratione positi, vt præfecti prætorio, vicarij, & præfectus vrbi. ceteri, vt præsides, inconsulto principe non possunt. An tacitè possunt præsides bona cõfiscare inconsulto principe? Vtiq; per pœnam, quam irrogare possunt, vt mortem, aut damnationem in metallum, D.de offic.præsid.l.6.§.pe.non per deportationem, quia ius deportandi inconsulto principe non habent, D.de lega.iij.l.1.§.deportatos. & de interd. & releg. l.6. §. 1. Has autem omnes pœnas confiscatio bonorum tacitè sequitur, d.l.deportatorum. & infrà tit. prox.l.2.& 4.& D.eod.l.1.

Tit. XLIX. De bonis proscriptorum seu damnatorum.

I. 3.	*IV. 3.*
II. 3.	*V. 9.*
III. 3.	*VI. 5.ii.*

Anal.Cod.

VII. in pr. 8.ij.	*§. pe. 8.j.iv.*
§. j. 8. iij.	*§. vlt. 7.*
§. pe. 8. iv.	*X. in pr. 5.iij.*
§. vlt. 8.y.	*§. j. 6.*
VIII. 5.iy.	*§. pen. 8.j.*
IX. in pr. 5.j.	*§. vlt. 5.iij.6.*
§. j. 5. y.	*XI. 5.iij.*

IN hac rubr. proscriptis vocantur, quibus expressè per sententiam iudicis bona auferuntur:& sub damnatis continentur, vt species sub genere. Dicendum ergo proponitur de proscriptis, & omnino de damnatis, quia damnatorum bona interdum confiscantur, etiamsi iudex hoc expresse non iusserit, vt mox docebo, & superiori quoque titulo notaui. ¶ Quatuor quæstiones hoc titulo deciduntur. 1 2
¶ Primò quæritur, an bona confiscentur. Non est dubium, quin competente iudice expresse confiscante, hoc obtineat. Tacitè autem pœnam corporalem publicatio bonorum sequitur, cùm aut vita, aut libertas, aut ciuitas damnato adimitur, D.h.t.l. 1. Primi casus non est opus afferre exempla. Secundi casus exemplum est, cùm quis in metallum datur, l.4.& inf. de sentent. pass. l. 2. Tertij casus exemplum est, cùm deportatur: huius enim bona confiscantur, non solùm quæ condemnationis tempore habuit, sup.tit.prox.l.deportatorũ. 8. sed etiã quę postea quoquo modo acquisiuit, adeo vt heredem habere non possit, l.2.& D.eod.l.7.§.vltimo. Peculium verò nõ confiscatur, neque ob delictum serui, quia domini est:(ideóque domino præsente rationes per seruum administratæ redduntur, ac dispungũtur: dominus autẽ instare debet, vt celeriter reddantur, vt seruus possit pœnæ reddi, l.1.) Neq; ob delictum filijfamilias, quamuis sit peculiũ quasi castrense, l.3. ¶ Secundò quæritur, an aliquid de confiscatione detrahatur, & certis personis reseruetur. Huius quęstionis solutio est tripartita.¶ In prima parte cõsideratur quilibet damnatus regulariter & generaliter. vbi tria notantur. I. Vxor damnati recipit seu retinet res paraphernales, & dotem, & quæ sibi à marito nondum damnato ante nuptias vel stante matrimonio donata fuerunt, l.si quis posthac. 9. in pr. II. Quod pater filiis emancipatis ante reatũ donauit, firmiter apud eos manet, d.l.si quis posthac. §.1. III. Si damnatus filios vel filias vel nepotes ex filiis habeat, certa portio his reseruatur, D.eo.l.7.in prin. id est, dimidia pars bonorum fisco infertur, dimidia liberis etiã postumis conceditur, l.pen.in prin.nisi aut mater damnata sit, in cuius deportatæ bonis filij nihil iuris habent, l.6. aut pater dãnatus sit crimine perduellionis, cuius pœna etiam in posteros transit, d.l.pe.§.vlt.& quicumq; damnati bona tenet, ea debet in vrbe intra duos menses, vel in prouincia intra octo menses fisco deferre, alioquin vnà cũ bonis etiam quadruplum fisco inferet, l.vlt. Si verò damnatus filios partim suos, partim emancipatos habuerit, & in emãcipatos donationẽ contulerit, hi in dicta dimidia nihil iuris habent, nisi donationẽ conferant. & similiter filia vel neptis ex filio, si partem in ea dimidia velit habere, dotẽ ab eo acceptã conferre debet, l.si deportatus, 8. ¶ In secunda parte agitur de decurione dãnato. Huius bona nõ confiscantur. Nã si liberis careat, curia ei succedit:& vel per se ea detinebit, vel suo periculo committet alij, qui munera subibit. Si filium vel filios habeat, hi soli in totum succedunt. Si filiam vel filias, ad eas dimidia pars bonorum, ad curiã altera dimidia deuoluitur. Si vtriusq; sexus sobolem, masculi semissem accipiunt, alter semis inter eos & sorores diuiditur in capita, d.l.pe.§.1. Excipitur hîc quoque, nisi decurio crimine perduellionis dãnatus sit, d.l.pe.§ vlt. ¶ In tertia parte agitur de iis, qui ob rationes fiscales malè gestas condẽnantur. Hîc datur regula, quòd ea cõfiscantur, quę is tẽpore condẽnationis 3 4 5 6

in ſuo dominio habuit. Quare quod vxor proprium ha-
buit, vel a marito ante fraudatum fiſcum accepit, &
quod ille in filios emancipatos ante crimen commiſſum
contulit, non ad fiſcum, ſed ad vxorem ſeu filios perti-
net. Excipiuntur Catholiciani ſeu Cæſariani (id eſt, of-
ficiales procuratoris Cæſaris. Cuiac. ad l. 5. infr. de iu. fiſ-
ci.) qui nec in vxorem, nec in liberos aliquid tranſmit-
tere poſſunt, niſi rationibus redditis innocentes appa-
7 reant, l. ſi quis poſthac. 9. §. vlt. ¶ Tertiò quæritur, quid
obſeruandum ſit in bonis damnati ſeu proſcripti confiſ-
candis. I. Quæ ſunt confiſcanda, capiuntur à perſonis
publicis, d. l. ſi quis poſthac. §. pe. I I. Per officiũ ordina-
rium deſcribuntur accuratè, vt omnino appareat, quæ,
& qualia ſint, l. ſi quis intra. 7. in princ. In qua deſcri-
ptione facienda ſi officium negligenter ſe geſſerit, arbi-
trio iudicis multabitur. Si dolum commiſerit, ita con-
demnabitur, vt aliud tantùm, quantum fuit ſubtractũ, ex
propriis facultatibus fiſco inferat, d. l. 7. §. vlt. I I I. Ea de-
ſcriptio obſignata per officium ordinarium mitti debet
ad officium rationalis rei priuatæ, vel tradi palatinis ob
hanc cauſam miſſis, d. l. 7. §. 1. I V. Sub iudicis literis pu-
blicis ſingillatim & nominatim de omnibus ad princi-
pem referatur, d. l. 7. §. pen. ita vt etiã adiiciatur, an dãna-
tus liberos habeat. & an hi ex cauſa damnationis aliquid
vindicauerint, d. l. ſi quis poſthac. §. pe. vt conſtet, an ali-
qua portio ſit de confiſcatione detrahenda, ſecũdùm ea,
8 quæ ſup. docui. ¶ Quartò quæritur, quis ſit effectus cõ-
fiſcationis. Fiſcus poteſt à creditorib. damnati conueniri
apud procuratorem Cæſaris, vt actione de dote. ſup. ſo-
lu. matrim. l. 2. & iudicio tutelę, ſi tutoris ex tutelæ cauſa
obligati bona publicata ſint, l. 5. & D. de tut. & rat. di-
ſtrah. l. ſi tutor reipublicæ. 9. §. pen. Quòd ſi tantùm pars
bonorũ ſit cõfiſcata, pro ea parte fiſcus cõueniri poterit,
ſup. ad le. Iul. de vi. l. 2. & D. ſolu. matr. l. ſi marito. 31. in
pr. Ipſe autem damnatus, etiamſi ex indulgentia princi-
pis ſit reſtitutus, tamẽ cõueniri nequit, niſi ſtatũ priſtinũ
cum bonis omnib. recuperauerit, infr. de ſenten. paſſ. l. 4.

Tit. L. De bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuerunt.
I. iij. I I. p. j. iij.

ACCVSATI in reatu defuncti bona non con-
fiſcantur, l. 2. & ſuprà ſi reus vel accuſa. mort.
fue. l. 5. Excipitur I. Niſi crimẽ probetur, quod
vel ut crimen perduellionis, d. l. 2. & ſup. ad leg. Iul. ma-
ieſt. l. vlt. §. Paulus. & §. Marcianus. & D. eo. l. vlt. & de ac-
cuſ. l. ex iudiciorum. 20. vel repetũdarum, d. l. ex iudicio-
rum. vel Manichæiſmi, aut Donatiſmi, ſupr. de hæret. l. 4.
§ in mortem. I I. Niſi publicatio bonorum irrogata ſpe-
cialiter ſit per ſententiam iudicis ob crimen non capi-
tale, vt quia relegati bona iudex confiſcauit, & damna-
tus appellauit, ac pendente appellatione deceſſit, ſup. ſi
pẽdẽ. appel. mors interuen. l. 4. & ſi reus vel accuſa. mort.
fuer. l. vlt. §. vlt. I I I. Niſi conſcientia criminis & metu
pœnæ ſe interemerit: nam alia quauis de cauſa mor-
tem ſibi cõſciuerit, eius bona non publicantur, l. 1. & 2.
& D. eod. l. 3. & ſup. ſi reus vel accuſa. mort. fuer. l. 5.

Tit. L I. De ſententiarum paſsis & reſtitutis.

I. 9.	*V I. 4.*	*X I. 4.*
I I. 3.	*V I I. 3.*	*X I I. 4.*
I I I. 4.	*V I I I. 3.*	*X I I I. in pr. 5. 7.*
I V. 2. 4.	*I X. 3.*	*§. j. 8.*
V. 3.	*X. 3.*	*§. vlt. 5.*

1 EX ſuperiorib. didicimus, pœnas modò ad tem-
pus, modò in perpetuum irrogari. ſupr. de pœ-
nis l. vlt. illæ vſq; ad tempus definitum durãt,
ſup. eod. l. ſi operis. 14. eo adueniente finiũtur,
D. de poſtul. l. Imperator. 8. hæ tempore non tolluntur.
Vtrinſque tamen generis pœnæ non prætoris, D. eo. l. 1.
§. pe. ſed principis indulgentia tolli poſſunt, vt hoc titu-
lo plenius declaratur. ¶ Quinque modis accidit vt ali- 2
quis à pœna quã patitur, liberetur. ¶ Primus modus eſt 3
indulgẽtia communis, l. 5. ſeu generalis, l. 7. l. ſi pater. 9.
id eſt, ſolius pœnæ remiſſio, l. 2. Per hanc conceditur re-
ditus in patriam, d. l. 5. & d. l. 7. & impunitas, l. cùm indul-
gentia. 10. Actiones verò nec ipſi damnato reſtituuntur.
d. l. 5. nec contra ipſum, l. 4. (quanquam hi, quorum bona
ob debitum fiſcale occupata ſunt, ſuis creditorib. vnà cũ
fideiuſſorib. obligati manent, l. 3. in fi.) & omnino ei non
reſtituuntur bona, d. l. 2. nec patria poteſtas, d. l. ſi pater.
nec locus militiæ, d. l. 7. nec, ſi ſeruus damnatus & pœnæ
exemptus fuerit, domino reſtituitur, ſed fiſci eſt: veteri
tamen domino iniuriam facere prohibetur, l. fruſtra. 8.
Deniq; ſola pœna remittitur. ¶ Secũdus modus eſt cõ- 4
ceſſio reditus cum reſtitutione dignitatis. hoc caſu nihil
aliud recipitur, idcirco patria poteſtas nõ reſtituitur, l. 6.
¶ Tertius modus eſt, cùm indulgentiæ reditus additur 5
rerum reſtitutio. Hîc tres caſus conſiderandi occurrũt:
aut enim is, qui dãnatus fuerat, rẽ aliquã vel res aliquas
ex veteri patrimonio recipit: aut partẽ bonorũ, putà ter-
tiã, vel quartã: aut omnia bona. Primò caſu non poteſt à
ſuis quondã creditorib. cõueniri, quia per pœnã liberat⁹
ab obligatione fuit, atq; hæc obligatio nũ reſtituitur, l.
3. Secundo caſu pro rata portione dictis creditorib. te-
netur, d. l. 3. Tertio caſu in ſolidum ab eis conueniri po-
teſt, l. 4. & l. pen. & ipſe quoq; actiones ſuas contra alios
recipit, l. caſus. 11. Vnde nota onus æris alieni ſequi vni-
uerſitatẽ bonorum, nõ res ſingulas. quod confirmatur §.
ſi quis vna. Inſt. de fideicõmiſſ. heredit. ¶ Quartus mo- 6
dus eſt, per quẽ ſimul cũ reditu & dignitas & bona reſti-
tuuntur. hoc modo & patria poteſtas, & cetera omnia
reſtituta intelligũtur, l. vlt. in pr. & §. vlt. ¶ Hîc duę quæ- 7
ſtiones occurrunt. ¶ Primò quæritur, vtrùm ea, quæ per 8
damnati filium quaſi patremfam. interim geſta ſunt, va-
leant, an patre reſtituto reſcindantur. Reſpõdetur, geſta
per eũ, qui eſt legitimæ ætatis, valere: idcirco nec teſta-
mentum ab eo factum infirmari: per minores verò geſta
non valere, d. l. vlt. in princ. Nota primò diſſenſum Do-
ctorum circa teſtamentum à filio factum. nam Iohannes
& Græci hoc infirmari putant, quanquam cetera per fi-
lium geſta valeant: Anianus Codicis Theodoſiani in-
terpres, Irnerius, Cyprianus, & Cuiacius teſtamentum
ſuſtinent, quorum ſententiæ ſubſcribo: cùm quia de teſta-
mento quæſtione propoſita, cõſtituit Imperator omnia
per filiũ geſta valere. quæ generalia verba niſi etiam te-
ſtamentum complectantur, reſponſio ad propoſitã quæ-
ſtionẽ nulla erit: tũ etiam quia filius hoc caſu ſine capitis
deminutione in patris poteſtatẽ recidit, vt dici nõ poſſit
teſtamentũ irritum fieri. Nota ſecundò, quia verba pro
ſubiecto argumẽto debẽt accipi, legitimæ ætatis appel-
latione (vt mihi quidẽ videtur) pubertatẽ ſignificari, vt
vt ſup. ſi mater indẽn. promiſ. l. 2. quę ætas ſimiliter dici-
tur perfecta, Inſt. de Atil. tuto. §. vlt. quãquã abſolutè le-
gitima ſeu perfecta ætas eſt maior 25. annis. ſupr. de his
qui ven. æta impetr. l. vlt. Eadem ratione minorũ appel-
latio hîc ſignificat impuberes, vt vel ex eo patet, quòd
his tutor datus dicitur, d. l. vlt. §. 1. ¶ Secundò quæritur, ſi 9
filius dãnati impubes tutorẽ acceperit, an hic patre reſti-
tuto tutor eſſe deſinat. Reſpõdetur, eius tutelã finiri, &
adminiſtrationẽ patri cõmitti, niſi pater ob malos mores
ſuſpectus ſit: tunc enim ille manebit tutor, d. l. vlt. §. 1. &
eſt caſus ſingularis, quo filiusfam. tutorẽ habet cõtra re-
gulam iuris, Inſt. de tutel. in pr. ¶ Quintus modus eſt re- 10
ſtitutio in integrũ. hæc & ordinem, & patriã poteſtatẽ,
& dignitatem, & bona, & (vt vno verbo dicam) omnia
reſtituit, quæ ademit condemnatio, l. 1. & D. de iu. patro.
l. filij. 9. §. 1. & de bon. libert. l. 3. §. ſi deportatus.

F I N I S.

